R. P. F.

MATTHIAE AQVARII

ORDINIS PRAEDICATORVM REGII AC PVBLICI METAPHYSICI IN ALMO STVDIO NEAPOLITANO

Annotationes ſuper quatuor libros ſententiarum,

IOANNIS CAPREOLI

QVIBVS DOCTISSIME CORROBORANTVR eius defenſiones pro doctrina S. Thomæ, auctoritatibus ſacræ ſcripturæ, conciliorum, & ſanctorum patrum, quamplurimisque alijs opinionibus Theologorum tum antiquorum tum neorericorum.

ADIECTO QVOQVE PVLCHERRIMO TRACTATV DE CONTROVERSIIS inter D. Thomam, & Cæteros Theologos ac Philoſophos.

Cum indice propoſitionum ac ſententiarum notabilium Copioſiſsimo.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS,

Apud Hæredem Hieronymi Scoti. 1589.

INDEX
OMNIVM PROPOSITIONVM ET SENTENTIARVM NOTABILIVM,
QVAE EX ADDITIONIBVS R. M. P. Fr. MATTHIAE AQVARII IN QVATVOR LIBROS SENTENTIARVM. IOANNIS CAPREOLI EXCIPIVNTVR,
ordine alphabetico cuncta complectens.

Prior numerus indicat paginam, posterior columnam paginæ in qua Propositio continetur aut declaratur. A. B. C. Locum columnæ paginæ designant. Marginales vero numeri Librum significant.

Index.

4 Con-

Index.

D

G

H

Materia

Index.

N

3 In ua-

O

3 Opinio-

Index.

in

Index.

Q

R

S

erant

. Index.

3 Spiritus

T

V

2 Ad uo-

Index.

F I N I S.

CONCLVSIONES
SANCTI THOMAE,
QVAS DEFENDIT CAPREOLVS
in quatuor Libros Sententiarum.

Aduersus malè de eis sentientes, corroboratæ authoritatibus sacræ Scripturæ, Conciliorum, & Sanctorum Patrum, & glossatæ Germano sensu Doctoris Sancti.

Adiecto quoque pulcherrimo Tractatu de Controuersijs inter ipsum Sanctum Doctorem, & cæteros omnes Theologos, & Philosophos ordine Alphabetico.

Authore F. Matth. Aquar. Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Regni.





IN HAC prima quæstione Prologi Capreolus defendit sex propositiones D. Tho. quarum prima est, licet omnis scientia requirat euidentiam, & intellectum suorum principiorũ primorũ, non tamen proximorũ presertim in sciẽtia subalternata. ista conclusio habuit Aureolum impugnatorem 1. sent. q. 1. prologi, eandem impugnauit Greg. Arim. ibidem, sed frustra laborauerunt, quia vt exponit Caet. nec scientia subalternans, nec subalternata habet euidentiam conclusionum in seipsis, sed adiuta habitu principiorum. Quid sit euidentia, & ineuidentia, lege Gabrielem Biel q. 1. sui Repertorij generalis, & Caiet. q. 1. libelli de Ente & essentia contra Antonium Trombettam, vbi declarat euidentiam esse propriam perfectionem intellectus, & conceptum entis esse imperfectissimum, quo ad euidentiam; & primo poster. in illo cap. certior autem scientiam alteram, altera &c. & Auer. 2. Meth. Comment. vlt. vbi docet quomodo certitudo Mathematica non in omnibus est expetenda.

1. sent. q. 1. p. p. q. 1. ar. 2

q. 1. reper torij.

q. 1. de Ente, & essentia.

Pri. poster.

2. Meth. comment. vlt.

Secunda conclusio est: licet Theologia naturaliter inuenta nulli scientiæ subalternetur, Theologia tamen per reuelationem habita subalternatur Theologiæ Dei, & beatorum. Vbi nota quòd per Theologiam naturaliter inuentam intelligitur Metaphysica, cui omnes scientiæ humanitus inuentæ subalternantur, & hoc loquendo de subalternatione denominatione denominatiua, seu extrinseca, cum sint de aliqua parte entis, lege Chrisostomum Iauellum primo Metaph. De secunda parte conclusionis vide Caiet. intelligentem ipsam de subalternatione simpliciter, quia essentialis, & per se differentia inter subalternantem, & subalternatam est, quod conclusiones subalternatæ sint visibiles ex & in principijs per se notis mediate, mediante s. habitu scientifico subalternante. Conformiter huic tenet Romanus Aegidius quæst. 4. prologi, quòd Theologia non subalternatur alicui scientiæ humanæ, sed potius econtra humanæ scientiæ subalternantur ei, quia ancillantur. Nostra tamen Theologia subalternatur scientiæ Dei, & beatorum, quoad differentias essentiales, non autem accidentales, etiam Petrus de Palude idem sentit primo senten. qui est manuscriptus in Bibliotheca Vaticana, & Sanctæ Mariæ super Mineruam contra Durand. quæstione prima prologi, Aureolum, & Alexand. de Ales, & plures alios.

Quæst. 2. Pri. p. qó. 1. art. 2.

q. 4. ꝓlogi.

1. sent. q. 3.

Tertia conclusio. Theologia reuelata non est scientia, veluti Metaph. est tamen scientia vt continuatur scientiæ Dei, & beatorum, quam sic intelligit Caietan. Theologia nostra secundum se est vera scientia simpliciter subalterna, vt verò est in nobis Viatoribus est scientia imperfecta sed simpliciter subalterna: conformiter ad hoc tenet Riccardus de media villa quæst. 3. summæ, quòd Theologia nostra est scientia imperfecta ratione status viatorum, habet tamen modum procedendi multiplicem; scilicet præceptiuum prohibitiuum, argutiuum, non tamen suorum principiorum, & hoc contra Scot. Durand. Greg. Arimin. Aureolum, & cæteros, lege Aegidium quæst. quinta prologi, qui conuenit cum conclusione nostra, quod Theologia est scientia dignior omni alia scientia, idem docet Girardus ponens quæst. tertia prologi, Theologiam esse scientiam in se, non autem si accipiatur pro habitu, quem habuerunt Prophetæ & Apostoli.

q. 1. ꝓlogi.

Pri. p. qó. 1. art. 2.

Ric. q. 3.

Aegid. q. 5 prologi.

Gir. qo. 3. prologi.

Quarta conclusio. Theologia reuelata est certior scientia humanitus inuenta: hanc nullus impugnauit; quia est communis consensus Theologorum eam esse certam lumine diuino infallibili, cæteræ verò scientiæ sunt certæ lumine humano fallibili, vt exponit Caietanus, & cum tractet de his quæ excedunt vim intellectus nostri, & hinc

Pri. p. qó. 1 art. 5.

est quòd sunt manifestissima, & lucidissima in se, & sic quoque scientia hęc est certissima in se, lege Conflat. articu. 14 quęstione prima [q.1. art.14.]. vbi pulcherrime docer Theologiam in se esse certiorem omnibus alijs scientijs, & etiam in intellectu sibi proportionato idest Dei, & Beatorum: Theologia in nobis aliquando non est certa, hoc non est propter defectum luminis, sed propter defectum subiecti, idest intellectus nostri, qui non perfecte capit illud lumen, aliquando non est defectus ex parte subiecti, & tunc est certissima, vt in Prophetis, aliter Abraham non processisset ad occisionem filij, nisi fuisset certissimus de pręcepto Dei. potest etiam interpretari quòd est certior quantum ad inhęsionem, non quantum ad quietationem intellectus, hoc idem docuit Gulielmus [Gul.qó.3. Prologi.] Varronis quęstione tertia prologi, dicens Theologiam esse certissimam non tamen in comparatione ad scientem.

Quinta conclusio Theologia reuelata non est scientia articulorum fidei, sed conclusionum, quæ sequuntur ex illis. ista defenditur contra Scot. Durand. Aur. Gregor. Arimin. in prolog. primi [1.sent. q.1. art.2.] senten. tenentes ipsam Theologiam esse fidem acquisitam. Alij verò extremi tenuerunt esse simpliciter, & proprie scientiam, quo ad viros perfectos, fuit Henr. Alph. Tolet. & Francisc. de Marchia [Prologi 1. sent.]. Conclusio nostra tenet mediam viam, quod Theologia nostra in se, vel vt continuatur cum Theologia Dei & Beatorum est scientia proprie & perfectè, quia est eadem cum illa non differens nisi ex parte subiecti, sed in nobis vel vt discontinuata non est scientia perfecta, quia indiget alia cui subalternatur, nec est scientia proprie, quia non resoluit in principia naturaliter cognoscibilia, non est scientia principiorum, sed intellectus, conclusionum verò est habitus scientificus, est de necessarijs, vt subduntur huic Theologiæ cognitioni, & sunt subalternę, & non conditionaliter, & illata, & non illationes, & exponit Caietanus, cui adhęret Petrus de Candia quęstione secunda [Quæst.2.], volens habitum Theologicum esse scientiam non pro habitu intellectus, sed pro habitu discursiuo, etiam Richardus de media villa quęstione tertia [Ric.q.3.].

Sexta conclusio. Theologia reuelata est necessaria ad salutem humanam pręter scientias humanitus inuentas, hanc nullus etiam impugnauit, quia est de fide, cum nullus saluari possit, nisi sit Theologus vel particeps Theologię, quę est vnus habitus extendens se ad articulos fidei, & ad conclusiones, & est necessarius simpliciter ad finem humanæ salutis, & hoc quantum ad essentiam suam, & quantum ad omnes articulos quoad adultos, quantum autem ad conclusiones, vel omnes, vel aliquas est ad bene esse. Scotus noluit pręterire eam ideo arguit contra rationem prima quęstione prologi, sed non est audiendus, cum sit contra Durandum, Aegidium, Bonauenturam, & cęteros in prologo primo sententiarum &c. lege directorium inquisitorum prima parte quæstione tertia.

In hac secunda quæst. defendit sex etiam conclusiones.

PRima conclusio est scientia speculatiua differt à practica quantum ad finem, & quantum ad materiam de quibus sunt; sic, quòd finis speculatiuæ est consideratio veritatis, materia autem eius est res opere scientis, non operabilis, practicę autem finis est operatio, materia res operabilis ab habente scientiam. ista est contra Gregor. Arimin. quęst. 4. prologi tenentem habitum practicum non esse de operabili absolutè, sed non est audiendus cum sit expresse contra Arist. [2.Ethic.c.1.] secundo Ethic. cap. primo, dicentem sermonem suscepimus non vt scientes simus, sed vt operantes, etiam secundo Metaph. tex. 1. ait quòd scientia speculatiua vocatur cuius finis proprius est operari, & hoc vel opere appetitus vel potentiæ executiuæ, lege Paulum Soncinum sexto Metaph. [2. Metaph. tex. 1.] quæst. 4. & 5. lege etiam Ioannem Bach. qui quæ- [Sonc.6.Metaph. qó.4 art.5.] stione quarta prologi aliqualiter concordat, & aliqualiter discordat ab hac conclusione, vide etiam Iauellum quæst. 5. Metaph. & Suess. eodem [Bach.qó.4. prologi.] libro disp. 1. & Anton. Andr. primo Metaph. q. 11.

Secunda conclusio est, Scientia secundum quid [Iauel.qó.5. 6. Metaph.] speculatiua non differt semper à practica quantum ad materiam, vel obiectum, immo aliquis [Suess. eodē libr. disp. 1. & Ant. Andr. 1. Metaphy. q. 11.] potest habere scientiam speculatiuam secundum quid, & secundum quid practicam; hanc conclusionem impugnat Scot. quęstione quarta prologi [Scot. qó.4. prologi.], probans quòd scientia dicatur proprie practica ratione obiecti, & non ratione finis principaliter, & deceptus est non considerans quomodo quædam scientia est præcisè practica, quædam pręcisè speculatiua, quædam secundum quid practica, & secundum quid speculatiua, & quomodo scientia dicitur speculatiua tripliciter, scilicet ex obiecto, a e modo, aut fine, & quomodo Arist. 3. de Anima tex. 41. aiebat, quòd practicus intellectus à speculatiuo differt fine [3. de Aïa, tex.41.], quia scientia sortitur esse à principaliori causa, quæ est causa omnium causarum, hæc autem est causa finalis, & sic à fine vel actualiter, vel habitualiter scientia practica dici debet; lege Gregorium Arimin. quæstione sexta prologi [Greg. Arimin. q.6. prologi.], vbi latius notificat opinionem Diui Thomæ, & Caietani q. 14. p. art. 16. licet Gregorius discordet vide etiam Alph. Thol. qó. 9. prologi, & Adam quæst. 4. vbi ponit studium Theologiæ omne meritorium.

Tertia conclusio, aliqua scientia quæ non est actu practica potest fieri simpliciter actu practica ista conclusio nullum habuit contradicentem, quia patet ex se, & est Arist. 3. de Anima tex. 41; vbi ponit tres gradus intellectus, quorum primus est considerare tantum speculabilia, secundus est considerare agibilia in vniuersali non dictando prosequi, vel fugere, tertius est iam prosequi, vel vel fugere vel dictare prosequutionem, vel fugam in particulari: intellectus ergo existens in secundo gradu, in quo imperfecte est practicus extendit se ad tertium dicendo se velle prosequi, vel fugere, ita quòd illa extensio est intellectus imperfectè practici ad considerationem perfectè practicam lege Caietan. quæst. 14. p. p. artic. vltimo, vbi deri- [Caiet. p. p. q.14. ar. vlt.] det Scot. ponentem Deum esse operabilem scientia sua practica, Deus enim non habet scientiam practi-

practicam niſi creaturarum, & eorum quæ neque ſunt, neque erunt, neque fuerunt, Deus non habet practicam cognitionem, niſi virtute tantum, propterea etiam eorum non habet ideam, prout idea dicitur exemplar, ſed ſolum pro vt dicitur ratio, vide etiam Conſl. quæſt. 14. articu. 20. vbi declarat quæ ſcientia dicitur ſimpliciter practica, & quæ non, & quomodo ſimpliciter capitur duobus modis, primo abſolute, ſecundo omnibus modis.

Cõſl. q. 14. art. 20.

Quarta cõcluſio: habitus non dicitur practicus, prout practicum diuiditur contra ſpeculatiuum ab opere interiori, quòd maneat intra intellectũ, ſed ab opere exteriori prout omne opus ſequens electionem dicitur Praxis, hæc defenditur contra Aur. & Arim. probantes actum intellectus interiorem eſſe Praxim, & decepti ſunt non conſiderãtes Praxim à qua ſcientia dicitur practica, ac de mente Euſtratij primo ethic. eſſe electionem vel operationem electam, vt electam, ſeu eſſe operationem voluntatis liberam contradictione, ſiue elicitam, ſiue imperatam, hinc ſolet diffiniri ſecundum omnes conditiones ſuas, quòd Praxis ad quam dicitur extendi ſcientia practica eſt actus alterius Potentię, quàm intellectus, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter intellectu recto, ad hoc quod ſit rectus ex hac deſcriptione ſoluuntur arg. Aduerſariorum, idem tenet Lãdulph. q. 4. quòd Praxis eſt actus voluntatis elicitus, ſiue imperatus, & Franc. de Maronis q. 9. Conſl. quoq; ar. 13. quęſt. 1.

Pri. 2. q. 57. art. 1.

Pri. Ethic. cap. 1.

Quinta concluſio, non omnis habitus dicitur practicus per quamcunque relationem ad praxim ſed oportet, quòd ſit proxima regulà operis. vide de hac concluſione M. Ant. de Valentia q. 25. ſuæ primæ partis Theologię, vbi abũdè ſatis loquitur de Praxi quæ nõ dicit præciſe abſolutum, ſed quid compoſitum ex reſpectiuo, & abſoluto, ſed primo dicit quid abſolutum, & eſt principaliter actus voluntatis, qui poteſt bene & malè fieri conformari, & deformari rationi rectæ, ſed formalis ratio habitus practici eſt quòd ſit regulatiua operis practici, lege etiam Paulum Sonc. q. 2. vbi ait, quòd non inuenitur apud D. Thom. expreſsè, quid ſit Praxis ſed potes ſequi definitionem quam poſuimus in declaratione quartæ concluſionis.

Tertio ſen. diſt. 23. q. 2. art. 3.

6. Metaph. q. 2.

Sexta concluſio: Theologia noſtra, eſt practica, & ſpeculatiua, licet principalius ſit ſpeculatiua quã practica, Huic concluſioni multi aduerſãtur, pręcipue Aur. & Greg. Arim. cum autem variæ exiſtãt opiniones Theologorum circa hanc concluſionẽ eſt difficilis, prima opinio fuit in ſumma q. 2. ar. 9. & Quolibeto 8. art. 4. quòd Theologia eſt purè ſpeculatiua. Secunda opinio fuit Egidij in prologo. q. 3. quòd Theologia eſt affectiua. Tertia opinio Guliel. Var. lib. 1. q. 4. aſſerentis Theologiam eſſe contemplatiuam. Quarta opinio eſt Goſr. Quolib. 13. q. 1. ponentis Theologiam eſſe duos habitus alterum practicum, alterum ſpeculatiuum. Quinta opinio eſt Scoti, qui dubitatiuè loquutus eſt de hac concluſione, vt ait Nicolaus de Orbellis ſcotiſta quæſt. 5. prologi, ſed videtur quòd magis declinet ad hanc partem, quòd ſit practica, quia credere non eſt ſpeculatiuum cum ordinetur ad fruitionem: Theologia tamen neceſſariorum, quæ eſt A in intellectu diuino eſt ſpeculatiua, ſed Theologia contingentium eſt practica. Inter Thomiſtas Capreolus aliquando videtur dicere, quòd Theologia ſit practica ſecundum quid, aliquando videtur dicere quòd ſit practica ſecundum aliquid. i. ſecundum aliquam partem, ſed melior omnibus eſt opinio Caiet. quòd non eſt præciſè practica, nec pręciſè ſpeculatiua ſed altioris ordinis, eminenter continens vtranque, & cum hoc quòd eſt eminenter vtraque, eſt formaliter vtraque ſicut Deus eſt eminenter intelligens, & volens & tamen formaliter, & ſi aliquando dicitur quòd eſt ſimpliciter ſpeculatiua, vel magis ſpeculatiua cum ſit B vnus habitus, intelligendum eſt quòd magis ei conueniunt conditiones ſpeculatiuæ, quàm practicæ, ſicut conditiones viſus, & ſenſus communis, quàm conditiones auditus, & ſenſus communis: lege ipſum in loco proprio.

Pri. p. q. 1. art. 4.

Pri. p. q. 1. art. 4.

Pro maiori explicatione ſupradictorum notandæ ſunt aliquę propoſitiones quarum prima eſt. A prima origine mundi vſque ad legem ſcriptam Moyſi traditam ſine ſcripturis diuinis & canonicis fides & diuinum verbum, & reuelatio conſeruata eſt. in qua propoſitione primo habes ſemper fuiſſe Eccleſiam & fidem per quæ ſaluarentur homines. Secundo verbum diuinum ſine ſcripturis eſſe conſeruatum per traditiones. nam præter ſcri-C pturas Henoch nulla eſt mentio alicuius alterius ſcripturæ illis temporibus de quo lib. Henoc Origenes contra Celſum dicit eſſe Apochriſum, & propterea fuerunt traditiones, quia Deus allocutus eſt primos patres qui deinde poſteros docebant, vt patet geneſi, Nunquid cœlare potero Abrahæ quæ facturus ſum? Scio enim quod docturus eſt filios ſuos.

Cap. 18.

Secunda propoſitio. Antequam Moyſes legem ſcriptis mandaret primo à Deo per traditionem acceperat, & populo per traditionem, communicata eſt, & cœpta obſeruari, patet hoc ex libro Deuteronomio vbi dicitur. quod Moyſes ſcripſit D legem, & tamen obſeruabatur ante ſcripturam: hinc fit quod authoritas eius legis referenda ſit in traditionem, quia Deus tradidit Moyſi, & Moyſes populo, vnde ſcribitur etiam Deuteronomio interroga patrem tuum & dicet tibi, & maiores tuos & annunciabunt tibi, & in Pſalm. Quanta audiuimus auribus noſtris, & quanta mandauit.

Cap. 31.

Cap. 33.

Pſal. 77.

Tertia propoſitio. Tradita lege per Moyſem in diuinis ſcripturis præter ipſas ſemper fuit diuina traditio, & durauit vſque ad Chriſtum. Probatur primo, quia certum eſt Diuinam legem in ea obſcuritate qua tradita fuit, eguiſſe ſacerdotibus qui erudirent populum: ergo præter ſcriptu-E ras opus erat reuelatione qua conſeruaretur in Sacerdotibus, vt bene interpretarentur legem. Secundo quia probabiliſsimum eſt Moyſen in monte Sinai habuiſſe reuelationem eorum, quæ obſeruanda erant, vnde deſcendens de monte fregit tabulas vt oſtenderet ipſos eſſe indignos ſenſu legis quę in illis ſcripta erat, vt docet Picus Mirandul. in quadam Epiſtola ſua vbi ad hoc confirmandum affert multos Rabinos.

Quarta propoſitio. A Chriſti conceptione vſq; ad illud tempus quo Euangelium fuit promulgatum, quod ad minus fuit quadraginta annorum

Ecclesia cœpta est & promulgata sola traditione. Probatur, nã in omnibus misterijs quæ sunt inter conceptionem & prædicationem Christi mundus erat ignarus, & tamen annũciata sunt. Secũdo Xps solo verbo annuntiauit suam doctrinam, & nihil scripsit. Tertio Apostolis non præcepit vt scriberent, sed vt prædicarent. Quarto Apostoli antequã scriberent aliquid, omnes prędicarunt solo verbo.

Quinta propositio post editum Euangelium in scripturis non cessauit diuina traditio, sed semper perseuerat, ideo Euangelium Dei quod vnum est quo ad finem, diuisum est in duo, scriptum scilicet per scripturas & traditum per traditiones. Probatur, quia præter scripturas multa alia habemus, patet ex verbis Apostoli dicentis tenete traditiones nostras quas didicistis siue per epistolam siue per sermonem.

Sexta propositio. Cognitio reuelata siue scripta, siue tradita, est necessaria in Ecclesia Dei non quidem singulis hominibus, sed quibusdam tantummodo. Probatur quia nõ omnes elegit Deus, sed aliquos, vt per ministeriũ illorum fideles istruerentur, & hæc propositio est intelligenda secundũ legem ordinatam à Deo, qui pro diuersitate temporum mentes quorũdam hominum prophetice illuminauit, vt ex parte Dei reliquos instruerent, & consolarentur iuxta illud Amos. quia non faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos. Cap.3.

Septima propositio. Cognitio reuelata est necessaria simpliciter secundum legem ordinariam Dei ad salutem singulorum hominum, qui ad vsum rationis peruenerint, & hæc propositio est de fide, vt patet ex verbis Apostoli ad Hebræos. sine fide impossibile est placere Deo, & intelligitur, Secundum legem ordinariam Dei, quia secundum potentiam suam absolutam posset Deus per gratiam suam iustificare homines & transferre illos ad vitã æternã. Cap.11.

Octaua propositio. Cognitio reuelata, quæ versatur circa intelligentiam, & expositionem sacræ scripturæ & eorum quæ spectant ad legem canonicam, non est necessaria simpliciter singulis hominibus ad salutem. hæc patet ex sequia sunt multi Christiani simplices qui simpliciter credentes articulos fidei ex dilectione Dei obseruando eius mandata, saluantur.

Nona propositio. Scholastica Theologia à tempore magistri sentẽtiarum exercita in Ecclesia Dei vsq; ad præsentem diem quæ addiscitur & tenetur est necessaria in Ecclesia Dei ad conseruationem fidelium & ad extirpationem hæresum: probatur hæc scholastica doctrina non differt à Theologia Sanctorum patrum quantum ad substantiam, sed quò ad modum compendiosum & artificiosum, sed illa est necessaria supposita diuina ordinatione ergo & ista.

Decima propositio. Doctrinæ humanæ, seu sciẽtiæ humanitus inuentę sunt necessariæ necessitate ad bene esse pro ornamento & perfectione Theologiæ scholasticę patet hæc ex D. Aug. li. 2. de Doctrina Christiana, vbi dicit. quod assumere humanas disciplinas ad Doctrinæ Christianæ ornamentum nil aliud est quã filios Israel imitari qui Pharaonẽ fugientes, vasa aurea & omnem supellectilem Aegyptiorum secũ abstulerunt, vt postea ad ornamentũ tabernaculi, pretiosa quæq; impenderẽt &c. Diuus Hieronymus quoque in Epistola ad Damasum Papam inquit. assumere philosophiam humanam & omnes humanas disciplinas ad ornamentum Doctrinæ Christianæ est pulcherrimam mulierem in fidelem captiuam inducere ad populum Dei. Cap.4.

Vndecima propositio, Sacra Doctrina non est argumentatiua in probando sua principia. Probatur, quia principia sacræ Doctrinæ sunt articuli fidei, qui probari nõ possunt: deinde, nulla scientiarum argumentatur ad probanda sua principia.

B Duodecima propositio. Sacra Doctrina est argumentatiua contra negantes quædam principia, si alia principia aduersarius concedit. Probatur quia & si in alijs scientijs humanis quæ sunt inferiores, non arguatur contra negantes quodlibet principium: Tamen quæ suprema est inter illas vt Methaphysica argumentatur ex vno principio concesso contra illos qui aliud negant: ergo & sacra Doctrina quæ omnibus supereminet simile officium facere potest.

C Tertiadecima propositio. Sacra Doctrina cõtra negantes vniuersa principia fidei non argumentatur, ad ipsa probanda; sed soluit eorum rationes. Probatur quia contra negantes principia non est disputandum. deinde rationes omnes quæ adducuntur contra certam veritatem sunt solubiles, sed quæcunque adducuntur contra sacram scripturã præsertim librorum canonicorum: dicuntur esse contra certam veritatem: igitur sunt solubiles. & hoc secundum diuersas methodos præscriptas in Theologia.

In hac tertia quæst. ponit quatuor conclusiones.

Prima est habitus sciẽtię licet sit vna simplex qualitas non constituta ex multis prout habitum dicimus habilitatem ad vtendum comD plete formis intelligibilibus, tamẽ habitus sciẽtię, prout est immediatũ principium actus intelligendi non est simplex qualitas. Huic contradicit Auer. quòd scientia non sit forma simplex, nec vnitas specierum intelligibilium. In hac conclusione fuerunt variæ opiniones Themist. vir maximus credidit scientiam nihil aliud esse quàm intellectum agentem, vt per ipsum intelligimus, Auerr. noluit sciẽtiam esse habitum, sed intellectum effici nobis habitum quatenus per phãtasmata nobis copulatur, & hoc 7. phy. com. 10. Burl. primo phys. voluit scientiam esse vnam per aggregationem, iuxta numerum conclusionum. Quidam Thomistæ dicunt E quòd est habilitas quædam, & entitas distincta à speciebus intelligibilibus, sed melior opinio est q̃ sit qualitas simplex, quæ acquiritur per primã demostrationem, per secundam vero demostrationẽ non acquiritur noua qualitas, sed præexistẽs intenditur, quòd si quis diceret habitus, principiorum, & habitus conclusionum differunt specie, ergo nõ potest esse vt scientia sit vna qualitas, dicas quòd differunt specie virtutis, non autem specie cognoscibilitatis, lege Sonc. 6. Metaph. q. 9. & Landulph. q. 3. prologi 1. sent. & Girard. q. 3. Pri.a. q.54. art.4. Tertio de A.cap.3. Sonc.6.Metaph.q.9.

Secunda conclusio, Distinctio secundum genus scientiarum speculatiuarum attendenda est penes diuisionem secundum genus scibilis inquantum est sci-

eſt ſcibile, & ſimiliter de vnitate ſcientiæ, ſecun- A dum genus, quæ attenditur ſecũdum vnitatem generis ſcibilis &c. iſtam concluſionem per belle declarat Caiet. arti. 3. p. q. p. p. vbi ponit duplicẽ rõnẽ formalem obiectu in ſciẽtia, alteram obiecti vt res, alteram obiecti vt obiectum eſt, ſeu alterã vt quæ, alteram ſub qua, ratio formalis obiecti vt res, ſeu vt quæ eſt rõ rei obiectæ, quæ primo terminat actũ illius habitus & ex qua fluũt paſsiones illius ſubiecti, & quæ eſt medium in prima demonſtratione vt entitas in Metaph. quantitas in Mathemat. & mobilitas in naturali, ratio formalis obiecti, vt obiectum eſt ſeu ratio formalis ſub qua eſt immaterialitas. talis, ſeu talis modus, abſtrahẽdi, & diffiniendi, puta ſine omni materia, in Metaph. cum materia intelligibili tantum, in Mathemat. & cum materia ſenſibili non tamẽ hac in naturali, ita quòd iſtæ rationes formales conſtituunt diuerſas ſcientias, quia medium illuſtratum immaterialitate ſenſibile obumbratum tamen materia intelligibili facit ſcientiam Mathemat, medium vero illuſtratũ per abſtractionem ab omni materia conſtituit ſcientiam Metaphyſicalem: Medium illuſtratũ ex ſeparatione indiuidualium conditionum obumbratũ tamen materia ſenſibili communi conſtituit philoſophiam naturalem, medium diuino lumine fulgens conſtituit Theologiã. & ſic eſt clariſsima concluſio, quòd diſtinctio ſciẽtiarum eſt attendenda penes diuiſionem ſcibilis, vt ſcibile, hæc declaratio eſt ſecundum celeberrimos Authores. ſ. Græcos, Arabas, & Latinos, vt eſt videre apud Themiſt. in procemio phyſ. & apud Alpharab. Babylionẽſem in quodam codicillo de diuiſione ſcientiarum, & apud Albert. primo phyſic. ex hac declaratione ſoluuntur illa duo argumenta Aureoli cum confirmatione.

Tertia concluſio. Vnitas ſpecifica habitus ſcientifici attendenda eſt penes vnitatem formalis obiecti quam ille habitus primo, & per ſe reſpicit. &c. de hac concluſione vide Paul. Sonc. 6. Metaph. q. 8. vbi latius declarat ipſam de mente D. Tho. & conformiter ad Pet. de Palud. & Greg. Arim. in prologo 1. ſent. vbi attende quòd alia eſt diſtinctio numeralis habituum, quæ naſcitur ex ſubiectis diſtinctis numero, & alia diſtinctio generica quæ ſumitur ex diſtinctione formalis rationis obiecti inquantum eſt obiectum, & diſtinctio ſpecifica, quæ non ſumitur ex formali ratione obiecti inquantũ eſt obiectum, quia Arithmet. & Geometria diſtinguuntur ſpecie, & ſimiliter ſcientia libri de Cœlo, & ſcientia libri de generatione, & iſtæ conueniunt in eadem ratione, propterea ad vnitatem ſpecificã habitus requiritur duplex vnitas rationis formalis, ſcilicet illius, quæ ſe habet vt quod, & illius quæ ſe habet vt quo, vide etiam Franc. de Maronis. q. 1. primo ſenten. in prolog.

Quarta concluſio, Theologia eſt vna ſcientia, hanc interpretatur Caiet. quòd ſit vna vnitate ſpecifica ſpeciei non ſubalternæ, ſed ſpeciei ſpecialiſſimæ, ita quòd tota ſcientia Theologica non diuiditur in multas ſpecies, vt Mathemat. in Geomet. & Arithmet. &c. ita etiã ſit Theologia quòd diuidatur in vnã ſcientiam de Deo, & in aliam de Chriſto, & in aliam de moribus: licet Theologia vt ſic vna genere dicatur ſecũdum formalem rationem adæquatam, diuiditur tamen in plures ſpecies, quia vel eſt Theologia ſecundum lumen diuinum independens, quæ eſt Theologia Dei, vel eſt Theologia ſecundum lumen reuelatum euidens quæ eſt Theologia beatorum, vel erit ſecundum lumen diuinum reuelatum obſcurum & hæc eſt Theologia noſtra viatorum, quæ eſt vna ſecundum ſpeciem ſpecialiſsimam: & ſic intelligitur concluſio, ex cuius declaratione de facili ſoluuntur quatuor illa argumenta, quæ fiunt contra hanc veritatem, & hæc declaratio eſt contra Landulphum q. 3. prologi, vbi ait quòd Theologia non eſt vna ſcientia ratione vnius modi ſcibilitatis, nec vna vnitate ſpecifica, ſed vnitate generis, ſed cõſormiter ad Diuũ B Thom. tenet Romanus Egidius in prologo 1. ſent. quæſt. 6.

Margin notes: ſn. p. q. 1. art. 1. ad 2. — Sõc. 6. Metaphy. Quæſt. 8. — Landulph. q. 3. ꝓlogi. — Egid. 1. ſen. q. 6. in ꝓlo

In vltima quæſt. prologi quæ eſt quarta in ordine ponit ſex concluſiones.

PRima eſt, obiectum ſcientiæ noſtræ, eſt quid incomplexum ex parte rei, licet ex parte noſtra ſit complexum per modum enuntiabilis, nota quòd ſcitum, vt de quo ſcitur eſt ſubiectum concluſionis, & hoc dicitur incomplexum, quòd verò ſcitur eſt concluſio complexa quæ ſecunda operatione intellectus cognoſcitur, & hoc eſt di- C ctu obiectum ſcientiæ, ex parte rei eſt incomplexũ quia prima operatione intellectus apprehenditur ex parte noſtri eſt complexum, quia habetur per ſecundam operationem intellectus: lege Caieta. in in prologo prædicamentorum, & Boetium primi periherm.

Secunda concluſio ſubiectum ſcientiæ non eſt omnino idem quòd obiectum eiuſdẽ, nota quòd obiectum cum non ſit materia ex qua ſed eſt materia circa quam, & habet rationem formæ, quia dat ſpeciem ei, cuius efficitur obiectum, propterea non poteſt eſſe idem quòd ſubiectum, quia ſubiectum tenet locum materiæ, & quia multis modis capitur ſubiectum, eſt videre apud Verſorium D primo Metaph. q. 1. & nullus modus quo capitur ſubiectum coincidit cum obiecto, lege Auer. 2. de anima, vbi loquitur de obiecto virtutis nutritiuæ, & augmentatiuæ, & generatiuæ.

Tertia concluſio. Formalis ratio obiectiua alicuius habitus ſcientifici non ſolum eſt illud ad quod primo terminatur actus talis habitus, ſed potius illud quod eſt cauſa per ſe, quòd aliquid per illum actum attingatur. Nota quòd triplex poteſt eſſe ratio formalis, prima eſt quæ ſe tenet ex parte ſcientis, & hæc eſt per quam ſciens venit in notitiam obiecti, puta medium demonſtrationis, ſecunda eſt ratio ſe tenens ex parte ſcientis, quam E intellectus appræhẽdit, & attingit in obiecto & per quam ei inſunt ſuæ paſsiones, tertia eſt ratio ſe tenens ex parte obiecti relatiuè ad habitum, & hæc eſt illa quæ denominat obiectum inquantum eſt obiectum; dicitur enim obiectum, quia obijcitur potentiæ, & habitui, & ideo vbi ſunt diuerſi modi ſe obijciendi ibi eſt diuerſa ratio obiecti vt obiectum eſt, de qua re vide latius Auer. primo poſt. capit. 2.

Quarta concluſio. Formalis ratio ſubiectiua, vt quòd tria requirit, vniuerſalitatem principali- tatem

Margin notes: Sec. 2. q. 1. art. 2. — Prolog. 1. ſent. art. 4. — Verſor. 1. Metaph. q. j Auer. 2. d. A. cõm. 42. — Sec. 2. q. 1. art. 1. — Auer. primo poſt. capitu. 2. — Prolog. q. 1 art. 4.

tatem,& distinctionem. hæc conclusio habetur ex conditionibus subiecti quæ sunt, vt sit principale consideratum in arte, secundo vt omnia alia considerata ordinentur ad ipsum, tertio vt per ipsum differat sua scientia ab omni alia, quarto vt prædicetur de omnibus cõsideratis, vel in recto, vel obliquo, quinto vt non sit ambiguum, sed per se primo notum in scientia. hinc decipiuntur omnes ponentes in philosophia naturali subiectum esse corpus naturale, seu ens naturale, vt sunt quidam moderni de numero quorum est R.P. Tholetus, & Benedictus Perrerius, & tota ferè eorum schola, propter quod quidam Thomistæ ausi sunt dicere corpus mobile & corpus naturale esse idem, sed allucinati sunt omnes, non animaduertentes, naturale posse dici illud, quod opponitur voluntario, vel ei quod fit ab anima, siue violento, aut supernaturali, vel ei quod fit à casu, sine artificiali, & cum corpus Mathematicum siue Metaph. distinguatur cõtra omnia ista, hoc intelligeremus pro subiecto philosophiæ naturalis, vel oportet dicere naturale .i. mobile, cum ergo istud sit ambiguum, & non primo notũ nullo pacto corpus naturale, siue ens naturale est ponendum subiectum adæquatũ philosophiæ naturalis sed ens mobile vt ait D. Thom. in prolog. primi phy. vide de hac re Ferr. q. 3. primi phy. & Iauel. & Caiet. in proprio quæsito.

Prolog q.1. art.4.

Prim. phy. q.1.

Georg. Vercell. in quæsito ꝓprio.

Quinta conclusio. Deus est subiectum Theologiæ, & formale obiectum sicut quod cognoscitur per habitum Theologicum primo, & per se. Circa istam conclusionem fuerunt variæ sententiæ, nam Magister sent. posuit res, & signa esse subiectum Theologiæ de mente Augustini de Doctrina Christiana cap. 1. Vgo. lib. de sacramentis dixit esse opera restaurationis, Cassiad. super psalmos voluit esse Christum tanquàm caput cum membris. Egid. q. 3. posuit subiectum Theologiæ esse Deum sub ratione aliqua speciali, vt principium, s. nostræ redemptionis, & consummatio nostræ glorificationis. Alex. Ales p. p. suæ summæ ait subiectum Theologiæ esse Deum sub ratione absoluta. s. Deitatis. Franc. de Maronis tenet de mente Scot. subiectum Theologiæ nostræ esse Deum sub ratione infinitatis, infinitas. n. est principium formale, quo Deus à nobis cognoscitur. D. Bonauent. q. 1. prologi ait quòd subiectum huius Theologiæ est credibile, vt credibile transit in rationem intelligibilis. Pet. de Aquila q. 1. proœmiali vult, quod Deus est subiectum Theologiæ necessariorum in se sub ratione deitatis, contingentium in se est diuina essentia vt ens infinitum. Bach. q. 3. prologi, art. 4. stabiliendo suam opinionem dicit quod subiectum Theologiæ viatoris secũdum quod est nobis viatoribus cognoscibilis obiectiuè est Deus intelligibilis per sacram scripturam. D. Thom. primo sent. in prologo art. 4. non asserendo, sed opinando posuit ens diuinum per inspirationẽ cognoscibile. prima parte assertiuè dixit esse Deum, & quia scientia consistit in paucis, quæ pauca Caietan. declarat, q̃ Deus sub lumine sibi adæquato est subiectũ Theologiæ absolutè. Deus sub ratione Deitatis reuelatæ lumine gloriæ est subiectum Theologiæ beatorũ. Deus sub ratione Deitatis reuelatæ lumine obscuro est subiectum formale nostræ Theologiæ, & hoc adæquate continet omnia Theologalia in se, vel in participantibus ipsum lege Consl. art. 16. 1. quæst.

Pri.p.q.1. art.7.

Quæst.3.

Artic.7.

Vltima conclusio est. rõ formalis obiecti Theologiæ sicut qua aliquid in Theologia cognoscitur est lumen diuinæ reuelationis, & similiter formalis ratio obiecti Theologiæ vt obiectũ est, est hoc qđ dico reuelabile, &c. nota circa istam conclusionem quod licet Capreol. ponat triplicem obiecti Theologiæ. s. rationem cognitam, rationem cognoscendi, & ratione quæ accidit cognito, duæ tamen sunt regulariter, ratio obiecti vt res quæ est Deitas, & ratio obiecti vt obiectum est, quæ est lumen diuinũ, quia Deus non est cognoscibilis, nisi vel secũdum cõceptus generales, vel speciales, & hoc tripliciter, s. clarè, nudè, intuitiuè, secundo scientificè, tertio non clarè immò obscurè, primo modo est subiectũ Theologiæ philosophorũ, & in qualibet Theologia datur illa duplex ratio formalis. vide Caiet. q. 1. artic. 7. & art. 3. & Bach. qui latius disputat de hac quæst.

Pri.p.q.1. art.3.

Et quia lumen secundum quod ad intellectum pertinet nil aliud est, quã quædã manifestatio veritatis secundũ illud ad Ephesios. omne quod manifestatur lumen est: vnde illuminare nil aliud est quã manifestationem agnitæ veritatis alijs tradere secũdũ quẽmodũ Apost. dicit ad Ephes. Mihi omnium Sanctorũ minimo data est gratia illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, & quia lumen est triplex, naturæ gratiæ & gloriæ, propterea manifestatio quoque erit triplex, naturæ gratiæ & gloriæ, & cum per idioma & scripturas fiat aliqua manifestatio, idcirco non erit inutile declarare aliquas ꝓpositiones de idiomate, primo Hebraico, secundo Græco, tertio Latino. De Hebraico sit hæc prima propositio.

Cap.5.

Cap.3.

Lingua Hebræa q̃ hoc nomẽ habuit vel ab Abraham, vel ab Heber. non primo cœpit tẽpe cõfusionis linguarũ, sed ab Adam, vsq; ad Heber per posteros suos, licet probabilis sit illorũ sententia qui dicũt. esse vnã ex illis quę ortę sunt in cõfusione linguarũ ad illud tamẽ mouet me Ioseph primo antiquitatum. Euseb. x. libro de præparatione Euangelica. Ambrosius in Epistola ad Philip. Hier. in Epistola ad Damasum, & Augu. decimosexto de Ciui. Dei. & probat quia constat ex diuinis scripturis Prima nomina ab Adam esse imposita ad significandum aliquid, vt patet de Iacob qui dr̃ supplantator, sed eadẽ etymologia est nunc in lingua Hebræa, ergo &c. Deinde probat ẽt quia mulier facta est ex viro, & non vir ex muliere, vnde dedi illi nomen vt vocaretur virago. i. à viro sumpta, sed hoc nõ reperitur in alia lingua, nisi Hebræa: igitur ipsa nõ incæpit in confusione linguarũ. Adde quoq; quia prima elementa sunt eadẽ ferè apud oẽs, sed noia quibus appellantur habent maximũ, discrimen & priuilegiũ in lingua Hebræa, in qua habent vim significandi, in alijs verò nihil significant, ergo signum est omnes alias ab hac sumpsisse initium. Addit quoque Aug. lib. 16. de Ciuit. Dei. quia in ipso Heber idem fuerit spiritus Dei, qui erat in alijs patribus: igitur probabile esse videtur, vt esset idẽ sermo in oĩbus, & ideo dicebatur quod terra erat vnius labij.

Cap.9.

Cap.11.

Cap.11.

Secunda propositio. In hac lingua Hebræa scripta est diuina scriptura vetus præter Danielẽ Thobiã & Iud th. hæc propositio nõ alio medio ꝓbat quã authoritate Hieronymi in prologo librorum.

Tertia propositio post captiuitatem Babyloni-cam sub Esdra eodē idiomate recuperata est scriptura insigni miraculo ab Esdra cum esset deperdita. hæc propositio est Tertulliani in lib. de habitu muliebri. eandem affirmat Hyreneus libro tertio aduersus hæreses. sic & Clemens Alexandrinus primo stroma. sic & Bas. in asceticis ad Chilonem; sic Theodoretus in præfatione psalmorū, & nonnulli alij.

Cap.3. Cap.15.

Quarta propositio. Non defuerunt multæ paraphrases in diuinam scripturam conscriptæ eadem lingua, & etiam lingua Caldaica, quæ in multis, illi assimilatur. patet hæc ex Diuo Hieronymo in prologo librorum Moisi; nam author quidam nuncupatus onchelos vertit libros Moysi in paraphrasim. Ionatas filius Vrielis fecit paraphrases in profetas. Quidam Agiografa Hierosolimitanus fecit etiam paraphrasim Arabicam; & propterea orta est controuersia inter has tres linguas, quæ nam fuerit prima an Arabica, vel Caldaica, vel Hebrea.

De græco idiomate suppono historiam notam circiter 200. annos post captiuitatem Babilonicā, & circiter 300. annos ante Christum. Ptolomæus Philadelphus cum sibi curaret vndique afferri libros cura Demetrij Phalærei, cum audisset de lege Iudæorum; misit munera ad Eleazar, vt mitteret ad se 70. seniores, qui excepti verterunt græcè totam scripturam, vnde dicta est translatio 70. interpretum, quo stante sit

Prima propositio. Translatio 70. interpretum non fuit mere humana, sed assistente Spiritu Sancto facta est, & ideo Codices illi erant infallibilis veritatis, meritoque illi habiti sunt digni nomine etiam prophetarum, probat. primo ex cōsensu omnium Doctorū Philonis Iudæi lib. 2. de vita Moysis. Irenei, lib. 3. Tertulliani in Apologetico. Iustini martiris in oratione pro Christianis aduersus gentes. Origenis in epistola ad Africanum; Eusebij cęsariensis Octauo de Euāgelica preparatione: Theodori in præfatione psalmorum; Epiphanij in libro de ponderibus & mensuris. Aug. 16. de Ciuit. Dei. Chrisostomi Homelia quinta in Matthæum: Hilarij in præfatione psalmorum; Cirilli, in quarta Cathechesi; & sunt etiā plures alij Doctores, qui hoc idem sentiunt. secundo etiam probatur ex miraculis quæ contigerunt in illa translatione. primo Rex ille gentilis curauit tanta diligentia & apparatu id fieri non sine miraculo, secundo in spatio 72. dierum id perfecerunt; tertio separatim singuli conuerterunt totam scripturam, & conuenerunt vsque ad minima ista. Adde & fortius, quia Apostoli, & tota Ecclesia non solum receperunt illam translationem, sed in plurimis missa hebræa citabant translationem 70. interpretum. immo & ipsimet Hebrei in spatio 400. annorum vsi sunt ea in synagogis teste Philone. Ergo, &c.

Cap.35.

Cap.3.

Cap.42.

Secunda propositio. Septuaginta interpretes nō solum quinq; libros Moysis, sed etiam totam scripturam veterem verterūt. patet ex D. Hieronymo in Ezechielem.

Cap.5.

Tertia propositio. Septuaginta interpretes paraphrasim scripturæ potius quam translationem ediderunt, non tam verba quam sensum secuti; probatur primo, quia vbi scriptura loquitur per parabolas & ænigmate omisis parabolis dederūt sensum illarum vt patet ex Hieronymo de optimo genere interpretandi. secundo quia vbi scriptura repetit aliquid ipsi tacent; vt ex Egypto vocaui filium meum; & vocabitur Nazareus, hæc verba non habentur ibi. tertio quia vbi sensus verborum hebræorum habent multos sensus, ipsi sumpserūt vnum, alij omisis, vt videbunt in quem transfixerunt; ipsi habent insultauerunt & vterque sensus est verus. similiter, quod habetur in Iona. hinc ad 40. dies Niniues subuertetur, ipsi legunt. hinc ad 30. dies. Postremo quia quædam quæ spectabant ad mysteria nimis altæ ne scandalizarentur Gentiles, suppresserunt illa. Radix autem & fundamentū horum est quia 70. interpretes erant septuaginta illi seniores quibus commissa erat cura legis; & quia Deus non solum Moysi in monte dedit legē sed etiam sensum, qui in septuaginta, & in tribu Leui transfundebatur. hi septuaginta qui & scripturam & sensum habebant, ex vtroque vnum fecerunt. Huc accedit testis ipse Hieronymus qui & si hoc sæpe conatus sit impugnare, vt patet in prologo ad Paulinam; tandem purgat se in apologia ad Rufinū, & de optimo gnere interpretādi scripturas.

Quarta propositio. Præter hanc septuaginta interpretum, non defuerunt aliæ translationes. patet hæc ex translatione quam fecit Aquila; qui fuit Iudæus Ponticus natione, qui deinde factus est Christianus & relapsus est postea in Iudaismum tempore Theodori & tempore Soteri Pontificis effectus est hæreticus; vt deinde præter hanc translationem meminit Hieronymus aliarum in expositione psalmorum. Psal.44.

De idiomate latino. pro quo notandum est quod quamdiu apud Hebræos, & Græcos mansit traditio diuina; tamdiu Codices scripturarum fuerūt apud eos infallibilis veritatis; accedente deinde malitia hæreticorum & recedente ab eis traditione, in multis locis fuerūt vitiati ab hæreticis; quo stante sit.

Prima propositio. A tēpore Apostolorum fuit in Ecclesia versio Latina sacræ scripturæ. probatur primo, quia non est verisimile cum Romæ ab Apostolis fundata sit Ecclesia, quod non fuerit etiam translatio Latina ipsius scripturæ. Secundo, quia Doctores antiquissimi Græci citant hanc translationem Latinam; vt patet ex origine, in omnibus ferè suis voluminibus. tertio Tertullianus, Victorinus, Arnobius, Ciprianus antiquissimi citant eam Latine, etiam cum solecismis, cum tamen essent doctissimi viri. sic Ciprianus citat illud. in cœlo neque nubunt, neque nubuntur. & etiam illud aliud Matthæi. Quanto magis pluris estis vos, & illud Ioannis, sermonē quem audistis non est meus, &c. neque ausi sunt mutare hos solecismos. Cap.14.

Secūda propositio. Huius translationis author ignoratur, immo etiam ignōratur, an illa translatio facta esset ex translatione septuaginta an ex veritate hebræa? patet ista ex cōi consensu patrum.

Tertia propositio. Spatio temporis vsq; ad Hieronymum, & Augustinum creuit numerus Codicum circa translationem Latinam. patet ista ex D. Hieronymo in præfatione ad Paulinam. vbi dolet de tāta varietate, & Aug. li. 1. de Doctrina Christiana ait, quod nullus erat certus author, sed omnes putabant sibi licere transferre. Cap.4.

Quarta propositio, a tempore D. Gregorij ad nostra vsque tempora suppressæ sunt omnes illæ translationes, sola hæc quam habemus remansit, vnde Greg. in Iob duas tantum ponit vnam Hieronymi alteram vulgatam, & in hoc omnes fere patres conueniunt, vt Isidorus Beda Rabanus Ricardus Vgo Bernardus.

Quinta propositio hæc translatio nostra quæ dicitur vulgata non est Diui Hieronymi, nec 70. interpretum, nec alicuius Authoris particularis. Tamen ipsa longo sæculorum vsu ab Apostolis, & à tota ipsa Ecclesia semper probata fuit. ex Concilio Tridentino patet hæc.

Sexta propositio, editio nostra vulgata est regula infallibilis omnium aliarum, & est vera & cano-
4 nica scriptura. patet hæc ex Concilio Tridentino determinante hanc veritaté his verbis. Insuper eadem sacrosanta sinodus considerans non parum vtilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus latinis editionibus, quę circumferuntur sacrorum librorum, quæ nam pro authentica habenda sit innotescat, statuit & declarat, vt hæc ipsa vetus, & vulgata editio in publicis lectionibus disputationibus prędicationibus, & expositionibus, pro authentica habeatur; & vt nemo illam reijcere quouis prætęxtu audeat, vel præsumat; & si aliquis Doctor vtatur alljs versionibus. Sequitur ex ista veritate sacri Concilij Tridentini sic determinata, quod illę versiones & translationes non habent fidem: nisi vt expositiones illius veræ & authenticæ vulgatæ editionis. Multa alia essent hic dicéda de scripturis canonicis, sed vide tu Alfon. de Castro lib. 1. aduersus hæreses.

Hæc prima distin. continet tres quæst. in quarum prima ponit sex conclusiones.

Pri. 2. q. 8. in prin. quæst. PRima conclusio. Voluntas respectu finis habet tres actus realiter differentes. s. voluntaté intentionem & fruitionem; nota quòd actus voluntatis dupliciter sumi potest primo, secúdum se, secundo vt est conditio, seu vt forma actuum exteriorum humanorum: conclusio intelligitur primo modo quia sic voluntas respicit finem, vide Caiet. 1. 2. q. 20. art. 1.

Caiet. 1. 2. q. 20. super primú art. Secunda conclusio. Velle dicitur propriè respectu finis. Nota quòd velle tripliciter capitur. s. habitualiter, actualiter, & virtualiter, & similiter est de intelligere, cum. n. habens charitatem peccat venialiter, habitualiter quidem diligit Deum, sed nó actualiter, nec virtualiter, quia pectum non est dirigibile in Deum; cum habens charitatem deambulant, vel prædicat, & quicquid aliud facit, quòd non est malum, quáuis de Deo non cogitet actualiter, actus tamen ille, non solum talis virtutis est, sed charitatis, & voluntas tunc virtualiter fertur in Deum, & non solum habitualiter, quòd conuenit dormienti, & peccanti venialiter; conclusio intelligitur omnibus modis. lege Caiet. 1. 2. quæst. 8. artic. 3. & est distinctio Scoti 4. sententiarum distinctio. 3.

Pri. 2. q. 11. art. 1. Tertia conclusio. Fruitio est amor, vel delectatio, quam aliquis habet de vltimo expectato quod est finis. istam tertiam repræhendit Aur. & Greg. Arim. & Scot. 1. sent. distin. 1. q. 3. vbi nota, ꝙ apud thomistas, & scotistas æquiuocatur hoc nomen fruitio, si quidem nos vocabulo fruitionis significamus delectationem formaliter loquendo amorem connotatiuè, & causaliter: illi verò formaliter significant amorem amicitiæ: vnde oportet cum disputant se inuicem prædeclarare, ne de se inuicé rideant, quolibet putauit extra propositum loqui; conformiter ad D. Thom. est Thomas de Argentina dist. j. q. j. vbi declarat quomodo frui, & vti nó sunt idem, & quomodo fruitio est delectatio, & modo amor, Ger. quoque de senis ibidem sustinet eandem sententiam, &c.

Quarta conclusio. Intentio est actus voluntatis Pri. 2. q. 12. realiter differens à fruitione, & volitione proprie art. 1. dicta. Nota quòd ad rationem finis integrandam, tria necessario requiruntur. s. bonitas ipsa propter se amabilis, & negatio vlterioris ordinis, & terminatio aliorú ad ipsum, oportet. n. finem vt sic propter se, & non propter alium finem, & alia propter ipsum amari, & finis quidem propter se amabilis est ad actum volitionis spectat, quatenus verò nó vltra ducit ad fruitionem spectat, quæ quietam in termino significat, quatenus autem ad ipsum ordinanda sunt intentionem terminat, ex hoc nascitur illa realis differentiam, actus enim voluntatis in finem intentionis nomine significatus importat motum in finem, vt terminum aliorum, ita ꝙ motus iste primo attingit terminum & deinde terminabilia in ipsum, electio vero è contra primo attingit terminú & deinde terminabilia in ipsum, electio vero è contra primo attingit terminabilia & deinde terminum, & sic se habent sicuti descensus & ascensus; intentio. n. descendit à principio ad ea quæ sunt ad ipsum, electio vero ab his descédit ad finem omnium principium. &c. lege Caiet. 1. 2. q. 12. super art. 4. & Petrum de Tarantasia. q. j. distin. j. vbi latius de actibus voluntatis disputat, Egid. quoque eandem quæst.

Quinta conclusio. Fruitio beatifica non solum Pri. 2. q. 11. trásit obiectiuè super Deum immo super visioné. art. 3. ad 3. qua Deus videt, & eadé fruitione fruimur vtroq;. Nota hic quòd nomine fruitionis non accipit ipsum actum voluntatis præcisum, sed agregatum ex visione Dei, & delectatione, tunc. n. verissimum est, quòd cópleta beatitudo. s. essentialiter & accidentaliter est fruitio complectens Deum & visioné, vide Ferr. 3. contra Gent. in expositione 117. cap. idem tenet Guliel. Var. q. 4. huius dist. vbi declarat quomodo beatus fruitur tribus personis vna fuitione numero, & Henr. de Gád. p. p. art. 48. vbi vult quòd tam fruitio viæ, quàm Patriæ in Deo principaliter consistit, sed secundario consistit in habitione Dei, sine qua Deus nó habet rationem obiecti fruitionis perfectæ, &c. & ex hoc soluuntur argumenta Aur. & Greg. Arim.

Sexta conclusio. Nec fruitio nec aliquis actus Pri. 2. q. 3. voluntatis est essentialiter beatitudo. istam conclu art. 4. sionem multi impugnant, & decipiuntur, quia beatitudo cum sit bonum perfectum intellectualis naturæ adeò quòd consistit in perfectissimo, quod reperitur in natura intellectuali, & sic in actu intellectus, & non voluntatis, quia actus intellectus fit capiendo rem intellectam, actus voluntatis fit nó capiendo rem volitam, sed potius è conuerso; intellectus. n. intelligédo habet intellectum in se: voluntas

luntas volendo exit ad volitam, & cum nobilius sit cæteris paribus habere aliquid, quàm tendere in illud, ideo intellectio ex modo proposito sui generis est nobilior operatione volūtatis, & sic in operatione intellectus, & non voluntatis consistit essentialiter beatitudo. lege Caiet. pri. par. qō. 25. art. 2. hanc veritatem habent omnes Patres, pręcipuè Aug. asserens visionem esse totam mercedē. vide etiam Ferr. 3. cōtra Gent. cap. 26. vbi pulcherrime soluit omnia argumenta aduersariorum, & declarat nostras rationes, quas non vidit Iosephus Angles in tractatu de floribus quæstionum Theologicarum, vbi narrat tres opiniones de beatitudine. prima est Bonauent. asserentis beatitudinem essentialiter non esse actum duntaxat vnius potentiæ, sed vtriusq; nimirum, intellectus, & volūtatis. secunda est opinio D. Thom. ponentis ipsam in in operatione intellectus, quia beatitudo consistit in habere Deū præsentem, & effici ei similis; quòd fit per intellectum. tertia est Scoti, & Ricardi, volentium perfectam beatitudinem esse voluntatis operationem. s. amorem erga Deum. &c.

Scot. q. sen. dist. 49. q. 1. art. 3.
Caiet. p. p. q. 25. art. 2.
Ferrar. 3. cōtra Gēt. cap. 26.
Quarto sē. dist. 49.

Additur & alia cōclusio quæ est hæc. Fruitio est actus appetitiuæ virtutis. hæc conclusio est S. Tho. p. 2. & ratio huius est. quia fruitio pertinet ad amorem, & ad delectationem, quam aliquis habet de vltimo expectato quod est finis, sed finis & bonū est obiectum appetitiuæ potentiæ, igitur fruitio erit actus etiam potentiæ appetitiuæ. Sed nota quod proprie & formaliter fruitio dicit delectationem, vti dictum est supra contra Scotum hic, qui vult fruitionem formaliter significare amorē amicitiæ.

Quæst. 11. art. 1.
Quæst. 3.

In hac secunda quæst. ponit nouem conclusiones quarum.

Quæst. 16. art. 1.

PRima est. Vsus est actus voluntatis. vbi nota q̧ tres sunt ordines actuum voluntatis primus est secundum lineam rectam, & respectu eiusdem obiecti. Secundus secundum reflexionem super hunc, vel illum. tertius secundum ipsos reflexos inter se. iuxta primum ordinem primo appræhenditur finis. v. g. diuina gloria. secundo voluntas illius. tertio imperfecta eius fruitio. quarto intentio æiusdem, & cum hæc sunt, tunc voluntas perfecte vult finē, ex hoc postea inchoat prima habitudo voluntatis ad id quod est ad finem. intentio. n. ad id præbet descēsum, & sic quinto est consilium de his quæ sunt ad finem: sed quia consiliū est voluntarium, & à voluntate mouetur ratio ad cōsiliandum, & hæc motio est vere vsus de quo dicit conclusio quod est actus voluntatis. lege Caiet. pri. secun. q. 12. art. 4. quia ex hoc soluuntur argumenta Aureoli.

Caiet. p. 2. q. 12. art. 4.

Ibidē ar. 3.

Secunda conclusio. Vsus proprie sumptus non est, nisi eorum quæ sunt ad finem. hanc conclusionem pulcherrime declarat Gerard. q. 4. huius primæ distin. vbi declarat quòd vti est quidam actus per quem vtens se applicat rei vtibili: & vti, & frui non sunt idem; nam frui respicit finem, vti verò ea quæ sunt ad finem. lege Bach. q. 1. art. 2. huius dist. vbi quærit si beatitudo consistit in actu reflexo contra Dur.

Tertia conclusio est. Electio est actus volūtatis. Nota quòd ista cōclusio est Arist. 3 eth. cap. 2. vbi ait quòd electio est desiderium eorum quæ sunt in nobis, sed desiderium est actus volūtatis. ergo, & electio, vide D. Thom. lib. 6. eth. lect. 2. ex hoc q̧ electio est actus voluntatis sequitur quòd nullum brutum eligat, & si apparet aliquid electionis, vel discretionis in operibus simiarum, & canum, & similium mire disciplinatorum, fit illo modo quo à naturali instintu aguntur; sicut. n. naturalem instinctum sic ordinarum sortita sunt animalia quædam, ita habitus acquisitus in illis ex frequentia actuū inclinat illos, per modum instinctus, & hoc ipsum quòd inclinabilia sunt animalia ex natura habent inchoatiuè, completiue verò ab assuefactione, &c.

Pri. 2. q. 13. art. 1.

Quarta conclusio. Electio est eorum quæ sunt ad finē. nota quòd illud cadit sub electione quòd se habet vt cōclusio in operabilibus, & non vt principium, sed conclusio est id quod est ad finem, finis verò principium: propterea electio non est ipsius finis, sed illius quod est ad finem.

Ibidē ar. 3.

Quinta conclusio. Consensus est actus voluntatis. ista conclu. est Damasc. 2. lib. suarū sent. vbi habet quod si aliquis iudicet, & non diligat non est sententia. i. consensus, sed diligere est actus voluntatis ergo, & consensus. Est etiam Augu. in lib. de Trin. cap. 9. vbi attribuit consensum rationi non absolute, sed quatenus ratio includit voluntatem, vt etiam Arist. habet 3. de anima voluntatem in ratione consistere. &c.

Pri. 2. q. 15. art. 1.
Arist. 3. de aïa tex. 39.

Sexta conclusio. Consensus non est nisi eorum quæ sunt ad finem. ista etiam est Damasc. vbi supra dicens, quod sensus, siue sententia est quando homo disponit, & amat quod ex consilio iudicatum est, sed consilium non est, nisi de his, quæ sunt ad finem, ergo nec consensus est nisi de his, quæ sunt ad finem.

Artic. 3. vbi supra.

Septima conclusio. Respectu eiusdem obiecti potētiæ exequutiuæ vsus semper sequitur electionem. Nota quòd vti est actiua libera applicatio, tam volūtatis, quàm cuiuscunq; alterius ad quodcunque opus, eligere dicit acceptionem vnius præferendo alijs, propterea vti exequutiuis potentijs ad acquirēdum secundum esse reale est posterius electione & consensu, simpliciter tamen, & absolutè vti procedit consensum, & electionē, vide Caiet. pri. secun. q. 16. super quartum artic.

Pri. 2. q. 16. art. 4.
Caie. 1. 2. q. 16. art. 4.

Quæst. 15.

Octaua cōclusio. Electio quandoq; differt realiter à consensu quandoq; solum ratione. Nota q̧ electio ad hoc quod sit bona duo requiruntur, primo vt sit debita intentio finis, & hoc fit per virtutē moralem, quæ vim appetitiuam inclinat ad bonū conueniens ratione quod est finis debitus: secundo vt homo recte accipiat ea quæ sunt ad finem, & hoc non potest esse nisi per rationem rectè consiliantem, iudicantem, & præcipientem, quòd pertinet ad prudentiam, & ad virtutes sibi annexas; consensus verò est actus appetitiuæ virtutis, non absolute sed consequens ad actum rationis deliberantis, & iudicantis, & quandoque fit secundum rationes æternas solas, & tunc est rationis superioris, propterea dicitur quod electio, & consensus quandoq; differunt realiter, quandoque ratione. lege Caiet. 1. 2. q. 74. art. 7.

Caie. 1. 2. q. 16. artic. 4.

Nona conclusio est. Ante consensum præcedit consi-

consilium, & ante electionem præcedit consensus ri & irrationalia voluntaria quidem faciunt, non

Pri.2.q.15. per totam. & ante imperiũ præcedit electio, & ante vsum præcedit imperium: quomodo ordinentur motus voluntatis, puta apprehesio finis, volitio eiusdem, & intentio, consilium, vsus consensus electio, præceptum, seu imperium, fruitio, amor, delectatio, gaudium, & desiderium vide Caiet. pri. 2. q. 16. art. 4.

Caieta.1.2. q.16. art.4. Tert.q.huius dist. Circa omnes has conclusiones, nota quod est discrepantia inter Doctores de vti, dum Greg. Arim. vult hic quòd vti sumitur tripliciter communiter, & est assumere aliquid in facultatem voluntatis. secundo proprie, & sic est assumere propter alia. tertio proprijssime, & sic est assumere propter alia quibus fruendum est. Aur. vult quòd vti dicitur à transitu gradiendo ad habitionem rei. Dur. in hac etiã dist. q. 3. ait quod vti importat applicationem rei ad aliquam operationem. Heru. quol. 3. q. 4. ait quòd vsus dicitur primo omnis operatio rei, secundo consuetudo. tertio operatio quam applicamus ad finem optimum. Thom. Anglicus hæc vult quod vtile est omne iuuans ad commodum siue sit res, siue operatio, vtilitas autem est finis ad quem aliquid est vtile, vti autem est applicare vtile vtilitati, & hæc est opinio D. Thom. pri. secun. quæst. 16. art. 3. vbi vult quòd vsus rei importat applicationem illius ad aliquam operationem, & est expressa opinio August. 10. de Trin. cap. 6. Pro maiori dilucidatione eorum quæ dicta sunt, adduntur & aliæ conclusiones de mente S. Th. inter quas sit hæc 10. in ordine, &c. Intentio finis non conuenit brutis. hanc

Quæst. 12. art.5. ponit S. Thomas pri. secun. & ratio est quia intentio finis importat ordinationem alicuius in finem quod est rationis. Cum igitur bruta animalia nõ habeãt rationem, ex his etiam sequitur necessario, quod brutis non conueniat intentio finis. Circa quam conclusionem. Nota quod intendere est in aliud tẽdere, quod quidem est mouentis & moti: secundum quidem igitur, quod dicitur intendere finem, id quod mouetur ad finem, ab alio, sic natura dicitur intendere finem. quasi mota ad suum finem ab ipso Deo, quo etiam pacto sagitta mouetur à sagittante, & sic non intelligitur præsens conclusio, quia hoc modo Bruta animalia intendunt finem, inquantum mouentur ab instinctu naturali ad aliquid. Alio modo intẽdere finem est mouentis prout scilicet ordinat motum alicuius vel sui vel alterius in finem, quod est proprie & principaliter intendere, & sic intelligitur præposita conclusio, quod intentio finis non competit brutis.

Quæst. 13. art.12. Vndecima conclusio. Electio non conuenit brutis animalibus. hanc ponit S. Thom. prima 2. ratio huius est, quia electio est illius potentiæ quæ indeterminate se habet respectu particularium bonorum, sed bruta animalia non habent aliquam potentiam appetitiuam indeterminate se habentem respectu particularium bonorũ: igitur electio proprie ipsis non conuenit. probatur minor, quia in brutis non est voluntas sed tantum appetitus sensitiuus, qui quidem appetitus secundum ordinem naturæ est omnino determinatus ad vnũ particulare bonum, voluntas autem secundum ordinem naturæ est determinata ad bonum in communi, sed indeterminate se habet ad bona particularia, quæ eligit ex se. & hæc est sententia Greg. Niceni in oratione de Epiphania. vbi dicit quod pue-

A ri & irrationalia voluntaria quidem faciunt, non tamen eligentia.

Duodecima conclusio: finis inquantum huiusmodi non cadit sub electione, habetur hæc conclusio vbi supra & ratio huius est, quia illud cadit sub electione, quod se habet vt cõclusio in syllogismo operabilium, sed finis non se habet huiusmodi sed vt principium, igitur conclusio vera, maior probatur quia electio cõsequitur iudicium, minor habetur ab Arist. in 2. physicorum, circa quam conclusionẽ animaduertendum est, quod sicut in speculatiuis nihil prohibet id quod est principium vnius demostrationis vel scientiæ esse conclusionem alterius demostrationis, vel scientiæ, primum tamen principium indemostrabile non potest esse cõclusio alicuius demostrationis, vel scientiæ, ita etiam contingit id quod est in vna operatione ordinari ad aliquid vt ad finem, & hoc modo cadit sub electione, sicut in operatione medici, sanitas se habet vt finis, vnde hoc non cadit sub electione medici, quia supponit istud tãquam principium, sed sanitas corporis ordinatur ad bonum animæ, & ideo, apud illum, qui habet curam de salute animæ potest sub electione cadere esse sanum vel infirmum, propterea Apostolus 2. ad Corinth. dicebat, cum autem infirmor, tunc fortior sum, & potens: patet igitur conclusio præposita, quæ etiam est philosophi 3. ethic. dicentis voluntas est finis, electio autẽ eorum quæ sunt ad finem. Art.3. Cap.12. Cap.5.

Tertiadecima conclusio, electio semper est humanorum actuum, scribitur hæc conclusio vbi supra. & ratio huius est, quia sicut intentio est finis, ita electio eorum quæ sunt ad finem, sed finis est obiectum intẽtionis, vel est actio, vel res aliqua per humanos actus, igitur conclusio vera, & est Arist. in 3. ethic. asserentis quod nullus eligit, nisi ea quæ existimat fieri per ipsum. vbi obserua, & animaduerte vt intelligas præsentem conclusionem, quòd D sicut intentio est finis, ita electio est eorum quæ sunt ad finem, finis autem, vel electio, vel est res aliqua, & cum res aliqua fuerit finis, necesse est quòd aliqua humana actio interueniat vel in quantum homo facit rem illam quæ est finis, sicut medicus facit sanitatem quæ est finis eius, vnde, & facere sanitatem dicitur finis medici, vel in quãtum homo aliquo modo vtitur vel fruitur re quæ est finis, sicut auaro finis est pecunia, vel possessio pecuniæ, & eodem modo dicendum est de eo quod est ad finem, quia necesse est, vt id quod est ad finem, vel sit actio vel res aliqua interueniẽte aliqua actione, per quam facit id quod est ad finem, vel vtitur eo, & secundum hunc modum electio semper est hu- E manorum actuum, ex quibus patet veritas conclusionis. Quæst.13. art.4 Cap.5.

In hac quæst. tertia ponit sex conclusiones.

Prima est Voluntas necessario vult finem vltimum apprehensum sub ratione sua vniuersali. Nota quòd conclusio intelligitur de necessitate naturali, non violenta, & quoad specificationem actus, non quo ad exercitium, & de voluntate absolute non autem secundum talem statum. s. videntis diuinã essentiã, quia in tali statu actus amoris, & fruitionis est naturalis necessario quoad spe- Pri.p.q.82. art.1.

cifica-

cificationem, & exercitium actus, sic istam inter- A petratur Caiet. vbi supra: ex quo soluũtur dubitationes Scot. & Aur. & aliorum. vide Ioseph. Angl. Scotist. lib. de Floribus quæst. Theologicarum q. de beatitudine, vbi tenet cum D. Thom. in prima conclusione, licet in secunda teneat contra ipsum, quòd beatus vidẽs essentiã Dei possit habere hũc actũ, nolo istam beatitudinẽ, quia est liber quoad exercitium, & quoad specificationem actus: & allucinatur, quia sicuti nullus potest resilire à bono in communi ita nec ab ipsa essentia bonitatis, quæ est Deus clare visus. ideo secunda conclusio contradicit primæ, vide Caiet. p. p. q. 62. art. 8.

Caieta. p. p. q. 82. art. 8. Pri. 2. q. 15. art. 8.

Secunda conclusio licet voluntas necessitate na B turalis inclinationis velit beatitudinem appræhensam sub ratione summi boni, aut beatitudinis, nõ tamen necessario vult eam appræhẽsam sub ratione speciali. Nota quòd hæc conclusio intelligitur in via: quia in Patria Frãc. de Mar. in hac dist. & similiter Landulph. tenent quod volũtas sibi dimissa circa Deum clare visum potest suspendere actũ. Scot. q. 4. huius dist. asserit quòd volũtas non fruitur, nec vltimo fine obscurè appræhenso in vniuersali, vel particulari, immo nec clare viso quantum est ex parte sua, si sit eleuata per habitum supra naturalem, nihilominus si non sit eleuata frui potest vt si Deus ostẽderet se intellectui nullo habitu col- C lato voluntati. Adam docet in hac dist. quod vidẽs Deum non fruitur necessario: Michael de massa & Thom. de Argent. lib. 4. dist. vlt. scripserunt nõ esse contradictionem, quòd aliquis sit beatus quoad intellectum, & damnatus quoad voluntatem siue odiens Deum. Alphon. Tholet. in hac dist. sustinet voluntatem creatam nullo modo efficere fruitionem beatificam, sed se habere ad illam mere in potentia obedientiali, nec esse cõtradictionem quòd aliquis intuitiuè videat Deum, & illum non amet. Qui de mẽte D. Thom. p. p. q. 82. art. 1. tenet quod voluntas necessario quoad specificationem actus appetit appetitu naturali, qui est elicitus, beatitu- D dinem in cõmuni, in particulari vero in patria appetit necessario quoad specificationem, & exercitiũ actus, quia vltimo fine. s. Deo glorioso viso per essentiam necessario voluntas exercet actum amoris, & delectationis, in via autẽ libere, & hoc tenet conclusio præsens lege Petrum de Tarant. hic q. sua tertia.

Pri. 2. q. 10. art. 2.

Tertia conclusio voluntas pro statu viæ nihil necessario actualiter vult, nec ab aliquo obiecto mouetur necessario quantum ad exercitium actus, licet quantum ad specificationem actus ab aliquo necessario moueatur obiecto, prima pars conclusionis est Arist. nono Metaph. t. 3. quia potentiæ ra E tionales sunt ad opposita sed voluntas est potẽtia rationalis, volũtas. n. in ratione existit tertio d. Anima, ergo voluntas se habet ad opposita, & sic non ex necessitate mouetur ad alterum oppositorum. potest enim de quocunque obiecto non cogitare quãtum est ex parte obiecti. secunda verò pars patet, quia obiectum sub omnimoda ratione boni necessario specificat, quod est obiectiuè mouere, quod impossibile est aliter se habere quoniam nõ potest non specificari actus voluntatis ab eo, & est verissimum simpliciter, & formaliter vt exponit Caiet. super hunc articulum.

Quarto sẽ. dist. 48. q. 1. art. 3.

Quarta conclusio. Diuina essentia clare visa necessario mouet voluntatem creatã ad sui dilectionem non solum quoad specificationem actus, sed etiam quoad exercitium. ista conclusio patet, quia in illa visione non potest esse aliquod malum cum sit optimum ad quod creatura rationalis peruenire potest, nec est ibi aliquod fastidium, ergo necessario mouet omnibus modis cum sit perfectius contingenti, etiam secundum Scotum sed vide tu Franc. Ferr. 3. contra Gent. cap. 62. vbi declarat istã cõclusionem, quòd dupliciter loqui possumus de actu voluntatis erga Deum, si enim loquimur de illa cognitione Dei in qua essentia beatitudinis consistit, quæ. s. est cognitio Dei per ipsam diuinam essentiam clare visam, sic voluntas non potest non habere actum dilectionis circa Deum, quia non potest intellectus iudicare ipsum, pro tunc non esse diligendum: consequenter cessatio à tali actu dilectionis non potest proponi voluntati sub ratione boni. Si autem loquamur de cognitione quam habent beati de Deo, aut ex habitu hic acquisito, aut ex reuelatione, aut aliquo alio modo, secundum quascunque alias particulares rationes, sic non necessario fertur volũtas beati in Deum sic cognitũ, quia sicut intellectus potest cessare ab illo iudicio quo iudicat Deum vt sic cognitum esse diligendũ, quia potest à tali cognitione, & cõsideratione cessare, & consequenter potest proponere voluntati sub specie boni cessationem ab illo actu, & ita voluntas potest ab illo actu cessare, & sicut intellectus non necessitatur illa cognitione ad iudicandum Deum diligibilem sub ratione cognitum, ita nec voluntas necessitatur ad illum diligendum, & hæc est melior interpretatio quàm ea quam tradit hic Capreolus exponendo verba D. Tho. de ver. q. 22. art. 61. quòd voluntas est libera quoad exercitium actus quantum. s. ad velle, & non velle in quolibet statu naturæ, & respectu cuiuslibet obiecti. &c.

Vbi supra.

Quinta conclusio. Vltimo fine clare appræhenso voluntas necessario fruitur. ista probatur quia nulla creatura potest vltimo fine amplius appropinquari, quàm vt ipsũ clare videat: ergo illã summam immutabilitatem consequitur. ergo non est possibile quod vnquàm ab illa visione deficiat, consequentia prima probatur, quia quãto aliquid est Deo propinquius, qui est omnino immobilis tanto est minus mutabile, & magis perseuerans, vt patet in corporibus quæ longe distant à Deo, propterea in perpetuum durare non possunt, & ex hoc excluditur error Origenis qui dixit animas, & Angelos post beatitudinem iterum posse ad miseriã deuenire &c. quia si voluntas necessario fruitur fine vltimo clarè appræhenso, sequitur eo frui, & sic nunquàm deuenit ad miseriam.

Pri. sen. dis. 1. q. vlt. ar. 1.

Vltima conclusio. Vltimo fine appræhenso sub generali ratione summi, vel perfecti boni, aut fœlicitatis aut beatitudinis circa beatificam visionem voluntas non fruitur perfectè. Circa istã conclusionẽ nota quòd de obiecto fruitionis fuit diuersa opinio, sed communis est, quod sit Deus sub ratione deitatis. Thom. Angl. in hac dist. ait quòd est Deus sub ratione infiniti boni, quia solum sub hac ratione satiat. Scot. q. 1. huius dist. vult quòd fruitio ordinata habet solum Deum pro obiecto, & licet ipse finis sit obiectum fruitionis, nõ tamen

est

est propria ratio eius, nec satiat sub ratione vltimi finis, quia si esset aliud summum bonum ad quod voluntas non ordinaretur vt ad finem vltimũ adhuc in eo quiesceret, & sic videtur velle, quòd ratio obiecti fruibilis sit ratio summi boni, & non vltimi finis. Dur. ar. 2. huius. ait quod nõ est Deus, sed visio Dei, loquendo de obiecto immediato quia fruitio, inquit, est amor cõcupiscentiæ cuius amoris obiectum non est res, puta vinum, sed habitio rei, puta gustus, & sic videtur velle quod visio sit obiectum principale, & Deus secundarium Aur. & Greg. aiunt quod de ratione obiecti fruibilis est quod nullo modo sit referibile in aliud, & ideo erit Deus, & nõ visio, quia ea nullo modo est fruendũ. Sed iuxta viam Thomisticã dico, quod formalis ratio obiecti fruibilis est summa bonitas, formale verò obiectum est summum bonum, & consequenter finis. i. causa finalis, quia eadem est ratio boni, & finis: nec dico obiectum esse relationem quam vtrumq; illorum importat, sed substratum ei, dico etiam quod fruimur visione non vt res, sed vt visio talis obiecti est, sic quod gratia obiecti ea fruimur vt probat Pet. de Palud. hic. &c. Adduntur pro maiori dilucidatione istorum hæ aliæ tres propositiones, quarum prima est, fruitio est tantum vltimi finis, hanc docet Sanctus Thomas prima secũdæ. & ratio huius est quia ad rationem fruitionis duo requirũtur, alterum quod sit vltimum, alterũ vero quod in se ipso sit delectabile, sed hæc duo cõpetunt tantum vltimo fini, igitur conclusio vera, circa quam nota, quòd vltimum potest esse simpliciter, & secundum quid, simpliciter quidem quod non refertur ad aliud, secundum quid vero quod est vltimum aliquorum, illud ergo quod est vltimum simpliciter dicitur esse illud in quo quis delectatur sicut in vltimo fine, & hoc proprie dicitur fructus, & eo proprie dicitur aliquis frui: quod autem in se ipso non est delectabile, sed tantum appetitur in ordine ad aliud sicut potio amara ad sanitatẽ, nullo modo fructus dici potest, quod autem in se habet quandã delectationem, ad quam quædam præcedentia referũtur potest quidem aliquo modo dici fructus, sed non proprie, & secundum completam rationem fructus eo dicimur frui: fruimur cognitis in quibus delectata quiescit voluntas, dicebat Augustinus decimo de Trinitate, sed non quiescit simpliciter nisi in vltimo, quia dum expectatur aliquid motus volũtatis remanet in suspenso licet iam ad aliquid peruenerit, sicut in motu locali, & si illud quod est medium in magnitudine sit principium, & finis, non tamen accipitur, vt principium in actu nisi quando in eo quiescit, vnde possumus frui aliquibus amicis tãquàm medijs, & non tanquàm vltimo termino, & sic dixit Apostolus ad Philemonẽ, itaq; frater ego te fruar in domino.

Quæst. 11. art. 3. (margin, beside "fruimur vt probat Pet. de Palud.")

Cap. 6. (margin, beside "tas, dicebat Augustinus decimo de Trinitate")

Secunda conclusio, perfecta fruitio est finis habiti realiter, hanc docet Sanctus Thomas vbi supra, etiam ratio huius est quia frui est amore inhærere alicui rei propter se ipsam, & est cum gaudio vti non adhuc spei, sed iam rei, sed quandiu res nõ habetur, non est gaudium rei sed spei, igitur fruitio non est nisi finis habiti, vbi nota, quòd frui importat comparationem quandam voluntatis ad vltimum finem secũdum quòd voluntas habet aliquid pro vltimo fine, vltimus autem finis dupliciter habetur, vno modo perfecte, & est quando non solum habetur in intentione, sed etiam in re ipsa: imperfecte vero, habetur alio modo quando possidetur in intentione tantum: & sic sequitur quòd perfecta fruitio est iam de fine realiter habito, imperfecta vero poterit esse de fine non habito realiter sed tantum in intentione.

Tertia conclusio, fruitio secundum perfectã rationem sui competit tantummodo creaturis rationalibus, hanc ponit Sanctus Thomas vbi supra Art. 3. & ratio huius est, quia perfecta fruitio importat cognitionem finis, & boni vniuersaliter, sed talis cognitio competit tantummodo creaturis rationalibus, igitur cõclusio vera, & hoc dicebat Aug. primo de Doctrina Christiana. Cap. 6. Hoc homines sumus, qui fruimur, & vtimur, & nõ bruta animalia, vbi nota quòd in libro 83. q. Quæst. 22. dixit frui quidem cibo, & quolibet corporali voluptate non absurde existimantur, vt bestię, quæ verba intelligenda sunt de fruitione imperfecta quæ potest cõpetere brutis animalibus, conclusio autem præsens intelligit de fruitione perfecta.

Hæc secunda dist. continet tres quæst.

C IN prima ponit nouem conclusiones quarũ prima est, obiectum primum, & per se nostri intellectus est ens. Pri. p. q. 5. art. 2. ista conclusio est Auicen. primo suæ Metaph. cap. 7. & intelligitur de primitate ex parte intellectus, siue de primitate generationis, siue adæquationis vt notat Bach. Primo sen. dist. 3. q. 1. art. 5. quia ista propositio cõplexa est notissima, impossibile est idẽ simul esse, & non esse ab ipsa. n. natus est intellectus noster primo moueri cũ sit vniuersalissima, & huic intellectus noster firmius adhæret, & perfectius, quia per perfectiora media, & sic etiam potest dici quòd conclusio intelligat de primitate perfectionis, quia ens est cui intellectus firmius adhæret, & D immediatius, & isto modo loquitur Arist. per totum quartum Metaph. secũdum Cõment. & quod necesse est illud cognoscere quemcunque aliũ cognoscentem, & quod ex se veniat ad intellectum ex parte terminorum, & assumit quod omnia ista cõueniunt huic impossibile est idem simul esse, & nõ esse, & concludit quòd est prima dignitatum, & quod omnes aliæ reducunt sua in hanc, sed planum est quod omnes istæ conditiones primi principij accipiuntur in comparatione ad intellectum. s. quòd non contingit mentiri, & aliæ duæ: ergo hic ponit primum principium à philosopho accipiendo primitatem, non ex parte obiecti, sed intellectus, & sic E terminus huius primi principij, qui est ens primo primitate originis perfectionis, & æquationis apprehenditur ab intellectu. Vide Caiet. de ente, & essentia. cap. 1. q. 1. contra Ant. Tromb,

Secunda conclusio est. Verum est obiectum intellectus nostri primum. i. adæquatum non per se, Pri. p. q. 87. art. 3. hoc est, per propriã rationem, quia verum conuertitur cum ente. est primum primitate perfectionis ex parte intellectus, quẽ primo perficit sed ex parte rei est ipse Deus, vt ait Bach. pſenti dist. q a in ipso Quæst. 3. art. 1. eminenter sunt perfectiones omnium: verum etiã est obiectũ formale quo, vt dicetur in quarta conclusione, sicut lumen est obiectum quo, ipse color

objicitur

obijcitur visui,& mouet e m: obiectum materiale A intellectus,& connaturale ac proportionatum nobis ad intelligendum pro statu isto est quidditas rei materialis.i.ens concretum quidditati sensibili

Pri.p.q.84. art.7. ait Caiet. de ente, & essentia, & intelligitur quod est primum motiuum, quia illud est obiectum motiuum. quod speciem imprimit, sed nullũ ens, nisi sensibile sui imprimit speciẽ in intellectu existente in corpore, ergo solum tale ens concretum quidditati sensibili est obiectum primo motiuum, quia obiectum intellectus compræhendens motiuum, & terminatiuum est ens vniuersaliter sumptum complectẽs materialia, & immaterialia, sed quodlibet obiectũ debet habere illas tres cõditiones.s. B vniuersalitatẽ quod.n.percipitur ab intellectu debet esse vniuersale, secunda conditio est intelligibilitas, non enim cognoscit nisi quod est intelligibile, sicut non videtur nisi quòd est visibile. tertia est veritas tam simplex, quàm complexa quæ est in propositione, eo enim quòd intellectus intelligit aliquid efficitur ei similis per speciem, quæ similitudo dr̃ veritas. de hoc lege Tholet. 3. de Aĩa q. 20.

Quarta conclusio. Licet verum non sit per se, vel

Sc̃da secũ q.1. art.1. formale obiectum quod, stat quod est formale, & per se obiectum quo intellectus. notãdũ hic quod multæ opiniones fuerũt de eo quod primo cognoscitur à nostro intellectu, inter Arabas. Auicen. pri C

Cap.6. mo suæ Metaph. ens,& rẽ dixit esse primo impressa in anima, hoc tenuit Auemp. & Alphar. Algazel. & multi alij declarantes intelligẽdũ esse vt primo intellectus intelligat vniuersale corpus, deinde animal vniuersale,& demum hominem &c. Si vero respiciamus ad Græcos Themist. Theophr. Eudemus,& Simplic. cogũtur dicere intellectui in se nihil esse prius notum, quia omnes hi faciunt intellectum speculatiuum esse æternum, nam per eos omnia intellecta sunt æterna, & in æternis nihil est prius, & posterius notum cùm sit endelechia humanæ speciei iuxta eorum sentẽtiam. inter latinos quatuor sunt opiniones famosæ prima est Scot. as- D serentis inter vniuersalia speciem specialissimã cuius singulare fortius mouet sensum, esse nostro intellectui primo cognitum: secunda est opinio Dur. Greg. Arim. quòd singulare est primo notum intellectui nostro, cui opinioni adhæret quidam Neotericus philosophus Societ. Iesu, dictus Benedic. Perr. lib. 3. suo de phy. auditu,& nihilominus quidam alius ex eadem societate, qui dicitur Pet. Fonseca, qui scripsit super quatuor lib. Metaph. tenet opinionem D. Thom. esse concordẽ opinioni Scoti, cui ipse adhæret ponendo istam conclusionem, positis apte ijs omnibus quæ ad cognitionem concurrunt remotisq; impedimẽtis species infima est E cognitu facilissima, ad quam opinionem etiam videtur declinare R.P. Tholet. primo phy. vbi per septem conclusiones exprimit suam opinionem. Tertia opinio est Marc. Ant. Zim. in sua prolixa quæst. de primo cognito, qui non semper vniuersale asserit esse primo cognitum, sed aliquãdo sic, aliquando non. vltima opinio est D. Thom. & ipsius veritatis quòd semper vniuersale magis est nobis primo cognitũ loquendo de cognitione confusa actuali,

Tex. 3. & hæc est expressa opinio Arist. pri. phy. asserentis, sunt aut primum nobis nota cõfusa magis. &c. t. 3. vide Caiet. in lib. de ente, & essentia vbi demonstratiuis rationibus confirmat hac opinionem.

Quinta conclusio. Deus non potest à nobis in via cognosci per essentiam, vel in se. ista conclusio est de fide, vnde habetur Exod. non videbit me homo,& viuet, vbi glossa ait, quandiu hic mortaliter viuitur videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ. suæ speciem videri non potest. &c. arguit hic Scotus.

Sexta est. In via possumus Deum cognoscere ex suis,& in suis effectibus ratio est quia naturalis nostra cognitio oritur à sensu: ergo tantum extenditur, quantum sensibilia manuducunt, ergo extenditur non ad visionem Dei, sed ad cognitionem eius, secundum quod prima omnium causa excellentissima & si vt causa cognoscitur, ergo tantum ex, & in suis effectibus Deus ipse cognoscitur. &c. vide Caiet. p.p.q. 12. art. 12. Cap. 32. cõtra argum. Scot. Sup. Boet. de Trin. q. 1. art. 7.

Septima est. Deus potest in via immediate cognosci, ita quòd cognitio Viatoris attingit in ipsum, licet per media transeat, dum autem Deum attingit, potest de ipso immediate cogitari, sic q̃ ex tunc ad cogitandum de Deo non oportet præcogitare de alio, quia sicut virtus effectiua rationalis est ad amandum bonum, sic virtus cognitiua rationalis est ad cognoscendum verum: si ergo summum bonum est appetibile ab effectiua rationali immediate, ergo, & summum verũ quod est Deus erit immediate cognoscibile ab intellectu, qui est cognitiua virtus rationalis, & est doctrina D. Aug. lib. 9. de Trinitate asserentis quòd imago Dei per hoc reperit in anima, quia capax eius. & particeps esse potest, capax per cognitionem, particeps per amorem. conformiter ad istam conclusionem loquitur Alexan. Alen. p.p. suæ summæ q. 2. membro artic. 1.

Octaua est. in statu viæ possumus habere conceptum proprium aliquem. s. de Deo, & idem dico de specie sibi propria: patet, quia cognoscimus, quod Deus sit æternus, & infinitus, ens primũ. &c. Secunda quoq; pars est manifesta, quia habemus speciem entis, & ens proprie Deo conuenit; ergo &c. nota hic quòd tria ex sensibilibus cognoscimus de Deo. s. causalia, negatiua, & supereminẽtia, prædicata pertinentia ad causalitatem sunt secundum triplex genus causæ. s. exemplaris, finalis, & efficientis, ad hæc reducuntur prædicata, quæ ex causalitate, à posteriori inferuntur, vt ens, viuens, sapiens, &c. ad hæc quoque reducuntur prædicata relatiua ad creaturas, vt Dñs Gubernator &c. sunt, & prædicata supereminentia, vt quòd Deus est super omne viuere, super omne esse & c. sunt, & prædicata negatiua, puta incorporeus, inuitabilis, infinitus, quæ via remotionis cognoscuntur. & ideo tripliciter cognoscitur Deus in via. s. per causalitatem, eminentiã, & per negationem, propterea Viator potest habere proprium conceptum de Deo, sed imperfecte: nec valet rõ Scot negatio est prior affirmatione si ergo Viator cognoscit de Deo q̃d non est, ergo prius cognoscit quid est, quia licet affirmatio sit prior, & notior ipsa negatione, vt negatio est, non tamen quoad nos. vide Franc. Ferr. i. contra Gent. cap. 14. cõformiter ponit. Alex. Alens. p.p. summæ q. 2. memb. 3. art. 1. vbi quærit si Deus hic immediatè cognosci.

Vltima conclusio est quod eodem conceptu,

quo Viator concipit creaturam potest concipere
De potẽtia Dei qõ. 7. art. 5. Deum, licet nomen significans illum conceptũ nõ
dicatur vniuoce de Deo, & creatura, ꝓbatur quia
perfectiones creaturarum sunt similitudines im-
perfectè repręsentantes ipsum Deum, & Creatura
non est suum esse, Deus autem est suũ esse, & ideo
nihil vniuoce dicitur de Deo, & Creatura, nota
hic quòd tres sunt opiniones, prima est Amm. &
Cap. d' æq- uocis. Simpl. lib. Prædicamentorum asserentium ens nõ
esse nec vniuocum, nec ęquiuocum, nec analogũ,
quæ opinio est verissima iuxta sensum quem lo-
quitur, nam vniuocum nõ est nec æquiuocum nec
etiam analogum. s. in se pręciose, & absolutè consi-
deratum, analogum. n. requirit comparationem
ad sua inferiora, vniuocum quòd æqualiter parti-
cipetur à suis contentis secundum vnam rationẽ,
æquiuocum quoque comparatione ad sua infe-
riora requirit ens in se pręcise, & absolutè consi-
deratum, nullam comparationem habet, ideo hoc
modo est verissima Græcorum opinio, immò nec
animal præcise in se consideratum, vt dicit vnum
conceptum antequàm comparetur ad inferiora
potest esse æquiuocum, aut vniuocum, siue analo-
4. Meth. q. j. & 1. sen. dis. 3. q. 2. gum. secunda opinio est Scot. & Ant. And. ponen-
tium triplicem vniuocationem physicam. s. quę est
vnitas naturæ, ex rei natura, cõueniens naturæ ipsi
circumscripta omni intellectione, & logicam, quæ
est vnitas intentionis primæ. siue alicuius realita-
tis conceptæ sub intentione secunda, puta sub in-
tentione generis vel vniuersalis; & Metaph. quæ est
vnitas alicuius primæ intentionis abstrahibilis per
intellectum à pluribus ex natura rei, circũscripta
omni intentione secunda; prima cõuenit soli spei
specialissimæ, in qua est vnitas realis naturæ, mi-
nor tamẽ vnitate numerali. secunda cõpetit etiam
generibus, & transcendentibus, q̃ sunt extra genus
cũ eis cõpetat secunda intẽtio, puta vniuersalitas.
tertia verò maximè cõpetit enti sic intelligendo, ꝙ
ens dicat aliquem vnum conceptum realem abstra
hibilem ab omnibus entibus participantibus ens
quidditatiuè secundũ quem de omnibus ens præ-
dicatur realiter vniuoce, & in quid, & de hac inten
dit ipse Scot. cum dicit ens esse vniuocum, quę
Lib. ante ꝓdica, cap. de æquiuocis. opinio est expresse contra Arist. ponentem vniuo-
cum æqualiter participari à suis contentis quo ad
nomen, & rationem, quod quidem de ente dici nõ
potest. tertia est opinio D. Tho. & veritatis ponen-
tis ad vniuocationem tria requiri. s. vnitas, conce-
ptus, vt comparatur ad sua concepta, & prædica-
tur de eis, secũdo vt participetur ab eis secundum
vnam rationem, tertio vt æque repręsentet omnia
contenta, & sine ordine attenditur, & quartum vt
illa ratio conueniat contentis vt res sunt, & hæc est
interpretatio Heru. secundo Quol. q. 7. Modo enti
hæc quatuor non conueniunt id circo non poterit
esse vniuocum Deo, & Creaturis, neque decem prę
dicamentis: erit ergo tantum analogum, & hæc est
opinio Arist. 4. Metaph. t. 2. & 7. Metaph. t. 14. 12.
In ꝓdicab. cap. de Ge- nere. lib. t. 19. & etiam ipsius Cõm. eisdem locis derelin
quo modo quartam opinionem illorum qui vo-
lunt ens dici æquiuocum vt est Porph. qui dixit si
quis omnia entia vocet æquiuocè nuncupabit, &
Rabbi Moyses quem citat D. Thom. 7. q. de Poten
tia Dei. ar. 8. quia isti sunt pro opinione D. Thom.
quia cum analogum sit medium inter purum vni-

A uocum, & purum æquiuocum, & medium comparatum vni extremorum vt suppositum induit alterum extremum: ideo analogum comparatum vniuoco dicitur æquiuocum, & comparatum æquiuoco dicitur vniuocum, sicut tepidum comparatum calido dicitur frigidum, & Angelus comparatus Deo dicitur corporeus. vide Caiet. de ent. c, & essentia. cap. 2. q. 3. & Sonci. 4. Metaph. q. 4. Iauelium eodẽ lib. q. 1. & Pet. Fonsec. societatis Iesu 4. Metaph. q. 1. vbi pulcherrime declarat opinionem D. Tho. esse verissimam, quam acerrimè defendit contra Aur. Ocham. Gabr. Greg. & Trob. & Cæteros, quo-
B rum arg. ex his soluuntur. &c.

Circa quintam conclusionem sciendũ est quòd regulariter intelligenda est conclusio ipsa, quod dico propter raptum Pauli, & si quidem dixisti ipsum non vidisse diuinam essentiam, sed quendam refulgentiam ipsius claritatis, tamen in hac parte sequendus est Augustinus qui asserit in libro duodecimo ad litteram super Genesim, quòd beatus Paulus vidit Deum per essentiam confortatus lumine gloriæ, quod quidem lumen gloriæ dupliciter participari potest: vno modo per modũ formæ immanentis, & sic beatos facit sanctos in Patria, alio modo per modum cuiusdam passionis trans-
C euntis sicut est de lumine poetię quòd non semper est in Prophetis, & sic lumen illud fuit in Paulo in raptu, & sic ex tali visione nõ fuit simpliciter beatus vt fieret redundantia ad corpus, sed solum secundum quid, & hoc spectat ad id quod Deus aliquando miraculose & super naturaliter operatur, non quod regulariter in Sãctis inueniatur, sed præter cõmunem ordinem, & super naturaliter Deus eleuauit mentes aliquorum hominum in hac carne viuentium sed non sensibus carnis vtentium vsque ad visionẽ suę essentiæ, vt docet Augustinus 12. libro super Genesim ad litteram, & in libro de videndo Deum de Moyse qui fuit magister Iudęo-
D rum, & de Paulo qui fuit magister gentium, & forte de Beato Benedicto, vt disputat Sanctus Thomas in Quolibetis.

Sẽsus quintæ conclusionis.

Cap. 10.

Quolib. 1. q. 2.

In hanc secunda quæst. ponit tres conclusiones.

Pri. p. q. 2. art. 1.

PRima est. Ad hoc quòd aliqua propositio sit per se nota sufficit, quòd prædicatum sit de ratione subiecti: probatur quia tunc propositio est per se nota quando subiectum sine prædicato cogitari non potest, quãdo autem prædicatum est de ratione subiecti, alterum sine altero cogitari nõ potest, igitur propositio per se nota est quãdo prædicatum est de ratione subiecti. Nota quòd Scot.
E hic q. 2. huius dist. vult quòd propositio per se nota illa dicitur, quæ habet euidentem veritatem ex proprijs terminis eius, vt sunt eius, itaque quicunque intellectus perfecte concipit tales terminos statim habet euidentem veritatem de vnione terminorum, quia tales sunt termini, qui quãtum est ex parte eorum semper nati sunt facere euidentem veritatem de vnione eorum cuicunq; intellectui concipienti illos, hæc est expressa intentio Scot. declarata à Franc. de Lichet. de Brix. ordinis minorum de obseruantia. Aur. verò in hac met dist. q. 2. ar. 5. dicit quod propositio per se nota, est quę immediatè venit in mentem & terminis, vt de quolibet

est

est affirmatio, vel negatio, vel per inductionem vt Nix est alba, vel per syllogismum imperfectibili tépore factum vt totú est maius sua parte quia.s.includit illam, & aliquid addit. Greg. Arim. eodem loco asserit, quod propositio per se nota est, quæ ipsa, vel alia sibi in significato æquiualens non indiget notitia alicuius extrinseci, ex his infert, qđ nulla contingens est per se nota, nec cathegorica de inesse prçter istam Deus est, nec omnis immediata, nec omnis cuius prçdicatum est in ratione subiecti, nec aliqua propositio demostrabilis. Pet. de Palud. in primo sent. manuscripto distin. 3. q. 1. art. 1. vult quod propositio per se nota simpliciter est, quç non est per aliam notificabilis à priori, & omnis quç est primi modi perseitatis. Capreol. & Dur. dist. 3. q. 3. de mente D. Thom. quod propositio per se nota est illa cuius prçdicatum includitur in ratione subiecti, sed quintupliciter cótingit prædicatum includi in ratione subiecti vt est videre in respon. ad primum contra primam conclu. Caiet. subtilissime iouestigans opinionem D. Thom. p. p. q. 2. super primum articu. ait quòd hçc non est diffinitio propositionis per se notç contra Capreol. sed ponitur causalis. s. quòd ex hoc quòd prçdicatum ponitur in ratione subiecti fit propositio per se nota quç est conuertens respectu illius, quia verissimum est, quòd omnis propositio cuius prçdicatú cadit in ratione subiecti est per se nota, sed non è conuerso, quoniam cum vnum generalissimum negatur de alio, & cum prima passio prçdicatur de primo subiecto fiút propositiones immediatç secúdum se, & consequenter secundum se, & per se notç, si quis tamen voluisset dicere hanc esse diffinitionem de mente D. Thom. ly esse in ratione subiecti intelligi debet formaliter vel virtualiter proximè, vide ibi, & primo post. cap. 3. quia ex hoc soluútur omnes difficultates aduersariorum. potest etiam dici iuxta sententiam Conf. quç non est spernenda, artio. 1. 2. quòd D. Thom. descripsit per se notam in se vel quantum est de se affirmatiuam cathegoricam, per se nota negatiua diffinitur opposito modo. Ferr. primo cont. Gent. cap. 11. sequitur vltimá expositioné, cui quia esse de diffinitione subiecti dupliciter intelligitur formaliter. s. subiecti essentiam ingrediens vt animal est de róne hominis, alio modo virtualiter, & consequutiuè, tanquám. s. inclusum virtualiter in quidditate rei, & immediate consequens essentiam rei. sicut si diceremus de ratione ignis esse quod sit calidus eo quòd essentiá ignis ita sequitur caliditas, vt ignis esse non possit, quin sit statim calidus: hoc ergo secundo, vel secundo modo sub distinctione verissima est sententia D. Thom. quod omnis propositio E per se nota illa est quç primo vel secúdo modo habet prçdicatum clausum in ratione subiecti. & ex hac declaratione nullus remanet scrupulus. tu autem diligens lector sequere quáuis expositionem dummodo ne discedas à veritate angelica Thomistica cui adhçret Magister Guliel. Varr. dist. 3. q. 1. & Pet. de Tarant. eadem dist. q. 2.

Secunda conclusio, non omnis propositio per se nota est per se nota nobis. patet quia Deum esse est per se notum cum hoc ipsum quod Deus est sit suum esse, sed quia hoc ipsum quòd Deus est méte concipere non possimus, remanet ignotum (Pri. p. qõ. 2. art. 1.) A quoad nos, sicut omne totum maius esse sua parte per se notum est simpliciter, ei autem qui rationé totius mente non conciperet, oportet esse ignotú, ergo non omnis propositio per se, ex se, & de se nota, est p se nobis nota, & sic cóclusio est verissima.

Tertia cócl. hçc propositio Deus est, scđm se est (Pri. p. q. 2 art.) p se nota non aút quo ad nos, patet, & est de mente Arist. 2. Metaph. t. 4. vbi dicit, quòd ea quæ sunt notissima rerum noster intellectus se babet ad ipsa, vt oculus Noctuæ ad lumen solis, ergo Deú esse est secundum se notissimum non tamen nobis. sed aduerte hic quod circa istam conclusionem fuit triplex opinio; prima est D. Ansel. lib. prosologion B cap. 2. 3. & 4. vbi exponit illud psal. 52. Cur dixit insipiens in corde suo non est Deus? cum causa in promptu sit rationali mente te maxime omnium esse? Cur nisi quia stultus, & insipiés, si quidé Deus proculdubio existit quo maius cogitari non valet, & in intellectu, & in re, & ideo est per se notum omnibus idcirco non potest demostrari Deum esse. secunda opinio est ipsius Rabbi Moysi qui dixit Deum esse, neque per se notum est neque demostrari potest, sed tantum fide tenetur, quia ea quæ excedunt sensum, & sensibilia sunt indemostrabilia, cum principia demóstrationis originem cognitionis sumant à sensibus. Deus autem excedit sen C sus, & sensibilia, propterea sequitur ipsum esse indemostrabilem, & sola fide teneri. tertia opinio est D. Th. & omnium Theologorum, quç exprimitur in præsenti conclusione, quòd Deum esse non potest demostrari ex parte sui, quia est per se notum, demostratur tamen ex parte nostri, & hoc per multis rationes, vt est videre primo cont. Gent. cap. 13. & apud Alex. Alens. p. p. q. 2. per totum, & conclusio principalis est propositio Augu. 15. lib. de Trin. vbi habet Deum esse quoad nos. s. probat natura, & scriptura, neque diuinorum librorum authoritas tantummodo Deum esse prçdicat, sed omnis quæ nos circunstat, ad quem nos etiam pertinemus, vni D uersa ipsa rerum natura proclamat habere se præstantissimum conditorem &c. & super Ioannem tractatu 106. ait hoc nomen quod dicitur Deus vniuersæ creaturæ etiam omnibus gentibus antequàm, & in Christum crederent, non omnino esse potuit incognitum: hçc est. n. vis naturç, diuinitatis, vt creaturç rationali iam ratione vteti non omnino, ac possit penitus abscondi, quod quoque Ambr. lib. de Spiritu Sácto ex quatuor præ cæteris manifestatur Deus, aut quia sine peccato est, aut quia peccata condonat, aut quia creatura non est, sed Creator, aut quia non adorat sed adoratur: in se ergo notus nobis tamen manifestatur. &c.

In hac tertia quæst. disputatur quod posita ista propositione.

Deus est trinus, & vnus quç est de fide: simpliciter non falsificatur aliqua ratio naturalis, (Pri. 2. q. 31. art. 1.) neq; infringitur ars syllogistica vel syllogismus expositorius, neq; illud primum principium de quolibet dicitur affirmatio, vel negatio vera, & de nullo ambæ veræ, & hoc non intellexit Auer. 12. Metaph. commen. 39. vbi negat dari Trinitatem in diuinis per hanc rationem, esse compositum est non vnum, si in Deo ponatur Trinitas aliqua, ergo erit

aliqua

aliqua propoſitio, & ſic aliqua nouitas, & tūc Deus [A] non eſſet ęternus, q̄ ę ratio nulla eſt, quia hęc Trinitas quam nos ponimus in Deo, non eſt quo ad ſubſtantias, vel quo ad diſpoſitiones abſolutas, vel quo ad aliqua accidentia addita diuinę eſſentię, quia ſi hoc poneremus in Deo, tūc vtique eſſet ibi compoſitio, & ſic eſſet nouitas, ſed ponimus Deū eſſe vnum numero in eſſentia, & trinum in perſonis, quę diſtinguūtur non eſſentialiter, ſed tantum per relationes, quę ſunt realiter cum diuina eſſentia licet non formaliter.

Tex. 39. Quāquā Auerroiſtę, vt Zimm. Theoremate 41. & Sueſſ. 12. Metaphy. velint quod Auerr. nō arguat contra Chriſtianos, ſed contra duas poſitiones an- [B] tiquorum, quarum prima fuit, quę poſuit tres ſubſtantias in Deo, quia videbant in eo reperiri hęc tria. ſ. ſapientiam, amorem, & vitam, arbitrabantur hęc tria eſſe ſubſtantiam vitę, ſubſtantiam ſapientię, & ſubſtantiam amoris diſtinctas eſſentialiter: contra hos arguit Auerr. nam ſi ſubſtantia eſt numerata ita quod Deus ſit congregatio trium ſubſtantiarum realiter diſtinctarum, Deus erit vnum per vnam intentionem. i. vnam formam additam illi congregato, & mixtum eſt vnum per vltimam formam miſtionis, quę eſt forma ſpecifica, & hoc eſt manifeſtum, nam omne vnum per ſe eſt vnum ab vna forma, & ſic ſequitur in Deo eſſe compoſi- [C] tionem, & nouitatem, & ſic Deus nō eſſet ęternus. alia fuit opinio quorundā volentium effugere hoc argumentum, & dicebant illa eſſe tres diſpoſitiones additas eſſentię Dei, & per cōſequens eſſe tria accidentia abſoluta contra quā etiam arguit, quia tunc exiret de potentia ad actum. ſ. ad illa quæ adduntur diuinæ eſſentiæ, & ſequitur etiam compoſitio in ipſo Deo: contra iſtos igitur arguit Auerr. & non contra nos Chriſtianos: ſed quicquid ſit de hoc habemus quod concluſio noſtra eſt de fide, & habetur de Sūma Trinitate, & fide catholica cap. damnamus, & reprobamus libellum quem Abbas Ioachim edidit contra Mag. Pet. Lomb. & in Con- [D] cilio Tridentino, & in omnibus ferè concilijs, & in antiquiſsimo Concilio Aquileienſi ita habetur, aſſertio fidei noſtræ, hæc eſt, vt vnum Deum eſſe dicamus, neque vt gentes filium ſeparemus, neque vt Iudæi natum ex patre ante tempora, & ex virgine poſtea editum denegemus, neque vt Sabellicus patrem confundamus & verbum, & eundem patrem aſſeramus, & filium, neque vt Forinus initium filij ex virgine diſputemus, neque vt Arrius plures credendo, & diſsimiles poteſtates, plures Deos gentili errore faciamus: hinc etiam fuit condemnatus error Noeti, à quo Noetiani dicti ſunt qui etiam negabant numerum perſonarū in diuinis expreſſe [E] contra ſcripturam Ioannis prima chanonica tres ſunt qui teſtimoniū dant in Cœlo Pater, Verbū, & Spiritus Sanctus & hi tres vnū ſunt, & Pauli Apoſtoli Rom. 2. ex ſe ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, & Eſai. ter nominantis Sanctus, Sanctus, Sanctus, Sanctus innuēs Trinitatem perſonarū, & vnitatem eſſentiæ poſtmodum ſubdendo Dominus Deus Sabbahot, & David. dicentis benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuāt eum omnes fines terræ, ter dicitur Deus ponitūr trinitas perſonarum addēdo, & metuant eum omnes fines terræ, oſtenditur vnitas eſſentiæ, vide hic Alph. de Caſt. lib. 4. contra hæreſes, & Alex. de Aleſ. p. p. ſummę q. 66. memb. 1. q. 1. vbi pulcherrime declarat quid ſignificetur cū dicitur in Diuinis Deus eſt trinus, & vnus; vide Aegid. diſt. 2. q. 2. vbi quærit ſi diuina ſuppoſita differunt re vel ratione &c. Nec turberis de ſcrupolo quodam qui adduci ſolet à diſceptantibus in ſcholis, & probabiliter probantibus in Deo plures perſonas tribus reperiri, quia pluralitas perſonarum in diuinis eſt ſecundum pluralitatem proprietatum relatiuarū, ſed quatuor ſunt relationes in diuinis ſcilicet, paternitas, filiatio, communis ſpiratio, & Proceſsio, igitur probabiliter ſequi videtur quatuor fuiſſe perſonas in diuinis, quia ad hoc dicere pōt quia, & ſi quatuor ſint relationes in diuinis pro vt omnes affirmant tamen vna iſtarum ſcilicet ſpiratio non ſeparatur à perſona patris, & filij, ſed conuenit vtrique & ſic licet ſit relatio, non tamen dicitur proprietas, quia non conuenit vni tantum perſonę, neque relatio perſonalis ideſt conſtituens perſonam dici debet, ſed hę tres relationes, puta paternitas, filiatio, & Proceſsio dicūtur proprietates perſonales ideſt conſtituentes perſonas, ſi quidem paternitas eſt perſona patris, filiatio perſona filij, proceſsio perſona Spiritus Sancti procedētis, Nec etiam turberis de alio ſcrupulo, quem trinitaliſtę ducere ſolent confundentes perſonas & ex quadā ficta pietate moti dicunt, ex infinita bonitate patris eſt, quod infinite ſe ipſum communicet producendo perſonam filij, & ex infinita bonitate patris, & filij eſt quòd infinite producant Spiritum Sanctum, cum ergo, & ipſe Spiritus Sanctus ſit infinita bonitas ſicut Pater, & Filius, vnde ergo prouenit, quòd Spiritus Sanctus ad producat aliam perſonam diuinam, & ſic etiam, & illa alia producta producere debet & aliam, & ſic in infinitum, hi enim aberrant toto cœlo in hoc eorum ſcrupulo non animaduertentes vnam, & eandem eſſe bonitatem Patris, & filij, & Spiritus Sancti & non diuerſas eſſe bonitates in iſtis perſonis, & præſertim cū in eis non ſit diſtinctio per bonitates, ſed per relationes perſonarum, & illa bonitas quæ conuenit Spiritui Sancto eſt habita ab alijs nempe à Patre, & Filio, bonitas autem quę conuenit Patri eſt cadem met, ſed ſicut à quo communicatur alteri, & propterea non ſequitur Spiritus Sanctus deberet producere aliam perſonam, & illa aliam, & ſic in infinitum.

Scrupulus trinitaliſtę ſoluntur.

Tertia Diſtinctio.

DIſtinctio hæc tertia continet tres queſt. in quarū prima ponit rationes quibus D. Tho. probat Deum eſſe vnum ipſaſque defendit contra Aur. & Alios impugnantes doctrinā D. Th. Nota hic circa vnitatem Dei quòd fuerunt quidā hæretici nominati Gnoſtici qui poſuerunt Duos eſſe Deos, vnum bonum à quo omnia bona, alterū malum à quo omnia mala procedere dicebāt: poſt iſtos Apelles quidam de quo Euſebius lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ eundē defendit errorem de duobus Dijs vno bono, & altero malo quāquā aliquantulum in hoc à Gnoſticis differt, qui vt Aug. de hæreſibus refert, non dixit illos duos Deos eſſe duo rerum principia, ſed vnum tantum dicit eſſe principium

cipium Deum. s. bonum, & ab illo factum alterum Deum, qui cum malignus esset Mundum in sua malignitate fecit. hos Gnosticos, post aliquot annos imitatus Manicheus eundem docuit errorem, & sub hoc magis prævaluit quàm sub Gnosticis adeo vt ab illo nomē acceperit, & Manicheorum iam appelletur, verum hic Manicheus addidit huic hæresi alium errorem asserendo, quod duo testamenta scripturæ processerūt ab illis duobus Dijs, testamentum vetus aiebat fuisse factum à malo Deo, testamentum autem nouum à bono. Tertullianus libro de hæresibus, & Ireneus libr. 3. aduersus hæreses dicunt quod fuit quidam alius hæreticus nomine Valentinus, qui cum Platonicus esset, multa figmenta fabulosa docuit, hic etiam duo omnium rerum principia voluit esse, quæ appellauit profundum, & silentium, profundum dixit esse Patrem, & ex coniugio profundi, & silentij processisse intellectum & veritatem, de intellectu, & veritate processisse verbum, & vitam, de verbo, & vita processisse hominem, & Ecclesiam, & deinde ait fuisse factum Diabolum, qui fecit hunc mundum, & sic omnia vult processisse ex illis duobus principijs profundo, scilicet, & silentio, quæ omnia sunt figmenta, & fabulosa, vt ait Diuus Thomas in expositione primę epistolæ ad Timotheum, vbi dicit de Manicheo quòd inter omnes hæreticos plus honorat Diabolum, lege etiam Diuum Bonauenturam primo sententiarum dist. 2. quæst. 1. vbi probat vnum esse triplici suppositione facta, scilicet propter communem animi conceptionem, quæ est quod Deus est quo maius cogitari non potest, secunda est ratione status quia est summum, & primum bonum. tertia est, quia Deus est simplicissimus. ex his ratione ostensiua probat Deum esse vnum. Alexan. Alens. quoque prima parte, quæstione tertia, membro primo, articulo primo, vide etiam Riccardum de Sancto Victore libro primo, de Trinitate, cap. 6. Henric. Quolibeto primo, articu. 38. probat Deum esse necesse esse, ergo non est nisi vnus. vide Scotum distinctione secunda, quæstione tertia. vbi probat Deum esse vnum contra Gulielmum Varr. Deum esse vnum non esse propositionem demostrabilem, sed tantum acceptam per fidem contra D. Thomam tenentem esse præambulum ad fidei articulos. lege Aegidium distinctione tertia, primo sententiarum, quæstione prima, articulo tertio, Henricus in summa, articulo 22. Paulus Soncinus 12. Metaphysicorum, quæstione 28. Alphonsus distinctione secunda huius quæstio. primæ, Diuus Augustinus decimoquinto de Trinitate, capitulo quarto, vbi habet quod Deum esse probat natura, & scriptura: (Prip. q. 2. art. 3.) Dionysius de Diuinis nominibus in fine. Ciprianus in prologo de operibus: pro defensione rationum quas adducit hic Capreolus, vide Caietanum prima parte, quæstione secunda, articulo tertio, & Ferr. primo contra Gent. cap. 13. &c.

Sed oritur difficultas à multis, Num quilibet fidelis teneatur explicite credere articulos fidei, & an sit necessarium quòd memoriter quilibet fidelis postquàm ad annos discretionis peruenerit articulos fidei tenere debeat. & quàuis multa in hac quęstione dici possint, Nos tamen conciliorum, & A Patrum doctrina nitētes certiora, & securiora Sanctorum trademus, & propterea absque controuersia videtur dicendum, quòd ad prima credibilia, quæ sunt articuli fidei tenetur homo explicite credere idest aperte, clare, singulariter, & non in confuso, sed distincte, & specialiter, sicut, & tenetur habere fidem, sed quantum ad alia credibilia non tenetur homo explicite credere, sed solum implicite vel in præparatione animi in quantum paratus est credere quicquid in diuina scriptura continetur, sed tunc solum huiusmodi tenetur explicite credere quando hoc ei constiterit in doctrina fidei contineri, (Vide quid sit explicitè credere, uel implicitè.) sed prima credibilia B memoriter retinenda esse à quolibet fideli, nam qui legem non recordatur, facile peccat in legem, in his autem peccare est à recto veritatis tramite deficere: quare, vt beatitudinem consequamur, memoria hæc fidei fundamenta retinere debemus. multę etiam aliæ rationes sunt, quibus id persuaderi potest efficaciter, sed nos iam probata testimonia proferamus, in Concilio Forliuiensi sub Carolo, & Pipino postquàm singuli fidei articulo recitati sunt, ita legitur, Hanc igitur Catholicæ fidei sincerissimam puritatem volumus omnes Dei Sacerdotes, omnesque gradus Ecclesiæ summo cum studio, & absque vllo vitio sensatim di- C scendo memoria retinere, & paulo post subdit, symbolum vero, & orationem dominicam omnis Christianus memoriter sciat, omnis ætas, omnis sexus, omnisque conditio, masculi, fœminæ, iuuenes, senes, serui, liberi, pueri, coniugati, innuptæque puellæ, qui sine hac benedictione nullus poterit in cœlorum regno percipere portionem, idem habetur in Concilio Moguntino celebrato tempore Caroli Magni, (Cap. 45.) idem etiam habetur in synodo rhemensi, (Cap. 62.) idem enim scribit Bucardus libro secundo decretorum, (Cap. 11.) idem enim docet Isidorus libro secundo de officijs, (Cap. 6.) idem enim docet Augustinus libro primo de symbolo ad Ca- D thecuminos, eandem sententiam docet Beatus Thomas secunda secundæ, (q. 2. art. 5) ex his ergo apparet in quanto periculo versentur, qui articulos fidei memoria nesciunt, nemo enim dicat se non posse præstare memoria horum paucorum, & facilium pręceptorum, attendant etiam Prælati, & Curati, quia plura tenentur explicite credere ipsi qui habent officium alios instruendi, quia laicis simplicibus sufficit habere noticiam explicitam articulorum, de quibus Ecclesia festiuat, vnde ipsi simplices non sunt examinandi de subtilitatibus fidei, nisi quando habetur suspicio, quòd sint ab hæreticis deprauati, quare non omnes æqualiter E tenentur Catholici scire credenda, sed plura tenentur maiores quàm simplices. ex his apparet solutio ad difficultatem motam.

Quæstio Secunda.

IN hac secunda quæstio. Disputat Capreolus in quo consistit ratio vestigij, & imaginis, & in quibus reperiuntur, Nota quod sunt hic tres opiniones, prima est Scoti quæstio. quinta huius (Scot. q. 5.) vbi vult quod vestigium, est similitudo illius partis animalis à qua imprimitur in aliquid sibi cedens, sed similitudo impressa partis, non est simi-

litudo totius, quia neque secundum rationem totius in se, neque etiam qua totum immediatè cognoscitur illud repręsentatum esse aliquid illud, & ideo si illud suppositum sit falsum, puta quod illud imprimens separatum à toto sit, puta si pes amputatus à corpore imprimeret vestigium erraret, & hoc vestigium arguitiuè tantum notificat, imago verò est similitudo repręsentās aliquid in se, & illud immediate notificans, vnde sicut vestigium est verè imago partis à qua impressum est, ita, & si totum immediate imprimeretur pulueri illa impresio esset verè imago totius. secunda opinio est Aur. in hac eadem dist. q. 2. art. 1. asserentis vestigium, & imaginem in duobus differre, primo quia vestigium ducit in notitiam arguitiuè, & per modū effectus, imago verò repręsentatiuè, & per modum similitudinis. secundo quia de ratione imaginis est quod sit similitudo, & ei accidit, quod sit impresio eius cuius est, vnde fumus ignis, & odor Leporis est vestigium. ex quibus videtur velle hic vir, quòd omnis effectus sit vestigiū, & quod imago sit solum in quarta specie qualitatis. Tertia opinio est quam Scot. in q. 5. attribuit. D. Tho. quod vestigium est impresio derelicta ex transitu alicuius super vacuum, vel plenum, ipsum imperfectè repręsentans, & ideò imperfectè, quia vestigiū repręsentat aliquid confusè, & sub ratione speciei imago perfectè, quia sub ratione indiuidui, sicut per vestigium distinguitur Equus, ab Asino, & cognoscitur, quod transiens est Equus, & Asinus, sed non distinguitur equus ab illo, sed imago distinguit sub ratione indiuidij, quia imago Iouis non repręsentat Cęsarem, & pluribus argumētis impugnat eam fortiter sed quidem percutendo aerem, quia hæc opinio ab ipso recitata, & impugnata nō est D. Thom. cum ipse dicat in hac dist. 3. quęst. 2. artic. 1. quod vestigium propriè est impresio animalis repręsentans secundum inferiorem superficiem pedis tantum, & per Pedem intelligit omne habens locum pedis, metaphoricè autem est similitudo imperfecta ducens ad id cuius est similitudo, & hoc intelligitur arguitiuè, & non repręsentatiuè, quia tunc esset imago. non. n. est similitudo secundum formam repręsentatiua, vel secūdum speciem, quia cum sit commune vestigio, & imagini repręsentare, cum omnis effectus repręsentet causam suam. differentia tamen est inter ea, quia vestigium repręsentat causalitatem, imago verò formā eius, & cum vestigium Metaphoricè tantum sumatur in proposito, & translatio metaphorica potest, secundum multas conditiones fieri, ideo non inconuenit quòd vestigium dicatur vt repręsentatinum causalitatis, & non formæ, vel vt repręsentatinum partis, & non totius, vel repręsentatiuum imperfectum. i. secundum cōmunia omnibus creaturis, & non propria rationalibus: imago autē tria includit, primo quod sit similitudo, quia vbi non est similitudo non potest esse ratio imaginis. secundo quod sit expressa, vnde vnum ouum nō est imago alterius, cum alterum ab altero non sit expressum, licet interea sit similitudo. tertio requiritur quod sit secundum speciem, sicut imago Regis est in filio suo: vnde si esset similitudo secundum genus non esset imago, quapropter vermis, qui oritur ab homine non est eius imago. hæc est germana opinio D. Thom. de vestigio, & imagine vt expo nit Caiet. p. p. vbi supra, & quęst. 93. articulo primo & secundo, & Ferr. libr. 4. contra Gent. capitu. 26. idem Rom. Aegid. 3. distin. huius quæst. 1. per totam. Duran. quoq; vir acri ingenio & eloquentissimus quæst. sua quarta Alex. de Ales secunda parte, quæst. 8. per totam. Diuus Augustinus lib. 1j. de Ciuitate Dei, vbi ait, quòd vestigia Trinitatis in omnibus creaturis sunt expressa, inquantum in qualibet creatura inueniuntur aliqua, quæ necesse est reducere in Diuinas personas sicut in causam, quęlibet enim creatura subsistit in suo esse, & habet formam per quam determinatur ad speciem, & habet ordinem ad aliquid aliud, secundum igitur quod est quædam substantia creata, repręsentat causam, & principium, & sic demonstrat personam patris, qui est principium non de principio, secundum autem quod habet quandam formam & speciem, repręsentat verbum, secundum quod forma artificiati est. ex conceptione artificis, secundum autem quod habet ordinem repręsentat spiritum Sanctum, scilicet in quantum est amor, quia ordo effectus ad aliquid alterum est ex voluntare creantis, & propterea vestigium Trinitatis dicitur inueniri in vnaquaque creatura secundum quod vnum aliquid est, & secundum quod aliqua specie formatur, & secundum quod quendam ordinem tenet, & ad hæc etiam reducuntur illa tria, numerus, pondus, & mensura, quæ ponuntur Sapientiæ, Nam mensura refertur ad substantiam rei limitatam suis principijs, numerus ad speciem, pondus ad ordinem. & ad hęc etiam reducuntur alia tria, quæ ponit Augustinus, modus, species, & ordo, & ea etiam quæ ponit in libro 83. quæst. quod constat, quod discernitur, quod cōgruit, constat enim aliquid per suam substantiam, discernitur per formam, congruit per ordinem, & sic Apostolus scribens ad Romanos dicebat inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, virtus, sapiētia, & diuinitas, quibus verbis occulte significare volebat vestigium Sanctisimæ Trinitatis, quia repręsentatio vestigij attenditur secundum appropriata, per quem modum ex creaturis in Trinitatem diuinarum personarum veniri potest, vt docuit Sanctus Thom. prima parte.

Quæstio tertia.

IN hac tertia quęstione in qua quæritur, num in creaturis reperiatur imago, & vestigium Trinitatis? Nota pro maiori intelligentia verborum Diui Thomæ quæ habentur in secundo articulo, quòd ratio vestigij non reperitur proprie in accidentibus, sed tantum in substantijs, quòd vestigium in creaturis accipitur secundum perfectiones in eis repertas, per quas aliquo modo repręsentatur Trinitas personarum, istę perfectiones licet sint multæ, omnes tamen reducuntur ad tria genera, quia vel designant habitudinem causę efficientis, vel formalis, vel finalis, habitudinem causæ materialis designare non possunt, quia Deus non potest esse causa materialis. quando intellectus ducitur in cognitionem Dei, vt est causa efficiens, sic ducimur in appropriatum Patris qui est ille de quo cuncta procedunt: si autem ducitur

Marginalia: Pri. p. q. 45. art. 7. — Caiet. p. p. vbi sup. & q. 93. art. 1. & 2. — Cap. 28. — Cap. 11. — Quæst. 25. — Cap. 1. — Quæst. 32. — Dist. 3. q. 2. art. 3.

ducitur intellectus in cognitionem Dei, vt eſt for- A
ma exemplaris, ſic habemus appropriatum filij,
per quem cuncta producuntur: ſi autem eſt cauſa
finalis, ſic habemns appropriatum Spiritus Sancti
Rom.11. in quo cuncta exiſtunt, & hoc voluit Apoſt. ex ipſo
per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: nota ſecũdo quia
omnes tales habitudines ducunt in cognitionem
appropriatorum tribus perſonis, propterea aſsi-
gnantur tres partes veſtigij, quas diuerſi diuerſi-
mode poſuerunt, nam Pithagoras dixit ea eſſe
1. Cœl. t.2. principium medium, & finem, Philoſophus dixit
2. d. a totú. ea eſſe virtutem ſubſtantiam, & operationem, Aug.
in lib. de natura boni, voluit eſſe modum, ſpeciem,
& ordinem, & per modum ſexto de Trin. cap. 10. B
intelligit Auguſtinus naturam rerum, per ſpeciem
qualitates, & doctrinas, & artes, per ordinem in-
telligit amores, & delectationes. D. Thom. diuerſi-
mode interpretatur quia p.p. quæſt. 5. artic. 5. per
modum intelligit commenſurationem principio-
rum efficientium, ſeu materialium, per ſpeciem
formam, per ordinem inclinationem ad aliquid,
prima ſecundæ, quæſt. 85. artic. 4. per ſpeciem, intel
ligi formam abſolutè, per modum, menſuram ip-
ſius formæ, per ordinem reſpectum ad aliud, in
diſput. de ver. q. 21. per ſpeciem etiam intelligit for
mam, per modum commenſurationem ipſius eſſe
ad eſſentiam cuius eſt, per ordinem vero reſpectũ C
finaliter clauſum in ratione boni, ſed quomodo
iſtæ tres expoſitiones non ſunt ſibi inuicem con-
trariæ, vide Caiet. & Ferr. 4. contra. Gent. cap. 26.
Nota etiam, quòd pondus, menſura, & numerus
in quibus omnia facta dicuntur dupliciter accipi
poſſunt, vno modo, vt dicũt diuerſas res, ita quòd
per menſuram poſſumus intelligere ſubſtantiam,
per numerum virtutem, per pondus operationem,
& ſecundum iſtum modum non in omnibus re-
bus reperitur veſtigium, ſed ſolum in per ſe enti-
bus, quia in omni tali eſt conſiderare ſubſtantiam
cui attribuitur per ſe eſſe, & quia non eſt ſubſtãtia
ſine virtute, nec virtus ſine operatione in omni ta- D
li eſt veſtigium Trinitatis, ſed ſi menſura, pondus,
& numerus dicunt res rationis poſſumus conce-
dere ſimpliciter in omnibus entibus reperiri ali-
quo modo veſtigium, & ex hoc facilius ſoluuntur
argumenta Aur. quia ſicut accidentia non propriè
dicuntur creaturę, ita nec proprie in eis hæc tria
inueniuntur. ſed vlterius conſidera quomodo Au
guſtinus quarto ſuper Geneſim ad litteram, & in
quo ad Oroſium dupliciter intelligit Deum con-
ſtituiſſe omnia in numero, pondere, & menſura,
primo ſic quia Deus conſtituit omnia in ſe ipſo,
qui eſt pondus ſine pondere, numerus ſine nume-
ro, & menſura ſine menſura. alio modo quia Deus E
omnia diſpoſuit vt haberent in ſe ipſis hæc tria,
quia omnia entia participant eſſe, ſequitur quòd
habeant menſuram, quia omnia creata ſunt in præ
dicamento, ſequitur quòd habeant pondus, quia
per pondera omnia ordinantur in locis ſuis, om-
nia entia creata ſunt etiam ſub aliqua ſpecie, & ſic
dicuntur habere numerum, patet ergo quomodo
quælibet res creata habet hæc tria, & ſic poſſunt
intelligi verba D. Thom. vide Pet. de Auliaco in
pręſenti diſt. quæſt. 2. & Ant. de Valent. quomodo
idẽ declarat, ſcilicet veſtigiũ Trinitatis reperiri in
qualibet creatura, idẽ quoq; ſuſtinet Dur. hic q. 4.

In hac tertia quæſt. ponuntur duo articuli in q. 2. art. 1.
quorum primo ponuntur quinque concluſiones 3. diſtin.
quarum prima eſt partes veſtigij qualitercunquę 1. Cœl. t.2.
aſsignentur ad tria generaliter reducuntur, proba-
tur primo per opinionem Pithagorę aſſerentis par
tes veſtigij, eſſe principium medium, & finem, ſimi-
liter Ariſt. ſubſtantiam virtutem, & operationem
poſuit eſſe partes veſtigij, quam opinionem ſequu
tus eſt Dioniſ. Auguſt. poſuit etiam modum ſpe- Lib. de na-
ciem, & ordinem, & lib. 83. q. vbi ponit etiam tria. ſ. tura boni
quod cõſtat, quod diſcernitur, & quod congruit, cap. 11.
& Sap. habetur omnia in numero pondere, & men-
ſura conſtituiſti, quæ declarat Diuus Auguſtinus Lib. de na-
hæc tria, vbi magna ſunt magnum bonum eſt, vbi tura boni.
parua ſunt paruũ, vbi nulla nullum, & hanc conclu
ſionẽ nullus negat vt eſt videre apud Dur. quęſt. 4.
huius diſt. & apud Bonauen. q. 1. & 2. & apud Mag.
Nicolaum de Orbellis q. 5. id & tenet Guliel. de
Rubione quęſt. 8.

Secunda concluſio eſt partes veſtigij aſsignati Pri. p. qõ. 5.
per illa tria, vnum, bonum, verum differunt ab eo art. 3. 83. q.
in quo tale veſtigium reperitur, patet iſta, quia ſo-
lus Deus eſt bonus, & verus per eſſentiam patet
etiã authoritate Auguſtini Boetij lib. de Ebdom.
& Auctoris lib. de cauſis, declarationem huius con
cluſionis latius, vide apud Ferr. primo cont. Gent.
cap. 38.

Tertia concluſio eſt. Bonitas, & veritas rei crea-
tæ diſtinguũtur realiter, bonum, & verum, & vnum Tex. 6.
diſtinguuntur ratione, prima pars manifeſtatur,
quia veritas eſt in intellectu, & bonitas in re, vt do-
cet Ariſt. 6. Metaph. probatur ſecunda pars etiam,
quia verum addit ſupra ens rationem perficiẽtem
intellectum, & bonum dicit rationem perficien-
tem voluntatem; vnum importat indiuiſionem.
vide Paul. Sonc. 4. Metaph. q. 27. & Iauellum eo-
dem libro quæſt. 6. vbi ordinat paſsiones entis, &
quęſt. 7. vbi diſputat de vno. &c. quibus viſis faci-
lius ſolues argum. Aur. contra iſtas duas conclu. ſ.
ſecunda & tertia.

Quarta concluſio Modus, ſpecies, & ordo, pe- Pri. p. q6. 5.
nes quæ attenditur alia aſsignatio veſtigij, nõ ſunt art. 5.
idem inter ſe nec cum illo cuius ſunt. pro intelle-
ctu huius. nota, quòd eſt triplex perfectio genera-
lis, qua creatura dicitur perfecta, prima eſt ipſa
actualitas, ſeu endelechia, ſecunda eſt participatio
generis per quam ipſa res creata ponitur ſub ali-
quo genere determinato. tertia eſt per quam attin
git perfectionem propriæ ſpeciei, prima perfectio
importatur per modum, quia illa perfectio eſt mo
dificata, & menſurata. ſecunda importatur per or-
dinem, qui dicit reſpectum per quem res locantur
in genere. tertia importatur per ſpeciem, quam res
ſortiuntur per formam propriam, ſed entitas, re-
latio, & forma, non ſunt idem realiter, ergo mo-
dus, ſpecies, & ordo non ſunt idem realiter, & ſic
conclu. eſt vera, &c. de qua conclu. poteris videre
Adam in deciſione huius diſtin. q. 1. & Landulph.
quęſt. 9. & 10. & Mag. Girard. de ſenis primo ſent.
diſt. 7. quęſt. 4. vbi declarat quomodo veſtigium,
& imago differunt quantum ad id quod ſunt, &
quantum ad modum deueniendi in cognitionem
dei. &c.

Quinta concluſio, ſubſtantia, virtus, & operatio, Pri. p. q. 54.
penes quę attenditur alia aſsignatio veſtigij, ab in- a. 1. 3.

uicem realiter distinguuntur ab eo cuius sunt, ista A est manifesta in doctrina D.Th. quia in omni creatura facultas, seu potentia distinguunt ab essentia, cum essentia ponatur in prędicamento substantię, & potentia in secunda specie qualitatis: ergo realiter distinguuntur virtus, & substātia. de operatione etiam est manifestum, quia operatio potest cessare stante facultate, facultas vero semper perseuerat stante suo subiecto, igitur distinguuntur. &c. Hanc secundum partem conclusionis tenet Magister sententiarum secundo distinctione tertia, & Henricus ibidē Diuus Bonauētuta Gabriel Arim. Dyonisius de Cœlesti hierarchia, & Diuus Augustinus. 15. de Trinitate, sed difficultas est circa pri- B mam partem, quia multi sustinent substantiam esse immediatum principium operationum, & secundum istos virtus, & substantia non distinguuntur: sed de hac conclusione erit sermo in sequenti articulo vbi disputabimus cum illis qui arbitrantur se profiteri Doctrinam Diui Thomæ, & tamen in hac conclusione deuiant à veritate vt patebit in-
Cap.13. fra &c. Pro nunc scias quòd Benedictus Perrerius societatis Iesu libro 8. de communibus omnium rerum naturalium principibus & affectionibus, substinet quādam falsam imaginationem aduersus supradictam doctrinam, asserit enim probabilius sibi videri accidens sua virtute posse substan C tiam producere, itaut cum ignis producit ignem, tota ea productio intrinsece, & effectiue procedit à calore, neque ad eam effectiue concurrit forma substantialis quæ est iu igne, & ex hoc reprehendit
Dist.12.q.3 Scotum 4. senten. & Ocham lib. 2. & Durandum in
Quæst. 23. eodem loco, qui omnes doctores vnanimiter docuerunt accidens nullo modo habere vim producendi substantiam, sed eam immediate produci à
Lect.3. substantia, ratione Sancti Thomæ, qui 7. Metaph. docuit nullum agēs posse agere vltra virtutem suā, sed accidens est imperfectius substātia, igitur non potest eam producere, hęc enim ratio recitatur à Sancto Thoma ab ipso etiam soluitur p.p. Cuius D solutionem non videns ipse Perrerius cōfutat etiā ipsum D.Thom. cum suis discipulis, volens accidens virtute propria producere substantiam, & aberrat toto cœlo non considerans rei veritatem secundum Peripateticos, qui dicunt accidens, verbi gratia, calorem habere duplicem modum operandi, vnum in virtute propria, quatenus accidens est, quo modo vtique producere non potest nisi calorem, alterum vero in virtute substantiæ cuius est naturalis virtus, & instrumētum, secundum quem potest etiam substantiam producere, sicut calor qui est in animali, & in semine, quamuis per se non habeat nisi calefacere, tamen q atenus est na- E turale instrumentum animæ, & generantis potest producere carnem, & ossa, atque adeo ipsum ani-
q.77. art.1. mal, Hanc Doctrinam docuit Sanctus Thomas
q.77. art.3. tertia parte, & in quarto senten. & prima parte lo-
Dist.12 q.1 co superius citato, & in eisdem locis discipuli Sancti Thomæ, vt Capreolus, & Caietanus latius ostendunt Doctrinam ipsam esse peripateticam, Nam Auerroes in septimo Metaph. docuit accidens non virtute propria, sed virtute substantiæ, cuius est instrumentum producere animalia imperfecta, sic
T ex.18. etiam, & Arist. 12. Metaph. scribit, elementa ipsa medijs qualitatibus suis producere sibi similia, Nam cum accidens sit naturalis, & propria virtus substantiæ ab ea dependens, eique à natura tributa, tanquàm instrumētum ad obeūdas eius actiones, sicuti etiam habemus exemplum Theologicum de sacramentis, quo secundum se sunt corporalia, sed quatenus sunt instrumenta Diuinę virturis causant gratiam, sicuti etiam securis producit lectum, non secundum propriam formam, sed prout mouetur ab artifice, De qua re lege Diuum q.62. art.1.
Thomam 3.p.

In hoc secundo articu. huius quæstionis ponun Pri.p.q.77.
tur quinque aliæ conclusiones, quarum prima est, art.1.
Potentiæ animæ non sunt ipsa essentia animæ, patet ista, quia operatio animæ non est in genere substantię, ergo nec potentia operatiua, & sic conclusio erit vera. est enim propositio immediata hæc, nulla substantia est accidens, sed animæ essentia est substantia, Potentiæ verò accidentia, igitur idem quod prius. Nota circa istam conclusionem esse quinque opiniones prima est aliquorum, qui duo dicunt, alterum omnes Potentias animæ esse immediatè in anima vt in subiecto, vnde iuxta eorum sententiam, tam intellectus, quàm omnes aliæ sensitiuæ potentiæ, & motiuæ sunt in nuda anima, hanc sustinet Iannunus quæst. 7. & 10. 3. d. A. & Apollinaris quęst. 7. Alterum est, quòd sunt realiter distinctæ inter se, & cum subiecto, sicut albedo, & dulcedo in lacte. secunda opinio est Pauli Veneti, qui in tertio de Anima, cap. 4. conuenit cum prædictis in eo quòd Potentię distinguuntur realiter, tamen differt in subiecto, dicit enim quòd Potentię communes quales illæ quinque. s. vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, intellectiuum, & loco motiuum, quæ dicuntur communes, quia genere differunt, sunt immediatè in anima ipsa, at particulares. i. quinque sensus exteriores, & interiores sunt immediat in particula materiæ, & corporis, puta visus in oculo, & sic de alijs. Tertia sententia est aliorum, qui non ponunt, potentias distingui ab anima, sed ipsammet esse potentiam dicunt, & immediate intelligere, appetere, videre, nutrire, & reliqua, vnaq́ue anima propter varias operationes, varia sortitur nomina, ipsa enim est sensus, & intellectus, & voluntas & reliqua: hoc tenet Greg. 2. senten. distin. 16. quæst. 3. & Marsilius primo senten. distin. 3. quęst. 7. & est ferè omnium nominalium, quam opinionem sequitur quidam Doctor Martinus Nauarrus, modernus Doctor, in quodam suo manuali de casibus conscientiæ in suis pręludijs, vbi asserit Potentias organicas ipsius animę realiter ab ea distingui, quia sunt compositæ ex anima, & corpore; intellectum autem, & voluntatem identificari cum ipsa anima, quia sunt immateriales sicut ipsa. quarta est sententia Scot. 2. senten. distin. 16. quęstio. vnica, hic enim Potentias formaliter solum distingui, & inter se, & ab anima, & à subiecto, esse tamen idem realiter cum subiecto, addit, quòd non omnes sunt in anima, sed intellectus, & voluntas, reliquæ tamē in coniuncto, vt visus in oculo, qui est quoddam compositum, & gustus in lingua licet non realiter distinguantur à coniuncto, clarius quoq; declatat suam opinionem 4. sent. dis. 45. quæst. 3.
quinta opinio est ipsius Diu. Thomæ, & veritatis, Pri.p.q.77.
quam sequuti sunt multi Doctores grauissimi, vt art.1.

Rom.

Rom.Aegid. Quolib. 3.queſt. 10. Heru. Quolib. 1. quæſt. 9. iſtæ ſunt opiniones vniuerſales de hac materia quę reducuntur ad tres, ſi quidem, prima ſecunda, & vltima conueniunt in hoc, quod realiter diſtinguuntur, alię vero duæ, quòd ſunt idem realiter, de ſubiecto autem tres primæ dicunt eſſe animam, duæ vero vltimæ, quarundam animam, quarundam vero coniunctum. Conclu. tamen propoſita pluribus rationibus ꝓbatur, quas defendit hic Capr. contra Scot. principaliter, & cæteros impugnatores doctrinæ angelicę; defendit etiam ſubtiliſsime Caiet. in p.p. D.Tho. q. 77. ſuper expoſitionem primi art. & Iauellus 2. de Anima. q. 12. & nota, quòd qui impugnant iſtam concluſioné expreſ-

Tex. 90. ſe contradicunt Ariſtot. qui primo de anima vnicam animam ponit in vno, ipſas autem potentias

Cap. 3. multiplicat, & ſecundo de anima dubitat de potentijs an ſint ſimul ſubiecto, an ſint diuerſæ ſubiecto, & determinat potentias eſſe diuerſas realiter

Cap. 6. inter ſe, & ab anima quid clarius? & tertio de anima docet ſenſum valdè differre ab intellectu, & intellectum vocat immiſtum, & non organicum. Hác opinionem confirmat Auicen. qui primo lib. ſuæ ſufficientiæ voluit ab vno, vt vnum eſt non poſſunt immediatè plura procedere, modo videmus quòd ab anima vna, & ſimplici procedunt multæ operationes genere diuerſæ, ergo aliqua pluralitas in ea C eſt conſtituenda realis, & hæc erit Potentiarum: varijs .n. facultatibus, & iuribus vnum plura operari poſſunt, hanc quoque opinionem ſuſtinent Gręci, pręcipuè Olimpiadorus. 4. lib. Meteor. vbi ponit in elementis, quæ maxima actiua corpora ſunt virtutes diſtinctas ad operandum, puta calorem, & ſiccitatem in igne, aliasq; virtutes in a ijs, ergo pari ratione in anima ad ſuas operationes ponendæ ſunt virtutes diſtinctæ ab ipſa, licet ſenſu hoc percipi non poſsit, tamen ita eſt rei veritas, quòd potentiæ realiter diſtinguãtur ab eſſentia animæ, quã

Cap. 25. declarauit D. Ambr. tom. 4. vbi habet hæc verba, ideo in principio Sanctus Moyſes informauit nos D atque inſtruxit de inſufflatione animæ, vt non laberemur opinionibus diuerſis philoſophorum, & ſubdens diuerſas Antiquorum ſententias de anima, deinde ait ipſam eſſe Diuinum Spiritum, eius verò potentias, & facultates bipartitas per rationabiles, & irrationabiles, ex quibus verbis aperte ſuſcipere poſſumus ſubſtãtiam animæ quã vocat Diuinum Spiritum B. Ambr. eſſe realiter diſtinctã ab eius potentijs, ſeu facultatibus, quæ plurimæ ſunt, & diuiſæ per rationales, & irrationales, & B. Augu. hoc idem habet pluribus in locis ſeu Doctrinæ, & præcipue lib. de Spiritu, & anima vbi ponit quid ſit anima, & dicit quòd eſt ſubſtantia ſpiritualis ſim- E plex, indiſſolubilis, incorporea, paſsibilis, atq; mutabilis carens pondere, figura, & colore: non eſt credenda pars, ſed creatura Dei, nec etiam de ſubiecta Dei, vel de qualibet Elementorum materia &c. & ſubdit deinde loquendo de potentijs ſeptem gradus vbi ponit vnitatem eſſentiæ animæ, & pluralitatem potentiarum ex conſequenti diſtinctionem realem inter ipſam animam, & eius potentias: hoc etiam videre poteris apud ipſum librum 6. Muſice,

Cap. 4. to. 1 & lib. de moribus Eccleſię, cap. 5. & lib. de quantitate animæ cap. 3. & 6. de Trin. cap. 6. &c.

Secunda concluſio, Voluntas, & intellectus in A anima rationali ſunt duæ potentiæ realiter diſtinctæ, probatur, quia illæ potentiæ, quæ habent obiecta genere diſtincta diſtinguuntur realiter, quia iuxta diſtinctionem obiectorum diſtinguũtur Potentiæ, ſed hoc pacto ſe habent intellectus, & voluntas, quia obiectum intellectus, vt obiectum eſt habet diuerſam habitudinem ad animam ab obiecto ipſius voluntatis, ſi quidem obiectum interius reſpicit ſecundum eſſe quod habet in ipſa obiectum voluntatis, ſecundum eſſe quòd habet in natura propria, et ſic ergo voluntas, et intellectus realiter diſtinguuntur, deinde ſi intellectus eſt nobilior voluntate non poterit eſſe idem quòd volun- B tas, aliter idem eſſet nobilius, et ignobilius, quòd non animaduertit Scot. in quarto ſenten. diſt 49. q. 10. vbi ponit voluntatem eſſe nobiliorem intellectu, vide Caiet. p.p. q. 82. art. 3.

Tertia concluſio, Memoria in parte intellectiua non eſt potentia diſtincta ab intellectu, patet iſta quia in intellectu nulla poteſt eſſe diuerſitas potentiarum, niſi agentis, et poſsibilis, ergo memoria nõ eſt alia potentia ab intellectu poſsibili, et quia conſeruare, qui eſt actus propriæ memoriæ, eſt actus potentiæ paſsiuæ ſicut, et recipere, et non potentiæ actiuæ, igitur non coincidit cum intellectu agente ſed poſsibili. Nota quòd hic quidam vt recitat C Dur. hic poſuerunt memoriam eſſe intellectũ agentem, quia intellectus agens continet ſpecies, et ex eò gignitur, vel generatur intelligentia, quam opinionem ipſe improbat Henr. Quolib. 5. quęſt. 14. cum neget omnem ſpeciem intelligibilem pręuiã intellectioni, dicit quòd memoria eſt intellectus poſsibilis cum obiecto pręſente illuſtrato per ipſum intellectum agẽtem, ſed S. Thom. aſſerit quod memoria, et intellectus dicuntur duæ potentiæ, et tamen ſunt vna res, quia obiectum vnius eſt pars obiecti alterius, et ſub eo continetur. ens. enim quod eſt obiectum intellectus continet ſub ſe omnia ideo non ſunt dua res ſeu duæ potentiæ diſtin- D ctæ realiter tanquàm duæ res: quia vero obiectum adęquatum vnius diſtinguitur ab obiecto alterius vel ſaltim actus ab actu, ideo dicuntur duo quædam in genere potentiæ, cum potentia dicat relationem ad obiectum, quę relatio ſecundum obiecta diſtinguitur, ſunt ergo duæ potentiæ diſtinctæ in ratione potentię, et ſi non in ratione rei in ſe, et ſi ratione connotatorum dicantur aliquantulum diſtinctæ realiter, quia ſufficit ad hoc realis diſtinctio connotatorum, qualis aliquo pacto dici poteſt eſſe inter ſuperius, et inferius. Aur. vero diſtin. tertia, quęſt. vltima, art. 2. dicit quòd intelligentia dicitur, quando attente cogitat cum experientia E rei de qua cogitat, ita quòd ipſa res eſt in proſpectu mentis, dicitur verò memoria quando cogitat quidem, et nouit, ſed non experimentaliter ſed ipſa notitia eſt addita eo modo quo dicit Auguſtinus, quòd ſemper anima ſui meminit licet non pro ſe cogitet. Duran. verò quęſt. 3. huius diſtin. vult quòd memoria, et intelligentia ſunt vna res abſoluta, quę dicitur memoria, vt tenens ſpeciem, vel habens habitum, et dicitur intelligentia, vt eſt eliciens actum, ſed tu vide Caietan. p.p. quęſt. 79. articu. 7. et conclude quòd cum de ratione memorię ſit eſſe Theſaurũ ſeu locum cõſeruatiuũ ſpecierum, et eaſdẽ conditionis tribuit Ariſt. 3. de A. t. 5.

De ver. q. 4. art. 3. p.p. q. 79. ar. 7. q. 3

ipsi intellectui possibili, sequitur igitur intellectũ possibilem non differre à memoria, & e contra. Nota adhuc pro maiori euidentia tam huius conclusionis, quàm superioris quòd Dur. quæst. 4. huius distinctionis asserit intellectum, & voluntatem esse vnam rem absolutam, ita quòd nullo pacto differunt in absoluto, sed differunt solum per respectum ad diuersos actus, & concludit per quatuor rationes, & per authoritatem Augustini hæc tria. s. memoriam, intelligentiam, & voluntatem in nullo absoluto differre, sed solum respectibus quibusdam. eandem opinionem sustinet Adam qui prima distinctione huius docuit istam propositionem esse veram volitio est intellectio: hanc quoque opinionem defendit Aegid. Anre. hic, & Quolibeto 6. videtur sentire quòd bonum, & verum re, & ratione sunt idem, & distinguũtur solum per cõnotata, quæ sunt intellectus, & voluntas, cum sint horum obiecta, & è conuerso illæ Potentiæ sunt realiter idem, & distinguũtur per obiecta denominatiue. Scot. fugit quęst. 9. huius distin. ad identitatem realem, & distinctionem formalem ex natura rei, ita quòd sunt idem realiter, & distinguũtur formaliter ex natura rei: hoc idem scribunt communiter omnes nominales, & secundo senten. distinctio. 16. tenet idem Scot. quòd memoria intelligentia, & voluntas ab inuicem, & ab anima differunt formaliter ex natura rei non antè realiter cui astipulatur Ochã & Nicol. de Orbel. quòd. s. substantia, & realiter sunt ipsa anima. D. Bonauent. distinctio. 3. q. 3. tenet cum D. Thom. quòd potentiæ realiter distinguũtur ab anima, tamen de intellectu, & voluntate substinet quòd sunt idem animæ sed ab inuicem distinguuntur realiter. Henr. Quolib. 3. quæst. 14. vt saluet perfectè in homine imaginem Trinitatis Diuinarum personarum, dicit quòd sunt realiter idem animæ, & sibi ipsis, sed ab anima ratione distinguuntur, & à se inuicem autem per relationem ad actus ita, quòd ipsa anima secundum diuersas operationes dicitur intellectus, & voluntas. S. Thom. tenet quòd sunt duæ res realiter distinctæ, & simpliciter quòd sunt duæ potentiæ, quia appetitiuum, & cognoscitiuum constituunt diuersa genera potentiarum, & intellectus cogitur, voluntas autem cogi nõ potest, propterea realiter distinguuntur. vide Pet. de Pal. hic qui latius declarat istam materiam, idem tenet Ric. de media villa, & Guliel. Var. in decisione huius distinctionis.

Dist. 3. q. 2. art. 2.

Quarta conclu. mens prout in ea est imago Trinitatis non est idem quòd anima nec quòd memoria, aut intelligentia, vel voluntas: patet ista quia mens dicitur potentia animæ, & non essentia, ergo non est idem quòd anima, quòd non intelligentia, quia mẽs in anima nostra dicit illud quòd est altissimum, in intelligentia dicit actum cognitionis, memoria actum recordationis, voluntas actum amoris: igitur nõ sunt idem. Nota hic quòd sunt quatuor opiniones prima est Hẽr. Quolib. 9. volentis imaginem Trinitatis cõsistere in quibusdam actibus animæ nostræ, qui sunt additi, & semper manentes, & respectu eorum potest esse perpetua imago Trinitatis in nobis: quam opinionem pluribus argumen. destruit Bach. dist. 3. q. 3. huius lib. est, & secunda opinio Scot. q. 9. huius distin. asserentis quòd imago Trinitatis non consistit in actibus primis solum, nec in actibus secundis solum, quia hi sunt duo tantum, & illi duo tantum, & sic tãtum esset imago dualitatis, & non Trinitatis, quam etiam opinionem impugnat idem Bach. Tertia est opinio ipsius Bach. docentis imaginem Trinitatis non consistere in potentijs, nec habitibus, nec actibus sed in ipsa essentia animæ, vt sui ipsius memoratiua, vt à se intellecta, vt à se amata, & gloriatur de ista sua opinione dicendo quomodo ei concordat Aur. quam tamen posuit antequàm ipsum vidisset dist. 3. quæst. vlt. cui etiam astipulatur D. Bonauen. q. 1. de secunda assignatione imaginis, per mentem: istis tamen non obstantibus, tenet D. Tho. cum Augustino 9. de Trin. imaginem trinitatis in mente primo attendi secũdum actus, verbi, & amoris: secundario autem ex consequenti secundum potentias, & præcipue habitus, quia imago est repręsentatiua speciei: ergo primo attenditur in mente, secundum quod maximè appropinquat ad speciem Trinitatis, & sic prout accedit ad repręsentandam processionem verbi à dicente, & amoris connectentis ergo secundus actus, & cũ in Trinitate creata tria considerare possumus, perpetuitatem, vnitatem, & actualem imitationem, quantum ad vnitatem essentiæ magis repręsentat Trinitatem pluralitas potentiarum, quàm habituum vel actuum, eo quòd potentiæ magis immediate insunt essentiæ quàm habitus, quàm actus, & sic intelligit D. Thom. quòd imago debet quæri in nobis secundum quòd magis imitamur Deum, & secundum quòd ei magis assimilamur: hoc autem præcipue fit per actus, quia eis actualiter de ipso consideramus: igitur opinio D. Thom. est verior quæ suscepta est ex intimis visceribus Augustini, vt patet psal. 48. vbi declarat Augustinus quo modo imago Trinitatis reperitur in nobis, ait quòd possumus sumere ex Euangelio Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. i. ex toto intellectu, voluntate, & memoria, nam sicut ex Patre generatur Filius, ex Patre Filioq; procedit Spiritus Sanctus, ita per intellectum generatur voluntas, & ex ambobus procedit memoria neq; anima perfecta esse potest sine his tribus in quibus imaginem Dei mirabiliter in sua natura gerit noster interior homo: propterea ex excellentioribus dignitatibus animæ iubemur diligere Deum, vt quantum intelligitur, quantum amatur, & semper memoria teneatur, eandem virtutem declarat Augustinus in dialogo ad Orosiũ, & in libro de spiritu, & anima. patet ergo quo modo opinio D. Thom. de hac conclu. est conformis sacræ scripturæ & dictis Sanctorum Patrum.

Pri. p. q. 93. art. 7.

Matth. 7.

Vltima conclusio est: partes imaginis creatæ distinguuntur ab illo in quo sunt, quælibet vel aliqua illarum. probatur quia Potentia, habitus, & actus distinguuntur ab eo cuius sunt Potentiæ, habitus, & actus, sed partes imaginis sunt vel potentiæ, vel habitus, vel actus, igitur conclusio vera. s. quòd partes imaginis creatæ distinguuntur ab eo in quo sunt. Hæc conclu. est contra Gabrielem. Biel. in suo generali repertorio super quatuor libros sententiarum, in quæst. 10. distinctione tertia primi, vbi recitando opinionem Diui Thomæ, ait quòd sententia D. Th. est imaginem Trinitatis

Pri. p. q. 2. art. 7.

consi-

consistere in potentijs, & non in actibus, & falsi-
fissime loquitur, vt ostensum est in præcedenti
conclusione. Deinde ponit potentias animæ non
originari ab anima, quod etiam dictum est ir-
rationabiliter, vt supra in prima concl. huius art. la
tius monstratum est, etiam contra Guliel. de Ru-
bione dist. 3. huius lib. q. 8. vbi ponit potentias ani-
mæ esse eadem realiter, & essentialiter cum ipsa ani
ma, ex cõsequenti partes imaginis essent etiã idem
realiter. &c. item est contra Nicol. de Orbel. q. vlti-
ma huius dist. & contra Nicol. de Nissa tract. 2. par
tis secundæ, portionis tertię, q. vnica suę resolutio-
nis Theologorum. Conc. verò nostræ adhæret D.
Bonauent. q. 3. huius dist. & D. Augustinis 15. de
B Trin. cap. 20. vbi assignat differentiam imaginis
creatæ ad Trinitatem illam. s. increatam, quia in il-
la Trin. est idem habens, & quod habetur, hic autẽ
habẽs non est, quod habetur: ergo si anima habet
partes imaginis sequitur quòd distinguatur ab
eis. est etiam D. Dionis. 4. cap. de diu. nom. vbi di-
cit quòd in quolibet creato differunt hæc tria, sub
stantia, virtus, & operatio, ergo in anima substan-
tia, & potentię quæ sunt partes imaginis distin-
guuntur. Adest adhuc testimonium Boetij, lib. de
duab. nat. & vna persona Christi, asserentis in crea-
turis ipsis differre quo est, & quod est, siue quid
C est, & esse, & similiter quod potest operari, & quo
potest, sed id quod, est anima, id quo, est potentia,
quæ ponitur pars imaginis. Argumenta Aur. ex his
facile diluuntur substinendo sensum cõclusionis.
& hæc de ista dist.

HAec distin. quarta duas cõtinet quæst. in qua
rũ prima ponit tres art. in primo artic. ponit
quinq; cõcl. quarũ prima est, Omne nomen
cuiuscunque prædicamenti significat substantiam
Tex. 19. cum qualitate, est philosophi 5. Metaph. & S. Tho.
Dist. 22. q. 1. art. 1. 1. sent. Secunda, est nullum nomen de prædicamen
to accidentis significat substantiam prout eam ac-
cipit logicus, vel primus Philosophus, hęc est S. Th.
D & Auicen. Tertia est, omne nomen supponit pro
substantia, & proprietate significat qualitatem;
loquendo vt grammaticus loquitur de substãtia,
Dist. 6. q. 1. art. 3. & qualitate est S. Thom. 3. sent. Quarta omne signi
ficatum nominis est duplex. s. formale, & materia-
q. 9. art. 4. le, hanc scribit S. Tho. de Potentia Dei. Quinta est
hoc nomen Deus, & quodlibet aliud nomen con-
cretum substantiale significat distinctè quiddita-
tem, indistinctè autem supposita illius naturæ, est
Dist. 4. q. 1. art. 2. S. Thom. primo senten. has impugnat Aur. sed fa-
cile eius motiua dissoluuntur. Nota circa istas
conclus. quòd inuenitur triplex nomen concre-
tũ, quoddam accidẽtale vt album, quoddam sub-
E stantiale sed denominatiuum, vt animatum quod-
dam substantiale quod non est denominatiuum,
vt homo animal, omnibus autem concretis cõmu-
ne est quod dant intelligere suppositum, & prò sup
posita reddunt locutionem veram, vt album currit
pro sorte currẽte, rationale disputat vel homo mo-
uetur. Animaduerte quoque abstractum, & con-
cretum differre, quia abstractum dicit solùm for-
mam in se, sicut castitas, veritas, albedo. &c. Sed
concretum dicit duo. s. formam cum substracto,
vel cum supposito, sicut castum, verum, album,
hinc Augustinus libro primo soliloqui. dicit aliud
est Castitas, aliud est veritas, aliud verum. nõ enim
Casto castitas sed castitate fit castum, & cum ca-
stum quis moritur non moritur castitas, de qua
re lege Gersonem parte quarta, de modis signi-
ficandi.

In secundo articu. disputat hãc propositionem
Deus non generat Deum, est propositio falsa, & sol
uit multa argumenta ipsius Aur. de qua proposi-
tione, vide tu Caietanum, & Dominicum de Ban-
nes, & Syluestrum de Prierio in suo Conflatili. p. p. q. 39. art. 4.
S. Thom.

In tertio art. disputat istam aliam propositionẽ
Deus genuit Deũ, est propositio vera, & catholica,
& dicitur in symbolo Deum de Deo, & sunt multa
testimonia Patrum quę adducit Magister in litte-
ra præsentis dist. Quamquam aliqui loquentes in
aere repręhendunt dominum Caietanũ circa istã
propositionem. Asserit enim Caietanus ipse in pri
mam partem Sancti Thomæ, propositionem istam q. 39. art. 4.
esse veram, Deus generat, sed argumentantur qui-
dam recentiores contra eam sic, inter genitorem,
& genitum debet esse distinctio realis, sed inter na
turam Diuinam inconcretam siue hunc Deum ad
est distinctio realis respectu filij, ergo falsum est di
cere, quòd hic Deus generat Deum, secũdo, quòd
cõuenit immediate huic Deo, conuenit omnibus
personis Diuinis, in cuius signum si hic Deus assu-
meret immediate humanitatem, omnes personæ
Diuinę, essent homines, ergo si hic Deus immedia-
te generat, omnes tres personę Diuinę generant,
quòd est hęreticum: tertio si hic Deus immediate
generaret Deum, ergo vel se Deũ quod est impos-
sibile, vel alium Deum, quòd est temerarium, quia
essent plures Dij, vel aliud suppositum scilicet filiũ,
quod etiam dici non potest, quia inter filium, &
hunc Deum cum non sit realis distinctio, hic Deus
non potest generare Filium. Postremo, inter geni-
torem, & genitũ debet esse oppositio relatiua, sed
inter hunc Deum, & Filium nulla est oppositio rela
tiua, igitur propositio asserta à Caietano est falsa.
sed hi Cauillatores quemadmodum concedunt
ipsi propositionem huic ęquiualenti, ita coguntur
concedere, & illam quę est Caietani, asserentis, &
docentis hanc pulcherrimam doctrinam, videli-
cet, quòd respectu actus notionalis, immediate
nomina essentialia semper supponunt pro perso-
nis, vt patet in istis propositionibus Deus generat,
& Deus genitus est, respectu vero actus, seu pro-
prietatis essentialis nomina concreta primario, &
principaliter supponunt pro essentia Diuina in-
concreto, secundario vero, & minus principaliter
pro personis, vt exemplum patet in his propositio-
nibus, Deus creat Deus est æternus, respectu aũt
actus essentialis, qui conuenit essentiæ, quatenus
distinguitur à personis, nomina essentialia con-
creta supponunt pro essentia, & nullo modo pro
personis, & hic legendus est Bartholomæus de
Torres, qui optime declarat quomodo sunt vere
huiuscemodi propositiones, Deus est Trinus,
Deus est vnus, Deus generat Pater non generat,
Filius generat, & Spiritus Sanctus spiratur, ex
notitia huius negocij possunt de facili solui ar-
gumenta contra Caietanum, & ad primum quan-
do dicitur quòd inter genitorem, & genitum
debet esse distinctio realis conceditur, sed ad-
uerte quòd per genitorem intelligitur Pater,

& per genitum intelligitur filius, vnde nulla verior doctrina ista, quòd pater realiter est distinctus à filio. secundum argumentum quoque in quo dicitur quòd conuenit immediate huic Deo, conuenit omnibus personis diuinis, propositio hæc est verissima, quando nõ additur terminus notionalis, modo oppositum videtur in propositione Caietani, & ideo nihil concludit argumentum, concluderet autem si esset ibi tantummodo terminus essentialis, & hoc isti non animaduerterunt ad tertium argumentum in quo dicebant, si hic Deus generat, vel se, vel alium, &c. Dicendum, quòd miranda est eorum ignorãtia, quia non considerarũt argumentum hoc solutum esse à D.Tho. in articulo, & quoquomodo, hæc propositio est falsa pater genuit se Deum, & quomodo vera, quia pater genuit filiũ, qui est Deus sicuti, & ipse, sed nõ genuit se idest suppositum suum, sed genuit filium, qui est aliud suppositum à patre, & est verus Deus ex his patet solutio ad vltimum quòd inter Patrem, & Filium est oppositio relatiua quòd gratis concedit.

In hac secunda quæst. ponit duos art. in quorũ primo sternit quinque concl. quarum prima est in creaturis abstractum, & concretum prædicãtur de se inuicem in formis generalibus, non autem semper in formis specialibus propositio hæc, est S.Th. de veritate. (q.21. art.4) secunda propositio in rebus materialibus differt secundum rem natura, & suppositum naturæ, hanc docet S.Thom. pluribus in locis præsertim tertio sent. (Dist.6.q.1.) 3. propositio in substantijs materialibus differt quod quid est, & illud cujus est, hæc est Sancti Thom. in Commentarijs 6. Metaph. (Tex.4.) Quarta propositio in substãtijs spiritualibus creatis cuiusmodi sunt Angeli, abstractum non prædicatur de concreto, nec suppositum est omnino idẽ secundum rem quod sua essentia vel natura est Sanctus Tho. Quol. 2. (q.2.art.2.) Quinta propositio in solo Deo non differt suppositum, & natura, concretum, & abstractum hanc ponit tertia parte.

(q.2.art.2.) In secundo articu. huius quęst. adducit Gerard. de Carmelo, Aure. Scot. impugnatores & cum facilitate soluit eorum motiua. Nota hic quod multiplex est abstractio prima est realis, separatio formę à materia vt ea quæ est in Angelis. secunda est separatio formæ secundum intẽtionem à materia in qua est realiter. tertia separatio quantitatis à materia sensibili. quarta separatio numeri à magnitudine. quinta separatio vniuersalis à particularibus. sexta abstractio naturæ communis à supposito, in quo est, puta humanitatis ab homine. Concretum autem est triplex vt videre poteris supra. de his omnibus lege Caiet. in p.p. S.Tho. (q.3.art.3.) & in libello de ente, & essentia, (Cap.5.) & Bartholomæum Medinam in 3.p.S.Thom. (q.4.art.2.) & dilucidationes nostras super septimum Metaph. Animaduerte etiam circa quintam propositionem, quòd est naturaliter cognita, & vulgata nimis in philosophia naturali, vide Auerroem 3. de anima in solutione quæstionis tertię, (Disp.7. Cõmen.5.) & in libro destructio destructionum in disputatione sexta, in solutione sexti dubij docet q prima causa est quidditas absoluta, & omnia alia ab ipsa habent quidditatem, quæ verba idem sonant quòd propositio nostra præposita, licet Henricus de Gandauo in quibusdã quæstionibus formatis ab ipso de simplicitate Dei, & in quolibetis

A Quolibeto secundo, & post ipsum, Scot. in 1. sent. (Quæst. 16. Dist.1.q.2.) male intelligant huiuscemodi propositionem; volunt enim adhunc sensum fuisse dictam ab Auerroe, quòd cum solum primum principium quod est Deus gloriosus sit eo simpliciter pefectũ, quia nulla perfectio sibi deficit, nec vt tale ens, nec vt simpliciter ens, sed aliæ intelligentię sunt entia perfecta in genere, quia vnaquęque habet tãtum de perfectione pro vt natura sua est capax, & licet intelligẽtia Saturni, vt talis, omnem perfectionem quam potuit consequi in propria forma ab æterno habuerit, & vt sic dicatur esse perfecta ratione qua talis, si tamen considerata fuerit, vt ens, reperitur priuata B aliquo gradu perfectionis, licet enim sit perfecta in suo proprio genere, non tamen est perfectissimum ens, quia non habet tantam perfectionem, quantam habet prima, à qua dependet, & sic in suo esse inuenitur composita ex actu, & potentia, non tanquam ex positiuo, & positiuo sed tanquam ex positiuo, & priuatiuo, quia talis potentia in abstractis inuenta non dicit aliquid reale, quia nihil in eis est vere possibile, vt dixit Auerroes secundo cœli, (Cõmen.34.) Nam possibile in æternis est necessarium, quòd etiam docuit Arist. nono primæ philosophię, vbi habet, est autem nihil potentia sempiterna, sed ista potentia est logica, & est ens rationis, quia dicit solam C non repugnãtiam, quia intelligentia Saturni, in quantum ens non repugnat sibi quòd sit perfectior quàm est, sicut dicimus quòd talpa in quantum animal potest videre, cum tamen talis potentia in talpa nihil reale ponat sed solam non repugnantiam, & est potentia talis logica, quæ nil aliud est, quàm respectus quidam causatus à ratione ex non repugnantia terminorum in quantum non repugnant, vnde non posuerunt Philosophi aliquã realem compositionem in talibus intelligẽtijs nisi forte in anima intellectiua, propterea quòd ipsa est vltima in genere intelligibilium, & in hanc etiam sententiam descendit Marcus Antonius Zimãra D Sancti Petri natis in suis Theorematibus, (Theorem. 40.) etiã decepti sunt isti Authores quantum ad aliquid: licet enim vera sit propositio, & sensus eius quòd solus Deus est actus purus, itaque non est potentia, nec habens potẽtiam, & propterea in eo solo idem est suppositum, & natura intrinsece, & extrinsece, nec differunt concretum, & abstractum, sed sensus alterius partis propositionis est male ab eis intellectus quia aliæ intelligentię à prima secundum veram, & peripateticam doctrinam dicuntur esse compositæ ex actu, & potentia, tanquam ex positiuo, & positiuo, vt docuit Sanctus Thom. erudite satis in p.p. summæ suæ Theologię, (Qõ.3.art.4) & omnes authoritates quæ E sunt in contrarium, tam Arist. quàm Auerrois intelligendæ sunt secundum suum genus, sicuti est illa 9. Metaph. quòd in æternis nulla est potentia, verum est quòd in genere æternorum datur vnum in quo nulla est potentia passiua, & hoc est Deus Benedictus, cætera autem omnia sunt composita ex actu, & potentia, non tanquàm ex positiuo, & priuatiuo, vt volunt isti nouelli philosophi, sed ex positiuo, & positiuo, vt docuit S.Thom.

Hęc dist. quinta vnica tãtum terminatur quęst. habẽte duos art. in quorum primo ponit quatuor conclusiones quarum prima est. Diuina generatio terminatur ad essentiam & ad personã habet hanc

S.Tho.

S.Tho. in hoc lib. 1.sent. secunda concl. generatio A
q.3.art.1. diuina non habet terminum à quo est S.Tho. vbi
supra. tertia, diuina essentia non est genita per se,
nec per accidens est S.Thom. loco superius dicto.
quarta est, Diuina essentia non se habet in diuina
generatione propriè loquendo sicut materia, vel
subiectum licet habet vnam de conditionibus ma
q.2.art.1. teriæ ponit istam S.Thom. in hac dist. Nota circa
istam vltimam concl. quod diuina essentia nullam
conditionem materiæ proprie habet simpliciter
q.4.art.3. loquendo, vt docet S.Tho.p.p. & Caiet. & Bannes
ibi contra Dur. licet conueniat sibi esse de quo præ
existenti intrinseco, quæ conditio est communis
formæ, & materiæ, ideo dicendum est quod Filius B
est genitus de substantia Patris, tanquàm de for-
ma non auté tanquàm de materia, & ratio est quia
perfectior modus est habere diuinam essentiam,
tanquàm formã quàm veluti materiam, sed filius
habet Diuinam essentiam perfectissimo modo, igi
tur &c. Præterea hoc quod dicitur quasi materia
ex suo primo & per se intellectu includit imperfe-
ctionem, sed essentia respectu Personæ Filij, nõ in-
cludit imperfectionem, immo est tota perfectio
Filij ergo. &c. Tertio est, essentia prędicatur de qua
libet persona in abstracto, sed materia, nec quasi
materia prędicatur de materiato igitur &c. De
Dist.4. q.1. qua re lege Bacch. hic, & Franc. Lichetum cum qui- C
bus conuenimus, quia, & isti tenent diuinam essen
tiam non habere rationem materiæ, nec potentiæ,
nec quasi determinabilis, nec quasi per modũ re-
cipientis, sed magis dicitur fundamentum, quasi
per modum formæ, in qua relationes diuinæ subsi
stunt. vide solutiones. arg. in 2. art. cõtra Aur. Dur.
Henr. & alios &c. Circa has conclusiones est etiam
obseruandum quòd fuerunt sententiæ variæ inter
Theologos de diuina essentia, quomodo sit termi
nus generationis, & si generetur, vel non, vnde qui-
dam Petrus Ioannes, vt narrat Thomas ab Argen-
tina Heremitarum D. Augistini Prior generalis in
prẹsenti loco propter quandam authoritatem Ric D
Cap.5. cardi lapsus est in erroré, Asserit enim Riccardus
6. de Trinitate nil aliud est patris persona quàm
substãtia ingenita, & nil aliud est Filij persona quã
substantia genita, & subdit nonnulli temporibus
nostris surrexerunt qui non audent hoc dicere, &
multo periculosius contra Sanctorum Patrum au-
thoritatem, illud audent negare, ad illud autem
quod dicunt, authoritatem inuenire non possunt,
ad hoc autem quod nos dicimus etiam ipsi autho
ritates multas adducunt, & more Goliæ gladium
quo iugulentur deferentes ad certamen proce-
dunt quibus verbis Riccardus innuit magistrum
senten. Et sic per hæc verba Riccardi iste Petrus E
Ioannes vult essentiam diuinam esse principium,
& terminum generationis, ita vt dicatur generans,
& genita, & male dicit, quia est propositio damna-
ta in Concilio generali de Summa Trinitate, & fi-
Cap. firmi-ter. de Catholica contra Abbatem Ioachim, & quia
maior est authoritas Ecclesiæ Catholicæ, quàm sit
authoritas Riccardi, vel cuiuscunque alterius Do-
ctoris Sancti, licet Riccardus excusari possit, quia
determinatio Concilij videtur venisse post eũ, sed
iste Petrus Ioannes non potest excusari, (est secun-
da sententia aliorum, qui licet nõ ita directe sicut
Petrus Ioannes, sed potius indirecte loquuntur
contra prędictas propositiones, Asserunt enim quod
diuina essentia est terminus generationis, & prin-
cipium non per se, sed per accidens, & hanc senten
tiam videtur tenere Robertus Doctor Louaniẽsis
asserens quod si Pater genuisset Filiũ de substantia alię
na, illa substantia per accidens fuisset genita, ergo
quia genuit eum de substantia propria, sua substan
tia aliquo modo genita dici debet non per se ergo
per accidés, quemadmodum si ignis generaret ali-
quid de substantia sua, non minus sua substantia
diceretur generari, quàm dicatur generari aliena
substantia, si ex ea ignis aliquid generabit. & Allu-
cinatus est etiam hic Doctor quia vtique si Pater
produceret de aliena substantia filiũ, illa dici pos-
set producta eo quòd caperet nouum esse per talé
productionem, sed non est sic in proposito quia
substantia patris est ęterna, & non capit esse nouũ,
nec habet rationem potentiæ passiuę, cum simpli-
citer repugnat actui puro, & infinito, vt est diuina
essentia, Postmodum, id quod generatur per acci
dens non habet esse nisi in eo quod generatur per
se, sed diuina essentia non habet esse in solo filio,
sed illud idem esse, quod habet in Filio habet in
Patre, & Spiritu Sancto: igitur neque per se neque
per accidens generari posset, Adde quia quando-
cunque aliquod generatur per accidés, necesse est
esse suum differre ab esse generantis, sed esse Di i-
næ essentię non differt ab esse Patris, igitur error
maximus est ille, quem bibit iste Doctor, & ex hoc
etiam arguendus est Aureolus, qui etiã negat abso
lute diuinam essentiam esse terminum generatio-
nis, & sequẽdæ sunt propositiones Sancti Thomę,
quas supra posuimus.

In hac Sexta dist. vnicã quęst. agitat in qua ponit
duos art. in quorum primo habentur sex conclu-
siones, quarum prima est: essentia Diuina est princi
pium quo, omnium actuum Diuinorum habetur
à D.Thom. in hac dist. 2. concl. est essentia sub ra- q.1.art.3.
tione essentiæ non est principium alicuius actus se
cundi, qui est operatio sed solum respectu primi
actus, qui est esse sternitur vbi supra. tertia essentia
Diuina est principium actus generationis, sub ra-
tione qua essentia est natura, habet etiam hoc vbi
supra. quarta est licet Spiritus Sanctus procedat na q.1.art.1.
turaliter à Patre nõ tamen procedit ab eo per mo-
dum naturæ, sed per modũ volũtatis, habetur ista
de Potentia Dei. quinta licet Spiritus Sanctus pro- q.10.art.2.
cedat naturaliter cum hoc tamen liberè procedit
à Patre, hęc habetur de mente Augustini lib. 5. de Cap.4.
Ciuit. Dei. sexta licet respectu generationis Filij ha q.2.art.2.
buerit voluntatem concomitantem, non tamen ac
cedentem, nec antecedentem duratione, vel intelle
ctu, scribitur, & hęc de potentia Dei. Circa has con
clusiones, nota primo, quòd quæri solet de volitio
ne generandi Filium seu de actu volẽdi generatio-
nem Filij, num sit prior generatione Filij, Prior in-
quam secũdum rationem, nam planum est nõ esse
priorem secũdum rem, vel tempus, aut durationé
aliquam, quæ cogitatione compræhendi possit. &
Caiet. p.p. videtur sequi Scot. qui tenet partem af-
firmatiuam, in hac dist. 6. & multi etiam Thomistę q.41. art.2.
Scotizant in hac re, sed melior est opinio Authoris
in secundo art. huius quæst. docens nullum dari si-
gnum, aut instans in quo pater ex natura, rei prius
velit generare quàm generet, & est germana senten
tia

tia S.Thom. quàm sequitur Ferr. 4. contra Gent. & A
q.41. art.2. Torres p.p. & Bânes, & alij grauissimi Theologi, vide S.Tho. de Potentia Dei, q.2. art. 3. de voluntate Patris istam concomitantem generationem Filij num sit prior ex nostro modo intelligendi generationem Filij nec ne? Caiet. sequitur Scot. etiam
Cap.2. hic. sed Ferr. 4. contra gentes sequitur Authorem hic quo ad partem negatiuam quamuis vtraque opinio defendi possit, vt concedit Ferr. Nota etiá pręsertim circa concl. quintam Scot. in hoc lib. impugnat duo dicta S.Thom. primo quòd voluntas nequit considerari vt natura, sed tantum vt potentia libera, ex consequenti nulla operatio voluntatis est naturalis, sed omnis operatio eius est libera se- B cundum dictum quòd Spiritus Sanctus non procedit naturaliter. sed liberè, hæc etiam duo dicta impugnant Bach. & Lichet. narrãtes diuersas opiniones, quarum prima est Gabrielis asserentis Spiritũ Sanctum procedere necessario, sed non modo naturæ. Alia opinio dicit quòd ista necessitas excutit amorem, & non tollit libertatem, & hęc opinio nõ est alia à prima, sed potius declarat eam. tertia est opinio Aur. qui imaginatur Spiritum Sanctũ procedere liberè propter habitudinẽ productiui principij ad ipsam spirationem. quarta opinio est Scot. qui dicit Diuinam voluntatem procedere liberè, & non est quærẽda alia causa nisi quia voluntas est C voluntas. Quinta est Bach. vbi supra dicentis productionem Spiritus Sancti esse liberam alia libertate quàm productio Creaturarum, quia nec ibi volũtas habet necessitatem ex parte sua nec ex parte obiecti, quia creatura non cognoscitur vt omne bonum volendum. sed tu prudens Lector sequere
q.41. art.2. opinionem Caiet. p.p. quæ est S.Thom. & omnium Sanctorum Patrum præsertim Augustini lib. 6. de Trinit. & D.Amb. lib. de Spiritu Sancto. & Clementis Alex. ij. Eunomium. ex his poteris soluere omnia argumenta vt Author facit in secũdo articulo. sed vt clarior sit doctrina Sancti Thomę, & opinio sua circa has supradictas cõclusiones. Nota, quòd D quatuor sunt modi necessitatis, primus dicitur indigentiæ, quando res sibi derelicta destruitur nisi conseruetur ab aliquo conseruante: secundus, dicitur necessitas exigentiæ, quia sic exigit sua natura, verbi gratia ignis est necessario calidus, quia natura sua sic exigit, Tertius modus dicitur necessitas immutabilitatis, quãdo natura alicuius ex parte sui immutabiliter operatur, sicut ignis quãtum est ex parte sui immutabiliter calefacit, Quartus est necessitas coactionis puta lapis, quando impellitur à proijciẽte, cogitur ascendere sursum violenter. Additur, & quintus, qui dicitur necessitas conditionis, puta si talem finem vis consequi, necesse E est te talibus medijs vti. ex his nota sensum huius propositionis Pater generat Filium necessitate, nõ indigentiæ scilicet, nec conditionis aut violentię, vel coactionis, sed exigentiæ, quia natura Diuina, quę est forma purissima siue purus actus hoc necessario exigit quòd in tribus subsistat personis, sed Trinitas in Diuinis esse nõ potest nisi Pater generat filium, & vterque producat Spiritum Sanctũ, & sic de necessitate naturalis siue formalis exigentię filius in diuinis à Patre generatur, loquendo ẽt de necessitate immutabilitatis, pater necessario generat Filiũ, quia immutabiliter determinatur ad

generationem Filij per suam naturalem proprietatem. Attende etiam quòd voluntas dupliciter sumi põt, vno modo pro potentia volitiua, siue principio volutiuo, alio modo pro actu perfecto ipsius voluntatis, siue principij volitiui, si capitur voluntas primo modo tunc Pater nõ generat Filium voluntate, quia illa persona Diuina quæ est Filius nõ procedit per modum voluntatis, sed per modum verbi intellectualis, si autem volũtas sumitur secundo modo puta pro actu perfecto volũtatis, sic concurrit ad generationem Filij, quia illa nobilissima generatio esse non potest, sine perfectissima complacentia, constat autem quòd talis perfecta complacentia est proprie actus voluntatis & maxime respectu summi boni, & hoc ꝓtestatur in illis verbis, hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, vt scribitur apud Mattheum. Cap. 17.

Hęc septima distin. duas habet quęst. in quarũ prima disputat tres propositiones, prima est, gene q.41. art.4 rans in Diuinis habet potentiam generandi, & spirans habet potentiam spirandi, est S.Thom. p.p. secunda est potentia generandi dicit principaliter, & in recto Diuinam naturam est S.Tho. vbi supra, Art.5. tertia est potentia generandi dicit relationem puta paternitatem in obliquo, ista est de potẽtia Dei. q.2. art. 2. Nota circa has conclusiones, quod quinque sunt opiniones Doctorum quarum prima fuit Magistri senten. quòd potentia generatiua formaliter loquendo est ipsa Diuina essentia, secunda est Quæst. 1. D.Bonauent. hic asserentis potentiam generatiuã Patris dicere originalem habitudinem terminatã ad personam productam, tertia est Greg. Arim. negantis istam potentiam generatiuam in Patre si sumatur ꝓ principio quo distincto à principio qđ. quarta est Scot. in hac dist. volentis potentiam si- q.1. art.2. gnificare primo, & per se relationem connotandò tamen absolutum, quam opinionem acerrimè defendit Lichet. & malè quia pontentia, per se formaliter est species qualitatis, vt ait Arist. in præd. sed il- Cap. de qualitate. lud quòd est de genere qualitatis significat formaliter absolutum, & non respectiuum, quia rationes formales qualitatis, & relationis sunt diuersæ ergo &c. Præterea Arist. 5. Metaph. ponit relationes Cap. de ad aliquid. quasdam fundari supra potentiam, sed relatio non fundatur super eo quòd est relatio formaliter, sicut paternitas nõ dicitur fundari in Patre formaliter, sed in eo ꝙ est pater. ergo &c. Præterea quia cum potentia sit illud quo aliquid natum est agere siue ꝓducere, vel pati, vt docuit Arist. 5. Metaph. Tex. 17. sequeretur quòd magis formaliter aliquid diceretur agere, vel pati re atiuum quàm absolutũ quòd est falsum, ideo falsa est opinio Scot. & Lichet. falsum quoque docuit Torres. in p.p.S.Thom. qui voluit opinionem D. Thom. non differre ab opinione Scot. propterea est clara quinta opinio S.Tho. q.41. art.5. explicata hic ab Authore; potentiam generatiuam in Patre principaliter, & in recto dicere Diuinam naturam, minus autem principaliter, & in obliquo dicere relationem: & siquis quæreret num ista Diuina natura est potentia generandi sub ratione naturæ, vel essentiæ, dicas quod sub ratione intellectus fecundi quatenus est in Patre, & hæc est sentẽtia Augustini cõtra Maximin. & Diui Hilarij. 5. de Trinitate, & omnium bonorum Doctorum. ex his Author soluit Argumẽta Aureoli. Gregorij Scoti, & alio-

& aliorum odientium Doctrinam Angelicam. Pro maiori notitia istorum, est notandum exemplum quòd aliquo modo haberi potest in naturali philosophia, (Tex.17.) scribitur enim septimo Metaph. ꝙ dātur quædam accidentia copulata quæ illius conditionis esse videātur, quòd quāmuis secundum eorum principale significatum significent rem vnius prædicamenti, Connotant tamen rem alterius prædicamenti, à cuius exigentia, & cōnotatione sortiuntur quosdam modos, à quibus si absoluuntur etiā à sua entitate specifica trāsmutantur, verbi gratia, pulchritudo cum sit quidam habitus est de prima specie qualitatis, & per consequens secundum suū principale significatum est entitas absoluta, concernit tamen quendam modum ex connotatione respectus congruentiæ à quo si absoluitur, mutabitur in oppositum qualitatem, dato etiam per possibile, vel per impossibile, quòd absolutum connotans illum respectum remaneat secundum totam suam entitatem, dato enim quòd eadem numero albedo quę est in dente, pulchritudo secundum totam suam absolutam entitatem per potētiam Dei trasferatur in oculum, ipsa eadem numero erit in oculo turpitudo propter solam carentiam respectus congruentiæ, cui in dente fuit coniuncta; & à quo in oculo erit disiuncta, & eodem modo scientia connotat respectum ad scibile, quamuis ipsa sit in prima specie qualitatis, qui quidem respectus si per quamcunque potentiam auferetur à scientia manente etiam toto absoluto, quod dicit scientia, tale absolutum non esset scientia, quia anima habens illā qualitatem absolutam nihil sciret, quia nullum respectum ad scibile haberet, Adde etiam quòd tale accidens copulatum quantum ad suum proprium significatum nō debet sumi in sensu copulatiuo, puta quòd dicat absolutum, & respectū; quia tunc esset ens per accidens, & per consequens nec esset ens determinati generis, nec speciei, vt patet 4. Metaph. (Tex.14.) sed dicit absolutum sub respectu; scientia enim non dicit qualitatem, & relationem, sed dicit qualitatem sub relatione, & ideo non obstante illa connotatione qua cernit respectum ad scibile, ipsa tamē simpliciter loquēdo dicitur qualitas absoluta, sic potētia generatiua in diuinis simpliciter, & principaliter dicit diuinam essentiam, quamuis connotet respectum ad genitum, puta paternam proprietatem, qua connotatione non obstante simpliciter loquendo potentia generandi debet dici essentia diuina siue res absoluta, & non relatio, Nec debet dici essentia, & relatio, sed magis essentia sub relatione, & propterea dictum est in conclusionibus quod dicit absolutum in recto, & respectiuum in obliquo: & attende diligenter, quòd hæc similitudo de accidentibus copulatis, & potentia generandi in diuinis non currit centum pedibus, vt dici solet, sed est quædā similitudo diminuta vt fieri poterit translata à creaturis ad diuina, De quibus omnib. lege Authores supra citatos.

In hac secunda quæst. disputat quinque conclusiones quarum prima est, quod in diuinis non possunt esse plures Filij. ista conclu. est de fide tenēda, vt ait Athan. in symbolo, vnus ergo Pater nō tres Patres, vnus Filius non tres Filij, vnus Spiritus Sanctus non tres Spiritus Sancti, ex hoc sequitur (1.sent.dist.7) vanum esse laborem Ioannis Bach. mouentis hoc

A quæsitum sub hac forma, vtrum efficaci ratione, ac demostratiua possit demostrari, quòd nec Pater, nec Filius in diuinis possit alium Filium generare, & deinde ponit rationes quibus D.Tho. probat, persuadendo conclusionē, & soluit ipsas, tanquàm inefficaces, post modum ponit talem conclu. demostratiuè potest probari quòd possibile sit Filium non generare, & probat duabus rationibus, prima est, quia Pater habet Filiū pro termino adæquato suæ productionis, sed hæc ratio est S.Tho. quam ipsi soluunt aduersarij quia in diuinis est perfectum Verbum, & perfectus amor, ergo est tantum vnum Verbum, & vnus amor dicunt, ipse præcipuè Bach. quòd licet Filius sit perfectus Deus genitus, & perfectum Verbum, tamen nō habet Deitatem cum omni modo habendi eam: igitur ex hoc quòd Filius est perfectum Verbum intensiue, non sequitur quòd sit perfectè extensiue, & omni modo possibili; per istam met responsionem ego dissoluo suam rationem dicendo quòd Pater habet Filium pro termino adęquato suæ productionis intensiue, non extensiue, secunda ratio sua est, quia productio, qua Pater producit Filium habet terminum per modum speciei, & non per modum indiuidui, ergo non possunt esse plures Filij, hæc etiam ratio, sub alia forma est facta à D.Tho. quia C tota Filiatio continetur in Filio: igitur nō possunt esse plures Filij, & Bach. soluit istam rationem contra Scot. negando istam propositionem productio eiusdem rationis non potest terminari ad pluritatem, ita quòd stat quòd aliquid sit eiusdē speciei, & possit multiplicari, & ipse cōcedit: si ergo rationes D.Thom. non sunt efficaces, neque & suæ efficaces esse possunt, simpliciter nec illæ quas adducit Scot. quòd illud nullo modo est plurificabile in diuinis quod non potest terminari certò numerò, & ad certam pluritatem, sed productio eiusdem rationis nullo modo potest terminari ergo &c. quia si in diuinis essent, aut possent esse plures productiones, igitur, & infinitæ, & ex istis rationibus vult Scot. quòd ista conclu. non solum fide tenetur, sed quòd necessaria ratione probatur tam de Patre, quàm de filio quòd non possunt alium Filium generare, has rationes soluit Bach. dicens ꝙ si quid concludunt, concludunt de facto, & non de possibili, nec etiam ratio Henr. concludit, quæ consistit in hoc, tota virtus generandi exhauritur in generatione filij, ergo non possunt esse pluris Filij, quia posset negari antecedens, propterea cū nulla ratio demostratiua, & necessaria adduci possit ad probandum istam conclu. & quanquam aliam de fide, quia fides non habet meritum vbi ratio humana præbet experimentum, ob hoc mos D.Thom. est conclu. de fide stabilire testimonijs scripturę, vel aliquo decreto Ecclesiæ deinde rationibus, exemplis, similitudinibus, quæ ex rebus creatis desumuntur illustrare, ac declarare curatur, vt deducat nos in cognitionē illius, neque aliquis suspicari debet, quòd dum D.Thom. adducit aliquas rationes ad persuadendas conclu. de fide quòd per illas voluerit demostrare veritatē fidei. id enim si quis existimaret ineptia magna esset, ac extremæ dementiæ indicaretur sed hoc fit à D.Thom. & à cæteris Sanctis viris ad ostendendum fidem nostram rationem naturalem nō euertere aut ei contraire,

sed

sed potius illi censurã esse: ex quo patet quàm præ- A ter æquum & iustum fecerit Scot. Aur. Bach. & cæteri Doctores, qui labore nimio atq; intensissimis animis conati sunt euertere rationes D. Thom. & alias nullas, aut futiles cõgerendo, & coaceruando, atque excogitando ad id probandum, & persuadendum, vt patet in ista concl. & in multis alijs.

Pri. p. q. 41. art. 6. Secunda conclu. impossibilitas huius conclu. resoluitur in diuinã immaterialitatem; probatur quia multiplicatio secundum numerum non est nisi secundum materiam, quæ nullo modo est in Diuinis, aduersus istam concl. vltra alias rationes quas adducunt aduersarij sunt tres art. excommunicati, quos adducit Scot. & narrat Bach. distin. 7. B q. vnica. primus est quòd quia intelligẽtiæ non habent materiam: Deus non posset plures eiusdem speciei facere, error. Secũdus est, quòd Deus non posset multiplicare indiuidua sub vna specie, sine materia, error. Tertius est quòd formæ non suscipiunt diuisionem, nisi secundum materiam, error. sed præter respõsiones quas tradidit Capreol. & Caiet. lib. de ente, & essentia, ad hos articulos dicitur, quòd fuerunt de nouo totaliter reuocati in publica congregatione Illustrissimorum Cardinalium ipsius indicis librorum prohibitorum in Palatio Apostolico, quæ congregatio celebrata fuit die 22. mensis Septembris 1578. in qua affuit magna multitudo C Theologorum ex natione Gallica, Hispanica, & Italica. immo totaliter fuit condemnatus tractatus ille, qui communiter colligitur cum textu magistri senten. & dicitur collectio errorum Parisius condemnatorum, & hoc propter multos errores contentos in illo tractatu, inter quos habetur, quòd Doctrina Petri Apostoli in aliqua sui parte continet in fide erronea, & Doctrina B. Cipriani, & Hieronimi, & D. Tho. similiter continet aliqua erronea in fide, quæ omnia valde offenderunt aures audientium: nullus ergo in futurum audeat hos articulos in medium adducere.

Tertia conclusio, Huiusmodi impossibilitas re- D soluitur vt in causam in perfectionem Diuinam tã ex parte processionum quàm ex parte procedentium; probatur quia Deus, omnia perfectè intelligit, & perfectè amat, igitur non poterit esse nisi vnũ perfectum verbum, & vnus perfectus amor.

Quarta conclu. huiusmodi impossibilitas resoluitur in modum naturalis processionis, & in causam; probatur quia Personæ procedunt per modum naturæ, sed natura terminatur ad vnum, igitur non possunt esse plures Filij.

Vltima conclu. huiusmodi impossibilitas resoluitur vt in causam in modum, quo Diuinæ personæ constituũtur, & ab inuicem personaliter distin- E guuntur. probatur quia illud quo aliquid constituitur in esse, & distinguitur ab alijs impossibile est multiplicari, sed Filiatio est id quo constituitur in esse, & distinguitur ab alijs, ergo impossibile est multiplicari filiationes, & sic non possunt esse plures Filij in Diuinis: lege Caiet. & Barthol. Torres p. p. q. 41. art. 6. vbi satis erudite defendunt has conclusiones sic etiam Ferr. 4. contra Gent. cap. 13. valet ad hoc Aegid. 1. sent. dist. 7. q. 4. & Gabriel q. 3. dist. 7. & Riccard. de media villa eadem dist. q. 2. & Alph. Tholetanus dist. 6. q. 3. Bach. ibidem, & Guliel. Altisiod. de nominibus notionalibus cap. 6. q. 4. & Alex. Alens. q. p. q. 42. memb. 3. art. 2. vbi pulcherrime disputat has conclusiones. Præsertim principalem quia in diuinis non possunt esse plures filij, quia in æternis non differt esse, & posse, si igitur in eis possunt esse plures filij, ergo essent de facto, quia ibi omne possibile est in actu, & sic essent plures personæ quàm tres, quod est hæreticũ, quia de fide est, quòd Deus sit Trinus, & vnus, iuxta illud, tres sunt qui testimonium dant in cęlo &c.

Distinctio Octaua.

Distinctio hæc octaua cõtinet quatuor quęst. in quarum prima disputat quinque conclu. prima est. Nulla creatura subsistens est suum Pri. p. q. 3. esse quo actu existit in rerũ natura, probatur, quia art. 3. si non distingueretur esse subsistens à creatura, sequeretur quòd creatura haberet esse incorruptũ, & sic infinitum simpliciter quòd est falsum. vbi nota quòd esse sumitur quinque modis, primo pro ipsa essentia rei, & sic dicitur cap. 26. topicorum q Tex. 10. diffinitio est ratio significãs quid est esse rei, et tertio de anima quòd intellectus extensus. i. directo; et recto aspectu carnis esse cognoscit. et Auic. ait, q 1. Metaph. primum obiectum intellectus ens, et esse: in his omnibus, et cæteris dictis consimilibus accipitur esse C pro ipsa essentia rei, quæ proprie diffinitur, et ipsa diffinitione significatur quoad primum dictum; et recto aspectu intelligitur, quoad secundum, et primo intellectui obijcitur quoad tertium, secundo modo sumitur esse pro eo, quod vna natura sortitur ex coniunctione ad aliam sicut in rebus absolutis: materia. n. sortitur esse extensum per coniunctionem ad quantitatem, vel ex habitudine ad aliã sicut in respectiuis. tertio accipitur esse pro habitudine compositionis prędicati cum subiecto, et hoc modo esse, vel ly est accipitur pro secũdo adiacente, quia copular, et coniungit duo extrema. s. prędicatum, et subiectum, sic. n. hoc verbum est, si- D gnificat compositionem, quam sine cõpositis non est intelligere, vt scribitur primo periherm. et signi Cap. 3. ficatur verum secũdum quid, vt dicitur 5. Metaph. Tex. 34. quarto modo accipitur pro actuali existentia rei, vltimo modo secũdum aliquos pro ipsa subsistentia rei, quæ est idem quod per se subsistere, et alteri nõ inniti, et his duobus vltimis modis accipitur in conclusione. Nota etiam circa hanc conclu. quòd fuerunt diuersę opiniones quarũ prima est Auerr. 7. Metaph. quòd in separatis à materia essentia, et Cõmen. 20 esse non differunt, in substantijs compositis etiam non differunt esse in actu, et essentia in actu, esse in potentia, et essentia in potentia, sed sunt vnum, et E idem; in accidentibus quoque idem est esse, et essentia, vnde esse albedinis non differt ab albedine, licet Auerroistæ differant inter se, vt patet apud Quæst. 3. Ioan. de Iand. 4. Metaph. et Suess. eodem lib. disp. 5.

Secunda est ipsius Henr. in summa asserentis primo, quod esse, et essentia sunt vna met res sub diuerso respectu ad Deum, et potentem producere, q. 3. art. 27. et producentẽ actu, nam essentia sub respectu possibilis produci à Deo dicitur essentia, et quia vt sic habet exemplar, et ideam in Deo, ideo ipse dicit respectum ad Deum, et ad exemplar, eadem autẽ sub respectu producti à Deo dicitur esse. secundo etiã dicit quod essentiæ rerum fuerũt æternaliter, quia

æterna-

æternaliter fuerunt à Deo cognitæ nec tamen æter A
3.sent. dist. 6.q.1. naliter habuerunt esse. Tertia est positio Scot. opinantis esse actualis existentiæ, & essentiam rei esse idem realiter, licet distinguatur ex natura rei, sicut modus intrinsecus, & quidditas cuius est, sicut albedo distinguitur à suo modo intrinseco gradu.s. vt tria vel quatuor. quarta opinio est Heruei in tractatu de esse contra Henr. ita scribentis essentiam esse, id quo formaliter ens est ens: ens verò esse id quod habet esse.i.essentiam: essentia creaturę dicitur esse illud quo aliquid formaliter est ens creatū abstrahendo ab esse actu, & potētia, esse quatenus est verbum est habere essentiam, ita quòd ex modo significandi verbali vltra essentiam importat habi- B tudinem habentis ad habitum, & hoc est esse existentiæ: vt autem est nomen siue esse essentiæ stat pro actu qui est essentia. primo igitur modo esse se habet ad essentiam sicuti lucere se habet ad lucem, & currere ad cursum, & calere ad calorē. est tn̄ differētia, quia non dr̄ calor calere, aut cursus currere, sicut essentia esse, & lux lucere, quia duo prima infinitiua non dicuntur nisi habere vel esse subiectum, sed illa duo secunda vltra hoc dicunt sibi conuenire, vt sint id quòd ens est ens, & quo lucens est lucens, & sicuti essentia est esse, ita existentia & existere differunt per significare secundum modum nominis, & verbi, cum tamen vtrunque significet idē C scilicet ipsam habitudinem habentis ad habitum sed vnum verbaliter aliud verò nominaliter: cum autem esse quātum ad id, quòd directè significat, præter essentiam non dicit rem absolutam, & cum ea componentem, differt tamen ab ea realiter ratione connotati, sicut, & ipsum ens differt ab essentia cum implicitè dicat omnia quę sunt in habente essentiam sicut, & omne concretum, vnde esse non est essentia sicut nec cursus est currere, in qua declaratione videtur declinare ab opinione D.Th. propterea est vltima sententia S.Thom. in pluribus locis suę doctrinæ quòd in omni ente causato subsistente esse distinguitur simpliciter, & realiter D ab essentia, quam veritatem pluribus rationibus confirmat, tum quia esse participatur ab essentia tum quia causatur ex principijs essentiæ, & est vi-
Cap.5. dere apud Caiet. libello de ente, & essentia contra
Cap.52. Ant. Trōbet. & apud Ferr. 2. cont. Gent. hęc est veritas Arist. 7. Metaph. tex. 20. quamuis non manifestè, sed Platonis est aperta in Timeo, & ipsam sequuntur omnes Arabes, vt est Alphar. Auicen. algazel. inter latinos primus Philosophus Albert.
In princi. Magnus tractatu 7. Metaph. Boet. vbique locorum
po secūdi. præcipue lib. de ente, & vno Philoponus lib. post. Simpl. in commentationibus quas scripsit in secundo de Anima sic etiā Themist. & Alex. Hilarius 8. E de Trin. D. Aug. lib. de vno. & omnes fere sapiētes.

Secunda concluf. esse creaturæ non sic se habet
2.cōt. Gēt. ad illud quod est vel ad quidditatem creaturæ om
Cap.54. nino consimiliter sicut forma substantialis ad materiam, probatur quia compositio ex materia, & forma non est eiusdem rationis cum illa compositione quę est ex materia, & forma, igitur concl. est
Cap.5. vera proqua conclu. vide Caiet. lib. de ente, & essentia vbi ponit decem differentias inter istas duas compositiones.

Tertia conclusio esse existentię non se habet omnino similiter ad substantiam vel essentiā creaturę sicut accidens ad subiectum accipiendo accidens proprie pro quidditate accidentali reposita in aliquo nouem generum accidentis, probatur, quia accidens capitur dupliciter vno modo vt distinguitur contra substantiam, & sic nouem genera accidentium omnia sunt accidentia, alio modo pro eo quod non est de intellectu alicuius veluti homo non est de intellectu animalis, esse non capitur primo propterea non se habet vt accidens ad subiectum, & ideo conclusio est vera pro qua facit Zim. 3. Theorem. vbi declarat illam famosissimam propositionē Arist. Accidentia sunt entia eo quia taliter entis & Paul. Sonc. septimo Metaph. quęst. 7. Metaph. Tex.20.
2.3.& 4.

Quarta conclusio esse creaturę quo formaliter est actu, non est Deus, nec est proprie creatura, nec est proprie ens, vel quod est, probatur prima pars, quia Deus est infinitus esse, creaturę est finitum igitur. &c. Secunda vero pars manifestatur quia creatura proprie est è subsistens vt Angelus, vel homo, sed esse quo creatura est non est per se subsistens, igitur non est proprie creatura. tertia quoq; pars similiter probatur quia ens proprie seu id quod est, est creatura complete, sed esse non est huiusmodi, vnde potius dicitur concreatum, quàm creatura aliqua: igitur conclusio est vera quo ad omnes eius partes, de qua conclusio. lege Guliel. Altissiod. lib. 3. senten. q. 10. tractatu secundo, vbi tractat de bono, & esse quo creatura est, & esse à quo est, facit etiam ad hoc Ferr. primo cont. Gent. cap. 21. contra Scorum.

Vltima conclusio est aliquod esse est ipsa essentia creaturæ, aliquod verò esse est actualitas eius, & aliquod esse non est hoc aut illud, manifestatur ista conclusio sic, quia esse vno modo dicitur essentia, alio modo actus essentiæ. tertio modo esse quòd significat veritatem compositionis, igitur conclusio vera, quo ad omnes eius partes: pro declaratione huius conclusionis facit declaratio habita in prima conclusione, vide pro ampliatione huius conclusionis commentaria Pet. Fonsec. societatis Iesu super quartum lib. Metaph. vbi multa ponit quę faciunt ad declarationem omnium harum conclu. quamquam ipse videatur discedere à doctrina D.Thomę in hac materia, & adhærere potius Doctrinæ Scoticę. sustinet.n. hic vir existentiam creaturarum non esse idem omnino quòd essentia illarum, non tamen distinguitur realiter sicut res à re, sed distinguitur ex natura rei tanquā vltimus eius modus intrinsecus, & vocat modum intrinsecum eum, qui conuenit rei non per aliam realitatem siue entitatem quales sunt modi quibus distinguuntur genera summa inter se, & modus, quo intensio triuni graduum distinguitur ab albedine cuius est intensio, sed hanc opinionem tāquàm falsam & chimericam improbauit Caiet. Quol. 2. q. 2. art. 3. Quæst.4.
lib. de ente & essentia, & Ferr. 2. contra Gent. sic Cap.5.
etiam Paul. Sonc. 4. Metaph. quæst. 12. Ex supradictis animaduertendum est vnum, quod declarandum est in principio tertij senten. vbi latius res ista Dist. 1.
manifestabitur, quomodo in Christo domino nostro sint plura vel non plura esse, quando quidem accipiendo esse pro essentia ipsius rei sic fatendū est in Christo domino esse plura esse, quia in ipso plures essentię scilicet diuinitas, & humanitas accipiendo

cipiendo etiam esse secundo modo vt expositum A est supra, sic etiam affirmare possumus in Christo Domino esse plura esse secundum, quod in eo pluta inueniuntur, quorum vnum perfectionaliter coniungitur alteri, vel vnum habet realem habitudinē ad alterum, quia anima Christi informat eius materiam, & accidētia totam compositam naturam, accipiēdo quoque esse tertio modo supradictum, possumus adhuc affirmare in Christo Domino tot esse, quot possumus, & valemus veras propositiones de eo affirmare: de esse quarto modo sumpto sunt variæ Theologorum sententiæ, qui affirmant existentiam, & subsistentiam esse idem, non ponunt nisi vnum esse nempe actualem subsisten- B tiæ diuini verbi, per quot etiam subsistit natura humana suppositata per diuinum suppositum, alij vero affirmant loquendo de actuali existentia quòd in Christo Domino sunt plura esse, quia aliud est, esse actualis existētiæ humanitatis acquisitum per temporale generationem, & aliud est esse actualis existentię ipsius deitatis, & ponunt tantum vnum esse subsistentię, quia est vnum suppositum, quando quidem si multiplicarentur esse subsistentiæ, dicunt ipsi proprie competit suppositis, sed in Christo Domino nō est nisi vnum suppositum, vt fides Catholica tenet, igitur in Christo Domino erit etiam vnum esse subsistentiæ, sed quicquid sit de C hac controuersia in tertio libro Deo fauēte latius explicabimus, & si quis diceret quòd in Christo sunt duo esse subsistētiæ, vt nōnulli imaginati sunt volentes quòd in eo est vnum esse subsistentiæ simpliciter, quod respondet diuinæ naturæ, & alterum secundum quid, quod respondet humanæ naturæ, Nam vbicunque sunt duæ naturæ, quarum vna est æterna, & increata alia vero temporalis, & creata, ibi est dare esse subsistentiæ simpliciter, & esse subsistētiæ secundum quid, sed tales duæ naturæ sunt in Christo, igitur in eo erunt hæc duo esse, dicendum est ad hoc, quòd maior est falsa, quia cum na tura creata assumatur ab increato supposito, ita D quòd in tali assumptione præuenitur eius propria suppositatio, quamuis talis natura creata possit habere esse existentiæ actualis, aliud ab esse existētiæ æternæ naturæ, & suppositi æterni, non tamē habet proprium esse subsistentiæ, eo quòd subsistat subsistentia æterni suppositi, à quo assumpta est: & ideo huiuscemodi instantia nulla est in supposito, si etiam instaret, quia prædestinatio diuina respicit rem perfectam per modum suppositi subsistentis se habentem, sed Christus secūdum humanam naturam prædestinatus fuit ab æterno iuxta senten- Cap. 10. tiā Apostoli ad Rom. Qui prædestinatus est filius Dei in virtutem, igitur in Christo Domino erunt E duo esse subsistentiæ alterum simpliciter, Iterum secundum quid, Dicendum ad hoc, quòd humana natura in Christo non est minus perfecta nec minus perfecte subsistit à verbo Dei sustentata, quàm si propria suppositatione subsisteret, & ideo non minus pōt esse prædestinata quàmuis non habeat proprium esse subsistentiæ, vnde falsum assumptū est, quia non solū entia per se existentia à Deo sunt prædestinata, sed etiam accidentia, & omnes boni euentus eorum qui electi sunt ad salutem, & licet Christus Dominus in sua passione perdiderit esse hominis, non tamen perdidit proprium esse subsistentiæ suppositi humanę naturę, quia illud esse subsistentiæ humanæ naturæ est esse subsistentiæ diuini Verbi, quod est inuariabile, & impossibile, idcirco nullo modo fuit variatum, sed de hoc negocio longior sermo in 3. sent. Distin. 1.

In hac secunda quest. disputat quinque alias 2. cōt. Gēt. cap. 95. conclusiones, prima est licet non omne quod est in genere sit compositum ex materia, & forma, omne tamen quòd habet genus, & differentiam est ad aliquem gradum entium determinatum. prima pars probatur, quia Angelus est in genere, & tamē non est compositus ex materia, & forma. secunda quoque quia omne diffinibile est finitum, & terminatum, diffinitio. n. est terminus ex quinto Metaphy. sed omne quod est in genere est diffinibile Tex. 22. igitur cōcl. vera quoad ambas partes: semper quoque differentia determinat genus ad certam speciem, pro ista concl. facit Zim. in Theorem. vbi declarat illam propositionem, in genere non possunt Theor. 75. fieri comparationes, quia in eo latent æquiuocationes sed solum in specie atoma, quia species specialissima sumitur ab vltima forma, quæ simpliciter vna est in rerum natura, genus autem non sumitur ab aliqua vna forma, quæ sit in rerum natura, & multa alia dicit ibi, quę sunt contra Greg. & Aur. volentes infinitum posse esse in genere.

Secunda conclusio in omni re quæ proprie repo Pri. p. q. 3. art. 5. nitur in genere pręedicamentali differt quidditas à suo esse, probatur quia potest intelligi, & cogitari quidditas rei, & ignorari esse illius, igitur conclu. vera, hanc conclu. Clarius declarat Aegid. ponens 1. sen. dis. 8 q. 2. quomodo ipse Deus in tribus differt ab ipsis creaturis, primo quia diuinum esse est quid subsistens, quia in Deo nihil est accidens, oppositum istius conuenit creaturis, secunda quia diuinum esse nō est aquisitū ab alio cum sit prima causa à nullo suscipiens esse. Creaturę verò suscipiunt esse ab alio. tertio esse diuinum non differt à sua quidditate, quia est actus purus cui nō admiscetur aliquid de potentia, in creaturis autem repetitur potētialitas, & cōpositio, idcirco in omni re creata differt quid ditas à suo esse, & est sentētia Hilarij primo lib. de Cap. 7. Trin. & August. 6. lib. asserentis tantum in Deo, est idē quidditas, & esse, ratione simplicitatis. pro hac conclu. facit Zim. in Theorem. vbi disputat illam Theor. 39. vulgatam propositionem, in conceptis cum materia aliud est quod quid est ab eo cuius est: vide ēt Scot. 7. Metaph. q. 16. & 3. sent. dist. 22. & Ant. And. 7. Metaph. q. 7.

Tertia conclu. omne quòd proprie est in genere Pri. p. q. 3. art. 5. habet actum admistum Potentiæ, probatur quia genus sumitur à materia, & differentia à forma, igitur conclu. vera pro qua facit Auerr. disp. 7. in solutione tertij dubij vbi ponit quomodo generis cōpositio, & differentiæ, est eadem compositioni ex re potentiali, & actuali, & natura generis nunquam actu reperitur nuda à natura differentiali seu formali, vide Zim. in Theorem. vbi exponit vulgatam illam propositionem: corruptibile, & incorruptibile differūt plusquàm genere, & quomodo apud Peripateticos genus est duplex, quoddam est genus vniuocū, & hoc est de quo Porph. aiebat quod prædicatur de pluribus differentibus specie, est & genus multipliciter dictum quod dicitur analogū vide Auerr. quinto Metaphy. & 10. Metaphysicotū Cōmen. 4.

com-

commen. 8. & 1. de anima commen. 7.

Pri. p. q. 3. art. 3.

Quarta conclusio, Deus non est proprie in aliquo genere, probatur quia Deus est actus purus infinitus, & illimitatus, ergo non est proprie in aliquo genere, consequentia probatur, quia illud, quod proprie est in genere est veluti species, & indiuiduum, quæ sunt entia composita finita, & limitata. Circa istam conclu. nota quòd Gabriel, & Greg. Arimi. in præsenti distin. sustinent Deum esse in prædicamento non solum substantiæ, sed etiam qualitatis, relationis, & actionis, & passionis, & hoc arbitrantur esse de mente Augustini in sua logica.

Distin. 1.

Thom. de Argent. tribuit D. Thom. quòd dixerit, & tenuerit in quæst. de potentia Dei quòd B Deus sit in genere per reductionem, sicut punctus, & vnitas sunt in genere quantitatis, & hoc propter illam rationem, cuicunque proprie conuenit ratio alicuius generis hoc est in illo genere, sed Deo proprie conuenit ratio substantiæ, quæ est per se esse, & alteri non inhærere: ergo Deus proprie est in genere illo modo. Bach. præsenti dist. 8. sustinet aliã opinionem videlicet quòd remota limitatione, & imperfectione qualibet à prædicaméto substãtiæ, & à prædicamento actionis, & passionis, & à prædicamento qualitatis, relationis, & quantitatis, possunt rationes prędicamentales istorum prædicamentorum Deo attribui, & hæc opinio est ipsius C Henr. & Guliel. de ratione tenet etiam in pręsenti

q. 7. art. 32.

dist. quòd ipse Deus est verè in genere tanquàm signatum in signo, quia conceptus substantiæ quod est genus supremum prædicamenti substantię, & conceptus specificus, qui est genus sub illo contentum est prædicabilis de Deo seu de eius conceptu proprio, & de conceptibus proprijs, tam singularibus quàm specificis diuersarũ creaturarum. Alex. Alens. p. p. q. 48. memb. 4. art. 3. docet quòd omniũ prædicamentorum nomina dicuntur de Deo, sed tamen differenter: nam nomina trium prędicamẽtorum, vt substantiæ, qualitatis, quantitatis cũ prædicantur quasi rem demõstrant, reliqua vero septẽ D quasi circunstantias rei: vnde ex prædicamẽtis, quę materialitatem, siue corporeitatem, mutabilitatẽ, vel imperfectionem dicunt sicuti sunt situs, habitus, vbi & quando, non nisi improprie, & translatiuè de Deo dicuntur, quæ vero nihil dictorum inferunt, si abstrahantur à modo quo sunt in creaturis proprie quid est dicuntur, sin secus impropriè, ex quibus verbis videtur tenere hic pręstantissimus Doctor Deum esse in prędicamẽto: istis tamẽ non obstantibus opinio est D. Thom. posita in conclu. quæ est conformis sacræ scripturæ & Patribus. s. Augustino, Ambrosio, & cęteris, quòd cum nihil sit commune Deo, & creaturis vniuoce cõtra Scot. E

De potẽtia Dei q. 7. articu. 3.

1. sent. dist. 3. q. 1. & dist. 8. q. 3. sequitur quòd Deus non sit in genere incarceratus, & inclusus, quia parificaret creaturis, licet rei veritas sit, quòd Deus est in genere tanquàm principium, non quòd reducatur ad Genus, sed ad quod ipsum genus reducitur, & hæc est mens D. Thom. quam non intellexit Thomas de Argent. immo Deus hoc modo est in omnibus generibus, & per appropriationem in genere substantiæ tanquàm sibi magis appropinquante, & vt principium continens ipsum: nec te moueat exemplum de vnitate, & puncto, quòd posuit D. Thom. quia illud exemplum tenet quãtum A ad communem rationem principij non quantum ad rationem principij contenti vel inclusi in genere, & hęc est germana intentio Diui Thomæ vt patet in secundo scripto Angelici Doctoris ad Hannibaldum hannibaldensem Romanum vbi habet quod esse Diuinum colligit in se nobilitates omnium generum, vnde ad nullum genus determinatur, quia continet omnia genera, & est mensura vniuersalis omnium rerum cuiuscunque generis. vide Caiet. p. p. q. 3. art. 5. & Conflat. eadem quęst. art. 6. & Ferr. 1. cont. Gent. cap. 25.

1. sen. dist. 8. q. 1. art. 2. Tex. 24.

Vltima conclusio est, Deus non est in genere reductiuè. ista conclusio patet ex dictis, quia tunc B esset tantum in illo genere ad quod reduceretur, & non contineret perfectiones omnium generum. pro qua conclusione vide Aegidium 1. sent. dist. 8. q. 3. & Thomam Anglicum contra Scot. q. 3. huius dist. si quis dubitaret aduersus veritatem hanc sic dilucidatam, dicendo, quicquid differt ab aliquo differentia substãtiali, illud est in genere, sed Deus differt à creatura differentia substãtiali, igitur &c. maior patet, quia omnis differentia substantialis est diuisiua alicuius generis, minor probatur, quia omne quod differt ab altero, aliqua differentia differt, sed omnis differentia aut est accidentalis, aut substantialis, Deus autem non potest à creatu- C ra differre differentia accidentali cum in Deo nullum sit accidens vt scripsit Boetius in libro de Trinitate, ergo differt differentia substantiali à quocunque differt, & sic erit in genere directe, vel indirecte, præsertim cum dicat Ioannes Damascenus in libro de duabus naturis, & vna persona Christi, quod substantia quæ cõtinet increatam Deitatem reperitur in Christo, & omnem creaturam continẽs, est genus generalissimum, & Boetius in libro de Trinitate dixit duo prędicamenta manere in diuinis substantia scilicet, & relationem, facile his respondere poteris, dicendo ex doctrina Arist. 10. Metaph. quòd principia propter sui simplicitatem D non dicuntur differre aliqua differentia, sed sunt se ipsis diuersa, & sic Deus cum sit simplicissimus non differt ab eo, quod non est Deus per aliquam differentiam additam, sed immediate per suam essentiam differt ab omnibus alijs: loquendo igitur de differentia substãtiali quæ est diuisiua generis, & addita generi constituit speciem, & tunc minor est falsa cum sua probatione. ad illud quod asserebat Ioannes Damascenus dicendum est, quòd per genus generalissimum intelligendũ est illud quod est maxime commune, vnde non loquebatur ibi ipse Ioannes de genere prædicamentali, sed de quodam genere largo modo sumpto pro quocunque E communi, quod patet per alia verba sua quæ ibi exprimit, ait enim sic, substantia quæ continet supersubstantialiter in creatura Deitatem, cognoscibiliter autem, & contentiue omnem creaturam generalissimum genus est, Ad illud etiã quod dixit Boetius sane intelligendum est, quia duo prædicamenta dicuntur manere in diuinis propter aliquam similitudinem istorum prædicamentorum, quam in diuinis videmus, substantia in diuinis est per se, & relatio est ad aliud, in cæteris tamẽ necessario requisitis ad rationẽ generis nõ reperiuntur in Deo, puta quòd sit qualitas, aut actio, aut passio secundum veram rationem prædicamenti, si quis

etiam

etiam instando diceret aut Deus conuenit cũ crea A
tura genere, aut differt ab ea genere, si primo mo-
do tunc habetur propositũ, si secundo modo tunc
erit in genere, quamuis in alio genere, quia omnis
diuersitas præsupponit multitudinem, igitur di-
uersitas in genere præsupponit diuersa genera,
Nec valet si dicatur, quòd Deus nõ pprie dicitur
diuersus genere à creatura, sed debet dici diuer-
sus plusquam genere, & specie, si enim corruptibi-
le, & incorruptibile differunt plusquàm genere,
multo magis Deus à creatura: sed quia nomina
sunt ad placitum, tu poteris extendere hoc, quod
dico diuersus genere non solum ad ea, quæ sunt
in diuersis generibus, sed etiam ad ea quæ sunt ex- B
tra genus vel supra omne genus, respectu eorũ quæ
sunt in genere, hoc enim nõ valet quia ego possum
ad huc instare dicẽdo, quòd compositio secundũ
rationem sufficit ad hoc quòd aliquid sit in gene-
re, quia albedo est in genere, & tamen in sua essen-
tia nullam habet realem cõpositionem, sed in Deo
est compositio secũdum rationem, cum in eo mul-
tæ sint differentia secundum rationem vt patet de
attributis, præsertim secundum illos, qui tenent
diuina attributa distingui ex natura rei. sed dicen-
dum ad hanc cauillationem quòd non quælibet
compositio secundum rationem sufficit ad hoc,
quòd aliquid sit in genere, omne enim quod est C
in genere debet esse compositum realiter ex mate-
ria, & forma, vel saltem esse realiter componibile
cum his, quod dico propter compositionem, quæ
reperitur in abstractis in quibus non est composi-
tio ex his, sed est compositio cum his, vnde tenen-
dum est, & affirmandum cum Beato Augustino in
libro de cognitione veræ vitæ, vbi per multa verba
probat Deum non esse in aliquo decem prædica-
Cap. 7 mentorum, concludendo decem prædicamentis
cunctam humanam conditionem includi, & ab
his omnibus proprietatem summæ essentiæ eui-
denti ratione excludi: quam doctrinam optime
Sanctus Thomas declarauit per conclusiones præ- D
positis, Deum nullo pacto posse reperiri in aliquo
genere, De quo negocio si vis clariorem intellectũ
habere, lege ipsum D. Tho. & cæteros Authores in
locis supra citatis.

Hęc tertia quæst. cõtinet vnum art. in quo dispu-
tat quatuor conclu. quarum prima est omnis crea-
Pri. p. q6. 9. art. 2. tura est mutabilis per potentiam, quæ est in alio ab
ea. patet quia omne potentiale est mutabile cum
motus sequatur potentiam, sed omnis creatura est
potentialis cum non sit actus purissimus, ergo est
mutabilis. nota quod in hac concl. discrepat Theo
logus à Philosopho, Philosophus. n. non cognouit
reductionem rerum in nihilum quam tamẽ docet E
Theologus, & cum creatura omnis sit vel corpora-
lis, vel spiritualis, quippe quæ spiritualis etiam est
duplex altera coniuncta naturæ corporali, altera
abiuncta, de hac vltima quæ est intelligentia non
concederet philosophus, quòd esset mutabilis.
propterea conclu. est D. Augustini primo de Trin.
vbi dicit quòd vera immortalitas, vera incommu-
Cap. 1. tabilitas, quam nulla potest habere creatura solius
Dei est, de hac conclu. vide Paul. Sonc. 12. Metaph.
q. 6. vbi declarat de mente Arist. & commen. quòd
Quæst. 4. ipsi tenent intelligẽtias esse omnino, & simpliciter
immutabiles tam quo ad esse substantiale quàm

accidẽtale lege etiam Iauellũ in quæst. 12. Metaph.

Secunda conclu. non omnis creatura est muta-
bilis in non esse per potentiam, quę sit in ea probа-
tur, quia cœlum & substãtia intellectualis est incor Pri. p. q. 104
ruptibilis: ergo saltem de ista verificatur cõclusio. art. 4.

Tertia conclusio, nulla creatura habet potẽtiam
in se per quã possit annihilari: probatur quia crea
tura, vel est materialis, vel immaterialis, si primo sic
est ibi materia, secundum quam est incorruptibi-
lis si secundo cũ in ea non sit potentia, ad non esse
sequitur, quòd nulla creatura ex se sit annihilabilis
quod habetur etiam ecclesiast. didici quòd om-
nia opera quæ fecit Deus perseuerant in æternum. Cap. 3.

Quarta conclusio omnis creatura subsistens est
mutabilis secundum esse accidentale per potentiã,
quæ in ipsa est: probatur quia cum omnis creatura Pri. p. q6. 9.
sit finita, & non sit vbique, potest attingere quædã art. 2.
loca quæ prius non attingebat: ergo saltem secun-
dum esse locale est mutabilis. circa has conclu. no
ta opinionem Scot. dist. 8. asserentis intelligentias
esse contingentes, seu possibiles non esse contra
D. Thom. vt declarat Caiet. p. p. q. 9. art. 2. vbi ponit Quæst. 5.
intelligentias, & corpora Cœlestia esse entia neces-
saria ab intrinseco, possibilia tamen ab extrinseco,
& clarius vide Ferr. 2. contra Gent. cap. 30. & 55. &
considera quomodo multis modis aliquid potest
se habere ad esse primo ex se necessarium, & nullo
modo productum vt Deus pater, secundo ex se ne-
cessarium, & ab alio productum non tamen causa-
tum, vt filius in diuinis. tertio ex se necessariũ, seu
ab intrinseco, & ab alio causatum, & possibile ab
extrinseco, vt Cœlum, & Angelus. 4. possibilis ex se,
& ab alio necessarium vt motus de quo commen.
ait 12. Metaph. de mente Ioannis Grammat. quòd
motus cum sit de se possibilis ab alio perpetuari
potest. aduerte quoq; quòd mobile potest dicere Tex. 41.
aptitudinem ad mouere actiue, & poterit dicere
aptitudinem ad moueri passiuè secundum quod
mobile dicit aptitudinem ad pati, & hoc secundo
modo non dicitur de Deo, ita vt dicamus quòd
Deus sit mobilis, primò vero modo non inconue-
nit quòd mobile dicatur de ipso Deo vt scribitur
sapientiæ, omnibus mobilibus mobilior est sapien Cap. 7.
tia quia sic cum dicat aptitudinem admouere, &
ad agere, & Deus sit primus motor, & primũ agens
dicitur sic maximè mobilis, & est simile de sensibi-
li, quia sensibile dicitur dupliciter vel secundum
quod dicit aptitudinem ad agendum. f. ad sentire
sicut anima dicitur sensibilis, vel corpus animatũ
sensibile, vel prout dicit aptitudinem ad sentiri, sic
sensibile dicitur res appręhensa à sensu, ita pariter
mobile, ipsum autem mobile semper dicit aptitu-
dinem ad patiendum siue ad passionem, quæ est
mutari, & nõ ad actionẽ quæ est mutare, propterea
nunquàm dicitur Deus mutabilis, sed bene mobi-
lis. hinc in Psal. dicitur de Deo mutabis ea, & mu-
tabũtur, tu autem idem ipse es, & hoc propter sum
mam eius actualitatem, & propter summam eius
simplicitatem, & propter summam eius immensi-
tatem. vide Riccard. de media Villa q. 2. huius dist.
& Alex. de Ales. q. 4. p. p. & Lichetũ dist. 8. quæst. 4.
Aegid. quoq; facit hic pro hac veritate, & solutio-
ne Argumentorum Aureoli, & Philosophorum,
qui asserunt Christianos non posse sustinere ve-
ritatem ipsam de immutabilitate Dei, quãdoqui-
dem

quidem ponunt Deum creasse mundum de nouo, & ex hoc sequitur Deum necessario esse mutabilẽ, quia ex non Creatore factus est creator. Ponunt etiam Christiani Deum libere operari, & agere, & hoc stante, cogũtur negare Dei immutabilitatem, quia ille qui operatur per libertatem voluntatis, & non necessario mutabiliter operatur, si ergo Deus per Christianos operatur per libertatem voluntatis, & non necessario, sequitur ipsum mutabilem esse, sed hi, qui gloriantur se esse Philosophos, per has rationes non vere Philosophantur, sed falso iuxta eorum principem Auerroem, quem in hac parte sequuntur, & non iuxta veram doctrinam, quam sequuntur Christiani, vnde docẽt ipsi actionem esse duplicem, alteram immanentem, alteram vero transeuntem, immanens est in agente, transiẽs vero, quò ad formam fluxam est in passo, ex quo sequitur quòd quando agẽs operatur per actionẽ trãseuntem, nulla fit mutatio proprie, nisi in passo, in agente enim solummodo resultat relatio, propterea quando Deus creat de nouo, mutatio proprie fit in creatura, & non in Deo, vt latius docet Sãctus Thomas tertia parte, circa misterium incarnationis, quòd Verbum Diuinum ab æterno fuit sine carne, in tempore tamen vniuit sibi humanam naturam, ex hac vnione nulla est facta mutatio in diuino verbo, sed tantum in natura ipsa assumpta: & sic etiam dicimus quòd quando Deus ex non Creatore fit creator nulla est mutatio in Creatore, sed tantum in creatura. ad secundum dicimus, quod voluntas Dei dupliciter considerari potest, vno modo, quo ad suam entitatem, quæ est sua essentia, & sic est omnino immutabilis, alio modo respectu talis, vel talis creaturæ quam producit, & sic est, libera in producendo istam, vel illam, & cum ab æterno omnia fuerint ei præsentia, libere tamen eligit quæ in dies producit, ex his multę a ię argutię Auerroistarum solui possunt.

q. 1. art. 2.

In quarta quæstione disputat quinque propositiones, quarũ prima est sapientia, bonitas & cętera attributa Dei sunt omnino vnum re, & nullo modo distincta extra intellectum. probatur quia dato oppositum, sequeretur quòd in Deo non esset summa simplicitas, cõtra Aug. de Trin. cap. 1. & Tertul. secundo libro de Trin. cap. 18. vbi ait Deũ esse summe simplicem, & in eo nullam esse prorsus diuersitatem, Iustinus quoque Martyr in lib. quæst. agentibus propositarum asserit Deum esse simplicem nullamque in eo esse compositionem. item orig. homil. 3. in Genesim, & in libro periarch. Theodoretus lib. 5. Epistolarum Hilar. lib. 7. de Trin. Basil. libro primo contra Eunom. & Cirill. lib. 1. contra Iulianum, Greg. lib. 16. cap. 21. in Iob. Nisenus de opificio hominis. Athan. in oratione contra decreta hæresis arrianorum. Bernard. lib. 5. ad Eugenium serm. 80. Hier. tom. 4. de his quæ ascribuntur Deo, Damasus libr. 1. Boet. de Trin. Ansel. in monol. Magist. senten. in hac distin. & denique omnes Patres tribuunt summam simplicitatem in Deo, quæ est præcipuum fundamentum ad probãdum diuina attributa nullo modo esse distincta ex natura rei, quia tunc distinctio illa cum sit relatio existens in rerum natura, necesse est quòd sit realis sicut, & quolibet aliud existens in rerum natura reale est, si ergo diuina attributa distinguuntur realiter ex natura rei, tunc necessario vniuntur realiter, & compositionem faciunt, quòd est contra omnes Patres, vide ergo quomodo opinio Diui Thomæ est conformis Patribus: lege Caietanum de ente, & essentia vbi subtilissime tractat hanc rem. Cap. 5. q. 12.

Secunda conclusio, Distinguuntur ratione diuina ipsa attributa, probatur ex propositione declarata, quia si non distinguuntur re igitur ratione, cum formentur diuersæ propositiones de ipsis, vbi, nota quòd licet diuersimode declaretur quid sit attributum, potest tamẽ hac clariori via dici quòd attributum est diuinæ essentiæ perfectio, quæ non est relatio nec importat relationem, vt intellectus, voluntas, bonitas, iustitia, misericordia, & cætera talia: hinc sequitur quòd Pater, Filius, & Spiritus Sanctus & paternitas, & filiatio non sint Dei attributa, neque etiam actiones quæ non necessario Deo conueniunt, vt prædestinatio, reprobatio, creatio, & conseruatio, neque etiam ideæ possunt vocari attributa Dei: nota etiam pro hac conclusione, quòd non bene probatur opinio Capreoli in fine huius quæstionis, quòd si nulla posset esse distinctio realis in creaturis nulla posset esse distinctio secundũ rationem, quinimo dato impossibili, quòd nunquam essent creaturæ, adhuc esset distinctio rationis inter intellectum, & voluntatem diuinam, quia Deus ab æterno cognouit intellectum, vt principium quo, producendi Filium, & voluntatẽ vt principiũ quo, producẽdi Spiritũ Sãctũ.

Tertia cõclusio, non solũ attributa sunt in Deo, sed rationes quoque attributorum. probatur quia Deus est obiectum verificans actu, vel virtute plures conceptiones de ipso, igitur. vbi nota pluralitas rationum istorum attributorum oritur ex summa vnitate obiecti respectu intellectus nostri, qui est remotissimus, minor pluralitas orietur ex eadem respectu intellectus propinquioris, nulla pluralitas erit respectu intellectus propinquissimi, de qua re, vide Caiet. p. p. q. 14. art. 4. De Potẽtia Dei q. 7. artic. 5.

Quarta conclusio, Causa pluralitatis harum rationum est plena perfectio Dei, & nostri intellectus limitatio, probatur quia intellectus noster propter sui imbecillitatem non potest Deum plene cognoscere sed per quasdam similitudines deficientes ipsum agnoscit. igitur ex immensitate Dei, & limitatione nostri intellectus originatur causa multitudinis attributorum. 8. sen. dis. 2. q. 1. art. 3.

Ex hac conclusione, nota errorem Suess. in dilucidario suo super 12. Metaph. vbi voluit nullã esse causam pluralitatis diuinorũ attributorum ex parte Dei, quia omnia sunt synonima, vnde voluntas, & intellectus Dei non differunt nisi ratione habita ad creaturas, sed hoc est falsum, quia seclusa operatione intellectus nostri, & secluso etiã quocunq; ordine ad intellectum nostrum, aliquid conuenit diuinæ essentiæ in quantum est intellectus, quod non conuenit ei inquantum voluntas, nam inquantum est intellectus, est principium quo gignẽdi Filium, & non Spiritum Sanctum, & inquantum est voluntas est principium quo producẽdi Spiritum Sanctum, & non Filium, nec inde sequitur, quòd sint distincta ex natura rei, sed tantum distinctione rationis aptitudinali, seu virtuali, vel fundamentali, vt alij docent: quandoquidem vna met res vt potest producere vnam notitiam, distinguitur Disp. vlt.

distinctione rationis aptitudinali ab eadem, vt potest producere aliam sicut albedo, & similitudo ante opus intellectus ita dicuntur distingui, Nota etiã quomodo illud quod Philosophi vocant proprietatem, vt declarauit Auicen. seu dispositionem vt commen. docet, vel designationem, vt scripsit Agazel hoc nominãt ipsi Theologi attributum, & significat in Deo perfectionẽ simpliciter hic quoque oportet te scire varias species distinctionis, quas ponit Stephanus Burlifer in tractatu formalitatum, quas asserit esse septem, prima est distinctio rationis, quæ fit per intellectum collatiuũ præcise, vt sortes est sortes. secunda est ex natura rei, & est illa quæ est inter duo extrema de quibus prædicata contradictoria possunt verificari præter omne opus intellectus, vt totum, & partes. tertia est distinctio formalis, & est quando duo non se mutuo includunt in primo modo per se, vt passio, & subiectum. quarta est realis quæ est inter quæcunq; quorum vnum potest ab altero separari, & subiectum & accidens cõmune, quinta est distinctio essentialis quæ est inter duas essentias quæ per aliam potentiam possunt ab inuicem separari, vt materia, & forma ad mentem Scot. seu Plat. vt albedo. Sexta est distinctio se totis subiectiuè, & est quando duo extrema sunt distincta realiter, & actu existunt, & tamen non possunt conuenire in vno aliquo subiecto, vt duo indiuidua eiusdem speciei, & quæcunq; oppositionẽ habent ad inuicem, ita quod non possunt eidẽ simul inesse. Septima dicitur se totis obiectiuè, & est quando duo extrema non conueniunt in aliquo vno conceptu reali quidditatiuè vt duæ vltimæ differentiæ quæ sunt primo diuersa vt ens, & non ens, Deus, & creatura. Nota adhuc circa has conclu. multas fuisse opiniones. quarum prima est

Art. 20. q. 3. Henr. in summa asserentis, quod diuina attributa distinguuntur per intellectum diuinum non quidem per simplicem intelligentiam, sed negociatiuam inquãtum videlicet intellectus diuinus essentiam propriam à seipso ad suum intellectum tanquam obiectum sui intellectus, & per consequens intelligit quod essentia sua est intelligens, & intellecta, & etiam vt actus intelligendi. Secunda opinio

Distin. 8. est Aureo. hic volentis diuina attributa nullo pacto distingui neque etiam distinctione rationis, sed omnia vnam, & eandem rationem & formalitatem importare. Tertia est positio Scot. hic quo-

Quæst. 4. que quærentis si cum simplicitate Dei stare possit aliquo modo distinctio perfectionum inessentialium præcedens aliquo modo omnem actũ intellectus, & duo dicit in summa, alterum quod formaliter veritas, & bonitas sunt in essentia rei, & quælibet est perfectio simpliciter ante omne opus intellectus; alterum verò quòd perfectiones essentiales tales in natura ante omne opus intellectus non habent identitatem formalem: & hæc probat multis argumentis, sed has duas opiniones veluti

Dist. 2. q. 2. extremas asserit Bach. esse contra Scotos & contra rationem. Quarta sentẽtia est aliquorum Scotistarum vt recitat Amalfetanus affirmantium diuina attributa distingui ex natura rei, & formaliter, & quidditatiuè, sed non essentialiter, nec realiter, licet aliqua importent modos intrinsecos. i. non variantes formalitatem eius cui adduntur, vt necessitas, & immensitas, distinguuntur tamen modaliter

A ab his quibus attribuuntur, puta immensitas à sapientia, addunt quoq; omnia attributa Dei differre formaliter sed idẽtice esse idem mutuo, attributum tamen quod est absolutũ, & relatio differunt formaliter, & sunt idẽtice idem sed non mutuo, ita quod essentia est idẽtice relatio sed non è cõuerso. ratio horum est, vt dicũt quia absoluta sunt formaliter, infinita, infinitum autem non compatitur aliquid in eodem, quod non sit identice idem sibi, sed relatio, quia nõ est formaliter infinita non est identice idẽ cũ essentia, sed bene è cõuerso, quæ sententia coincidit cum positione Scot. quam improbat Bach. tanquam repugnantem sanctis & rationi. Quinta

B opinio est Greg. Arim. affirmantis diuina attributa distingui ratione, quia alias esset negatio cum vnum alteri iungetur, sed ista alteritas rationis nõ attenditur penes id quod principaliter significat, cum dicant eandem rem, sed præcise penes extrinsecus connotata, quia iustitia connotat merita creaturarum, & retributionem diuinam, misericordia vero creaturæ miseriam, & Dei subleuationem nec distinguitur aliqua res à seipsa ratione: dicit etiam quod nõ prædicantur denominatiuè proprie de Deo quia in tali abstractum significat rem distinctam ab ea pro qua supponit subiectũ, siue denominatio sit intrinseca, vt sortes est musicus, siue extrinseca, Dist. 8. q. 2. art. 3.

C vt lapis est visus, prædicantur ergo in quid identice, & si non strictissime, idest in primo modo perseitatis. Sexta est imaginatio Bach. quæ non videtur multũ differre ab opinione Greg. vult enim Bach. diuina attributa distingui ex natura rei in obijciendo, aut repræsentando, vt facies Christi in iudicio quantum ex parte sui est, habet eandem dispositionem bonis tamen repræsentabilis est, vt amabilis, malis autem vt terribilis, adducit etiam exemplum de scriptura Christi in terra, de qua dicit quædam Glosa, quòd licet vnum esset genus scripturæ cuilibet tamen repręsentabat sua delicta, ad idem etiam facit exemplum de loquela Apo- Dist. 2. q. 2.

D stolorum post susceptionem Spiritus Sancti, quòd in vno sono secundum rem repręsentabantur distincta idiomata diuersis audientibus: vltima est opinio Diui Thomæ quam sequuntur Aegidius Landulphus Gerardus, & quamplures alij Theologi: omnes hi volunt diuina attributa distingui ratione tantum, sed non ex parte rei ratiocinantis, sed ex parte rei ratiocinatæ; quam opinionem interpretantes aliqui Thomistæ dicunt Scotum non differre à Sancto Thoma; quia Scotus vult quòd distinctio attributorum est maior distinctione rationis, quia diuersi conceptus, quibus distinguuntur, quæ ratione distinguuntur, aliquando signifi- Distin. 8.

E cant immediate duas res realiter distinctas, vt conceptus bonitatis, & sapientię creatæ aliquando autem vnam rem, quæ tamen alicubi est plures res, vt conceptus sapientię, & bonitatis increatæ quæ in Deo quidem sunt vna res, sed extra Deum sunt duæ, aliquando autem significant vnam rem, quæ vbicunque sit est vna tantum, licet alicubi vnam rem connotet, & alicubi non, sicut conceptus sapientiæ, & sapientis significant solum sapientiam, quæ tam in Deo, quam extra Deum est tantum vna res, sed tamen conceptus sapientis quia est concretus ideo cum suo formali significato quod est sapientia, connotãt id quod sapiẽtiã habet.i. sapiẽtem

qui

qui in Deo quidem est eadem res cum sapientia, sed non in creatura, licet ergo significata secundo, & tertio modo sola ratione differant, tamen distinctio tertia est minor quàm secunda, cuius extrema alicubi possunt realiter differre, & si non in Deo: & hoc est quòd voluit dicere Scot. asserens quòd distinctio attributorum est maior quàm distinctio rationis. s. ratio cinantis, non ratiocinatæ, quia hęc distinctio est ex natura rei, alij vero vt Heru. vult, quòd opinio D. Thom. hoc sentit quòd diuina attributa dicũtur distingui ratione. i. diffinitione, quia ratio aliquando pro diffinitione sumitur, vt si quis quærat vnde perueniet ista pluralitas rationum dicunt aliqui quòd solũ ex parte intellectus, vt illa, dicatur B multa ratione, quæ multis conceptibus concipiuntur: alij verò dicunt quòd ex parte rei simplicis in habitudine ad intellectum negotiantem circa illã post simplicem eius appręhẽsionem: quidam verò affirmant quòd diuina attributa distinguuntur ratione in ordine tamen ad diuersa realiter, vt intellectus, & voluntas dicantur in Deo differre ratione, quia nata sunt alibi differre realiter sicut distinguũtur Ideæ, quia in earum rationibus includitur habitudo ad diuersa. mihi autem semper placuit interpretatio Caiet. qui vult quòd opinio D. Tho. cõsistit in his tribus propositionibus, quarum prima est, quòd in Deo secundum se diuina attributa C nullo pacto distinguuntur actualiter: secunda est diuina attributa in Deo secundum se distinguuntur distinctione rationis virtualiter, seu fundamentaliter. tertia est diuina attributa vt terminant actũ nostri intellectus distinguũtur distinctione rationis actualiter. hæc est expressa sententia D. Thom. quæ est conformis dictis Sanctorũ Patrum. s. Aug. Hilar. Isid. Bernard. Boet. & Concilij Florent. asserentium diuinã essentiã, & relationes sola ratione distingui, & ex mente omniũ non plus distinguuntur attributa inter se quàm essentia, & relationes, sententia D. Thom. etiam est mens omnium Philosophorum præcipue Arist. volentis Deum habere D vitam æternam, & esse ipsam vitam æternam, vnde verba sua hæc sunt, quare vita, & duratio continua, & ęterna existit in Deo, hoc. n. Deus: asserit Deum quoque habere intellectum, & actum intelligendi, & ipsum intelligere, rationem subdẽs, nam si Deus non esset ipsum intelligere, sed compararetur ad illud tanquàm potẽtia ad actum, iam eius intelligẽdi operatio esset ei laboriosa. sunt ergo in Deo plura attributa, & cum non sint distincta ex natura rei neque sunt synonima, cum habeant diuersa significata formalia, & diuersas rationes, vnde Christus Saluator noster quæ accipit à Patre per generationem æternã vocat plura dicens, omnia tradita sunt E mihi à Patre meo, & nũc cognouerũt, quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt, & mea omnia abs te sunt, & mea omnia tua sunt: ea autem, quæ accepit à Patre, sunt essentia, & attributa, sunt ergo plura, sed non possunt esse plura, nisi sit aliqua distinctio inter se saltem rationis. Patet ergo quòd diuina attributa distinguuntur secundum rationem. Hãc opinionem etiam habet Auerr. 12. Metaph. vbi ponit Dei dispositiones esse distinctas, & Auicen. 8. li. suæ Metaph. docet proprietates diuinas distingui, itẽ Algazel 3. lib. suæ Metaph. vocat designationes Dei ipsa diuina attributa. vide latius hanc rem Caietani lib. de ente, & essentia, cap. sexto.

1. sen. dist. 2. — De ente & essentia, c. 6 q. 2. — 1. sen. dist. 2. art. 3. — 12. Metaph. t. 39. & 52. — Matth. 11. — Tex. 39. — Cap. vlt. — Cap. 1.

Vbi accrrimè disputat contra Scotum tenẽtem diuinas perfectiones, praeciso omni opere intellectus distingui ex natura rei, & si sic esset, sequeretur de facto dari inter eas relationẽ realẽ, consequẽtia patet, quia distinctio illa cũ sit relatio existẽs in rerũ natura, necesse est vt sit realis, sicut, & quodlibet aliud existens in rerum natura reale est, & multas alias rationes cõtra ipsum adducit vt est ibi videre.

Dist. hac nona continet vnicam quæst. diuisam in duos articulos.

IN primo articu. sunt tantum duæ conclusiones prima est, processio verbi in diuinis dicitur generatio, & ipsum Verbũ dicitur Filius. probatur prima pars, quia omnis processio, viuentis à viuente coniuncto secundum rationem similitudinis in eadem natura specifica dicitur generatio, sed processio verbi in diuinis est huiusmodi, quia verbum procedit per actum intelligibilẽ, quæ est operatio vitæ, & à principio coniuncto, cum sit operatio immanens, & in ratione similitudinis, quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, & in eadem natura, quia in Deo idẽ est intelligere, & esse, igitur prima pars, concl. est vera. secunda pars ita probat, ille est vere Filius cui cõmunicatur natura per modũ naturę, quia 2. Phy. habetur, generatio per quã producitur Filius est via in naturã, & Damas. dicit quòd generatio est opus naturæ, sed verbo in diuinis cõmunicatur natura per modũ naturæ, iuxta illud ego, & patet vnum sumus, igitur verbum procedẽs dicitur Filius. Nota hic quòd sicuti non possumus demonstratiua, & necessaria ratione probare pluritatem, & distinctionem personarũ in diuinis, ita ẽt nec veram generationem: ipsa tamen pręsupposita per fidem ostendimus, quòd ei nõ repugnant rationes naturales, propterea decipiũtur illi qui arbitrãtur Theologos demostrare in Deo esse veram generationem: hinc sequitur nullam esse rationem quam adducit Scot. ad hoc persuadẽdum videlicet quicquid ex ratione sua formali est principium productiuum, & vbi reperitur sine imperfectione ibi producit, sed memoria fecunda hoc est intellectus habens obiectum intelligibile sibi præsens ex ratione sua formali est principiũ productiuũ notitiæ genitæ, ergo vbicunq; est talis perfecta memoria ibi est principium productiuum, sed in Deo est perfectus intellectus sine imperfectione: ergo in Deo est principiũ productiuũ notitiæ genitæ, & sic dabitur in Deo vera productio, & vera generatio. sed hęc ratio deficit in duobus, primo quia falsum est, quòd esse productiuũ sit de formali rõne intellectus perfecti, quia rõ formalis intellectus est posse tendere in obiectũ cognitiue nõ curãdo an intellectus sic tẽdat per suã essentiã seipso, siue per aliquod sibi super additũ, & si per super additũ siue à se productũ, siue cõcreatũ, siue ab alio infusum. secũdo deficit quia nõ probatur quòd producere notitiã genitã nõ dicat imperfectionẽ saltem in nobis. deinde si rõ eẽt efficax tũc Philosophi cognouissent naturaliter productionẽ ĩ diuinis.

Secunda conclusio, generatio passiua dicta, siue natiuitas Filij non est passio sed relatio: probatur, quia generatio passiua est tantũ ordo originis sine motu, ergo est tantũ relatio, & non passio. vbi nota

Pri. p. q. 27. art. 2. — Tex. 14. — Dist. 2. q. 6. — Pri. p. q. 41. art. 1.

quòd in diuinis ponimus speciem sine genere, vt A sapiētia, quæ videtur esse species qualitatis in Deo ponitur sine qualitate, vt potest haberi ex sententia Augustini, & causa huius rei est diuina simplicitas, nam cum ratio generis ex potentialitate sumatur, in Deo autem vbi nulla est potentialitas non sumitur ratio generis, & ideo sicuti est ibi magnitudo sine quantitate, ita est ibi generatio, quę est species motus, propterea sicut à generatione in diuinis remouemus motū, ita debemus inde remouere alia imperfectionem designantia, vt materialitatem, corruptionem, innouationem, compositionē &c. Nota etiam quod generare in Diuinis idem est, quod dicere, sed cum dupliciter sumi possit pri- B mo pro manifestare, & sic dicitur essentialiter, vnde quælibet persona dicit aliam quia quęlibet persona manifestat aliā: secūdo sumitur dicere prout idem est quod proferre verbum, & hoc modo sumptum importat rationem principij ad illud quod est de principio, quia proferens est principium ad verbum prolatum, & sic dicere sumitur notionaliter, & solum conuenit Patri, & sic dictum est quod dicere est idem quòd generare, quia hoc modo importat habitudinem principij ad illud quòd est de principio, vt dictum est: de hac materia facit Alex. Alens. prima parte summæ, quæst. 42. per totum, & Thom. de Arg. primo senten. distin. 4. & Aegid. ibi- C dem. Marsilius quoque distin. 8. item, & Alphon. Thole. sed vide copiam argumentorum apud Diuum Thomam in disputatis de Potentia Dei, quæstio. secunda, articulo primo. Sed animaduerte vnū hic, quòd aliqui negant generationem passiuam in diuinis, dicentes in diuinis non esse nisi duo prędicamenta scilicet substantia, & relatio, sed generatio passiua, nec est relatio, nec substantia, igitur in eis non inuenitur generatio passiua, Alij vero vt est Geraldus, & multi alij, ipsum sequētes dicunt tam generationem actiuam quàm passiuam esse in Dei Filio, quia actio, & passio sunt in patiēte, vt docuit Gilibertus Porrettanus in libro sex principiorum, D sed generatio actiua, & passiua se habent per modum actionis, & passionis, & Filius habet in se generationem passiuam: igitur, & habebit actiuam, sed ambæ opiniones istorum decipiuntur in suis rationibus, Nam ratio primæ opinionis nulla est, quia sicut in diuinis quantitas, & qualitas transeūt in substantiam, sic actio, & passio transeunt in relationem, siue in modum relatiuum maxime cum etiam in creaturis necessario circumcernant respectum, quia non dicunt entitatem simplicem absolutam, sed dicunt absolutum sub respectu, à quo respectu, nec in esse, nec in intelligi poterunt separari, & propterea optime Beatus Augustinus Boe- E tius, & multi alij Sancti Doctores docuerunt istam veritatem in diuinis duo tantum prædicamenta reperiri, vt aliàs declaratum est. Ratio etiam secundæ opinionis nulla est quia actio, & passio sunt in patiente quò ad formam flussam, & prout fundantur in motu, quo pacto non ponimus in diuinis reperiri actionem, & passionem, sed tantum grammaticaliter, vt aliàs diximus de mente Sancti Thomæ, vnde cum generatio in diuinis nec motum, nec mutationem dicat, sed formaliter relationem, oportet nos cōcedere quòd dicat aliquid realiter, reale existens in vtroque extremorum scilicet in Patre, & in Filio, vt est videre apud authores superius citatos.

Quinto de Trin. cap. 1.

In hoc secundo artic. disputat quinque propositiones, quarum prima est. Ratio æternitatis sequitur immutationem, probatur, quia ratio æternitatis consistit in ratione vniformitatis, vt vniformitas habet rationem mensuræ, sed vniformitas sequitur immutationem igitur. &c. intellige istam conclusionem cum ratione sua formaliter, ita vt ratio æternitatis sit ipsa immutabilitas, & vniformitas, vt optime interpretatur Caie. p. p. q. 10. art. 1. & non materialiter vt alij existimant. Nota hic quòd Aur. vult æternitatem non esse formaliter durationem, quia hoc asserit conuenire tempori solum, vel nunc temporis. opinio Scot. Quolib. 6. artic. 1. cōsistit in hoc, quòd formalis ratio æternitatis est vt sit actualis existentia Dei, quæ dicitur vita, cum triplici respectu negatiuo, vel positiuo nō quidem actuali, sed aptitudinali, qui respectus importatur i lis tribus verbis. s. interminabilis, tota simul, & perfecta possessio, quibus excluditur desitio, & successio, & dependentia.

Pri. p. q. 10. art. 2.

Dist. 9. q. 2.

Secunda conclusio, æternitas nō est tempus nec æuum, probatur prima pars, quia æternitas est tota simul, & tēpus habet prius & posterius: igitur æternitas non est tempus. Secunda pars probatur sic æuo coniunguntur prius & posterius non autem æternitati igitur. Nota hic, quod tēpus est duplex, alterum communiter, quod dicitur ens successiuū quo mensuramus durationem alicuius motus, vnde Horologij dicitur tempus communiter, sic etiā deambulatio alicuius hominis, & studium, & quælibet actio, alterum tempus dicitur propriè, & est illud quo primo, vt vniuersali mensura mēsuramus omnem motum, siue superiorem, siue inferiorem, & hoc est idem realiter cum motu Cœli diurno, qui pręcipue nobis innotescit, per motū Solis diurnum, licet formaliter ab eo distinguatur, quia de ratione temporis, vt tempus est, est mēsura siue numerus, de ratione motus, vt motus est, nō est mensura siue numerus, sed actus existentis in potentia conclusio intelligitur de tempore secundo modo sumpto. Nota etiam quòd æuum aliquando accipitur pro omni duratione, quę non est tempus, vt ait Dyonis. proprietas æui antiquum &c. aliquādo pro tota duratione temporis absolutè, aliquando sumitur, vt dicit totam duratione temporis, quę est apud nos vt scribitur Ecclesiast. Luna ostensio temporis æui, aliquando capitur pro magna parte temporis, vt ab Adam, vsq; ad Noe vnum æuum, aliquando vero pro periodo, siue duratione rei alicuius, secundum quod tota vita alicuius hominis appellatur suum æuum, aliquando verò accipitur, secundum proprium modum, secundū quòd æuū est duratio habentis esse post nō esse sed nō vertibilis in nō esse, & sic ei adiūgitur prius & posterius & capitur in conclusione. Nota etiam quod nō est idē æternitas quod sempiternitas, quia sempiternitas venit à semper, & semper dicit duobus modis, ita etiā sempiternitas, semper. n. esse vno modo dicit omni tpe esse, alio modo semper esse dicitur nunquàm non esse, sed sine principio esse, & sine fine, vnde Aug. 12. de Ciu. Dei ait Angeli semper fuerūt, quia omni tēpore fuerūt, nec tñ coæterni Deo sūt, quia ille semper fuit æternitate. primo ergo modo

Pri. p. q. 10. art. 5.

4. Phy. tex. 65. & 97.

Capit. 5. de diu. nom.

Cap. 43.

Cap. 5.

differt

differt sempiternitas ab æternitate, re, et nominis A intentione, sed secundo modo non differt re, sed sola ratione nominis. vnde Riccard. de S.Victore docet, aliud vs sonare æternum, aliud sempiternũ, sempiternum enim videtur esse, quod caret initio, & fine, æternum vero, quod caret principio, & fine, & omni mutabilitate, & quamuis forsitan neutrũ sine altero inueniatur, rectè tamen distinguitur inter significationes nominum, quia conclusio intelligitur de æternitate, quę caret principio, & fine & omni mutabilitate.

Lib. de Trinitate, c.4.

Tertia conclusio est, aliter se habet nunc æternitatis ad æternitatem, quàm nunc temporis ad tempus, & quàm nũc æui ad æuum, probatur quia nũc B temporis differt realiter à tempore, & sic nunc æui ab æuo, sed nunc æternitatis non differt realiter ab æternitate, ergo conclusio vera, de hac conclusione lege Caietanum prima parte, quęst. 10. artic. 2. in respon. ad primum, vbi vult quod nunc æternitatis, differt ab æternitate tantum in esse cognito, quia sicut punctum motum dicitur causare lineã, & tamen in nullo genere causæ causat illam in esse propterea non est causa lineæ in esse reali, sed est causa eius in esse cognito, quia facit cognitionem illius in nobis, ita nunc stans dicitur causare æternitatem non in esse reali, sed in esse cognito, quia causat cognitionem illius in nobis, & sic etiam di- C citur ab ea differre.

ccc

Quarta conclusio, aliter se habet æternitas ad æternũ quàm æuum ad æuiternum, vel quàm tempus ad temporale; probatur, quia æternitas, vt est tota simul, & perfecta possessio est ipsummet æternum, non tamen est sic æuum, & æuiternum nec tempus, & temporale: igitur conclusio est vera. &c.

Quinta conclusio, Generatio Dei mensuratur æternitate, probatur sic, quia talis generatio caret principio, & fine, & est tota simul immutabilis; igitur mensuratur æternitate: de his conclusionibus, vide Franciscum Ferr. primo contra Gent. D cap. 15. & cap. 66. & lib. 3. cap. 61. vide etiam Caietanum, quęst. 10. prima parte per totum. & Alexan. de Ales. prima parte suæ summæ, quæst. 12. per totum. vide etiam Diuum Bonauenturam in principio distin. 8. primo sententiarum, lege quoque Nicolaum de Nissa tract. 1. par. 1. q. 3.

Distinctio Decima.

HAec decima distinctio continet vnam tantum quæstionem in qua format duos articulos in quorum primo ponit tres conclusiones; quarum prima est: Spiritus Sanctus procedit E processione amoris, & voluntatis: quam conclusionem declarat Beatus Thomas latius prima parte, & est ferè omnium Sanctorum Patrum, præsertim Diui Augustini, lib. 6. de Trinitate Diui Hieronimi in commento super Psalmos. Diui Bernardi. in canticis canticorum, & Riccardi de Sancto Victore, & declarat eam Magister senten. primo defendit eam Caietanus in commentarijs super primam partem, & etiam Dominicus Bannes. probatio etiam huius conclusionis est, quia in diuinis procedit aliquid subsistens in diuina natura per actum amoris, & voluntatis igitur &c. nec valent rationes Aur. contra istam veritatem, quia facile soluuntur, tum à Capreolo hic, tum à Caietano, & ab alijs nostris.

q.27. art. 1.
Cap. 5.
Psl. 13. & 17.
Distin. 32.

Secunda conclusio Spiritus Sanctus procedit naturaliter à Patre, & Filio non tamen per modum naturæ, & ratio est, quia illud procedit naturaliter quòd habet naturalem habitudinem ad principiũ productiuum, ita quod non potest ab eo non procedere, sed Spiritus Sanctus est huiusmodi igitur conclusio vera, & est Sancti Thomæ de Potentia Dei. hic nota quod processio per modum naturę, & per modum voluntatis differunt tripliciter, vt videre poteris supra.

Quæst. 10. Art. 2. dis. 6

Tertia conclusio Spiritus Sanctus non producitur liberè libertate excludente necessitatem, licet producatur liberè libertate excludente coactionẽ; hanc docuit Sanctus Thomas primo sententiarum & in multis alijs locis: declarationem huius conclusionis latius videre poteris apud Caietanum in primam partem, soluit deinde Capreolus in secundo articulo argumẽta Aureoli Durandi, & Scoti, quę etiam soluuntur breuius, & profundius à Caietano, vbi supra & similiter à Dominico Bannes. Nota etiam quòd voluntas diuina potest dupliciter considerari, vno modo, vt concernit libertatem contingentiæ, seu contradictionis, alio modo vt concernit libertatem complacentiæ, & dilectionis, seu caritatis, & amoris, cum necessitate immutabilitatis, quia non potest eam non velle, primo modo Spiritus Sanctus non procedit per modum voluntatis, quia vt sic solę creaturę procedunt, sed secundo modo Spiritus Sanctus proprie procedit per modum voluntatis, quia sicut se habet verbum; seu sapientia genita in diuinis ad intellectum sic se habet Spiritus Sãctus qui est amor productus ad voluntatem, sed verbum Diuinum procedit per modum intellectus immutabiliter, igitur & Spiritus Sanctus per modum voluntatis immutabiliter procedi dici debet, & hęc est doctrina conformis Sanctis Patribus, præsertim Augustino libro tertio de Trinitate vbi sæpius nominat Spiritum Sanctum amorem, siue caritatem dicens Spiritus Sanctus est aliquid commune Patris, & Filij, quæ communio consubstantialis, & coæterna si amicitia conuenienter dici potest, & dicatur, sed aptius dicitur caritas, amor, & nexus, & decimoquinto de Trinitate, ait non frustra in illa Trinitate solus Spiritus Sanctus caritas nuncupatur, & in libro de cognitione veræ vitæ ait nil aliud Spiritus Sanctus quàm amor Dei intelligitur, et Diuus Hieronymus in expositione Psalmorum, dicit Spiritus Sanctus nec Pater, nec Filius, sed dilectio est, quam habet Pater in Filium, et Filius in Patrem, quę omnia ostendunt Spiritum Sanctum per modum voluntatis procedere, et sic etiam dicimus de Filio, quod procedit per modum intellectus, vt docuit Riccardus secundo de Trinitate, vbi sic ait, rectè Verbum Dei Patris dicitur, per quem Patris qui fons est sapientiæ noticia manifestatur, et infra eiusdem capitis dicit, Dei Filius verbũ Patris dicitur, quia à solo Patre oritur per quem paterna caritas manifestatur in Patre omnis veritatis cõceptio, in verbo oĩs veritatis ꝓlatio, vnde actus intelligendi vel terminus cõstitutus per actũ intelligẽdi necessario requirit intellectũ tanq̃ suũ pro-

Dist. 6. q. 1. art. 2.
q. 41. art. 2.
Cap. 5.
Cap. 19.
Psal. 13.
Cap. 12.

primum principium productiuum, sed verbum Diuinum est terminus actus intelligendi, et Spiritus Sanctus est terminus actus amandi, igitur verbum per modum intellectus, & Spiritus Sanctus per modum voluntatis immutabiliter producuntur & attende quòd hæc doctrina ponitur contra Durandum hic, quòd voluit Filium in Diuinis non produci per actum intellectus, nec Spiritum Sanctum per actum voluntatis, quia circumscriptis à Diuina natura intellectu, & voluntate cum actibus suis adhuc in Diuinis esset generatio Filij, & spiratio Spiritus Sancti, & deceptus est valde vt omnes ferè Theologi scribunt contra ipsum, præsertim Cardinalis Caietanus in primam partem Sancti Thomę, & sic etiam Dominicus Bannes Doctor Hispanus ex ordine nostro, & Bartholomæus Torres in ex-
q.27.art.5. positione etiam in primã partem S. Thomæ, quos latius videre poteris ibi.

Distinctio Vndecima.

DIstinctio hæc vndecima tres continet art. in quorum primo ponitur talis propositio Spiritus Sanctus procedit à Filio, & defenditur
q.36. art.2. à S. Thoma prima parte vbi nota quod de hac propositione fuit maxima discordia inter Græcos cũ Latinis, nam Græci negabant ipsam asserentes solum à Patre procedere Spiritum Sanctum, & hac de causa defecerunt ab obedientia Romanæ Ecclesiæ, & ab vnione Latinorum, nihilominus ab omnibus est de fide tenenda, & habetur in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio, cuius determinatio habetur cap. firmiter de fide catholica, & in Concilio Lugdunensi sub Gregorio Nono, vbi scribitur sententia omnium Latinorum, & Græcorum asserens Spiritum Sanctum procedere à Filio, quæ verba sunt intelligenda quantum ad Primates Græcorum excepto Damasceno, sic etiã, & Theoph. super tertium cap. Ioannis, tamen totum vulgus Græcorum negabant hanc propositionem, nihilominus veritas huius propositionis scribitur in Concilio Ephesino in Epistola sexta Cirilli missa ad Nestorium nomine totius Concilij, & illa Epistola fuit approbata à Leone primo in Epistola 31. & 33. & approbata est in Concilio Calcedonensi, & eadem veritas habetur in symbolo quo vtitur Ecclesia Latina, quod tamen verbis apertis
Cap.10. non habetur in Concilio Niceno, vt perperam existimauit Celsius super Damas. lib. 2. fid. ortho. sed ex professo habetur in Concilio Tholetano octauo, & in Concilio quinto Constantinopolitano, & in Tridentino, & in hoc videnda est Epistola Besarionis Archiepiscopi Niceni, & maiori ex parte lib. primus de Spiritu Sancto Dauid Græci; didimus libro secundo de Spiritu Sancto; Chrisosthomus Homilia quadam de symbolo, & Beatus Basilius libro secundo, contra Eunomium, & Cirilius libr. 10. & in Ioannem, & super secundum capitulũ Ioelis in illud effundam de spiritu meo, & validius
Cap.20. est Augustinus quarto de Trinitate, & lib. decimo quinto: sunt & testimonia scripturę, quæ citat Con-
Cap.26. cilium Ephes. vt est illud ad Galatas misit Deus
Cap.4. spiritum Filij sui, & Roman. & qui non habet Spiritum Christi hic non est eius, & secunda ad Corinthios, & Ioannis cap. 15. qui me clarificat de meo

A accipiet, & annunciabit vobis, lege etiam Conciliũ Florentinum, & Diuus Ambrosius libro de Spiritu Sancto, & omnes fere Patres idem sentiunt. Scholastici quoque nostri subtilius ipsam propositionem disputant, & defendunt præsertim Author hic &c.

In hoc secundo articulo sunt duæ conclusiones quarum prima est ista. Filius distinguitur à Spiritu Sancto per filiationem secundum habere, & nõ habere eandem proprietatem: stat quòd per filiationem solum distinguitur à Patre secundum oppositionem relatiuam, habetur hæc à Diuo Tho- q.4.art.1.
ma Quolibeto quarto. secunda conclusio est. Filia-
B tio non potest esse, prima ratio distinctionis inter Filium, & Spiritum Sanctum sed spiratio actiua, quæ est in Filio, scribitur hæc de Potẽtia Dei q. 10. articu. 5.

In hoc tertio articulo discutitur hæc tantũ propositio, spiratio nullam personam diuinam constituit, vt habetur prima parte, quæst. 33. artic. 3. Circa has conclusiones, nota quod aliqui dixerunt, vt dictum est supra de Græcis Spiritum Sanctum non procedere à Filio quorum assertio, vltra quòd est hæretica includit contradictoria, & repugnãtiam, quia de ratione amoris est vt procedat à re cognita, aliqui dixerunt quòd de facto Spiritus Sanctus
C procedit à Filio, sed posito per impossibile, aut possibile, quòd non procederet adhuc distingueretur ab ea, vt asserit Scotus hic. quorum assertio Dist.11.q.2.
est irrationabilis, quia quòd est de ratione Spiritus Sancti si remoueatur ab eo iam non distingueretur à quocunq; alio, quia non poneretur in esse, sed procedere à duobus est de ratione Spiritus Sancti, quia amor qui est actus voluntatis debet esse cognitus, aliter non esset amor: igitur Spiritus Sanctus à duobus necesse est vt procedat à Patre, scilicet cognoscente, & amante, & à verbo cognito, & amato, & si non procederet à Filio iam ab eo non distingueretur. &c. Præterea, si Spiritus
D Sanctus non procederet à Filio, nec procederet à Patre, probatur consequentia, quia pater communicauit Filio actum spirandi, modo per istos non procedit adhoc actu spirandi communicato Filio ergo nec à Patre, & sic Spiritus Sanctus non esset in actu distincto, nec in actu reali. tertio vbi nulla est oppositio in diuinis nulla potest esse realis distinctio positiua, scilicet quæ non sit solum per habere, & non habere idem, et omnino esset ibi identitas, sed si Spiritus Sanctus à Filio non procederet nulla est inter eos realis oppositio, igitur nulla realis distinctio ex consequenti totalis identitas esset ibi quòd est hæreticum, quia per hoc tollitur mi-
E sterium Trinitatis; aliqui vero dixerunt filiationem non esse sufficiens principium distinguendi Filium à Spiritu Sancto, sed requiritur etiam spiratio, quæ tamen spiratio præcisa sumpta à nullo distinguitur personaliter sicut neque constituit personam, quam assertionem sequitur Petr. Aur. Dist.11.q.3.
hic, et male quia frustra fit per plura quòd fieri potest per pauciora, iuxta diuulgatam sententiam Aristotelis primo physicorum contra Antiquos, sed per solam oppositionem relatiuam fit distinctio inter Diuinas personas frustra: ergo quærentur alia principia distinctiua: sequendæ igitur, et amplectendæ sunt conclusiones positæ hic

ab Authore tanquam veræ, & catholicæ de qui-
q.36.art.2. bus lege Caietanum prima parte, & Torres, & Do-
cap.24. minicum Bannes, & Franc.Ferr.4. contra Gent. & videbis claram resolutionem quomodo filius distinguitur à Patre filiatione tanquam à principio constitutiuo, & distinctiuo personæ à Spiritu Sancto vero spiratione tanquam à principio distinctiuo, sed non constitutiuo, lege Altisid. lib. 1. p.4. cap. 2. Obseruandum tamen est circa quæstionem motam à Scoto, si Spiritus Sanctus nō procederet à filio, num ab eo distingueretur, dicunt multi, & illustres Doctores reprehendendo Scotum in hac parte, hanc quæstionem esse inutilem, & irrationabilem, & indignam inquisitione aliqua, quando-B quidem quæstio est propositio dubitabilis, sed illud non est dubitabile, nec inquisitione dignum, ad quod necesse est impossibilia sequi, illud autē est huiusmodi, quia hic vnum impossibile præsupponitur, ad quod multa alia impossibilia, & contradictoria sequerētur igitur digni sunt reprehensione, qui hanc quæstionem monent, vt est Scotus quia ad eam multa impossibilia, & contradictoria sequuntur, inter alia quòd Spiritus Sāctus nō esset Spiritus Sanctus, & quòd non esset Trinitas in Diuinis, & quòd non esset distinctio per relationes, & quòd amor esset ab incognito, & inuisibili per intellectum, & quòd filius non haberet naturā fecun C dam, & non nulla alia: verum in hac parte, vt veritas ipsa locum habeat, dicendum est, male hos Doctores reprehendere Scotum, quandoquidem suppositio quamuiscunq; impossibilis relinquens tamē formalem rationē subiecti, sic se habet quòd quæstio formari potest circa ipsam, sed ista suppositio est huiusmodi, ergo rationabiliter quæstio hæc mouetur à Theologis, maior patet, quia supposito quòd homo non sit visibilis manens tamen rationalis ad huc multæ quæstiones possent fieri de homine, puta vtrum sit animal, & vtrum adhuc differat ab equo, & sic de alijs, minor etiam patet, quia supposito quòd Spiritus Sanctus non procederet D à Filio, hoc non videtur tollere rationem Spiritus Sancti, cum Spiritus Sanctus perfectè procedat à Patre, dato quòd Pater habeat vim spiratiuā sine filio: deinde illa quæstio est rationabiliter disputabilis, & dubitabilis, quæ formatur de propositione hypothetica, cuius cathegorica est dubitabilis materiæ, sed prædicta propositio in quæstione posita est huiusmodi, igitur quæstio præposita est rationi consentanea, maior patet, quia ista propositio est disputabilis num homo volare posit si haberet alas, quia ista cathegorica est dubitabilis, vtrum omne habens alas volare posit, propter aliqua quæ videmus esse pennata, & tamen raro, vel E nūquàm ipsa volare videmus, vt patet de strutione, & de multis alijs, minor probatur, nā illa cathegorica est dubitabilis, vtrum Filius distinguatur à Spiritu Sancto generatione passiua vel sola spiratione actiua, & ex hoc supradicta hypotheca redditur dubitabilis, quia si Filius distinguitur à Spiritu Sancto generatione passiua, tunc dato quòd Spiritus Sanctus non procederet à Filio adhuc distingueretur ab eo, si autem Filius distinguitur à Spiritu Sācto per solam spirationem actiuam; tunc si non procederet ab eo, non distingueretur ab eo, Adde etiam quòd ex similibus similia iudicamus,

A sed tanti Patres sæpius consimiles propositiones supradictæ propositioni formauerunt, & de ipsis multo sermone disputauerunt, vt patet per Diuūm Augustinum, qui 15. de Trinitate si Spiritus Sāctus Cap.27.
diceretur Filius amborum vtique Filius diceretur, item Anselmus libro de Processione Spiritus Sancti, ait nihil diffinitur contrarium naturæ si plenitudo sapientiæ dicitur posse subsistere in singularitate personæ. Nam quantum videtur si sola vna persona in Deitate esset, nihilominus plenitudinē sapientiæ habere potuisset, cum igitur in quolibet antecedēte illarum propositionum implicetur simpliciter impossibile, quia eius oppositum est sum- Cap.15.
B mè necessarium, mirādum est quare isti Doctores reprehendunt Scotum in hac parte. Adde etiam quia Arist. 4. Physicorum, quærit si daretur motus Tex.72.
in vacuo, an esset in instanti, vel in tempore, & tamen ipse docet impossibile esse dari vacuū, & sic multæ aliæ sunt huius farinæ quæstiones, de quibus alias dicemus.

Distinctio Duodecima.

HAec præsens dist. 12. vnica quæst. absoluitur, in qua discutiuntur quatuor conclusiones, quarum prima est. Pater, & Filius sunt vnum q.36 art.4
C principium Spiritus Sancti, est S.Thom.p.p. Secunda est Pater, & Filius sunt idem principium Spiritus Sancti, vno modo est cōcedenda. s. ratione deitatis, quia Pater, & Filius sunt idem Deus, alio modo non est concedenda. s. ratione articulationis, quia Pater, & Filius non sunt idem suppositum, est S.Thom. primo sentētiarum. tertia est Pater, & Filius sunt duo spirantes adiectiuè non duo spirantes substantiuè, prima parte, habetur à Sancto Doctore. quarta est Spiritus Sanctus procedit à Patre & à Filio inquantū sunt vnum, & inquantum sunt plures, scribitur in hoc libro. Dis.29.q.1. art.4. q.36.art.4. Dis.11.q.1. art.2.

Circa primam conclusionem, quantum ad sub-
D stantiam, & veritatem illius, non cadit sub opinione, sed de fide tenenda est, & habetur definita in Concilio Lugdunensi cap. vnico de summa Trinitate & fide Catholica, & in concilio Florentino in Cap.6.
fine in oratione pro vnione Græcorum, & habet eam Diuus Augustinus. 5. de Trinitate, habet etiā Cap.26.
ipsam Ansi. libr. de processione Spiritus Sancti, & denique fere omnes Sancti, quos licet videre apud Magistrū: tamen habet difficultatem quoad pro- Distin. 11.
prietatem loquendi, & modum disputandi, & sic de ea dubitat Durandus, sed dubitatio sua est temeraria. & periculosa quia contra determinationem Ecclesiæ. Nota etiam quòd dubitatur pro
E quo supponat illud vnum principium, & respondentes aliqui dicunt, quòd stat pro quodam constituto, & essentia; & virtute spiratiua actiua, ita quòd sicut Spiritus Sanctus, stat pro constituto ex essentia, & spiratione passiua, ita principium importat quoddam cummune Patri, & Filio, ex essentia, & virtute spiratiua: de quo modo dicendi vid类 dendus est Gabriel. lib. primo sent. tamen hic mo- Dis.11.q.2
dus est falsus, & indignus Theologis, quia derogat diuinæ simplicitati. secundus modus dicendi est Mag. Fran. de Vict. Hispani dicentis, quòd principium ibi importat personam pro qua supponit, tamen demostratio personæ non est exer-

cenda per nomen personale, sed per nomen essen- A tiale, & commune veluti in hac propositione; tres personæ diuinæ sunt vnus Deus, illa demonstratio non est exercenda per nomē personale, puta Patrē, & Filium, & Spiritum Sanctū, sed per nomen Deus, & sic demōstrata qualibet alia persona; ita eodem modo demonstrato Patre verū est dicere Pater, & Filius sunt hoc principiū, & similiter demonstrato Filio: quæ opinio nō placet, quia est expresse cōtra S.Th. tertius modus dicendi est Scoti dicentis Spiritū Sāctū procedere à Patre, & Filio, nō vt sunt plures, sed vt vnū, ita q̄ ad hoc vt Spiritus Sanctus producatur nō est necessaria per se dualitas personarū sed vna persona sola potest producere, qui modus B dicendi defenditur à Licheto, & male contra com- (1. sent. dist. 12. q. 1.) munem opinionem Theologorū præsertim Alex. Alens. p. p. suæ summæ; Authoris opinio est in resp. ad arg. Henr. quòd ista propositio Pater, & Filius, (q. 43. mēb. vltimo.) sunt vnum principium Spiritus Sancti supponit, nō pro vna notione, nec pro essentia, nec pro vna persona, sed pro duabus personis simul, & habet confusam suppositionem, & nō determinatam, nihilominus in doctrina S.Thom. verificatur conuertēs, & cōuersa. s. Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sācti, & vnum principium Spiritus Sancti sunt Pater, & Filius vbi ly vnum determinate supponit pro virtute spiratiua &c.

Circa tertiam cōclusionem, nota quòd aliquando S.Thom. concedit Patrem, & Filium esse duos spiratores propter authoritatem Hilarij dicentis Spiritum Sanctum esse à Patre, & Filio auctoribus tamen ibi vtitur tam Hilarius q̄ S.Th. substantiuo p̄ adiectiuo, vel vt aliqui dicunt retractarūt se &c.

Circa quartam conclusionem, nota quòd Dominicus Bannes Hispanus tenet quòd istæ propositiones sunt æquipollentes Pater, & Filius sunt vnū principium Spiritus Sancti, & sunt idem principiū, & sunt hoc principium, sicut vnus spirator, idem spirator, & hic spirator, & male (iudicio meo) quia ly idem, & ly hoc, ratione articulationis posset de- D notare suppositum, & sic non est concedenda, propterea tu prudens lector sequere auctorem in conclu. propositis, & pro ampliatione lege Duran. in 1. sent. dist. 29. q. 3. & Gabrielē æmulatorem, Ochā, Rubionem & Torres, p. p. sic etiam Caiet. in expositione vltimi articuli q. 36. p. p. (q. 36. art. 4.) Circa tamen conclusionem principalem attende, quòd non est de re, sed de modo loquendi, & quia loquendum est vt plures, qui dicunt quòd Pater, & Filius debent dici vnus spirator, quia sicut omnes personæ conueniunt in actu causandi, ita pater & filius in actu spirandi, sed tres personæ nō dicuntur tres creatores, sed vnus Creator, ergo Pater, & Filius non debent dici duo spiratores, sed vnus spirator, alij vero Doctores dicunt oppositum propter authoritatem Hylarij secundo libro de Trinitate qui dicit confitendum est Spiritum Sanctum esse ab authoribus, (Cap. 20.) sed idem est author, quòd spirator, si igitur Pater, & Filius possunt dici authores respectu Spiritus Sancti, igitur possunt etiam dici, & spiratores. verum prima opinio est sequenda, & exponenda est authoritas Hylarij, vt exponit S.Tho. quòd loquutus est excessiue, accipiens substantiuum pro adiectiuo, vt dictum est supra, De qua re legendi sunt Authores supra citat.

Distinctio Decimatertia.

HAc præsens dist. vnica quæst. absoluitur habente duos art. in quorum primo ponuntur tres conclu. quarum prima est, istæ processiones passiue acceptæ non distinguuntur seipsis formaliter hanc docet S.Thom. de potentia Dei, (q. 10. art. 2.) quia vnumquodq; distinguitur ab alio specie, per id à quo speciem habet, sed nulla processio, seu motus habet speciem à se, sed à principio, seu à termino, ergo istæ processiones non distinguuntur ex seipsis formaliter. secunda conclusio est; istæ (q. 1. art. 2.) processiones non distinguuntur realiter ex hoc q̄ vna est per modum intellectus, & alia per modum voluntatis, hanc probat in præsenti dist. quia nulla dist. rationis est sufficiens principium distinctionis realis, sed intellectus, & voluntas in Deo distinguuntur tantum ratione, ergo talis distinctio non sufficit ad realem dist. processionum. tertia conclusio est; istæ processiones distinguuntur secundum ordinem originis, hanc habet S.Thom. de po- (q. 10. art.) tentia Dei, & ratio est, quia istæ processiones cum non distinguūtur seipsis formaliter, neq; ex principijs: ergo ex terminis, sed termini nō distinguunē ex hoc quòd vnus habet hoc, alius non, sed quia vnus originatur ab alio, ergo, & processiones simi- C liter, quia processio naturæ siue intellectus est ab vno. s. à Patre, processione amoris à duobus nempe à Patre, & Filio. Nota circa has conclu. quòd non cadunt sub fide, sed sub diuersis opinionibus, hinc aliqui dixerunt has processiones distingui realiter ratione suppositorum in quibus sunt, quā opinionem sequutus est Romanus Aegid. hic, Aliqui voluerūt eas distingui per principia formalia, de numero quorum est Ioannes de Neap. & Henr. (Quolib. 5. art. 2.) Aliqui volunt sumi earū distinctionē ex infinitate diuinæ essentiæ, quæ sub vna indistincta ratione est principium istarū productionum, & hanc opinionem sequutus est Adamus, & Gabriel in hoc lib. (Dist. 6. q. 2.) Alij dixerūt istas productiones distingui, quia vna est cum alia, & cum oppositio eius, quam opinionē sequitur Gof. in Quolib. Scot. & Lichetus eius expositor volunt has productiones distingui seipsis formaliter, quia generatio formaliter se ipsa est generatio, & spiratio se ipsa formaliter est spiratio, & recitantes opinionem S.Tho. dicunt quòd S.Th. voluit has emanationes distingui per relationes oppositas prioris, & posterioris, & male narrāt sententiam B.Thom. quia nullam prioritatem in eis ponit, sed tantum ordinem originis, vt clare est videre in tota doctrina Angelici, igitur male Scotus, & Lichetus imposuerūt D.Tho. quòd nūquam somniauit, E falsissimam quoque Scotus, & Lichetus elegerunt viam distinguendi has processiones, inter omnes alias vias superius enarratas, quia illa quæ conueniunt per se in aliquo non distinguuntur seipsis primo, vt docet Arist. 5. Metaph. (Cap. de diuerso.) Gin duæ species quæ per se conueniunt in genere animalis non distinguuntur seipsis primo, sed per differentias contrahentes genus, sed diuinæ processiones conueniunt, quòd vtraque est substantialis diuina infinite perfecta, ergo nō distinguuntur seipsis primo, vt vult Scotus. Præterea, & secundo illa seipsis primo distinguuntur, quæ seipsis totis distinguuntur secundum formalitates Scotistarum, sed diuinæ

proces-

processiones non sunt huiusmodi, vt docet Lichetus hic: ergo opinio Scoti falsissima. tertio stante Licheti opinione sequeretur, quod spirare, & generare in Patre realiter essent distincta, quod est falsissimum, lege in hoc Th. Anglicum, & malleum Siluestri de Prierio in falsas assumptiones Scoti cōtra D. Tho. Nota secūdo, quòd distinctionis ratio per quam istæ processiones distinguuntur, est ordo originis, primo, secūdo, quia vna est ab vna persona altera à duabus. tertio quia vna est per modū naturæ, & intellectus, altera per modum volūtatis, quarto dicuntur etiam distingui per respectum ad terminos, qui sunt personæ productæ. quinto per ordinem transcendentalem cum sint entia respectiua lege in hoc Caiet. p.p. & Ferr. 4. cont. Gent. & hæc est doctrina Sancti Thomæ conformis Beato Augustino lib. 15. de Trin. vbi dicit, sic videbis quomodo distet natiuitas verbi à processione doni, similiter, quinto de Trin. cur Spiritus non sit Filius cum à Patre exeat &c. Hāc doctrinam etiam docet B. Ambr. lib. de Spiritu Sācto, & cæteri Patres ideo hæc est sequenda, & non Scotica.

q.77. art.4.
Cap.24.
Cap.27.
Cap.9.

q.33. art.3. In secundo articulo sunt tres aliæ conclu. quarū prima est generare & spirare non sunt duæ res realiter distinctæ in Patre. hanc probat p.p. sic omnis distinctio realis in diuinis est propter oppositionē relatiuam, sed generare non opponitur ad spirare cum sint in eadem persona Patris, ergo &c. Secunda est spirare, & generare differunt ratione. probat S. Thom. vbi supra, quia spirare conuenit Patri, & Filio, generare tantum Patri; ergo ratione distinguuntur. tertia est licet generare, & spirare sint idē realiter, vnū tamen non prædicatur de altero, hanc probat p.p. quia ad hoc vt vnum de altero non prędicetur sufficit distinctio rationis inter ipsa, & licet contra has arguat Dur. & Aureol. tamen argumenta eorum sunt nullius momenti, vt patet apud Authorem hic, propterea tu sperne Dur. & Ioan. de Bassolis docētes huiusmodi relationes realiter distingui, & sequere communem opinionem Theologorum expressam in supradictis conclu. sed quęreret aliquis qua nam ratione distinguūtur huiusmodi relationes, nempè paternitas, & spiratio actiua respondet Caiet. in p.p. D. Thom. quòd distinguuntur ratione formali eminenter veluti diuina attributa, & in expositione tertij artic. vult distingui formaliter in esse relationis. Aliqui Thomistæ ex hispanis volunt has relationes distingui realiter non in esse rei sed in esse relationis: quos sequitur Torres in tractatu de Trin.

q.32. art.2.

Author hic vero quem sequimur docet Paternitatem, & spirationem actiuam sic etiam filiationem, & spirationem nullo pacto realiter distingui, in esse verò relatiue seu in ratione relationis distingui specie, & formaliter, & hoc docet apertis verbis S. Thom. in 1. sent. vbi ait quòd istæ relationes sunt vnica res, differunt tamen differentijs relationis inquantum est relatio, vnde dicuntur diuersæ rationes personarum, idcirco de se inuicem prædicari non possunt, quòd non est ita de diuinis attributis, quia sapientia prædicatur de bonitate, & è contra. spiratio tamen non prædicatur de paternitate nec è contra licet sint eadem res, quia verò non sunt eadem ratio relationis in actu exercito, ob hoc impeditur talis prædicatio, vt spirare non dicatur de generare, nec spiratio est paternitas &c. lege Caiet. p.p. Et vt clarius sit negotium hoc sternūtur aliquę propositiones, quarum prima sit hęc, in Patre, paternitas, & spiratio sunt duæ relationes reales, & idem dicendum est de filiatione, & spiratione in Filio, quæ propositio probatur sic, quia pater per intellectum generat Verbum, & per volūtatem spirat Spiritum Sanctum; sed relatio Patris ad Filium, scillicet paternitas est realis, ergo relatio Patris ad Spiritum Sanctum, scillicet spiratio erit etiam realis, probatur deinde, quòd sint duæ, quia relationes multiplicantur multiplicatis earum rationibus formalibus, & differētijs, sed rationes formales illarum relationum sunt duæ, quia esse rationem referendi ad filium, est ratio paternitatis, & referendi ad Spiritum Sanctum est ratio spirationis, ergo relationes sunt duæ postremo, relatiua multiplicantur multiplicatis correlatiuis, maximè si correlatiua sint quasi specie distincta, & totalia, sed correlatiua Patris, vt Patris, & vt spirantis scillicet Filius, & Spiritus Sanctus realiter distinguūtur, ergo Pater, vt Pater, & vt spirās dicit duas relationes reales, minor est de fide, maior patet, quia tota ratio relationis est esse respectum ad correlatiuum, Adde quòd si non essent duæ non possemus respōdere interrogati de Patre, qui esset Pater, & quo esset spirator, aut certe esset adhibenda eadem ratio ad vtram interrogationem quòd non est dicendum. secunda propositio, quamuis Paternitas, & spiratio sint duæ relationes reales, non tamen sunt duę realiter distinctę idest licet plurificentur in ratione, non tamen plurificantur in re siue realiter, & hæc propositio est contra Durandum in præsenti libro, & probatur quia si paternitas, & spiratio essent duæ res distinctæ, daretur in Patre aliqua compositio, quæ ex duobus fieret vnum, id autem repugnat simplicitati Patris, igitur propositio vera. Deinde ex alio capite hoc manifestatur, quia Paternitas, & spiratio non distinguuntur formalitatibus, seu differentijs diuidentibus rem, vt res est, sed distinguuntur formalitatibus diuidētibus suo modo relationem, ergo nō plurificantur in re siue realiter, sed plurificantur in relatione: prima pars antecedentis patet quia sicut in creaturis differentię realiter distinguentes sunt hę, quarum hæc non est illa, ita in diuinis distincta realiter sunt oppositiones, sed Paternitas, & spiratio non opponuntur, ergo nō distinguuntur formalitatibus distinguentibus rem: secunda vero pars antecedentis patet, quia alia est formalitas referendi ad Filium, & alia ad Spiritum Sanctum, per quas diuiditur relatio, Confirmatur ista propositio adhuc ex Concilio in capitulo Damnamus de summa Trinitate, & fide Catholica; habetur etiam in secundo tomo Conciliorum vbi cōdemnatur quaternitas in diuinis, sed qui ponit quatuor relationes realiter distinctas ponit quaternitatem, igitur nō sunt ponendę, nec valet illud quod dicit Durandus, quòd concilium ipsum determinat in diuinis non esse quaternitatem personarum, non autem excludit quaternitatem relationum, quia hæc responsio non quietat intellectum, cum concilium loquatur contra Abbatem Ioachim, qui ponebat essentiā generantem, non tamē ponebat quatuor personas, & dicit opinionem magistri esse veram, vnde sicut opinio

Distin. 27. q.1. art.1.

q.32. art.3. ad tertium.

Dist.27. q.1.

Abbatis

Abbatis Ioachimi non potest subsistere, ita, nec opinio Durandi. Sit tertia propositio Paternitas, & spiratio distinguūtur formaliter, virtualiter, & est propositio Caietani, in loco supra citato, & probatur sic, illę relationes distinguuntur, vt dictum est in prima propositione, & non distinguuntur realiter, vt expositum est per secundam propositionem, ergo distinguuntur ratione, non ratione ratiocinante, tum quia esse duo per intellectū precise non est esse duo, sed intelligi duo, tum quia maiorem distinctionem requirūt opiniones aduersæ quàm ratione ratiocinata, seu formaliter non actualiter,

Art. 2. quàmus id teneat Scotus Quolibeto quinto, quia quodammodo præiudicat diuinæ simplicitati, ergo formaliter virtualiter, ac proinde dicuntur duę: quia sunt vna res infinita, quæ perinde se habet, ac si essent duæ. Quarta propositio, quàmuis Paternitas, & spiratio non distinguantur realiter, vna tamen non prædicatur de altera, hæc est contra Scotum in quinto quolibetorum, & patet ex supradictis, vt potes videre tū apud Caietanum, tum apud Capreolum. (Art. 2.)

Distinctio Decimaquarta.

IN hac distinctione disputantur quatuor conclusiones quarum prima est, Spiritus Sanctus procedit temporaliter, hanc conclusionē ponit Sanctus Doct. in præsenti dist. & ratio est quia omnis amor quo aliquid nouiter confertur amato procedit temporaliter in amatum, sed Spiritus Sanctus est huiusmodi, ergo &c. Ex cōsequenti eius quoq; processio est temporalis. (Dis. 14. q. 1. ad primū.)

Secunda conclusio est, processio temporalis Spiritus Sancti nō distinguitur realiter à processione æterna eiusdem Spiritus Sancti, sed tantum secundum rationem, hanc probat Sanctus Thom. vbi supra, quia vna istarum processionum distinguitur ab altera ex hoc quia includit respectum ad creaturam, altera non includit, sed iste respectus est tantum rationis, igitur conclusio vera.

Art. 2. ad 3. Tertia conclusio. Non tātum dona Spiritus Sancti procedunt in nos sed etiā ipse Spiritus Sanctus, hanc etiam probat Sanctus Thom. vbi supra, quia omne illud in nos procedit in acceptione donorū, ad quod habemus respectum, sed ex hoc quod accipimus dona Spiritus Sancti nō solum referimur ad ipsa, sed etiā ad ipsum Spiritū Sāctum, ergo &c.

q. 43. art. 3. Quarta cōclusio. Processio temporalis Spiritus Sancti attenditur secundum dona gratiæ gratum facientis, hanc probat Sanctus Thomas prima parte sic, processio temporalis, attenditur tantum secundum illa dona quæ nos cōiungunt vltimo fini, sed huiusmodi sunt solum dona gratiæ gratum facientis. s. charitas, & gloria quæ ad illam cōsequuntur, quia solummodo per illa dona, Spiritus Sāctus est in creatura rationali in ratione obiecti cogniti, & amati, ergo &c.

Nota primo, circa has conclusiones q aliquid procedit ab aliquo vno modo vt subsistat in se, & hoc pacto creatura procedit à Deo, alio modo aliquid ab alio procedit, veluti in subiectum, & hoc modo calor procedit ab igne in aquam. tertio aliquid procedit ab alio sicut in obiectū, & sic amor procedit ab amante in amatum, & hoc etiam multis modis esse potest, primo sicut in obiectū amatum præcise cui nihil confertur, & sic Spiritus Sanctus tendit in Patrem, & Filium, & in creaturam ab æterno. secundo tendit in aliud cui ex amore confertur donum, & sic Spiritus Sanctus procedit in creaturam ex tempore, hinc processio temporalis vltra exitum æternum dicit sic esse in creatura per donum per quod habetur ipse Spiritus Sanctus, vnde non sunt duæ processiones, sed vna diuersimode sumpta.

Nota secundo quod missio est duplex, visibilis & inuisibilis, missio visibilis est apparitio rerum corporalium, facta circa creaturam rationalem humanam, repręsentans missionem inuisibilis personæ eidem creaturę rationali, & sic prima conclusio est de fide, & habetur Matthęi. tertio Spiritus Sanctus descendit super dominum baptizatum in specie columbæ. (Tertio c. Cap. 17.)

Secunda conclusio cadit sub opinionibus, quia aliqui volunt Spiritum Sanctum importare respectum realem ad creaturam, Sanctus Thom. verò tenet oppositum p. p. de qua re lege Gabrielem hoc libro, & Brulifer, & Riccardum. (Cap. 9.)

Circa tertiam cōclusionem quomodo ipsa persona Spiritus Sancti secundum substantiam sit in homine cui dantur dona gratiæ gratum facientis nam aliqui exprimentes istam conclusionem dixerunt quod sicuti Diuinum Verbum assumēdo humanitatem tota Trinitas operata est, actiue in illa assumptione terminata, tamen fuit persona existentiæ Diuini Verbi, ita etiam volunt, quòd & iustificatio hominis fit à tota Trinitate quandoquidem eius opera ad extra sunt indiuisa, tamen in iustificatione specialiter anima vnitur Spiritui Sancto quę opinio non placet, quia iustificatio appropriatur Spiritui Sancto, sicut potentia Patri, & sapientia Filio, propterea dicas tu, Spiritum Sanctū esse in homine iusto, sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amante, & sicut tutor, rector, & gubernator, & amicus in amico, & hoc actualiter in adultis, habitualiter verò in pueris baptizatis, & hæc sententia asseritur à Theologis cum magistro in hoc loco, & est adeo certa, vt qui oppositum tenuerit sit erroneus, & à veritate alienus, cū expresse dicat cōtra scripturam, & patres, scribitur enim in actibus Apostolorū c. 8. Cum vidisset Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus &c. Et Ioannes, ego rogabo Patrem, & aliū paraclitum dabit vobis &c. Et Paulus Apostolus primæ ad Corinth. Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Sanctus habitat in vobis &c. Hanc veritatem docuit etiam Augustinus quintodecimo de Trinitate. Dicēs quomodo ergo Deus non est qui dat Deum, & Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sancto. & Leo Papa in festo Pentecostes expressius dicit, Spiritus Sanctus datur non solum secundum virtutem, & operationem, sed etiam secundum pręsentiam maiestatis &c. (Pri. p. q. 13. art. 7. Distin. 17. q. vnica. Cap. 8. 14. c. Cap. 3. Cap. 26. Cap. 4.)

Circa quartam conclusionem nota, quod possit esse difficultas, an prius dentur dona Spiritus Sancti vel ipse spiritus Sanctus, & dicas tu quod secundū naturam materiæ, vel subiecti recipientis prius habentur dona Spiritus Sancti, quam ipse Spiritus Sancti, quia dispositio in subiecto antecedit formam; secundum verò intentionē finis prius

natura

natura habetur Spiritus Sanctus, quam eius dona,
Quæst.43. de quibus omnibus, lege Caietanum in primam
partem Sancti Thomæ. & Franciscum Ferrarieñsem
Cap.23. quarto lib. contra Gent. & Lichetum in præsenti
distinctione, & Syluestrum de Prierio in primo vo
lumine sui Conflatus.

Distinctio Quintadecima & sextadecima.

q.43. art.1. IN his duabus distinctionib. habētur octo con-
clusiones quarum prima est, ratio misionis cō-
sistit in duplici habitudine seu respectu, ista est
clara ex prima parte, & ratio est quia misio impor
tat habitudinem missi ab illo à quo mittitur, &
etiam aliam habitudinem ad locum ad quem mit-
titur, igitur conclusio vera, attamen cadit sub opi-
nione, quia Aureolus eam impugnauit in hoc li-
q.2.art.2. bro distin. 15. Volens misionem esse quandam le-
gationem, & missum dici legatū, verum deceptus
est quia quomodocunq; sumatur semper impor-
tatur in ipsa ille duplex respectus.

Secunda conclusio est. Misio conuenit Diuinis
Octauo. personis, ista est de fide, & habetur Ioannis. Non
sum ego solus, sed ego & qui misit me Pater, & ad
Quarto. Galatas quarto, Misit Deus Filium suum &c. & Ioā
Decimo- nis, Paraclitus quem mittet Pater in nomine meo,
sexto. & alibi, mittam eum ad vos &c.

Tertia conclusio est. Misio de sui ratione dif-
q.43. art.2. fert à procesione, & à datione, ista patet ex prima
parte, quia procesio dicit realem distinctionem
tantum ad principium à quo procedit, & non ad
aliquem terminum, datio autem non, quia idem
potest dare seipsum, Misio verò dicit duplicem il-
lum respectum, vt habetur in prima conclusione
primi, sed nota hic. Quod Misio est multiplex vel
secundum Imperium, sicut Imperator mittit du-
ces exercitus, vel secundum Consilium, vt Senatus
mittit Regem ad aliquod operandum, vel secun-
dum originem, vt flos mittitur ab Arbore.

q.1.art.1. Quarta cōclusio, soli Patri in Diuinis repugnat
misio, patet ista ex præsenti distinctione, & cadit
sub opinione, quia Lichetus de mente Scoti videt
eam hic impugnare, quia mittere, & mitti sunt rela
tiua &c. sed decipitur, quoniam est opinio Magi-
stri hic quod mitti conuenit tantum personis pro-
ductis, mittere verò personis producentibus, & cū
Pater à nullo sit, vt ait Athanasius, propterea ei nul
lo pacto conuenit misio. & si impropriè loquen-
do dicere possumus conuenire ei quandam veni-
Decimo- tionem secundum mentem iuxta illud Ioannis.
quarto. ad eum veniemus, & apud eum mansionem facie-
mus, hoc enim conuenit toti Trinitati, quæ inhabi
tat Iustum secundum gratiam gratum facientem,
& sic patri conuenit, sed non mitti, quia non est ab
alio, licet conueniat ei inhabitare per gratiam.

q.43. art.8. Quinta conclusio, Mittere personam diuinam
Cap.5. propriè conuenit Patri, & Filio, sed minus propriè
conuenit etiam Spiritui Sancto. docet istā Sanctus
Thomas prima parte, & est Augustini Secundo de
Trinitate, & est certa, & de facto, quia cum aliqua
persona dicitur mitti, significatur ipsa persona ab
alio existens & effectus in creatura, si igitur mittēs
designetur vt principium personæ missæ sic mitte-
re soli Patri & Filio conuenit, qui soli sunt princi-
pium alterius personæ, & hoc est propriè mittere,

A si autem mittens designatur esse principium effe-
ctus sic conuenit etiam Spiritui Sancto, quia tota
Trinitas causat effectum in creatura, & hoc modo
etiam Filius dicitur mittere se, sic & Spiritus San-
ctus mittit se ipsum, & adde hic per dominum Gu q.2.3. prin.
lielmū Altisiodorensem libro primo, quod mis- Cap.7.
sio Filij est triplex, vna secundum quam mittitur in
corde fidelium, & secundum illam à solo patre mit
titur, alia est qua missus est in carnem, & secundum
etiam istam etiam missus est à solo patre, tertia est
secundum quam fuit missus ad prędicandum iux-
ta illud, ad annunciandum mansuetis misit me Do
minus, & iuxta istam misionem missus est à tota
B Trinitate, &c.

Sexta conclusio. Misio Filij distinguitur à mis-
sione Spiritus Sācti: ista est de facto, & patet ex hoc
quia generatio Filij distinguitur à procesione Spi
ritus Sancti, & est de fide, vt habetur Ioannis. Ro- Decima-
gabo Patrem meum, & alium paraclitum dabit vo quarta.
bis &c. Nam procesio filij attenditur secundum
actionem intellectus, procesio Spiritus Sancti ve-
ro secundum actionem voluntatis, ergo procesio-
nes distinguūtur, sic etiam & misiones, vnde mis-
sio Filij attenditur, secundum illa dona quæ per-
tinent ad intellectum, docet Augustinus quarto Cap.6.
de Trinitate. Tunc Filius mittitur cum cognosci-
C tur actu quo percipitur ab aliquo, vt habetur sa- Cap.9.
pientiæ, mitte illam de cœlis Sanctis tuis, & à sede
magnitudinis tuæ &c.

Septima conclusio, Aliquando istæ duæ proces- q.43. art.5.
siones conueniunt quantum ad effectum, aliquan-
do differunt: hanc docet Sanctus Thomas prima
parte, & ratio est quod si misio importat originē
sic istæ duæ procesiones distinguuntur, quia pro-
cesio Filij dicitur generatio, procesio Spiritus
Sancti dicitur spiratio, si verò loquamur quantum
ad effectum, sic istæ duæ procesiones seu misio-
nes possunt cōuenire in radice gratiæ, & in liberali
communicatione donorum: possunt etiam differ-
D re quantum ad aliquos effectus, quia misio Filij
illuminat intellectum, misio Spiritus Sancti infla-
mat affectum, & si hęc Doctrina cadat sub opinio-
ne, quia eam impugnauit Aureolus, vbi supra, nihi-
lominus deceptus fuit non distinguendo de radi-
ce donorum, et de vltimato effectu ipsorum etc.

Vltima conclusio. Nunquam Spiritus Sanctus
mittitur quin mittatur Filius loquēdo de misio-
ne inuisibili, nec è cōtra, patet ista vbi supra, quan-
docunq; mittitur diuina persona inuisibiliter tūc
datur gratia gratum faciens, sed quando datur ta-
lis gratia illuminatur intellectus ad cognoscēdam
diuinam bonitatem, et inflāmatur effectus ad eam
E amandam, igitur conclusio vera, et si nō cadat sub
fide, sed sub opinione, quia Aureolus eam impu-
gnauit adducendo pro ipso exemplum Salomo-
nis Ecclesiastes. Cui datum fuit Verbum quo ad Primo.
cognoscendam diuinam bonitatem, non tamen
datus fuit ei Spiritus Sanctus ad amandam, quia
erat in peccato mortali, sed deceptus est Aureo-
lus, quia Salomon recepit verbum inuisibiliter, et
etiam Spiritum Sanctum quando ei infusa fuit Sa-
pientia, dum vero peccauit mortaliter amisit cha-
ritatem ex toto, sapientiam verò non ex toto illam
amisit, quandoquidem sapientia potest stare cum
peccato mortali, non tamē ipsa charitas. Adde hic
quod

quod pater non mittit seipsum, licet det seipsum quando communicat se liberaliter creaturæ rationali ad fruendum, de his omnibus lege Gabrielem hic, & Altisiodorensem lib. 1. & Caietanum prima parte, & Dominicum de Bannis, & Siluestrum de Prierio, primo volumine, sui Conflatus &c. & specialiter nota de Missione inuisibili quæ est adoptatio hominis per gratiam gratum facientem sine ostensione alicuius signi sensibilis, quando. s. Spiritus Sanctus per gratiam qua inuisibiliter animæ eã infundit in lapsu sanctificatiuo acceptaui ad vitã, & in Filium Regni, & hæredem Dei adoptat, talis collatio gratiæ, & adoptatio hominis per gratiam dicitur visio inuisibilis, lege Dominum Cardinalẽ Camera. lib. 1. & Gerson. parte quarta.

Cap. 7.

q. 9. art. 1.

Distinctio Decimaseptima.

IN hac distinctione habentur duæ quæstiones in quarum prima ponuntur tres conclusiones, & prima est, motus charitatis necessario requirit formam aliquã habitualem in nobis superadditam potentiæ naturali, patet hæc, ex Sancto Doctore secũda secundæ, & ratio potest esse, quia nullus actus excedens facultatem naturæ potest produci à potentia naturali nisi superadditur aliquis habitus per quem potentia eleuetur ad tales actus, sed actus charitatis est huiusmodi ergo &c. Præsens cõclusio cadit sub diuersis opinionibus, nam quidam Theologi de numero quorum, est Henricus, sustinent quòd ad eliciendum aliquem actus charitatis nõ requiritur habitus medius, & sic etiã Gabriel tenet in Quolibetis distingućns de habitu aquisito, & de habitu infuso, aliqui vero, & est Godfredus in suis Quolibetis sustinet quòd actus elicitus à potentia habet substantiam habilitatam ab ipsa potentia, sed intentionem talem vel taleitẽ, habet ab habitu. Scotus vero vt suus expositor Lichetus docet hic, vt habitum nõ habere rationem principij actiui respectu actus, sed tantummodo agere inclinatiuum ad ipsum actum, nullam habendo actiuitatem sicut nec grauitas respectu motus, quem non eligit, & hæc opinio, est magis falsa quẽ alia, quia quæro ab eo aut, hæc inclinatio, est actus elicitus ab habitu in potentia in ordine ad actum, aut est ipsemet habitus qui est actus primus, cum primo quia tunc accidẽs ageret in subiectum, non secundo, quia inclinatio inclinaret, & consequẽter causaret inclinatiuum, aut seipsam, aut aliam, & sic in infinitum igitur opinio est falsa, & illud quòd dicit de grauitate etiam male adducitur, quia species in Eucharistia, sunt graues, & mouentur deorsum, & principium elicitiuum illius motus non est quãtitas, aut qualitas alia à grauitate, quia hæc omnia sunt indifferentia ad motum sursum, & deorsum, cũ possint esse in graui, & leui, nec forma substancialis quia ibi nulla est, igitur erit grauitas, stat ergo conclusio nostra firma, quæ est Augustini libro 3. de doctrina Christiana, vbi dicit charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum &c.

q. 23. art. 2.

Quolib. 4. q. 10.

Quolib. 9.

Cap. 6.

Secunda conclusio actus meritorius necessario requirit gratiam creatã in anima eliciente vel producente huiusmodi actũ: hanc probat Sãctus Thomas prima secundæ, quia omnis actus producens ad finem supernaturalem requirit principium supernaturale, sed actus meritorius perducit ad finem supernaturalẽ qui est vita æterna, ergo requiritur principium supernaturale quod dicitur gratia. Et nota quòd hæc conclusio intelligitur de gratia quæ est donum habituale infusum animæ à Deo, quandoquidem gratia multipliciter sumi potest, & primo pro gratia quæ est dilectio alicuius sicut solemus dicere quod aliquis Cardinalis habet gratiam apud Summum Pontificem, secundo sumitur gratia pro recompensatione alicuius beneficij vt cõmuniter dicitur. ago tibi gratias de hac re. tertio est gratia vocationis & est quæ nobis affertur à Deo per aliquas moni tiones, vel flagellationes. Quarto dicit gratia prędestinationis quæ est ordinatio creaturæ rationalis ad finẽ supernaturalem. quinto est gratia iustificationis, & est illa, qua Deus nos facit iustos formaliter, vt scribitur in Concilio Tridentino. sexto est gratia magnificationis quę est collatio glorię ęternæ cũ meritis præcedentibus. septimo est gratia cogitationis, & est bona cogitatio quam habemus de Deo, de qua Apostolus ait, Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis &c. octauo dicitur gratia volitatiua, quę est bona volitio de qua Augustinus qui fecit te sine te, non saluabit te sine te. nono dicitur gratia perfectionis & est quãdo quis exequitur actum prouenientem ex ipsa gratia, & hęc potest dici gratia subsequens respectu gratiæ prouenientis: item est gratia protectionis, liberationis, extractionis, & saluationis, & gratia innocentiæ baptismalis, penitentialis, & multis alijs modis vt alias dicemus. Notandum est secundo, quod pro vt communiter imponitur à magistro sententiarum, quod in anima nostra nõ est gratia creata, sed est ipse Spiritus Sanctus qui est essentialiter charitas qua pater & Filius diligunt nos, & etiam qua nos diligimus Deũ, aliqui vero tenent quod id quo diligimus Deum, tripliciter intelligi potest, primo effectiue, & sic est tota Trinitas, secundo exemplariter, & sic dicitur ipse Spiritus Sanctus prout est vnio Patris, & Filij. tertio quo diligimus formaliter, & sic est affectio animi. Scotus vult hic quod actus noster nõ habet rationem cõpleti meriti per aliqua intrinseca ipsi agenti, & decipitur valde, quia si cõpleta ratio meriti dependet ex Diuina volũtate, sequeretur quòd homo existens in gratia gratum faciente iustificante, & viuificante non mereretur de cõdigno vitam æternam, sed tantum dispositiue, quod est absurdum, propterea teneas tu cõclusionẽ propositam quæ est de facto, quod actus meritorius de condignõ supponit gratiam habitualem, & viuificantem ipsam animam, quidquid sit modo de possibili vt tenent aliqui Thomistæ quod Deus possit de potentia absoluta sine habitu medio producere actũ meritorium in aliquo iusto, ita quòd ille diceret Deo carus, & iustus denominatione extrinseca.

Sess. 6.

Tertia conclusio est gratia gratũ faciens realiter distinguitur à charitate & ab omni virtute. s. fidei, & spei, hanc probat Sanctus Thom. pluribus in locis suæ doctrinæ, præsertim in deputatis de veritate, & ratio esse potest quia omnis virtus operatiua disponit subiectum prout congruit suæ naturæ, ergo omnis virtus præsupponit naturã aliquam cui sit congruens, & propo tionata, si est virtus naturalis

q. 27. art. 2.

q. 109. ar. 1.

talis supponit naturā qua homo est, si supponit na- turam qua homo supernaturaliter viuit, et ille est participatio diuinæ naturæ quam Theologi vocāt gratiam, vnde cum charitas sit virtus perficiens voluntatem necessario supponit gratiam existentem in essentia ipsius animæ, à qua realiter distinguitur sicut facultates naturales reponuntur in secunda specie qualitatis realiter distinguuntur ab earum naturis. et si conclusio hęc sit manifesta nihilominus cadit sub opinionibus, quādoquidem Scotus
Distin.27. 2.senten.& Riccardus, & Durandus oppositum tenent impugnando istam conclusionem pluribus argumentis, sic etiam Gabriel, & Marsilius, nihilominus male sentiunt, & cōtra Concilium Viennense, vbi dicitur quod paruulis in baptismate infunduntur gratiæ, & virtutes Theologicæ, quibus verbis significatur quod gratia est realiter distincta à virtutibus Theologicis, nam si esset distincta tantummodo formaliter frustra adderet illa verba, & virtutes Theologicæ: hoc etiam videtur expresse si-
Cap.3. gnificare Apostolus ad Romanos in illis verbis, iustificati gratis per gratiam ipsius, vbi vult gratiam dare esse supernaturale, & Ioannes in prima sua Ca-
Cap.4. nonica docet charitatem date nobis operari in illis verbis, commēdat autem Deus charitatem suā in nobis &c. Vnde sicuti operatio distinguitur ab esse, ita & charitas distinguitur ab ipsa gratia: nec obstant argumenta Scoti, Aureoli, & Gregorij Ariminensis, & cæterorum aduersariorum, quia facile soluuntur ab ista veritate quæ est solutio omnium dubiorum &c.

Adde, & hic quomodo gratia & charitas est nobilior secūdum quid qualibet creatura spirituali, sicut actus est nobilior sua potentia, licet creatura spiritualis sit simpliciter nobilior qualibet gratia, & qualibet charitate, sicuti substantia est nobilior absolute suo accidenti.

Tract.2. In secunda quęstione habentur septem conclusiones quarum prima est. Charitas creata potest augeri, hæc est de facto, & verissima, & nedum ex doctrina Sancti Thomæ, sed ex Diuo Augustino habetur super Ioannem, Ait enim ipse, Charitas cū fuerit nata, nutritur, cū nutrita fuerit, roboratur, cum fuerit roborata, perficitur.

Secunda conclusio est, licet intentio aliquarum qualitatum fiat per remotionem contrarij, tamen intentio charitatis non fit illo modo, hanc ponit
Dist.17.q.2. Sanctus Thom. primo sententiarum. & ratio est,
art.2. quia aliquæ qualitates possunt esse in subiecto participante contrarium, sed charitas non est ita præsertim in statu innocētiæ, in quo Angelus, & homo erant in gratia nescientes contrarium charitatis.

Tertia conclusio est. Charitas non potest augeri isto modo quod charitas addatur charitati, hāc
q.24. art. 5. enim ponit Sanctus Thom. pluribus in locis, & præsertim secūda secundæ, & ratio esse potest, quia isti gradus charitatis aut essent distincti specie, aut numero, non primo, quia omnes charitates sunt eiusdem speciei, non secundo, quia tunc essent in diuersis subiectis, deinde si simplex, simplici addatur
Test.2. nihil maius efficitur, vt docet Aristoteles 6. Physicorum. sed charitas est quid simplex, ergo per additionem charitatis ad charitatem non efficietur maior charitas.

Quarta conclusio est. Ponere charitatem augeri, isto modo quod magis firmatur & radicatur in subiecto, & quod non augetur essentialiter, implicat contradictionem, hanc docet Sanctus Thom. q.24. art.4. secunda secundæ. Et ratio est, quia formam augeri secundum essentiam est ipsam magis radicari in subiecto, & ei inesse, igitur quotiescunque charitas magis firmatur, & radicatur in subiecto, maiorem actum, & feruentiorem dilectionis producit, ergo ne dum ex maiori in radicatione & inhærentia, sed ex maiori essentia prouenit hic feruentior actus dilectionis, & sic idem est magis radicari in subiecto & essentialiter augeri.

Quinta conclusio, Charitas augetur per hoc qđ reducitur de imperfecto ad perfectum, patet hoc ex pluribus locis doctrinæ Sancti Thomæ, & ratio esse potest, quia cum charitas sit forma, & moueri de imperfecto ad perfectum est ipsum subiectum magis reduci in actū, & participare ipsam formā, ergo charitatem augeri nil aliud est nisi quando voluntas quæ est subiectum eius magis eam participat, quod docet etiam Augustinus 7. de Trinita- Cap.9. te, in his quæ non mole magna sunt, idem est esse maius quod melius.

Sexta conclusio. Quod aliquæ formæ intensibiles intenduntur non solum secundum maiorē participationem subiecti, sed etiam per additionem alicuius, patet hęc secūda secundæ. Et ratio esse po- q.24. art.1. test de habitu scientifico, qui augetur per additionem, dum extenditur ad quædam obiecta, ad quæ prius se non extēdebat, & sic augetur scientia Geometriæ in eo qui de nouo incipit scire aliqua geometricalia quæ prius nesciebat.

Vltima conclusio est. Nō omnis forma est augmentabilis seu intensibilis, hanc ponit S. Thom. q.52. art. 1. prima secundæ, & ratio esse potest quia species rerum sunt sicut numeri, in quibus vel additio, vel diminutio variat speciem ex Arist. 8. Metaphysico- Test.10. rum, igitur aliquæ formæ, quando sortitæ sunt rationes speciei non possunt plus excedere, nec minus deficere, sicut patet de sanitate, quæ cum venerit ad dispositionem conuenientē naturę animalis non poterit variari dispositio eius in plus, & in minus, ergo conclusio est vera, quod non omnis forma est augmentabilis, & insensibilis, intellige tu secundum quemcunque gradum.

Circa has conclusiones. Nota quod de augmento formali, & habituum fuerunt varię sententiæ tū Philosophorum, tum Theologorum, & prima fuit Scoti quā recitat Antonius Andrea in quęst. suis Quæst.4. metaphysicalibus super octauum librum, volentis formas ipsas suscipere magis, & minus secundum gradus indiuiduales, quam opinionem pluribus argumētis impugnauimus in nostris dilucidationibus in eodem libro. secunda opinio fuit Eruei Dilucid. 6. primo sententiarum asserentis formas accidentales intendi, & remitti per additiones gradus ad gradum specifice, tertia opinio fuit Auerrois deci Cōmen.7. mo Metaphysicorum, existimātis formas accidentales suscipere magis & minus per appropinquationem ad summum, & recessum ab eo, quas omnes opiniones recitauimus, vbi supra. Bartholomęus Medina in expositione primæ secundæ nar- q.50. art.3. rat quoque opinionem Durandi volentis in hoc libro, augmentum formarum fieri per aduentum nouæ qualitatis corrupta priori minus intensa, sed

hæc

nomen essentiale, & Gregorius Nazanzenus libro A quinto suæ Theologiæ circa finem multa dicit de
Distin.18. hac re quæ sunt contra Durandum. Nominales vt est Gabriel, & Ocham, male etiam docent hic, Spiritum Sanctum ab æterno esse donatum, quandoquidem non est donatus creaturis, quia nondum erant, nec donatus est patri à filio, quia filius nihil donat Patri. Notandum etiam quòd donum est duplex, independens, & dependens, & hoc dependens quatuor modis esse potest, primo communi-
1.p.q.13 iter, & est illud bonum quod libere, voluntarie, & gratuite communicatum est creaturæ de quo Apostolus ait quid habes homo quòd non accepisti. Secundo capitur donum strictè, & sic est omne bo- B num collatum libere à Deo ipsi creaturæ, spectans ad ordinem supernaturalem, vt iustificatio impij dicitur donum Dei vt ait Apostolus Deus est qui iustificat. Tertio capitur strictius & sic donum est:
1.p.q.13 omne bonum quod Deus liberaliter communicat creaturis sine ipsis cooperantibus, & sic fides, spes, charitas, &c. dicuntur dona Dei, vt ipsemet Apostolus docet, fides est donum Dei; Vltimo capitur strictissime pro omni bono collato à Deo sic quod est essentialiter gratuitum ad gratiam gratum facienté, & sic septem dona Spiritus Sancti dicuntur dona Dei. Donum vero independens tripliciter capi potest, primo pro omni re quæ gratiosè dona- C tur & confertur, & isto pacto omnes tres personæ diuinæ, & essentia sunt dona per identitatem, vt do-
q.38. art.1. cet Sanctus Tho.p.p.&c. Secundo modo accipitur donum pro re quæ gratiosè confertur, sed est distincta à donante realiter, & sic est nomen personale conueniens Filio, & Spiritui Sancto, de Filio
Esai. cap.9. habetur Esaiæ, filius datus est nobis &c. & de Spiri-
Ioan. c.14. tu Sancto scribitur Ioánis, Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis &c. Et hoc communiter loquendo quia donum, & datum proprie loquédo differunt, si quidem donum importat aptitudinem ad dandum, datum autem dationem in actu. Tertio potest accipi donum pro eo quod gra D tiose confertur, & est prima ratio donandi, & primum donum, & sic tantummodo conuenit Spiritui Sancto, qui procedit à Patre & Filio per modú amoris, qui amor est prima ratio donandi, & primum donum; de quibus omnibus lege Caietanú prima parte Sancti Thomæ in expositione secundi articuli &c. Possumus etiam aliter dicere, & explicare hanc veritatem asserentes donum tribus modis vsurpari posse, primo in communi & in genere, & sic importat gratuitam, & liberalem donationé sine aliquá spe retribuendi, & sic diuina essentia nó est hoc modo dicenda donum quandoquidem communicatur Filio, & Spiritui Sancto necessario, E
Cap.26. & non libere, nec obstat quod scribitur Ioannis, Pater quod dedit mihi maius omnibus est, quæ verba intelliguntur de diuina essentia, vt scribitur
2.par.q.p. in Capitulo damnamus, de summa Trinitate, & fide catholica, quia aliud est dare, & aliud donare, quandoquidem dare importat quamcunque dationem siue ex necessitate, siue ex liberalitate; secundo modo vsurpatur donum pro eo quod pro-
2.par. cedit ab alio, & sic diuinum verbum cum procedat à Patre dicitur donum. Tertio modo sumitur donum pro eo quod procedit secundum quandam donationem, & processionem quæ suapte natura est amor, qualis est spiratio passiua Spiritus Sácti, vt docet Augustinus 4. de Trinitate, & sic est pro- Cap.20.
prium nomen tertiæ personæ diuinæ sicuti procedere à Patre, & à Filio, & hoc competit sibi ab æterno; donari tamé actu, & quod nobis illabatur conuenit ei ex tempore per relationé rationis eius ad creaturas, tamen illa relatio nó côuenit illi ratione proprietatis personalis, vnde notanda est hæc regula, quòd omnis relatio Dei ad creaturas nó potest illi competere ratione proprietatis personalis, sed, ratione essentialis quod includit in se sicuti verbo diuino conuenit relatio ad creaturas, nó quatenus Filius, sed quatenus includit notitiá quæ est essentialis, similiter Spiritui Sancto conuenit relatio ad creaturas non quatenus spirator, sed quatenus dicit amorem, essent alé omnibus personis diuinis.

Distinctio Decimanona.

Præsens dist. tres continet quæstiones in quarum prima hęc tantummodo conclusio disputatur, quælibet diuina persona est in alia qua- q.41.art.5. Ioan.14.
libet, hanc ponit Sanctus Thom.p.p. quæ conclusio est de fide tenenda vt scribitur Ioan. Ego in Pater, & Pater in me est, propterea circa veritatem eius nulla est difficultas; sed cadit sub opinionibus ratio qua vna persona sit in alia, quæ dicitur ratio circum in sessionis, circuminsessio ipsa dicitur quod vna persona est in alia, sed circa ipsam róné extant diuersæ sententiæ, & prima est Henrici in Súma vbi 1.2.q.1.ar.1
explicando hoc negocium dicit quod vna persona diuina non est in alia secundum totum vt vinú in Amphora, neque per partem, quæ non sit eius in quo est vt auis in laqueo per pedem, sed est in alia per aliquid eius in quo est, hoc autem est essentia. Secunda sententia est Scoti in hoc libro distin.19. Distin.19.
Volentis vnam personam esse in alia non ratione solius essentiæ, nec ratione solius relationis, sed hic modus essendi non est veluti natura in supposito, vel forma in materia, sed quædá in existétia quæ opinio est falsa, & aliena à veritate, quia ista in existétia nó est cognitionis vel durationis, vel situationis, vel causalitatis, vel immensitatis, vel vnitatis essentiæ, vel mutuę inclusionis, relationum in esse cognito; ergo fictitia. Tertia sńia est Aureoli dicentis vnam personá esse in alia, ratione distinctionis, qui modus non reducitur ad aliquem modum illorum quos Aristot. posuit 4. Physicorum. Quarta Tex.22. Quæst.2.
sententia est Durandi in præsenti distinctione asserentis rationem huius circuminsessionis esse essentiam, eo quod vna omnium est, & iste modus reducitur ad modum quo natura est in supposito. Sanctus Thom. asserit rationem huius circum in sessionis non esse vnam, sed triplicem, & prima est diuina essentia quę est realiter in omnibus tribus personis. Secunda est relatio secundum intellectú, quia vnum oppositorum relatiue est in altero. Tertia est origo, quia verbum est in dicente, & amatú in amante, nec valent argumenta aduersariorum contra istam veritatem vt clare est videre hic apud q.42.art.5.
authorem, & apud Caietanum. caueas tamen tu ab opinione Scoti, vt tetigimus in reprobatione eius, quia inexistentia cognitionis nó potest esse ratio quod vna persona sit in alia, quia tûc quælibet persona esset in se, cum sit sibi præsens in esse cognito,
nec

primo terminatur ad verum, igitur cõclusio patet. Minor ꝓbatur ex 2. de Aĩa ex Arist. vbi dicit ꝙ intellectus est verorum. pro maiori declaratione huius, Nota, quod veritas potest accipi tripliciter vno modo materialiter, alio modo causaliter, tertio modo formaliter, primo modo potest dici esse in re. ſ. materialiter, in quantũ res est sibi fundamentũ, & origo veritatis, & põt dici materialiter in intellectu, inquantũ fundatur materialiter super actũ intelligendi, qui est in intellectu, secũdo modo põt veritas dici causaliter in re, inquãtũ res causat veritatẽ in intellectu, & põt etiam dici causaliter in intellectu, inquãtum intellectus aliquo modo est causa actus intelligẽdi, in quo relucet veritas rei, tertio modo põt veritas accipi dupliciter, vno modo pro rectitudine quã res habet quando ita est sicut esse dẽt; dicimus. n. quod ista est vera domus sicut quia est sicut decet esse, alio modo pro rectitudine siue conformitate vel adæquatione, quam habet res vt est manifestatiua sui apud intellectũ, primõ modo est veritas formaliter in re, quia quando domus dr̃ vera, quia est sicut esse debet, tũc veritas domus est esse domus, vnde sicut entitas eius est formaliter in re, & veritas sc̃do mõ est formaliter in intellectu.

Secũda cõcl. est; Veritas prout est in re, dicit esse vel essentiã rei, & cũ hoc quandã relatione fundatã in re, & terminatam ad cognitionem vel similitudinem quæ est in intellectu, & hoc loquendo de veritate, vt est in re creata, hãc docet S. Tho. in præsenti libro, (Dis. 19. q. 5. art. 2.) cuius ratio esse potest, quia sicut se habet vniuersale, & tempus ad ea quibus cõpletur ratio formalis; ita etiam veritas, sed materiale in istis est res extra & complementum rationis eorum est per actũ animę, ergo materiale veritatis est entitas extrã, & formale ille respectus. vbi nota quod diuersi Theologi diuersa senserunt de ista conclusione, nam Aureolus in hoc libro (Distin. 16.) docuit veritatem esse ipsam naturam rei cum exclusione cuiuscunq; extranei positiui, & priuatiui, non autem adæquationem vel relationem, siue respectũ, vt diximus. Godfredus in Quolib. 2. (Quæst. 3.) scripsit veritatem ipsam esse in rebus causaliter, & in intellectu speculatiuo formaliter secundum adæquationem passiuam, in practico autem, secundum conformitatem seu adæquationem actiuam, quãdoquidem obiectum mouet intellectum speculatiuom, practicus vero mouet ipsum, quia est actiuus, ipse autem Petrus de Palude qui habetur manuscriptus in Bibliotheca Vaticana, & Sancta Maria super Mineruam in præsenti libro (Dis. 17. q. 2. art. 1.) scripsit veritatem ipsam dicere absolutum cũ respectu conformitatis rei ad ipsam propositionẽ vel cognitionem, & si intellectus sit alicuius entis rationis illa veritas erit ens rationis; si vero alicuius entis realis, erit ens reale.

Tertia conclu. Veritas prout est in intellectu nõ est relatio adæquationis, sed est cognitio vel species aut cõceptus adæquatus rei, vel adæquans sibi rẽ, sic quod veritas supponit pro tali absoluto, sed vltra illud absolutum dicit respectum conformitatis, vel adæquationis ad rem intellectam. ratio huius cõclusionis est, quia veritas rei dicit entitatem eius cum respectu, ergo & veritas intellectus dicit absolutum cum respectu, sicut & bonitas rei in ordine ad voluntatem non dicit absolutum tantum, nec respectum tantum, sed absolutũ cum respectu,

A vbi nota quod Henricus in Quolib. docuit, veritatẽ dici de tribus, de entitate rerum primo, secũdo de cõceptu, vel de propositione, tertio de obiecto intellectus enuntiatiui. (Quolib. 3. q. 1.) Durãdus autem in hoc libro (Dis. 20. q. 6.) narrat quandam opinionem dicentem, veritatem ipsam esse in intellectu sicut in subiecto, vel potius sicut realis respectus in suo fundamento, & impugnat eam duabus rationibus, & tandem cõcludit, quod veritas nõ est in intellectu subiectiue, sed tantum obiectiue, siue intellectus intelligat per simplicem intellectionem, siue per compositionem, & diuisionem, siue per discursum, sed determinatio huius negotij consistit in conclusionibus præpositis, B quibus additur, & alia conclusio quarta. Quælibet res creata extra animam existens potest dici vera triplici veritate. ſ. veritate quæ est formaliter in se, secundo veritate quæ est Deus, tertio veritate quæ est in intellectu creato, hanc scripsit Sanctus Tho. (q. 1. art. 2.) in disputatis de veritate, & ratio huius esse potest, quia quælibet res est ens, & ens & verum conuertuntur: igitur res dicitur vera, veritate quæ formaliter in re, deinde Deus est prima veritas, vt docet Augustinus in libro de vera Religione, veritas est summa similitudo principij, quæ sine vlla dissimilitudine est, vt vnumquodque dicitur verum in ordine ad primam veritatem. De intellectu quoque C dicitur ab Aristotile sexto Metaphy. (Tex. 4.) quod verum, & falsum sunt in intellectu, vbi nos latius disputauimus in dilucidationibus nostris, (Dilucid. 6.) num verum à Metaphy. vel à logico consideretur, sed pro maiori dilucidatione omnium istorum adde contra Ioannem Bacconum quod veritas siue sumatur trascendentaliter, siue formaliter secundum quod principaliter in intellectu est entitas realis, & ratio est quia entis rationis nulla est causa per se, sed veritas causatur à prima veritate, igitur nõ poterit esse purum ens rationis, quod consequitur operationes intellectus, adde etiam quod veritas non distinguitur realiter ab Ente sed tantum ratione, non D quidem ratiocinante solum sed etiam ratione ratiociuata, quæ habet fundamentum in ipsa re: patet hęc quia vnumquodque in tantum est verum, inquantum est ens, ergo veritas non distinguitur ab entitate: adde & postremo quòd verum non addit supra ens aliquid reale realiter distinctum, sed addit expresse perfectionem quandam realem entis quam nos non concipimus per hoc nomen ens, & ratio à simili esse potest, quod sicut vnum importat quandam negationem diuisionis, tamen ipsa vnitas non est negatio, ita veritas importat quandam conformitatem ad intellectum, ipsa tamen conformitas non est aliquid realiter distin- E ctum ab ipso Ente, & hinc est quod ooo dicit respectum precise sed absolutum cum respectu, de quibus omnibus lege Caietanum in primam partem (q. 16. art. 1.) Sancti Thomæ. & Ferrariensem primo contra gentes. (Cap. 6.) lege etiam Gabrielem in pręsenti libro. (Distin. 19.)

Distinctio Vigesima.

IN hac distinctione duas conclusiones defendit contra Aureolum: altera est potentia generandi non pertinet ad omnipotentiam simpliciter, hanc docet S. Tho. de potentia Dei. (q. 2. art. 5.) Asserens ꝙ oẽ pertinens ad oĩpotentiã simpliciter reperitur in oĩ

Distinctio Vigesimasecunda.

IN hac distinctione quinq; conclusiones ponit Author, quarum prima est. Nullum nomē proprie dicitur de Deo quātum admodum signifi- q.13. art.1. candi, hanc ponit S.Tho.p.p.& ratio huius conclusionis est, quia omne nomen quo ad modum significandi, siue sit concretum vt iustus, siue abstractū vt iustitia, dicit imperfectionem: nomen.n.concretum dicit compositionem, abstractū aūt, significat per modum nō per se subsistentis, sed quo aliquid est: & cum nulla imperfectio reperiatur in Deo glorioso, propterea sequitur ꝙ conclusio proposita sit vera; animaduerte hic ex D.Aug.in lib. Dialecticę ꝙ nomen in generali sumptum ꝙ ipse verbū appellat, habuit originem vel à natura, vel ad placitum, nam licet impositio nominis pēdeat à libertate hominis, attamē facta est, vt in pluribus, propter similitudinem & proportionē ad res ipsas, quibus imposita sunt nomina, homo.n.in statu innocētię habuit perfectissimā cognitionem rerū, potuit ergo ipse apertissime imponere nomina istis rebus, secundum quòd eis quadrabant, quia ita legimus in Genesi, quod omne ꝙ vocauit Adā animæ viuētis, hoc est nomen eius.

Secunda concl.est. Aliqua nomina proprie dr̄ de Deo, quantum ad rē significatam, & quędā non q.13. art.6. sed solum metaphorice, hāc ponit S.Th. vbi supra, & ratio esse potest, quia oē nomen significans perfectionē simpliciter proprie dr̄ de Deo, cum in eo sit oīs perfectio simpliciter, sed aliqua nomina sūt huiusmodi, vt est intelligens, volens, potens: igitur prima pars conclusionis est vera, aliqua vero noīa includūt in se aliquā imperfectionē, sicuti est, lapis, Agnus, Leo, & hęc dicuntur de ipso Deo glorioso Metaphorice, & similitudinarie, vbi nota ꝙ nomen cū nil aliud sit, quam vox articulata, habet naturā soni, quam naturā cū suis gradibus à supremo ad infimū sequuntur multæ passiones, vt asperū, lene, obtusum, acutū, graue, quibus si apponas naturam organorū sequitur diuersa noīa, diuersas, & dissimiles esse quoque voces secundū diuersitatem nationum, & locorum & figurarū, & modū proferēdi inter quas nationes nobilior est lingua Hebraica, nam cū certū sit, eam proneniſſe ab Adā, ꝓpterea ipsa nō solū antiquitate, sed ꝓprietate, virtute, excellentiaq; eminet sine cōparatione cæteris oībus, & ideo vnica fuit, ac durauit vsq; ad Turrim Babel vbi fuerunt cōfusæ linguæ, & sic diuersa noīa orta.

Tertia conclu.est. Nullum nomen à nobis impositū significat diuinam essentiam vt in se est, sed vt repręsentatur imperfectionibus creaturarum, hāc docet S.Th. vbi supra, hac efficaci ratione sicut intelligimus, ita nominamus, sed nō possumus intelligere diuinam essentiam vt in se est, sed tantum vt repręsentatur per creaturas, igitur conclusio vera, & quāuis verissima sit, nihilominus Scotus in præ- Dis.22. q6. vnica. senti loco impugnat hanc rationem S.Tho. asserēs, ꝙ Iudæi vtuntur quibusdam nominibus, vt est hoc nomē Tetagrāmaton, quibus expressius, & clarius significant rem, quam ipsi cōcipiunt, & similiter de illo nomine Iesa, & ego sum qui sum, &c. Et quamquam Caietanus in expositione huius rationis resolute & acerrime satisfecerit rōnibus Scoti, Franciscus tn̄ Lichetus de Brixia, in pn̄ti distinctione

A audet dicere solutiones noui expositoris primę partis S.Tho. Thomę Caietani de vio nihil valere, q.13. art.1. & persistit ipse in hac falsitate ꝙ nomen distinctius significat rem, quam cōcipiatur, & hanc etiam sententiā sequūtur nominales, vt est Ocham, Gabriel, Thomas de Argentina, Petrus de Rubione, & tota Schola Scotistarū, & nō animaduertūt, ꝙ si daretur aliquod nomen ꝙ distinctius significaret rem, quā nos cognoscemus, frustra esset illud nomen, nam si Deum secūdum se non possumus cognoscere, nec etiam nomen significans Deum secundum se habemus. & hęc est sentētia S.Thomæ hic, & communis consensus oīum bonorum Theologorum, vt est Al

B berti tractatu 6. Bonauenturæ, Aegidij, Riccardi, Quæst.16. Durādi, in præsenti loco, authoris, Caietani, & Ferrariensis primo contra gentes, & omnium Thomistarum, quæ est sentētia etiā Patrum nempe ipsius Dionisij Areopagitæ libro de Diuinis nominibus, D cap. 30. & Gregorij Nazazeni oratione quarta de Theolo- G.cap 1. gia, & Iustini martyris in oratione ad gētes, & Hi- Hi. cap 9. larij lib 3. de Trinitate, Athanasij, Damasceni lib. 1. D.cap.12. fidei Orthodoxæ D. Ambrosij lib. 1. de Trinitate, A.cap.5. & diuini Aug. 19. tractatu in Ioanne, & in sermone 34. de Verbo Domini, & oēs fere boni authores ita sentiunt vt præsens cōclusio docet, videat ergo Lichetus quibus se opponat: oēs.n.isti asserunt, ꝙ

C non possumus in hac vita imponere noīa ipsi Deo, quę ipsum repręsentent sicuti est, etiam quod sint imposita ab ipso Deo, vel ab Angelo beato, & licet illa noīa Tetagrāmaton & Iesa habeāt modū significandi confusum diuinæ naturæ, quia sunt noīa ineffabilia vt dicunt Rabini & est videre apud Abulensem in Exodo, attamen semper in eis importat Cap.6. q.1. respectus ad creaturas, & ideo nūquam possumus habere notitiam distinctam de Deo, etiam per ista noīa in Ecclesia militante, quidquid tamen fit in Ecclesia triumphanti. &c. Sequitur ergo 4. conclusio nullum nomē à nobis impositū significat Deū secundū simplicē & proprium ei soli conceptū, rō

D huius conclusionis sumitur ex Doctrina S.Tho. sic, si esset aliquod nomē tale, maxime esset hoc nomē Deus, vel hoc nomē qui est, ꝙ significat pelagū diuinæ substatiæ, sed hoc esse nō pōt, quia huiusmodi noīa exprimunt naturā diuinā sub hoc cōceptu incōplexo. s. vniuersalis prouisor, vel prima causa, primus motor, vel primum ens, & cōstat manifeste partes istorū cōplexorū cōceptuū, conuenire creaturis. igitur conclusio vera, ex qua repręhēdendus venit Aureolus qui oppositū huius conclu. sustinet in pn̄ti distinctione & laudādus Petrus Fonseca so Quæst.1. cietati Iesu in suis cōmētarijs super v. Metaph. Aris. Cap.1.q.2. vbi repręhēdit opinionē Scoti, & oīum noialiū, cū

E quib. currit Aureo. adducēs illud Simonidis ꝙ scribit lib. 1. de Nat. Deorū à Cicerone, qui Simonides cū esset interrogatus à Tyrāno Hierone quid esset Deus, deliberādi cā, diē postulauit, & cū idē ex eo postridie quæreret biduū petiuit, cum sæpius duplicaret numerum dierum, admirans Hiero, quæsiuit cur id faceret, quia inquit quāto diutius cogito, tāto mihi res videtur obscurior. recte aūt dixit obscurior, quia nō est imaginabile imponi nomen distinctius significās, quā cōcipiatur, & propterea sapiētissimus Salomon scripsit libro Prouerbiorū, ꝙ nomē eius, & ꝙ nomē filij eius, si nosti. & B. Dionysius lib. de Diuinis nominibus, proclamat ꝙ ip-

sius Dei, neq; est sensus, neq; fantasia, neq; opinio,
Cap.2. nec ratio, nec scientia, & in libro de Cęlesti Hierarchia docuit q negationes de Deo sunt veræ, affirmationes autem incompactæ.

Vltima coucl. Nullum nomen à nobis impositũ
q.13. art.5. dicitẽ vniuoce de Deo, & creatura, hanc ponit S.Th. p.p. & ratio esse potest, quia omnis effectus nõ adæquans virtutẽ causæ agẽtis recipit similitudinem eius non secundũ eandẽ rationẽ, sed deficiẽter, sed huiusmodi sunt nomina quæ imponuntur à nobis ipsi Deo, igitur nõ vniuoce de Deo, & creatura dici possunt: & hæc est conformis sacris litteris tum ve-
Cap.40. teris, tum noui testamenti: scribitur. n. Esaiæ, oẽs gẽtes quasi nõ sint sic coram eo, & quasi nihilũ & ina- B
Cap.1. ne reputatę sunt: & Ioãnis, q factum est in ipso vita erat, quasi diceret, q factum est in Deo, & vita Diuina, & quasi mortuum, hanc conclusionẽ quoque
Cap.2. docet B. Aug. lib. 1. de Trinitate, & D. Hieronymus
Cap.3. in Epistola ad Ephesios, in illa verba à quo omnis paternitas siue in cœlo, siue in terra nominatur, &
Cap.5. D. Dionisius de cœlesti Hierarchia. male ergo Sco-
Dist.3.q.2. tus in hoc libro formauit plurima argumenta contra istam conclusionem, tamen nihil proficit, quia non conuineunt, quãdoquidem ista nomina dicta de Deo, & de creaturis nec pure vniuoce, nec pure æquiuoce, sed analogice dicuntur, & si attẽdamus ad rem significatam prius dicũtur de Deo quã de C creaturis, si autem quo ad impositionem nominum, prius dicuntur de creaturis, quam de Deo, & hoc loquendo de nominibus quæ proprie de Deo prædicantur, quia illa quæ prædicantur per metaphoram prius dicũtur de creaturis, quam de Deo: & pro maiori dilucidatione nominũ istorũ
Cap.5. lege dominum Caietanum in Opusculo de Analogia nominũ, & Dominicũ de Soto in ante prædica
Dilucid.1. mẽtis, & dilucidationes nostras super 4. Metaphy.

Distinctio Vigesimatertia.

IN præsenti distinctione tres tantum conclusio- D nes defendit Capreolus, quarũ prima est; Tam prima quam secunda intentio est conceptio in-
Dist.2.q.1. art.3. tellectus, hãc ponit S.Tho. in pręsenti libro, & ratio esse potest, quia omne fabricatũ ab intellectu, aut est species intelligibilis, aut actus intelligendi, aut cõceptio, sed prima, & secũda intentio sunt ab ipso intellectu fabricatę, & nõ sunt species intelligibiles nec actus intelligendi, ergo sunt conceptiones. Animaduerte hic q Scotus docet in hoc lib. in præsenti distinctione, Intentionem secũdam esse relationẽ rationis, hinc ortæ sunt diuersæ sententiæ circa
Quolib.2. veritatẽ huius conclusionis. Nã Erueus in Quolib. scripsit tam primam quam secundam intẽtionem E esse cõceptũ obiectalẽ. i. rem intellectam, sed prima intentio est res extra intellectum, secũda vero, etiã
Cap. de Genere. esse rem intellectã alteri attributam, sententia Caietani in lib. prædicabilium est secũdam intẽtionem esse secundã attentionẽ intellectus, qua in rebus sibi oblatis intuet ea quæ cõueniunt illis ex aduẽtione intellectus, vt subiectũ prædicatum, & huiusmodi. Primam aũt intentionẽ vocat illam attentionẽ intellectus, qua inspicit in rebus sibi oblatis, ea quę cõueniũt illis in rerum natura, vt sunt homo Leo, Capra, &c. similia. Crisoſtomus Iauellus in paruis logicalibus scripsit primam intẽtionem intellectus esse primũ conceptũ fundatum in re immediate, & est ens reale, vt primo ab intellectu appręhẽsum, vt est animal rationale, secundam autem intentionem vult esse secundum conceptum formatum ab intellectu fundatũ in re non immediate, sed mediante primo cõceptu, vt esse pdicabile de pluribus veluti species. Capreolus hic docet de mẽte S.Tho. vtrãq; intentionẽ esse formalem intellectus conceptũ. oẽs tñ hæ sententiæ possunt concordari, & adduci ad bonum sensum, vt patet interius speculãtibus: snia tñ Capreoli est de mente veterũ Logicorũ, præsertim Auicẽnæ 3. suæ Metaph. vbi docet intẽtionẽ tã primã quã secũda esse accidẽtia ipsius intellectus. Cap.7.

Secunda conclu. est, Tales intẽtiones quædã conueniunt naturis, quædã conueniũt suppositis naturarũ: hæc est de mẽte S.Th. p.p. & et in libello de En q.30. art.4. te & essentia in capite 6. & ratio esse põt, id q cõue- Cap.6. nit naturæ solũ vt est abstracta à suppositis nõ conuenit ipsis suppositis, sed aliquæ intentiones sunt huiusmodi puta intentio generis conuenit naturæ aialis & intentio speciei naturæ humanæ, & intẽtio differentiæ ipsi rationali, aliquæ vero secũdæ intentiones, vt est indiuiduũ particulare, vel singulare, vel persona conueniunt suppositis naturarũ, igitur conclusio vera. Nota hic q omne nomen secundæ intentionis dupliciter sumi potest vno modo formaliter, hoc est cũ sumitur pro illa intentione, alio modo fundamẽtaliter, & hoc est cum sumitur pro re substrata. Verbi gratia, Genus, qñ diffinit à porphyrio sumitur formaliter, dicendo q prædicatur de pluribus differẽtibus. nõ aũt pro re substracta, nisi denominatiue, nec pro aggregato, quia cõplexorũ nõ est diffinitio, vt docuit Arist. 7. Metaph. & Text.13. sic dicẽdum est de oĩbus intentionibus cõuenientibus naturis, quam suppositis earum.

Tertia conclu. nomen hoc, Persona, nõ est nomẽ secundæ intentionis, sed est nomẽ rei, cui conuenit secunda intẽtio, hanc docuit S.Th. p.p. & ratio est, q.29. art.2. quia hoc nomen persona, significat conceptum habentem immediatũ fundamentũ in re, cui cõuenit ratio indiuiduationis, igitur est nomen rei, cui cõuenit secũda intẽtio, hęc conclusio nõ est de facto, sed cadit sub opinione, qñquidem Lichetus de mẽte sui doctoris in præsenti distinctione tenet, q persona significat primã intẽtionẽ substantiæ, sed sua in qua dicitur, q est intellectualis naturæ in cõicabilis existentia, aliqui verõ nominales vt Marsilius & Franciscus de Rubione, asserunt personã significare secundam intentionẽ, quia dicit formaliter in cõicabilitatẽ ex consequẽti negationẽ. negatio aũt est secũda intẽtio, cũ sit ens rõnis, & sic inconstãter perseuerant, asserẽdo personã secundã intentionę significare, aliqui verõ quos recitat Dur. in pręsenti dist. dicunt personã nõ significare intẽtionẽ nec substãtiã sed abstrahere ab vtroq; rei tñ veritas est, quã docet S.Th. quod persona significat nõ intentionem, sed rem subiectam intentioni, sicut homo significat, non intentionẽ speciei, sed rem subiectã op. huiusmodi intẽtioni, & aliquis homo significat rẽ subiectam intẽtioni quæ est indiuiduũ vagũ in natura humana, sic persona significat naturam subiectam intentioni quæ est indiuiduũ vagũ in natura intellectuali generaliter, & non ipsam intẽtionem, quia hoc nomen, persona impositum est ad significandum aliquid dignum laude, vel vituperio,

sed

sed intentiones non dicunt aliquid laude, vel vituperio dignum, hoc.n. conuenit soli rei, habenti dominium sui actus ergo &c. Et adde vt dictum est, quod sicut aliquis homo dicit suppositum vagum in natura humana, Ita erit de persona, quæ vt dicit Boetius in libro de duabus naturis & vna persona Christi, persona est rationalis natura indiuidua substantia, & illud nomen indiuiduum ponitur in distinctione personæ ad designãdum modum subsistendi, qui competit substantijs particularibus. Cap. de substantia. de quibus omnibus lege Caietanum lib. prædicamentorum. Et Toletum societatis Iesu ibidem.

Distinctio Vigesimaquarta.

IN hac distinctione duos format articulos Capreolus, in quorum primo quinq; disputat conclusiones ad mentem Sãcti Thomę quarum prima est, tam numerus, quam vnitas quæ est principium numeri addit aliquid positiuum super rem Dist. 4. q. 24. artic. 3. quæ dicitur vna, hanc docet Sãctus Thomas in præsenti libro, distinctione prima. Et ratio est, quia dicens Accidens supra subiectum addit aliquid ei, sicut albedo respectu sui subiecti, sed numerus qui est species quantitatis, & vnum quod est principiũ numeri dicit aliquod accidens additum supra res, igitur conclusio vera, & est de mente Alberti in expositione libri D. Dionisij de Diuinis nominibus. Nota hic, quòd Pithagorici multa dixerunt de numeris quorum opinionem Arist. refellit 1. Metaph. & fusius atque subtilius libro 13. & 14 quos libros Syrianus luculenter interpretans suscipit patrocinium Pythagoreorum, eorumque sententias egregie tutatur: inter nostros tamen est diuersitas, quia Aureolus hic substinet quòd numerus sit tantum in anima obiectiue, & antequàm res numerentur earũ multitudo nõ habet rationem numeri, Greg. verò Arim. substinet hic ꝙ numerus non est quid distinctum à rebus ipsis numeratis, opinio Sancti Thom. consistit in hoc, quod numerus cum sit duplex, alter prædicamentalis, qui est species quantitatis discretæ, & alter trascendens; primus numerus ponit aliquid positiuum supra res numeratas, secundus verò nihil ponit, quia vnũ prout conuertitur cum ente non addit aliquid supra ens, nisi negationem diuisionis tantũ, lege D. Tho. 4. Metaph. Tex. 2.

Secũda concl. est. Numerus qui est species quan- q. 9. art. 7. titatis, & vnitas quę est principium illius reperiunt tãtũmodo in rebus materialibus, hãc docet S. Th. pluribus in locis suæ doctrinæ, prę sertim in disputatis de Potentia Dei, quæ concl. sic probari potest, dispositio materiæ, & species quantitatis non reperitur nisi in rebus materialibus, in spiritualibus autem tantummodo metaphorice, sed numerus prædicamentalis est proprie dispositio & affectio, seu passio materiæ, igitur tantummodo in rebus materialibus reperit. Nota hic quod sunt duæ opinio- Cõmen. 7. nes, quarum prima videtur attribui Cõmentatori Auerroi, 2. Metaph. vbi docet ꝙ vnũ in genere substantiæ, est principium numeri in genere substãtię, & vnum in genere colorum, est principium numeri in genere colorum, & sic de alijs generibus, vnde sequitur ꝙ numerus nõ solum reperitur in prædicamento qualitatis, sed etiam in alijs prędicamentis, & cum substantia antecedat quãtitatẽ, sequitur ꝙ A numerus proprie etiam in spiritualibus rebus reperiatur. Alia est opinio S. Th. ꝙ sola multitudo cõtinuorũ est proprie numerus consideratus à Mathematico, & est species quantitatis discretæ, & hęc est opinio rõnabilior, & cõformis dictis Arist. 3. Phys. Tex. 41. vbi docet Philosophus ꝙ numerus proprie non est separatus à sensibilibus & deceptus est Auerr. quia numerus repertus in genere substantiæ est multitudo trascendens & non proprie numerus.

Tertia conclu. est, tam vnũ ꝙ est principium numeri quam vnũ ꝙ cõuertitur cum Ente dicit negationem diuisionis, sed multitudo, tam illa, quã ista dicit negationem rei, hanc docet S. Th. p. p. & ratio q. 11. art. 1. B est, quia indiuisum negat diuisionẽ, sed vnũ est q̃d indiuisum, igitur negationem diuisionis exprimit, vnũ enim est ꝙ diuidi nõ p̃t, & sic patet prima pars conclusionis. secunda pars ꝙ multitudo dicat negationem rei, quia illa dicuntur multa, quę sic sunt diuisa ꝙ vnũ nõ est alterũ, sed vnũ distinguitur ab altero per negationẽ, igitur multitudo tam prædicamentalis, quã trãscendẽs, negationem rei importat; nota ꝙ hęc conclu. est de mẽte Arist. 7. metaph. Tex. 49. vbi arguit contra Platonem, probãdo vnã substantiã non posse componi ex pluribus, & facit hãc disiunctiuam: aut dualitas non est aliquid vnũ, aut in dualitate non sunt vnitates in actu, & sic ponit mul C titudinem dicere diuisionem, & negationem.

Quarta concl. Multitudo quodãmodo est prior vnitate, & quodãmodo posterior, hãc ponit S. Th. q. 11. art. 2. de Potẽtia Dei vbi supra, & etiam p. p. quia primũ, ꝙ nos intelligimus est ens, secũdo intelligimus diuisionem, separando hoc ens ab alio, tertio apprę hendimus vnũ, quarto vero multitudinẽ, quia multitudo dicit totum & cõpositum, vnitates verò dicunt partes & simplicia, & quia totũ, & compositũ est prius partibus & simplicibus, propterea multitudo est prior vnitate, & sic patet prima pars cõclusionis: secũda vero pars ita suadetur quia causa naturaliter præcedit effectum, sed vnũ est causa mul D titudinis, cum ipsa multitudo componatur ex vnitatibus, igitur vnũ erit prius multitudine. pro maiori declaratione tam tertiæ quã huius quartę conclusionis animaduertę, ꝙ Plato in libro Alcibiadis cui astipulatur Auicẽnas, vt narrat S. Th. 4. Metaph. Cõmen. 4. voluit ꝙ tam vnũ numerale, quã trascendens essent idem realiter, ex consequenti vbi reperitur vnũ, ibi necesse reperire, & alterum, sententiam quoq; istorũ, sequutus est Greg. Arim. in præsenti libro & distinctione: Gerardus de Carmelo, & Romanus Egidius, volunt hic vnum numerale dicere quid positiuum, vnũ aũt trascendens dicere aliquid priuatiuum, & isti magis accedũt ad veritatem, quia inter E ipsam distinctionem ponunt. S. Tho. distinguit ẽt vnũ trascendens ab vno prædicamẽtali, Asserens ꝙ vnũ ꝙ conuertitur cum Ente nõ addit aliquam rẽ supra ens, sed dicit tãtum indiuisionẽ, vnũ vero ꝙ est principium numeri addit aliquid supra ens pertinens ad genus quãtitatis dicit in diuisionẽ, & rõnẽ mẽsurę, & hęc opinio est rõnabilior, & sequẽda.

Vltima concl. Numerus de genere quãtitatis est vnũ quid simpliciter, & nõ sicut aceruus, hãc docet S. Tho. 7. Metaph. Et rõ est, quia quolibet totũ sor- Tex. 4. titur speciẽ à forma, sed numerus est quoddã totũ igit sortitur speciẽ suã à forma q̃ est vltima vnitas, patet rõ hæc, de corporę misto, ꝙ est vnũ ex forma

sua & de domo, q̃ est quoddam totũ, & sic etiã de A ordine & de numero, cui vltima vnitas dat speciem & vnitatem, quæ vnitas potest esse triplex. s. simplicitatis, vt Anima intellectiua est vna, & simplex, alia est vnitas compositionis vt fortes est vnus, alia est vnitas ordinis vt exercitus, additur & vnitas aggregationis, eo modo, quo acerũus lapidũ est aliquid vnum; Adde etiam hic, q̃ cum quilibet numerus sit vna species distincta ab alijs, ergo quilibet numerus est per se vnus simpliciter. Nota etiam q̃ numerus potest esse triplex, quo numeramus, quem numeramus, & res numerata, sed cõmuniter solet distingui in duo membra. s. quod numerus est duplex numerus numerãs, & numerus numeratus, & B hic numerus distinguit realiter ab omnibus suis vnitatibus, quia omne totũ distinguitur à suis partibus, & simul sumptis, vt docuimus in nostris dilucidationibus super 7. Metaph. sed vnitates sunt partes numeri, & numerus est quid totum, igitur numerus realiter ab vnitatibus suis distingui debet, & hæc omnia intelliguntur de numero formali, nõ autem materiali. &c. de quibus omnibus lege nominales præsertim Marsilium, & Gabrielem, vide etiam Paulum Soncinatem super 7. Metaph. & Guliehnum Altisiodorensem l b. 2. tract. 10. c. 4. quomodo numerus, mensura, & pondus sunt creatura, & vestigia Trinitatis.

Dilucida- tione vlt.

Quæst. 7.

In se ũdo art. ponit quatuor concl. Capreolus, quarum prima est. Numerus proprie dictus. s. qui est de genere quantitatis nõ habet locũ in diuinis, licet ibi sit multitudo, hanc ponit S. Tho. p. p. & in præsenti loco & in disput. De potentia Dei, & ratio esse potest, quia in diuinis non est quãtitas molis, nisi metaphorice, vnde si Deus dicatur longus, latus, altus, & profundus, hęc & similia tãtummodo similitudinarie de Deo enuntiamus, sed numerus, de genere quantitatis, cum causetur ex diuisione continui, pertinet ad quantitatem molis, ob id nul lo modo locũ habere potest in diuinis, & hæc conclusio est de mente Beati Ambrosij in libro de fide D Cap. vbi dicit quòd in diuinitate nec numerus, nec quãtitas ponẽda est. Animaduerte hic q̃ Lichetus de mẽte sui doctoris in præsenti distinctione absolute negat numerũ in diuinis, asserit. n. q̃ numerus dicit potentialitatẽ, diuersitatem, & imperfectionem, & propterea absolute ab eis est remouendus, & deceptus est, non animaduertendo illam regulã theologorũ q̃ proprietates quæ dicunt aliquã imperfectionem & veniunt Deo attribuendæ, semoueri da est imperfectio, & attribuuntur ei quantum ad id q̃ dicunt de perfectione: adde etiam q̃ fuit deceptus non distinguendo de numero prædicamentali & trascendenti, & qui remouet à Deo nu- E merum remouet quoque Trinitatem, propterea sano modo est percipienda hæc doctrina.

q. 30. art. 3.
q. 9. art. 7.

Cap. 2.

q. vnica.

Secunda conclusio. Termini numerales. s. vnus, duo, tria, cum dicuntur de diuinis non dicunt numerum, qui est de genere quantitatis, sed vnitatem ve' multitudinem quæ consequuntur ens, hanc ponit S. Tho. p. p. vbi supra. Ratio huius esse põt, quia cum in diuinis sit numerus ternarius personarum, quem dicimus esse de fide, & ibi non est numerus de genere quantitatis, sequitur q̃ sit ibi numerus qui consequitur ens. & hęc doctrina est de mente Beati Hilarij 4. de Trinitate, vbi ait, sustulit singularitatis, ac solitudinis intelligentiã professio consortij, q̃ est professio pluralitatis, hic animaduerte, q̃ omnis pluralitas cõsequitur aliquam diuisionem, & cũ duplex sit diuisio, altera materialis, quæ fit secundum diuisionem continui, & hanc consequitur numerus qui est species quantitatis, vnde talis numerus non est nisi in rebus materialibus habentibus quantitatem, altera verò est diuisio formalis, quæ fit per oppositas vel diuersas formas, & hanc diuisionem sequitur multitudo quæ non est in aliquo genere, sed est de trascẽdentibus, secũdũ quod ens diuiditur per vnũ, & multa, & talem multitudinem ponimus in rebus materialibus.

Cap. 6.

Cap. de ... Banus

Tertia cõclusio, Tales termini numerales dicuntur positiue, & remotiue, hanc docet S. Th. p. p. vbi supra. Et ratio huius est quia termini numerales significant illa de quibus dicũtur addendo q̃ est de ratione formali ipsorum, sed dicũtur de rebus positiuis, & ratio formalis ipsorum est remotio alicuius, igitur conclusio est verissimã & est de mente B. Amb. lib. suo de Trinitate. Vbi ait cum vnũ Deũ dicimus, vnitas excludit numerũ Deorũ, cum verò dicimus tres personas, solitudinem remouemus: Animaduerte hic, q̃ magister in p̃senti distinctione videtur sentire terminos numerales in diuinis, nõ dici positiue, sed tantum remotiue, et in hoc nõ C est audiẽdus, nisi quatenus S. Tho. ducit ipsum ad veritatem in p. p. quia quãdo dicimus diuina essentia est vna, nõ solum dicimus indiuisionem, sed et essentiam, et sic etiam quãdo dicimus persona Patris est vna, dico personam, et indiuisionẽ, et cum dico Pater et Filius sunt plures personæ, significo personas illas, et indiuisionem circa vnamquamq; illarũ nec sequit circulatio, vt aliqui existimarũt, q̃ per pluralitatem remouetur vnitas, et per vnitatem remouetur pluralitas, et sic daretur circulus cõfundens intellectũ, quia vnũ non est remotiuũ multitudinis, vt isti arbitrãtur sed diuisionis, qui est prior secundum rõnem, quã vnũ vel multitudo, multitudo aũt non remouet vnitatẽ, sed remouet diuisionẽ, circa vnumquodq; eorũ ex quibus cõstat multitudo, vnde patet ex his nullũ fieri circulũ, sequeretur. n. si sic nude intelligeretur magister.

Cap. 5.

q. 30. art. 3.

Quarta conclusio, Licet in diuinis non sit numerus simpliciter, est tamen quidam numerus qui est medius, inter numerũ, qui est numerus simpliciter, et inter numerum qui est in ratione tantum, hanc ponit Sanctus Thom. in disputatione de Potentia Dei. Et ratio est, quia vbicunque sunt plures relationes subsistentes, ibi est numerus quidam, sed in diuinis sunt plures relationes subsistentes, igitur in diuinis est verus numerus, et dicitur aliquando B numerus trascendens, aliquando numerus absolutus, aliquando multitudo, aliquando numerus medius, aliquando numerus diuinarum personarum. Animaduerte hic q̃ Romanus Aegidius in præsenti dist. negat numerum trascendentẽ in diuinis personis, asserens, quòd de ratione sui hic numerus habet vt vna pars sit perfectior altera modo cum vna persona nũ sit perfectior altera, propterea negandus est talis numerus à diuinis personis, & sic etiam Lichetus videtur innuere eandem opinionem, dum ait, quod vbicunque est numerus, ibi est ponere totum, & partem, sed in diuinis personis non ponimus neque totum, neque partem, igitur

Tra. 2.

q. 9. art. 7.

Cõmen.

igitur neq; numerum ponere debemus, & decepti A sunt isti non distinguentes de numero, qui est duplex, numerus simplex, vel absolutus, vt duo, & tria, & quatuor, & est numerus qui est in rebus numeralibus, vt duo homines, & duo equi, si igitur in diuinis accipiatur numerus absolute, siue abstracte, nihil prohibet in eo esse totum, & partem, & sic non est nisi in acceptione intellectus nostri, non.n. numerus absolutus à rebus numeratis est nisi in intellectu, si autem accipiamus numerũ, prout est in rebus numeratis, sic in rebus quidẽ creatis vnũ est pars duorum, & duo trium, vt vnus homo duorum, & duo trium hominum, & sic non est in Deo, quia tantus est pater, quanta est tota Trinitas. & B quia doctrina de numeris olet nescio quid Platonicum & Pythagoricum potius quã Aristotelicũ, nam Aristoteles primo lib. de Anima reprehendit Xenocratem qui definiebat animam esse numerum, propterea equi latius desiderat habere noti-

Cap. 102. tiam de numero, legat Alexandrum Themist. Simplicium, & Auerroem 4. Physic. vbi declarant, quo modo tempus est numerus motus, an actiuè, ita ꝙ mensurat motum, vel passiue, & ibi multa tum de tempore, tum de motu disputant, vt videre potes.

Distinctio Vigesimaquinta.

IN hac distinctione in qua differitur de persona, num dicat aliquid cõmune tribus personis diuinis, quinque ponuntur conclusiones quarũ prima est. Persona de suo formali significato significat suppositum naturę rationalis, hanc docet San-

q. 29. art. 1. ctus Thom. p.p. Cuius ratio esse potest, quia illud est formale significatum alicuius, ad quod nomen principaliter est impositum significãdum, & quod exprimitur per diffinitionem, vt formale significatum hominis est esse animal rationale, sed persona est indiuidua substantia, i. suppositum naturæ rationalis, vt docet Boetius in lib. de duabus naturis, & vna persona Christi, igitur persona de suo D formali significato significat suppositum naturæ rationalis. Animaduerte hic, quod persona dicitur de persona diuina, Angelica, & humana: & persona humana dicitur quatuor modis, primo pro persona histrionis, seu repręsentationis alicuius comœdiæ, secundo pro accidente grãmatico vt ego est personæ primæ, tu secundæ, &c. Tertio pro homine aliquo habente gradũ eminẽtiæ in Ecclesia Dei, vt Episcopus & Canonicus. Vltimo pro supposito naturæ rationalis. Animaduerte etiam quòd sunt diuersæ sententiæ Theologorum, de significato huius nominis Persona, nam Scotus vult in præsenti loco, quòd persona significat negationem de suo E principali significato: Durandus q. prima huius distinctionis vult nomen persona significare intentionem, & dici vniuoce de persona diuina Angelica & humana. Tertia est sententia Aureoli, qui vult personã significare quoddã absolutũ speciale. opinio S. Th. consistit in hoc, ꝙ persona habet duplex significatũ formale, & materiale, & quod formale, significatum, quòd sit suppositum completum in aliqua natura: ex qua doctrina reprehendendus venit Lichetus, qui de mẽte sui doctoris sustinet animam intellectiuam esse personã, & decipitur quia anima intellectiua non est suppositum completum in specie, deinde sequiť ex ista declaratione nostra, ꝙ natura humana in Christo nõ est etiam persona, cum non sit suppositum, ꝙ est prima substantia.

Secunda conclusio est. Nomen personæ proprie dicitur in diuinis, hãc docet S. Tho. vbi supra quia omne nomen significans perfectionem simpliciter & proprie dicitur de Deo, sed hoc nomen persona est huiusmodi cum significet subsistens in natura intellectuali: igitur ꝓprie reperitur in diuinis hoc nomen persona, & est propositio de fide, vt scribit in symbolo Athanasij, alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti. Nota hic ꝙ persona, cum sit nomen rei, dicitur Analogice de Deo, & creatura, & quantũ ad rem significatam, prius cõuenit Deo, quam creaturis, quantum verò ad impositionẽ factã nobis prius est impositum creaturis, qua Deo, & sic est in omnibus quæ conueniunt ꝓprie Deo, & creaturis, quia quãtũ ad id ꝙ significat per prius cõueniũt Deo, sed impositio facta est primo ex his quæ videmus in creaturis.

Tertia conclusio, Persona diuina de suo formali significato significat subsistens in natura diuina hanc docet S. Th. p.p. & etiã de Potẽtia Dei. Cuius q. 29. art. 4. ratio esse potest, quia sicuti se habet persona in cõ- q. 3. art. 4. muni ad suum significatum, ita se habet etiã, & diuina persona, sed persona in cõi significat subsistẽs C distinctũ in natura rationali, cum hoc exprimetur per diffinitionem suam, ergo persona diuina significat formaliter distinctum subsistens in natura diuina. Animaduerte hic, ꝙ tres sentẽtiæ, Theologorum circa istam conclusionem esse possunt, prima est quam recitat Scot. in præsenti dist. ꝙ persona diuina significat quid cõe, ꝙ non est neq; substantia, neq; relatio, sed est indifferẽs ad vtrunq; ad substãtiã, & relationem, & hanc sententiam videtur sequi Ocham in præsenti loco. Gabriel etiã in hoc libro Dis. 25. q. 1. docet aliam sententiã differentẽ à sententia ipsius Ochæ, & vult ꝙ persona in diuinis primo & formaliter nec relationem nec essentiã significat, sed suppositum diuinũ cõstitutũ ex relatione, & essentia. Tertia est sententia S. Tho. vt patet in præsenti cõcl. verum est dissensio inter Thomistas. Caiet. in expositione p.p. vult sentẽtiam S. Th. fuisse in disput. De q. 9. art. 4. Potentia Dei, Personã materialiter significare rela q. 29. art. 4. tionẽ originis, formaliter verò hypostasim diuinæ naturæ, sed in p.p. vbi altius perscrutatus est ꝓpriã rationem personæ diuinæ, intendat ꝙ non solum materialiter, sed etiam formaliter ipsa diuina persona significet relationem originis, sed non determinate hãc vel illam, sed in cõi Syluester de Prierio in 1. vol. sui Conflati tenet oppositum, asserens diuinã personã formaliter significare subsistẽs distinctum in natura diuina, materialiter aũt relationẽ, quia relatio originis, quæ est paternitas fundatur super generare, & cõsequitur terminus generationis, ideo.n. est Pater, quia genuit, propterea relatio vt relatio nõ est de ratione suppositi generãtis, sed q. 29. art. 5. ego dicerẽ, ꝙ vtraq; opinio est sustentabilis, ratio- Conflati. nabilior tamen & probabilior est sententia Caiet.

Quarta conclu. hoc nomen persona est commune diuinis personis non secundum rem, sed secundum rõnẽ, hanc ponit S. Tho. in pręsenti loco, & rõ q. 25. art. 3. est, quia illud ꝙ est cõe diuinis personis secũdum rẽ est tantum diuina essentia cõicabilis sine diuisione sui, sed persona diuina nõ est cõmunicabilis

secundum rem, igitur nō est vna secundum rem, & sic patet prima pars cōclusionis: secunda pars q̄ sit communis secundum rationem, probatur, quia significans rationem competentem pluribus est cōmune quoddam secūdum ratione, sed persona nō significat rem incommunicabilem competentem pluribus: ergo significat quid commune pluribus, & hoc est de mente Patris Augustini 7. de Trinitate exponens illud Ioannis. tres qui testimoniū dāt in cœlo Pater, Verbum, & Spiritus Sāctus, ait B. Augustinus quęrentibus quid tres? respondetur tres personæ, persona ergo diuina de pluribus dicitur, & sic est quid commune.

Augu. c. 5. 1. epist. c. vltimo Io.

Vltima cōclusio, Hoc nomē persona in diuinis, B dicit quid commune, nō cōmunitate generis, aut speciei, sed indiuidui vagi, hāc ponit Sanctus Tho. prima parte: Et ratio esse potest, quia vbicunq; est genus & species ibi sunt plura differentia secundū essentiam, sed diuinę personæ non differunt secundum essentiam, sed habent vnum esse, igitur persona non significat quid cōmune, communitate generis aut speciei. quod autē significet cōitatem per modū indiuidui vagi ex parte modi existendi, qui modus existendi plurificatur in diuinis, probatur sic, id quod significat aliquid distinctum subsistēs indeterminate significat quid commune per modum indiuidui vagi, sed persona diuina est huius C modi, quia significat esse indiuisum in se, & distinctum ab alijs, hoc autem cōuenit Patri, Filio, & Spiritui Sancto: igitur persona diuina significat quid commune per modum indiuidui vagi. Nota hic q̄ sunt tres opiniones, prima ipsius Varronis tenētis personam significare quid commune, cōmunitate intentionis secundæ. Secunda est sententia Licheti in hoc libro asserentis personam significare quid commune communitate negationis. Tertia est Sancti Thom. in pręsenti conclusione, qui asserit communitatem personæ esse cōmunitatem rei per modum indiuidui vagi. sed esto cautus quod aliquando indiuiduum vagum significat naturam, & de- D terminationem naturæ, sed nō istam, aut illam, sed vage vt aliquis homo, aliquādo indiuiduum vagū significat modū existendi, qui modus dicitur indiuisus in se, & distinctus ab alijs, & hoc pacto persona dicitur indiuiduum vagum, quia iste modus sic existendi pluribus conuenit: lege de hoc Caietanū in prędicamētis vbi declarat definitionem primæ substantiæ ex declaratione quam facit S. Tho. hic circa definitionem personæ; Argumenta quæ fiunt aduersus istas cōclusiones clarissime dissoluit Author in secundo articulo huius quæstionis.

q. 30. art. 4.

Dist. 24. q. vnica.

Cap. de substantia.

Distinctio Vigesimasexta.

IN hac distinctione in qua agitur de distinctione & cōstitutione personarum, Tres proponunt conclusiones quarum prima est. Personæ diuinæ non distinguūtur ab inuicem, nec constituūtur in esse personali per aliquid absolutum, hāc docet Sanctus Thomas de Potentia Dei. Cuius ratio esse pōt, quia per id diuinæ personæ non distinguūtur, nec constituuntur in quo conueniunt, sed in omnibus absolutis conueniunt, igitur per absoluta diuinę personę nec distinguuntur, nec constituūtur, hæc conclusio ponitur cōtra Scotum, & contra Li-

q. 8. art. 3.

A chetum eius sectatorem & defensorem, qui in presenti loco recitando opinionem Ioannis de Ripis, qui tenuit diuinas personas esse absolutas, & per absoluta distingui, dicit Lichetus de suo Magistro hanc viam vt credo sequitur doctor.

Secunda conclusio, Diuinæ personæ non constituuntur nec distinguuntur formaliter nec principaliter inesse personali, aut hipostatico per origines, siue per productiones, aut per processiones: hanc docet Sanctus Tho. vbi supra, & ratio est, quia origo aut est actiua, aut passiua, si actiua est posterior persona, quia significat actionē quæ est posterior eo cuius est actio: si passiua exprimitur tāquām via ad personam, nunc sic constitutio rei in se & eius distinctio ab alia re debet fieri per aliquod quod est intrinsecum rei, sicut in creaturis fit per formā, sed origines non significantur, vt formę intrinsecę personis, sed potius, vt actus progrediens à persona in personam, quasi via media, sicut generatio significatur, vt via, vel actus procedens à generante in genitum, ergo per origines nō debent dici personæ constitui, vel distingui sed per illa quæ sunt in personis tāquām formæ intrinsecę, & immanētes, hęc conclusio ponitur contra Diuum Bonauenturam, qui in hoc libro videtur sustinere ipsam.

Tertia conclusio est. Licet relatio ex natura relationis habeat constituere, & distinguere in esse relatiuo diuinas hypostases, non tamen ex natura relationis habet distinguere, aut constituere illas in esse hypostatico subsistenti, seu personali, hanc docet Sanctus Thom. vbi supra. Et ratio est, quia si relatio ex natura relationis distingueret hypostases, tunc sequeretur quòd omnis relatio ita faceret, si enim paternitas vt paternitas constitueret personā Patris, tunc omnis paternitas constitueret personā subsistentem. hęc conclusio ponitur contra Durandum, qui voluit hanc imaginationem sequi asserens, quod sicuti se habet proprietas in communi in constituendo suppositum in communi, sic talis proprietas ad constituendum suppositum tale, sed proprietas absoluta ex natura sua cōstituit suppositum, & personam absolutam, ergo proprietas relatiua quæ est relatio ex natura sua habet constituere suppositum, & personam relatiuam: & decipitur quia proprietas relatiua cōstituit personam non inquantum est relatio vt sic, sed inquātum est diuina, & subsistens, & intellectiua, & incommunicabilis. Nota hic quòd quæstio hęc est solēnis inter doctores, & circa ipsam variæ fuerūt sententię, & prima fuit ipsius Præpositiui quem sequutus est Gregor. Arim. in pręsenti loco, hi enim voluerunt personas ipsas, distingui se ipsis, quia sunt entia E simplicissima. Secunda fuit sententia Scoti, Ioānis de Ripa, & Linconiensis qui dixerunt personas distingui per absoluta. Tertia est opinio Diui Bonauenturæ, qui voluit non per absoluta, sed per origines. Quarta sententia est ipsius Durandi, qui nō per origines sed per relationes ex natura ipsarum, hoc conatur exequi. Quinta sententia est Ioannis Bacchoni, qui ponit quasdam proprietates incognitas, quas vocat generatiuitatē actiuam, vel passiuam, & originatiuitatē, & per has vult distinguere, & cōstituere diuinas personas: quidam Author modernus Doctor nomine Palatius, asserit diuinas personas distingui suis personalitatibus: & de facto

Dist. 25.

1. 2. q. 1. a. 3.

facto quot sunt capita, tot sententiæ in hac re. propterea quia nos hic veritatem tantum sequi intendimus ipsamque explicare, & non sententias, & opiniones Doctorum nisi pro quanto faciunt ad declarationem veritatis; sententia Sancti Thomæ quã arbitramur esse verissimam consistit in hac conclusione, diuinæ personæ distinguũtur, & cõstituũtur per relationes ipsas diuinas subsistẽtes intellectuales, & incommunicabiles, & hęc videtur esse de fide, quandoquidem in Concilio Florentino, definitur quod sola relatio multiplicat diuinas personas, quæ verba dixit Boetius lib. de Trinitate, ibidem etiam subditur quòd in diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio, & ex Concilio vndecimo Toletano habetur, quòd sancta Trinitas nec recedit à numero, neque numero comprehẽditur, in relationibus enim personarum cernitur numerus. Scribitur & de summa Trinitate & fide catholica cap. firmiter, & cap. Damnamus. Diuinas personas esse discretas, & distinctas proprietatibus relatiuis: & sic omnia Concilia in professione fidei vocant Diuinas personas nominibus relatiuis: sacræ etiam litteræ idem proclamant dũ scribitur Matthęi vltimo, Ite baptizantes eos in nomine Patris, &c. & Ioannis, tres sunt qui testimonium dant in cœlo: eandem etiam veritatem subsignent omnes Patres præsertim Diuus Hieronymus in expositione symboli Damasi Papæ, vbi distinguit diuinas personas per relationes: D. Anselmus libro de incarnatione, & in libro de processione Spiritus Sancti apertis verbis diuinas personas per proprietates relatiuas distinguit. Diuus Ambrosius in libro de fide ad Gratianum Augustum docet eãdem veritatem: Diuus Bernardus libro quinto de consideratione. Damascenus libro primo fidei Orthodoxæ, Beatus Augustinus libro 7. de Trinitate. Hilarius 4. de Trinitate, sic etiã & Magister in præsenti loco, & omnes ferè boni authores idẽ substinent. sed difficultas oritur inter Thomistas de modo, quo modo diuinæ personę per relationẽ distinguentur, quidam ex nostris dicunt quòd relatio potest considerari dupliciter vno modo vt habet esse actu, alio modo vt dicit aptitudinem, & potentiam, non primo sed secũdo modo ipsa relatio habet distinguere diuinas personas, & hanc opinionem sequuntur multi Patres Hispani. Caietanus hic dicit quòd de diuinis personis dupliciter loqui possumus, vno modo secundum se, alio modo vt sũt notæ, & significatæ nobis, primo distinguuntur relationibus. Syluester impugnat in suo Conflatu hanc sententiam asserens relationes esse vere in Deo nullo intellectu cogitante, igitur non vt notæ nobis & significatæ, sed secundum se ipsę personæ relationibus distinguũ habent. Ferrariẽsis quarto contra gent. recitat quosdam alios Thomistas asserentes relationem dupliciter posse cõsiderari, vno modo vt concepta, alio modo vt exercita, & sic primo modo relatio constituit personam & non secundo. s. prout actu exercet officium relationis, quorum sententiam acerrime impugnat. Alij verò distinguunt de relatione, quod relatio duo dicit in, & ad, & quòd non distinguit prout dicit in, sed prout dicit ad. inter tot igitur litigantes sententia authoris videtur esse magis ad intentionem Sancti Thomæ, asserendo quòd relatio inquãtum est diuina, & subsistẽs, & incommunicabilis, & propria, & prima constituit, & distinguit diuinas personas in esse personali: & hæc est rei veritas, quam debemus asserere secundum fidem diuinas personas non esse absolutas sed relatiuas, tam in actu signato, quam exercito, & sic fateri tenemur per proprietates relatiuas constitui & distingui, vnum enim relatiuũ distinguitur ab altero, quia ei opponitur. De hac re lege Nicolaum de Nisse in resolutione Theologorum Tract. primo, parte secũda, & Georgium Bustum Vercellensem Tomo primo de distinctiuis, & constitutiuis diuinarum personarum, & Ferrariensem quarto contra gentes. & Bartholomæum Torres in tract. de Trinitate. Isti enim soluunt magnam congeriem argumentorum simul cum authore hic, sed ex veritate hac inspecta, & bene applicata facilius tu dissoluere poteris.

Sess. 18.

1. Epist. Canonicæ c. vltimo.

Cap. 3. Cap. 1. Cap. 1. Cap. 3. Cap. 3. Cap. 6. Cap. 26.

Georg. Bustus.

Distinctio Vigesimaseptima.

IN hac distinctione in qua disputatur de actibus notionalibus duæ formantur quæstiones in quarum prima ponuntur quatuor cõclusiones quarum prima est. actio in diuinis non dicit rem de prędicamento actionis, sed potius diuinã essentiam cum relatione reali, vel rationis: colligitur hæc conclusio ex prima parte, & ratio est, quia remoto motu ab actione, id quod remanet est relatio, sed ab actione diuina remouetur motus omnis igitur actio in diuinis non dicit rem de prędicamento actionis, sed diuinam essentiã cum relatione reali vel rationis. pro maiori intelligentia, huius rationis & conclusionis Nota, quod in quacunque actione, & passione quæ fit cum motu, vltra agens & patiẽs sunt tria alia. s. ipse motus & duę relationes, quarũ vna est agentis ad passum, & alia patientis ad agẽs, quo fit vt ablato motu ab actione, & passione, actio nil aliud est quã relatio, & ordo agentis ad patiens, & sic etiam passio nil aliud est, quam relatio & ordo patientis ad ipsum agens: & quoniam Deus benedictus creauit mundum sine motu, in creatione pręter Deum & creaturam solum reperiũtur duæ relationes, quarum altera est rationis. s. Dei ad creaturam, & altera erit realis, nempe creaturæ ad Deum, quæ dicitur creatio passiua, & sic dicimus de actione quæ est ad intra, quæ dicitur actus notionalis, vt puta generatio & spiratio, quæ cum fiant sine motu nil aliud sunt, quam relatio producẽtis ad productum, & hęc relatio est realis, nempe Patris ad Filium, & spirantis ad spiratum & econtra.

q. 41. art. 1.

Secunda conclusio est. Generare, & generari potius habent modum relationum, quam actionum, & passionum: conclusio hęc colligitur ex eodem loco, vbi supra, & ratio huius esse potest, quia generare dicit actionẽ sine motu, & generari dicit passionem etiam sine motu, & vbi est actio sine motu, ibi est relatio producentis ad productum tantum vt dictum est, igitur generare, & generari, & sic etiã spirare, & spirari, potius habẽt modum relationũ, quam actionum & passionum, & licet videatur quod ibi sit actio, & passio, quia est quidam egressus, & quædam origo, qua Pater prorumpit in Filium, & qua Filius egreditur à Patre, vt scribitur Ioã. Exiui à Patre, & veni in mundum &c. tamen illa actio & passio

pasſio nō ſunt de prædicamento actionis cum mo-
tu, ſed tantummodo quo ad vocem, & quo ad mo-
dum ſignificādi, vnde eſt cōmunis doctrina Theo-
logorum quòd in diuinis nō ſunt actiones, & paſ-
ſiones phyſicę, ſed grammaticę duntaxat. ex iſta
Diſt.7.q.vnica. concluſione repręhendendus venit Franciſcus Li-
chetus Scoti propugnator & explicator, qui in hoc
libro aſſerit generare in Patrem eſſe ſimpliciter ab
ſolutum, quæ opinio eſt irrationabilis, & ſuſtineri
non poteſt, quia fauet illi opinioni, quę tenet diui-
nas perſonas diſtingui per realitates abſolutas, nā
quæreret aliquis, nū iſtę realitates formaliter ſint
verę res, vel non, ſi ſic igitur ſunt aliquæ naturæ, &
eſſentiæ & quidditates, & ſunt abſolutæ, & ſic in
perſonis eſt alia, & alia res, vel eſſentia, & natura ab-
ſoluta, & conſequenter perſonę non ſunt vnius na-
turę, quòd eſt dogma Arrianum, ſi autem non, igitū
perſonæ diſtinctæ per eas, non ſunt diſtinctæ reali-
ter q eſt hæreſis Sabelliana, vnde quomodocunq,
ſubterfugiendo dicat, ſemper incidit in laqueum.

Tertia concluſio, Actus notionales cuiuſmodi
ſunt generare, & ſpirare ſunt idem realiter cum re-
lationibus perſonarum, ſed differunt ſecundū mo
dum ſignificandi: hæc concluſio ſumitur ex locis
Diſt.27.q.1. artic.1. ſupracitatis, & clarius ex hoc libro, quia ſicut eſt in
eſſentialibus, ita & in perſonalibus quo ad identi-
tatē cum diuinis perſonis, ſed in eſſentialibus, idē
ſecundum rem eſt, operatio, & Deus, & diuinitas
ergo & in perſonalibus idem erit ſecundum rem,
pater, paternitas, & generatio, & nō erit alia diſtin-
ctio in eis, niſi ſecundum rationem, & modum ſi-
gnificandi, & ſic generare, & ſpirare ſunt idem in
patre, & generari, & ſpirari idē in Filio, ex quo ani-
Diſt.7. maduertenda eſt doctrina Licheti, & fugienda in
hoc libro, vbi voluit interponere in iſtis actibus no
tionalibus diſtinctionem ex natura rei, ſicut inter
eſſentiam & perſonam productam, & dicit quod
niſi teneamus iſtam diſtinctionē ex natura rei, non
poterimus ſoluere argumētum illud q fieri ſolet,
q omne conueniens generare conuenire etiā de-
beret, & ſpirare, ſicuti ſi non eſſet diſtinctio ex na-
tura rei inter eſſentiam, & perſonam productam;
non magis eſſentia diceretur principium actuum
notionalium, quā perſona producta, & decipitur
valde, quia ad ſaluādum ne exequatur illud incon-
ueniens, ſufficit diſtinctio rationis, & nō eſt neceſ-
ſaria diſtinctio ex natura rei, vt ipſe latrat.

Vltima concluſio; Paternitas præcedit ſecundū
intellectum ipſum generare, ſed generari præcedit
filiationem: hæc concluſio probatur quo ad primā
partem ſic, illud quod intelligitur vt progrediens
ab aliquo, ſequitur ſecundum modum intelligēdi
conſtitutiuum illius, à quo progreditur, ſed gene-
rare concipitur vt progrediens à Patre, quaſi per
modum actus eius, ergo formale conſtitutiuum
perſonę Patris quod eſt Paternitas præcedit ſim-
pliciter generare, probatur deinde quo ad ſecun-
dam partem ſic, illud quod intelligitur tanquàm
via ad eſſe alicuius, & ſuum formale, videtur illud
præcedere ſecundum intellectum, ſed generari in-
telligitur, quaſi via ad perſonam Filij: ergo genera-
ri ſecundum intellectum præcedit Filium in filia-
tione. ex hac cōcluſionē ſequitur quod in diuinis
Pater ideo generat, quia eſt Pater, & non ideo eſt
Pater quia generat, contrarium autem accidit in

A creaturis, ſortes. n. non eſt generans quia Pater, ſed
quia generat ideo Pater eſt, & ita generare in eo
præcedit paternitatem: & hæc eſt doctrina Beati
Hilarij 12. de Trinitate, vt citat magiſter in littera
huius diſtinctionis, & licet oppoſitum videatur te-
nere Beatus Auguſtinus 5. de Trinitate, vbi dicit Cap.6.
quod Pater eſt Pater, quia generat, & ſic generare
videtur eſſe prius, quam paternitas, hæc verba Au-
guſtini ſano modo intelligenda veniunt, quia ibi
Auguſtinus non intelligit genuiſſe eſſe prius, quā
eſſe Patrem, ſed declarat cōuertibilitatem, & iden-
titatem inter actus notionales & relationes, & non
intēdit dare cauſalitatem vel originem, ex hac etiā
B doctrina fugiēdus eſt Nicolaus de Niſſe in ſcripto Lib.1.p.2.
ſuo de reſolutione Theologorum vbi docet, perſo
nam primo eſſe producentem, quam conſtitutam,
& relatam, hæc opinio appręhendit perſonam eſſe
conſtitutam per rationem abſolutam, quæ appræ-
henſio eſt falſa, & contra id quod ſupra ſancitū eſt,
de quibus omnibus vide Durandum in hoc libro,
diſtinctione. Diſt.27.q.1.

In ſecunda quæſtione docet Capreolus ſex con-
cluſiones, quarum prima eſt, Verbū intellectus no-
ſtri eſt illa conceptio vel intētio, vel ſimilitudo rei,
quam intelligens intelligēdo producit, hāc docet
S. Tho. de Potentia Dei, cuius probatio eſſe poteſt, q.8.art.1.
C quia illud eſt verbum noſtri intellectus quod expri
mit per ſuum actum, ſed non exprimit ſpeciem in-
telligibilem impreſſam aut ipſum actum, ſed tantū
conceptionem ab eo formatā, per quam intelligit
rem ad extra, igitur concluſio vera; circa hanc con
cluſionem nota quod ſunt diuerſæ ſentētiæ Theo-
logorum circa exiſtētiam ipſius verbi, quarum pri
ma eſt Scoti, qui talem ordinē ponit in intellectio-
ne noſtra, ait. n. quod primo eſt quędā notitia ha-
bitualis confuſa, ſecundo ſequitur actualis intelle-
ctio etiam cōfuſa, tertio deinde eſt quædam inqui
ſitio per diuiſionem differentiarum rei, poſtremo
eſt notitia actualis diſtincta diffinitiua rei, & decla
D ratiua illius habitualis notitiæ, quæ erat in memo-
ria, & dicitur verbū perfectū, ſicut & omnis actua-
lis notitia, inquātum declaratiua eſt verbum, ſi ſit
genita vel expreſſa, & ſi erit imperfecta imperfectū
erit verbū, quia imperfecte declarat, & manifeſtat,
ſi autem erit perfecta, perfectum quoque erit ver-
bum, & hoc ſuſtinet pluribus in locis ſuæ doctrinæ
pręſertim in quolibetis. Secunda ſententia eſt Du- Quolib. 1.
randi hic, quem ſequitur Gerardus in quolibetis, art.3.
& Ioannis de Neapoli, iſti. n. vnanimi conſenſu af- Quolib 6.
firmant, verbum eſſe, omnem actum intelligendi, q.2.
tam cōfuſum, quam expreſſum, tam reflexum, quā Quolib. 8.
rectum, licet principalius hoc conueniat expreſſo, diſtin.3.
E & recto, ſicut ratio manifeſtatiui; Tertia eſt ſenten
tia Petri Aureoli in hoc libro qui vult verbum eſſe
rem ipſam intellectam, apparentem, & manifeſtatā
intellectui; ſententia Sancti Thomæ manifeſta eſt
per concluſionem præpoſitam, quod cum Intelle-
ctus ad quatuor referri poſsit. ſ. ad rem quæ intelli-
gitur ad ſpeciem intelligibilem impreſſam, qua in-
tellectus fit in actu, & ad ſuum intelligere, & ad con
ceptionem intellectus, & hæc conceptio intellectus
eſt proprie verbum in doctrina Sancti Thomę. quę
eſt ſpecies expreſſa, & ſimilitudo rei intellectæ, vt
docuit Ariſtoteles primo libro perihermenias.

Secunda concluſio, licet omne intelligere in no- In Prolog.
bis

bis sit dicere non tamen in Deo, hanc ponit S. Tho.
q.4. art.2. in disputatis de veritate, & prima pars cóclusionis
ita suaderi potest, dicere est exprimere aliquã conceptionem, sed per omne intelligere nostrum exprimitur, & producitur aliqua cóceptio, igitur omne nostrum intelligere est dicere, secunda pars conclusionis ita suadetur nó per omne intelligere Dei producit Verbũ, igitur in Deo nó oẽ intelligere est dicere, patet hoc, quia Filius, & Spiritus Sanctus intelligunt, & per ipsum intelligere non exprimunt aliquam personam, solus Pater dicit, & profert & exprimit Verbum, inter quos & ipsum Patrem est relatio Originis; Animaduerte hic quòd sunt di-
Dis.27.q.1. uersæ sententiæ Theologorum, & prima est Scoti, B & sui Licheti hic dicentium intellectionem nó esse productionem Verbi, quia Verbum ipsum produ-
Quæst.2. citur ex memoria fecunda; secunda sententia est Durandi etiam in præsenti loco, affirmantis Verbum non produci per actum dicendi, imò potius ipsum dicere est habere Verbum, vt dictum est supra de mente eius, Verbum est ipse actus intelligendi; ter-
Lib.4. c.13. tia sententia expositoris lib. contra gẽtiles, qui vult quod dicere & intelligere sunt vnus actus in mente & habẽt diuersas rationes formales, ita vt differãt formaliter secundum proprias diffinitiones, & sic Verbum producitur non per illũ actum quatenus est formaliter intelligere, sed quatenus est dicere; C
q.27. art.2. postrema sententia est Caiet. in expositione p.p. qui vult quod dicere intellectualiter in sui ratione includit intrinsece actum intellectus, ita vt dicere, & intelligere distinguantur solã ratione, non.n. intellectus potest dicere, nisi intelligat, vt ipse arguit cótra Scotum; rei tamen veritas est, quòd intelligere & dicere distinguũtur formaliter, dicere enim addit supra intelligere, productionẽ verbi, sicuti distinguitur homo & animal in sorte: ex hoc reprehenditur Lichetus cum suo magistro hic, qui asserit ipsum dicere realiter distingui ab intelligere & ponit secundum actum.s. productiuum, & operatiuum; apud Sanctum Thom. Verbum producitur per actioné intellectus, quæ est dicere intellectualiter; nota secundo quod per omne intelligere existẽs in nobis viatoribus producitur Verbum adæquatum, vel inadæquatum, vt exponit Caie. illam maxima Diui Thomæ, omnis.s. viator ex hoc quod intelligit, intelligendo producit Verbum.

Tertia conclusio est. In diuinis est Verbum quod producitur per actũ intellectus paterni, hęc est de fide, vt patet Ioannis primo in principio erat Verbum, &c. Et est expressa sententia omnium patrum & scholasticorum, vbi animaduerte, & caue doctrinam Erasmi qui detestatur hoc nomen Verbum, tanquàm improprium, & loco illius ait esse vtendũ E nomine sermonis, & mouetur hoc leuissimo argumento, quia verbum est neutri generis, sermo autẽ masculini: ergo inepte, & incommode ponitur in Trinitate potius, quam sermo; deinde, quia sermo in plus se habet, quam verbũ, ergo potius tribuendum, est hoc nomen.s. sermo Trinitati, quam Verbum, nam quãto aliqua nomina sont communiora, tanto trinitati sunt attribuenda: & deceptus est valde, quia sacra scriptura non subijcitur ineptijs grammaticalibus, nomen quoq; sermonis licet sit communius, quam nomen Verbum, non tamẽ ita expressius importat relationem originis, sicut Ver-

A bum, propterea ab vniuersitate Parisiensi notatus est Erasmus, & de hac re statutus est articulus contra eum.

Quarta conclusio. Verbum in diuinis sumitur Dis.27.q.2.
aliquando essentialiter, non tamen proprie: hanc docet Sanctus Thomas primo sententiarum, & ratio esse potest, quia vbicunque est intellectio, & non importatur processus realis ex parte Verbi, sed tantum rationis, tũc Verbum dicitur essentialiter, sed in diuinis est intellectio, vt puta quando Filius intelligit diuinam essentiam esse ipsum, & etiam Spiritus Sanctus intelligit, & in istis intellectionibus harum diuinarũ personarum nó importatur pro-
B cessus realis rei intellectæ ad intelligentem, sed tantum rationis, igitur hoc nomẽ Verbum si communiter capiatur essentialiter dicitur; & hæc conclu-
sio ponitur contra Durãdum qui in præsenti loco Dis.27.q.1.
affirmat Verbum de vi nominis & proprie dicit aliquid essentiale, et ex appropriatione trahitur ad personale, sicut sapientia, et potentia, et bonitas: et
decipitur Durandus, quia communiter dicitur es- q.34. art.1.
sentiale, et non proprie, hoc.n. modo dicitur tantũ personale, vt dicemus infra; Nota etiam hic quòd Sanctus Thom. p.p. dicit quod Verbum sumitur personaliter, et Caiet. exponens ipsum Sanctũ Thomam asserit quod hic sequutus est cómunem opinio-
C nem Theologorum, qui tam nomen Verbi quam amoris docent sumi aliquando essentialiter, aliquãdo personaliter, in p. verò p. Vbi ex propria sententia loquutus est absq; formidine docet Verbum semper sumi personaliter, et deceptus est Caie. hic, quia Sanctus Tho. vbique docuit, quod patet etiã in disputatis, de veritate, vbi asserit, quod Verbum quando dicit realem processum, tunc dicitur personaliter, quando verò dicit processum rationis, tunc dicit essentialiter. et hoc latius docet, et notat
Syluester in primo volumine Cõflati, et propterea q.34. art.4.
sequenda est conclusio præsens.

Quinta conclusio, Verbum dicit respectum ad
D creaturas non ex sua proprietate personali, sed ra- q.34. art.3.
tione essentiæ, quæ includitur in significato personæ. hanc docet Sanctus Thomas prima parte, cuius ratio esse potest, quia expressum ab aliquo habet respectum ad ipsum exprimens, et ad illud, ex quo exprimitur, sed Verbum diuinum exprimitur, et producitur ab ipso patre, et ex notitia creaturarũ, igitur diuinum Verbum necdum dicit respectum ad Patrem, ex proprietate personali, sed ratione essentiæ quæ includitur in ea, dicit respectum rationis, quasi ex consequẽti ad ipsas creaturas, hæc conclusio ponitur contra Lichetum in hoc libro, qui
defendens suum magistrum Scotum, ait quòd no- Dist.32.
E tus expositor Sãcti Thomæ.s. Caiet. male intelligit Scotum, quia ipse Caiet. soluit rationes Scoti, quæ sunt contra hanc conclusionem, in qua conclusione asserit Sanctus Thomas diuinum Verbum produci à perfectissima et infinita cognitione Patris, quæ est comprehensiua diuinitatis, quo ad omnia ea, quæ in ipsa formaliter, et eminenter cótinentur, et quia in ipsa continentur creaturæ, idcirco diuinum Verbum procedit ne dum ex cognitione diuinæ essentiæ primario, et principaliter, sed etiam ipsarum creaturarũ secundario; propterea dicitur etiam habere respectũ ad creaturas, quia Paternus intellectus quo se et omnia alia intelligit dicit Ver

bum

bum personaliter in quo omnia contemplatur per A intelligere essentialiter, quod intelligere est commune Filio, & Spiritui Sancto.

Vltima conclusio, Verbum diuinum proprie loquẽdo personaliter dicitur sicut & imago de ipso Filio, hãc ponit Sanctus Thomas p.p. & est de fide, q.34. art.1. ita quòd oppositum tenere nõ licet, cum habeatur cap.1. ex illo Ioãnis, Verbum caro factum est; & est communis sententia omnium Patrum, præsertim Diui Basilij in sermone circa illud In principio erat Ver Cap.1. bum, & beatus Augustinus lib. 6. de Trinitate, & 7. asserit, quod sicut Filius refertur ad Patrem, ita & Verbum ad eum cuius est Verbum, sed Filius est nomen personale, quia relatiue dicitur: ergo & Ver B bum erit etiam & nomẽ personale. Nota hic quod Verbũ dicitur quatuor modis, primo improprie, & figuratiue, & sic quælibet creatura dicitur Verbum Dei, prout exequitur effectum ordinatum à Diuino Verbo, vnde in Psalmis scribit, Ignis, grando, nix, glacies, & Spiritus procellarum, quæ faciũt Verbum eius. Secundo capitur Verbum pro voce significatiua interioris conceptus. Tertio pro ipsa imaginatione vocis. Quarto pro conceptu intellectus, & hoc modo est similitudo Diuini Verbi, de quo dicitur, Eructauit cor meum Verbum bonũ. de hac materia legendus est Ioãnes Bacchonus in præsenti distinctione, vbi recitat quatuor opinio- C nes de hac re, an Verbum sit impressio caussata à memoria, vel actus intelligendi, vel res producta in esse intellecto, vel aliquod Idolum formatum ab actu intellectus. Secunda pars conclusionis quod imago sit proprium nomen Filij habetur à Sancto q.35. art.1. Thom. p.p. Et est nomen personale, quia importat processionem & originem, & est Patris Augustini Cap.1. primo de Trinitate, qui dicit quod solus Filius est imago Patris, & est de fide secundum Latinos, vt Cap.1. scribitur in Epistola ad Hebræos cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ Patris, dico secundum Latinos, quia Græci tribuũt nomen imaginis etiã Spiritui Sancto, de hac re legendus est Nicolaus de D Nisse in scripto resolutionis Theologorum tractatu primo par. 2.

Distinctio Vigesimaoctaua.

IN hac distinctione disputatur de innascibilitate, num sit proprietas constitutiua Patris, & pro resolutione huius negocij sex ponuntur conclusiones quarum prima est, Ingenitus vel innascibilitas, nihil ponit quod sit de proprio intellectu eius, licet aliquid ponat sicut præsuppositum sibi, hanc Dis.28.q.1. art.1. ponit Sanctus Thom. in præsenti loco, Et ratio huius talis esse potest, quia si innascibilitas aliquid E poneret, illud nõ potuisset esse nisi ratio principij, cum nullum aliud notionale posit Patri conuenire, sed hoc est falsum, quia aut diceret ipsam rationem principij in communi, aut in speciali, in communi non, quia non ponit in numerum cum specialibus, sicut animal non ponit in numerum, cum homine in sorte, nec etiam in speciali, quia aut diceret paternitatem, aut spirationem, & si sic, tunc non esset notio distincta ab illis, ex consequenti conclusio est verissima, sed animaduerte hic, quòd Quolib. 2. q.1. sunt duæ opiniones, circa hanc conclusionem, altera est Herueį, dolentis ingenitum formaliter dicere positiuum, quod est principiũ omnium personarum productarum, altera est opinio Sancti Thomæ, quam sequitur Diuus Bonauẽtura, & Scotus, & alij, quod ingenitum formaliter importat priuationem, materialiter vero id, in quo talis priuatio fundatur, & ex hac opioione succescit secunda pars conclusionis, quod innascibilitas præsupponit aliquid positiuum, quia omnis priuatio supponit aliquid in quo fundatur, sed innascibilitas est priuatio, negat. n. Patrem esse genitum, & dicit negationem Prioris, primum. n. est, ante quod nihil est; propterea fundatur etiam super dignitate, seu authoritate, & sufficientia existendi.

Secunda conclusio est. Innascibilitas quam significat hoc nomẽ ingenitus, prout est proprietas Patris sumitur priuatiue, & nõ pure negatiue, probatur ex mente ipsius Sancti Doctoris p.p. quia pri q.33. art. uatio dicitur vno modo quando aliquid non habet, quod natum est haberi ab aliquo sui generis, sicuti si talpa dicatur cæca, & quia Pater non habet generationem, quam habet suppositum aliquod diuinum puta Filius, propterea sequitur quòd innascibilitas priuatiue, & nõ pure negatiue dicitur de Patre, & licet Beatus Hieronymus tribuat Spiritui Sancto etiã ingenito, non tamen eo modo quo conuenit Patri, quia solus Pater est fons, & origo, & plenitudo ac author, & principium aliarum personarum, hæc autem non conueniunt nec Spiritui Sancto, nec diuinæ essentiæ, propterea est proprietas solius Patris.

Tertia conclusio, Illa priuatio. s. innascibilitas fundatur in ratione principij secundum quòd est notio Patris, hanc ponit Sanctus Thom. vbi supra; & ratio huius poterit esse, quia omnis negatio quę est in aliquo subiecto determinato, potest dici priuatio, vt scribitur 4. Metaphy. sed innascibilitas est Tex.17. quædam negatio fundata in subiecto determinato, igitur priuatio dici debet, quæ non cõpetit nec diuinæ essentiæ, nec Spiritui Sancto, nec Filio, cui iam conuenit opposita affirmatio. s. esse ab alio per generationem, Patri autem cõuenit simpliciter nõ esse ab alio, & hoc dicit dignitatem.

Quarta conclusio, Innascibilitas non est proprietas personalis, vel constitutiua Patris, hanc ponit Sanctus Thom. in pręsenti loco, & ratio huius est, Dis.28.q.1. art.2. quia omne illud quod præsupponit aliquid, non potest esse constitutiũ illius, sed innascibilitas supponit saltem secundum intellectum rationem principij super quã fundatur, s. paternitatem, ergo non poterit esse constitutiua ipsius Patris, ex cõsequenti non poterit dici proprietas personalis, quia iam supponit personam Patris esse constitutam. Adde etiam, quod cum innascibilitas dicat negationem seu priuationem, non potuit constituere suppositũ positiuum, licet cõstituat ipsum inesse primitatis.

Quinta cõclusio, Innascibilitas est vera, & ꝓpria q.33. art.4. notio Patris, hanc ponit Sanctus Thom. p. p. cuius ratio est, quia illud est proprie notio Patris, quo Pater ipse innotescit, sed Pater in quantum non est ab alio innotescit innascibilitate, igitur innascibilitas est propria notio Patris, quod autem sit propria patet ex hoc, quia conuenit soli Patri,

Vltima conclusio, Licet innascibilitas sit notio Dis.28.q.1. art.1. Patris, non tamen inspirabilitas, hæc. n. nullo pacto notio dici debet, hanc ponit S. Tho. in præsenti loco, &

co,& rō est, quia omnis notio importat aliquod speciale, sed inspirabilitas nihil speciale dicit, cum sit negatio processionis, igitur nullo pacto inspirabilitas notio dici debet; Adde q̄ tria spectant ad notionem, primum quòd dicat originem, secundū q̄ dicat dignitatem. Tertio quod sit quid speciale, hæc autem non cõueniūt inspirabilitati, propterea non est cõnumeranda inter notiones. Hæc conclusio ponitur contra Scotū qui vult se opponere ferè omnibus doctoribus, vt introducat sextam suam notionem, quam vocat inspirabilitatem. & pro maiori declaratione omnium istarum conclusionum, Nota hic, quia notiónes sunt illæ, quæ faciunt nos venire in cognitionem diuinorū, & quia quatuor modis nos venimus in cognitionem diuinorum, propterea quatuor modis dicitur notio, primo intellectus noster cognoscit diuina per creaturas, id circo creaturæ possunt dici notiones diuinorum secundo possumus cognoscere diuina per reuelationes, idcirco reuelationes quoque notiones dici possunt, tertio cognoscimus vnam personam per
Cap. 14. aliam, vt dixit Saluator Noster, Ioannis, Philippe qui videt me, videt & patrem. Postremo proprie, vt est forma, seu proprietas in abstracto significata, qua vna persona dignoscit, & distinguitur ab alia, siue personæ duæ distinguūtur ab vna, & sic notio proprie dicitur ratio cognoscendi diuinam personam, & hoc modo conclusiones præsentes loquuntur de Notione: & licet Cicero libro 3. officiorum vsus fuerit hoc nomine Notionis, tamē apud Theo
Cap. 6. logos desumptum est hoc vocabulum ab Augustino libr. 5. de Trinitate, vbi ait quòd alia est notio qua intelligitur genitor, & alia qua intelligitur genitus. Nota etiam, quod in Generali sunt duæ opiniones, alia est Præpositiui negans istas notiones tertio modo sumptas, & alia est communis Theologorum omnium affirmans eas, propter instantiā hæreticorum, vt possimus respōdere quo Deus est vnus, & quo personæ sunt tres, nam Deus dicitur vnus deitate, personæ sunt tres distinctis proprietatibus, nempe paternitate pater, filiatione filius, &
q. 68. per totum. processione Spiritus Sanctus. De hac re lege Alexandrum de Ales. p. p. summæ suæ.

Distinctio Vigesimanona.

IN hac distinctione disputatur de hoc nomine principij, num significet distinctam notionem,
q. 32. art. 2. & ponentur quatuor conclusiones, quarum prima est; Notiones ponēdæ sunt in Diuinis siue proprietates in abstracto notificantes personas, hanc ponit Sanctus Tho. p. p. Et ratio huius talis esse poterit, quia vbicunque sunt plures personę, quæ in aliquo conueniunt, etiam aliquo distinguuntur oportet seorsum ponere, & significare id in quo conueniunt, & in quo distinguūtur, sed in diuinis sunt plures personæ, nempe tres, igitur in eis oportet ponere, & significare id in quo cõueniunt, nempe essentialia, & id, in quo distinguūtur, & hoc pertinet ad notionalia, & sic necesse est ponere notiones, seu proprietates in abstracto significantes personas. Nota quòd hęc conclusio vt dictum est in
Dis. 27. q. 1. præcedenti distinctione posita est contra Præpositiuum exponentem abstractum pro concreto in diuinis, & etiam contra Gregorium, Ariminensem exprobantis huiusmodi proprietates, & sicut fuit diuersa opinio de existentia harum notionum, ita etiam, & de numero ipsarum, nam quidam Doctores Theologi, posuerunt quasi infinitas notiones, quia per infinitas comparationes, & similitudines, & respectus, quibus Deus nobis innotescit: quidā autem posuerunt tātummodo tres notiones, quia dixerunt tres tātum esse personas, & ideo sufficiūt tres notiones, quibus nobis allucescunt: alij verò, & est communis opinio Theologorum affirmarūt esse quinque, quia eadem est ratio innotescendi, & distinguendi, sed rō distinguēdi accipitur ex parte originis, & hoc aūt positiue, aut priuatiue, si priuatiue, aut priuat originē per modū producētis & cū hic modus non dicat nobilitatem, ideo non facit notionem, aut priuat originem per modum producti, & hoc vel specialiter, vel generaliter, si specialiter nō dicit nobilitatem, & ideo nec facit notionem, si generaliter sic dicit nobilitatē, & suscipitur vna notio, quæ dicitur innascibilitas; si autem accipiatur ex parte originis positiue cum duplex sit origo, & cuilibet respondeat de necessitate duplex habitudo, & hinc sequitur quod erunt quatuor videlicet, generatio actiua, & passiua, & spiratio actiua, & passiua, ex consequenti erunt tantum quinq; notiones, neque plures, neq; pauciores, & huic con sentit tota schola Theologorum.

Secunda conclusio. Nomen principij proprie dicitur in diuinis, & competit vni personæ respectu alterius, hanc propositioneu docuit Sanctus Tho. q. 33. art. 1. prima parte, cuius ratio est, quia omne id à quo aliquid procedit est principium illius, sed vna persona puta Filius procedit ab alia. s. à Patre, & Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, igitur conclusio est vera. Ista propositio est de fide, & habetur in Concilio Florentino, vbi definitur quod Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, & in Concilio Sibniensi determinatur quoque esse anathema ille, qui dixerit Filium esse sine principio, & Augustinus 6. de Trinitate, exponens illud Ioannis Cap. 6. In principio erat Verbum, glosat, idest in Patre, Cap. 10. quem voluit in quarto libro esse principiū totius deitatis ad hunc. s. sensum q̄ Pater est principium Filij, & Spiritus Sancti, in quibus est tota Deitas, vel quod nulla persona in diuinis procedit, cuius Pater non sit principium. & nota hic, quod ista conclusio est contra Græcos, qui volunt indifferenter Patrem esse principium, & causam Filij, vt latius docet Sanctus Thom. in primo Opusculo contra erro Cap. 2. res Græcorum. Latini abhorrent nomen causæ ad intra, sed vtūtur tantū nomine principij: & si forte apud aliquem illustrem Doctorem vsitatum fuerit quod pater sit causa Filij, vt legitur apud Augusti- Cap. 1. num libro 7. & libro octuaginta trium quæstionū, vbi dicit quod Pater est causa sap. etiæ suæ, & apud Diuum Hieronymum in Epistola ad Ephesios ex- Quæst. 16. ponentem illa verba, ex quo omnis Paternitas in Cap 3. cœlo, & in terra nominatur, asseritur, quod Pater sui origo est, suæque causa substantiæ. Ibi nomine causæ intelligenda venit ratio, sicut solemus dicere, quod immutabilitas in Deo est ratio æternitatis, vnde tam Augustinus, quam Hieronymus loquuti sunt respectu essentialium, non autem respectu diuinarum personarum, ita quod vna persona sit causa alterius personæ: propterea cautus esto, asseren-

asserendo contra Græcos hanc conclusionem, nomen principij, & non nomen causæ proprie conuenire vni personæ Diuinæ respectu alterius, quia causa dicit distinctionem essentialem, principium aũt distinctionem originis, & hæc distinctio est inter Diuinas personas, & non distinctio essentialis. lege
q.33.art.1. de hac re Caiet. in prima parte.

Tertia conclusio, Hoc nomen principium non dicitur vniuoce in Diuinis secundũ q̃ vna persona est principiũ alterius, & prout Deus est principiũ
Dist.29.q.1. art.2. creaturarũ, hanc ponit Sanctus Thom. in præsenti loco, cuius ratio esse poterit, quia illud quod in sui ratione includit tantum respectum rationis, & id quod includit respectum realem non conueniunt B in aliquo vniuoco, sed principium dictum de Deo in ordine ad creaturas, & dictum de vna persona Diuina in ordine ad alteram sunt huiusmodi, quia primum includit respectum rationis, secundum verò respectum realem, igitur non possunt in aliquo vniuoco cõuenire: probatur minor quia ens reale, & ens rationis non conueniunt in aliquo vniuoco;
Quæst.1. notandum est hic q̃ Durandus in præsenti distinctione narrat quandam opinionem antiquam, quę asserebat principiũ dici vniuoce de Deo vt est principium creaturarum, & cum dicimus q̃ vna persona est principium alterius, quã opinionem videtur sequi Scotus in præsenti loco, qui distinguit de C principio, asserens dupliciter posse à nobis intelligi, vno modo pro relatione, & sic principium essentialiter, & personaliter non conueniunt in aliquo vniuoco, alio modo potest capi principium pro eo quod principiat, seu pro eo quo principium principiat. & sic vult dici vniuoce. & decipitur valde, quia quomodocunq; capiantur non vniuoce, sed analogice dici debent, & ratio potissima est, quia principium personaliter, seu notionaliter conuenit Deo ab æterno; principium autẽ essentialiter, seu respectu creaturarum cõuenit Deo ex tempore, sed quæ conueniunt Deo ab æterno per prius ei conueniũt quam illa quæ ipsi conueniunt ex tempore. igitur D non vniuoce, sed per prius, & posterius; quod est analogice ratio principij de principio notionali, & essentiali dici debet. deceptus est ergo Scotus in hac parte, cũ quo currit Lichetus suus explicator.

Vltima cõclusio est. Principiũ in Diuinis, prout vna persona dicitur principiũ respectu alterius dicit notionem, quæ est origo, non autem priorita-
q.33.art.1. tem, hanc docet Sanctus Tho. p.p. Cuius ratio est, quia nomen imponitur ad significãdũ, id ad quod principaliter est ordinatum, & non id à quo imponitur nomen, sed principium principaliter ad significandum originem, licet ei impositum sit nomen à prioritate, attamen nõ significat prioritatem, sed E tantum originem, igitur conclusio est vera, maior patet ꝑ exẽplariter de hoc nomine lapis quod ei impositum est à lęsione pedis, non tamen ipsam significat, sed quoddã corpus durum, sic etiam de hoc nomine cœpa, cui impositum est nomen à constrictione oculorum, illã tamẽ nõ significat, sed quoddam corpus calidum, in tanto gradu: & in hac serie nominum, est principium, quod à prioritate sumptum est, eam tamen non significat, sed tantum originem, ex hac doctrina sequitur, quòd licet Pater sit principium Filij non tamen est prior Filio; hæc doctrina est cõtra Scotum & suum Lichetum, qui

A tenent oppositum, docentes varia signa originis, & volũt Patrem esse priorem origine Filio, & falsò docent, quia illa quę nõ habent prioritatem in intellectu nullo modo possunt habere prioritatem in re; sed Pater & Filius non habent prioritatem originis in intellectu, quia vnum non potest prius intelligi altero, loquendo de quocunq; intellectu, siue nostro, siue Angelico, siue Diuino: igitur neq; in re, Pater erit prior Filio, quia non in re essentiali, quæ est natura Diuina, neq; in re notionali, quæ sunt ipsæ relationes: pręterea, & secũdo sic, si Pater erit prior origine ipso Filio, ergo in illo priori poterit diffiniri Pater sine Filio, consequentia patet, B quia in illo priori habebit conceptũ quidditatiuũ dicentem quid, sed cõsequens est falsum, quia vnũ relatiuum nullo pacto diffiniri potest sine altero, ex his apparet quam sit falsa imaginatio istorum; de quibus omnibus lege Caiet. prima parte. q.42.art.

Distinctio Trigesima.

IN hac distinctione agitur de relatione inter Deum & creaturam, & præponuntur plurimæ cõclusiones inter quas prima est. Aliqua relatio est verum ens reale extra animam, hanc conclusionem ponit Sanctus Thomas principaliter in dispu- q.7.art.9.
C tatis de Potentia Dei. Cuius ratio potissima est, quia pręDicamenta sunt entia realia, vt scribitur 5. Metaph. sed relationes faciunt vnũ ex decem præ Tex.14. dicamentis, vt sancitur ab Aristotile in libro prædicamentorum, igitur relationes aliquæ sunt ens reale. Nota hic contra Aureolum in præsenti distinctione qui sequutus est, opinionem antiquorum Philosophorũ, quos recitat Auerroes 12. Metaph. Tex.13. qui dicebant relationem esse ens debilissimum, idcirco connumerabant eam inter secũda intellecta, & sic etiam, videtur sentire Aureolus, affirmans relationi ex natura sua repugnare esse ens reale; Animaduerte secundo, quod ens distinguitur ab Ari-
D stotile 5. Metaph. in ens extra animam quod est in Tex.5. rerũ natura, & in ens in anima quod est ens rationis. Ens extra animam adhuc subdiuiditur in ens simpliciter quòd est substantia, & in ens secundum quid, quod est accidens. Relatio spectat ad hoc membrum, quod est ens secundum quid: Attende tertio quod relatio est duplex, altera realis, & est quãdo res significata per talem relationem importatur per esse quod est sine operatione intellectus, sicut relatio paternitatis, & filiationis: relatio rationis est quando res non est talis, qualis significatur per relationem sine operatione intellectus, sicut relatio prædicati ad subiectum, signi instituti ad si-
E gnatum.

Secunda conclusio est. In illis tantum mutua relatio realis inuenitur, in quibus ex vtraq; parte est eadem ratio ordinis vnius ad alterum, hanc docet Sãctus Thomas, vbi supra. Cuius ratio poterit esse, Art.3. quia non omnia entia sunt secundum actionem & passionem, igitur non in omnibus erit mutua relatio, sed in illis tãtum, in quibus erit actio, & passio pręsertim vniuocis, & mensuræ, & mẽsurati igitur in illis tantum inuenitur mutua relatio in quibus ex vtraque parte est eadem ratio ordinis vnius ad alterum; & pro maiori intelligentia huius conclusionis nota quod tria exiguntur ad mutuam

rela-

relationem, primum quod vtrunque extremum sit ens reale actu existens, sicut est Pater, & Filius, vel mensura, & mensuratum, mouẽs, & motum; secundũ est, quod ista extrema debent esse distincta realiter, vt patet in exemplis positis; tertio quod ista extrema sint eiusdem ordinis, idest quod vnũ inclinetur ad aliud, propter bonum suum, sicuti Pater inclinatur ad Filium causando in eo perfectionem, & perpetuitatem suę speciei, sic, & agens, & patiens, & mensura & mensuratum: vbicunque igitur inueniuntur ista tria, ibi est mutua relatio realis, & quia inter scibile, & scientiam, & sensum, & sensibile non inueniuntur ista tria; deest.n. tertium, quia & si scientia pendeat à scibili, & actus sentiẽdi à sensibili, non tamen scibile pendet à scientia, nec sensibile ab actu sentiendi, propterea inter ista non est mutua relatio realis; hæc etiam conclusio ponitur contra Aureolum, qui male intellexit identitatem ordinis, arbitratus est.n. quod illa sunt eiusdem ordinis quæ sunt eiusdem generis, & male intellexit, quia germanus sensus huius conclusionis est ille, quem supra explicauimus.

Dis. 26. q. 2. art. 1.

Tertia conclusio, Creatura refertur ad Deum relatione reali, hanc ponit Sanctus Thomas hic, & in disputatis. Et ratio est, quia omne realiter dependẽs ab aliquo realiter refertur ad ipsum, patet hęc propositio, quia effectus dependet à causa sua, & propterea refertur ad eum, sed omnis creatura pendet à Deo realiter, & in genere causæ efficientis, & finalis, & exemplaris, igitur conclusio vera. Attẽde hic quod Ioannes Bacchonius multas recitat opiniones in præsenti distinctione si esset concedenda secũdum principia Philosophiæ aliqua relatio realis noua in Deo ex tẽpore, cum sit Axioma inter Philosophos, quod ab æterno nullum nouum, sed hæc quæstio est superflua iudicio meo, quia magister in præsenti distinctione Theologice disputat, si Dei ad creaturas dantur relationes reales, vt relatio creatoris, dominij, refugij, dati, vel donati, & probat ex beato Augustino 5. de Trinitate, qui ait quod creator relatiue dicitur ad creaturam, sicut dominus ad seruum.

Cap. 13.

Quarta conclusio, Nulla relatio Dei ad creaturam est realis; hanc probat Sanctus Thomas in locis supradictis, cuius ꝓbatio esse potest, quia creaturæ ordinantur ad ipsum Deum, & non cconuerso, quia Deus ipse benedictus est extra totum ordinem creaturarum, ergo sequitur, quod ipsius Dei ad creaturas nulla erit realis relatio. Attende hic, quòd supradictum est, quòd relatio realis requirit vt extrema sint eiusdẽ ordinis, idest inclinationis, & cum Deus & creatura non sint eiusdem ordinis, quia etsi creatura ordinetur ad ipsum Deũ, à quo sumat perfectionem suam, Deus tamen non inclinatur ad creaturam, nec ab ea sumit perfectionem aliquam, propterea ipsius ad creaturas nulla est relatio realis, Attende etiam quod diuersæ sunt opiniones Theologorum circa hanc conclusionem, nam aliqui dixerũt, vt fuit Gabriel, Gregorius Ariminensis, & Marsilius, & cæteri nominales, Deum realiter referri ad creaturas, quia est realis causa ipsarũ; aliqui verò vt fuit Scotus in præsenti etiam distinctione, qui vult quod relatio dominij, quod Deus habet de creatutis est realis; sententia tamen Sancti Thomæ hic, & in p.p. est quod Dei ad creatu-

Distin. 30.

q. 13. art. 7.

A ras nulla est relatio realis, vt canit conclusio præposita, & quod licet Deus sit creator, & dominus, non tamen ita denominatur à relatione reali, quæ sit in Deo, vt dicunt nominales, neque à relatione reali, quæ est in creatura vt dicit Scotus, quia tunc sequeretur quod creatura esset domina vt arguit Bachonus contra Scotum, sed Deus dicitur dominus à relatione dominij, quæ est relatio rationis in ipso Deo, vt latius docet Sanctus Thom. 2. libro contra gentiles; quod ipse Deus refertur ad creaturas, nõ per relationes quę sunt in ipsis creaturis, sed per relationes rationis, quæ sunt in ipso Deo.

Cap. 12.

Quinta conclusio, Omnis relatio realis realiter

B distinguitur à suo fundamẽto, hanc ponit Sanctus Thom. specialiter 5. Physicorum, cuius ratio esse potest, quia illa sunt realiter distincta, quorum vnũ potest esse altero non existente, sed fundamentum, & relatio ita se habent, quia potest esse fundamentum sine relatione, vt patet de albedine, quę est fundamentum similitudinis, & potest esse ipsa albedo absque similitudine quæ est relatio: igitur fundamentum, & relatio realiter distinguũtur. Nota hic quod sunt diuersæ sententiæ Doctorum circa hãc conclusionem, vt recitat Durandus in præsenti distinctione, & recitauimus etiã nos in dilucidationibus nostris super 5. Metaphy. Nam Erueus hic

Lectione 2.

Dilucid. vltima.

C quem sequutus est Gregorius Ariminensis, Henricus Gandauensis, Paulus Soncinus, Magister Crisostonius Iauellus, Syluester Prieras, p.p. Conflati sustinent de mẽte Sancti Thomæ, & Romani Aegidij relationem omnem identificari cum suo fundamento; Nos autem tum ibi, tum hic sequuti sumus mẽtem Capreoli, omnem relationem realiter distingui à suo fundamento, hanc quoque docet expositor libri contra Gentil. in lib. 4. & Ioannes Bachonitanus hic, & dominus Caiet. in p.p. Sancti Thom. Scotus tamen distinguit quod relatio cuius fundamentum potest remanere sine termino distinguitur realiter à fundamento; illa vero rela-

Quæst. 28.

Cap. 14.

q. 28. art. 2.

D tio, cuius fundamentum non potest esse sine termino identificatur cum suo fundamẽto, & hoc tenet in secundo sententiarum, & in tertio, & in quolib. De hac re lege Caietanum in p.p. Sancti Thomæ.

Dis. 1. q. 1.

Dist. 8.

Quæst. 3.

q. 28. art. 2.

q. 13. art. 7.

Sexta conclusio, Aliquæ relationes dicuntur de Deo ab æterno, & istæ relationes sunt secundum rationem, hanc ponit Sanctus Thom. p.p. Cuius ratio est, quia illa nomina quæ important respectum ad creaturas consequentẽ actionẽ intellectus aut diuinæ voluntatis cõueniunt Deo ab æterno, quia operatio Diuini intellectus, & voluntatis est æterna, sed multa sunt nomina huiusmodi. s. importantia respectum ad creaturas consequentem opera-

E tiones intellectus, & voluntatis, igitur conclusio vera; minor declaratur in istis nominibus nẽpe creatio, & iustificatio, quæ important solum respectum rationis & conueniunt Deo ab æterno, sunt etiam & alij respectus ideales huiusmodi. Nota quod ista conclusio posita est contra Gregorium Ariminensem, propterea nõ est de fide, sed cadit sub opinionibus, præsertim quo ad illam partem, quod istæ relationes sunt rationis, quia tenet Gregorius satis subtiliter & audacter hic, quod etsi Deus referebat ęternaliter ad creaturam, quæ non erat, tamen hæc relatio est realis, quia Deus ab æterno fuit realiter causatiuus & præscius, igitur ab æterno referebat

Dis. 28. q. 2.

ad causabile, & præscita, quæ opinio redditur falsa ex his quæ necessario requiruntur ad relationem realem, quæ tamen deficiunt in præsenti negocio, vnde & Scotus quoque acerrime inuehit in præsentiarum contra Gregorium.

Septima conclusio est. Multæ relationes conueniunt Deo ex tempore, hanc ponit Sanctus Thom. vbi supra. Cuius ratio est, quia illa nomina quæ cõsequuntur actiones procedentes secundum modũ intelligẽdi ad exteriores effectus dicuntur de Deo ex tempore, vt Saluator, & refugium, igitur conclusio vera, probatur cõsequentia quia Deus saluauit & redemit creaturam in tempore, sic etiam contulit ei refugium, iuxta illud, Domine refugium factus es nobis &c. Et hæc conclusio sumitur ex beato Augustino 5. de Trinitate, vbi habet; quòd hæc relatiua appellatio dominus, conuenit Deo ex tempore, Attende etiam hic, quod præsens conclusio est cõtra eũdẽ Gregorium supradictum, qui vult, quòd Deus bene refertur ad creaturam ex tempore, tamen relatione reali, & in hoc maxime decipit, vt patet ex supradicto fundamento, quod requirit ad relationem realem: omnis quippe relatio, quæ Deo temporaliter conuenit non est in ipso nisi secundum rationem sicuti etiam fieri, factum esse, vt est illud verbum salutiferum, Verbum caro factum est, &c. Secũdum rationem tantũ dicitur de Deo, quia nulla mutatio ex parte Dei facta est, sed tantũ ex parte creaturæ, lege de hoc Caiet. in p. p. Sancti Thomæ. & in tertiam partem. Nota circa has conclusiones supradictas, errorem Scoti, & eius explicatoris Licheti, qui volunt rationem formalem terminãdi relationem esse quid absolutum, hic enim est maximus error etiam in Philosophia peripatetica, vt Augustinus etiam Suessanus docet. contra Scotum in dilucidario suo super 5. Metaph. sic etiã & Caietanus in prima parte Sancti Thomæ, vbi supra, scribit in omni genere relationis terminum relationis formaliter loquendo non esse quid absolutum, sed respectiuũ, itaq; Pater terminat relationem Filij, sub ratione relatiua paternitatis, & sic etiam in relatiuis secũdi ordinis, & tertij ordinis, seu in relatiuis secundum esse, & secundum dici; & in hoc venit etiam reprẽhẽdendus Franciscus Ferrariensis 2. lib. contra Gentil. qui voluit Scotizare in hoc negotio, asserens in relatiuis secũdum dici terminum relationis, esse quid absolutum, & decipitur, quandoquidem relatiuum, siue sit secundũ esse, siue secundum dici, non potest referri ad terminum, nisi prout ei opponitur: hæc est Aristotelis in prędicamentis, sed non opponitur secundũ esse absolutum, sed tantum esse respectiuum: igitur in omni ordine relatiuorum, terminus est quid respectiuum, & non absolutum; præterea, & hoc sit contra Scotum, omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam, & sunt reciproca, si bene asignentur, igitur terminus omnium relatiuorum, erit quid respectiuum, & non absolutum, tertio duco Lichetum in contradictionem, asserit. n. de mente sui Magistri, quod terminus relatiuorum tertij modi est quid absolutum, & non respectiuum, & ibidem laudat Boetium in prædicamentis, qui dicit quod relatiua omnia condiffiniuntur, sed addo minorem, quę est Auerrois, & Alberti Magni in prædicabilibus, relatiua condiffiniri quatenus relatiua sunt, igitur terminus omnium relatiuorum cuiuscunq; ordinis, & modi sit, quid absolutum minime erit; sed tantum respectiuum, vt docet Caietanus cõtra Scotum, & sic male Lichetus defendit suum Magistrum errantem.

Cap. 4 — q. 13. art. 7. — q. 1. art. 1. — Dilucid. 5. — Cap. 11. — Dist 30. qõ. vnica. — Cap. 8 gñe

A — B — C — D — E

Distinctio Trigesimaprima.

IN hac distinctione in qua agitur de similitudine & æqualitate in diuinis, num sint relationes reales, breuiter ponuntur aliquæ conclusiones, quarum prima est. Aequalitas tã in creaturis, quã in diuinis est fundata super vnitatem quantitatis, hanc docet Sanctus Thom. in pręsenti distinctione Cuius ratio sumitur ex Aristotile 5. Metaphysices. quia vnum in substantia facit idem, vnum in quantitate facit ęquale, vnum in qualitate facit simile, igitur sicut identitas fundatur super vnitatem substantiæ, & similitudo super vnitatem qualitatis, ita æqualitas fundatur super vnitatem quãtitatis, tam in Deo, quam in creaturis, & hęc cõclusio ponitur contra Aureolum oppositum eius sentientem, & nescientem distinguere, si similitudo, & æqualitas supponit vnitatem specificam secũdum rem, vel secundum rationem.

q. 1. art. 1. — Tex. 15.

Secunda conclusio, æqualitas aliquid ponit, & aliquid priuat, hanc ponit Sanctus Thom. 10. Metaphysicæ, quia æquale opponitur priuatiue paruo, & magno, sicut vnum multo, & pauco, & ideo dicit relationem, quæ est, aliquid positiuum, & dicit vnitatem, cuius ratio consistit in priuatione. Et pro maiori intelligentia huius conclusionis nota. quòd in æqualitate, & similitudine tria sunt consideranda. s. fundamẽtum relationis, quod est quantitas vel qualitas, secundo extrema relationis, quæ dicuntur æqualia, aut similia, tertio ipsa habitudo relatiua, æqualitatis, vel similitudinis. Attende etiã quòd æqualitas, quantum ad suum formale significatum dicitur positiue, quia directe significat relationem vel realem, vel rationis, & hoc loquendo, siue de æqualitate in abstracto, siue in cõcreto, quod exprimitur nomine æqualis, vel inęqualis; si etiam loquamur de ęqualitate, quantum ad suum fundamentum, quod est quãtitas, vel aliquid acceptũ sub nomine quantitatis, sic etiam est aliquid positiuum, si autem loquamur de ipso fundamẽto sub sua formali ratione, sic est ratio vnius, quę est ratio priuatiua & dicit indiuisionem, & propterea conclusio est de facto, & secundum rei veritatem peripãtetica, quod æqualitas aliquid ponit, & aliquid priuat.

Tex. 17.

Tertia conclusio, æqualitas in creaturis, dicit relationem realem, hanc ponit Sanctus Thom. vbi supra cuius ratio est. quia vbicunque est fundamentum reale, & extrema etiam sunt realiter distincta, & eiusdem ordinis, & inclinationis, ibi necessario est relatio realis, sed in creaturis ęqualitas habet fundamentum reale, quòd est quantitas, siue molis, siue virtutis, & est inter extrema realiter distincta, quæ etiam sunt eiusdem ordinis: igitur æqualitas, & similitudo, sunt relationes reales in creaturis. hęc conclusio est posita contra Durãdum hic, qui disputans aduersus quosdam Theologos, ponentes ęqualitatem, & similitudinẽ esse relationes reales in diuinis, ipse autem tenuit opinionem opposi-

Quæst. 1.

positum quod sunt relationes rationis,& æqualanse A dixit de æqualitate, & similitudine in creaturis quod sunt relationes rationis.

Quarta conclusio. Aequalitas in diuinis dicit
q.42. art.1. relationem rationis, hanc ponit Sanctus Thomas prima parte. Cuius ratio est, quia ad relationem realem vt dictum est exigitur vt fundamentum sit reale,& realiter distinctum in vtroque extremo, sed fundamentum æqualitatis, non est realiter distinctum in extremis.f.in diuinis personis, igitur æqualitas non est relatio realis in diuinis, minor est claræ, quia fundamentum æqualitatis in diuinis personis est diuina essentia, adde etiam quod si æqualitas in diuinis esset relatio realis, tunc relationes B diuinæ reales essent plures quam quatuor; nota ꝙ hæc conclusio cadit sub opinionibus, Durandus enim conuenit nobiscum in ista conclusione, quia non solum posuit æqualitatem in diuinis esse relationem rationis, sed etiam in creaturis, vt dictum est. Aureolus dixit, omnem relationem completiue fieri solum per operationem intellectus, cuius opinionem sequutus est Gulielmus de Rubione,& quamplures alij, vt Gabriel, & cæteri nominales; Scotus tenet hic vt explicat suus Lichetus æqualitatem Patris ad Filium,& similitudinem esse relationes reales, & addit quod in Patre possunt esse tot æqualitates formaliter distinctæ, quot magnitudi- C nes formaliter distinctæ,& quia quodlibet attributum distinguitur formaliter ab essentia, & à se inuicem, & quodlibet est formaliter infinitum, igitur quodlibet habet propriam infinitatem, & sic propriam magnitudinem perfectionalem, & per consequens secundum omnes istas magnitudines Pater est æqualis Filio, quæ opinio sustineri non potest apud Theologos, quia sequeretur quod in Deo essent infinitæ relationes reales, quia sunt infinitæ perfectiones,& secũdum quamlibet perfectionem datur æqualitas, quod nullus Theologorum concedit. secundo sequeretur quod essent infiniti Dij contra fidem, consequen- D tia probatur, quia Deus est formaliter infinitum simpliciter, sed quodlibet attributum per Scotum est formaliter infinitum simpliciter, & distinctum ex natura rei ab altero, igitur quodlibet attributum erit formaliter Deus, & cum sint infinita attributa, infiniti erunt Dij. Adde & tertium, quia ponit aliam qualitatem in Patre, qua refertur ad Filium, & aliam qua refertur ad Spiritum Sanctum, & si ita est vt Scotus tenet, sequitur quod tres diuinæ personæ sunt distinctæ in aliquo absoluto, quod est contra omnes Theologos, consequentia patet, quia secundum ipsum æqualitas est relatio, cuius terminus est quid absolutum, E & non respectiuum, sicuti arguimus contra eum superius.

Vltima conclusio. Aequalitas in diuinis non est diuina essentia: hanc docet Sanctus Thomas in præsenti loco, cuius ratio est, quia id quod consequitur diuinam essentiam, seu eius vnitatem non est formaliter diuina essentia, sed æqualitas consequitur vnitatem diuinæ essentiæ cum sit relatio rationis, vt dictum est, igitur non est ipsa diuina essentia.

Distinctio Trigesimasecunda.

IN hac distinctione disputat Magister sententiarum quęstionem quandam continentem altitudinem nimiæ profunditatis, quippe quæ versatur circa hanc propositionem, Num Pater,& Filius diligant se Spiritu Sancto, cui respondetur per diuersas conclusiones; quarum prima est. Ista propositio est vera, & propria: hanc scribit Sanctus
Thomas in præsenti loco, Cuius ratio est, quia il- Distin.32.
la propositio est vera, & propria qua vsi sunt Pa- q.1. art.1.
tres, & Sancti Doctores, sed hac propositione vsi sunt Sancti Doctores, vt refert hic Magister senten
tiarum, igitur,&c. Nam Augustinus in primis sex- Cap.5.
to de Trinitate, item Beatus Hieronymus in expo-
sitione Psalmorum, Diuus Bernardus in canticis Psal.153.
canticorum. Riccardus de Sancto Victore libro Cap.6.
tertio de sacramentis,& quamplures alij. sed circa hanc propositionem notandum est, quod fuerunt diuersę sententiæ dictorum circa sensum ipsius,
nam quidam dixerunt, vt est Alexander de Ales q.77. mēb.
prima parte summæ suæ Theologiæ, quod proprie 3.art.3.
loquendo propositio est, falsa propterea est exponenda sic, Pater & Filius diligunt se Spiritu Sancto, idest amore appropriato Spiritui Sancto, Magister sententiarum reputat sensum propositionis esse difficilem, propterea relinquit ipsam insolutam. Goffredus Pittauensis absolute negat eam, & si opponis, quod ipsa vsi sunt Patres, respondet quòd si ea vsi sunt aliquando, tamen ipsam retractarunt, vt patet ex Augustino libro primo Retractationum, vbi retractat, & aliam ei similem.f.Pater est sapiens, sapientia genita. Simon de Torna-
co doctor Anglicus, & sapientissimus in præsenti Distin.32.
loco, asserit esse exponendam, & interpretandam sic, Spiritu Sancto tanquàm signo dilectionis communis. Durandus asserit propositionem esse veram, sed impropriam. Scotus, Antonius Andreas, discipulus eius, Iacobinus Malafossius, Bargius, & Lichetus cum tota Schola Scotistarum asserunt debere intelligi principiatiue diligunt se Spiritu Sancto, idest producunt Spiritum Sanctum. rei ta-
men veritas est, quam docet Sanctus Thomas pri- q.37.art.2.
ma parte, quod propositio est intelligenda cum constructione in habitudine effectus formalis, & sensus germanus est, Pater,& Filius diligunt se Spiritu Sancto, idest diligēdo se spirant Spiritũ Sãctũ.

Secũda concl. est. Ista propositio, Pater & Filius diligunt se Spiritu Sãcto nõ est cõstruēda in habitudine signi, hanc ponit S.Thom. vbi supra,& ratio est, quia sic etiã diligerēt se amore creato, quod est falsum: probatur cõsequētia, quia amor creatus est etiam signum dilectionis inter Patrem,& Filiũ, ista conclusio est posita contra Simonem de Tornaco.

Tertia conclusio. Ista propositio non est resoluenda in propositionem Per, ita vt sit sensus, Pater & Filius diligunt se, Spiritu Sãcto, idest per Spiritũ Sanctũ, quia hæc propositio Per, vt ait Alexãder de Ales, notat ꝙ Spiritus Sãctus esset principiũ Patris aut Filij diligentiũ adinuicem, vel dilectionis, qua se inuicem diligunt, & tunc Spiritus Sanctus esset principium sui ipsius, vel communis notionis, quæ dicitur de Patre, & Filio, quorũ vtrũq; est falsum; Adde quod hic sensus denotaret authoritatem in Patre,& Filio, & subauthoritate in Spũ Sancto, hęc

sapientia genita. s. Filio, tanquàm principio formali in eo existente, igitur Pater non est sapiens sapientia genita: et hęc conclusio ponitur hic contra Aureolum, qui vult, quod sicut ista est vera, pater diligit se Spiritu Sancto, ita & ista, Pater est sapiens sapientia genita, & decipitur, quia non est par ratio de diligere quod sumitur notionaliter, & de sapere quod sumitur essentialiter. est etiam hæc conclusio contra Antonium Andream hic, qui vult quod sicut Pater est sapiens sapientia ingenita formaliter, ita & sapiẽtia genita, quia habet in se quid quid dicit perfectionem simpliciter, & decipitur & iste, quia patrem sapere sapientia genita non dicit perfectionem vt ipse arbitratur.

Distin. 32. Vndecima conclusio. Filius est sapiens sapientia ingenita non tanquàm forma sua, sed tanquam principio productiuo, probatur, quia Filius est productus à sapientia ingenita quæ est Pater, ergo est sapiens sapientia ingenita secundum qood aliquid dicitur tale à suo principio productiuo, hanc licet non expresse doceat Sanctus Thomas, eam tamen non negauit, quam Thomas ab Argentina Distin. 32. totis viribus hic defendit.

Vltima conclusio. Filius est sapiens sapientia genita, ergo est sapiens sapientia genita, vel seipsomet, qui dicitur sapientia genita, scribitur 1. Co- Cap. 1. rinth. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.

Distinctio Trigesimatertia.

IN hac distinctione disputatur de proprietatibus personalibus in ordine ad diuinam essentiam, & explicatur hoc negotiũ per aliquas conclusiones, quarum prima est, essentia diuina, & proprietates relatiuæ sunt idem realiter, hác ponit Sanctus Thomas pluribus in locis suæ doctrinæ; sed Distin. 33. q. 1. art. 1. præsertim hic, & ratio est, quia omne illud quod est realiter in Deo, est idem quòd diuina essentia, sed proprietates diuinæ, seu relatiuę sunt realiter in Deo, vt scribitur à Beato Gregorio in præfatione, vt in personis adoretur proprietas, & in maiestate adoretur æqualitas, igirur essentia, & proprietates diuinæ sunt idem realiter, hanc docet etiã Beatus Augustinus septimo de Trinitate. docet eandem Beatus Anselmus in libro de processione Spiritus Sancti. Cap. 7. Cap. 2.

Secunda conclusio est ista. Proprietas diuina est idem realiter quod persona, hanc scribit Sanctus Thomas hic & prima parte. & ratio est, quia si proprietas dinina esset aliqnid distinctum realiter ab ipsa persona, sequeretur quòd cum sit in ea faceret compositionem cum ipsa, & sic diuinæ personæ nõ essent simplicissimæ; Adde quod in diuinis non differt quo est, & quod est, sed proprietas se habet vt quo, persona autem vt quod, Pater enim paternitate est Pater, ergo sequitur quòd proprietas, & diuina persona sunt vnum & idem. Attẽde hic, quod circa istas conclusiones fuerunt tres positiones magistrorum, prima fuit ipsius Magistri Giliberti Porrettani qui voluit proprietates non esse personas, nec in personis, sed assistunt eis sicut relationes, quæ positio ducebat ad magnum errorem, propterea coactus fuit ipse Gilibertus proprio ore retractare eam in Concilio Remensi. Secunda propositio fuit ipsius Magistri Præpositiui asserentis pro- q. 40. art. 1.

A prietates esse omnino personas, & non differre ab eis nisi in modo loquendi. Tertia positio fuit Magistri sententiarum qui affirmat proprietates ipsas esse personas & in personis, & hanc sequitur Sanctus Thomas hic.

Tertia conclusio. Essentia diuina, & proprietas relatiua differunt ratione: hanc ponit Sanctus Thomas, vbi supra, & prima parte, cuius ratio est, quia q. 28. art. 2. illa differunt ratione, quorum sunt diuersi conceptus, sed essentia, & relationes sunt diuersi conceptus, conceptus enim essentiæ est ad se, & conceptus relationis est ad aliud, igitur essentia diuina & proprietas relatiua ratione differunt. Nota hic, B quod circa hanc conclusionem fuerũt diuersæ sententiæ Theologorum: Scotus more suo ponens di- Dis. 2. q. 4. stinctionem illam ex natura rei, in reportatis, & in hoc libro arbitratur se demostrasse inter proprietatem, & essentiam dari huiuscemodi distinctionem, quam opinionem sequitur tota Academia Scotistarum. Erues, & Gerardus de Carmelo etiã vtuntur eisdem terminis, quod differunt à natura rei pro tanto, quod non sunt eadem res adęquate, seu conuertibiliter, quia multa conueniunt relationi puta incommunicabilitas, & oppositio, quæ non conueniunt essentiæ. Romanus Aegidius asserit etiam differre proprietatem, & essen- C tiam non absolute, sed pro vt relatio comparatur ad oppositum. Thomas de Argentina in hoc li- Dis. 33. ar. 4 bro asserit proprietates diuinas & essentiam sola ratione formali distingui. Aureolus vt recitat ipsemet Argentina in hac distinctione vult quod relatio seu proprietas relatiua non distinguatur ab essentia, nec realiter, nec formaliter, nec secundum intentionem motus hac tãtum consequentia, quia si esset ibi distinctio, esset & compositio: Ioannes Bacchonus recitans in præsenti libro opinionem Sancti Thomæ dicit se libenter sequi eam, & vult Dis. 34. ar. 5 quod proprietas, & essentia diuina distinguantur in esse reprę̨sentatiuo, vel obijcibili in respectu ad D intellectum, siue diuinum, siue creatum, & deceptus est, quia non intellexit opinionem Sancti Thomæ, qui ponit multas distinctiones, quarum primam vocat realem, quæ est inter rem, & rem qualis est inter Calliam, & Socratem; secundam vocat distinctionem solius rationis ratiocinantis, quam facit intellectus nullo fundamento reali præsupposito, vt eum dicitur Titius est idem sibi ipsi, vbi prædicatum, & subiectum distinguuntur ratione ratiocinante; tertiam distinctionem appellat rationis ratiocinatæ, et est illa quę actualiter fit per actionem intellectus, qui eandem rem diuersis conceptibus formaliter significãtibus aliquid rea- E le apprę̨hendit, seu fundamentum huiusmodi distinctionis, reprę̨sentans diuersa, et sic distinguuntur homo, animal, viuens, et rationale. quartam distinctionem appellat formalem, qualis est illa quæ reperitur inter res, quę materialiter sunt idem sed habent distinctas diffinitiones, sicuti actio, et passio, quæ cum sint vnus motus distinguuntur tamen distinctione formali, essentiali, quia habent diuersas essentias: has distinctiones ignorauit Bacchonus, ex quibus tamen apparet dilucidatio totius negotij in materia diuinorum, si quidem diuinæ perfectiones non distinguuntur, neque ab essentia, neque inter se formaliter ex natura

rei contra Scotum, & hoc est de intentione omniũ A Patrum, & Augustini, Anselmi, Bernardi, qui vnanimi consensu dicunt in Deo omnia esse vnum, vbi oppositio relationum non obstat, & sic etiam diuina attributa non distinguuntur ab essentia & inter se alia distinctione, nisi distinctione formali, rationis non solum ratiocinantis, sed etiam ratiocinatę virtualiter & eminenter, & sic etiã dicimus ad propositum quod relatio, & essentia distinguũtur formaliter secũdum rationem ratiocinatam propter distinctionem quæ habet fundamentum in emi-
q.39. art.1. nentia rei significatæ. de quibus omnibus lege Caietanum in primam partem Sancti Thomæ.

Quarta conclusio. Proprietas personalis differt B secundum rationem à persona, vt paternitas à Pa-
q.40. art.1. tre, & filiatio à Filio; hanc ponit Sanctus Thom. in multis locis, & præsertim p.p. & hic, cuius ratio est, quam adducit Thomas ab Argentina, quia illa differunt ratione. s. ratiocinata, quorum vnum est alterius constitutiuum, & alterum est constitutum; sed proprietas diuina est constitutiua personæ, & persona est constituta: igitur proprietas personalis differt à persona secundum rationem.

Quinta conclusio. Proprietates sunt in essentia: hanc ponit Sanctus Thomas vbi supra, cuius ratio est, omnis realis relatio est in suo fundamento, sed proprietates diuinę sunt relationes reales, quarum C fundamentum est ipsa diuina essentia, vt communis doctrina Theologorum prædicat, igitur proprietates diuinæ sunt in essentia verè secundum rem identice.

Sexta conclusio est. Proprietates diuinæ sunt in diuinis personis, & hic modus essendi in, reducitur ad illum, quo forma est in eo, cuius est forma, licet sit maxima dissimilitudo: hanc ponit Sanctus
Distin.33. Tho. in pręsenti loco, cuius ratio est, vt refert Thomas ab Argẽtina, quia illud quod à Sanctis dicitur adorandum in diuinis personis, illud verè est in eis sed in præfatione de Trinitate dicitur à sanctis, & canitur ab Ecclesia, vt in personis adoretur proprie D tas, & in essentia vnitas, & in maiestate adoretur æqualitas, igitur conclusio est vera.

Cap.10. Vltima propositio est. Essentia & persona sunt idem secundum rem. hæc est de fide tenenda, quia scribitur Ioannis. Ego & Pater vnum sumus, & in Epistola Canonica, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sunt, & est de finita ab Ecclesia de summa Trinitate, & fide Catholica in capitulo damnamus, & habetur in Concilio Florentino de vnione Armenorum & in Concilio Constantinopolitano primo cõgregato aduersus Arrium, sunt multa argumenta aduersus conclusiones istas, quo-
Quolib.4. q.3. rum solutiones videre poteris apud Capreolum E hic, & Henricum de Gandauo in quolibet. Et Diuum Bonauenturam, & Durandum, & Aegidium, & Gregorium Ariminensem, & cæteros scholasticos in præsenti distinctione.

Distinctio Trigesimaquarta.

IN hac distinctione disputatur de personis in ordine ad essentiam, & ideo à multis quæritur num relatio distincta contra essentiam dicat aliquam perfectionem, & supposito quod dicat, an essentia dicat maiorem perfectionem quam relatio, A vel econtra, & an illa perfectio relationis sit infinita: pro resolutione huius negotij sciendũ est, quod tres extãt sentẽtię Theologorum circa hoc, prima
est Scoti in Quolibetis, quem sequutus est Caieta- Quolib.5.
nus in primam partem Sancti Thomæ, huius etiam q.28. art.2.
opinionis est Capreolus in hoc libro, & omnes fe- Distin.7.
rè Thomistæ & Scotistæ in hoc conueniunt, quod relationes vt sunt formaliter distinctæ à diuina essentia non dicunt perfectionem, nec imperfectionem. Ocham, & Gabriel, & Marsilius & omnes ferè nominales, vt refert Iacobinus Malafossius Bargius, asserunt relationes omnes etiam rationis vt
addit Vigerius, & Dominus Mauritius in vniuer- Quæst.6.
B salibus Scoti dicere perfectionem, & dignitatem, & si diceretur, quod tunc aliqua perfectio esset in vna persona, & non esset in alia respondent, quod omnes personæ sunt æquales per ęquiualentiam, & dant exemplum de tribus Pilis quę fuerunt inuentæ in corde cuiusdã sanctissimæ Virginis, propter deuotionem quam habebat in Sanctissima Trinitate, & hodie reseruantur huiuscemodi Pilæ in deuotissimo templo montis falci, & tanti ponderis est vna Pila, quanti sunt alię duæ, sic tantæ perfectionis erit vna relatio puta processio passiua in Spiritu Sancto, quantæ duæ in Patre, vt puta paternitas & spiratio actiua. Tertia est sententia Ioan- C nis Bacchoni in hoc libro qui propter profunditatem, & altitudinem huius negotij reliquit quęstionem ipsam insolutam, nam arguit primo pro parte negatiua, quia omnis perfectio dicit aliquã bonitatem, si igitur relatio vt distincta ab essentia, diceret perfectionem, tunc in Deo essent distinctæ bonitates, quod omnes doctores negant; prætetea perfectio attributalis est perfectio simpliciter, quæ est cuilibet melior ipsa, quam non ipsa, si igitur relatio diceret perfectionem, vel esset maior vel minor perfectione attributali, & sic in Deo esset maior, & minor perfectio. Tertio paternitas, & filiatio differunt specie, & per consequens non sunt in D æquali gradu perfectionis si relatio diceret perfectionem; præterea quod eadem ratione conuenit essentiæ, & personæ est essentiale tantum, quia nihil dicitur notionale nisi quia aliqua ratione differt ab essentia, sed perfectio seu bonitas cum sint idem eadem ratione conuenit essentiæ & personæ, igitur relatio quæ conuenit tantum personæ non dicit perfectionem; postremo quod tantum significat absolutum, & non importat relationem originis est essentiale tantum, sed perfectio seu bonitas significat absolutum cum non dicat respectum, sed tantum excellentiam rei ad se, igitur relatio nullam perfectionem & bonitatem dicit, sed abstra- E hit à perfectione & ab imperfectione: tamen oppositum huius negotij, & pro parte affirmatiua probari potest, & primo sic, quia bonum est trascendens sicut ens, sed relatio, vt distincta contra essentiam dicit aliam entitatem igitur aliam perfectionem. secundo quod amatur recta voluntate à Deo, alicui est vere bonum, & dicit perfectionem, sed Deus Pater, vult sibi paternitatem distinctam contra filiationem, & Deus Filius vult sibi filiationem distinctam ex opposito, ergo relationes istæ dicunt distinctas bonitates. Tertio id quod adoratur adoratione latriæ dicit perfectionem infinitam, sed relationes vt sunt formaliter distin-

distinctæ ab essentia adorantur adoratione latriæ, ut canitur in præfatione, ut in personis adoreť proprietas, & in maiestate adoretur ęqualitas, igitur relationes dicunt perfectioné. quarto id dicit perfectionem, cui competit diffinitio perfecti, sed diuinis relationibus competit diffinitio perfecti: igi- Tex. 21. tur &c. minor patet ex diffinitione quã tradit Aristoteles 5. Metaphy. vbi habet perfectum est, cuius non est aliquid extra accipere, vel illud quod non habet excedentiam ad idem genus, vel perfectum est illud quod habet finem studiosum, modo omnes istæ diffinitiones conueniunt diuinis relationibus, finia enim ęarũ est distinguere diuinas personas, igitur diuinæ relationes perfectionem dicunt: probatur deinde ex doctrina Sancti Thomæ, qui (q. 32. art. 3. Distin. 28.) p. p. Loquens de notionibus docet notionem debere dicere dignitatem, inter alias eius circunstantias, & in hoc libro asserit tria pertinere ad notionem; primum quod dicat originem; secundo quod dicat dignitatem: tertio quod dicat quid speciale, & propterea inspirabilitas non est notio, sed notio est relatio; igitur relatio perfectionem dicit de mente Sancti Thomæ. (Quæst. 2.) Postremo probo de mente Caietani qui in tertiã partem Sancti Thomæ ponit existentiã essentialem absolutam, & existentiam relatam, sed existentia relata est bonum infinitum, ergo dicit perfectionem infinitam. Pro C decisione huius rei nota quod relatio potest considerari dupliciter, vno mõ vt dicit in, & sic in creaturis est accidens, vt dicit perfectionem, in Deo vero est substantia, & sic etiam dicit tãtam perfectioné, quantam dicit ipsamet substantia diuina, cum sint idem; secundo modo consideratur relatio vt dicit ad, seu respectum ad aliquid, & sic iuxta primã sententiam Scoti, & Caietani, nec perfectionem, nec imperfectionem dicit, sed abstrahit ab vtroque, quia omnis perfectio dicit ordinem ad subiectũ in quo est, sed relatio quãtum ad propriam rationem suã quę est ad, nõ dicit ordinem ad subiectum, sed ad terminum quem distinguit à suo cõtermino, ergo D relatio, nec perfectioné, nec imperfectionem dicit, iuxta vero secundam sententiam potest sustineri quod dicit perfectionem non simpliciter, sed huic per æquiualentiam. iuxta tertiam sententiã possumus dicere sequẽdo loquutionem Philosophorũ; quod relatio diuina quantum ad rationem sui generis dicit perfectionem simpliciter, sequendo vero loquutionem Theologorũ non dicit perfectionem, (Cap. 15.) quia vt docet Diuus Anselmus libro Monologion, illud dicit perfectioné simpliciter quod cuilibet est melius ipsum, quam non ipsum, sed filiatio diuina non est melius quod attribuatur Patri, quã quod non attribuatur, aut econuerso de Paterni- E tate Filio, quia hoc esset destruere suppositum Patris, si enim personaretur filiatione nõ esset Pater, aut si econuerso respectu Filij, igitur iuxta mentem Theologorum diuina relatio non dicit perfectionem, nec imperfectionem. & ex his habes primo, quod non est facienda illa comparatio, an relatio distincta ab essentia dicat minorem perfectioné, quam essentia vel ecõtra. secundo habes quod relatio vt est distincta contra essentiã non potest dici formaliter infinita vel finita, quia infinitum formaliter non potest multiplicari. tertio habes quod ratione essentiæ includit omnem rationem entis, & A omnis perfectionis. &c. Et sic patet solutio ad omnia quęsita nota in principio &c. Argumenta præposita de facili soluuntur ex supra notatis quę sigillatim possunt applicari rationibus vtriusq; partis à Lectore sciente formam argumẽtãdi, & soluẽdi.

Distinctio Trigesimaquinta.

SVperius tum Magister, tum cæteri sententiarij disputarunt de processione diuinarum personarum in vnitate essentiæ, quæ est principium creaturarum & causa, antequam de creaturis ipsis determinetur, disserit de intellectione ipsius Dei B optimi maximi, & ideo in hac distinctione quærit, nũ Deus vere & formaliter aliquid intelligat: quod negotium absoluendum est per aliquas propositiones, & vt facilius ad veritatem eius venire possimus sit prima propositio de nostro intellectu, intelligere in nobis est actio intellectus cuius principiũ est species intelligibilis, & terminus est conceptio seu verbum rei intellectæ: hanc docet Sanctus Tho. (q. 8. art. 6.) in disputatis de veritate, & in multis alijs locis, cuius ratio est, quia nulla pura potentia potest agere nisi per id quod sit in actu, sed intellectus noster est pura potentia, vt scribitur tertio de Anima, igi- (Tex. 4.) tur nõ potest agere nisi fiat in actu per speciem in- C telligibilem quę erit principium intellectionis, & vbi est principium intellectionis, ibi necesse est esse & terminum: hic autem terminus non est nisi conceptio rei intellectæ, ex cõsequẽti intelligere quod sequitur ipsum intellectũ factum in actu est actio, sicut calefacere quod sequitur calorem in igne est actio; sed nota circa istam propositionem, quod sunt diuersæ sententiæ Doctorum, nam Henricus in Quolibetis docuit intellectum habere actiuita- (Quolib. 4. q. 7.) tem producendi species rerum, quia cum anima sit nobilior corpore, si corpus producit speciem in intellectu, à fortiori & ipsa anima mediante intellectu. Durandus in hoc libro negat tam in intellectu, (Dist. 35.) D quam in sensu dari species, & ipsam intelligere nil aliud esse, nisi obiectum esse præsens intellectui. Godofredus in Quolibetis suis tenuit ipsum intel- (Quolib. 4.) ligere nil aliud esse, quam receptionem speciei ab obiecto. Alphonsus Toletanus in pręsenti libro as- (Distin. 5.) serit intelligere nõ esse aliquod absolutum additũ ad potentiam, sed tãtum respectum ad obiectum. Thomas de Argentina vult intellectum mere passi- (Distin. 5.) ue se habere ad primum suum actum, qui est quædam notitia confusa qui actus est ab obiecto sine specie, & per talem actũ actiue elicit alium actum, qui est notitia distincta etiã sine specie. Scotus (vt (Distin. 3. Quæst. 7.) exponunt sui interpretes Lichetus, & Bargius) fuit E huius sententiæ quod species intellectus cum sit aliud ab ipso intelligere, quod quidem intelligere est quædam qualitas significata per modum actionis sicut lucere in ordine ad lumé: & sic vides quomodo varie loquuntur doctores de hac re, nihilominus resolutio eius consistit in propositione proposita, quãdoquidem in via Sancti Thomæ species intelligibilis necessario ponitur in nostro intellectu, in quo est ipsa species actus intelligendi, & habitus, sed species intelligibilis realiter distinguitur ab ipso intelligere, quandoquidem principium operationis distinguitur realiter ab ipsa operatione, sed species intelligibilis est principium

ipsius intelligere, igitur realiter distinguitur ab ipso intelligere, quod quidē intelligere etiam distinguitur realiter ab ipso intellectu & specie intelligibili, quia causatum, & productum quodlibet realiter distinguit à causante, & producente, sed ipsum intelligere, seu actus intelligēdi causatur, & producitur à specie intelligibili, & ab ipso intellectu, ergo realiter distinguitur tam à specie intelligibili quā ab intellectu. & ex his sequitur, quod ipsum intelligere est actio immanens, immo formalis ratio nostræ intellectionis consistit in hoc q̄d est esse actionem immanentem in intellectu ab ipsomet intellectu causatam, sed diuersimode, ne idē sit causa & causatum, quod patet ex hoc, quia illa est formalis rō alicuius, quæ exprimitur per nomen vt scribitur
Tex.28. 4. Metaph. sed hoc nomē intellectio exprimit actionē intellectus, omnis enim actio intellectus est immanens, igitur formalis ratio intellectionis nostræ est, esse actionem immanētem in intellectu nostro ab ipsomet intellectu causatam.

Secūda propositio, Immaterialitas est rō quod aliquid sit naturæ intellectualis, & quod aliquid sit
q.2.art.2. intelligibile in actu, hanc docet S.Tho. pluribus in locis, & præsertim in disputatis de malo, & de veri-
q.14. art.1. tate. & prima parte, & rō est Arist. in 2. de Aīa quod
Tex.79. Plantæ ideō nō cognoscunt, quia sunt materiales, sensus parum cognoscit, quia parum est immaterialis, intellectus aūt magis cognoscit, quoniam est magis immaterialis, & separatus à materia, & im-
Tex.4. mixtus vt dicitur in 3. de Anima. Vbi nota quod immaterialitas nedum est ratio vt aliqua res sit cognoscitiua, & intelligens, sed etiam vt aliqua res sit intelligibilis passiue, vnde quanto aliquid est immaterialius, tanto est intelligēs & intelligibile, seu cognoscens, & cognoscibile: hæc cōclusio ponitur
Distin.35. contra Aureolum, & Gabrielem, & Marsilium hic qui nolunt eam intelligere, dicūt enim, quod stāte veritate huius propositionis sequeretur quod accidentia spiritualia essent intellectiua, & cognoscitiua, & sunt in maximo errore, quia propositio intelligitur de naturis subsistentibus, quibus competit operari, modo accidentia spiritualia per se nō subsistunt, sed insunt subiecto, propterea errarunt isti nominales, & propositio est acceptata ab omnibus grauissimis Philosophis, illustratis lumine rōnis.

Tertia ꝓpositio. Deus est intellectiuus, ista propositio est certa secundum fidem, immo nomē ipsius Dei hoc denotat, vt scribit Ioannes Damasce-
Cap.51. nus 2. lib. fidei Orthodoxæ, quia hoc nomen Deus deriuatū est à verbo Græco Theaste, quod est considerare, & cognoscere, vnde est communis animi conceptio apud omnes Deum esse naturæ intellectiuæ, licet sit contra antiquos Philosophos præsertim Pythagoricos & Leucippum, ipsi.n. non considerarunt nisi principium materiale tātum, & ideo dixerunt Deum esse corpus, est etiam cōtra Dauit de Dinanno qui stultissime posuit, Deum esse ma-
q.14. art.1. teriam primam. sed eam probat S.Thó. pluribus in locis, & præsertim p.p. quia omnis substātia immaterialis est intellectiua, sed Deus est substantia immaterialis, immo in sūmo gradu immaterialitatis & infinito, ergo summe, & infinite intellectiuus.

Quarta ꝓpositio est. Intelligere Dei est sua essen-
Cap.46. tia: hanc ponit S.Tho. 1. cōtra Gentiles, & est patris
Cap.4. Augu. lib. septimo de Trinitate, Vbi dicit Deo hoc
A est esse quod sapientem esse, hoc autem est sapientē esse quod intelligere: ergo Deo hoc est esse quod intelligere, sed esse Dei est eius substantia cum sit actus purus, ergo intelligere Dei, est eius substātia.

Quinta propositio est. Deus non intelligit alia specie intelligibili quam sua substātia, hanc docet S.Tho.p.p. quia Deus cum sit actus purus, oportet q.14. art.2. quod in ipso, intellectus, species intelligibilis, intelligere & res intellecta sint idem oībus modis, patet quod si inter ipsa esset diuersitas, tunc in Deo esset potentialitas, & compositio quod est falsum, quia ipse Deus est summe simplex & purus actus, propterea sequitur Deum non alia specie intelligibili
B intelligere quam sua essentia.

Sexta conclu. Intellectus in Deo non se habet ad intelligere vt potentia ad actum hāc: ponit S.Tho. Cap.10. 2. contra Gent. & ratio est, quia omnis potentia est principium transmutandi aliud inquantum aliud. sed intelligere Dei non est aliud ab intellectu eius, alioquin faceret compositionem cū eo, ergo intellectus Dei non se habet ad suū intelligere vt potentia ad actum: hæc ponitur cōtra Aureolum hic, qui vult nullā rōnem intellectus Deo attribuere, quia sonat imperfectionē, & Deus est purissimū intelligere, quo maius cogitari non pōt, propterea nō est resoluendū in intellectu, & intelligere speciē intel-
C ligibilē, & est in maximo errore hic Aureolus, quia nulli dubiū est Deū esse vnius tm̄ rationis formalis eleuate cōprehendentis omnia, verum quia noster intellectus nō potest cognoscere ipsum vt in se est, propterea format diuersas conceptiones de ipso, principalis ergo ratio harū cōceptionū est tum ex parte ipsius Dei, tū ex parte nostri, ex parte Dei est summa eius vnitas eminētissima comprehendens oīa, ex parte verò nostri est debilitas nostri intellectus cognoscētis hęc sensibilia, vnde ille intellectus qui est Deo ꝓpinquior, pauciores conceptiones de ipso Deo format, intellectus aūt diuinus vnicū tm̄ verbum producit, propterea dr̄ semel loquutus est
D Deus. distinguit ergo creatus intellectus intelligere Dei ab intellectu eius, & speciē intelligibilem ab obiecto intelligibili & sapiētiam à bonitate secundū rōnē, ex duplici cā ꝓposita; altera ex parte Dei, altera aūt ipsius creati intellectus, ex his apparet q̄ turpiter errauit Aureo. hæc s. dicta non cōsiderās.

Septima cōclusio seu propositio. Sola diuina essentia est primum per se. & principale obiectum diuini intellectus, hanc ponit S.Tho. 1. contra gentes, Cap.49. cuius ratio est, quia illud est primum, & per se obiectum diuini intellectus cuius specie sola intelligit, sed sola diuina essentia est id quo diuinus intellectus intelligit, igitur primum, per se, & principale
E obiectū diuini intellectus est ipsa diuina essentia, quia in eo idem est quo, & quod.

Octaua ꝓpositio, Deus cognoscit alia à se sicut in essentia sua visa, hanc ponit S.Thom. vbi supra, & Cap.50. etiā prima parte. Cuius ratio est quia effectus suf- q.14. art.5. ficientissime, & perfectissime cognoscitur in causa sua, sed Deus per suam essentiam est causa essendi omnibus alijs à se, igitur per suam essentiam cognoscit omnia alia à se in sua essentia, & est propositio de fide, quia scribitur ad Hebræos omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.

Nona ꝓpositio. Deus cognoscit omnia alia à se Cap.4. propria cognitione, idest non solum in communi,

sed

sed etiam quatenus sunt ab inuicem distincta, hanc A
Cap.51. ponit Sanctus Tho. pluribus in locis suæ doctrinæ,
& presertim primo cõtra Gentil. & est de fide, quia
Cap.4 scribitur ad Hebræos, quod Deus pertingit ad vsq;
ad diuisionem spiritus & animæ cõpagum quoq;
& medullarum, & discretor cogitationum, & inten
tionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis
in conspectu eius.

Decima propositio. Deus cognoscit singularia.
q.14. ar.11. hanc ponit Sanctus Thom. p.p. & est de fide, quia
Cap.16. scribitur libro Prouerbiorum, omnes viæ hominũ
patent oculis eius. Et ratio est, quia omnes perfe-
ctiones in creaturis inuentæ preexistunt in Deo al-
tiori modo, sed cognoscere singularia spectat ad B
perfectionem creaturarum rationalium, igitur co-
gnitio singularium non est denegãda ab ipso Deo.

Vndecima propositio. Deus cognoscit alia à se
tanquam obiecta secundaria, hanc ponit Sanctus
Cap.49. Thom. primo contra gentes, & defendit Thomas
Argentina in præsenti distinctione, cuius ratio est,
quia ille qui cognoscit perfectissime aliquam cau-
sam, cognoscit etiam & omnes effectus proue-
nientes ab ea sed Deus perfectissime cognoscit
essentiam suam, quæ est causa aliorum à se, ergo
cognoscit alia à se tanquam obiecta secundaria,
& est posita hęc cõclusio ab ipso Thoma ab Argen-
tina contra Aureolum, cuius rationes ostendit re- C
pugnare testui sacri Canonis vt est videre apud ip-
sum in probatione huius conclusionis. Circa has
conclusiones fuerunt diuersę sententiæ tum philo-
sophorum, tum Theologorũ: Aristoteles enim 12.
Tex.52. Metaphy. vt sentit ibi Auerroes & Iandunus voluit
quod Deus solum se ipsum, & nil aliud extra se co-
gnoscit, verũ quia Aristoteles obscure, & varie de
hac reloquutus est, & Auerroes similiter, hinc in-
ter eorum interpretes nata est dissensio, nam qui-
dam vt est prenominatus Iandunus, & Mirandola-
nus tenent Deum nihil omnino à se distinctum co-
gnoscere, alij tenent quod tantum illa cognoscit,
quæ immediate ab ipso fluunt, sublunaria vero nõ D
cognoscit; alij sustinent Aristotilem voluisse Deũ
omnia alia à se distincta cognoscere, ita iudicat Au
gustinus Niffus, ita tenet Zimara in Verbo Deus,
ita Soncinus, & Iauellus & Zerbus, & non nulli alij
Dilucid.6. Latini vt scripsimus nos in dilucidationibus no-
stris in 12. Metaphy. secunda sententia est Aureoli
vt refert Argentina hic, qui dicit nullam creaturam
relucere intellectui diuino absolute, nec sub ratio-
ne obiecti primarij, aut secundarij motiue; tertia
Dist.35. sententia est Durãdi in presenti etiam loco assertẽs
q.1.& 2. Deum non solum suam essentiam, sed omnia alia à
se distincte, proprie, & perfectissime cognoscere, &
non per aliud medium, quam per suammet essen- E
tiam; quæ est representatiua rerum distinctarum,
non solũ vt speculum, sed vt causa effectiua. quarta
Dist.3. q.7. sententia est Scoti vt narrat suus Malafossius, Bar-
gius in presenti lib. hic. n. voluit diuinã cognitionẽ
terminari non solũ ad essentiã suam, sed etiam ad
creaturas omnes ab æterno, quas produxit in quo-
dam esse intelligibili obiectiuo, quia in primo in-
stanti originis intellectus diuinus intellexit suam
essentiam absolute: in secundo instanti produxit
creaturas in esse intelligibili, in tertio instãti insur-
rexit relatio creaturarũ in esse cognito ad diuinũ
intellectũ, & sic eas ab æterno cognoscit. quinta sen
tentia est Gabrielis, & Ocham, & Marsilij, & Grego-
rij & omnium ferè nominalium in præsenti loco, Dist.35.
hi enim asserũt quod etsi diuina essentia perfectio-
ne, natura, & dignitate sit prius obiectum Dei quã
creatura, attamen in ratione cogniti non est prior
origine, sed æque simul ac primo cognoscitur à
Deo essentia sua, & creatura, quia impossibile est
ibi dari prius & posterius, & sic negant omnem or-
dinem instantiũ positum a Scoto, Deus. n. vnica in-
tellectione se, & omnia alia cognoscit. Vltima sen-
tentia est Diui Thomæ, quam sequutus est Henri-
cus in quolibetis, quæ sententia expressa est in pre- Quolib.9.
cedentibus propositionibus & clarius exprimetur q.1.
in sequentibus.

Duodecima propositio. Deus cognoscit infini-
ta, hanc ponit S.Tho.p.p. quæ cõclusio intelligitur q.14.ar.12.
tam de sciẽtia simplicis intelligentię, quam de sciẽ-
tia visionis, & rõ est, quia cõprehẽdens causam cu-
ius virtus est infinita & extendit se ad infinita, co-
gnoscit infinita, sed Deus comprehẽdit essentiam
suã cuius virtus est infinita & extẽdit se ad infinita,
igit Deus cognoscit infinita, & est ꝓpositio B. Au-
gustini lib. 12. de Ciui. Dei. Vbi habet quãuis infi- Cap.9.
nitorũ numerorũ nullus sit numerus, nõ tamen in
comprehensibilis est ei, cuius scientia nõ est nume
rus. ex quo patet quam turpiter errauit hic Aureo-
lus, asserens Deum ideo non cognoscere infinita,
quia tunc in diuino intellectu euacuaretur diuisio
continui.

Tertiadecima ꝓpositio. Deus nõ intelligit com-
ponẽdo, & dicendo, hanc scripsit S.Tho. 1. contra Cap.58.
Gentil. Cuius ratio est, quia illa quæ ab intellectu
componuntur, possunt ab eodẽ intellectu seorsum
cognosci; quia ideo intellectus noster componit,
quia cognito subiecto non statim cognoscit eius
passiones & proprietates, sed diuinus intellectus
non seorsum cognoscit subiectum & proprietates
eius, sed simul cognoscit omnia, igitur Deus nõ in-
telligit componendo, & diuidendo, & si cognoscat
enuntiationes affirmatiuas, & negatiuas, hanc pro-
positionẽ docuit B. Dionisius lib. de Diuinis no- Cap.7.
minibus. Vbi loquẽs de Angelis dicit qđ virtus in-
tellectualis Angelorũ resplendet pspicacitati diui-
norũ intellectuũ simplicitate, sed simplex intelligẽ-
tia est sine cõpositione & diuisione, igitur Angeli
sine cõpositione, & diuisione intelligunt, & si hoc
prædicatur de Angelis, quanto magis de Deo dici
debet, & ex hoc apparet quam pessime errauit Au-
reolus arguens contra hanc veritatem.

Quartadecima ꝓpositio. Deus cognoscit enun
tiabilia, & complexa, hanc scripsit S.Tho.p.p. cuius q.14.ar.14.
ratio est, quia Deus perfectissime cognoscit, quid-
quid est, tam in potentia sua, quam in potentia cu-
iuscunque creaturæ, sed enuntiabilia sunt in pote-
state creaturæ vt ab ipsa fiant, igit Deus illa cogno-
scit & intelligit, & hęc est de fide, quia scribitur in
Psalmis. Dominus scit cogitationes hominum qm
vanæ sunt, sed enuntiabilia continentur in cogita-
tionibus hominum, ergo Deus cognoscit enuntia-
bilia. Ex hoc apparet alius error ipsius Aureoli qui
vult cognitionem diuinæ potẽtiæ non esse rationẽ
cognoscendi ea quæ in ipsa continentur.

Quintadecima propositio. Deus cognoscit non
entia, hanc ponit S.Thom. vbi supra, & ratio huius Art.9.
est, quia Deus cogoscit omnia quæ sunt quocunq;

modo, igitur Deus cognoscit tam illa, quæ per po-
tentiam suam, & per potentiam cuiuscunque crea-
turæ fieri, cogitari, & dici possunt, igitur cognoscit
Cap.4. non entia, & hæc est de fide vt scribitur ad Roma-
nos, qui vocat ea quæ nō sunt, tanquā ea quæ sunt.

Decimasexta, Deus intelligit omnia simul, hanc
Cap.55. ponit Sanctus Thom. primo contra gentes, cuius
ratio, illa Deus simul omnia intelligit, quæ vnica
specie intelligit, igitur Deus simul intelligit om-
nia, probatur consequentia, quia species intelligibi
lis, qua Deus intelligit est vnica, quæ est sua essen-
tia, & ex hac conclusione arguendus venit Aureo-
lus negans diuinam essentiam esse speciem intelli-
gibilem.

Decimaseptima propositio est. Scientia Dei non
q.14. ar.15. est variabilis, hanc ponit doctor Sanctus p.p. & ra-
tio est, quia scientia Dei est sua substantia, quæ est
inuariabilis & immutabilis, & hæc propositio est
Cap.1. certa secundum fidem, quia vt scribitur in Episto-
la Iacobi, apud Deum non est transmutatio, neque
vicissitudinis obumbratio.

Decimaoctaua propositio. Scientia Dei non est
q.14. art.7. discursiua, hanc scripsit Sanctus Thom. p.p. & ratio
est, quia in scientia Dei non est discursus secundū
successionem, neque secundū causalitatem, igitur
scientia Dei nullo pacto est discursiua, vnde Deus
cognoscit discursus non discurrendo, & proposi-
tiones affirmatiuas, & negatiuas nō componēdo,
neque diuidendo, & hæc propositio est Diui Augu-
Cap.5. stini 3. de Trinitate, asserentis quod Deus non par-
ticulatim, vel sigillatim omnia videt, velut alternan
te conceptu, hinc illuc, inde huc, sed omnia videt
simul.

Decimanona propositio. Deus cognoscit mala,
q.14. ar.10. hanc ponit Sanctus Thom. p.p. & est de fide, quia
scribitur Prouerbiorū. Infernus, & perditio corā
Cap.15. Deo. hanc latius disputat Marsilius in hoc libro,
vbi asserit quod de malis pœnæ nō est dubiū, quia
q.38. art.4. sunt remediatiua culpæ, de quibus dicitur Amos,
Cap.3. si erit malū in ciuitate, quod non fecerit dominus,
de malis etiam culpæ etiam patet, quia si non agno
sceret, cum notitia simplicis intelligentiæ, tum etiā
visionis, tunc nō esset bonus Iudex, quia nullus be-
ne iudicat de his quæ nescit, sed bene de his quæ
nouit. Addit Riccardus de media villa, quod hæc
propositio innumeris authoritatib. scripturæ sua-
deri potest, & est illa, delicta quis intelligit, & il-
la alia, delicta mea à te non sunt abscondita, hanc
etiam disputat Robertus Holchot ordinis prædi-
catorum & Gulielmus de Rubione, & omnes fere
sententiarij hic.

Vigesima propositio est. Sciētia Dei non est vni
uersalis, aut particularis, vel habitualis, vel poten-
q.14. art.1. tialis, hanc ponit Sanctus Tho. p.p. Cuius ratio est,
quia scientia dicitur vniuersalis vel particularis ra-
tione medij vniuersalis vel particularis, sed diuina
essentia, quæ est medium scientię Dei, non est vni-
uersalis vel particularis, sed altior omnibus his, igi
tur sciētia Dei nec vniuersalis, nec particularis dici
poterit, & ex hac propositione reprehendendus ve
Dis.35.q.4. nit Durandus, qui in hoc libro affirmat scientiam
Dei, & vniuersalem, & particularem dici debere.

Vigesimaprima propositio est. Scientia Dei est
q.14. art.8. causa rerum, hanc ponit Sanctus Thom. p.p. Cuius
ratio est, quia sicut se habet Artifex ad artificiata,
A sic Deus ad Creaturas, sed artifex est causa artifi-
ciatorum per scientiam suam, ergo, & Deus est cau
sa rerum per suam sciētiam. Ex hac veritate arguen
dus est Aureolus, qui oppositum huius conclusio-
nis sustinere conatur hic, & decipitur, quia scientia
beneplaciti quę claudit in se voluntatem, est illa de
qua intelligitur propositio, quæ alio nomine dicit
scientia probationis, & non sciētia simplicis intel-
ligentiæ vt sic, & hoc modo intellexit beatus Augu
stinus 5. de Trinitate, vbi asserit vniuersas creatu-
ras & spirituales & corporales non quia sunt ideo
nouit Deus, sed ideo sunt, quia nouit, quibus ver-
bis aperte docet scientiam Dei directam à volun-
B tate esse causam rerum.

Vigesimasecunda propositio est. Sciētia Dei nō
est vniuoca, scientiæ creaturarum, hanc docet San- q.2. art. 12.
ctus Thom. in disput. De veritate, Cuius ratio est,
quia Deo & creaturis nihil est commune vniuocū,
igitur, neque diuina scientia & scientia creata vni-
uocari possunt, cum non conueniant in eodem no-
mine & ratione, nam sciētia Dei est substātia, scien
tia creaturarum est accidens. ex veritate huius pro-
positionis arguendus est Antonius Andreas cum Dis.3.q.3.
tota Schola Scotistarum, qui in hoc libro conten-
dunt probare omnia ferè nomina dicta de Deo, &
creaturis esse vniuoca: nec sumas ex hoc quod di-
C catur æquiuoca vt dixit Rabi Moises in libro de
mysterijs Aegyptiorū, quia nec vniuoce, nec ęqui-
uoce, scientia Dei & creaturarum conuenire pos-
sunt, sed tantum analogice.

Vigesimatertia propositio est. Scientia Dei est
triplex approbationis, quæ est solum de his quæ se
extendit ad beneplacitum voluntatis, hanc ponit
Sanctus Thom. p.p. hæc patet ex se ibi, & non indi- q.14. art. 7.
get nisi declaratione, quia scientia visionis est eorū
quorum ab æterno fuit præuisio, & illorū quæ sūt,
fuerunt vel erunt: sciētia simplicis intelligentiæ est
qua Deus cognoscit omne possibile etiā infinita:
in hac conclusione conueniunt omnes ferè Scho-
D lastici, & Diuus Bonauentura, Scotus, Gregorius
Ariminēsis, Gabriel, Thomas de Argentina, & mul-
ti alij.

Vigesimaquarta propositio est. Sciētia Dei non
potest esse abstractiua, hāc ponit Sanctus Tho. p. p. q.14. art.7.
cuius ratio esse potest, quia scientia abstractiua est
imperfecta, sed sciētia Dei est perfectissima, igitur
non est abstractiua.

Vigesimaquinta propositio est. Scientia Dei est
intuitiua, hanc ponit Sanctus Thomas vbi supra cu
ius ratio est, quia notitia de rebus visis in sua essen
tia est intuitiua, sed scientia Dei est de sua essentia,
vel de visis in ea, igitur est intuitiua: nota hic decla-
E rationem Ioānis Bacchoni in præsenti distinctio-
ne quod visa in diuina essentia sunt creaturę, veluti
secundaria obiecta vt diximus supra, sed non ter-
minatiue aut motiue, sed consequutiue, & dicitur
primarium & secundarium obiectum ex parte no-
stri, quia Deus cōprehensionæ suæ essentię cogno-
scit omnia simul vt dictum est. hanc etiam docet &
Bargius de mente Scoti in hoc libro. Dist.40.

Vigesimasexta propositio est, Deus habet scien
tiam speculatiuā de seipso, hac ponit Sanctus Tho- q.14. ar.16.
mas prima parte cuius ratio est, quia illa sciētia est
speculatiua, quæ est de re nō operabili, aut factibi-
li, sed diuina sciētia est de essentia sua, & de seipso,

qui non operabilis neque factibilis, igitur scientia A Dei de sua substãtia & de seipso est speculatiua tantum: ex veritate huius propositionis reprehendendus est Scotus qui peccauit peccato maximo asserens in prologo huius libri scientiam Dei de seipso esse simpliciter practicam, de qua re lege Caietanũ vbi supra.

Vigesimaseptima propositio est. Sciẽtia de creaturis potest esse speculatiua, & practica, hanc ponit In prologo Sanctus Thom. vbi supra, & ratio primæ partis propositionis est, quia omne nobilius est Deo attribuendum, sed scientia speculatiua de creaturis est nobilior scientia practica vt scribitur 1. Metaphys. ergo Deus habet scientiam speculatiuam de crea- B turis, quia cognoscit ipsas quo ad prædicata vniuersalia. ratio secundæ partis propositionis est, quia scientia de rebus factibilibus est practica, sed creaturæ sunt operabiles & factibiles à Deo, igitur, sciẽtia quam habet Deus de creaturis est practica.

Vigesimaoctaua propositio est. Scientia quam habet Deus de malis est practica, hãc docet Sãctus q.14. ar.10. Thom. p.p. cuius ratio est, quia eadem cognitione cognoscitur habitus, & priuatio, sed bonum cuius priuatio est malum, scitur à Deo scientia practica, ergo, & malum culpæ, quod opponitur bono creato, scitur etiam à Deo scientia practica; non quod ipse operetur malum culpæ, sed quia permittit; C quemadmodum, & medicus habet scientiam practicam de ægritudine non quod eam causet, sed quia eam curet, sic etiam & Deus, quia permittit, & curat mala culpæ; mala vero pęnæ operetur, idcirco de eis practicam scientiam habet.

Vigesimanona propositio est. Scientia Dei respectu illorum quę nunquàm operatur poterit tamen facere, & operari si voluerit, erit practica ratione obiecti, non autẽ ratione finis, hanc ponit Sanctus q.14. ar.16. Thom. vbi supra, cuius ratio est, quia noticia de rebus operabilibus & factibilibus est practica ratione obiecti, sed scientia quã Deus habet de his quæ facere potest, & non facit, sunt factibilia, & opera- D bilia, igitur habet Deus scientiam practicam de ipsis, quæ facere potest, & non facit.

Trigesima propositio est. Scientia Dei absolute, & secundum se considerata non est neq; practica, neque speculatiua, vt sic, hæc deducitur ex dictis Sãcti Thomæ vbi supra, cuius ratio esse potest, quia illa cognitio, quæ est simplicissima præhabens in se eminenter perfectionem cuiuscunque scientiæ, nõ est neque practica præcise, neque speculatiua præcise, vel affectiua, sed altior, & eminenter continens rationem cuiuscunque scientiæ, sed diuina cognitio est huiusmodi, igitur conclusio est vera, de his Dist.40. lege Caietanum vbi supra, & Bargium in hoc libro, E & Gabrielem, & Marsilium, & Gulielmum de Rubione in præsenti distinctione.

Attende tamen impertinentiam, ne dicam insolentiam Francisci Licheti de Brixia, qui negat Dist.38. qõ. vnica. in conclusione vigesima esse ad mentem Scoti id quod Caietanus dicit, quod Deus habet scientiam simpliciter practicam de seipso, & inuehit maledicis verbis aduersus Caietanum asserens, quod iste nouus expositor non bene studuit doctrinæ Scoticæ, non. n. Scotus asserit vt ipse fatetur, cognitionẽ Dei de seipso esse simpliciter practicam, & ideo parum curandum est de dictis istius expositoris, qui ferè in omnibus dum disceptare studet in quinternis suis de doctrina Scoti, aut sensum retorquet, aut quid dicturus sit non intelligit, aut totaliter à via suorum Communiq; deuiare videtur: in qua responsione ipse Franciscus negat expresse suum Magistrum Scotum, qui in prologo primi sententiarũ q.4. & 5. habet definiendo scientiam Dei, illa verba, noticia Dei de seipso est simpliciter practica, aut nihil sibi deest, quin sit practica, vel est dicẽdum, quod vitio impressoris illa verba sunt inserta in doctrina Scotica, vel Lichetus negat suum Magistrum. Quãtum ad illud quod dicit Caietanum nõ bene studuisse doctrinæ Scoticæ, verum asserit quod Caietanus non illi doctrinæ studuit ad sectãdam, & sequendã eam, sed bene ad ipsam impugnãdam, & reprobandam tãquam chimericam. Quãtum ad illud aliud quod asserit, quod parum curandum est de dictis Caiet. si ita est, cur ipse Franciscus tanti facit, quod vbique locorum in commentarijs suis carpit eum nesciendo adducere rationem aduersus doctrinã prorumpit in personam contumelijs; Postea illud aliud dictum ab eo est verissimum, quod Caietanus non intellexit doctrinam Scoti, nec aliquis bonus Theologus eam intelligere potest, quia nõ intelligitur nisi verũ teste Aristotile primo posteriorum. Cap.2. si enim doctrina Scoti non intelligitur signũ est quod est falsa, & propterea nedum Caietanus, sed omnes ab ipsa deuiare debent.

Distinctio Trigesimasexta.

Habito in præcedẽti distinctione quod Deus intelligat alia à se, & quod distincta cognoscat, disputatur modo à sententiarijs, num ad istam cognitionem prȩexigatur in ipso Deo pluralitas idearum & respondetur, resoluendo hoc difficile negocium per Chategoricas conclusiones; quarum prima est. Diuina essentia est propria ratio cuiuslibet creaturæ, hæc propositio ponitur à Sancto doctore primo contra gentes. Cuius ratio Cap.54. est, quia id in quo sunt perfectiones omnium rerũ, vnitissime est propria ratio cuiuslibet rei creatæ, sed in diuina essentia sunt perfectiones omnium rerum creatarum & creabilium, vt docuit Sanctus Thom. p.p. igitur &c. Nota quod hęc conclusio po- Quæst.4. Dist.36. nitur contra Gerardum de Carmelo in hoc libro, qui vult diuinam essentiã sub ratione essentiæ esse propriam rationẽ cuiuslibet creaturæ: propositio verò Sancti Thomæ intelligitur secundum germanum sensum, diuinam essentiam prout est intellecta à diuino intellectu, & vt obiectum intelligibile, & imitabile à creaturis esse propriam rationem ipsarum.

Secunda conclusio est. Rationes creaturarum in Deo distinguũtur per diuersos respectus, licet sint eadem realiter, hanc docet Sanctus Thom. eodem libro quo supra contra Gentiles. Cuius ratio est, Cap.52. quia diuina essentia intellecta præcise secundum quod est imitabilis ab Angelo, est propria ratio ipsius Angeli, & prout est imitabilis ab homine est propria ratio hominis, & sic de alijs creaturis, sed imitabilitas Dei ad creaturas est respectus rationis, igitur illæ plures rationes in Deo distinguũtur per respectum rationis; hæc cõclusio ponitur contra Aureolum, & contra Ioannem de Bassolis, qui

in hac

in hac præsenti distinctione negans huiusmodi respectus, asserentes creaturas posse primo intelligi à Deo non comparatiue, vel non comparando essentiam ad creaturas, vel econuerso, quia vtrumque istorum est absolutum, igitur fictitij sunt huiusmodi respectus, quia consequuntur actum comparatiuum, essentiam diuinam ad creaturas, & sic derelinquendo hanc veritatem, vertunt se ad magistrú eorum Scotum, quod Deus produxit creaturas in esse cognito, & sic eas cognoscit, sed hęc opinio reprobata est in præcedenti distinctione, quia illud esse creaturarum productum ab æterno in esse diminuto repugnat fidei & antiquis patribus & veræ philosophiæ, nec ratio istorum aliquid concludit, quia istæ rationes existentes in ipso Deo identice sunt ipsa essentia & non sunt rationes quibus Deus intelligit, sed bene rationes intellectæ.

q.3.art.2. Tertia conclusio est illæ plures rationes sunt plures Ideæ, hanc ponit Sanctus Tho. in disputatis de veritate, cuius ratio est, quia istæ plures rationes in Diuino intellectu sunt, ad quarum similitudinem producuntur creaturæ ex intentione agentis prædeterminatis sibi finem, sed Ideæ sunt huiusmodi quod patet ex hoc, quia de ratione Ideæ est primo, quia sit forma, qua aliquid imitatur, secúdo quod illa imitatio fiat ex intentione agentis, tertio quod illud agens prędeterminet sibi finem, igitur conclusio vera. Nota circa hanc conclusionem quod est difficilis, quia quatuor opiniones inter Theologos versantur circa ipsam: prima est quam recitat Bacchonus tribuens eam Gerardo, quod Idea est ipsa Diuina essentia, & est vna respectu omnium; secunda opinio est Marsilij, & Rogerij, & Petri de Aquila volentium Ideam esse quid aggregatum ex Diuina essentia, & relatione quadam; tertia opinio est, quam sequitur Iacobinus Bargius, & Frãciscus Lichetus, & Gabrielis declarãtem Ideam nil aliud esse, nisi rem cognitam in mente Diuina; Quarta opinio est Sãcti Thomæ, & Henrici, & omnium bonorum Theologorum, Ideam esse rationem illam identice Diuinam essentiam prout dictum est in conclusione, quæ conclusio est de mẽte Augustini

Quæst.23. libro octuaginta trium quæstionum. Vbi habet, quod tanta vis in ideis constituitur, vt nisi his intellectis, sapiens esse nemo possit. Attende etiam hic, primum inuentorem Idearum non fuisse Platoné, sed Socratem eius Magistrum, vt docuit Eusebius libro vndecimo de preparatione Euangelica, licet

Tex.28. Aristoteles 7. Metaph. doceat, Platoné finxisse huiusmodi Ideas, à quo Platone Aristoteles dissentire videtur, vt recitat Zimara in tabulam Auerrois verbo Idea, adeo quod, sicuti inter viros, & leones non est fidum iusiurãdum, nec lupi, & oues vnquã vnanimes reddũtur, sic nec Plato, & Aristoteles vnquam possunt vnanimes reddi licet Ioannes Grammaticus, Eustratius, Simplicius & Boetius ex latinis in secũda editione libri de interpretatione, & multi alij viri illustres vt ait Bessarion Cardinalis, teneant Aristotelem tantummodo verbis dissentire à Platone, & nullo pacto reipsa vt latius docuimus nos in peculiari tractatu de Ideis, in quo ostẽdimus Aristotelem nullo pacto aduersari diuino Platoni.

Quarta conclusio est. Licet Deus non habeat Ideam propriè loquẽdo nisi de cognitis ab eo practice, tamen rationes habet de cognitis ab eo practice vel speculatiue, hanc docuit Sanctus Thom. in disputatis de veritate cuius ratio esse potest, quam tangit Augustinus libro octuaginta quæstionum. q.3.art.3. Quæst.4.
vbi habet quod ideæ sunt formæ rerum principales secundum quas formatur omne quod oritur, aut interit, sed secundum speculatiuam cognitionem nihil formatur, igitur Deus proprie loquẽdo non habet ideam, nisi de cognitis ab ipso practice; vbi nota quod idea dicitur aliquãdo ratio, aliquãdo exemplar, aliquãdo principium factionis, & sic diuersimode potest pertinere ad scientiam practicam, & speculatiuam, vnde idea practica, & speculatiua non distinguũtur in ipso Deo, quasi duę ideę, sed quia secundum rationem intelligendi practica addit super speculatiuam ordinem ad actum, sicut homo addit supra animal rationale, tamen nec homo, nec animal sunt duę res.

Quinta conclusio est. Non omnia distincta in re proprie loquendo de ipsis ideis habẽt in ipso Deo proprias ideas, hanc ponit Sanctus Thom. in disputatis de veritate cuius ratio esse potest, quia solum illa habent distinctas ideas in ipso Deo, quæ sunt distinctim facta, vel factibilia, sed non omnia entia sunt distinctim facta vel factibilia, igitur conclusio vera. Minor patet de materia prima, quæ nõ habet distinctam Ideam ab Idea formæ vel compositi, cũ non possit fieri sine forma, sic etiam de accidentibus, & de generibus, & de malis, quæ omnia nõ habent Ideas distinctas loquendo proprie de Idea vt principium factionis, nõ autem vt est ratio cognoscendi, & ex veritate huius conclusionis apparet quam turpiter errauit Ioannes de Bassolis in præsenti distinctione vbi tenet oppositum huius veritatis, narrando totam ferè doctrinam Sancti Thomæ de hac materia. q.3.art.4. Quæst.3.

Sexta conclusio est. Omnia quæ habent Ideam in ipso Deo, vel rationem aut similitudinem sunt vita in Deo, hanc docet Sãctus Thomas p.p. Cuius ratio est, quia omne quod est in Deo vt intellectũ est suum viuere, & eius vita, sed omnia quę sunt facta à Deo, sunt in ipso vt intellecta ab ipso, igitur omnia quę in Deo Ideam habẽt vel rationem, aut similitudinem in eo vita dici debent, & hęc conclusio videtur esse certa ex illo dicto Ioannis quod factum est in ipso vita erat. Hic nota contra Franciscũ Lichetũ qui tenet de mente sui Magistri Ideas non esse realiter vitam Dei, sed ipsas creaturas, secũdum quoddam esse intelligibile ab æterno productum, & hoc esse est medium inter ens reale, & rationis vt tactũ est supra, & est periculosa opinio, quia eã docuit Vuiclef libro suo de Ideis vt refert Thomas valdensis lib. de antiquitate fidei; Caue etiam à Durãdo, qui vult Ideam creaturarũ nõ esse simpliciter vitã Dei, sed quoddã esse obiectiuũ, cuius opinionem sequitur Monachus albus in præsenti distinctione. q.18. art.4. Cap.1.

Septima conclusio est. Res factæ à Deo sunt verius in ipso Deo, quam in propria natura, hanc docet Sãctus Thomas de veritate, cuius ratio est, quia res in ipso Deo habent esse diuinum cum sint ipsa creatrix essentia, docet Anselmus libro de Carne Christi, sed in propria natura res factæ à Deo habent esse creatum, igitur verius esse habẽt in Deo, quam in se. Vbi nota pro intellectu huius conclusionis, q.4.art.7.

sionis, quod res quadrupliciter considerari potest, A primo in natura propria, secūdo vt est in cognitione nostra, tertio prout est in ipso Deo, quarto vt abstrahit ab omnibus his. Modo res ipsa tertio modo sumpta est melior omnibus alijs tribus modis. Hæc doctrina est contra Diuum Bonauenturā hic, & Aureolum asserentes res tribus tantum modis considerari posse, primo vt sunt in Deo tanquām in principio producente ratione potentiæ; secundo, vt sunt in Deo tanquām in exēplari exprimente ratione notitiæ. tertio vt sunt in Deo, veluti in fine conseruante. & defecerunt, non animaduertendo, quomodo pluribus alijs modis cōsiderari potest creatura vt dictum est.

Octaua conclusio est. Ideæ in ipso Deo non sunt quid creatum, sed tantum ipsa diuina essentia: hāc q.15.art.2. docet Sanctus Thom. p. p. Cuius ratio esse potest, quia idea est ratio cognoscēdi, & principium operandi creaturas per modum exemplaris, sed essentia diuina est huiusmodi, igitur conclusio vera. & Quæst.46. est de mēte Augustini, libro octuaginta trium quæstionum, vbi docet ideam esse formam, & rationē incommutabilem, immortalem, & æternā, sed istæ conditiones non possunt conuenire nisi diuinæ essentiæ, igitur conclusio vera, hoc etiam docuit Clemens Alexandrinus libro 5. stromatum vbi apertis verbis asserit diuinam essentiam esse ideam omniū C rerum, vide hic manifestū errorem Bargij asserentis ideam esse ens creatum.

Nona conclusio est. Diuina essentia non est idea creaturarum prout est species intelligibilis, neque prout est cognitio creaturarum, aut præsciētia, aut potentia, aut ars vel iustitia, siue misericordia, sed prout est forma obiecta diuino intellectui & cognita ab ipso vt imitabilis à creaturis; hæc deduci- Quæst. 15. tur ex Sancto Thoma p.p. Cuius ratio esse potest, quia Deus perfectissime cognoscit suam essentiā, igitur vt est imitabilis, & participabilis ab ipsis creaturis, ergo sic erit idea omnium, & non sub ratione potentiæ aut scientiæ &c. Et hic nota vnum D contra Durandum, quod idea est essentia creaturarum quantum ad omnia illa quæ reperiuntur in Quæst.15. creaturis, vide de hac re Caietanum prima parte.

Vltima conclusio est. Necesse est ponere plures q.15.art.3. ideas in ipso Deo, hanc ponit Sanctus Tho. p.p. Cuius ratio est, quia in ipso Deo est idea totius vniuersi, sed in ipso vniuerso sunt diuersa entia, igitur in Deo, necesse est ponere diuersas ideas. Pluralitas, seu multitudo istarum idearum attende quod non repugnat diuinæ simplicitati, quia non sunt principia, quibus Deus intelligit, sed sunt plures rationes intellectæ ab ipso Deo, & hæc conclusio est Quæst.3. contra Ioannem de Bassolis in præsenti distinctione E vbi ex professo arguit contra hanc conclusionē, sed argumenta eius sunt nullius momenti, & ex his quæ dicta sunt de facili soluuntur.

Distinctio Trigesimaseptima.

IN hac distinctione disputatur à magistro quomodo Deus, & spiritualis substātia sit in rebus, cum supra ostensum sit, quomodo creaturæ, & res ipsæ dicantur esse in ipso Deo per ideas, & sit prima conclusio hæc ad dilucidandam veritatem huius negotij. Deus est in omnibus creaturis, non sicut pars essentiæ, vel accidens, sed sicut agēs adest ei, in quo agit, hanc ponit Sanctus Tho. p.p. prima Art.1. pars conclusionis patet, quia Deus non componit cum creaturis. secunda etiam est manifesta ex se, quia Deus non est accidens. tertia patet ex Arist. Tex.18. 7. Physicorum, quia mouens & motum sunt simul, sed Deus est mouens omnium rerum, igitur Deus est simul cum omnibus rebus. circa istam conclusionem nota quod non est discordia inter Theologos de cōclusione ipsa, sed de modo quo Deus est in rebus, si quidem Scotus hic vult Deum esse in rebus ratione immēsitatis: verum quia Caietanus reprehendit in multis ipsum Scotum in expositione B præsentis conclusionis, & Lichetus more suo non valens defendere Scoticas importunitates conuertit se ad Caietanum dicens, quod vere loquitur nouus expositor more eorum, qui palpitando sunt super terram reptantes, & valde errat, quia Caietanus non super terram, sed profunde satis penetrat sensum conclusionis Sancti Thomæ, & si loquitur vt nouus expositor, Lichetus ipse hoc dicere non debet cum persona sua non connumeretur inter antiquos Patres. Riccardus de media villa, declarās quomodo Deus est in omnibus rebus, vult ipsum Deum attingere omnem rem creatam ratione cuiusdam spiritualis magnitudinis, & infinitæ simpli Dist.37. C citatis. Durandus vult Deum esse in rebus, dicere coexistentiam realem ipsius Dei ad res, vel ordinē quēdam secundū quem creatura refertur ad Deū, exemplificans de sigillo impresso in aquam, quæ aqua quādiu coexistit sigillo retinet eius figuram. Franciscus de Mayronis dicit modum Dei esse in rebus est ipsum esse immutabilē, & quod ista præsentia non est quid absolutum. Aureolus asserit Deū esse in rebus non esse quid formaliter in Deo, quia non est quid æternum, nec est quid formatū ab intellectu, quia nullum ens rationis est ratio essendi ipsius Dei in rebus, quid autem sit nescit exprimere. Sententia Sancti Thomæ ponitur in con- D clusionibus.

Propterea sit secunda conclusio hæc. Deus est in omni re intime: hanc ponit Sāctus Thom. vbi supra q.8.art.1. cuius ratio est, quia omnis causa producens & conseruās effectum suum proximum, & immediatum est in ipso intime, sed Deus est producens & conseruās omnes res, & quo ad esse ipsarum quod est intimum illis, igitur Deus est in omni re intime; Vbi attēde, quod Germanus sensus huius cōclusionis, vt ait Caietanus est, quod Deus sit in omnibus suppositaliter ita quod inter res ipsas, & hunc Deum, qui est suppositum absolutū, nullum aliud suppositum mediat, ita quod si sunt res materiales cū ma- E teria sit immediate creata à Deo sub forma, sequit quod inter ipsum Deū, & res ipsas materiales nullum aliud suppositum mediat, quod sit producens hūc effectum, si verò sunt res spirituales vt Angeli, sic etiā Deus immediate immediatione suppositi produxit illas. Expositor libri cōtra Gentiles Franciscus Ferrariensis tertio libro vult non esse in con Cap.70. ueniens eundem effectum puta Socratem esse immediate à duobus agentibus, nempe à Deo, & ab agente inferiori, licet alio, & alio modo. A Deo quidem immediate immediatione virtutis; ab agente vero inferiori immediatione suppositi, & deceptus est, quia verus sensus est ille quem Caietanus

inue-

inuenit, quia Deus vt dictũ est immediatione sup-
positi in omnibus rebus inuenitur, licet & concur-
rat etiam immediatione virtutis, quæ tamen virtus
est sua substantia.

Tertia conclusio est. Existentia Dei in rebus est
respectus rationis ex parte Dei, & realis ex parte
creaturæ, hanc ponit Sanctus Tho. vbi supra cuius
ratio est, quia omne illud quod dicitur de Deo ex
tempore dicit relationem rationis ex parte Dei, &
relationem realem ex parte creaturæ. sed Deũ esse
in rebus omnibus immediate immediatione sup-
positi dicitur de Deo ex tempore, igitur conclusio
vera: & in hoc est laudandus Franciscus de Mayro-
nis qui asserit hanc præsentiam non esse quid abso-
lutum, nec quid priuatiuum, & arguẽdus est Au-
reolus qui negat esse quid respectiuum.

Quarta conclusio est. Deus est in omnibus per
Art. 2. & 3. præsentiam, hanc ponit Sanctus Thom. p. p. Cuius
ratio est, quia vnumquodque est per præsentiam in
eis quæ sunt in eius conspectum, sed omnia sunt in
Cap. 4. conspectu Dei, vt scribitur ad Hebræos, omnia nu-
da, & aperta sunt oculis eius, igitur Deus est in om-
nibus per præsentiam, & hæc conclusio est de fide
contra Auerroem, & cæteros peripateticos inter-
pretantes Aristotelẽ & ducẽtes ad eorum sensum,
quod Deus non cognoscit hæc inferiora, quia vile-
sceret eius intellectus, & decepti sunt, quia tunc se-
queretur hoc; si Deus moueretur à rebus & ab eis
cognitionem acciperet: est etiam hæc cõclusio con-
Distin. 37. tra Bargium in hoc libro interpretantem Deũ esse
in rebus per præsentiã ex hoc quia habet ideas om-
nium rerum, & errat, quia intelligitur de præsentia
penetratiua omnium & singulorum per diuinum
intuitum, vt docet Apostolus & non per ideas vt
scripsit Bargius Scotista.

Quinta cõclusio est. Deus est in omnibus rebus
Art. 3. per potentiam. hanc ponit Sãctus Tho. vbi supra,
cuius ratio est, quia in illis est Deus per potentiam
ad quæ se extẽdit eius virtus, & facultas, sed ad om-
nia quæ sunt, & quæ esse possunt, se extendit facul-
tas, & virtus Dei immediate, igitur Deus est in om-
nibus per potentiam, & hæc est de fide vt scribitur
Cap. 26. Isaiæ, omnia opera nostra operatus es in nobis do-
mine. & ponitur hęc conclusio contra Manicheos,
qui posuerunt duo principia rerum & sic volebant
Deum non esse immediate in omnibus immedia-
tione virtutis, ponitur etiam hæc conclusio contra
Dis. 27. q. 2. fratrem Gulielmum de Rubione qui exponit Deũ
esse in rebus per potentiam, idest per operationem
transeuntẽ, & errat cum dictum sit superius in Deũ
non cadere proprie operationem trãseuntem, quã
ipse non operetur nisi per intellectum, & voluntatẽ.

Sexta conclusio est. Deus est in omnibus rebus
per essentiam, hanc ponit Sanctus Tho. vbi supra,
Cuius ratio est, quia in rebus in quibus est aliquid
immediate creatum à Deo, immediatione supposi-
ti, in illis reperitur Deus per essentiam, sed in om-
nibus, & cunctis entibus dependentibus ab ipso est
aliquid immediate creatum vt dictum est supra,
igitur Deus in oĩbus & cunctis entibus est per præ-
sentiã, idest immediate immediatione suppositi,
Cap. 23. & hæc est de fide, vt scribitur Hieremiæ, cœlum &
terram ego impleo. & hęc conclusio ponitur con-
tra Auicennam, qui posuit quod Deus immedia-
te immediatione suppositi produxit primam intel-

A ligentiam, quippe quæ prima intelligentia intel-
ligendo Deum produxit secundam intelligentiam
& intelligendo se, vt habebat aliquid de poten-
tia producebat corpus cœli, & prout etiam intelli-
gebat se existentem in actu producebat animam cę-
li & sic de alijs, ponitur etiam hęc conclusio cõtra
Franciscum de Mayronis exponentem Deum esse
in omnibus per essentiam ex hoc quia est immuta-
bilis, & errat, quia esse in rebus per essentiã est esse
in illis immediate immediatione suppositi, vt cau-
sa essendi, & à nulla re distare.

Septima conclusio est. Deus est in creaturis ra-
tionalibus speciali quadam ratione hanc ponit Sã- Art. 3.
B ctus Thomas vbi supra, Cuius ratio est, quia in illis
est Deus speciali quadam ratione, quæ ipsum spe-
cialiter amant, & cognoscunt, sed creatura rationa-
lis specialiter amat Deũ, & cognoscit super omnes
alias creaturas, igitur Deus est in ipsis creaturis spe-
ciali quadam ratione, & hæc specialis ratio est gra-
tia gratum faciens, quæ conclusio ponitur contra
Aureolum hic qui eam reprehendit propter paruu- Dist. 37.
los qui sunt creaturæ rationales, & non amant, aut
Deũ cognoscunt, & errat ipse Aureolus errore ma-
ximo, quia & si paruuli non cognoscant, nec amẽt
Deum in actu secundo, cognoscunt tamen, & amãt
in actu primo & in habitu, quia iam in eis est fi-
C des, & charitas, & cæteræ virtutes infusæ eis in ba-
ptismate.

Octaua conclusio est. Deus est in natura huma-
na per quendam singularissimum modum scilicet
hipostaticam vnionem, & hæc est de fide iuxta il-
lud Ioannis, Verbum caro factum est, & scribitur à
Sãcto Thoma tertia parte, & ponitur cõtra iudæos Quæst. 2.
& cæteros infideles, sunt & alij modi, quibus Deus
est in diuersis hominibus vt docet Marsilius hic,
nam est in prędicatoribus per gratiam gratis datã,
& in malis prophetis per donum prophetiæ, & in
philosophis infidelibus per illuminationem intel-
lectus, sed omnes huiusmodi modi reducũtur ad
D modum quo Deus est in rebus per potentiam, &
hoc nulli creaturæ cõpetit, sed est proprium ipsius
Dei esse in rebus vt dictum est supra, quia primo &
per se, & secũdum se ipsum est in rebus, hoc autem
nulli creaturæ conuenire poterit.

Nona conclusio est. Hæc propositio absolute lo- Dis. 37. q. 2.
quendo Deum immediate esse præsentem cunctis
rebus est de fide contra Marsilium hic, volentem lu-
mine naturæ hoc posse probari, nãque Diuus Am- Cap. 6.
brosius libro de Spiritu Sancto, volens probare Spi
ritum Sanctũ esse Deum, ita dicit, quis audeat crea
turam dicere Spiritum Sanctum, qui in omnibus,
& vbique, & semper est, si enim lumine naturæ hæc
E propositio esset cognita vane Diuus Ambrosius
hoc medio vteretur, deinde habemus in Psalmis; Psal. 138.
si ascendero in cœlum, tu illic es, & sapientiæ scri-
bitur quoq; attingit à fine vsq; ad finem &c. Et in
actibus Apostolorum. in ipso viuimus, mouemur, Cap. 8.
& sumus; Beatus August. libro de Ciuitate Dei, Cap. 17.
hoc idem docet esse de fide, sic Tertulianus libro
de Trinitate, sic Bernardus 5. de consolatione ad
Augerium, sic Anselmus libro Monologion, & cæ- Cap. 30.
teri patres hoc docent.

Decima conclusio est. Non obstante quod pro-
positio sit de fide possunt adduci multæ rationes
probabiles ad eam suadendam, & primo Albertus Quæst. 79.

probat

A probat hic, quia Deum esse vbiq; est perfectio simpliciter, & debet ei cōuenire, probat deinde in summa sua tractatu decimooctano, quia Deus est id quo melius cogitari nō potest, igitur est vbique & semper; tertio probat Cartusianus hic, quia essentia Dei virtus & operatio sunt idem, sed operatio Dei est vbique, ergo &c. Scotus etiam vtitur medio immensitatis, quia Deus est immēsus, & infinitus, igitur Deus est vbiq; &c. Diuus Bonauentura probat ex hoc, quia si Deus non esset vbique vel quia non posset, vel quia non vellet, vel quia nesciret, sed nullum istorum est Deo attribuendum, igitur &c. Marsilius ita arguit, omnia entia pēdent à Deo immediate, igitur Deus est in omnibus immediate, & B
Tex. 49. hanc rationem deducit ex Arist. qui 12. Metaphysices asserit Deum esse à quo cœlum, & natura pendet &c. Sāctus Thomas videtur probare ex effectu Dei, quia ipse Deus causat esse & conseruat illud in
Cap. 6. omnibus rebus, igitur est in cunctis rebus. Durandus deducit ex Augustino 8. de Ciuitate Dei dicēs quod facit situs in corporalibus hoc præstat ordo in spiritualibus, sed locus facit rem præsentem corporaliter, igitur Deus erit secundum ordinem in rebus spiritualiter: verum istæ rationes nō sunt de-
Tex. 84. mōstratiuę. Et Aristoteles fuit sibi ipsi contrarius
Tex. 22. de hac re. quia 8. Physicorum dixit quod Deus habitat in circumferentia primi cœli, quia ibi magis C apparet eius actio, & primo cęli dixit quod omnes leges conueniunt in hoc quod Deus est in cœlo, vt
Quæst. 39. exponit etiam Auerroes, & Marsilius in hoc libro asserit secundum Philosophum Deum esse vbique præsentialiter, & coexistere cuicumque parti mundi: stante ergo opinione Marsilij & sententia Aristotelis est aperta contradictio, propterea ortæ sunt variæ sententiæ de loco Dei, nam peripatetici volunt Deum habitare in circumferentia primi cęli, Plato in Thimeo posuit ipsum Deum in centro terrę, quia ibi est maxima quies, in cœlo vero est labor, quia cōtinuus motus. Saraceni imaginati sunt Deum sedere in quadam excellētissima Cathedra D substenta ab octo spiritibus in cœlo. Iudęi ponunt caput Dei in cœlo, & pedes in terra, propter verba scripturę. cœlum mihi caput est, & terra scabellum pedum meorum: & male intellexerunt ipsa, quia cœlum intelligitur diuinitas, & per scabellum humanitas: rei tamen veritas est declarata per conclusiones præpositas, quod Deus est vbique per potentiam, præsentiam, & essentiam, & nullibi circumscriptiue, aut diffinitiue. sed an sit in locis imaginarijs cum dicat Aristoteles extra cœlum nihil est, breuiter dicitur ad hoc, quod Deus non est extra cœlum tanquam in aliquo vero loco, & extra mundum, sed tātum in seipso, sicut erat ab ęterno, quia E ly extra mundum non dicit aliquid reale, sed non limitat, vt finit ipsum Deum, quemadmodum Ale-
q. 9. mēb. 5. xander Alensis docet p. p. summæ suæ Theologiæ, quod Deus non est nisi in veris locis actu, in imaginarijs verò non est actu, sed potētia & hoc etiam
Cap. 2. docet Augustinus libro primo Confessionum, vbi contemplatur ipsum Deum, vt mare infinitum intra quod est spongia, quam penetrat aqua maris, cui spongiæ comparatur totus mundus.

Distinctio Trigesimaoctaua.

IN præsenti distinctione resumunt Magistri materiam de scientia Dei, quæ materia per aliquot propositiones resoluitur, quarum prima est. Quidquid agitur in toto decursu tēporis est præsens Deo in tota eius æternitate: hanc docet Sanctus Thomas primo cōtra gentiles, cuius ratio esse Cap. 67.
potest, quia æternitas, qua Deus ipse mēsuratur est tota simul, & ambit totum tēpus, igitur ea quæ sub ipso tempore fiunt sunt pręsentia ipsi Deo ratione huius æternitatis, quæ est perfecta possessio vitæ interminabilis; hic nota, quod Scotus vult quod & si nunc æternitatis sit formaliter infinitum, & excedat totum decursum tēporis, tamen non ratione huius potest coexistere, seu coexistit creaturis possibilibus in decursu temporis, sed tantum ratione virtutis, quam Deus habet, coexistit his quę in tempore successiue fiunt, & hanc imaginationem sequutus est Aureolus, sed Alphōsus Toletanus hāc opinionem appellat erroneam, & Sanctorum determinationi contrariam: propterea attende tu diligens Lector ad ea quę Dominus Caietanus docet q. 14. ar. 13.
in primam partem, & eris resolutus de hac conclusione, quę non est de fide, sed cadit sub opinionib.

Secunda conclusio, Contingentia non oritur in rebus solum propter secundas causas, hanc docet
Sanctus Thomas secundo contra gentes, Cuius ratio est, quia ab eo non oritur contingentia, quo sublato ad huc remanet contingentia, sed sublatis secundis causis adhuc remanet cōtingentia, vt patet in libro Genesis in quo narrantur primę creaturæ productæ à Deo contingentes cum iam ipsas non produxerit ex necessitate naturæ, nec erant ibi secundæ causę, igitur contingentia non propter secundas causas tantummodo oritur: de hac lege Caietanum in primam partem Sancti Thomæ. Cap. 28. q. 19. art. 8.

Tertia conclusio. Radix contingentię est diuina voluntas, hanc scripsit Sanctus Thomas prima parte, vbi supra, cuius ratio est, quia quando agens est fortissimum oportet ei effectus assimilari perfectè non solum quo ad naturam speciei, sed etiam quo ad necessaria, sed diuina voluntas, quæ est causa rerum est agens fortissimum, igitur ei effectus perfecte assimilantur, scilicet vt non solum ea fiant quæ Deus vult fieri, quod est quasi assimilatio secundū speciem, sed etiam vt fiant eo modo quo vult fieri necessario vel contingenter quę est assimilatio secundum accidentia: de hac conclusione vide Franciscum Ferrariensem vbi supra.

Quarta conclusio est. Prima radix cōtingentiæ secundum rem, & secundum rationem in creaturis ipsis est diuinus intellectus, & diuina scientia, hanc docet Sanctus Thomas secūdo libro contra Cap. 26.
gentiles, Cuius ratio est, quia illud quod est prima radix libertatis, est prima radix contingentiæ in effectu, sed intellectus est prima radix libertatis, nā ex hoc quod intellectus potest iudicare, hoc esse volendum, vel nolendum, sequitur quod voluntas possit velle, vel nolle, igitur prima radix contingentiæ in creaturis est diuinus intellectus, vnde voluntas semper sequitur cognitionem intellectus.

Quinta cōclusio est. Nullus effectus euenit contingenter à prima causa, ita quod possit eius ordinem exire, hāc docet Sāctus Thomas prima parte, q. 19. ar. 6.

Cuius

aliquid, cognoscit etiam omnia illa quæ participāt illud, vt cognoscens perfecte homine m cognoscit omnia participantia hominem, sed Deus perfecte cognoscit seipsum, igitur cognoscit omnia ea quæ ipsum participant, sed futura cōtingentia, siue sint in se ipsis coexistentia æternitati, siue sint in causis completis, vel incompletis, aut indeterminatis, & impedibilibus participant ipsum Deū, ergo Deus perfecte nouit omnia futura respectu suarum causarum, & præsentia siue sint libera siue contingentia, siue necessaria, & hęc est determinatio S. Thomæ de hac re cum alijs cōclusionibus sequētibus.

Septima conclusio est. Deus non cognoscit contingentia vt futura sunt, sed æternaliter cognoscit B ea, vt ei sunt præsentia, hanc ponit Sanctus Thomas vbi supra, & prima pars huius conclusionis patet, secunda etiam manifestatur sic, quia cognitio certa requirit determinationem in scito, sed futura, vt futura non sunt determinata, sed tantum quando actu existunt: igitur ad hoc vt Deus certe, & infallibiliter cognoscere habeat futura contingentia debent coexistere æternaliter categorematice, & hæc conclusio ponitur contra Aureolum, oppositum sentientem.

Octaua conclusio. Deus cognoscit futura cōtingentia esse sibi præsentia, & alijs futura: hanc scri-

q.2. art.12. psit S. Tho. in disputatis de veritate, cuius ratio est, C quia Deus cognoscit nedum res ipsas, sed omnes ordines, & modos essendi rerum, sed futura cōtingentia possunt esse Deo præsentia categorimatiçe, & nobis futura, igitur Deus cognoscit futura sibi præsentia, & nobis ventura.

Nona conclusio est. Cognitio Dei de futuris contingentibus est infallibilis, & certissima, hanc

Cap.67. docet Sanctus Thomas primo contra gentes, cuius ratio est, quia illa cognitio est certa, & infallibilis, quæ fertur supra obiectum præsens vt præsens est; sed cognitio diuina fertur super omnia quæ fiunt in toto decursu temporis cum mensuretur æternitate, quæ nedum in actu signato, sed in actu exerci- D to omnia temporanea amplectitur, & ambit, igitur cognitio Dei de futuris contingentibus est infallibilis, & certa, & hęc ponitur cōtra Gregorium Ariminēsem, & cæteros nominales oppositū docētes.

Decima conclusio est. Contingentia ad vtrumlibet futurorum cognitum stat cum infallibilitate

Cap.67. diuinæ scientiæ, hanc scripsit Sanctus Thom. lib. 1. contra gentiles, Cuius ratio est, quia cum infallibilitate diuinæ scientiæ stat quod effectus habeat causam propriam contingentem, igitur cum ipsa causa stat contingentia, igitur simul stare possunt hæc duo, quod Deus habet scientiam infallibilem de futuris cognitis, & ipsa futura cognita sint con- E tingentia: circa hanc conclusionem nota, quod Siluester, & Caietanus valde laborant, quomodo hęc duo simul stare possunt, quod Deus habeat infallibilem scientiam de existentia alicuius contingentis præsertim ad vtrumlibet, & quod illud possit euenire, & nō euenire, verum quia diuersæ viæ sunt ad declarandam veritatem huius conclusionis, se-

q.22.art.4. quere tu quod dicit Sanctus Thomas prima parte, quod Deus infallibiliter cognoscit contingentia, licet ea contingenter, & libere eueniant, sed lege tu Caietanum ibi.

Vndecima cōclusio est. Omne cōtingens, quod

A Deus sciuit esse futurum, necessario scit illud esse futurum, verbi gratia ista propositio est necessaria, si Deus sciuit Antichristum esse futurum, igitur Antichristus erit, hanc ponit Sanctus Thomas p.p. Quæst.13. Cuius ratio est, quia omne ęternum est necessariū, sed omnia quæ Deus sciuit, sciuit ab æterno, igitur omne scitum à Deo est necessarium. hæc conclusio ponitur contra Giltonensem, cuius opinionem recitat Ioannes Bacchonus in hoc libro, & inuehit Dis.40.q.1. art.1. contra ipsum sustinendo opinionem Sancti Thomæ, quia germanus sensus conclusionis est de necessitate immobilitatis, & suppositionis, non autē de necessitate absolute, & de sensu composito, non autem diuiso.

Duodecima conclusio est. Propositio de futuro contingenti, quod futurum Deus scit, est necessario vno modo. scilicet vt substat diuinæ scientiæ; alio modo est contingens: hanc docet S. Thomas prima parte, Cuius ratio est, quia res diuersimode considerata poterit habere diuersas dispositiones, sed propositio de futuro contingenti, vt substat diuinæ scientiæ, & in se diuersimode consideratur, igitur vno modo poterit esse necessario, alio modo cōtingens, verbi gratia vt lapis secūdum quod est in se, est materialis, prout vero est intellectus & in anima est immaterialis. Nota quod hęc conclusio ponitur contra Gregorium Ariminensem hic, q.14.ar.13. qui oppositum huius sustinet, & est in errore, quia Lipis & consoribus est manifestum, omne scitum à Deo vt scitum, & in sensu composito est necessarium necessitate cōsequentiæ, licet non consequentis, & si in se poterit esse contingens, & liberum.

Tertiadecima conclusio est. Non omne futurum eueniet, hanc ponit Sanctus Thomas in disputatis q.12.art.4. de veritate, Cuius ratio est, quia illud, cuius causa impediri potest non necessario eueniet, sed causa futurorum impediri possunt, igitur futurum non necessario eueniet, declaratur minor, quia effectus potest impediri, vel secundum dispositionem naturæ, vel meritorum, & hoc est de fide, quia habetur Esaiæ, quod dictū fuit Ezechiæ, dispone domui tuæ, Cap.38. quia morieris, & non viues, & tamen illud non euenit, quia ab æterno aliter fuit in scientia, & voluntate diuina, quæ immutabilis est, & ex hoc deducitur, quod semper nobis consiliandum, & negotiandum, & laborandum est, non obstante præscientia Dei, & prędestinatione, quod optime docet Bacchonus locis supracitatis.

Decimaquarta cōclusio est. Pręsens materia de præscientia ipsius Dei est difficilis, & non est mirū si humanus intellectus quietari non potest, patet ista ex hoc quod in Theologia, seu in fide Christi, quatuor sunt valde difficilia, primum est misteriū Trinitatis, secundum est misterium incarnationis Verbi Dei; tertium est quomodo Corpus Christi cum sua quantitate in tam paruo loco cōtineatur, & alia ad illam materiam spectantia. quartum est præsens negotium scilicet de scientia, præscientia, dispositione, prouidētia, & prædestinatione ipsius Dei, quod negotium arbitror esse difficilius alijs.

Vltima cōclusio est. Solutio omnium argumentorum, & Gregorij, & Aureoli facilis est ex supradictis conclusionibus, sed qui forma liter, eorum solutionem cupit, legat Capreolum hic, & Caietanū q.14.ar.1. in expositione primæ partis, vbi contendit multa argu-

argumēta pręsertim Scoti asserens esse superflunm A quo ad primam partem quia prouidentia dicit cognitionem, ergo est in intellectu, quo ad secūdam patet etiam quia prouidentia præsupponit volitionem finis, cum dicat ordinem rerum in finem, qui esse nō potest sine actu volūtatis: adde etiam quod dicit Damascenus secundo libro fidei orthodoxæ, quod prouidentia est voluntas Dei, propter quam omnia quæ sunt cōuenientem deductionem suscipiunt; sed nota hic discordiam inter Sanctum Thomam, & Scotum circa prouidentiam, & prædestinationem, Scotus.n. arbitratur prædestinationem, & prouidentiam significare præcise actum voluntatis. Doctor Sanctus vult primo significare actum B intellectus connotando actum voluntatis de qua re lege Caietanum in primam partem. q.23.art.1.

Distin.39. q.vnica. respondere illis, cum sint puerilia, nec timeas tu Lichetum in hoc libro, qui dicit miror quod vir tanti ingenij vtatur his verbis contra tam solennem Doctorem, cuius non est dignus nominari discipulus, nec mirum si enim male exponit Sanctum Thomam cuius doctrinam tāto tempore imitatus est, multo minus intelligit Scotum, cuius superficiem forte nō vidit, & nos mirari debemus de isto Francisco Licheto, qui tam inepte loquitur de Cardinali Caietano qui fuit discipulus Spiritus Sancti in exponendo sacram scripturam tam veteris quam noui testamenti, quod non fecit Scotus suus, cuius Caietanus noluit esse discipulus in sequendo eius doctrinam, sed acerrimus Atleta in suppeditando, & paruipendendo eam, tanquam contrariam veritati, verum quia nos nō assumpsimus prouinciam arguendi contra eam, sed tantum dilucidandi, & declarandi, quid tenendum, & sequendum sit, propterea remittimus nos ipsos ad ea quæ dicunt, &
q.14.art.3. Caietanus, & Dominicus de Bannes in prima parte Sancti Thomæ.

Distinctio Trigesimanona.

IN hac distinctione solent Doctores inquirere de diuina prouidentia, & de fato, propterea aliquibus conclusionibus resoluenda est hæc materia, & prima conclusio sit. Scientia Dei, & dispositio, & ars, & prouidentia sunt idem re, & differunt ratione; hanc docet Sanctus Thomas in quodam peculiari tractatu de præscientia Dei; cuius ratio est, quia quidquid est in Deo pertinens ad essentialia est idem realiter, sed scientia, dispositio, ars, & prouidentia pertinent ad essentialia, & ad absolutum, igitur sunt eadem realiter, quod autem differunt ratione, patet ex hoc, quia si cognitio quam Deus habet de rebus absolute consideretur, vt cognoscit se, & creaturas dicitur scientia, si verò consideretur vt causat res ad extra, dicitur ars, si verò perpenditur respectu ordinis rerum collocatarum diuersis gradibus dicitur dispositio, quando verò consideratur respectu ordinis rerum, secundum quem ordinem res ipsę ordinantur in finem, sic dicitur prouidentia, vnde prouidentia includit cognitionem, & addit supra ipsam, ordinationem in
q.14.art.1. finem. propterea Sanctus Thomas definiens eam prima parte dicit ipsam esse rationem ordinis rerum in finem naturalem. Boetius quarto de consolatione Philosophiæ definiens prouidentiam dixit, quod est ipsa diuina ratio in summo omnium principe constituta, quę cuncta disponit; Riccardus de Sancto Victore asserit hic prouidentiam esse E scientiam practicam, seu habitum actiuum. Durandus vult prouidentiam esse collationem eorum quæ necessaria sunt cuilibet ad consequutionem finis per sui operationem. Aureolus definiens prouidentiam dicit esse quendam intuitum sequētem consilium de futuris actionibus possibilibus deliberatis, & voluntarijs: & alij grauissimi Doctores aliter etiam dicunt, sed sequenda est sententia Sancti Thomæ.

Secunda conclusio. Prouidētia est in intellectu, sed supponit actum voluntatis, hanc ponit Sanctus
q.5.art.1. Thomas in disputatis de veritate, cuius ratio est,

Tertia conclusio. Prouidentia differt realiter à fato, hanc ponit S.Tho. prima parte, Cuius ratio q.116. est, quia id quod est in Deo realiter differt ab illo quod reperitur in creaturis, sed ratio ordinis rerū in finem qui dicitur prouidentia est in ipso Deo, dispositio verò inhęrens rebus mobilibus quę dicitur fatum est in ipsis creaturis, ergo fatum & diuina prouidentia realiter differunt. vbi nota, quod Beatus Gregorius in homelia Epiphanię videtur negare ipsum fatum dicens, absit à fidelium cordibus vt fatum aliquid esse dicatur: propterea cauC te loquendum est de ipso, apud catholicos, vt docet Diuus Augustinus 5. de ciuitate Dei, vbi asserit, Cap.6. si propterea quisquā res humanas fato Dei tribuit, ipsam Dei voluntatem vel potestatem nomine fati appellat, sententiam teneat, & linguam corrigat; hoc enim pacto catholici negāt fatum, quia res humanæ nō necessario subijciuntur viribus siderum, quo gentium diuina voluntate; si autem nomine fati intelligamus ordinationem secundarum causarum ad effectus diuinitus prouisos à diuina voluntate, sic apud catholicos vti potest nomine fati, quo pacto Boetius quarto de consolatione philosophiæ vtitur nomine fati, dicens, fatum est dispositio D inhęrens rebus mobilibus per quam prouidentia suis quæque nectit ordinibus.

Quarta conclusio est. Præscientia Dei non imponit necessitatem rebus præscitis, hanc ponit Sanctus Thomas prima parte, Cuius ratio est, quia nul q.19.art.4 lus actus à voluntate imperatus existens in egredi imponit rebus ipsis necessitatem, quia voluntas cū sit libera, & potest ēgredi, & non egredi ad operandum, sed præscientia Dei est actus imperatus à voluntate, quę semper est in egredi, & non in egresso, igitur conclusio vera, & est de mente Augustini in libro de libero arbitrio, vbi dicit, si tu memoria tua non cogis esse facta quæ præterierunt, sic ēt pręscientia Dei non cogit fieri quæ futura sunt; adde quod si præscientia Dei necessitatem rebus imponeret tolleretur libertas arbitrij, periret consiliandi opportunitas, frustra bonis præmia, & malis supplicia ponerentur, iniuste boni præmiarentur, & mali punirētur, laus, & vituperium deperiret, quia vt dicit Hieronimus nemo peccat in eo, quod vitare non potest, peccata nostra ad authorem bonorum omnium referentur, nec speculandi aliquid, vel deprecandi ratio vlla esset. Attēde etiam, quod licet dicere possimus præscitum esse necessarium necessitate consequentiæ, siue conditionata, non tamen necessitate consequentis, siue absoluta.

Quinta

Quinta conclu. Diuina prouidentia nullã neceſ- A
ſitatem abſolutam imponit rebus contingentibus
q.22.art.4. prouiſis: hãc ponit S.Tho.p.p. Cuius ratio eſt, quia
ad diuinam prouidentiam ſpectat conſeruare om-
nes gradus eſſendi, ſed inter alios gradus eſſendi
eſt cõtingentia, & libertas, igitur diuina prouiden-
tia nõ excludit à rebus prouiſis contingentiã, & li-
bertatẽ, ex cõſequẽti nõ imponit neceſsitatẽ abſo-
lutã rebus ipſis prouiſis, ſed tantum conditionatã,
vt dictũ eſt in præcedenti cõclusione, propterea dr
de ipſa diuina prouidẽtia, quod effectibus neceſſa-
rijs adaptauit cauſas proximas neceſſarias, effecti-
bus cõtingentibus adaptauit cauſas proximas con
tingẽtes, effectibus liberis cauſas ꝓximas liberas, B
Cap.4 & hęc eſt de mẽte B. Dioniſij, qui in lib. de diuinis
nominibus aſſerit diuinę prouidentię non eſſe cor
rumpere naturas rerũ, ſed conſeruare. ſed nota hic
quo Caietanus fatetur ſe neſcire ſoluere argumen-
tum illud, quod Deus ab æterno habeat prouiden-
tiam de cũctis rebus infallibiliter, & ineuitabiliter
quo ad euentum, & executionem, & quod res libe-
Quæſt. 22. re eueniunt; Syluester tamen in ſuo conflato fatetur
ſui humilitatẽ, tanquam inter minimos ſcriptores
ordinis Dominicani habere annũ ſexageſimum in
ætate ſua, & à trigeſimo nullũ habere ſcrupulum in
hac materia, quia diuina voluntas ſemper eſt in
egredi, licet ſit determinata in Nũc æternitatis, re- C
ſpectu tamẽ noſtri eſt in ipſo egredi, propterea ſtat
libertas arbitrij cum prouiſione actuum noſtrorũ,
vt latius eſt videre apud ipſum.

Sexta concl. Prędeſtinatio non imponit neceſsi-
tatem abſolutã prædeſtinatis ad ſaluandum, quia
quilibet eorum ſecundũ ſe poſsit dãnari, nõ tamen
iſta copulatiua eſt poſsibilis, iſte eſt prędeſtinatus,
Quæſt. 23. & iſte nõ ſaluabitur: hanc ponit S.Tho. in pluribus
locis ſuæ doctrinæ, & pręſertim p.p. & in hac cõclu-
ſione conueniunt omnes, & Scotus, & cæteri Scoti-
ſtæ, vt Franciſcus de Mayronis, Gabriel, Baſſolus,
Diſtin.40. Alphõſus Toletanus, & Marſilius; vnde ait Scotus,
quod iſte qui eſt prædeſtinatus poteſt damnari, D
non.n. propter eius prędeſtinationẽ voluntas eius
eſt confirmata, ita vt peccare non poſsit, & ſtare in
peccato finaliter, ſic iuſte dãnari, & ſicut poteſt dã-
nari, ita poteſt non prædeſtinari: & quantũ ad logi-
cã, concluſio propoſita eſt diſtinguenda ſecũdum
compoſitionem & diuiſionẽ: primo modo conclu
ſio eſt falſa. ſ. prædeſtinatus poteſt dãnari, quia ſen
ſus eſt prædeſtinatus dãnatur, in ſenſu aũt diuiſo
ſunt duæ cathegoricę, Petrus eſt prædeſtinatus, &
Petrus põt dãnari, & ſic verificari põt cõcluſio, qa
ſicuti ſe hẽt res alba ad nigredinẽ, ita ꝓdeſtinatus
ad damnationẽ, ſed res quæ eſt alba põt fieri nigra
ſucceſsiue, & in ſenſu diuiſo, ergo ille qui eſt præde E
ſtinatus poteſt damnari, non tamen in ſenſu com-
poſito, & pro eodem inſtanti, & hæc concluſio po-
nitur contra Aureolum oppoſitum ſentientem: le-
q.23.art.6. ge de hoc Caietanum prima parte Sancti Thomæ,
vbi diſputat de certitudine prædeſtinationis.

Septima concl. Fatum non imponit neceſsitatẽ
Quęſt.116 rebus fatatis: hãc docet S.Tho.p.p. huius ratio eſt
quia illud quod poteſt impediri nõ imponit neceſ-
ſitatẽ, ſed fatum impediri poteſt propter cauſas ſe-
cũdas, igitur nõ imponit neceſsitatem rebus ipſis
fatatis, & hoc intellige ſecũdum conſiderationem
ſecundarum cauſarũ, ſed prout ſubeſt diuinæ pro-
uidentiæ ſortitur neceſsitatẽ nõ abſolutã, ſed con-
ditionatã, ſicuti ſolemus dicere, ſi Deus præſciuit
hoc, illud eſt futurum neceſſario. ſ. neceſsitate con
ſequentiæ, & ſuppoſitionis, & immobilitatis, hæc
concluſio ponitur contra Aegyptios, qui dicebant
fatum quibuſdã ſacrificijs poſſe mutari, vt narrat
Gregorius Nicenus in narratione de Paſchate.

Octaua concl. Diuina prouidẽtia eſt certa & in-
fallibilis, & eius certitudo addit ſupra certitudinẽ
præſcientiæ: hanc ponit S.Tho. 3. cõtra gentes. Cu Cap.93.
ius ratio eſt, quia diuina prouidentia nõ poteſt fal
li ex mutatione diuinæ voluntatis, nec ex defectu ſe
cũdarum cauſarum aut virtutis actiuę, vel paſsiuę,
exiſtentium in rebus, igitur eſt certa, & infallibilis,
conſequẽtia patet quia oẽs creaturæ ſubijciuntur,
adminiſtrant, & obediũt diuinæ prouidẽtiæ, igitur
illud euenit quod à Deo præuiſum eſt in æternita-
te, & hęc videtur eſſe de fide, quia ſcribitur Sapien- Cap.8.
tiæ, Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſpo Cap.14.
nit omnia ſuauiter, & infra dicitur, tu pater guber-
nas oĩa prouidentia tua. quãtũ autẽ ad illud aliud,
quod ponitur in concluſione, quod certitudo di-
uinæ prouidentiæ addit ſupra certitudinẽ diuinæ
præſcientiæ, patet ex hoc, quia præſcientia dicit tan
tum certitudinem cognitionis: prouidentia dicit
certitudinẽ cognitionis, & ordinis, immo, & euen-
tus ſecũdũ Caietanũ, igitur prouidentia addit cer-
titudinẽ ſupra præſcientiã. circa hãc cõcluſionem
attẽde, quod Thomiſtæ ſunt diſcordes inter ſe, dũ
aliqui vt Caietanus tenẽt prouidentiã dicere duo,
& rationem ordinis in finẽ, & cõſequutionẽ ipſius
ordinis, ſeu euentũ, & licet S.Tho. in diſputatis de q.6.art.2.
veritate dixerit oppoſitũ, in prima tamen parte mu
tauit ſententiã in melius, aſſerens prouidẽtiã & ra-
tionem ordinis, & exequutionẽ: aliqui tamen Tho
miſtæ oppoſitam ſententiã ſequuntur, quod proui
dentia dicat tantũ rationẽ ordinis, mihi tamen ma
gis placet opinio Caietani propter id quod Eccle-
ſia dicit in collecta, Deus cuius prouidentia in ſui
diſpoſitione non fallitur te ſupplices exoramus vt
noxia cũcta ſubmoueas, & oĩa profutura cõcedas.

Nona concl. Certitudo prędeſtinationis addit
ſupra certitudinẽ prouidentię: hanc docet S.Tho.
vbi ſupra, cuius ratio eſt, quia certitudo prouiden
tiæ non eſt reſpectu effectus particularis, niſi quan
do cauſa proxima neceſſario producit illũ, ſed prę-
deſtinatio eſt certa, ſemper reſpectu particularis, &
cauſa proxima illius effectus eſt liberum arbitriũ,
quod nõ neceſſario, ſed libere operatur, igitur cer-
titudo prędeſtinationis addit ſupra certitudinem
prouidentię, & hęc cõcluſio deſumitur & ex gloſa
verborũ Pauli ad Romanos, quos pręſciuit, hos, & Cap.8.
prędeſtinauit, dicit ibi gloſa, prędeſtinatio eſt prę-
ſcientia, & pręparatio beneficiorum Dei, qua cer-
tiſsime liberantur, quicunq; liberantur. vbi nota,
quod certitudo diuinę prędeſtinationis põt eſſe
ex concurſu multarum cauſarum, quę poſſunt defi
cere, tamen Deus videns quod vna deficit, loco il-
lius ſubrogat aliam, & ſic de ſecũda, & de tertia do
nec effectus eueniat, verbi gratia in aliquo predeſti
nato puta Petro, & ſi deficit liberum arbitriũ eius
à ſalute peccãdo, ſubminiſtrat huic defectui Deus
exhortationes, orationes, eleemoſinas, peregrina-
tiones, ieiunia, & alia huiuſmodi donec ſequatur
effectus prędeſtinationis qui eſt ſalus.

Decima conclusio. Licet tam numerus prædestinatorum, quam reproborum sit certissimus apud Deum, & materialiter & formaliter, non ita tamen est certus primus, quam secundus: hanc ponit Sanctus Tho. prima parte. Cuius ratio est, quia apud Deum certum est omnes qui saluantur, & damnantur, & quot saluantur, & quot damnabuntur, igitur numerus tam prædestinatorum, quam reproborũ, & formaliter, & materialiter est certus apud Deũ. secunda pars posita in conclusione, certitudo prædestinationis est certitudo cognitionis ordinis, & euẽtus, sed certitudo reprobationis est certitudo cognitionis tãtũ, igitur numerus prædestinatorũ aliter est certus apud Deũ, quã numerus reproborũ, & hæc videtur esse de fide, & docet eã D. Augu. in libro de correctione, & gratia, vbi dicit certus est prædestinatorũ numerus, qui neque augeri potest, neq; minui: & ponitur contra quosdam magistros asserentes numerum prædestinatorũ esse certum tantum formaliter, puta dicendo, centum vel mille saluantur, sed non materialiter, qui sunt illi vel isti, ponitur etiam contra Aureolum hic.

q.23. art.7.

Vndecima concl. Numerus prædestinatorũ nulli creaturę potest esse notus, nisi ex speciali reuelatione Dei, hęc est de fide, quia canit Ecclesia in quadam collecta, Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandos, & ponitur hæc conclusio contra illos qui dixerunt tot homines saluari, prout Angeli ceciderunt, & etiam cõtra illos alios qui voluerũt tot homines saluari, quot Angeli remanserunt, & etiã contra illos alios, qui docuerunt tot ex hominibus saluari, quot Angeli ceciderunt, & insuper tot, quot fuerunt Angeli creati.

Vltima concl. Prædestinatio quo ad effectũ eius iuuari potest pręcibus sanctorum, hęc est certa secundum fidem, quia scribitur Genesis quod Isaac rogauit Deũ pro Rebeccha vxore sua, & dedit conceptũ Rebeccæ, & ex illo conceptu natus est Iacob, qui prędestinatus fuit, sed non esset impleta prædestinatio, si natus nõ fuisset, igitur prædestinatio iuuatur precibus sanctorũ, nõ scilicet quo ad pręordinationem diuinã, sed quo ad effectum eius: item legitur in libro Dialogorum Beati Gregorij, quod per orationes Sãcti Gregorij Traianus Imperator liberatus fuerit de inferno ad agendam pęnitentiam, & legitur quoque de Sancta Otilia Virgine, cuius reliquiæ habentur in partibus Alemaniæ in in Diœcesi Agentinensi, quod tandiu legit, fleuit, & orauit pro anima patris sui ad dominũ, vsque quo Deus animam illam de inferno liberauit; & hæc ponitur contra aliquos præsertim Aegyptios, qui orationibus sanctorum arbitrabantur mutari diuinum propositum, sed male intellexerunt, quia germanus sensus conclusionis est diuinam prædestinationem iuuari precibus sanctorum quoad effectum eius, non autem quo ad diuinam voluntatem, seu diuinum propositum.

Cap. 25.

Distinctio Quadragesima.

IN hac distinctione agitur de necessitate prędestinatorum, quæ materia cum sit difficillima, vt fieri potest explicabitur per diuersas conclusiones, quarum prima est. Prædestinatio essentialiter pertinet ad scientiam vel ad intellectum: hanc ponit Sanctus Thom. p. p. Cuius ratio est, quia dirigere & ordinare spectat ad intellectum. sed prædestinatio dicit directionem, & ordinationem creaturæ rationalis in finem super naturalem, igitur conclusio vera; Circa quam conclusionem nota vt tactum fuit supra, quod triplex circumfertur opinio de hac re; prima est Scoti, Bonauenturæ, & Gabrielis hæ asserentium, prædestinationem esse actum voluntatis. secunda est Rogerij, & Petri de Aquila affirmantium prædestinationem spectare ex æquo ad vtramque potentiam. tertia est, quam proposui mus in conclusione, & hanc sequuntur nobiliores Theologi, vt Durandus, & Aegidius hic, & Alexander Alensis in prima parte summæ suæ. q.23. art.1. Dist. 40. q.38. mẽb. 1. art.2.

Secunda concl. Prædestinatio addit supra prouidentiam: hanc docuit S. Thom. hic, cuius ratio est, quia prędestinatio dicit vltra Prouidentiã aliquid ex parte prædestinatorũ, & ex parte finis, & ex parte prædestinantis, igitur conclusio vera, quã etiam supra tetigimus. Dist. 40.

Tertia cõcl. est. Prædestinatio realiter est in prædestinãte scilicet actiue, ponit tamẽ aliquid in prędestinato, scilicet passiue, puta executionem, vocationem, & magnificationem: hanc scripsit S. Thomas p. p. Cuius ratio est, quia prędestinatio est præscientia beneficiorũ Dei, sed præscientia est in præsciente, & beneficia in beneficiato, igitur prædestinatio realiter est in prædestinante actiue, & ponit aliquid in prædestinato passiue, s. beneficia ipsa. q.23. art.2.

Quarta concl. Liber vitæ differt secũdum rõnẽ à prædestinatione, licet sit idem realiter cum ipsa prędestinatione: hãc ponit S. Tho. multis in locis, prętertim de veritate, & ratio huius est, quia liber vitæ est notitia Dei, qua prędestinauit aliquos in vitam æternam, & omne quod est in Deo est idẽ realiter cũ ipso Deo, & prædestinatio, & liber vitæ sunt in Deo, igitur sunt realiter idẽ, & si differant secundum ratonẽ; sed nota hic, quod liber vitæ est multiplex, vnus qui dicitur liber vitæ, qa in eo scribunẽ ea quæ deseruiunt nobis ad consequendam vitam ęternã, & hic liber est sacra scriptura, quę dicitur ẽt liber mandatorum Dei. secundus dicitur liber de quo scribitur Apoc. quod erat clausus, & nullus poterat eũ aperire, & hic liber dicitur Mysteriũ incarnationis. tertius liber est ille in quo scribuntur oĩa gesta hominis siue bona, siue mala, & apparebũt in die Iudicij vt scribitur Danielis, & libri aperti sũt, & hic dicitur liber conscientiæ. alius liber dicitur vitę, qui est firmissima notitia Dei, in qua cõtinenẽ omnes, qui infallibiliter consequuturi sunt vitam æternã, de quo scribitur in Psalmis, in capite libri scriptum est de me, & de hoc intelligitur cõclusio. q.7. art.1. Cap.5. Cap.7.

Quinta cõclũsio. Reprobatio est pręscientia iniquitatis cum voluntate permittendi casum in culpam, & inferẽdi dãnationẽ pro culpa: hanc docuit S. Tho. p. p. Et ratio huius est, quia sicut prędestinatio est actus intellectus cum voluntate conferendi gratiam, ita reprobatio est actus intellectus cũ voluntate permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationẽ pro ipsa, hęc ponitur cõtra Aureolũ, Ioannẽ de Bassolis, & cõtra multos alios noiales ponẽtes quatuor illa instãtia in quorũ primo Deus nihil vult Iudę reprobato, sed tm̃ actũ negatiuũ. in scđo vult Petro pdestinato actũ positiuũ q.23. art.3.

puta

puta gratiam. in tertio vult vtrique actû negatiuê, quia ambo sunt de massa perditionis. in quarto videt Iudam finaliter peccatorem, & Petrum finaliter penitentem, & sic vult iuste punire Iudam, & saluare Petrum: de qua re lege Iacobinum Malafossium hic. Distin.41.

Sexta conclusio. Reprobatio aliter se habet ad malum reprobati, quam prædestinatio ad bonum prędestinatum, hanc docet Sãctus Thomas ptima parte. & ratio est, quia prędestinatio est causa ipsius gratiæ, quæ habetur in pręsenti, & gloriæ quæ habetur in futuro, sed reprobatio nõ est causa eius quod habetur in præsenti, scilicet culpę, & peccati, hoc enim causatur à libero arbitrio reprobati, igitur conclusio est manifesta. q.23.art.3.

Septima cõclusio. Notitia quam habet Deus de reprobatione malorum non dicitur liber mortis, sicut notitia quam habet de prædestinatione beatorum, dicitur liber vitæ: hanc docuit Sãctus Thomas in disputatis de veritate, cuius ratio est, quia non est consuetum scribere illos qui reprobantur à Principe, sed tãtũ illos qui eliguntur ad aliquod opus peragendum, igitur conclusio est vera, & est de facto metaphorice loquendo. q.7.art.8.

Octaua conclusio. Prouidentia differt secundũ rationem à scientia, & dispositione: hãc docet Sanctus Tho. de veritate, cuius ratio est, quia scientia quam Deus habet de creaturis assimilatur scientię artificis, sed in ipso artifice prouidentia, scientia, & dispositio differunt, ergo & in Deum. q.5.art.1.

Nona conclusio. Prouidentia essentialiter pertinet ad intellectum, licet pręsupponat actum voluntaris: hanc scripsit Sanctus Thom. de veritate, Cuius declaratiõẽ posuimus supra in pręcedenti distinctione. q.5.art.1.

Decima conclusio. Prouidentia differt secundum rationem ab arte diuina: hanc etiam docuit Sanctus Thom. de veritate, quam etiam nos declarauimus in præcedenti distinctione.

Vndecima conclusio. Prouidentia differt realiter à fato: hãc docuit Sãctus Thom. prima parte. hancque etiã in præcedẽti distinctione posuimus. q.116.ar.2.

Duodecima conclusio. Ad hoc quod aliquis sit bene fortunatus iuuatur à superioribus causis, scilicet Deo, Angelo, & cęlo: hanc docuit S.Thom. tertio contra gentiles, cuius ratio est, quia homo secũdum corpus subditur corporibus cœlestibus, secundum intellectum ipsis Angelis, & secundum voluntatem ipsi Deo: igitur quando aliquod bonũ sibi accidit pręter intentionem ab omnibus istis causis iuuari dicitur. Cap.92.

Tertiadecima conclusio. Huiusmodi bona fortuna attẽditur penes duo, scilicet penes electionẽ, & prosequutionem: hanc ponit Sanctus Tho. vbi supra, cuius ratio est, quia homo consequitur aliquod bonum multoties ex hoc quod disponitur à corporibus cœlestibus, & illustratur per custodiã Angelorum, & inclinatur per operationem diuinã, igitur bona fortuna penes electionem alicuius boni, & prosequutionem attenditur.

Quartadecima conclusio. Inter inclinationem à corpore cœlesti ex vna parte, & inclinationẽ Dei vel Angeli ex alia attenditur differentia, quia secundum primã homo dicitur bene natus, & bene fortunatus, sed penes secundam dicitur bene custoditus, vel bene gubernatus: hanc ponit S.Tho. vbi supra, & est clara ex se.

Quintadecima cõcl. Inter inclinationem Dei ex vna parte, & inclinationem cęli, & Angeli ex alia est differentia, quia prima est sicut causa perficiens, secũda verò sicut causa disponens: hanc ponit S.Th. vbi supra, cuius ratio est, quia Deus cum sit primus author omnis boni perficit omnem creaturam, cæteræ causæ secundæ disponunt.

Sextadecima conclusio. Inter inclinationem Angelicam, & cœlestem est differentia, quia prima fit per modum considerationis, secunda per modum passionis: hanc ponit Doctor Sanctus vbi supra, cuius ratio est, quia intellectus hominis illuminatur ab Angelo, à corpore verò cœlesti disponitur tantummodo indirecte, igitur conclusio vera.

Decimaseptima cõclu. Diuina inclinatio est vniuersalior, quã Angelica, & Angelica, quam cęlestis: hanc ponit S.Th. ibidem, & ratio est, quia Deus est altior Angelo, & Angelus altior, & nobilior cœlo, igitur conclusio vera.

Decimaoctaua conclu. Respectu bonorum moraliũ nullus dicitur bene, vel male fortunatus, licet possit dici respectu eorũ, bene vel male natus: hãc docet S.Tho. vbi supra, ratio huius est, quia fortuita sunt præter intentionem, moralia consistunt in electione, & ex naturali dispositione corporis homo est aptus ad electionẽ virtutum, vel vitiorum, igitur respectu bonorum moralium non fortunatus, sed natus bene, vel male dici debet.

Decimanona conclusio. Primum auxilium scilicet ad eligendum est vniuersalius secundo quod datur ad exequendum, & pœnes primum aliquis dicitur fortunatus, non autem penes secundum: hanc ponit etiam S.Tho. vbi supra. & ratio est, quia ex primo auxilio adiuuatur homo tam in his quæ virtuti hominis subduntur, quã etiã in alijs. secundum vero auxilium datur ad prosequẽdum efficaciter ea quæ intendit: igitur iuxta primum dicitur homo fortunatus, non autem iuxta secundum.

Vigesima conclusio. Nullus euentus potest dici fortunatus per comparationem ad diuinam causam, sed bene per reductionem in causam cœlestẽ: hanc scripsit Sanctus Thomas, vbi supra: hæc conclusio est manifesta ex se, quia omnia quæ fiunt sunt intenta ab ipso Deo, quod non est ita respectu cęlestis corporis.

Vigesimaprima conclusio. Homo non potest esse bene fortunatus vniuersaliter ex virtute corporis cœlestis, sed solum quantum ad hoc, vel illud: hanc docet Sanctus Thomas vbi supra. & ratio est, quia fortuna est in his quæ sunt per accidens, sed homo non semper eligit commodum, vel incommodum in his quæ sunt per accidens, igitur &c. Deinde patet ex diffinitione fortunæ ex secundo Physicorum, vbi Aristotiles ait quod fortuna est causa per accidens in his quæ fiunt à proposito in minori parte, idest raro, & propter finem, igitur homo non potest esse bene fortunatus vniuersaliter ex virtute corporis cœlestis, sed solum quantum ad hoc vel illud.

Vigesimasecunda cõclu. Diuina præscientia nullam necessitatẽ rebus præscitis imponit: hãc docet S.Th. in hoc lib. & in multis alijs locis, q cõcl. intelligit de necessitate absoluta, & cõsequẽtis nõ aũt de Dist.39.q.1 art.1.

necessitate consequentiæ, vt dictum est supra. A

Vigesimatertia conclusio. Diuina prouidentia, nullam necessitatem absolutam rebus contingentibus aut liberis imponit: hanc scripsit Sanctus Thomas tertio contra gentiles, & declarauimus etiam eam superius, quia contingentia prouenit ex secundis causis, & proximis, diuina autem prouidentia est causa prima nō destruens, sed conseruans secundas causas, igitur conclusio vera. Cap. 72.

Vigesimaquarta conclusio. Diuina prædestinatio nullam necessitatem absolutam imponit prædestinatis ad saluādum, quin quilibet eorum possit damnari, non tamen ista copulatiua est possibilis, iste est prędestinatus, & iste non saluabitur: hanc B docet Sanctus Thom. pluribus in locis suæ doctrinæ, præsertim in disputatis de veritate, huius cōclusionis sensum declarauimus supra quod prædestinatus in sensu composito infallibiliter saluatur, & certissime, & necessario. in sensu autem diuiso potest damnari, quia ille qui est prædestinatus potest mori in peccato mortali secūdum se consideratus. q. 6. art. 3.

Vigesimaquinta conclusio. Fatum non imponit aliquam necessitatem absolutā rebus satatis: hanc scripsit Sanctus Thomas prima parte, hanc declarauimus supra asserendo fatum in ordine ad causas secūdas esse mobile, & contingēs, pront aūt subest diuinæ prouidentiæ est immobile, & necessarium. C q. 116. art. 3

Vigesimasexta conclusio. Diuina præscientia est certa & infallibilis respectu cōtingentium non obstante eorum mobilitate: hanc docet Sanctus Thomas de veritate. Cuius ratio est, quia conditio illa, quæ fertur in rem præsentem est certa, & infallibilis, sed diuina præscientia fertur supra cōtingentia, tanquām in rem præsentem, igitur diuina præscientia est certa, & infallibilis non obstante mobilitate cōtingētiū, vt eius sensum supra etiā annotauimus. q. 6. art. 3.

Vigesimaseptima conclusio. Diuina prouidētia certa est & infallibilis, & certitudo eius addit supra certitudinem præscientiæ, hanc docuit S. Tho. 3. contra gentiles, quia ordo diuinæ prouidentiæ D nunquā deficit, igitur prima pars conclusionis est vera; secunda etiam patet ex hoc, quia prouidentia respicit res ordinatas in finem naturalē, præsciētia aūt hēt tantū cognoscere res ipsas, igitur certitudo prouidētiæ addit supra certitudinem præscientię. Cap. 93.

Vigesimaoctaua conclusio. Diuina prædestinatio est infallibilis, & eius certitudo addit supra certitudinem prouidētiæ: hanc docet S. Tho. in disputatis de veritate vbi supra, cuius sensum superius etiam nos enucleauimus.

Vigesimanona cōclusio. Licet tam numerus prędestinatorū quā reproborum, sit Deo certissimus, tam formaliter, quām materialiter, stat tamē quod E aliter est certus primus, quam secundus: hāc posuit S. Tho. p. p. sensum etiā huius cōclusionis superius posuimus ad mentem S. Thomæ, & veritatis. q. 23. art. 7.

Vltima concl. Licet prædestinatus, quantū est de se dānari possit, tamē de facto nūquām dānabitur: hāc docet Thomas de Argētina in hoc libro, cuius rationem adducit, quia oppositū diuini propositi finaliter nunquām contingit cum sit immutabile, iuxta illud Iacobi, apud Deum non est transmutatio, neq; vicissitudinis obumbratio, sed propositū Dei est, vt prędestinatus finaliter saluetur, ergo prædestinatus finaliter non damnabitur. Dist. 40. q. 1. Cap. 5.

Distinctio Quadragesimaprima.

Circa hanc distinctionē disputatur Num prę scientia meritorum sit causa reprobationis, vel ipsius prædestinationis, & ponitur prima conclusio talis. Nec merita, aut demerita sunt causa prædestinationis ex parte actus prędestinantis, hæc describitur per Doctorē sanctum prima parte. Cuius ratio est, quia illud est causa actus prædestinantis, quod est causa diuinæ voluntatis, quam includit prędestinatio, sed nulla est causa diuinæ voluntatis, igitur merita, & demerita non erunt causa prædestinationis. q. 23. art. 1.

Secunda conclusio. Effectus prædestinationis non datur alicui propter merita quæ fuerūt in alia vita, hæc est certa secundum fidem, vt habetur ad Romanos, vbi habet Apostolus de Iacob & Esāu cum nondum nati essent, aut aliquid egissent boni vel mali non ex operibus, sed ex vocante, vt dictum est quia maior seruiet minori. hæc cōclusio ponitur contra Originem, qui voluit creaturas rationales fuisse creatas ab initio, & secundum diuersitatem suorum operum diuersos status esse sortitas. Cap. 9.

Tertia cōclusio. Merita præexistentia in hac vita non sunt ratio vel causa prędestinationis effectus: hanc ponit Sanctus Tho. p. p. & est de fide, quia ait Apostolus 2. Corinth. Non sumus sufficientes ex cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, ergo conclusio vera, quia nullum anterius opus inueniri potest, quam cogitatio, & hęc conclusio ponitur contra Pelagiū Hæresiarcham, qui voluit quod initiū bene faciendi sit ex nobis, ita quod propterea vnus est prędestinatus, & alter non, quia vnus præparauit se ad gratiam quod non fecit alius. q. 23. art. 2. Cap. 3.

Quarta conclusio. Merita præscita sequentia effectum prædestinationis non sunt ratio, aut causa ipsius prędestinationis: hanc docet S. Tho. vbi supra. Cuius ratio est, quia id quod sequitur effectū prædestinationis nō potest esse ratio aut causa prædestinationis, quia implicat quod sit effectus, & quod sit causa: hanc ponit S. Thom. vbi supra contra quosdam antiquos Theologos, inter quos volunt aliqui fuisse Augustinum, qui dixit prædestinationē venire ex occultissimis meritis, quia Deus præuidit Petrum bene vsurum gratia, propterea ipsum prædestinauit ad gloriā, sicut quando aliquis Rex dat alicui seruo suo, aliquod Castrum, quia pręuidit ipsum bene vsurum, eo reprobauit Iudam, quiā pręuidit eum non bene vsurum gratia, sed hęc opinio est falsa, & si aliquando in ea fuerit Beatus Augustinus, ipse retractauit se.

Quinta conclusio. Bonus vsus liberi arbitrij bonitate moris non est ratio aut causa prędestinationis, patet hęc, quia temporale non est causa æterni, sed bonus vsus liberi arbitrij est temporaneus, igit non est causa prędestinationis quæ est æterna, hęc ponitur contra Henricum de Gandauo in Quolibetis vbi inquit, quod & si bonus vsus liberi arbitrij in quantum est à gratia non sit causa prędestinationis, inquantum tamen est à natura, poterit esse aliqualis ratio de congruo ipsius prædestinationis: hanc opinionem sequūtur multi etiam de nostris inter quos est Thomas Anglicus in hoc libro, & Grisostomus Iauellus in expositione primæ partis Sancti Thomæ. Quolib. 4. q. 18. Dist. 41.

Sexta

Sexta conclusio. Totalis effectus prædestinatio- A
q.23. art.5. nis nullam habet causam ex parte nostri: hanc po-
nit S. Tho. vbi supra. Cuius ratio est, quia omne il-
lud quod ducit nos ad vitam æternam clauditur
Cap. vltim. sub effectu prędestinationis, iuxta illud Trenorum
conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, igitur
nihil illorum poterit esse causa.

Septima conclusio. Causa totalis effectus præde-
stinationis est bonitas Dei: hanc ponit S. Tho. vbi
supra. Cuius ratio est, quia id quod procedit ex
mera liberalitate Dei non habet aliā cām nisi diui-
nā bonitatem, sed omnis effectus prædestinationis
procedit ex mera Dei liberalitate, igitur nulla alia
causa est assignanda illius nisi diuina bonitas. B

Octaua cōclusio. Sola diuina voluntas est ratio,
quod aliqui sint prædestinati ad gloriam, & aliqui
reprobati: hanc ponit Sanctus Thomas, vbi supra,
Cuius ratio est, exemplum quod ponit Apostolus
Cap.2. in Epistola ad Titum, in magna domo non solum
sunt vasa aurea, & argētea, sed lignea, & fictilia, quæ
dam scilicet in honorem, & quædam in contume-
Cap.6. liā, & hæc de mente Augustini super Ioannem, vbi
ait, quare hunc trahat, & illum non trahat noli vel-
le iudicare, si non vis errare, & ponitur contra Au-
reolum, & contra Catherinum, & plurimos alios.

Nona conclusio. Aliquis effectus particularis
prędestinationis potest habere causam ex parte no C
stri: hanc ponit Sanctus Thomas vbi supra, Cuius
ratio est, quia gloria est vnus effectus particularis
prædestinationis, & habet in nobis ipsam gratiam,
quæ est causa meritoria gloriæ, vnde gloria est cau-
sa finalis gratiæ, & gratia ipsa est causa meritoria
gloriæ. Vtraque tamen est à Deo.

Decima cōclusio. Ratio prædestinationis, & re-
probationis tum hominum, tum Angelorum ex di
uina bonitate sumenda est: hanc ponit S. Thomas,
vbi supra. Cuius ratio est, quia ex eo sumitur ratio,
prędestinationis, & reprobationis, vnde sumitur
ratio manifestationis diuinæ iustitiæ, & misericor-
diæ, quia per prædestinationem manifestatur mise D
ricordia, & per reprobationem iustitia, sed diuina
bonitas est ratio quod manifestetur in rebus iusti-
tia, & misericordia, igitur conclusio est vera.

Vndecima conclusio. Deus sua diuina volunta-
te nihil operatur circa peccati malitiam, patet hæc
ex Psalmis qm̄ non Deus volens iniquitatem tu es.
Psal.62. Duodecima conclusio. Deus ab æterno diuina
sua voluntate neminem præordinauit ad peccan-
dum, patet hæc, quia Deus non est author peccati,
Cap.18. & non vult mortem peccatoris: Ezechielis.

Tertiadecima conclusio. Deus sua diuina volun
tate habet tantum actum permissionis circa pecca
Psal.80. tum, patet hæc ex Psalmis. Dimisit illos secundum E
desideria cordis eorum.

Quartadecima cōclusio. Deus ab ęterno nemi-
nem pręordinauit ad pœnā æternam, & loquor de
actu positiuo, vt dixerit, volo hunc creare ad dam-
nationem, patet, quia nemini debetur pęna nisi ex
peccato.

Quintadecima conclusio. Gratia per quam ho-
mo iustificatur, primo merè gratis non ex meritis
præcedentibus vel subsequentibus datur, non ta-
men sine eius libero arbitrio, patet hæc ex Augu-
stino libro de prædestinatione Sanctorum, qui
fecit te sine te, non iustificabit te sine te.

Sextadecima conclusio. Deus ab æterno neminē
pręordinauit ad gratiam vel gloriā ex meritis præ-
cedentibus vel subsequentibus præuisis. in his pro-
positionibus cōsistit opinio S. Tho. de prędestina-
tione, nihilominus Ambrosius Chaterinus in quo
dam peculiari tractatu suo de diuina prædestina-
tione ad sinodum Tridētinam recitat sex opinio-
nes de hoc profundissimo arcano, & narrando opi
nionem S. Tho. asserit ipsam esse sęuam, & impiam,
& dare ansam hæreticis, & amplectit deinde ipsam
sextam opinionem, quę est sine fundamēto: asserit
enim duos esse ordines hominū, alter prædestina-
torum, & alter non prædestinatorum, prædestinati
B isti dicuntur qui infallibiliter consequuntur vitam
æternam, & isti sunt prędelecti, & præcogniti vt est
Beata Virgo, Apostoli, Patriarchę, & cęteri sanctis-
simi homines, & sanctissimæ Virgines, & numerus
istorum prædestinatorum non potest augeri nec
minui. Alius ordo non prędestinatorum potest au
geri, & minui, quia isti possunt saluari, & damnari,
istis enim dicitur si vis ad vitam ingredi serua man
data, & sic asserit opinionem istam nullum secum
gestare scrupulum, quia omnes homines venientes
in hunc mundum ponit esse ordinatos ad vitam
ęternam, hac lege, & cōditione seruandi mandata
Dei, & sic nos saluamur ex obseruatione mandato-
C rū Dei. verùm, & si hęc opinio vulgaris sit, & absq;
fundamento aliquo, quia implicat prædestinatum
vt sic posse damnari, valde repręhēdendus est Cha-
terinus dicendo opinionem S. Tho. esse sęuam, &
crudelem, immo est pijssima, quia extollit diuinā
bonitatem & misericordiam. Ocham in præsenti Distin.40.
loco loquens de hac re dicit alicuius prędestina-
tionis esse aliquam causam, & rationem, & alicuius
nō esse talem rationem, & causam, Cuius ratio est,
quia aliqui propter merita saluabuntur, aliqui au-
tem solum ex speciali gratia sunt ordinati ad vi-
tam ęternam, ita quod sibi ipsis non sunt derelicti
sicut alij, sed pręueniuntur ne possint ponere obi-
D cem, ne perdant vitam æternam, sicut fuit de beata
Virgine, & de multis alijs sanctis, isti ergo sunt præ
destinati à Deo, quia præsciuit ipse Deus finaliter
perseuerare eos in vitam ęternam: sic etiam & dam
nandorum seu reprobandorum est aliqua causa,
& ratio, quia præscit illos Deus finaliter peccatu-
ros, non enim prius Deus est vltor, quam aliquis sit
peccator. Aliqui verò sunt prędestinati, quorum
nulla alia causa est reddenda nisi diuina voluntas,
cur igitur beatus Paulus fuit percussus à Deo, &
conuersus sine præcedentibus meritis non nisi di-
uina voluntas fuit, & quod alij non ita vocantur:
hanc sententiam multi amplectūtur: Diuus Bona-
E uentura docet hic, quod in prædestinatione tria
sunt, propositum æternū, temporalis gratificatio,
æterna glorificatio, primum & tertium nō cadunt
sub merito, quia vtrumque est æternum, sed secun-
dum potest cadere sub merito congrui. Gulielmus
Altissiodorensis disputat in summa sua, an aliquis Lib.1.
facere possit quod vel ipse, vel alter sit prædestina-
tus, inquit p̄destinare duas habere significationes,
vnā principalē, & æternā, aliā secūdariā & tēporalē,
poterit vtiq; aliquis facere quod sit prædestinatus
quo ad secūdariā significationē, qđ est habere gra-
tiā, quia poterit quis sumere sacramentū Baptismi
in quo confertur gratia, sed non potest aliquis fa-

cere quod ſit prædeſtinatus quo ad primam ſigni- A ficationem, quod eſt habere gloriam, vnde & ſi aliquis poſsit aperire feneſtram non tamen poteſt facere, vt ſol ingrediatur in eã; Scotus verò ſubtilius more ſuo, vt tactum eſt ſupra, poſuit talem ordinẽ in prædeſtinatione, quia in primo inſtanti naturæ Petrus, & Iudas Diuino aſpectui offeruntur omnino indifferentes, & æquales, in ſecundo vero inſtanti Deus vult ſua libera voluntate Petro gloriam, & in tertio vult ſibi gratiam, & ſic primum in intẽtione fuit finis, & volitio gloriæ, ſed conſtat quod volitio finis eſt libera, nõ enim vult aliquis finem propter ea quæ ſunt ad finem, ſed potius propter ſe, ergo prædeſtinatio eſt à libera voluntate, & non pro- B pter aliquod repertum, aut reperibile in prædeſtinato, & ſic concludit nullam dari cauſam ex parte prædeſtinationis. Reprobatio verò cauſam habet, quod ex proceſſu reprobationis patet, quia ſimiliter in primo inſtanti offeruntur Petrus & Iudas, vt indifferentes, & æquales; in ſecundo verò, in quo volebat Petro Deus gloriam, nihil voluit ipſi Iudæ, quia nec gloriam, nec miſericordiam; in tertio verò videt eum male vſurum libero arbitrio; in quarto quoque proponit gratiam finaliter ſubtrahere, & per conſequens æternaliter punire, ex quo patet reprobationẽ habere cauſam ex parte reprobati, nempè malum vſum liberi arbitrij, in tertio ſigno C præuiſum, hæc aſſerit Scotus hic, & in reportatis, Diſtin.41. quæ opinio nõ contradicit Sancto Thomæ. opinio Aureoli fuit, quod nullum reprobat Deus ſine cauſa affirmatiua, nec prædeſtinat ſine cauſa negatiua, nam in primo inſtanti quo offeruntur homines diuino conſpectui, Deus vult eis gratiam, & gloriam, quia in hunc finem omnes creat, in ſecundo inſtanti videt in aliquibus reſiſtentiam gratiæ, & indignitatem habitualem, vt eſt peccatum originale in paruulis, & malũ vſum liberi arbitrij in adultis, aliqui verò offeruntur ipſi Deo ſine indignitate, & obice, propterea in tertio inſtanti ſubtrahit gratiam, & reprobat primos propter indignitatem quam præ- D uidet in illis: ſecundos vero ordinat ad gratiam, & gloriam prædeſtinando eos finaliter, quia nulla indignitatem finaliter præſcit in eis, & ſic reprobationis eſt cauſa poſitiua in reprobato, videlicet poſitio finalis obicis gratię, vt pręmiſſæ, prędeſtinationis vero cauſa negatiua, videlicet non inuentio talis obicis in anima prędeſtinati. ſententia Sancti Thomæ quam ſequitur Aegidius patet in concluſionibus ſupradictis.

Diſtinctio Quadrageſimaſecunda.

AGitur in hac diſtinctione de omnipotentia E Dei, quæ materia facile abſoluitur per decẽ cõcluſiones quarum prima eſt. In Deo optimo maximo nulla eſt potentia paſsiua, hanc docet q.1.art.1. Sanctus Thomas de potentia Dei, cuius ratio eſt, quia talis potentia repugnat omnimodę ſimplicitati, puriſsimæ actualitati, perfectæ libertati, clariſſimæ intellectualitati, independenti entitati, ſed Deus eſt omnino ſimplex, purus actus, ſummæ libertatis, clariſsimæ intellectualitatis, & omnimodæ independentis entitatis, igitur concluſio vera, & de facto, quam omnes ſententiarij amplectũtur, præſertim Thomas ab Argentina.

Secunda cõcluſio. In Deo optimo maximo perfectiſsime reperitur potentia actiua, hanc docet Sanctus Thomas prima parte, & eſt de fide, quia q.25. art.1. ſcribitur in Pſalmis potens, es domine, & veritas tua in circuitu tuo, & ratio etiam eſſe poteſt, quia illud quod importat perfectionem ſimpliciter eſt Deo attribuendum, ſed potentia actiua eſt huiuſmodi, quia vnumquodque perfectius eſt ex virtuali continentia, qua poteſt ad ſui ſimilitudinem alterum producere, quod proprie rei conuenit ex ſua potentia actiua, igitur concluſio vera, in hac etiam omnes, & Theologi, & Philoſophi conueniunt.

Tertia concluſio. Diuina potentia non eſt aliud B ſecundum rem à ſubſtantia ipſius Dei, hanc docet Sanctus Thomas ſecundo contra gentes. Cuius ra- Cap.8. tio eſt, quia Deus cũ ſit ſimpliciſsimus actus, quidquid eſt in ipſo identificatur cum eo, & hęc concluſio eſt clara ex ſe & de facto nulla eſt controuerſia inter Theologos circa ipſam cum ſit Beati Dioni- Cap.5. ſij libro de diuinis nominibus. vbi habet Deus in vna exiſtentia omnia præhabet.

Quarta concluſio. Diuina potentia diſtinguitur à diuina ſubſtantia, & ſcientia, & voluntate ſecundum rationem, hanc ponit Sanctus Thomas prima q.25. art.1. parte, & ratio huius eſt, quia illa quæ habent diſtinctas deſcriptiones diſtinguuntur ſecundum ratio- C nem in Deo, ſed diuina ſubſtantia, ſcientia, voluntas & potentia habent diſtinctas deſcriptiones in ipſo Deo, quandoquidem diuina ſubſtantia eſt ex ſe ipſa, diuina ſcientia eſt vt diligens, voluntas vt imperans, potentia, vt exequens, igitur hæc omnia diſtinguuntur ſecundum rationem, ſcilicet rei ratiocinatæ, & intellectæ non autem ratiocinantis, hęc ponitur aduerſus Scotiſtas, qui ponunt inter diuina attributa diſtinctionem ex natura rei.

Quinta concluſio. Potentia diuina non eſt principium ſecundum rem diuinæ actionis, hãc docet Sanctus Thomas ſecundo contra gentes, cuius ra- Cap.9. tio eſt, quia Deus non eſt principium ſui ipſius, ſed D diuina actio non diſtinguitur ab ipſo Deo cum ſit ipſamet Deus, ſed tantum diſtinguitur ſecundum rationẽ, igitur potentia diuina non eſt principium diuinæ actionis ſecundum rem, ſed tantum ſecundum rationem: vbi nota, quod licet diuina eſſentia nullum principium habeat, nec ſecundum rem, nec ſecundum rationem, diuina tamen operatio, ſeu actio propter diuerſum modum ſignificandi dicitur habere principium ſecundum rationem.

Sexta concluſio. Diuina potentia eſt principium ſecundum rem illius quod producitur per actionẽ Dei, hanc docet Sanctus Tho. p.p. vbi ſupra, cuius ratio eſt, quia potẽtia diuina eſt principium ſecun- E dum rem ipſarum creaturarum, quæ ſunt effectus Dei, ſed creaturæ producuntur per operationẽ, ſeu actionem Dei, igitur diuina potentia eſt principiũ ſecũdũ rẽ illius quod per actionẽ ſuã producit, qđ eſt dictum eſt principium effectus, & non actionis.

Septima concluſio. Diuina potentia actiue non correſpondet aliqua paſsiua eam adęquans, licet materia prima multas formas à Deo recipere poſſit ad quas non eſt in potentia naturali, ſed obediẽtia, hanc poſuit Sanctus Thomas tertio contra Cap.23. gentes. Cuius ratio eſt, quia nulla potentia finita adæquat potentiam infinitam, ſed potentia actiua Dei eſt infinita, potentia vero paſsiua ipſius

mate-

materiæ est finita in actu, & etiam in potentia, cum A non sit receptiua cuiuscunque quantitatis & formæ, igitur nulla potentia passiua realis poterit ad æquate correspondere potentiæ actiuæ ipsius Dei. secunda pars conclusionis patet ex hoc, quia multas formas potest Deus inducere in materiam, quę non possunt induci per agens naturale, vt est glorificatio corporum, & alia huiusmodi, igitur materia non est in potētia naturali ad eas, sed tantum obedientiæ secundum quam obedit creatori suo.

Octaua conclusio. Diuina potentia est omnipotentia, hanc docet Sanctus Thomas secundo contra gentes, cuius ratio est, quia illa potentia dicitur omnipotentia, quæ potens est in omne ens possibi B le non implicans contradictionē, sed potentia Dei est huiusmodi cum sit perfectissima virtus potens producere omne id, quod potest habere rationem possibilis, igitur conclusio vera, in qua conueniunt omnes ferè Theologi, licet sint discordes in modo declarandi ipsam, vt est videre apud Ioannem de Bassolis, & Gulielmum de Rubione hic. Cap.22.

Nona conclusio. Deus non potest illa quæ sunt potentiæ passiuæ, nec illa quæ sunt contra rationē factibilis, nec illa quæ derogant eius voluntati, aut scientiæ, hanc docet Sanctus Thomas secundo con tra gentes, cuius ratio est, quia hæc omnia dicunt defectum & imperfectionem, vnde potius in istis C est passio, quam actio, & ideo hęc omnia repugnāt diuinæ perfectioni, & omnipotentiæ, & hæc est de mente Patris Augustini 5. de ciuitate Dei, & Diui Hieronymi ad Eustochiū, & Diui Iustini martiris in oratione ad gentes & omnium ferè Patrum, in hac conueniunt etiam omnes scholastici. Cap.25. Cap.6.

Decima cōclusio. In Deo non differt secundum rem potentia absoluta, & ordinata, nec potentia creatiua, & generatiua, vel spiratiua, sed solum secundum rationem, hanc posuit Sāctus Thomas de potentia Dei; cuius ratio est, quia omnia absoluta identificantur cum ipso Deo, sed istæ potentiæ dicunt absolutum in recto, in obliquo autem dicunt D diuersos respectus, igitur sunt idem secundum rē, & differunt secundum rationem, immo non sunt diuersæ potentiæ secundum rem, nec diuersæ operationes realiter, sed vnamet potentia, & vnamet operatio, licet diuersificentur potentiæ, & operationes secundum rationem ratiocinatam, de hac conclusione, lege Petrum de Aliaco, & Ioannem de Bassolis hic. q.2.art.5.

Distinctio Quadragesimatertia.

IN præsenti distinctione Magister excludit errorem quorundam dicētium potentiam Dei esse E limitatam, ad quem errorem excludendum, & veritatem indagandam ponitur prima conclusio, quæ talis est. Deus non est infinitus secundū quantitatem molis continuam, vel discretam, sed secundum magnitudinem spiritualem, hanc ponit Sanctus Thomas primo contra gentes, ratio est, quia infinitum secundum quantitatem molis est corporeum, sed Deus non est corporeus, vt patet Ioannis quarto, vbi scribitur Spiritus est Deus, igitur prima pars conclusionis vera. secunda vero pars est de fide, quia scribitur Deuteronomij Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est, igitur & secūda pars Cap.44 Cap.3.

est vera; tertia habetur ex Augustino 9. de Trinitate, vbi dicit, quod in his quæ nō magna mole sunt, hoc est maius esse, quod melius esse, igitur cū Deus non sit infinitus quātitatis continuæ aut discretę, igitur quātitate virtutis, q̄ dicit summā pfectionē. Cap.6.

Secunda conclusio. Deus non est infinitus priuatiue, sed negatiue, hāc dicit S.Tho. de potētia Dei, ratio est, quia infinitum priuatiue est id quod est aptum natum habere finem, & nō habet, sed Deus est finis omnium rerū, & est in summo gradu perfectionis, ergo non est infinitus priuatiue: quod sit infinitus negatiue patet, qa eius pfectionis nullus est terminus siue finis, igitur est infinitus negatiue. q.1.art.2.

Tertia conclu. Non solum virtus Dei est infinita negatiue, sed eius essentia, & sapiētia, & omnia quæ sunt in ipso, hāc docet S.Tho. in præsenti distinctione, Cuius ratio est, quia nullum eorū limitatur ad aliquem terminum, nec est receptum in aliquo receptiuō, sed omnia sunt ipsum esse subsistens Dei, igitur conclusio vera, vbi nōta cōtra aliquos, quod sapientia, iustitia, & virtus, & quodlibet attributū Dei non solum sunt infinita ratione essentię, sed secūdū propriam rationē formalem, & hæc est certa secundum fidem nostram, quia scribitur Baruch. Magnus est dominus, & non habet finem, & in Psalmis dicitur, & magnitudinis eius non est finis, & Concilium Lateranēse hoc idem docuit, capitulo firmiter, de summa Trinitate, & fide Catholica, & Dionisius de cęlesti Hierarchia, & Hilarius, & Tertulianus, & Basilius Homelia in Examerон, & Nazanzenus in oratione de Paschate, & B.Aug. lib. de essentia Trinitatis, sic omnes ferè sententiarij sentiunt, & potest probari contra Ocham, & Durandū, quia Deus est ens per essentiam, igitur est infinitus quo ad omnia quæ in ipso reperiuntur. Cap.3. Psal.144 Cap.2.

Quarta conclu. Licet diuina potentia habeat infinitatem ex essentia, tamen aliquem modū infinitatis habet potentia, quem non habet essentia, hāc scripsit S.Tho. de potentia Dei, vbi supra, Cuius ratio est, quia essentia Dei est infinita ex hoc, quia nō est in aliquo recepta, non tamen dicit relationē ad operādū sicut potētia, q̄ dicit relationē ad obiecta, q̄ operatur extēsiue, vel intēsiue, igit cōclusio vera.

Quinta conclu. Infinitas diuinæ potentiæ sufficienter arguitur ex creatione rerum ex nihilo, hāc ponit S.Tho. p.p. & ratio est, quia aliqua virtus puta artificis supponit subiectum in actu ex quo operatur, magna virtus supponit subiectū in potentia ex quo operatur, vt est virtus agentis naturalis, igit virtus Dei, quæ nullū subiectū supponit, sed ex nihilo operatur erit infinita, ne dum extensiue, sed etiā intensiue in vigore, hāc etiam probat Caietanus in aurea sua quęstione de infinitate Dei ex æternitate motus cęli, nam hæc cōclusio ex scitis demonstrari potest, sic ostēdit Scotus & Aegidius, licet Thomas Anglicus dicat philosophos demonstrasse solū durationem infinitā, & non vigorem; Aureolus vero hoc idem dicit, philosophos rationibus suis non demonstrare vigorē infinitum. Durandus probare autumat infinitatē Dei ex infinitis effectibus possibilibus ab eo fieri successiue: sic, & Bonauentura arbitratur, pbare Deū esse infinitū ex generalitate effectuū, qa nō tot fecit, quin plures facere possit. Petrus de Aquila spernit hęc omnia media, & dicit conclusionē istā rectius posse probari ex hoc quia q.25. art.5. Distin.43.

vltimate ipse Deus terminat actum voluntatis nostræ, & si Deus non esset infinitus, ipso esset aliquid maius. sed sequere tu veritatem conclusionis.

Sexta conclusio. Supposita æternitate primi motus argui posset infinitas diuinæ virtutis: hanc ponit Sanctus Thomas octauo Physicorum. (Tex.78.) & ratio est, quia mouens ex se, & independenter tempore infiniti est virtutis infinitæ extensiue, & intensiue, sed Deus est huiusmodi, igitur conclusio vera.

Septima conclusio. Infinitas diuinæ potentiæ potest concludi ex actiuitate nostri intellectus, hanc ponit Sanctus Thomas primo contra gentiles, (Cap.43.) cuius ratio est, quia noster intellectus non potest excogitare aliquid maius Deo, igitur Deus est infinitus intensiue, & extensiue, consequentia patet, quia aliter intellectus noster cogitare potuisset aliquid maius Deo: ambæ istæ conclusiones ponuntur contra Aureolum, (q.42. art.5.) & cõtra dominum Marsilium asserentes oppositũ, tenet enim præsertim Marsilius in hoc libro Deum esse infiniti vigoris non esse notum in puro lumine naturali, & decipiuntur ambo vt ostensum est in conclusionibus, an sit idem probare Deum esse infinitum, & Deum esse omnipotentem omnipotentia Philosophorum, lege Bargium in hoc libro, quia de omnipotentia Theologorum respectu omnis producibilis quod non implicat contradictionem cadit sub fide, iuxta illud symboli Credo in Deum omnipotentem.

Octaua conclusio. Deus non potest facere simpliciter aliquid infinitum, bene verum secundum quid, hanc ponit Sanctus Thomas prima parte, (q.7. art.2.) cuius ratio est, quia nullum simpliciter infinitum habet esse limitatum, sed omne ens creatum habet esse limitatum: igitur Deus non potest infinitum simpliciter creare, quia implicat quod sit creatum & productum, & quod sit simpliciter infinitum, sed non ex hoc sequitur quod in Deo sit aliquis defectus, dicitur potius rectius loquendo, quod infinitum non potest fieri, quàm quòd Deus illud facere non posit, cum dicat Angelus (Lucæ.1.) non erit impossibile apud Deum omne verbum, scilicet quod non implicat contradictionem.

Nona conclusio. Deus potest facere aliquam formam infinitam in aliqua specie, & secundum rationem suæ speciei tam substantialem, quam etiam accidentalem, hanc scripsit Sanctus Thomas tertio sententiarum, (Distin. 39. q.1. art.2.) cuius ratio est, quia omnis forma habens omnem modum perfectionis possibilem suæ speciei est infinita in tali specie, quia ei vt sic nihil potest addi, sed aliqua forma est huiusmodi, vt patet in Angelis, qui cum non sint recepti in materia, quilibet illorum habet omnem perfectionẽ reperibilem in sua specie, igitur Deus poterit facere formam aliquam sicuti de facto fecit, quæ est infinita in ratione speciei; de forma verò accidentali est de possibili, quia & si actu non reperitur modo, poterit tamen Deus facere albedinem separatam à subiecto cum nõ implicet contradictionem, & talis albedo esset per se subsistens, & æquipolleret infinitis albedinibus ex cõsequenti esset infinita in ratione suæ speciei; hæc conclusio ponitur contra dominum Marsilium in hoc libro. (q.43. art.3.) vbi oppositum nititur asserere in quinta conclusione sua, licet sub formidine loquatur dicens videtur mihi, quod Deus non posit producere aliquam speciem, vel aliquod indiuiduum siue spirituale, siue corporale infinitæ perfectionis, sed deceptus est, quia talis species non est in potentia naturali, sed tantum obedientiali vt producetur à Deo.

Decima conclusio. Deus non potest facere multitudinem, aut magnitudinem dimensiuam actu infinitam: hanc docet Sanctus Thomas prima parte, (q.7. art.3.) cuius ratio est, quia omne factum est mensuratum aliqua specie, igitur si est mensuratum non poterit esse actu infinitum, hæc cõclusio ponitur contra omnes nominales præsertim Gregorium Ariminensem in hoc libro. (Dist.44. ar.1.) vbi acerrimis rationibus probat tres cõclusiones asserẽs primo quod Deus potest facere aliquam multitudinem actu infinitã, secundo dicit quod non implicat contradictionem, tertio quod Deus potest facere corpus infinitum, quod posit moueri ab eo circulariter, seu giratiue, non autem rectè: cuius dicta reprobantur nedum à Theologis, vt patet per dominum Marsilium hic, sed etiam per Benedictum Perreriũ societatis Iesu de communibus omnium rerum naturaliũ principijs & affectionibus libro decimo.

Vndecima conclusio. Multitudo est infinita in potentia (Cap.10.) & magnitudo est etiam infinita in potentia sic, quod omni numero dato, potest dari maior, & omni magnitudine dimensiua data, vel dabili finita, potest dari maior, hanc docet Sanctus Thomas, vbi supra, cuius ratio est, quia sicuti se habet continuum ad diuisionem; ita multitudo ad additionem, cum causetur ex diuisione continui, sed continuum est diuisibile in infinitum, ergo numerus siue multitudo est augmentabilis in infinitum: secunda pars conclusionis patet etiam ex hoc, quia omni forma naturali data, Deus potest facere aliam, quę maiorem requireret quãtitatem, igitur omni quantitate data poterit Deus maiorẽ producere, & hęc conclusio ponitur contra Aureolum non bene sensum huius percipientem.

Duodecima conclusio. Quacunque forma intensibili data existẽte in subiecto, Deus potest eam intendere ad duplum, & ad triplum, & sic sine statu, ita quod nunquam perueniet ad tantam perfectionem, quin ad maiorem Deus eam perducere posset, hanc docet Sanctus Thomas secunda secundę, (q.24. art.4.) & in particulari de charitate, per quam mens Deo vnitur, & semper augetur, dum est in via, quia dato quod non augeatur sequeretur processum viæ cessare, quod est absurdum, & hęc conclusio est de mente Augustini supra Ioannem, vbi dicit, quod charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici.

Tertiadecima conclusio. Deus non potest producere aliquam creaturam ita perfectam, quin maiorem, & perfectiorem in specie producere posit, hanc docet Sanctus Thomas secundo contra gentes. (Cap.26.) Cuius ratio est, quia nec diuinus intellectus, nec voluntas, aut virtus est limitatus ad aliquem effectum particularem, igitur quocunque effectu specifico dato vel dabili Deus poterit perfectiorẽ producere, hæc conclusio ponitur contra Petrum Abylardum sequentem errorem Vuiclef, vt narrat Thomas Vualdensis in doctrinali fidei antiquæ, (Cap.10.) qui enim voluerunt potentiam Dei esse limitatam

taliter

taliter ad effectus productos, quin nobiliores, & perfectiores producere posit, & tamen hic error est expresse contra verba saluatoris Matthei. Apud Deum omnia possibilia sunt, & hanc veritatem sustinet etiam Diuus Augustinus libro de spiritu, & litera. Cap. 1.

Quartadecima conclusio. Quamcumque rem productam Deus potest facere meliorem accidentaliter non tamen essentialiter, hanc docet Sanctus Thomas prima parte, vbi supra, Cuius ratio est, quia semper Deus poterit dare rebus factis a se meliorem modum essendi, quo ad accidētalia, igitur conclusio vera quo ad primam partem, consequentia patet, quia ex hoc quod variatur accidens rei, B non destruitur natura illius, quo ad secundam verò partem, est etiam manifesta ex hoc, quia si res melioraretur essentialiter, variaretur eius natura specifica. q. 25. art. 6.

Quintadecima conclusio. Deus potest facere vniuersum in infinitum melius quàm sit, quantum ad aliquid, & quantum ad aliquid aliud non, hanc docet Sāctus Thomas prima parte, Cuius ratio est, quia poterit Deus addere gradus nobiliores accidentales rebus productis, vel creare alias species, vel intendere perfectiones in rebus productis in infinitum, & sic vniuersum melioraretur quantum ad aliquid, vnde patet prima pars cōclusionis, quo C ad secundam verò manifestatur sic, quia suppositis istis rebus non posset Deus facere vniuersum esse melius propter decentissimum ordinem, qui reperitur in eis, hæc ponitur contra Aureolum, & alios impugnatores huius veritatis, &c. Circa hanc conclusionē nota quod eius intellectus triplex esse poterit, primo quod Deus faceret vniuersum melius bonitate essentiali, & substantiali, & hoc distincta specie, secundo distinctum solo numero; tertio quod posit facere melius bonitate accidentali, & ly melius potest referri vel ad modum, vel ad effectum factum, & sic est verus sensus conclusionis de bonitate accidentali; si verò ly melius referatur ad D sapientiam Artificis sensus conclusionis esset negatiuus, quia Deus non potest ex meliori sapientia, & meliori artificio producere mundum, quam produxit.

Sextadecima conclusio. Non repugnat Deum producere aliquam creaturam, quæ cognoscat infinita secundum numerum, vel secundum speciem, puta infinitas partes continui, & infinitas figuras, quæ sunt in continuo in potentia, hanc scripsit Sanctus Thomas in Quolibetis, & ratio est specialis de anima Christi quæ comprehendit creaturas, tam beatas, quam damnatas, igitur Deus poterit facere, sicuti de facto fecit creaturam aliquam quæ cognoscat infinita, & hoc loquēdo etiam de scientia visionis. de hac conclusione lege Caietanum in tertiam partem Sancti Thomæ. Quolib. 3. art. 3. q. 10. art. 3.

Distinctio Quadragesimaquarta.

IN superiori distinctione exclusit magister errorem limitantium diuinam potentiam quantum ad faciēda: nunc excludit errorem limitantium diuinam potentiam quantum ad qualitatem faciendorum, quæ materia breuiter explicatur per aliquas conclusiones, quarum prima est. Deus non potest facere quod præterita non fuerint, hanc ponit Sanctus Thomas prima parte, hæc conclusio q. 25. art. 4 acceptatur ab omnibus tam Philosophis quam Theologis, nam Aristoteles sexto Ethicorum ait Cap. 1. ex antiquissimo illo Philosopho Agatone hoc solo priuatur Deo, ingenita facere quæ facta sunt, Augustinus deinde libro cōtra Faustū dicit, quisquis Cap. 5. contra Faustū. ita dicit, si Deus omnipotēs est faciat, vt quę facta sunt facta non fuerint, non videt hoc se dicere si Deus omnipotens est, faciat, vt ea quæ vera sunt falsa sint. & Diuus Hieronymus hoc idem docet in Epistola ad Eustochium, cuius sentētia refertur in 32. q. 5. c. Si Paulus. decretis. cur Deus omnia possit non potest de corrupta facere incorruptam, nihilominus Gregorius Dis. 42. q. 1. art. 4. Ariminensis in hoc libro, volens potius quandam proteruitatē ostendere, quam aliquid veritatis docere, arguit multis argumentis contra hanc conclusionem, sed argumenta sua ab omnibus ferè reprehenduntur, & soluuntur.

Secunda conclusio. Deus potest agere aliquid contra suas leges, & non propter hoc inordinate operatur, hæc elicitur ex Sancto Thoma de potentia Dei, cuius ratio est, quia lex est in potestate sua, q. 1. art. 4. & omnis in cuius potestate est lex, si agit contra illam non propter hoc inordinate operatur, vt patet de principibus mundi, igitur sic, & Deus agere potest.

Tertia conclusio. Deus non potest simul contradictoria facere, hanc ponit etiam Sanctus Thomas loco supra allegato, cuius ratio est, quia res non potest esse, nisi per diuinum velle, nec potest perdere esse, nisi Deo non volente ipsum esse, ergo si posset, eandem rem facere esse, & non esse simul, posset idē velle, & non velle simul, & ita sibi ipsi posset esse contrarius, quod est falsum; sed nota hic, quod sunt variæ sententię Theologorum, vnde sumatur, quod Deus non posit facere cōtradictoria simul, vnde dixerunt aliqui, quod id prouenit ex parte rei fiendæ, quia non est capax entitatis, quia Deus quantum est ex se, posset illa contradictoria simul facere, alij dixerunt oppositum hoc prouenire ex parte Dei, quia ante creationē nihil erat nisi Deus, & ideo ante creationem nō erat nisi denominatio extrinseca, & Deus habebat virtutem producendi omnia, & nihil erat quod nō esset producibile simpliciter, sed facta creatione rerum Deus non habet vim productiuam cuiuscunque, vnde non potest producere chimeram, alij dicunt prouenire ex parte vtriusque, quia sicut possibilitas rei fiendæ prouenit, quia Deus habet vim productiuam eius, & ipsa habet producibilitatē, ita impossibilitas prouenit ex eo quod Deus non potest facere, & ipsa E non potest fieri, alij vero dicunt vt est Riccardus Dis. 41. ar. 1 de mediauilla quod non est quærenda causa, quia cum necessarium sit, quod aliquid sit producibile, & aliquid sit productiuum, ita necessariū est, quod sint impossibilia produci, aliqui dicunt vt est Franciscus de Maironis, quod res ex sua ratione formali habet quod sit producibilis, quia producibilitas est per se passio eius scilicet rei producibilis, vnde homo ex quidditate sua habet quod sit creabilis, & sic etiā Deus ex quidditate sua habet quod sit creatiuus & productiuus, vnde si quis cognosceret perfecte quidditatem rei posset demonstrare quod Deus esset productiuus, sic etiam contradictoria Dis. 44. ar. 2

ctoria

ctoria ex quidditate sua habēt, quod sint improdu A
cibilia, & nigredo ex ratione formali sua demo-
strari potest quod est incompossibilis albedini, &
ecōtra, nihilominus rei veritas ex conclusione San-
cti Thomæ apparet, quia implicans contradictio-
nem non cadit sub entitate.

Quarta conclusio. Deus potuit facere, & fecit ali
quid melius Beata Virgine, & quantum ad gradū
naturæ, vt Angelum, & quantum ad dona gratiæ vt
humanitatem Christi, nō potuit tamē facere quod
ipsa vel alia esset mater melioris Filij, quo ad suppo
situm, hanc docet Sāctus Thomas prima parte, vbi
supra, & est nota ex se.

Quinta conclusio. Deus potuit facere, & fecit B
aliquid melius humanitate Christi, quantum ad
gradum naturæ. s. Angelum, & quantum ad dona
gratiæ gratis data, quia Ipsa meliorauit in resurre-
ctione Christi, quantum ad corpus, & quantum ad
animam secundum inferiores vires, sed nec ipsam,
nec aliam naturam potuit vnire meliori supposito,
propter quod gratia vnionis illius humanitatis
fuit tanta, quod maior ea esse non potest: hanc do-
cet Sanctus Thomas, vbi supra, & patet ex proprijs
terminis.

Vltima conclusio. Diuina potentia est in exhau-
q.25.ar.vlt. ribilis: hæc elicitur etiam ex prima parte Sācti Tho
mæ, cuius ratio est, quia est infinitę actualitatis C
simpliciter, ita quod nullo participato actu exhau-
ritur, sed semper restat vlterior actus exhauriēdus,
q.25.per to igitur cōclusio vera, de qua lege Caietanum in pri-
tum. mam partem Sancti Thomæ.

Distinctio Quadragesimaquinta.

IN hac præsenti distinctione disputatur de diui-
na voluntate, & eius efficacia, quæ materia cum
sit satis obscura explicabitur per aliquot conclu-
siones. quarū prima est. Deus est volens, hanc osten
Cap.73. dit Sanctus Thomas primo libro contra gentiles,
cuius ratio est, quia Deus est intelligens, igitur est D
volens, & hæc sententia est certa de fide catholica
comprobata vtraque pagina sacræ scripturæ, & re-
cepta est lumine naturali ab omnib. Philosophis,
Tex.30. vt docet Aristoteles 12. Metaphysices. & probat eā
Sanctus Thomas loco citato pluribus rationibus,
Psal.134. & firmatur authoritate Spiritus Sancti in Psalmis,
Omnia quæcunque voluit Dominus fecit. lege de
hac conclusione Frācīscum ferrariensem vbi supra.

Secunda conclusio. Diuina voluntas est eius es-
sentia secundum rem, licet differat secundum ra-
q.19. art.2. tionem. hanc docet Sanctus Thomas prima parte,
prima pars patet ex se, quia Deus est actus purissi-
mus identificās sibi omnia; secunda verò pars ma- E
nifestatur ex hoc, quia Deum esse non dicit respe-
ctum ad aliquid, sed Deū velle dicit respectum ad
aliquid, igitur voluntas Dei, & essentia eius, seu vel-
le, & esse Dei distinguuntur ratione: de hac re lege
Dis.45.ar.1 Gulielmum de Rubione hic, vbi plurimis argumē-
tis confirmat conclusionem istam.

Tertia conclusio. Velle diuinum non elicitur
à diuina voluntate secundum rem, sed secundum
modum significandi, & intelligendi, hanc scripsit
Cap.74. Sanctus Thomas primo contra gentes, cuius ratio
est, quia illud quod est realiter elicitum ab aliqua
potentia est realiter ab ea distinctum, sed velle Dei
non distinguitur realiter à sua voluntate, igitur pri
ma pars conclusionis est vera; secunda verò mani-
festatur sic, id quod secundum modum intelligen-
di est principium alicuius actus, est eliciti uum il-
lius secundum rationem, sed diuina voluntas re-
spectu sui velle est huiusmodi, igitur diuinum velle
est elicitum à Dei voluntate secundum modum si-
gnificandi, & secundum rationem.

Quarta conclusio. Nullus actus diuinæ volunta-
tis secundum propriam rationem dicitur dolor
vel tristitia, hāc ponit Sanctus Thomas primo con- Cap.90.
tra gentes, cuius ratio est, quia dolor vel tristitia
est in habentibus transmutationem corporalem,
in Deo autem nulla est transmutatio corporalis,
igitur conclusio vera.

Quinta conclusio. Nullus actus diuinæ volunta-
tis secundum propriam rationem dicitur spes vel
desiderium, hāc ponit Sanctus Thomas, vbi supra,
& patet ex se, quia in Deo est omne bonum quod
haberi potest, sed spes, & desiderium sunt actus re-
spectu alicuius non habiti, ergo &c.

Sexta conclusio. Nullus actus diuinæ voluntatis
est proprie timor, aut pęnitentia, hanc docet San- Cap.90.
ctus Thomas primo contra gentes, cuius ratio est,
quia timor respicit malum imminendum, pęniten
tia dicit mutationem affectus, quę Deo competere
non possunt.

Septima conclusio. Nullus actus diuinæ volun-
tatis habet proprie rationem inuidiæ, aut iræ, hanc
docet Sanctus Thomas, vbi supra, cuius ratio est,
quia Deus non tristatur de bono alterius, nec appe
tit vindictam de aliquo; igitur conclusio vera.

Octaua conclusio. Nullus actus diuinæ volunta-
tis habet proprie rationem odij, respectu alicuius
rei, metaphorice tamen Deus dicitur aliqua odire,
hanc ponit Sanctus Thomas primo contra gentes, Cap.97.
cuius ratio est, quia Deus amat omnem entitatem,
quia vult ei bonum, & participationem suæ boni-
tatis, igitur actus diuinæ voluntatis proprie ratio-
nem odij habere non potest, ex quo patet prima
pars conclusionis. secunda verò suadetur sic, quia
Deus amando res, volēdo bonum earum, vult etiā
contrarium bono non esse, quod est malum, & sic
similitudinarie, & metaphorice, aliqs actus diuinę
volūtatis potest dici odium, iuxta illud Malachię, Cap.1.
Iacob dilexi, Esau odio habui, vnde dicitur odire
peccatum, & amare naturam.

Nona conclusio. Aliquis actus voluntatis diui-
næ habet rationem gaudij, vel delectationis, hanc
ponit Sanctus Thomas, ibidem, & huius ratio est, Cap.91.
quia ille actus est gaudium, qui est quietatio ipsius
boni coniuncti, sic etiam delectatio est quies respe
ctu boni coniuncti, sed actus diuinæ volūtatis quie
tatur, & quiescit in seipso bono per essentiā: igitur
conclusio vera: attende hic, quod Deus delectatur
tantum de seipso, de creaturis autem delectatur, &
gaudet.

Decima conclusio. Aliquis actus diuinæ volun-
tatis habet rationem amoris, hanc ponit Sanctus Cap.91.
Thomas ibidē, & hęc est de fide, vt scribitur Ioan- Cap.4.
nis, Deus charitas est, & Sapientia, diligis omnia
quæ sunt.

Vndecima conclusio. Aliquis actus voluntatis Cap.11.
diuinæ potest dici amor amicitiæ proprie, & ali-
quis quasi amor concupiscentiæ, hanc docet San-
ctus

ctus Thomas prima parte, Cuius ratio est, quia Deus amat creaturas rationales in quibus contingit esse reamatio, creaturas autem inrationales ordinat ad creaturas rationales, ergo respectu creaturarum rationalium actus diuinæ voluntatis dicitur amor amicitiæ, respectu autem creaturarum inrationalium dicitur amor concupiscentiæ.

q.20.art.2.

Duodecima conclusio. In Diuina voluntate nõ est aliqua virtus per modum habitus, hanc docet Sanctus Thomas primo contra gentes, Cuius ratio est, quia habitus est de genere accidẽtis, sed in Deo nullum est accidẽs, igitur nulla virtus per modum habitus.

Cap.93.

Tertiadecima cõclusio. In Diuina voluntate nõ est fortitudo, nec temperantia secundum propriã rationem, qua dicuntur virtutes morales: hanc docet Sãctus Thomas, vbi supra. Cuius ratio est, quia in Deo non sunt passiones proprie, circa quas sunt fortitudo, & temperantia, fortitudo enim est circa timores, & audacias, temperantia verò, circa concupiscentias, igitur conclusio vera.

q.21.art.1.

Quartadecima conclusio. In Diuina voluntate est iustitia distributiua secũdum propriam rationem non autem commutatiua: hanc docet Sãctus Thomas prima parte. Cuius ratio est, quia iustitia distributiua est qua gubernator seu dispẽsator dat vnicuique secundum suam dignitatem, iustitia verò commutatiua consistit in vẽditione, & emptione, sed Deus dat vnicuique secundum opera sua, & à nemine recipit aliquid vel emit, igitur conclusio vera.

Quintadecima conclusio. Tam passiones, quam virtutes morales quæ existunt circa passiones possunt attribui Deo metaphorice. hanc docet Sanctus Thomas; vbi supra, Cuius ratio est, quia omnes istæ passiones important quandam mutationem corporalem, quæ quidem mutatio nullo pacto Deo competere potest, cum sit actus purissimus, ergo &c.

Cap.91.

Decimasexta cõclusio. Licet principale volitum à voluntate Dei sit sola diuina essentia, tamẽ Deus vult alia à se, hęc est Sancti Thomæ primo contra gentes, & ratio huius est, quia vnicuique volenti principale volitũ est suus vltimus finis, qui est per se volitus, & per quem sunt alia volita, sed vltimus finis ipsius Dei, est sua diuina essentia, quæ est summum bonũ, igitur ipsa est principale volitum à sua voluntate, ex quo patet prima pars conclusionis. secunda vero pars probatur ibidem sic, quia amãs aliquid propter se, amat, & vult omnia illa in quibus illud tale inuenitur, sed Deus amat, & vult bonitatem suam propter se, quæ inuenitur in alijs à se, igitur Deus vult etiam alia à sua essentia. circa istam conclusionem omnes ferè Theologi conueniunt, & nulla est inter eos discrepantia.

Cap.75.

Decimaseptima conclusio. Licet diuina voluntas eadem volitione velit se, & alia ab ipso, non tamen eodem modo, hãc ponit Sanctus Thomas vbi supra, & ratio huius est, quia simplicissimæ potentiæ est vna simplicissima operatio & actus, sed diuina voluntas est vna simplicissima potentia, igitur illius est vna simplicissima operatio, & actus, igitur vnica volitione vult se, & alia à se: quod autem non eodem modo patet ex hoc, quia diuina voluntas vult diuinam essentiam, alia verò à se, tanquam ordinata ad eam vt ad finem, in hac conclusione etiã conuenit Durandus, Aegidius, Riccardus, & omnes boni Theologi excepto Aureolo, qui non amore veritatis, sed potius liuore inuidiæ impugnat hanc conclusionem.

Cap.77.

Decimaoctaua conclusio. Deus necessitate absoluta vult se, & suam diuinam essentiam, hanc ponit Sanctus Thomas prima parte. & est conclusio hæc necessaria & certissima in fide nostra, licet ratio naturalis ad eam probandam adduci possit, quæ talis est; quælibet potentia habet necessariam habitudinem ad suum proprium, & principale obiectũ, vt patet de intellectu, respectu veri intelligibilis, & de visu respectu coloris visibilis, sed proprium, & principale obiectum ipsius Dei, seu diuinæ voluntatis est diuina essentia sub ratione bonitatis, igit̃ diuina voluntas necessitate absoluta vult diuinam essentiam sub ratione bonitatis: vbi attende quod necessitas absolute sumitur ex habitudine terminorum, quemadmodum solemus dicere homo necessitate absoluta est animal, sic etiam diuina voluntas necessitate absoluta vult suam bonitatem.

q.19.art.3.

Decimanona conclusio. Diuina voluntas vult alia à se necessitate conditionis, seu suppositionis; est Sancti Thomę prima parte. ratio est, quia diuina volũtas mutari nõ potest, ergo supposito quod Deus voluerit producere mundum pro tali tempore, necessario necessitate suppositionis illum produxit, cum hoc tamen stat, quod ante determinationem suę diuinę voluntatis libere produxerit, & hoc est de fide tenẽdum, vt ait Apostolus ad Ephesios, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, id autem quod ex consilio operamur non ex necessitate, sed libere volumus, igitur & diuina voluntas voluit alia à se libere, cum qua tamẽ libertate stat necessitas cõditionis, seu suppositionis, & immobilitatis.

Art.3.

Cap.1.

Vigesima conclusio. Diuina voluntas quidquid voluit ab æterno voluit, hęc est Sancti Thomæ primo contra gentes, cuius ratio est, quia diuina voluntas, & eius velle secundum rem sunt idem quod ipse Deus, sed ipse est æternus, sicut & suum intelligere, igitur quidquid voluit ab æterno voluit, sicut quidquid intellexit ab æterno, & semper intellexit. Hic animaduerte, & esto cautus, quia & si Deus ab æterno voluit quidquid voluit nõ tamen pro æterno, sed pro tali, & tali tempore, secundum diuersa millesima voluit creaturas ipsas.

Cap.83.

Vigesimaprima cõclusio. Diuina voluntas æternaliter est determinata ad omnia volita, & volẽda, conclusio est Sãcti Thomę vbi supra, & ratio huius est, quia determinatio sui actus, & volẽdorum non est ab alio à Deo, sed est ipsamet Deus, sed ipse Deus est sua voluntas, & quidquid est in ipso æternaliter est, igitur æternaliter diuina volũtas est determinata respectu sui velle, & volitorum, & volendorum, sed nõ vt sint pro æterno vt dictum est, sed pro tali, & tali tempore: & Basis, & fundamentum totius doctrinæ huius est immobilitas ipsius Dei.

Vigesimasecunda conclusio. Deus vult aliqua voluntate antecedenti, quæ non vult voluntate consequenti, conclusio est Sancti Thomę de veritate, & ratio huius est, quia voluntate antecedenti Deus vult omnes homines saluari, non autem voluntate consequẽti, nisi iuxta merita, & demerita ipsorum,

q.23.art.2.

vt do-

vt docuit Ioannes Damascenus secūdo libro fidei Orthodoxæ, igitur Deus vult aliqua voluntate antecedenti, quæ non vult voluntate consequenti. & attende hic, quod antecedens, & consequens non sunt sumenda ex parte diuinæ voluntatis, in qua nihil est prius aut posterius, sed ex parte ipsorum volitorum.

Cap. 8.

Vigesimatertia cōclusio. Voluntas consequens Dei semper impletur, conclusio est Sancti Thomæ in hoc libro, cuius ratio est, quia nulla causa impeditur nisi ab aliquo fortiori agēte, sed nihil est fortius diuina voluntate, igitur impediri non potest; sed semper adimpletur, & hæc est de fide, cum scriptum sit in Psalmis, Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cœlo, & in terra.

Dis. 47. q. 1. art. 1.

Vigesimaquarta cōclusio. Voluntas cōsequēs generaliter nō imponit necessitatem rebus volitis, conclusio est Sancti Thomæ primo contra gentes, cuius ratio est, quia causa producens aliquam rem producit etiam, & illa quę competunt ei secundum modum suæ naturæ; sed diuina voluntas est causa vniuersalissima producens omnes creaturas, igitur, & producit etiam ea quæ competunt creaturis secundum modum earum, sed aliquibus creaturis competunt aliqua necessaria, puta quod grauia descendant, & leuia ascendant, igitur istis dat inclinationem istam necessario: sunt etiam & aliquæ creaturæ quibus competit operari contingenter, puta quod aliqua bruta operentur sic vel sic, ergo istis Deus dat modum operandi contingenter. sunt quędam aliæ creaturæ, quibus competit operari libere, sicuti creaturis rationalibus, quibus cōuenit mereri, & non mereri, igitur & istis Deus dat ea quæ conueniunt eis operari secundum modum suæ libertatis, ex quibus patet quod diuina voluntas non imponit necessitatem rebus volitis.

Cap. 86.

Vigesimaquinta conclusio. Diuina voluntas est immutabilis, conclusio est Sancti Thomæ prima parte, & ratio huius est, quia diuina voluntas est eius substantia, & scientia, & illa sunt immutabilia, igitur & diuina voluntas, & hęc est certa secūdum fidem, quia scribitur Numeri, Non est Deus quasi homo, neque vt filius hominis vt mutetur. De conclusionibus istis supra dictis si quis latius voluerit eas speculari, legat Franciscum Ferrariensem primo contra gētes, & Caietanum prima parte, & Dominicum de Bannes.

q. 19. art. 7.
Cap. 22.
Cap. 68. & iusra.
qō. 19. per totam.

Distinctio Quadragesimasexta.

DIsputat Magister in hac distinctione de veritate illius propositionis, quam ponit Apostolus in prima Epistola ad Timotheū Deus vult omnes homines saluos fieri: & vt clarior sit veritas huius expositionis ponuntur aliquæ conclusiones quarum prima est. Consilium formaliter, & proprie absque metaphora reperitur in Deo, hæc sumitur ex expositione Sancti Thomę in Epistolā ad Ephesios super illis verbis, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. & ratio huius est, quia in Deo ponitur proprie, & formaliter sciētia absque metaphora, igitur & consilium. consequentia patet, quia sciētia est euidens cognitio rerum, sic etiam & consilium, licet importet discursum tamen importat certitudinem, & terminum

Cap. 1.

A ipsius discursus, & inquisitionis, vbi nota, quod & si scientia in nobis sit habitus, & qualitas, tamen quia ista dicunt imperfectionem, quæ secludenda venit, & remouetur à Deo, attribuitur scientia ipsi Deo, quantum ad id quod dicit de perfectione, sic etiam Philosophandum est de consilio, secludenda est imperfectio ab ipso quod est inquisitio, & perfectio quam dicit, quę est terminus inquisitionis tribuenda est Deo.

Secunda conclusio. In Deo est verè, & propriè, & formaliter liberum arbitrium: hanc docet Sāctus Thom. prima parte. Cuius ratio est, quia Deus vult alia à se, & non ex necessitate naturæ, ergo respectu

q. 19. art. 10.

B illorum habet liberum arbitrium, & est conclusio Beati Ambrosij libro primo de Trinitate, vbi dicit Spiritus Sanctus diuidit singulis prout vult, idest libero volūtatis arbitrio nō necessitatis obsequio.

Cap. 6.

Tertia conclusio. Voluntas Dei potest simpliciter omnia ponere in esse, quæ sunt possibilia, hęc elicitur ex doctrina Sācti Thomæ prima parte. Cuius ratio est, quia illa quæ non implicant contradictionem cadunt sub omnipotentia Dei, & ista sunt possibilia, igitur conclusio vera.

q. 25. art. 3.

Quarta conclusio. Quando volūtas diuina vult aliquid volūtate beneplaciti, idest vltima determinatione necesse est vt illud fiat: hęc elicitur ex

C Sancto Thoma prima parte. Cuius ratio est, quia voluntas Dei est immutabilis.

q. 19. art. 7.

Quinta conclusio. Voluntas diuina multis modis dici potest. hæc sumitur ex Sancto Thoma ibidem, & ratio est, quia sex modis distingui potest diuina voluntas, s. pro volūtate antecedente, & consequēte, eliciente, cōcomitāte, beneplaciti, & signi.

Art. 12.

Sexta conclusio. Voluntas antecedēs tribus modis exponi potest: hæc elicitur ex Sācto Thoma ibidem, & ratio est, quia potest considerari primo secundum nostrum modum intelligendi, prout antecedit suū velle. secundo vt antecedit omnes creaturas; tertio quatenus vult omnes homines saluos

D fieri, non aspiciendo merita, nec demerita.

Septima cōclusio. Voluntas consequens tribus etiam modis exponi potest: elicitur, & hęc ex dictis Sancti Thomæ. ibidem, nam primo consideratur pro volitione naturaliter consequente voluntatem diuinam, sicut actus naturaliter insequitur suam potentiam. secundo pro complacentia ipsius Dei in rebus creatis vel creādis, tertio pro voluntate diuina aspiciente merita, vel demerita creaturarum, & sic opponitur voluntati antecedenti. Hic nota. quod voluntas eliciens in Deo est voluntas comparata ad aliquem actum, vt quando dicitur, quod Deus vult, diligit, & spirat. s. voluntate eliciente ; voluntas concomitans est voluntas sibi complacens aliquo producto, vt quādo dicimus quod Deus intelligendo se produxit filium voluntate consequente.

Octaua conclusio. Voluntas beneplaciti tripliciter etiā exponi pōt. primo hęc elicitur ex Sancto Thoma vbi supra. & ratio est, quia ista voluntas beneplaciti potest comparari ad aliquod volitum ad intra, siue sit essentiale, siue notionale. Secundo ad aliquod volitum ad extra quod efficaciter vult, & sic distinguitur contra voluntatem signi. Tertio quando voluntas Dei est determinata ad aliquod velle, vel fieri,

Nona

Nona conclusio. Voluntas signi dicitur quinq; Art.12. modis: hanc docet Sanctus Thomas vbi supra. & ratio est, quia ipsa voluntas Dei potest comparari ad pręsens, vel ad futurum, si ad pręsens bonū, tunc dicitur operatio, si verò illud præsens erit malum dicitur permissio, si verò comparabitur ad futurū, tunc illud si erit malum dicitur prohibitio, si erit bonum necessarium dicitur pręceptum, sin autem erit super abundans bonum dicitur consilium, vnde versus. pręcipit, prohibet, permittit, operatur, & consiliatur.

Decima conclusio. Hæc diuisio diuinæ voluntatis non est neq; æquiuoca, neque vniuoca, sed analoga, elicitur hæc ex dictis Sācti Thomę, vbi supra, Cuius ratio est, quia dicitur de diuersis secundum prius, & posterius: igitur cōclusio vera. his, sic iactis dictū beati Apostoli multis modis exponi potest, primo vt sit distributio accommoda, vt sit sensus Deus vult saluos fieri omnes homines qui saluant, & est expositio Beati Augustini in Enchiridio, qui ponit tale exemplum, magister docet omnes pueros huius ciuitatis, idest illos pueros, q. discūt, & veniunt ad ipsum, secundo exponit ipsemet Augustinus pro generibus singulorum, & non pro singulis generum: Deus. n. saluat aliquos de quolibet statu, s. marium, & fęminarum, Iudęorum & gentilium, diuitum & pauperum. tertio Deus vult omnes homines saluos fieri, scilicet antecedenter, non aspiciendo merita, & demerita ipsorum vt dici solet de Iudice, qui vult omnē hominem viuere, sed non cōsequenter, scilicet pensatis meritis, & demeritis hominum, sicut etiam iudex cōsequenter vult homicidas suspendi, & mori, sic etiam Deus vult peccatores æternaliter puniri. quarto potest exponi etiam de voluntate signi, quod Deus vult omnes homines saluos fieri, sed nō voluntate beneplaciti.

Distinctio Quadragesimaseptima.

IN hac distinctione agit magister de voluntate Dei in ordine ad ipsa mala, & pro resolutione huius materiæ sit prima conclusio talis. Malum non est natura aliqua, sed defectus, & priuatio ali- q.1.art.1. cuius boni: hanc docet Sanctus Thomas in disputatis de malo. & est patris Augustini exponentis illud Ioānis Omnia per ipsum facta sunt, sed malum non est factum per Verbum Diuinum, igitur malū non est natura aliqua. subdit etiam ibi D. Augustinus sine ipso factū est nihil, idest peccatum, quia peccatum nihil est, nihil fiunt homines cū peccant, & eadem ratione quolibet aliud malum nihil est.

Secunda conclusio. Malum semper est in aliquo Art.2. bono: hanc ponit Sāctus Thomas ibidem. & ratio huius est, quia priuatio semper est in aliquo subiecto, sed malū est priuatio alicuius boni, igitur malum semper in subiecto quod est bonū, reperitur: & hęc conclusio est de mente Augustini in Enchiridio; vbi dicit quod malum non nisi in bono esse potest.

Tertia conclusio. Malum est duplex, malum pœ Art.4. næ, & malum culpæ, est Sancti Thomæ ibidem, & ratio huius est, quia actus est duplex, primus qui est forma, & integritas rei, secundus qui est operatio, priuatio formæ, & integritatis rei, dicitur malum pœnæ, priuatio verò operationis debitæ in rebus A voluntarijs dicitur malum culpæ, igitur conclusio vera, & est Beati Augustini in libro de fide ad Pe- Cap.6. trum, Geminum est creaturæ rationalis malum, vnum quo voluntarie deficit à summo bono, alterum quo in vita punitur, per quæ duo exprimitur pœna, & culpa.

Quarta conclusio. Malum culpę & malum pęnę tripliciter differunt: est Sancti Thomæ, vbi supra, & ratio huius est, quia differt primo malum culpæ, à malo pœnæ, quia malum culpæ est malum ipsius actionis; pœnæ verò est malum agentis. Secundo, quia culpa est secundum voluntatem, pœna verò contra voluntatem. Tertio, quia culpa est in agen- B do, pœna verò in patiendo, igitur conclusio vera, & est Beati Augustini primo de libero arbitrio, vbi Cap.30. culpam nominat malum quod agimus, pœnam verò, malum quod patimur.

Quinta conclusio. Bonum est causa mali per accidens: est Sancti Thomæ prima parte. & ratio est, q.49. art.1. quia esse causam non potest conuenire nisi bono, quia nihil est causa nisi inquantum est ens, sed ens per se non agit nisi sibi simile, igitur si causat defectum & malum hoc est per accidens, vbi aduerte, quod hoc per accidens reducitur vel ad indispositionem materiæ, vel ad defectum virtutis agentis, vel instrumenti.

C Sexta conclusio. Malum non habet causam formalem, nec finalem, sed bene materialem: ratio est Sancti Thomæ, vbi supra. & ratio huius est, quia q.48.art.6. malum est priuatio formæ, & ordinis ad debitum finem, ergo non habet causam formalem, nec finalem, quod autem habeat materialem patet ex hoc, quia bonum est subiectum malum.

Septima conclusio. Culpa habet plus de ratione mali, quam vniuersa pœna: hanc ponit Sāctus Thomas prima parte. & ratio est, quia ex malo culpę fit aliquis malus non autem ex malo pœnæ, deinde Deus est author mali pœnæ, nō autem mali culpæ.

Octaua conclusio. Malum culpæ fit contra vo- D luntatem Dei aliquo modo, & aliquo modo non, elicitur hęc ex Sancto Doctore, vbi supra. ratio huius est, quia est cōtra voluntatē diuinā approbātē, sed non contra voluntatem diuinam permittentē.

Nona conclusio. Omne ens positiuum est secundum voluntatē Dei, elicitur hæc ex Sancto Doctore, vbi supra, & ratio huius est, quia Deus non operatur ad extra nisi volens, sed omne ens positiuum productum est extra Deum, igitur omne ens positiuum, est secundum voluntatem Dei.

Vltima cōclusio. Voluntas permissiua est actus tātum negatiuus, & nullo modo positiuus, elicitur hęc ex dictis Sancti Thomæ vbi supra. & ratio hu- E ius est, quia actu positiuo Deus dicitur aliquid operari, & coagere causis secundis, sed Deus voluntate permissiua non coagit secundis causis, igitur voluntas permissiua est actus negatiuus, & non positiuus, hanc docet etiam Gabriel in præsenti loco contra Franciscum de Mayronis, qui vult permissionem Dei esse actum positiuum.

Distinctio Quadragesimaoctaua.

DIsputat hic Magister de creatura rationali, quomodo possit, & teneatur se conformare diuinæ voluntati in volendo, & vt clarior sit

materia

materia hæc sit prima conclusio Paruuli à natiuitate, & dormientes non tenentur actu se conformare diuinæ voluntati, probatur quia nõ possunt: tenentur tamen potentia, vel habitu.

Secunda conclusio. De necessitate salutis est, vt quilibet homo particeps rationis, conformet se voluntati Dei, in modo volendi: ratio huius est, quia omne merens salutem est in gratia, sed existens in gratia operatur conformiter diuinæ voluntati, igitur conclusio vera. Vbi nota, hominem conformare se diuinæ voluntati potest intelligi dupliciter, vno modo in modo volẽdi, vt quod velit Deus, velit ipse homo scilicet operari ex charitate, & peruenire ad gloriam, alio modo homo debet se conformare voluntati Dei in ipso volito, volendo id quod Deus vult, & hoc vel voluntate signi, vel voluntate beneplaciti.

Tertia conclusio. Quilibet viator tenetur secundum voluntatem suam conformare se voluntati Dei, ratio huius est, quia viator tenetur se conformare primæ regulæ regulanti, sed voluntas Dei est prima regula omnium viatorum, igitur quilibet viator tenetur se conformare voluntati Dei, & hoc habetur Genesis, vbi dicitur subtus te erit appetitus tuus, idest regulabis sensum in ordine ad Deũ, ne concupiscas vel impellaris contra illud quod Deus vult te velle. Cap. 40.

Quarta conclusio. Voluntas creata non tenetur se cõformare voluntati Dei in omnibus, & per omnia, colligitur hæc conclusio ex disputatis de veritate, ratio huius est, quia voluntas creata non tenetur ita intense diligere aliquod obiectum, sicut diuina voluntas, nec actu infinito, nec semper, nec vt prima regula, & etiam mouetur ab obiecto, quæ conditiones diuinæ voluntati non competunt, ergo voluntas creata non tenetur se conformare in omnibus & per omnia diuinæ voluntati. Quæst. 23.

Quinta conclusio. Voluntas creata tenetur conformare se voluntati Dei quantum ad voluntatem signi, elicitur hęc conclusio ex dictis Sancti Thomæ vbi supra, ratio huius est, quia voluntas creata est obligata legi diuinæ, & ipsa lex pertinet ad voluntatem signi.

Sexta conclusio. Voluntas creata non tenetur se conformare voluntati beneplaciti: probatur, quia nullus tenetur velle suam damnationem, & tamen Deus vult damnationem reproborum voluntate beneplaciti.

Septima cõclusio. Voluntas creata tenetur conformare se voluntati Dei, quantum ad voluntatem antecedentem: probatur, quia sicut Deus vult omnes homines saluos fieri secundum hanc voluntatem, & ad agnitionem suæ veritatis peruenire, ita & creata voluntas hoc velle debet.

Octaua conclusio. Voluntas creata non tenetur conformare se voluntati Dei, quantum ad voluntatem consequentem, probatur, quia voluntate consequente vult Deus mala fieri, aut scandala permittere, cum tamen posset omnia prohibere, & tamen nullus debet velle malum aut scandalum, quia non solum facientes mala digni sunt morte, sed etiam qui consentiunt facientibus, vt ait Apostolus ad Romanos. Cap. 1.

Nona conclusio. Voluntas Viatoris tenetur de necessitate salutis cõformare se voluntati Dei, pręcepti, & prohibitionis pro tempore, & loco, & pro semper in volito, & hęc est de fide vt scribitur Matthęi. si vis ad vitam ingredi serua mandata. Cap. 19.

Vltima conclusio. Si alicui reuelaretur sua damnatio, iste tenetur se conformare voluntati diuinæ, quo ad aliquid, & quo ad aliquid nõ, probatur, quia in dãnatione tria sunt, scilicet separari à Deo tempore ęterno: secũdum est blasphemia. tertium est pœna æterna: in hoc ergo casu ille cui talis reuelatio facta esset, tenetur se conformare voluntati Dei, quantum ad tertium, sed nõ quantum ad duo prima. Nota hic, quod & si circa hanc conclusionẽ sint variæ opiniones, & Scoti, & Gabrielis, & Francisci de Mayronis, nihilominus conclusio pręsens est sequenda quæ est Diui Bonauenturæ, & aliorũm illustrium Theologorũ. Aduerte etiam, quod & si conclusiones istæ præpositæ non sint expressæ ex doctrina S. Thomæ, ei tamen non aduersantur. Et hæc satis sint de hoc primo libro ad laudem, & gloriam Dei omnipotentis, Beatæ Virginis, & B. Tho. de Aquino, cuius doctrinã hic profitemur.

Ego Fr. Thomas de Capua in sacra Theologia Magister, & Regens almi studij Sancti Dominici de Neapoli, accuratissimè & attentissimè quanta diligentia potui legi, atque perlegi opus hoc super primum librum sententiarum admodum Illustris, & cõsummatissimi Theologi Reuerẽdi Patris Magistri Matthęi Aquarij ordinis Prędicatorũ Prouinciæ Regni, & nihil in tam laborioso, atque exacto opere inueni quod Sanctæ Romanæ orthodoxæque Ecclesiæ repugnaret, neque quod posset, aut Patres, aut Catholicas aũres piasque offendere, imò testificor esse tale opus magna doctrina refertũ, & fore studiosis hominibus valde proficuũ. Datum in Conuentu nostro Sancti Dominici die 16. Nouembris 1585.

Ita est Fr. Thomas de Capua qui supra manu propria.

Ego Fr. Iacobus Ramireus in sacra Theologia Magister, ac Regens almi studij Sanctæ Mariæ de monte Carmeli Neapolis, vidi opus hoc super primum librum sententiarum à Reuerendo admodum Magistro Matthia Aquario ordinis Prędicatorum Prouinciæ Regni confectum, & nihil in eo inueni quod Sacrosanctæ fidei Christianæ, aut bonis moribus sit repugnans. quin potius illud vtilissimum omnibus Theologiæ studiosis præsertim Angelici Doctoris Sancti Thomæ discipulis fore si typis mandetur, iudico. Datum in Conuentu nostro Sanctæ Mariæ de monte Carmeli Neapolis die 17. Decembris anni 1586.

Ita est Fr. Iacobus Ramireus qui super manu propria.


F I N I S.



INCIPIT SECVNDVS LIBER SENTENTIARVM.

PRO DEFENSIONE DOCTRINAE SANCTI THOMAE,

Nuper correctæ, & emendatæ, & corroboratæ authoritatibus Sacræ Scripturæ, Conciliorum, & Sanctorum Patrum Per Fr. Matth. Aquarium.





VIA materia totius Theologici negotij est docere Catholicos Christianos Deum ipsum Opt. Max. propterea postquam superiori libro S. Thom. ad intẽtionem Magistri sentẽtiarũ, docuisset Deum benedictum, quãtum ad rationem suæ naturalis perfectionis, in hoc secũdo libro manifestat eũdem quantũ ad perfectionem, quæ relucet in operibus creationis; de qua creatione exorditur in hac prima distinctione, propterea sit prima conclusio talis. Non implicat contradictionem aliquod ens, ab alio esse æternum: hanc ponit Sãctus Thomas prima parte. (q. 46. art. 2.) ratio huius est, quia id quod procedit ab aliquo sine motu est simul duratione cum eo à quo procedit, & hoc nullam contradictionẽ implicat, vt patet de splendore procedente ab igne, vel à Sole, posito n. quod ignis esset æternus, splendor procedens ab eo etiam esset æternus, sed Deus Pater producit filiũ sine motu, & Pater, & Filius spirant Spiritum Sanctum etiam sine motu, igitur non implicat contradictionem, Filium esse à Patre, & esse sibi coæternum, & Spiritum Sanctum esse à Patre, & Filio, & esse etiam eis coæternum, & hæc conclusio est de fide catholica, vt docet Athanasius in Symbolo, asserẽs totas tres personas esse sibi coæternas, & ponitur hæc doctrina contra Arrium non potẽtem intelligere Filium esse à Patre, & esse ei coæternum.

Secunda conclusio. Non implicat contradictionem aliquid esse à Deo diuersum in essentia, & esse coæternum ipsi Deo: (q. 3. art. 14.) hanc docet Sanctus Thom. pluribus in locis suæ doctrinæ, cuius ratio est, quia illud quod nõ est contra rationem creaturæ, Deus potest in ipsa creatura facere, & nullam contradictionem implicat, aliter non esset omnipotens, sed aliquid esse diuersum ab eo in essentia, & depẽdere à Deo, tanquam sibi coæternum, non est contra rationem creaturæ inquantum est facta & producta. igitur conclusio vera, & hæc est de mente Patris Augustini (Cap. 1.) sexto de Trinitate, vbi dicit quod calor qui gignitur ab igne, atque diffunditur, est coæuus, & coæternus ei, non enim implicat effectum esse æternum, quando eius causa est æterna; idem etiam Beatus Augustinus (Cap. 31.) decimo libro de Ciuitate Dei, dicit quod si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper subesset vestigium, quod tamen vestigium à calcante factum nemo dubitaret, sic quoque non est inconueniens, nec contradictionem implicat, aliquid creatum, & diuersum à Deo in essentia numquam incepisse, sed semper fuisse. nota circa hanc conclusionem quod sunt diuersæ sententiæ Theologorum, dum quidam de numero quorum est Henricus de Gandauo, (Quol. 1. q. 7) & Riccardus de media villa in hoc libro. (Dis. 1. q. 4.) Vbi quærit si possibile fuerit machinam mundialem esse ab æterno, isti enim pluribus rationibus contendunt probare implicare contradictionem, quod aliqua creatura produceretur ab æterno. Secunda opinio est Gregorij Ariminensis in hoc met. (Distin. 1.) libro, & etiam Diui Bonauenturæ, (q. 3. art. ...) hi enim asserunt totum mundum, & quamlibet eius creaturam potuisse produci ab æterno in ea dispositione, quam nunc habet. Tertia est opinio Durandi in (Dist. 1. q. 2.) præsenti loco, qui vult, machinam istam mundialem potuisse esse ab æterno quoad omnes res permanentes, sed non quo ad res successiuas. Quarta est Caietani in primam partem Sancti Thomæ (q. 46. art. 2.) qui vult machinam istam cum tota dispositione quam modo habet posse esse ab æterno excepta humana specie, ne detur infinitus numerus animarũ, & eam sustinet de mente Sancti Thomæ vbi supra. Scotus conuenit cum Caietano quo ad aliquid, & quo ad aliquid non, quia vult mundum ipsum esse ab æterno quo ad omnes species, & quod homo licet fuerit ab æterno, tamen non statim generauit, sed à certo quodam tempore generare cœpit. Benedictus Perrerius Societatis Iesu libro decimoquinto (Cap. 13.) de communibus omnium rerum naturalium principijs, & affectionibus videtur problematice tractare hanc quæstionem affirmans vtramque partem contradictionis esse probabilem, & secundum nominales ponit generationẽ hominis etiam esse æternam, quia nõ incõuenit dari infinitũ in actu in animabus, quid autem tenendum sit in hoc negotio de mente S. Tho. in cõclusionibus explicabitur.

Tertia cõclusio. Mũdũ incepisse, vel non semper fuisse sola fide tenetur, & demonstratiue probari nõ põt: hãc ponit S. Tho. p. p. (q. 46. art. 2.) & ratio huius est, quia id quod sola reuelatione habetur non potest demonstratiue ostendi, sed mundum incepisse, sola reuelatione habetur, sicuti mysterium sanctissimæ Trinitatis, igitur conclusio vera, quæ est certa secundum fidem, & eam docuit B. Gregorius in homilia prima Ezechielis, vbi dicit quod Moyses prophetizauit de preterito, quãdo dixit, In principio creauit Deus cœlũ, & terrã, Apostoli quoq; docuerunt, Nos debere credere in Deũ omnipotentẽ creatorẽ

cœli, & terræ, circa hanc conclusionem nota, quod
inter philosophos est varia discordia, & repugnan-
tia circa productionem mundi, nam aliqui affir-
mant Aristotilem sensisse mundum esse æternum,
& non à Deo productum quo ad eius substãtiam,
sed tãtum quo ad motum, & isti vt plurimum sunt
Auerroistæ. Aliqui etiam tenent de mente Aristote-
lis mundum esse æternum, & dependere à Deo in
genere causæ efficientis, finalis, & exemplaris, sed
hoc non posse ratione efficaci probari, vt docuit
Cap. 4. ipse met Philosophus primo Topicorum vbi dixit,
quod sunt problemata quædam de quibus ratio-
nem non habemus cum sint magna, vtrum mũdus
Lectione 1. sit æternus: & hanc opinionem tenet Sanctus Tho- B
mas de mẽte Aristotelis octauo Physicorum, nam
rationes omnes, quas Aristoteles adducit ad pro-
bandum mundum esse æternum sunt probabiles,
& contra antiquos ponentes varios modos produ
ctionis mũdi. De Platone etiam est dissensio inter
1 Platonicos, quandoquidem Simplicius, & Procu-
lus volunt Platonem tenuisse mundum esse æternũ
in Timęo, vbi quęrit, num sit creatus ad imaginem
alicuius creati vel increati, inepte enim quęreret
hoc nisi teneret mundum æternum, & in libro de
republica ostendit omne genitum esse corruptibi-
le, mundum autem putat esse incorruptibilem. alij
vero vt est Plotinus, Iamblicus, Porphirius sentiũt C
Tex. 15. cum Aristotele octauo Physicorũ, qui tribuit Pla-
toni mundum non esse æternum sed productum,
vnde dixit solus Plato genuit tempus, sic etiam do-
cet Cicero in Tusculanis, Laertius in vita Platonis,
Philo de exordio mundi, & Plutarchus de placitis
Philosophorum. De alijs etiam Philosophis, maxi-
me de Talete, Zoroaste, Trismegisto, dicitur eos
tenuisse fabricam mundi sicut Moyses. vnde Plutar
cus libro de Placidis Philosophorum testatur Ze-
roastem genuisse mũdum ex ipso Chaos. de Pitha-
gora autem, & Parmenide, & Euripide, & Anaxa-
gora varia dicit Diodorus siculus in initio suæ Bi-
bliotecæ, vt est ibi videre, sed quia nos veritatem ip D
sam indagare statuimus, ad alias cõclusiones trãsi-
re decreuimus.

Est igitur quarta conclusio. Creatio actiue sum
q. 45. art. 3. pta, est diuina essentia: hanc docet Sãctus Thomas
prima parte. ratio, quia diuina actio est essentia
Dei, sed creatio actiue significata significat diuinã
actionem, igitur conclusio vera, & est posita aduer-
sus quosdam asserentes creationẽ ipsam esse quid
medium inter Deum creantẽ, & creaturam ipsam.

Quinta conclusio. Creatio actiue sumpta signifi
cat relationẽ rationis ad creaturas: est Sancti Tho-
mæ vbi supra. ratio huius est, quia omnis respectus
Dei ad creaturam est rationis, sed creatio actiue E
sumpta, significat respectum Dei ad creaturas, igi-
tur conclusio vera.

Sexta conclusio. Creatio actiue sumpta, est diui-
num velle, sed ab eo distinguitur sola ratione. elici-
tur hæc ex doctrina Sancti Thomæ vbi supra, cuius
ratio est, quia id quod Deus producit creaturas
est velle diuinum, quia Deus per imperium suæ vo-
luntatis omnia produxit, sed creatio actiua est qua
Deus omnia produxit, igitur cõclusio vera quo ad
primam partem, quo ad secundam probatur sic,
creatio dicit respectum rationis ad creaturam, vt
dictũ est supra, sed velle diuinũ non dicit talẽ respe
ctũ, igitur conclusio vera quo ad vtramq; partem.

Septima cõclusio est. Creatio essentialiter, & for
maliter est actio Dei immanẽs, habet tamen modũ
actionis trãseuntis. elicitur hęc ex dictis S. Tho. vbi
supra, & probatur, quia velle diuinum est actio im-
manens, sed creatio est diuinũ velle, vt dictum est,
igitur est actio immanens. quo ad secundam partẽ
probatur sic, quia actio trãsiens hoc habet sibi pro-
prium, quod transit in effectum extra potentiam
diuinam, sed hęc actio immanens, quæ est creatio
transit in effectum extra diuinam potẽtiam, igitur
habet modum actionis transeuntis, & hinc dicitur
operatio practica intellectus diuini, seu imperium
diuini intellectus, seu exequutio diuinæ volũtatis,
quod explicatur per illud verbum Genesis. Dixit Cap. 1.
Deus fiat lux, & facta est lux, vnde in Psalmis etiam
scribitur ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, &
creata sunt.

Octaua conclusio. Creatio actiue sumpta, est in
Deo ab æterno: hęc est S. Tho. in disputatis de po-
tentia Dei, cuius ratio est, quia omnis actio imma-
nens Dei est ab æterno in ipso, sed creatio actiue
sumpta est huiusmodi: igitur est in Deo ab æterno.
vbi nota hic, quod sunt tres sententiæ Theologorũ,
prima est Gregor. Arimin. & Aureoli hic volentiũ Distin. 1.
creationem esse operationem Dei trãseuntem, quæ
nullo modo habuit esse ab æterno, sed in tempore;
secunda opinio est Alberti magni libro de cœlesti Cap. 4.
Hierarchia. vbi asserit Deum ab æterno creare res,
ipsę tamen res non sunt creatæ ab æterno, quæ sen-
tentia videtur implicare contradictionem. tertia
sententia est S. Tho. vbi supra, asserẽtis creationem
ipsam secundũ rem, & quo ad absolutũ esse ab æter
no, quantum autem ad ipsum connotatum, & vt di
cit modum actionis transeũtis esse in tempore, sic
etiam tenet Caietanus in primã partẽ S. Tho. quod q. 46. art. 1.
actio Dei quantũ ad id quod ponit in agente est in
actu ab æterno in ipso Deo, quantum verò ad illa-
tionem effectus est in tempore, & sic Deus ab ęter-
no non creauit mũdum, nec creat modo animam
Antichristi.

Nona conclusio. Creatio passiue sumpta nõ est
proprie loquẽdo mutatio, nec passio, licet per mo
dum passionis, aut mutationis significetur, hęc su-
mitur ex dictis S. Tho. 2. contra gentes. & ratio est, Cap. 9.
quia vbicunq; est inuenire mutationem, ibi est in-
uenire ordinem durationis, qui est inter tempus,
& instans, hoc autem in creatione non inuenitur.
deinde passio est accidens limitatum, quia est ge-
nus prędicamentale, hęc autem non conueniunt
creationi, propterea proprie loquendo creatio
passiue sumpta non est nec mutatio nec passio, nec
motus, quia hæc omnia supponunt materiam, licet
creatio ipsa significetur per modum actionis, &
passionis.

Decima cõclusio. Licet eadẽ sit actio, qua Deus
creauit, & qua conseruat res, tamen creatio actiua,
& conseruatio actiua ratione distinguuntur: hæc
sumitur ex dictis S. Thomæ in disputatis de Poten- q. 5. art. 1.
tia Dei, cuius ratio est, quia creatio, & conseruatio
habent idem principiũ quod est diuina essentia, &
eundẽ terminũ, qui est res conseruata, igitur crea-
tio & cõseruatio sunt eadẽ actio, & sic patet prima
pars conclusionis. secunda verò probatur sic, nam
creatio in sua ratione includit nouitatem essendi,
conser-

conseruatio autem non, sed ipsa includit in sua A ratione continuationem actionis, & influxus, iuxta illud, Pater meus vsque modo operatur, igitur conseruatio, & creatio ratione distinguuntur.

Vndecima cõclusio. Creatio passiue sumpta est relatio realis, tanquàm accidens realiter distinctũ à creatura, ipsa tamen creatura non potest esse sine
q.45. art.3. huiusmodi accidenti, hæc sumitur ex dictis Sancti Thomæ prima parte. & ratio huius est, quia omnis relatio creaturę ad Deum est realis, & est accidens, sed per creationem creatura refertur ad Deum, igitur conclusio vera quo ad primam partem, quo ad aliam probatur, quia relatio realis distinguitur realiter à suo fundamento, vt latius ostendimus B
Diluci. vlt. quinto Metaphysices, ergo patet & secunda pars conclusionis, quo ad tertiam etiam probatur, quia ens per participationem non potest denudari à dependentia ipsius Dei, qui est ens per essentiam, sed creatura est ens per participationem, Deus est ens per essentiam, igitur non poterit esse ipsa creatura sine hac dependentia, quæ est relatio realis, &
Quęst.5. hæc conclusio ponitur contra Scotum hic tenentem creationem passiue sumptam esse relationem transcendentem, & eandem realiter cum ipsa creatura, & est doctrina falsa, quia in vera philosophia accidens distinguitur realiter à substantia, sed ista relatio est accidens vt dictum est, ergo realiter erit C distincta à creatura, licet creatura ipsa non possit esse sine isto accidente, quemadmodum nec homo potest esse sine risibili, ipsum tamen risibile est accidens realiter distinctum ab homine.

Duodecima conclusio. Nullum aliud à Deo potest esse creatum nisi ab ipso Deo: hanc ponit San-
q.44. art.1. ctus Thomas prima parte. & ratio huius est, quia ens per participationem est ab ente per essentiam necessario, sed omne aliud à Deo est ens per participationem, solus Deus est ens per essentiam; igitur omne aliud à Deo est effectiue, exemplariter, & finaliter ab ipso creatum, & hæc est de fide contra Philosophos, præsertim Auerroistas tenentes D oppositum, est etiam contra multos hæreticos, præsertim contra Gnosticos, vt narrat Epiphanius libro de Hæresibus, qui voluerunt hæc corporalia non esse à Deo producta, expresse contra Scriptu-
Cap.1. ram Genesim, In principio creauit Deus cœlum &
Cap.1. terram, & Ioannis; omnia per ipsum facta sunt, &
Cap.11. sine ipso factum est nihil. & ad Romanos, ex quo
Cap. firmiter. omnia, per quem omnia, & in quo omnia. & in Cõcilio Lateranensi habetur. Deus ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, & spiritualem, & corporalem, & licet hęc conclusio vt diximus sit de fide, nihilominus multi volunt eam lumine naturali posse cognosci, inter quos est domi-
Quæst.1. nus Marsilius hic.

Tertiadecima conclusio. Nullũ ens aliud à Deo potest in esse conseruari sine Deo cõseruante: hãc
q.5. art.1. docet Sanctus Thomas de potentia Dei. & ratio huius est, quia Deus nedum est causa ipsius rei in fieri, sed etiam in esse, igitur nullũ ens aliud à Deo, potest fieri, & conseruari in esse, sine Deo agente, & conseruante, & est conclusio Beati Augustini quarto super Genesim ad litteram, vbi habet, quod sicut ex voluntate Dei dependet, quod res in esse produxit, ita ex voluntate eius pendet, quod res in esse cõseruet, non enim aliter eas in esse conseruat, A quàm semper eis dando esse, vnde si suam actionem eis subtraheret, omnia in nihilũ redigerentur.

Quartadecima conclusio. Deus est causa non solum creaturæ, sed etiam cuiuslibet actionis eius, est Sancti Thomæ de potentia Dei. & ratio huius q.7. art.3. est, quia causa conferens, & conseruans virtutem cuiuslibet actionis agentis secundi, & mouens illam ad operandum, & eam suo effectui coniungẽs, operatur in qualibet operatione agentis secundi, sed Deus est huiusmodi, igitur conclusio vera. vbi nota quod Deus quatuor modis operatur in nobis, primo tribuit nobis virtutem operandi; secundo conseruat illam; tertio operatur applicando il- B lam virtutem ad actionem, quam producere volumus; quarto concurrit tanquam causa principalis & nos sumus instrumentũ ipsius. istis modis Deus dicitur esse causa cuiuslibet actionis nostræ, & hæc conclusio principaliter ponitur contra Aureolum male intelligentem illud Ecclesiastici, Deus fecit hominem rectum, & posuit eum in manu Consilij sui, & etiam aliud dictum Auerrois tertio Metaphysices, vbi deridet Saracenos, quia subtrahebant à rebus suas operationes. conclusio enim nostra non continet istum intolerabilem errorem, vt ipse arbitratur, sed est catholica, vt clare est videre apud Franciscum Ferrariensem in tertium contra Cap.70.
C gentiles.

Quintadecima conclusio. Nulli creaturę communicari potest potentia creandi, tanquàm causę principali: est Sancti Thomę prima parte. ratio est, q.45. art.5.
quia productio effectus vniuersalissimi non potest esse nisi à causa vniuersalissima, quandoquidem effectus, & causa proportionantur adinuicem, vt scripsit Aristoteles secundo Physicorum, sed crea- Tex.38.
tio est productio effectus vniuersalissimi, scilicet ipsius esse, quod est vniuersalissimum secundum perfectionem, & secundum prædicationem, igitur est à causa vniuersalissima quæ est Deus, ex consequenti non potest esse ab aliqua creatura tanquàm D à causa principali.

Decimasexta conclusio. Potentia creandi non potest communicari alicui creaturæ tanquam causę instrumentali: hanc docet Sanctus Thomas vbi supra. cuius ratio est, quia nulla operatio præsupponens aliquid potest esse creatio, cum sit ex nihilo, sed operatio cuiuscunque creaturæ præsupponit aliquid, præsertim creaturæ instrumentalis, quia actio instrumenti est dispositio ad effectum producendum à principali agente, igitur creatio nulli creaturæ tanquàm instrumento communicari potest. Circa has cõclusiones nota, quod fuit antiqua opinio Philosophorum, quæ tribuitur E Auicennæ quarto suæ Metaphysicæ. qui voluit so- Cap.6.
lam primam causam creare; & nihil præsupponere in actione sua, aliæ verò causæ secundæ dicebantur etiam creatrices, sed virtute primæ causæ: arbitrabantur enim Deum ex necessitate naturæ operari, & producere primam intelligentiam, & illa prima intelligentia producta producebat secundam, & sic de alijs. Inter Theologos Catholicos temporibus antiquis fuit etiam aliqualis discordia, quandoquidem Magister sententiarum in quar- Dist.5.
to libro voluit Deum posse communicare potentiam creandi ipsi creaturæ, non vt creet propria authoritate, sed vt instrumentum ipsius Dei, quam

opinionem sequutus est Diuus Thomas in hoc li- A
Dist.2.q.2. bro, & etiam Durādus de Sancto Portiano, qui ex
Dist.1.q.4. professo quærit. Num potentia creandi posit com municari alicui creaturę; sic etiam & Gabriel, & nonnulli alij, qui existimant opinionem magistri esse probabilem, nihilominus hic Sanctus Thomas aliter sentit, vt positum est in conclusione, & temporibus nostris ex communi consensu Ecclesiæ, & Sanctorum tenetur, potentiam creandi non posse communicari creaturæ alicui, neque vt causę principali, neque vt causę instrumentali, licet non approbent rationes, quas Sanctus Thomas adducit ad probandam conclusionem, in qua tamen communiter conueniunt cum sit desumpta ex patribus
Cap.8. præsertim ex Augustino libro tertio de Trinitate, B & libro duodecimo de Ciuitate Dei, vbi ex professo asserit Angelos non posse dici creatores etiam
Cap.24. paruissimæ creaturæ, & Beatus Cirillus libro secundo contra Iulianū, docet esse os diaboli illum qui dicit angelos creasse aliquam creaturam, sic etiam
Cap.3. sentit Damascenus libro secundo fidei orthodoxæ dicēs impium esse asserere, creaturam aliquam spiritualem creasse quicquam. ex hoc tamen non damnatur magister alicuius erroris, quem vt diximus sequutus est Sanctus Thom. & Durandus. vnde non est certum secundum fidem creaturam nō posse concurrere instrumentaliter, vel ministerialiter ad creationem alicuius rei, tenendo presertim, C quod gratia creetur, ad quam concurrunt ipsa sacramenta instrumentaliter. Nec est quæstio modo de instrumēto morali, sed physico, & naturali, quia non haberem pro inconuenienti Deum optimum maximum vti creatura aliqua tanquam instrumento morali ad creandum, non enim esset contra rationem, quod propter orationem alicuius Sancti Viri Deus crearet aliquam creaturam.

Decimaseptima conclusio. Creare est commu-
q.45. art.6. ne toti Trinitati. est Sancti Thomæ prima parte. & ratio est, quia id quod conuenit Deo ratione essentiæ est commune omnibus personis, sed creare est huiusmodi, igitur conclusio vera, & nota quod est D contra Henricum, qui ponit Deum creare seu causare alia à se ratione propriorum, cōclusio verò nostra intendit, quod Deo conuenit causalitas respectu rerum ad extra, secundum quod processiones diuinæ includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia, & voluntas, & intellectus, & opinio Sancti Thomæ est conformis sacris litteris, quia scribitur
Cap.1. Ioannis, Omnia per ipsum facta sunt. Verbum, &
Psal.148. in Psalmis, dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.

Decimaoctaua conclusio. Emanationes diuinarum personarum sunt ratio productionis creatu- E rarum: hanc docet Sanctus Thomas vbi supra. cuius ratio est, quia emanatio verbi, & amoris in artifice sunt ratio producendi rem artificiatam, sed Deus producit creaturas, sicut artifex producit res artificiatas, igitur emanationes diuinarum personarum nempe verbi, & amoris sunt ratio producēdi creaturas, & hæc conclusio est quasi diffinita in
Cap. firmiter. Concilio Lateranensi. Vbi asseritur Sanctam Trinitatem esse creatricem rerum omnium, & in Conci-
Canon.1. lio Toletano quinto dicitur quod vniuersa opera Trinitatis ad extra sunt inseparabilia, & indiuisa,
Cap.4. eandem veritatem docuit Augustinus libro primo de Trinitate; idem docet Dionysius de diuinis nominibus, vbi dicit quod communia totius Trinitatis sunt omnia credibilia. Cap.2.

Decimanona conclusio. In creaturis rationabilibus inuenitur repręsentatio Trinitatis per modū imaginis: hæc est Sancti Thomæ prima parte. ratio q.45. art.7. huius est, quia in ipsis reperitur verbū conceptum, & amor producēs, sed verbum repręsentat Filium, amor verò Spiritum Sanctum, Memoria secunda ipsum Patrem, igitur conclusio vera.

Vigesima conclusio. In omnibus alijs creaturis reperitur repręsentatio sanctissimæ Trinitatis per modum vestigij: est etiam Sācti Thomę, vbi supra. & ratio est, quia in illis inuenitur esse forma specifica, ordo seu inclinatio ad aliquid, igitur conclusio vera, & est de mente Augustini sexto de Trinitate, vbi docet quod Trinitatis vestigium in creatura apparet, quandoquidem quælibet res est creata repręsentat causam, & principium, & sic cognoscitur persona patris, quælibet etiā res habet suam formam, & suam speciem, per quam repręsentatur diuinum verbum, quælibet etiam res habet quendam ordinem, qui ordo repręsentat amorem per quem ostenditur persona Spiritus Sancti. Sed circa istas conclusiones nota, quod licet in creaturis sit imago, & vestigium sanctissimæ Trinitatis, nō propterea ex istis possumus euidenter cognoscere Trinitatem ipsam, vt docuit Hilarius libro primo de Cap.2. Trinitate, Non putet homo sua intelligentia generationis sacramentum posse consequi. & Ambrosius libro de Spiritu Sancto etiam dicit impossibile est generationis scire sacramētum, mens deficit, vox silet. & ex hoc reprehēdēdi sunt discipuli Raimundi Lulli volētes ratione naturali posse demonstrari mysterium Trinitatis, quia in quolibet effectu creato reperitur aliquid reale productum à solo Patre, & aliquid à solo Filio, & aliquid à solo Spiritu Sancto, ex quibus productis euidenter cognoscūtur tres personæ distinctæ in ipso Deo, quæ sententia est manifesta hæretica cum contradicat expresse dictis Apostoli primæ ad Corinthios, vbi Cap.2. dicit, Sapientia loquimur inter perfectos, sapientia verò non huius sæculi, neque principum huius sæculi. cognitio igitur Sanctissimę Trinitatis nō fuit cognita à principibus idest à Philosophis huius sæculi, qui ratione naturali processerunt, & ratio discipulorum Lulli est futilis, quia creare vt dictum est non est proprium alicui personæ, sed commune toti Trinitati.

DISTINCTIO II.

In præsenti distinctione agitur de creatione rerum in speciali, quia in superiori determinauit Magister de creatione rerum in generali, & primo disputatur ad præsens de creatura pura spirituali quæ est angelus. de quo ponitur talis conclusio. Necesse est angelos ipsos esse, & hoc spectat ad fidem, vt scribitur Matthęi, Angelus Domini appa- Cap.1. ruit in somnis Ioseph. & apud Lucam etiā dicitur, Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, & Paulus ad Hebræos scribit, qui facit Angelos suos spiritus, & in Concilio Lateranensi definitur hæc veritas, vbi dicitur Deum creasse substantiam spiritualem idest Angelicam.

Secunda

Secunda conclusio. Angelos esse potest ratione A naturali ostendi, hanc docet Sanctus Thomas p.p. q.50. art.1. & ponitur contra antiquos ignorantes vim intelligendi, & non distinguentes inter sensum, & intellectum, & contra etiam Saduceos negantes spiritus, & ratio huius est, quia vniuersum est perfectum, igitur ei nullus gradus entium deest, inter quos gradus est substantia completa immaterialis, hunc gradum ostendit Beatus Augustinus 12. Confessionum; Cap.4. & Bernardus libro 5. ad Eugenium, vbi ponit vniuersum constare triplici gradu, vno maxime remoto à Deo, altero maxime propinquo, altero medio; ille gradus qui est maxime Deo propinquus est gradus substantiarum spiritualium, deinde Aristoteles docet 2. de anima gradus entium esse quatuor, esse in lapidibus; viuere in plantis; sentire in brutis, & intelligere in angelis, & hominibus; Tex.43. duodecimo etiam Metaphysices docuit motum continuum, regularem, & indefessum à sua natura nõ posse esse à motore, qui per se, vel per accidens moueatur, ergo neque à corpore, neque ab anima in corpore, igitur à substantia omnino immateriali.

Tertia conclusio. Secundum fidem non est omnino certum, an angeli habeant corpora an nõ, nec esset heresis dicere habere corpora, quia multi patres, ita dicunt, patet hoc primo ex Bernardo in sexta homilia super cãtica canticorum, vbi docet omnem spiritum creatum indigere solatio corporeo. Cap.6. Tertullianus libro de Carne Christi; & de Velandis Virginibus docet etiam angelos esse corporeos. Cap.2. Origenes 2. libro Periarchon, dicit impossibile esse aliquid sine corpore viuere praeter Patrẽ, Filium, Cap.15. & Spiritum Sanctum. Firmianus Lactantius lib. 2. de diuinis Institutionibus, docet eandem opinio- Cap.6. nem propter verba Genesis, videntes Filij Dei filias hominum, quod essent pulchrae acceperunt in vxores, vbi per filios Dei intelligit angelos; sic etiam Beatus Augustinus tenet in multis locis suae doctrinae, licet videatur varius, & accedere magis ad sententiam Platonicorum, qui tenẽt Angelos esse corporeos; praesertim Apuleius in libro de Deo Socratis. Et in Synodo 2. Nicena quae est septima generalis, vbi definitur vsus imaginum, dicitur quod angeli licet non habeant corpora ista crassa, sicut sensibilia, habẽt tñ corpora subtilia aetherea, vel aerea, Cap.2. quam opinionem videtur sequi Caietanus in Epistola ad Ephesios, vbi dicitur non est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinem &c. propterea sequitur conclusionẽ ipsum posse sustineri absque periculo heresis; praesertim cum nulla sit expressa determinatio Ecclesiae in contrarium, immo Sanc- q.9. art.1. ctus Thom. videtur eandem sententiam sequi in disputatis de daemonibus, sequendo tñ rationem naturalem probabilius est dicere, angelos esse incorporeos, quam corporeos, propterea sequitur alia conclusio.

Quarta. Simpliciter tenendũ est angelos esse incorporeos, & temerariũ esset oppositũ dicere; haec q.50. art.1. ponitur à Sãcto Doctore vbi supra. ratio huius est, quia omnes Scholastici hoc docent, praesertim Al- q.20. mẽb. tertio. bertus magnus, Sanctus Thomas, Alexander Alensis secunda parte suae Theologiae, Bonauentura, Scotus, Aegidius, Argentina, Marsilius, & omnes ferè Scholastici; inter Patres quoque adest Basilius in Psal.44 Psalmis. Homel.22. Grisostomus in Homelijs super Genesim.

Gregorius Nazanzenus in oratione de Natale Saluatoris. Gregorius libro quarto Moralium; Ioannes Damascenus libro secundo fidei orthodoxae. Cap.3. Cap.4. Cap.7. Dionysius libro de diuinis nominibus expresse habet angelos esse omnino incorporeos, & immateriales; Vgo de Sancto Victore libro primo de sacramentis dicit quod Angelus est natura quedam simplex, & immaterialis, propterea asserere contra tot testimonia oppositum non esset absque temeritate, licet vt diximus ille qui oppositum teneret non esset haereticus, nec errorem aliquem in Ecclesiam induceret.

Quinta conclusio. Angeli secundum suam naturam B sunt incorruptibiles, est Sancti Thomae secun- Cap.55. do contra gẽtes. & ratio huius est, quia secundum suam naturam angelus est immaterialis, immo videtur quod haec conclusio sit diffinita in concilio Lateranensi, vbi docetur animam rationalem sua natura esse immortalem, sed angeli sunt excellentioris naturae, quam anima nostra, si igitur est determinatio de immortalitate nostrae animae, a fortiori de immortalitate angelorum; & ex hoc reprehendendus venit Gabriel in praesenti libro, in quo Dis.2.q.1. docet angelos sua natura esse corruptibiles, per manutenẽtiam autem Dei extrinsecam esse in perpetuum conseruandos; sic etiam reprehendendus C venit quidam nomine Dardanus qui putauit angelos constare ex corpore corruptibili, & diuturnius viuere quam homines, sed tandem deficere, & corrumpi.

Sexta conclusio. Angelus non est in loco nisi per contactum, & applicationem virtutis: hanc docet Sanctus Thomas prima parte: & ratio huius est, q.52. art. quia omne quod est in loco debet tangere illum; si est corpus tangit locum per contactum physicum & quantitatiuum; si autem est spiritus tangit locum, & ei se applicat contactu virtuali, & sic est angelus; circa quam conclusionem nota quod fuerunt diuersae sententiae, & perseuerant adhuc de loco an- D gelorum; quidam enim dixerunt angelos nusquam esse, & hi sunt haeretici, quia angeli custodiunt nos ex consequenti operantur circa nos, tanquam circa loca. Aliqui verò dixerunt, angelos esse in loco per suam substantiã, vt est Scotus hic. Aliqui verò tenent angelos esse in loco per applicationem suae virtutis ad locum, & hanc opinionem recitat Scotus fuisse ipsius Gottofredi in Quolibetis. Aliqui Quolib. 8. verò docent angelos esse in loco praecise per operationem, quae opinio tribuitur Aegidio hic, & Sancto Thomae à Mauritio in margine ipsius Scoti; qui Scotus asserit opinionem istam esse articulum condemnatum tanquam haereticum ab Episcopo E Parisiensi. Alij substinent angelos esse in loco per haecceitates, seu per proprietates indiuiduales, quibus conuenit esse hic, & nunc. Alij verò vt Ioannes Quaest. de Mayronis hic docent locari per actualem existentiam. Rei tamen veritas est explicata in conclusione, male intellecta à Scoto, quia quando dicitur quod angelus est in loco per contactum, & applicationem suae virtutis ad locum, idem est etiã dicere, angelum esse in loco per operationem, sed non immanentẽ, sed transeuntẽ quae potest esse per modum praesidentis, aut ministrantis, aut aliquo agentis, aut patientis, quemadmodũ Spiritus damnati sunt in inferno per modum patiẽtis, & sic opi-

nionem Sancti Thomæ explicat Caietanus in pri- q.52. art.1. mam partem.

Septima conclusio. Angelus est in loco diffinitiue, taliter in isto loco, quod non in alio: est S. Thomæ vbi supra, & ponitur contra Durandum primo sententiarum, qui tenet quod Angelus est vbiq; sed opinionem S. Thomæ probat magister in præsenti loco authoritate Bedæ, & affirmat Damascenus libro secundo fidei orthodoxæ, & ratio est in promptu, quia Angelus non potest operari vbique, & in omni loco, igitur nõ est præsens omni loco ex consequenti non est vbique. & nota hic quod sunt aliqui qui volũt ponere discordiam inter discipulos Sancti Thomæ dicentes quod opinio Capreoli est longe ab opinione Caietani, cum Caietanus tenet, quod Angelus est in loco per applicationẽ suæ virtutis ad locum, & Capreolus vult quod sit in loco ipse Angelus per virtualem contactum. Ferrariensis tertio contra gentes docet Angelum locari per operationem omnino transeuntem: nihilominus isti decipiũtur de numero quorum est Torres qui ponit huiuscemodi discordiam quandoquidem, omnes Thomistæ conueniunt in opinione Sancti Thomæ, sed vnus magis explicat quam alius, vt patet intuenti ea quæ dicit Caietanus de præsentia ordinis approximationis, & actualis operationis, & esse in loco complete vel incomplete.

Dist.37.q.1

Distin.2. Cap.3.

Cap.68.

Octaua cõclusio. Angelus potest esse indifferenter in loco indiuisibili, & diuisibili: est Sancti Thomæ p.p. ratio est, quia Angelus potest applicare virtutẽ suam indifferenter loco diuisibili, & indiuisibili, igitur indifferẽter in vtroque esse potest, probatur consequentia, quia Angelus non est in loco nisi per applicationem virtutis ad ipsum, antecedẽs patet, quia hoc est discrimen inter contactum virtualem, & corporalem, contactus. n. virtualis potest esse, & rei diuisibilis, & indiuisibilis, cõtactus verò corporalis est tantum rei indiuisibilis, & hæc conclusio est contra quosdam antiquos arbitrantes Angelos non posse esse nisi in loco puntali, seu indiuisibili, ex quo patet etiam error Bartholomęi Torres, qui dicit Diuum Thomam dubitare de hac conclusione, immo Sãctus Thomas affirmat, quem sequitur Bonauentura, Romanus Aegidius, Riccardus, & Dionysius, sic etiam, & Scotus. omnes. n. affirmant Angelum posse esse in puncto.

q.52. art.2.

Nona conclusio. Plures Angeli non possunt esse simul in eodem loco. est Sancti Thomę p.p. rationẽ aliqui assignant, quia vnus Angelus illaberetur alteri, quod est impossibile in creaturis, alij dicunt, quod hoc est propter vnitatem essendi, vnde duæ animæ non sunt simul in eodẽ corpore, sic nec duo Angeli possunt esse simul in eodem loco, alij volũt, quod hoc est propter actualitatem, Angelus. n. magis actuat locum quam corpus, si igitur duo corpora non possunt esse simul, ergo neque duo Angeli. alij dicũt, quod si duo Angeli potuissent esse simul, ergo & infiniti, sed vera ratio est, quia impossibile est duas causas totales, & immediatas esse simul eiusdem effectus, igitur impossibile est plures Angelos esse simul in eodem loco, cõsequentia patet, quia Angelum esse in loco nil aliud est quam perfecte, & immediatè continere illum in genere causæ efficientis: & est conclusio intelligenda secundũ potentiam, & virtutem naturalem, & non de potentia logica, vt male intellexit Gregorius Ariminẽsis, & hanc veritatem sequitur Diuus Bonauentura, Aegidius, Riccardus, Caietanus in prima parte, & Ferrariensis tertio contra gentes, & est contra Gabrielem, Ocham, Gregorium, Marsilium, & Ioannẽ de Bassolis, & Gulielmum de Rubione in hoc libro, qui propter dictum quod adducit Riccardus de Sancto Victore quarto de Trinitate conueniũt in hac sententia, quam arbitror esse falsam plures Angelos posse esse simul in eodem loco, quia legio demonum simul erat in eodem corpore, vt scribitur apud Matthæum, & decipiuntur omnes quia ille locus erat materialis illorum demonum, & non formalis, de quo intelligitur conclusio. Sancti Thomæ, ex quo etiam reprehendendus venit Bartholomæus Torres, qui asserit sententiam Gabrielis, & Gregorij esse probabiliorem, conclusione Sancti Thomæ.

q.52. art.3.

Distin.2. q. Cap.68.

Cap.vlt.

Cap.8.

Decima conclusio. Angelus nõ potest esse intra animam hominis: hanc ponit Sanctus Thomas tertia parte, & in hoc libro, cuius ratio est, quia solus Deus illabitur animæ: hanc tenet Magister hic, & Gabriel, & plures alij. Illustres Theologi cõtra Durandum in hoc libro, propter illud quod dicitur apud Ioannem, cum iam Diabolus misisset in cor. Iudæ, sed decipitur Durandus, quia nunquam diabolus potest habere hoc, quod est proprium ipsius Dei, nempe illabi ipsis animabus, & dictum Ioannis intelligitur quod diabolus cępit habere dominium super animam Iudæ.

q.8. art.7.

Dist.8. q.2. art.1.

Cap.3.

Cap.6.

Vndecima cõclusio. Nullus Angelus potest esse naturaliter simul in diuersis locis: hanc ponit Sanctus Thomas prima parte, & intelligitur de locis adæquatis, cuius ratio est, quia Angelus est virtutis, & essentiæ finitæ, igitur non potest esse simul in duobus locis adæquatis: & licet hæc conclusio non sit de fide, est tamen verissima, quia nulla creatura potest extendere se vltra sphęram suæ actiuitatis, licet possit esse in duobus locis partialibus existentibus infra sphęram suæ actiuitatis: hanc sequitur Diuus Bonauentura, Riccardus, & communiter omnes doctores, Gregorius tamẽ negat volens Angelum posse esse simul in duobus locis, probans ex hoc, quia posito quod Angelus sit in toto hoc Gymnasio, si postea spatium redigatur in nihilum, Angelus per suam virtutẽ naturalem esset in vtroq; extremo gymnasio, & sic in duobus locis discontinuis, tamẽ hæc ratio est nullius momenti, quia illa loca discontinua non sunt duo loca adæquata, & totalia in ordine ad virtutem Angelicam, sed vnus totalis, & duo partialia. Dubium esset hic, num Angelus possit esse in loco inadæquato, idest in minori, quam sit is ad quem potest se extendere; Gregorius hic ait partem negatiuam esse satis probabilem pro qua citat quendam doctorem Hibernum in primo sententiarum. Scotus etiam quæstionem hanc sub dubio reliquit, pars tamen affirmatiua absque dubio asserenda est, quæ est communis ferè omnium doctorum; sed adest alia difficultas, num possit esse locus extensus adeo paruus, vt in eo Angelus non possit existere. Scotus hic affirmat, sed cõtraria sententia est Diui Thomæ, quam sequitur Aegidius, & Gregorius hic, & Caietanus declarat in prima parte Sancti Thomę soluẽdo argumenta Scoti

Cap.2.

q.52. art.2.

Cap.2.

Dist.8. q.2.

Quæst.6.

Quæst.2. q.52. art.2.

Duo-

Duodecima conclusio. Deus nõ potest esse diffi- A nitiue in mundo: hanc ponit S. Tho. p.p. ratio est, (q.8.art.4.) quia Deus potest esse extra mundum, igitur nõ est diffinitiue in mũdo, quemadmodũ dicimus quod anima nõ est diffinitiua in manu, quia potest esse extra manum.

Tertiadecima cõclusio. Omnes motus corporũ inferiorũ mẽsurãtur vno tempore, quod est passio (q.10.art.6.) primi motus est S. Th. p.p. & ratio est, quia nulla forma naturalis, naturaliter multiplicatur per indiuidua eiusdem speciei nisi per multiplicationẽ materialẽ sui subiecti primi, & per se, sed subiectum primũ, & per se tẽporis. s. primus motus non multiplicatur: ergo nec tempus, & sic patet cõclusio, scilicet B motus omnes corporũ inferiorum mensurari vno tempore, quod est passio primi motus. Circa hãc conclusionem notãdum est, quod fuerunt diuersæ sententiæ Theologorum circa naturam ipsius temporis: prima est Eruei natalis generalis ordinis prædicatorũ, qui affirmat in præsenti loco tempus esse quantitatem successiuam, quæ facit subiectum suũ quod est motus formaliter quantum, & ita distinguitur tempus, sicuti & ipse motus, vnde ad multiplicationem motus multiplicatur, & tempus. secunda est sententia Aegidij, qui negat propositionem istam tempus est motus, non propter diuersitatem rationũ, vtriusque, quia tempus includit aliquid, C scilicet spectãs ad rationem, siue ad animam, quod non includit motus, sed quia ipsum tempus connotat numerum qui non clauditur in motu. tertia est sententia aliquorum existimantiũ tempus non esse motum, quia tempus habet esse tãtummodo propter imaginationem, & cogitationẽ nostri animi, & anthores huius sententiæ contradicunt communi, & naturali existimationi omniũ hominum, omnes. n. de tempore tanquam de re aliqua, & sentiũt, & loquuntur. quarta est sententia Durandi hic, asserentis tẽpus esse idem realiter quod motus, quam sententiam sequũtur Antonius Andrea 5. Metaph. & Albertus de Saxonia. quinta sententia est Grego D rij Ariminẽsis hic acriter probãtis tẽpus esse ipsam spheram cœlestẽ, & generaliter omne corpus regulariter, & vniformiter motum. vltima est sententia D. Thomæ, qui videtur problematice loqui de hoc quæsito, nam modo videtur declinare ad vnã partẽ modo ad alteram. quarto enim libro physicorum in tractatu de tempore videtur dicere tempus esse motum identice, & nõ differre ab inuicem nisi formaliter: in tractatu vero de instantibus asserit tempus realiter distingui à motu, & hanc sentẽtiam docet hic Capreolus dicens tẽpus esse quoddam accidens absolutum de genere quantitatis essentialiter distinctum à motu.

Decimaquarta conclusio. In toto tempore continuo est idem nũc secundum essentiam diuersum tamen secundum rationem, hæc elicitur ex Sancto Thoma in tractatu de instãtibus, & ratio huius est, quia sicuti se habet punctus ad lineam, ita nunc ad tempus, sed punctus pro vt imaginatur Geometer causans lineam suo motu, est idem secundum substantiam, & diuersus secundum rationem, igitur sic erit, de ipso nũc, quod est idem secundum substantiam in toto tempore, & diuersum secundum rationem. Circa hanc cõclusionem nota quod de- (Dilucid. 6.) clarauimus eã 3. Metaphyces in dilucidationibus A nostris contra Scotum, & Antonium Andream ponentes in eodem tempore infinita instantia, quam opinionem demostrauimus ibi esse falsam, quia sicuti se habet mobile ad motum, ita nunc ad tempus, sed mobile est tãtum vnum in toto motu, stante vnitate motus: ergo in toto tempore erit tantum vnum instans secundum rem.

Quintadecima conclusio. Præter tempus continuum quod est passio primi motus est aliud tẽpus discretum, & nullo modo continuum: hanc ponit S. Tho. in Quolibetis, & rationẽ assignat, quia ope- (Quolib. 2. art. 5) rationes Angelorum naturales sunt mensurabiles, sed nõ æternitate, nec esse, nec tempore nostro: er- B go hoc tempore discreto: circa quam conclusionem nota, quod inter tempus nostrum, & tempus discretum est quadruplex discrimen. primum est, quia tempus nostrum est mẽsura, successionis continuæ. tempus vero discretum, est mensura successionis discretæ: deinde illud non componitur ex suis instantibus: istud autem sic; non secus quam numerus ex vnitatibus: postea instãs illius tẽporis, semper est indiuisibile, nec potest vlli parti temporis coexistere: instãs vero discreti temporis, licet in se sit indiuisibile aliquando tamen secundum durationem suam coexistit tãtum instanti nostri temporis, aliquãdo etiam alicui parti nostri temporis. C Postremo in illo non possunt instantia esse sibi inuicem immediata; neque cõtinue, neq; contigue, neque deinceps, vt probat Arist. 6. Phys. In hoc aũt possunt esse sibi inuicem immediata sicut vnitates in numero: necessitatem huius rei sumpsit S. Tho. ex B. Augustino secũdo super Gen. ad litteram vbi (Cap. 21.) docet creaturam spiritualem moueri nõ per loca, sed per tempora à Deo. oppositum tandem huius veritatis tenet Scotus in præsenti loco, quẽ sequitur, Ioannes de Mayronis, & Gulielmus de Rubione, (Cap. 94.) Ioannes de Bassolis, Gregorius Ariminensis, & omnes ferè nominales; nihilominus sententiam Sãcti Thomæ sequuti sunt illustriores Theologi; vt est (Distin. 34.) D Diuus Bonauẽtura primo senten. Hẽricus in Quo (Quol. 5.) lib. Aegidius in tractatu de mensura Angelorum; & Durandus hic; ex quo arguendus est Bartholomæus Torres, qui in tractatu Angelorum asserit opinionem Scoti videri sibi verisimiliorem; cõtra tot Theologos.

Decimasexta cõclusio. Nullũ tempus habet esse completũ extra animam; hanc docet Sanctus Tho (Dist. 19. q. 5. art. 1.) mas in primo senten. Et ratio est, quia sicut intellectus apprehendit partem priorem & posteriorem motus sic apprehendit etiam præteritum & futurũ ipsius temporis; sed de motu nõ habemus nisi mutatum esse reale: ergo & de tempore non habemus E nisi instans; sed apprehẽsio prioris & posterioris, tam in motu quam in tempore fiunt ab anima: igitur nullum tempus habebit esse completum extra animam, quia ordo istius prioris & posterioris nõ apprehenditur nisi ab anima, & est sententia Aristotelis 4. Phys. contra antiquos ex quo sequitur male (Tex. 103.) Greg. Ariminẽsem, reprehendisse hanc conclusionem S. Thom. hic. Quandoquidem tres erant an- (Quæst. 1.) tiquorum sentẽtiæ de tempore; quidam asserebãt tempus habere esse tantum per animam, Quidam aũt habere esse ex se sine actu aiæ. Alij aũt voluerũt tempus habere esse reale, sed complemẽtum suum esse ab aiã, & hæc est veritas expressa in cõclusione.

Decimaseptima conclusio. Esse & substantia angeli, & animæ intellectiuæ, & corporum cœlestium q.10. art.5. mensurantur æuo. hanc docet S.Tho: p.p. & ratio est, quia id quod non habet intrinsece prius & posterius, sed ei competi potest, mẽsurantur æuo, sed esse, & substãtia angeli, & animæ intellectiuæ, & corporum cœlestium intrinsece nõ habent prius & posterius, sed ei coniungi possunt: igitur cõclusio vera, vbi nota quod fuerunt variæ sentẽtiæ Theologorum Quæst.3. circam naturam ipsius æui. nam D. Bonauentura hic asserit propriam rationem æui prout distinguitur à tempore consistere in hoc. quod habet prius & posterius sine innouatione, & veteratione hoc est sine vlla variatione rei. Quęst.3. Scotus etiam in præsenti loco vult rationem æui cõsistere in hoc quod sit mensura durationis permanentis, quæ sit Quæst.4. tota simul. Nihilominus Ioannes de Mayronis hic videtur dicere contra Scotum, quod æuum sit fluxus formæ, scilicet præsentialitatis, & coexistentiæ creaturæ cum Deo: rei tamen veritas est conclusio quam posuimus de mente S.Tho. quam etiam declarat Caiet. vbi supra, quod æuum est medium inter æternitatem & tempus, quia est immutabile: mutationi tamen annexum: æternitas autẽ est mensura illius esse quod nec est mutabile, nec mutationi adiunctum. Tempus autem est mẽsura illius esse quod est variabile, & hẽt prius & posterius: ex quo Cap.14. redarguẽdus venit Benedictus Perrerius lib. 12. de cõibus omnium rerum naturalium, principijs, & affectionibus qui conatus est friuolis rationibus hanc veritatem refellere.

Decimaoctaua concl. Aeuum est tãtũ vnum om- Art.6. nium æuiternorum. hãc docet D.Th. p.p. vbi supra. & ratio huius est, quia æuum est simplicius tempore, & propinquius se habet ad æternitatẽ. sed tempus est vnum omnium temporalium: igitur & ipsum æuum erit etiam vnum omnium æuiternorũ. circa hanc conclusionẽ, nota quod fuerunt diuersę sententię, tùm inter antiquos, tùm inter modernos. Antiqui. n. dixerunt inter aliquos. Aeuum esse vnum, quia æternitas est vna. Aliqui verò dixerunt esse vnũ, qa est vnũ subiectũ. s. materia prima; aliqui verò dixerũt ęua esse multa pp multas substantias spirituales, q̃ sunt æquales, & hęc fuit opinio Origenis. Propterea etiam inter modernos fuit etiam Quolib.5. discordia, quandoquidem Henricus in Quolib. & Romanus Aegidius in tractatu de mensura Angelorum arbitrantur tot esse æua quot sunt æuiterna. Quæst.3: Scotus hic asserit æuum esse tantummodo vnũ, quia est vnum primum æuiternum, Ocham, Durandus, Gabriel in pręsenti distinctione negant totaliter dari aliquod æuum; quos videtur sequi Perrerius, qui dicit æuum non esse distinctũ à tem- Cap.10. pore. opinio tamen S.Tho. quę est expressa in conclusione est rationabilior. & de mente B. Dionis. in lib. de cœlesti Hierarchia.

Decimanona cõclu. Aeuum est ipsum esse primi Quolib.10 art.7. ęuiterni. hanc ponit S.Tho. Licet non sic explicitę in Quolib. & ratio est, quia ęuum est mẽsura illius esse quod est immutabile, mutationi tamen annexi; sed tale debet mensurari per id quod est simplicius, & independens, & notius: Hoc autem non est nisi esse primi ęuiterni: igitur conclusio vera. Circa quam conclusionem. Nota quod est varia sentẽtia Theologorum, quod est hoc supremum ęuiternũ A & subiectũ ęui? Aliqui dicunt esse Luciferum, qui est supremus omnium Angelorum, & ex consequenti simplicissimus omnium, aliqui vero volunt esse animam B. Virginis, quia propter peccatũ ipse Lucifer fuit priuatus hoc priuilegio, & datum fuit beatę Virgini, aliqui vero affirmant esse animam Christi, & hanc opinionem ego approbo, tum propter eius naturę dignitatem, tum propter vnionẽ quam habet ad diuinum verbum: ex quo arguendus est Barthol. Torres, qui defendere conatur esse ipsius Luciferi mensurare omnia ęuiterna in esse naturali; quia illud est simplicius & nobilius omnibus creaturis; & non obstante peccato, quia B remãserũt integra dona naturalia, vt docet Dionysius attamẽ decipit in hoc, qa idẽ Dionisius docet illa dona naturalia fuisse infirmata, & debilitata.

Vigesima conclusio. Operationes beatificę, tum Angelorum, tum cęterorum Sanctorum mensurantur non ęuo, nec tempore continuo, nec discreto; sed ęternitate participata. hãc scribit S.Tho. tertio Cap.61. contra gentes. & ratio est, quia actiones terminantur per obiecta, sed actiones beatificę, tum Angelorũ, tum cęterorum Sãctorum habẽt pro suo obiecto, non rem temporaneam, aut ęuiternam, sed diuinã essentiam quę mensuratur ęternitate, essentiali, & independenti, Igitur & illę operationes mensurari C debent æternitate participata, & depẽdente. & hæc cõclusio habet fundamentũ ex sacris litteris apud Ioãnem hęc est vita ęterna vt cognoscant te solum Cap.17. verum Deũ. Et hęc conclusio ponitur contra Scotum qui oppositum docere ausus est 4. sent. ibi. n. Dis.49.q.6. inepte scripsit visionem beatorum mensurari æuo perinde atque ipsum esse Angelorum, & incidit in errorem, quia esse, & operatio beatifica ipsius Angeli sunt diuersorum ordinum, propterea diuersis mensuris, mensurari debent.

DISTINCTIO III.

D In hac distinctione agitur de perfectione naturæ Angelicę. & prima cõclusio pro explicatione huius rei sit hęc. Nullus Angelus est compositus ex materia, & forma proprie loquẽdo de materia, & forma. hanc probat S.Tho. p.p. quia substantia q.50. art.2. intellectualis nõ componitur ex materia, & forma, quia intelligere est operatio penitus immaterialis, sed quilibet Angelus est substantia intellectualis, igitur nullus Angelus erit compositus ex materia, & forma proprie loquendo. circa quam cõclusionem nota. quod sunt diuersę sententię, tum Theologorum, tum Philosophorum, & prima est illorũ, qui dixerunt, Angelos esse corporeos, isti necessa- E rio etiam coguntur ponere Angelos esse compositos ex materia, & forma; aliqui verò vt fuit Auicebron in libro fontis vitę, dixerunt Angelos nõ esse corporeos, & tamen docebant esse compositos ex materia & forma; quidam aũt voluẽ esse cõpositos ex materia & forma, sed nõ eo mõ quo posuit Auicebron, sed medio modo, & hãc sententiã videtur sequi Alexander Alensis in secunda parte suę Theologię, & D. Bonauẽtura, & Riccardus de media villa in pręsenti distinctione, sic etiam, & Aureolus, q.20. mẽb. 2. art.2. omnes isti conueniunt in hoc, essentiam Angeli, & animarum nostrarum esse compositam ex materia & forma. Aliqui tenent Angelos esse actus puros, & ex-

& expertes penitus omnis compositionis: & hanc
tribuit Auerroes ipsi Aristoteli secundo cæli. & 12.
Cómen.36 metaph. eandem sententiam insinuat Iamblicus in
Cómen.38 libro de mysterijs Aegyptiorũ, & Proclus libro de
anima, & dæmone, author libri de causis. Aliqui te-
nent Angelos esse compositos ex actu & potentia
ex quod est, & quo est, seu ex esse, & essentia, quæ est
compositio metaphysica, & hanc veritatem docet
Cap.4. Sanctus Tho. hic, & Boetius in libro de duabus na-
turis. Dionysius de diuinis nominibus. Albertus
in libro de quatuor coæuis; Aegidius, Eruens, Hen
ricus, Argentina, & Durandus in præsenti loco, vbi
vno animi consensu asserũt in Angelis non esse ma
teriam proprie dictam, sed tantum similitudina- B
rie, quæ facit compositionem metaphysicam, vnde
Cap.5. Sãctus Thomas vocauit istam materiam in libello
de ente, & essentia æquiuocè materiam.

Secunda conclusio. In substantijs materialibus
& corporeis, principium indiuiduationis est mate
ria vno modo, & quantitas alio modo: hanc ponit
q.77. art.2. Sanctus Thomas tertia parte. & ratio est; quia de ra
tione indiuidui duo sunt, vnum vt nõ sit in aliquo,
alterum verò, vt sit diuisum ab omnibus alijs; sed
primum habet à materia, secundum verò habet à
quantitate, igitur conclusio vera: circa quam atten
de, quod sunt diuersæ sententiæ etiam inter Tho-
mistas, nedum inter Auerroistas, & Scotistas, Ca- C
preolus, namque de mẽte Sancti Thomæ tenet con
Cap.4. clusionem præpositam hic; Caietanus in libello de
ente, & essentia, voluit principium indiuiduationis
esse materiam signatam, quo ad incommunicabi-
litatem, & distinctionem. in primam verò partem
q.29. art.1. Sancti Thomæ tenuit principium indiuiduationis
esse materiam præhabentem naturam quantitatis.
Cap.21. Ferrariensis primo contra gentes impugnat hanc
opinionem, & tenet principiũ indiuiduationis esse
materiam sub quantitate, sic etiam Grisostomus
Quæst.15. Iauellus in quæstionibus suis super quintum Meta
physices. vbi asserit benè materiam signatam esse
principium indiuiduationis, sed per materiam si- D
gnatam intelligit ipse materiam cum potentia ad
quantitatem, ita quod sit receptiua huius, & non il
lius; Paulus Soncinus latius disputat de hoc nego
tio super septimum Metaphysices per quinq; quæ-
stiones, & multa inordinate dicit, tandem videtur
concludere quantitatem maxime concurrere ad
indiuiduationem. Inter Auerroistas etiam sunt va
riæ opiniones, & in primis adest Trusianus plusquã
commẽtator, qui in secundo Techni, asserit formã
esse principium indiuiduationis per se. Suessanus
in dilucidario suo. 5. Metaph. asserit primam mate
riam esse principiũ indiuiduationis per se, & prin-
cipaliter; dispositiuè verò esse dispositionem inter E
minatam. Zimara in quadam peculiari quæstione
asserit materiam, & formam esse intrinseca princi-
pia indiuiduationis, extrinseca vero esse agens, &
tempus, & quantitas, & omnia quæ requiruntur ad
esse indiuidui, sic etiam sustinere videtur Michael
de Palatio Granatensis in præsenti loco. Scotistæ
vidẽtur conuenire in suis heccaitatibus, quas repe-
rit eorum magister Scotus, quod principium indi-
uiduationis dicitur heccheitas. Ocham, & Adam,
& omnes ferè nominales in præsenti loco videntur
labefactare hoc quæsitum dicentes nõ esse quæren
dam aliã causam indiuiduationis à causa naturæ,

A ita quod quælibet res, sicuti ex se est formaliter ta-
lis naturæ, ita ex se est indiuidua, & singularis. sed
quænam sit nostra sentẽtia in præsenti quæsito ostẽ
dimus in dilucidationib. nostris super 5. Metaph. Dilucid. 6.

Tertia conclusio. Indiuiduatio aliter conuenit
Angelo quam homini, scribitur hæc a S. Thoma in Dist.3. q.1.
præsenti loco. ratio est, quia incommunicabilitas, art.2.
& indiuiduatio conuenit homini ex hoc, quia na-
tura sua recipitur in materia, sed natura Angeli nõ
est receptibilis in materia, igitur conclusio vera, &
est authoris in libro de causis, vbi dicit qđ indiui- Propositio
duatio intelligentiarũ est bonitas pura, & simplex. ne quinta.

Quarta conclusio. Angelus nõ est informatiuus
B materiæ, nec ei vniri potest vt forma, hanc ponit
Sanctus Thomas hic, & p.p. & ratio est, quia nulla q.51. art.2.
substantia habens in se integram naturam, seu com-
pletam suæ speciei potest esse naturaliter informa-
tiua alicuius materiæ, sed quilibet Angelus est hu-
iusmodi, igitur nullus Angelus potest esse forma
informatiua materiæ. Nota circa istam conclusio-
nem quòd maxime agitatur inter Philosophos &
Theologos, constat autem primo non posse Ange-
lum esse formã alicuius corporis sublunaris, tum
quia corpora omnia sublunaria corruptibilia sũt,
tum etiã quia sunt ignobiliora corpore humano,
& ita si Angelus non est forma humani corporis,
C nec potest esse forma alterius corporis, quibus ra-
tionibus potest refelli, quod ait Augustinus 3. ge- Cap.23.
nesis ad litterã, vbi docet singulis corporibus fuis-
se à Philosophis assignatam animam, & quod dæ-
mones constant ex corpore aereo, & igneo, Ange-
los autem nobiliores esse formas cœlestium corpo
rum, quod videtur etiam affirmare idem Augusti-
nus 8. libro de Ciuitate Dei, & hoc secũdum inten-
tionem Platonis. In via autem Aristotelis sunt di-
uersæ sententiæ, Nam Auerroes existimauit intelli
gentias nõ informare cœlum, sed tantum assistere;
quidam autem recẽtiores peripatetici, vt est Achi-
linus libro de Orbibus, & intelligentijs. & Miran-
D dolanus in libro de euersione singularis certami-
nis affirmant hanc esse sententiam Aristotelis intel
ligentias esse veras formas informantes. Stoici po-
nebãt in cœlo, Animam vegetatiuã quos sequitur
Tullius 2. libro de natura Deorum, & Plinius libro Cap.9.
2. naturalis Historiæ. Simplicius in primo libro de Cómé.35.
cœlo ponit in cœlo ipso animam sentientem, & in-
telligentem, quam sententiam Marsilius Ficinus Cómé.59.
tribuit Plotino. Philoponus vero tertio de anima
tribuit Platonicis: idem etiam sentit Auicẽnas 5. li Tract.2.
bro Metaphysic. ex Theologis quicunque dixerũt
Astra esse animata dixerunt etiam in cœlo esse ani-
mam intelligẽtem, vt docet Philo Iudæus libro de
E opificio sex dierum, & Origenes libro primo Pe- Cap.1.
riarchon. & Hieronymus in Ecclesiastes quod etiã
videtur defendere Aureolus, vt docet Author in-
fra, tamen secundum Sanctum Thomam sententia
Aristotelis non discrepat à conclusione præposita,
& ex hoc arguendi sunt quidam recẽtiores, qui in
lumine naturali vidẽtur asserere intelligẽtias posse
esse formas cælorũ, non aut in lumine Theologico,
quia hoc dicere secũdum Theologos videtur per-
tinere ad errorem Origenis, qui damnatur à Hie-
ronymo, & à Cirillo libro 2. contra Iulianum.

Quinta conclusio. Nulla species Angelica est de
se multiplicabilis in plura indiuidua eiusdem spe-

cici,

cici, hanc docet S.Th. pluribus in locis suæ doctri-
næ præsertim in disputatis de spiritualibus creatu-
ris, & ratio principalis est, quia carent materia, quæ
materia est causa indiuiduorum conuenientium in
specie, cum igitur Angeli sint absque materia se-
quitur quod nõ possunt conuenire in specie, & dif-
ferre numero. Circa hanc cõclusionem nota quod
Angeli sunt diuisi in bonos, & malos, boni in tres
Hierarchias. Hierarchia in tres ordines, sunt ergo
quidam Theologi qui vniuersaliter loquendo de
Trac. 2. q. 8 Angelis volunt omnes esse eiusdem speciei, huius
sententiæ fuit Albertus cognomento Magnus p.p.
summæ, & hoc dicit esse valde conforme doctrinæ
sanctorum, præsertim Athanasij in oratione ad An
Quol. 7. q. 8 tiochenum, & Basilij libro 3. contra Eunomium,
Cap. 3. quam sententiam sequutus est Henricus in Quoli-
betis. secunda sententia est Damasceni libro 2. de
fide orthodoxa, & Augustini 7. de Ciuitate Dei,
isti .n. sub dubio relinquunt quæstionem istam .i. di-
cunt .n. num Angeli sunt eiusdem speciei vel nõ sci-
ri non potest. tertia sententia asserit Angelos qui
sunt eiusdẽ Hierarchiæ vel ordinis, qui creati sunt
q. 20. mẽb. ad ea ministeria esse eiusdẽ speciei: hanc tenet Ale
sexto. xander Alensis secunda parte, Bonauẽtura, Scotus,
Durandus, Ocham, Gulielmus, Lichetus, Bargius,
& omnes ferè Scotistæ in præsenti loco, & addit Bo-
nauentura sententiam istam esse piam, & catholicã
Quæst. 2. cõtrariam verò esse prosumptuosam, & habet mul-
tas rationes quas adducit Marsilius in hoc libro.
quarta sententia est S.Thomæ, Eruei, & Romani
Aegidij, & omnium nostrorũ, vt patet in cõclusio-
ne, & est sentẽtia catholica, & Peripatetica, & quod
dixit Bonauentura excessit in illo quandoquidem
Cap 2. omnes boni Philosophi, vt Auicennas 5. Metaphy.
& Algazel, & Auerroes de mẽte Aristotelis hoc do-
Cap. 4. cent. Inter Patres habemus Diuum Dionysium li-
Cap. 21. bro de cęlesti Hierarchia, & Damascenum in secũdo
de fide orthodoxa, & Gregorium secundo mora-
lium, & Hieronymũ in Daniel, omnes .n. isti expres-
se concedunt conclusionem de facto.

Sexta conclusio. Angeli de potentia Dei possunt D
q. 50. art. 4. multiplicari, sub eadem specie: hæc videtur elici ex
dictis Sancti Thomæ p.p. hanc defendit Capreolus
in præsenti loco, & Ferrariẽsis secundo contra gen-
tes, & sumi potest ex exemplo quod ponit S.Tho.
de duabus albedinibus separatis, quod nõ possunt
esse eiusdem speciei, hoc .n. intelligitur secundum
potentiam Dei ordinariam, quia de potentia Dei
Cap. 4. q. 7. absoluta potest esse, licet contrariam opinionem
videtur tenere Caietanus in libello de ente & essen-
tia, & etiam Erueus in pręsenti loco.

Septima conclusio. Opinio tam Sancti Thomæ,
quam Scoti quod Angeli differunt specie vel non E
differãt substineri potest absque periculo heresis,
patet quia neutra est determinata ab Ecclesia, igitũ
vtraq; defendi potest, opinio tamẽ S.Thomæ pro-
Qõ. 51. a pter reuerentiam Sãctorũ dicenda est probabilior.

Septima conclusio. Angeli interdum assumunt
corpora: est Sancti Thomæ p. p. & ratio huius est,
quia substantia quæ non est corpus, nec habet cor-
pus naturaliter vnitum, & quandoque videtur vi-
sione corporali interdum assumit corpus, sed An-
geli sunt huiusmodi, igitur cõclusio vera, & est tam
communis Theologorũ, & ita certa vt opposita nõ
sit secura, tamen non diceremus esse de fide, quia in-
A fertur ex alia vera quidem, sed controuersa quod
Angeli careant proprijs corporibus in quibus ap-
pareant, certum est tamen apparitionem Angelorũ
corpoream non esse secundum imaginationem, vn
de tota ferè sacra scriptura est plena huiusmodi vi- Cap. 34
sionibus, scribitur .n. genesis tres Angelos humana
specie apparuisse Abrahæ. Habemus etiam de An-
gelo luctante cum Iacob. & de Raphaele comitan-
te Tobiam, & de Angelo confortante Christum in
horto, & plurimas alias apparitiones, legimus tum
in veteri, tum in nouo testamento. sed animaduer-
te hic, vt possis falsitatẽ fugere, & veritatem tueri,
quod Tertullianus libro de Carne Christi, & libro
de Resurrectione carnis, & libro 3. contra Martio-
B nem asserit duo quæ repugnant communi sentẽtię
Theologorum, primum quod Angeli assumũt cor
pora ad vnionem hipostaticam, & hoc est falsum,
quia corpus assumptum non vnitur Angelo, nec vt
formæ, nec vt personæ, sed tantum vt motori repre
sentato per illud. Alterum vero quod dicit Tertu-
lianus quod corpus assumptum ab Angelo est verè
compositum ex quatuor elementis, et hoc dictum
non potest stare, qui si ita esset non ita facile dispa-
reret, propterea illud dicitur esse condensatum ex
aere, et sic figuratur et coloratur.

Octaua conclusio. Deus in apparitionibus vete-
ris testamenti non apparuit personaliter, sed Ange-
C li apparuerunt qui nomine Dei loquebantur, hæc Cap. 7.
patet ex verbis Stefani in actis Apostolorũ. vbi ait Cap. 3.
Angelũ fuisse qui apparuit Moysi in flamma ignis,
et Paulus ad Galathas inquit legẽ ordinatam esse Cap. 29.
per Angelos in manu mediatoris .s. Moysi, qui erat
mediator inter Deum, et populum. Et tamen scri-
bitur Exodi Deum tradidisse legem Moysi ex quo
patet veritas conclusionis. Hinc non est sustinẽdus
author imperfecti operis, qui dicit, apparitiones
noui testamenti fuisse factas per Deum immedia- Hom. 4.
te, quia de mente Augustini, tam apparitiones vete
teris, quam noui testamẽti factæ sunt mysterio An-
gelorum. etiam illa quando apparuit Spiritus San- Matth. 3.
D ctus in specie columbæ, quam columbam vult San- q. 39. art. 7.
ctus Thomas tertia parte, fuisse verum animal,
sic tenet Cartusianus de mente Ambrosij, Anselmi,
et Tertuliani. oppositum tamen sustinet Caietanus Dist. 17. q. 3.
de mente Augustini, et Grisostomi, quod etiam ali
quando affirmauit Sanctus Thom. primo senten- Cap. 3. q. 84
tiarum, et Aegidius, et Durandus sic, et Abulensis
in Matthæum, et hanc opinionem sequi debemus.

Nona cõclusio. Angeli in corporibus assumptis Art. 3.
nõ exercẽt opera vitę: hanc ponit Sanctus Thomas
vbi supra. et ratio est, quia corpora assumpta ab An
gelis non viuunt, ergo nec opera vitæ per eos exer- Dist. 8. q. 5.
E ceri possunt, et ex hoc arguendus est Scotus in hoc
libro, qui asserit Angelos verè, et proprie comedere,
et conuertere cibum in suam substantiam, quæ sen
tentia reijcienda est, quia sequitur ex ista cõtra sa-
cros doctores manducationem Christi post resur-
rectionem non esse bonum argumentum ad pro-
bandam ipsam resurrectionem. Arguendus etiam Cap. 72.
est Vualdensis, qui Tomo de Sacramentis asserit
conuersionem cibi factam esse in substantiã Chri-
sti per transubstantiationem, et tenendum est cum
Sãcto Thoma, quod comedere est opus vitale con-
tra Scotum, et nõ proprie cõpetit Angelis, et quod
cibus assumptus à Christo post resurrectione fuit

reso-

resolutus in præiacentem materiam, et eius comestio fuit vera comestio, & non figuratiua vt comestio Angelorum.

Decima conclusio. Lamiæ, & strigæ aliquando Deo permittente de loco ad locum deferuntur, & id raro accidit, hæc cõclusio asseritur contra nonnullos negantes hãc veritatem, vt refert Franciscus de Victoria in relectione de Artemagica, & adducunt pro ipsis Augustinum 18. de Ciuitate Dei, (Qõ. vnica.) oppositum tamen sustinet ipse victoria, & Gabriel in (Dis. 8. qõ. 2.) hoc libro. & Caietanus in secundam secundæ San- (q. 95. art. 3.) cti Thomæ, & Alphonsus de Castro de iusta puni- (Cap. 16.) tione hereticorum. Et si aliquando per illusionem dæmonis istæ fœminæ decipiant, & per imaginationem illudantur à dæmonibus, nec transferãtur de loco ad locum cum putant se transferri, nec occidunt pueros, cum putant se occidere, aliquando tamen, vt diximus transferuntur, licet raro, de qua re consulendus est Syluester libro de Strigibus.

Vndecima conclusio. Intelligere Angeli non est (q. 54. art. 1.) sua substantia: hãc docet S. Tho. p. p. est ratio, quia intelligere angeli nõ est subsistẽs, sed substãtia eius est subsistẽs: ergo intelligere Angeli nõ est eius substantia. Circa quam conclusionem nota esse sententiam quorundam philosophorum existimantium intelligentias esse actus puros, ex consequenti non distingui intellectionem ab eorum substantia, hu- (Cõmẽ. 25.) ius sententiæ fuit Auerroes 12. Metaph. & Alexãder (Cõmen. 23.) Aphrodiseus; Philoponus, & Themistius tertio (Dis. 7. q. 2.) de anima. Inter Theologos Durãdus, & Gregorius Ariminensis in hoc libro arbitrantur intellectionẽ nil aliud esse nisi puram relationem præsentiæ rei intellectæ, ita vt intelligere nil aliud sit, quam obiectum repræsentari intellectui, quemadmodum lucere nil aliud est, quam solem præsentem esse aeri. (Quolib. 3.) huius sententiæ meminit Brucus in Quolibetis. (Quæst. 8.) tertia est sententia cõmunis Theologorum, & Ma- (Quæst. 24.) gistri, & Marsilij hic, Alexandri Alensis secundæ partis summæ suæ, qui affirmant intellectionem esse quippiam absolutũ, distingui actum realiter à substãtia intelligentis, sicuti propositum est in conclusione de mente Sancti Thomæ.

Duodecima cõclusio. Virtus intellectiua ipsius Angeli non est eadem cum eius essentia, est Sancti (Art. 3.) Thomæ vbi supra, & ratio est, quia secũdum diuersitatem actuum est diuersitas propriarum potentiarum perfectibilium per illos, sed esse, & operari sunt actus realiter diuersi in Angelo, imò & in omnibus creaturis, ergo requirunt potentias perfectibiles realiter diuersas, sed huiusmodi potẽtiæ sunt essentia, & virtus, seu potentia operatiua, igitur quũ dum in Angelo, sed in omnibus creaturis realiter distinguuntur essentia, & potentia operatiua: hanc (Tract. 4.) conclusionem sustinet Albertus prima parte sum- (Cap. 11.) mæ. Et Aegidius in Quolibetis, cui sententiæ etiam (Cap. 3.) fauet Dionysius de cœlesti Hierarchia, Damascenus secũdo libro de fide orthodoxa. Diuus Augu- (Cap. 18.) stinus libro de scala paradisi. Diuus Anselmus de (Quæst. 21.) casu diaboli. Magister sententiarum hic, & Alensis in secunda parte. Cõtrariam tamen sententiam sustinet Durandus, Gabriel, Gregorius, Marsilius, & Scotus, multi etiam ex societate Iesuitarum defendunt has propositiones, necesse est aliquam naturam creatam esse immediatum principium operationum secundam, substantia quælibet creata se ipsa immediate est principiũ suarum passionum, tertiam, potentia operatiua distinguitur tantum ratione à sua essentia, quæ propositiones sunt expressè cõtra Aristotelem 9. Metaph. vbi docet actũ (Tex. 21.) & potentiam esse in eodem genere, de qua re lege Caiet. in p. p. Sancti Thomæ. & Ferrariensem 4. libr. (q. 77. art. 1.) contra gentes. (Cap. 24.)

Tertiadecima conclusio. In Angelis non habet locum distinctio intellectus agentis, & possibilis, sicut in nobis, nisi æquiuocè loquamur. conclusio hæc est Sãcti Thomæ prima parte. & ratio est, quia (q. 54. art. 4.) in nobis intellectus agens, & possibilis est per comparationem ad phantasmata; quæ quidẽ comparantur ad intellectũ possibilem, vt colores ad visum, & ad intellectũ agẽtẽ, vt colores ad lumen, vt (Tex. 9.) docuit Arist. 3. de aia, sed hoc nõ habet locũ in Angelis, igitur distinctio intellectus agẽtis, & possibilis nõ est in eis, vt in nobis, nisi æquiuocè loquamur.

Nota circa hanc conclusionem, quæ tota est philosophica; tres esse sententias; prima est Sãcti Thomæ quam expressimus in conclusione eamque sequũtur omnes peripatetici, vt patet ex 12. Metaph. (Tex. 52.) per Auerroem, & Alexandrum aphrodiseum, secũda (Dist. 11. q. 3.) est sententia Scoti in hoc libro, Gabrielis, Gulielmi de rubione. Ioãnis de Bassolis, Bargij, & omnium ferè nominalium; asserentium in Angelis reperiri intellectum agentem, & possibilem, sicut in Adam, & in Christo Domino: quæ sententia ab omnibus tanquam falsa reijcitur. & conuincitur pluribus rationibus, quibus nostri vtuntur. tertia est sententia quorundam recentiorum Theologorum, ex Iesuitis, volẽtium discordiam inter Sanctum Thomam, & Scotũ, esse potius de nomine quam de re, & decipiuntur, quandoquidem labefactare videntur ingenium subtile ipsius Scoti, impugnantis hanc veritatem.

Quartadecima conclusio. Angeli non omnia cognoscunt per essentias suas, sed per species connaturales, & concreatas: hanc docet S. Tho. vbi supra. (q. 55. art. 1.) & ratio huius est, quia essentiæ Angelorum non se extendunt comprehensiuè ad omnia, cum hoc sit proprium diuinæ essentiæ qua Deus perfectè omnia intuetur, sed determinatæ sunt ad genus, & speciem, igitur cõclusio vera quoad primam partem; quò ad secundã probatur sic. Angeli assimilantur corporibus cœlestibus quo ad perfectionem, igitur intelligunt omnia; & non per propriam substantiã; ergo per species connaturales, & concreatas, sicuti cœli habent suam perfectionem ex propria natura.

Circa hanc conclusionem, nota quod sunt tres sententiæ quarum prima est peripateticorũ, nempe Alexãdri, Auerrois, Olympiadori, Simplicij, & aliorum ponentium intelligentias esse actus puros. isti enim dicunt Angelos non cognoscere per species, sed per propriam substantiam ea quæ cognoscunt. secunda est sententia illorum qui negant totaliter species esse necessarias, tam in intellectione hominum quàm Angelorum, & est ferè omnium nominalium; quam docuit Ochã in hoc libro, & sequu- (Dis. 3. q. 15.) tus est Aureolus, Gregorius, Gabriel, & Durandus qui negat etiam in cognitione sensitiua dari species. Hẽricus in Quolibetis videtur varius quia ali- (Quol. 4. q. 5.) quando ponit Angelos intelligere omnia per habitum naturalem illa repræsentantem; aliquando videtur dicere Angelos intelligere omnia per suam sub-

substantiam, & aliquando docet Angelos intelligere omnia per species à rebus acceptas; rei tamen veritas est quam explicauimus in conclusione; eãq; docuit Alexãder Alensis in secũda parte suæ Theologiæ; & Albertus in secũda parte summæ tractatu quarto, & Romanus Aegidius in Quolibetis, & est Diui Augustini 2. libro super Genesim ad litteram, vbi docet quod cætera quæ infra Angelos sunt ita causantur, vt primo fiant in cognitione rationalis creaturæ, ac deinde in genere suo: est etiam & Diui Dionysij lib. de diuinis nominib. vbi asserit quod Angeli illuminantur rationibus rerum, per quas rationes intelligit species ipsas.

Quæst. 24.
q. 14. quol. 5.
Cap. 3.
Cap. 4.

Quintadecima conclusio. Quilibet Angelus intelligit seipsum per essentiam suam, & non per speciem superadditam. Hanc docet S. Tho. vbi supra; & ratio est, quia omnis forma intelligibilis subsistens intelligit seipsam per seipsam, sed quilibet Angelus est huiusmodi cum sit immaterialis; igitur conclusio vera.

q. 56. art. 1.

Nota circa hanc cõclusionem esse varias sententias; nam aliqui sustinent Angelum nullo pacto posse se cognoscere per suã essentiam; sed bene per quandam speciem intelligibilem superadditam, de numero quorum est Marsilius in hoc libro, & hanc quoque sententiam sequutus est Aureolus. alij dicunt quod angelus cognoscit se per quendã habitum scientialem superadditum angelico intellectui, per quem se, & omnia alia cognoscit, de numero quorum est Henricus Gandauensis in Quolibetis. Inter discipulos Sancti Thomæ est aliqua diuersitas, circa sensum conclusionis, sed non circa conclusionem ipsam: nam Ferrariensis expositor libri contra gentiles, vult tertio contra gent. essentiã angeli vniri intellectui angelico in ratione speciei, & principij formalis, & concurrere, vt principium efficiens ad ipsam intellectionem, tanquam principium quo ipse angelus seipsum cognoscit. Caietanus vult essentiam angeli nõ esse separatam ab intellectu angelico, sed habere intimam vnionẽ, & maiorem quam esse possit inter intellectum, & quamcunque speciem intelligibilem. aliqui vero ex nostris Hispanis, ponunt etiam essentiam angeli inhærere intellectui angelico; sed verior est opinio ipsius Caietani quam probat in commentarijs suis super hanc conclusionem ex dictis Arist. & Sancti Thom. quia cognoscens, & cognitum coniuncta esse debent, tanquam vna causa completa actus secundi in fieri, & in esse. & sic est sequenda veritas, & sensus conclusionis supradictæ.

q. 7. art. 1.
Quolib. 5.
Cap. 51.

Sextadecima cõclusio. Essentia ipsius angeli est sufficiẽs principium quo angelus intelligit Deum naturali cognitione, nec indiget alia specie superaddita: hanc docet S. Tho. vbi supra. & ratio huius est, quia omnis forma intelligibilis, actu aliquid naturaliter repræsentas est sufficiens principium intellectionis illius repræsentati; sed essentia angeli sic se habet respectu Dei, igitur conclusio vera.

Art. 3.

Circa quam notandum est quod sunt duæ sententiæ, quarum prima est Sancti Thomæ, quam expressimus in cõclusione: secũda est Marsilij in præsenti libro, & ipsius Scoti, & omniũ ex secta Scotica hi enim volunt angelum non cognitare Deum per propriam essentiam, sed per speciem intelligibilem superadditam: quæ sentẽtia reijcitur pluribus rationibus à Caietano, vt est videre in expositione huius loci, & à Ferr. vbi supra; & sententiam S. Thomæ sequũtur quamplurimi inter quos est D. Bonauentura in præsenti loco, & Romanus Aegidius.

Quæst. 7.
Quæst. 9.

Decimaseptima conclusio. Angeli per eandem speciem intelligunt plures quidditates, & quanto angelus est superior, tanto per species pauciores, & vniuersaliores intelligit; est S. Thomæ vbi supra. & ratio est, quia omnis intellectus, quanto est primo intellectui similior, tanto est vnitior, & simplicior, & per pauciora intelligit suum obiectum intelligibile; sed angeli quanto sunt superiores tanto sunt primo intellectui similiores, igitur conclusio est vera. (q. 55. art. 3.)

Circa quam nota, quod est varietas opinionum inter Theologos de hac re. Aliqui volunt, vt est Romanus Aegidius in præsenti loco: nullam speciem esse in angelis, quæ nõ repræsentet saltem duas vel tres quidditates rerum; quia species angeli etiam infimi, vniuersalior est, quam species humani intellectus, quæ repræsentat saltem vnam quidditatem, igitur species angeli proptẽr suã vniuersalitatem, plures repræsentabit. Aliqui dicunt, vt est Gulielmus de Rubione, & Marsilius, quod species quæ reperiuntur in angelis infimæ hierarchiæ, repræsentãt tantum vnam naturam, & illa maior, & minor vniuersalitas attenditur penes indiuidua. Alij verò asserunt vniuersalitatem specierum attendi penes naturas quę actu sunt modo in rerum natura, & penes aliquas possibiles, quæ nunquam erunt, vnde dicitur species vniuersalior, eo quod plures quidditates possibiles repræsentabit, & hanc sententiã videtur sequi Gabriel hic. Aliqui vero dicunt ad maiorem vniuersalitatem specierum in superioribus angelis non esse necesse plura indiuidua repræsentare vel plures quidditates, sed satis est repræsentare plures rationes, vel plures modos intelligibiles circa eandem rem, & hanc sententiam videtur sequi Capreolus hic: rei tamẽ veritas est quod species in angelis inferioribus vna, vnam repræsentat naturam cũ suis indiuiduis, & quod vniuersalitas huius speciei attenditur pẽnes repræsentationem plurium, vel paucarum naturarum, cum omnibus suis indiuiduis, & rationibus intelligibilibus, & connexionibus prædicatorum, vide de hac re Caietanum, vbi supra.

Decimaoctaua conclusio. Intellectus angelicus per eandem formam intelligibilem intelligit naturam communem speciei, & omnia eius indiuidua, & singularia, Est S. Thomæ vbi supra. & ratio huius est, quia forma intelligibilis repræsentans actu, & perfecte ea quæ spectant ad naturam specificam rei, & ad principia indiuiduationis, est sufficiẽs principium cognitionis rei in vniuersali, & in singulari, sed formę intelligibiles existẽtes in intellectu angelico sunt huiusmodi; igitur conclusio vera. (q. 57. art. 2.)

Circa quam nota esse diuersas sententias; nam Scotus in hoc libro, & Ioãnes de Mayronis, sicut, & Franciscus de Mayrones tenent nullo modo angelos posse habere cognitionem singularium per species vniuersales. Diuus Bonauentura in præsenti etiam loco aie cognitionem singularium in angelis fieri per applicationem speciei vniuersalis; intellectus enim angelicus habens speciem vniuersalem hominis, poterit applicare illã Petro, Ioãni, & Martino (Dist. 3. q. 2. — Dist. 3. q. 2. — Distinctio 7.)

tino, & sic alijs singularibus, & hoc pacto ea cognoscit. Distin. 7. Herueus in hoc etiam libro sustinet satis esse ad cognitionem singularis, speciem vniuersalem, hanc speciem vniuersalem, docet determinandam esse à singularibus, ad eum modum quo agens vniuersale determinatur à singularibus. Nominales, excepto Gregorio Ariminensi, dicunt; ad cognitionem singularium, nullam speciem requiri, sed sufficit eorum præsentia. Aliqui verò sustinēt probabilissimam esse sentētiam Scoti in qua innuitur angelos cognoscere singularia per species ab eis receptas; rei tamen veritas est, quam posuimus in conclusione ad mentem S. Thomæ.

Decimanona conclusio est. Non omnia intelligit angelus simul, & in actu quorum species apud q.58. art.2. se habet, sed aliqua sic, & aliqua non. est Sancti Thomæ vbi supra. & ratio huius est, quia ea sola intelligit intellectus angelicus simul, quæ eadem, & vnica operatione possunt exprimi, sed illa tantummodo exprimuntur quæ per eandem speciem intelligibilem repręsentantur; igitur non omnia intelligit angelus simul quorum species tenet apud se. Adde quod ab vnica potentia, non possunt simul exire distinctæ operationes.

Nota quod oppositum huius conclusionis sustinet Gregorius Ariminensis in præsenti loco, & Aureolus, & volunt esse de mente Arist. & com. sed decipiuntur, quia neque Arist. neque commentator. posuit in angelis species aliquas.

Vigesima conclusio est. Angelus non intelligit q.58. art.3. cum discursu. hanc docet S. Tho. vbi supra. & ratio est, quia intellectus qui non acquirit sciētiā ignoti per aliquid prius cognitum, non est proprie discursiuus; sed quilibet intellectus angelicus est huiusmodi, quia cognita aliqua natura ab eo, cognoscūtur omnia quæ illi naturæ attribui, & remoueri possunt, igitur proprie angelus non intelligit cum discursu.

Et nota quod conclusio præsens non est de fide, sed cadit sub opinionibus, ꝓpterea Scotus, & Gregorius Ariminensis hic oppositum huius conclusionis sustinent; Et decipiuntur, quia cōclusio Sancti Thomæ non intelligitur de discursu successionis, sed causalitatis. & ex hoc etiam arguendus venit Bartholomæus Torres qui dicit sententiam Diui Thomæ esse probabiliorem, de angelo malo, q non discurrit circa cogitationes, & secreta nostri cordis, & supernaturalia; nam non est diuidenda conclusio de bonis, & malis angelis; cum in ea non scrutētur nisi naturalia angelorum, in quibus conueniunt tam boni, quam mali angeli.

Vigesimaprima conclusio est. Vnus angelus cognoscit alium per speciem intelligibilem in suo intellectu existentem, & non per essentiam illius. Hæc conclusio est certa de fide, quia sæpe legimus angelos ad inuicem colloqui, quod esse nō potest absq; cognitione, vt patet apud Danielem.

Circa quam conclusionem nota quod aliqui dicunt de mente Arist. Cap. 10. Primam intelligentiam nihil extra se cognoscere; & sic volūt negare conclusionem præsentem; sed decipiūtur quia verum est primam intelligentiam nihil extra se intelligere, accipiendo cognitionem ab illis.

Vigesimasecūda conclusio est. Vnus angelus nō potest cognoscere alium per eius essentiam, cognitione abstractiua. Elicitur hęc ex doctrina S. Thomæ vbi supra. & rō huius est, quia cognitio abstractiua est rei absentis, & per speciē ab ea abstractam; hoc autem non potest competere essentiæ angeli.

Vigesimatertia conclusio est. Vnus angelus non potest alium cognoscere per essentiam ipsius cognoscentis. Elicitur, & hæc ex doctrina Sancti Thomæ vbi supra. & ratio, quia essentia vnius angeli nō habet rationem causæ, neque effectus respectu alterius angeli, neque habet sufficiētem proportionē, & similitudinem cum alio angelo: igitur non potest esse principium cognoscendi alium angelum.

Vigesimaquarta conclusio est. Necessario ponēdæ sunt species superadditæ repręsentātes alios angelos in intellectu vnius angeli. Elicitur, & hæc ex doctrina Sancti Thomæ vbi supra. & ratio est, quia quilibet angelus potest alios cognoscere cognitione abstractiua; sed huiusmodi cognitio non potest fieri per essentiam angeli cogniti; ergo necesse est vt fiat per species superadditas: & ex istis conclusionibus excluditur error Auicennæ qui posuit angelum inferiorem cognoscere superiorem per suam essentiam. Excluditur etiam opinio Ferrariensis . . . . . qui dicit vnum angelum non cognoscere alium per essentiam de facto, sed bene de possibili. Excluditur etiam opinio Scoti qui ponit Dist. 3. q. 8. vnum angelū cognoscere alium per essentiam propriam cognitione intuitiua. Excluditur quoq; opinio Alberti Magni in secunda parte summæ, qui di Quæst. 25. cit angelum superiorem cognoscere inferiorē per essentiā propriā, cū sit actualior, & immaterialior.

Vigesimaquinta conclusio est. Angeli cognitione naturali nō cognoscūt mysteria gratiæ: est Sancti Thomæ prima parte & ratio est, quia mysteria q.57. ar. 5. gratiæ pendent ex pura voluntate Dei, & sunt supra ordinem totius naturæ quantum ad esse, & quantum ad modum, igitur nullo pacto ipsi angeli possunt cognoscere mysteria gratię. Et ex hac conclusione arguendus est Scotus qui 4. sent. voluit om- Dist. 10. q. 9. nes angelos naturali lumine posse cognoscere mysteria gratiæ postquā facta sunt, & omnes habitus infusos supernaturaliter nobis, & hoc, loquēdo de angelis bonis, quia angeli mali diuina virtute impediuntur à cognitione ista. Quę opinio Scoti videtur erronea, & impugnatur ab omnibus ferè Theologis, quia habemus mysterium incarnationis postquam factū fuit, esse incognitū angelis; vt testatur D. Dionysius lib. de cœlesti Hierarchia, ex verbis Cap. 7. Esaiæ; Quis est iste qui venit de Ebdom? Cap. 63.

Vigesimasexta conclusio est. Angeli non cognoscunt per compositionem, & diuisionem, licet compositionem, & diuisionē intelligant: est Sancti Tho q.58. art.4. mæ vbi supra. & ratio est, quia intellectus in prima appręhensione alicuius primi appręhensi obiecti, cognoscens statim quæcunq; possunt illi attribui; intelligit non componēdo, nec diuidendo, sed intellectus angelicus est huiusmodi, igitur conclusio vera, licet nō sit de fide, sed probabilis, & vera, cum habeatur à D. Dionysio lib. de diuinis nominibus, Cap. 7. vbi dicit angelos intelligere ea quæ intelligunt, simplici intelligentia; sicut & intellectus noster in prima sui operatione, et consequenti non componit, nec diuidit, nec syllogizat, etsi cognoscat compositionem, & diuisionem, & syllogismum.

Vigesimaseptima conclu. est. In intellectu angeli

per

per se loquendo nõ potest esse falsitas, nec ignoratio
q.58.art.5. tia, nec error: hanc ponit S.Tho. vbi supra. & ratio est, quia angelus non cognoscit componendo, aut diuidẽdo, sed simpliciter intelligẽdo ipsum quod quid est, circa quod non potest esse falsitas, igitur conclusio vera.

Vigesimaoctaua conclusio. In intellectu angeli mali, potest esse falsitas circa supranaturalia, & co-
q.58.art.5. gitationes cordis: hanc ponit S.Tho. vbi supra. & rõ huius est, quia supernaturalia, & cogitationes cordis non cognoscuntur ab angelo malo, nisi per quasdam coniecturas, igitur de eis, potest habere falsam existimationem per accidens.

Vigesimanona cõclusio. In angelis est cognitio
q.58.art.6. matutina, & vespertina: hanc docet S.Thom. vbi supra. & ratio est, quia angeli cognoscunt res in verbo, & in seipsis, sed cognitio rerũ in verbo dicitur matutina, cognitio rerum vero in seipsis dicitur vespertina, igitur conclusio vera: quæ licet non sit de fide: nihilominus est communis ferè apud omnes
Cap.22. Theologos, & fundatur in D.Augu.lib.4. super Genesim ad litteram.

Trigesima cõclusio. Intellectum creatum angeli esse quandoque in actu, quandoque in potentia: semper tamen in actu respectu eorum quæ videt in
q.58.art.1. verbo, est propositio vera: est S.Tho. 1.p. & ratio est quia angeli quæ cognoscunt naturaliter, non actu omnia cõsiderant, quæ vero cognoscunt in verbo, actu semper contemplantur, cum beatitudo consistat in actu; igitur cõclusio est vera: non tamen est de fide, quia adsunt Doctores, qui eam non acceptant, sed errant.

DISTINCTIO IIII.

IN hac distinctione disputãt sententiarij de differentia angelorum per auersionem, & conuersionem ipsorum, & pro resolutione huius negotij ponitur prima conclusio talis.

Angelus in solis naturalibus cõsideratus potest,
q.63.art.1. & potuit peccare: est S.Th. prima parte. & ratio huius est, quia omnis voluntas potens non sequi ordinem suæ regulæ in suis actibus, potest deficere, & peccare, sed volũtas angeli derelicti suæ naturæ est huiusmodi, igitur conclusio vera: & de facto, hoc
Cap.3. testatur Ioannes ex verbis Saluatoris. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit.

Circa quam conclusionem notandum est quod fuerunt variæ sententiæ, si Deus posset producere aliquam creaturam ex natura sua impeccabilem, &
Dist.3.q.1. prima sententia fuit quam sequitur Durandus in hoc libro, qui mouens quæstionem an Deus creaturam aliquam creauerit impeccabilem, respõdet affirmatiue de creaturis irrationabilibus, de rationabilibus autem, etiam dicit, quod poterit esse aliqua creatura libera quæ per naturam suam sit impeccabilis quo ad legem naturalem. secũda est sen-
Dist.23. tentia opposita ipsius Scoti eodem loco, qui asserit quod Deus non potest producere creaturam intellectualem impeccabilem in ordine ad finem naturalem. tertia est sententia quæ asserit quod si angelus fuisset creatus, non ordinatus ad gratiam, sed tantum ad naturam, vtique esset impeccabilis, sed cum fuisset creatus in ordine ad finem supranaturalẽ de facto peccauit deficiendo ab illo. hinc prin-

A cipaliter, & consequenter etiam à fine naturali. Rei tamen veritas est probabilissima, licet nõ sit de fide; quod nulla creatura intellectualis est producibilis à Deo quę ex natura sua sit absolute, & simpliciter impeccabilis, & hæc est communis sententia patrum. Primo enim Augustinus in lib. de fide ad Cap.3.
Petrum, docet omnem creaturam esse mutabilem à bono in malum, & Diuus Hieronymus in Episto Cap.3.
lam ad Galathas hoc idem sentit, eandem sententiã habet Diuus Anselmus libro secũdo Cur Deus, Cap.10.
& homo; sic, & Diuus Gregorius lib.25. moraliũ, Cap.5.
& est sententia conformis sacris litteris apud Mat- Cap.19.
thæum, quia nemo bonus nisi Deus; imò, & creatu
B ra libera, licet per se, & immediate contra legem naturalem inditam cum natura peccare non possit, potest tamen mediate, & concomitanter, & hoc docet Caietanus de mẽte Sancti Thomæ in expositione huius conclusionis.

Secunda conclusio. Diabolus peccando appetijt æqualitatem Dei, nõ simpliciter, sed secundũ quid: est S.Thom. in disputatis de malo. & ratio est, quia q.16.art.3.
quicunque appetit habere finalem beatitudinem per virtutem suæ propriæ naturæ, licet non tantam, quantam Deus habet: appetit esse æqualis Deo, & esse vt Deus secundum quid, licet non simpliciter, & in hoc peccat, sed Diabolus fuit huiusmodi, igi-
C tur conclusio vera.

Circa quam nota etiam fuisse varias sententias Theologorum: nam Alexander Alensis in secunda parte summæ suæ videtur sustinere Diabolum appetijsse esse vt Deus Pater, quia sicuti Deus Pater à nullo depẽdet, ita voluit esse Diabolus, & mouetur ex communi dicto, quod Angelus appetiuit nulli subesse: & hanc sententiam sequutus est Gulielmus Cap.14.
Parisiensis libro de Vniuerso, & Burgensis in paraphrasi super Esaiam. Alia fuit sententia ipsius Car- Dist.5.q.1.
thusiani in hoc libro, quam dicit fuisse magni Alberti, & Diui Bernardi in canticis canticorũ, quod Cap.17.
diabolus appetijt esse vt Deus Filius, scilicet per
D vnionem hypostaticam, cũ natura humana: & hãc opinionem etiã sequitur Ambrosius Catharinus in opusculo de gloria bonorum angelorum, & de lapsu malorum. tertia fuit sententia quorundam asserentium Diabolum appetijsse esse vt Deus Spiritus Sanctus habendo beatitudinem proprijs meritis, & quicunque beatificandus esset, recognosceret gratiam ex ipso. Rei tamen veritas est quod angelus non potuit appetere diuinã æqualitatem per æquiparantiam, sed appetijt esse similis Deo, quia appetijt vt finem vltimum beatitudinis ad quem virtute suę naturę poterat peruenire, auertẽs suum appetitum à beatitudine supernaturali quæ est ex
E gratia Dei: & hoc docet Beatus August. lib.12. de Cap.1.
Ciuitate Dei, vbi ait. mali angeli à superiore bono ad propria defluxerũt: vnde sicut Deus sua propria natura est beatus, non habens superiorem, ita angelus voluit esse beatus non subijciens se ordini à superiore præstito. Hoc etiam habet beatus Grego- Cap.26.
rius libro 32. moralium, vbi dicit angelũ peccasse, quia voluit esse sui iuris. & hæc est sententia sequens, videlicet qđ diabolus peccando appetijt æqualitatem ipsius Sãctæ Trinitatis non simpliciter, sed secundum quid.

Tertia cõclusio. Primum peccatum diaboli fuit superbia: hanc docet Sanctus Thomas vbi supra. & q.63.art.1.
ratio

ratio est, quia omnis peccans in volendo inordinate præesse, & non volendo ordinate subesse, peccat peccato superbiæ; sed angelus primo peccans prædicto modo peccauit, vt supra dictū est, igitur conclusio vera.

Circa quam nota quod fuerunt diuersæ sententiæ, nam quidam dixerūt, vt fuit Petrus de Candia quod primus angelus peccauit peccato ingratitudinis, quia tenebatur reddere gratias de beneficijs receptis à Deo, & non fecit, & adducit pro se Diuū Bernardum in libro de gradibus humilitatis. Alij dicunt quod peccauit peccato hæresis, & infidelitatis, & fuit Ruggerius qui adducit Diuum Anselmum pro sententia sua libro de casu diaboli, vbi dicit quod diabolus peccādo, non credidit se esse à Deo puniendum. tertia est sententia aliorū Theologorum Louaniensium, asserentium primum peccatum angeli fuisse peccatum curiositatis, vt dicit Beatus Gregorius 10. lib. mor. quod à veritate cecidit curiose affectando, & illicite quod sperauit præsumptuose. quarta sententia est quorundam dicentium, peccatum diaboli fuisse inuidiam, quam habuit de natura humana quæ erat assumenda in vnitatem diuini verbi; & hanc videtur sequi Ambrosius Catharinus in libro de casu diaboli. quinta sententia est quorundam dicentium peccatum angelorum fuisse peccatum luxuriæ, non quidem proprie dictæ, sed metaphorice, quia in hoc peccato diabolus habuit maximam delectationē, & hāc docuit Scotus in hoc libro. quidam autem ex discipulis Scoti male ipsum intelligentes dixerunt peccatum angelorum, fuisse peccatū veræ luxuriæ; quia exarserunt amore filiarum hominū, & hęc sententia fundamentum habuit in antiquo errore philosophorum, arbitrantium dęmones esse corporeos, & sensibilium voluptatum capaces, vt refert Augustinus Eugubinus libro octauo de perenni philosophia. Franciscus de Mayronis ex discipulis etiam Scoti, tenuit, & tenet in hoc libro: quod primum peccatum luciferi fuit peccatum pręsumptionis, & deordinata dilectio sui ipsius. Sexta sententia quā tenuit Altisiodorēsis, quod primum peccatum angeli, fuit peccatum omissionis, quia tenebatur deliberare de cursu vitæ suæ, & nō fecit, & propterea, ante omisit, quam superbiret. septima sententia quam tenuit Præpositiuus, & Gilbertus Porrettanus, quod primum peccatum angeli fuit peccatum commissionis, quia cum duplex sit actus volūtatis, velle, & nolle, omne velle est actus positiuus; nolle vero est actus omissionis, & quia nolle psupponit aliquod velle, iccirco primus actus quo angelus peccauit, fuit volitionis, non autem nolitionis. Diuus Bonauentura in pręsenti loco dicit quod de peccato diaboli tripliciter loqui possumus. Primo quo ad inchoationem, & sic fuit inchoatum in pręsumptione, secundo quo ad consumationem; & sic fuit cōsumatum in ambitione; tertio quo ad confirmationē, & sic fuit inuidia, & odium: Inter tot, tantasque diuersitates Theologorum, tenenda est sententia Sancti Thomæ quæ est conformis sacris litteris, & patribus; scribitur. n. Initium omnis peccati est superbia: Diuus Augustinus lib. 14. de Ciuitate Dei dicit quod Angelus non est fornicator, neque ebriosus, sed superbus, & inuidus, & hæc opinio est ita certa, vt opposita non videatur secura, cum hoc idem teneat Diuus Hieronymus in commentarijs super Esaiam, & Damascenus secundo libro fidei orthodoxæ, & communiter hęc sententia ab omnibus ferè doctoribus sustinetur.

Cap. 23. | Dist. 6. q. 2. art. 2. | Cap. 22. | Dist. 5. q. 4. | Dist. 5. q. 1. | Cap. 6. | Cap. 4.

Quarta conclusio. Angelus malus non peccauit, nec peccare potuit in primo instanti suæ creationis: est Sancti Thomæ prima parte. cuius ratio est, quia nulla operatio angelica cuius causa principalis est Deus, & naturaliter est indita à Deo, habet rationem peccati: sed prima operatio angelica est naturaliter à Deo indita, quia per eā cōuertit se angelus ad naturalem sui cognitionem, & affectionem, igitur conclusio vera: & est ratio Durandi dicētis quod angelus in primo instāti quo fuerat creatus non potuit habere defectū, aliter creata à Deo non essent valde bona.

q. 63. art. 5.

Circa hanc cōclusionem nota quod narrat Thomas de Argētina tres opiniones in hoc libro, quarum prima est aliquorum dicentium quod angelus in primo instanti suæ creationis peccauit de facto, propterea creatus fuit homo ad restaurādum casum eius, quæ opinio est inter Parisienses articulos condemnata. Dicit enim articulus, quod error est dicere quod angelus in primo instanti suæ creationis peccauit: & hanc opinionem habuit quidā antiquus Doctor dictus Franciscus de Bernia. secunda opinio est, quam videtur sequi Scotus, hic qui dicit quod angelus in primo instanti suę creationis, non peccauit de facto, sed de possibili, quia potuit peccare, & hęc opinio etiā reprobatur, quia si potuisset peccare, peccatum suum à suo creatore depēdisset; propterea est tertia opinio quæ est Sancti Thomæ, expressa in conclusione, quod nec de facto, nec de possibili peccauit: & quo ad primā partem cōclusio est adeo certa vt oppositum sit damnatum in Concilio Bracharensi primo, & habetur de summa trinitate cap. firmiter, quod angeli sunt à Deo cōditi boni: & hanc veritatem habet etiam Diuus Bonauētura in pręsenti libro, & omnes ferè boni scholastici in hoc conueniunt: secunda vero pars conclusionis manet sub opinione Theologorum, quia Scotus vt diximus, Gregorius Ariminensis, Gabriel, & Marsilius, & omnes ferè Scotistæ tenent oppositum: sed probabilior est veritas quam supra insinuauimus.

Dist. 6. q. 1. art. 2. | Dist. 5. q. 2. | Can. 7. | Dist. 3. q. 2.

Quinta cōclusio. Angelus malus statim post primum instans suæ creationis, peccare potuit, & peccauit de facto. Ponit hanc Sanctus Thomas vbi supra. & ratio est, quia mali angeli in tertio instanti fuerunt damnati, propter aliquod peccatum pręcedens ipsam damnationem: igitur peccauerunt in primo, vel in secundo instanti, sed non in primo, igitur in secundo.

q. 63. art. 3.

Circa quam cōclusionem nota etiam quod fuerunt diuersę sententię Theologorum de morulis, seu instātibus angelorum. Aliqui enim ponūt tres morulas, primam in qua angeli omnes creati fuerunt in suis naturalibus: secūdam in qua mali peccarunt, & iusti meruerunt: tertiam in qua boni fuerunt in gloria, & mali in pœna: & hanc opinionem dicit Scotus, esse magistri sententiarum: secunda sententia fuit illorū qui dixerunt esse quatuor morulas, seu instantia: Primam in qua omnes angeli fuerunt in naturalibus suis: secundam in qua mali peccauerunt, & boni perstiterunt; tertiam in qua bonis

bonis apposita fuit gratia, & meruerunt; quartam in qua boni præmiati sunt, & mali simul condemnati: & hanc sententiã videtur fuisse sequutus quidam Ioannes de Ripis: Sanctus Thomas, videtur sequi tertiam sententiam, imponendo aliquando duo instantia, aliquando tria, propterea est discordia inter Thomistas: nam Capreolus hic videtur constituere tria instantia: in quorum primo omnes angeli habuerunt naturalem oppositionem: in secundo quidam meruerunt, quidam vero peccauerunt: in tertio boni receperunt præmium, mali vero pœnam æternam: & hanc sententiam sequuti sunt nostri Theologi Hispani, vt fuit Franciscus de Cap.110. Victoria, & Chano. Franciscus Ferrariensis tertio contra gentes duo tãtum instantia, seu moras constituit, in quorum primo omnes angeli meruerũt, in secundo boni fuerunt beati, & miseri damnati. Caietanus in expositione huius cõclusionis ponit etiam duo instantia; in quorum primo dicit omnes angelos fuisse pure viatores; in secundo illi qui continuarunt meritum quod habuerunt in primo instanti, receperunt mercedem, illi vero qui posuerunt obicem, & impedimentum iuerunt in supplicium æternum, & hęc est sentẽtia securior, & verior in doctrina Sancti Thomæ, quæ videtur de mente Beati Augustini in Ioãnem super illa verba. nemo potest venire ad me nisi Pater meus traxerit eum: Sententia Ferrariensis non potest ita sustineri, quia non potest assignari ratio, quare quibusdam data est gloria, & quibusdam non, quod non est ita in sententia Caietani. Opinio et Capreoli est facilior.

Sexta cõclusio. Primus angelus qui peccauit fuit q.63. art.8. supremus inter omnes: hanc ponit S. Thom. vbi supra. & ratio est, quia in supremo angelo fuit maius motiuum ad peccandum, nempe proprię excellentiæ: & hęc est sentẽtia beati Gregorij quarto libro Cap.11. moralium, & beati Augustini libro primo de mi- Cap.2. rabilibus sacrę scripturæ, & Isidori libro de sum- Cap.12. mo bono, & Origenis in Matthæum super illa verba, erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: & Tertulliani libro secundo contra Martianum. & Hom.7. Chrisostomi in homilia ad populum Antiochenũ, Cap.40. & Hieronymi in Iob: & Bernardi in libro de gradibus humilitatis, & communiter omnes ferè scholastici hanc sententiam sequuntur.

Circa quam nota quod Ioannes Damascenus tenet Cap.4. oppositam sententiam, dicens in primo libro fidei orthodoxæ, quod supremus angelus qui peccauit fuit supremus in ordine inferiori: quæ opinio cum sit tanti Doctoris est probabilis, & nullũ habet periculum, aut errorem, & temeritatem, potest enim esse quod illi qui ceciderunt, fuerint de inferioribus. tutior tamen est conclusio præposita.

Septima conclusio. Peccatum primi angeli fuit alijs causa peccandi, non cogens, sed quasi exhor- q.63. art.8. tatione quadam inducens: est Sancti Thomæ vbi supra. & ratio est, quia omnes dæmones subdũtur illi primo angelo peccatori, igitur eius suggestione peccauerunt; nam ordo iustitiæ expostulat, vt cuius suggestioni aliquis se subiecit in culpa, eius potestati subdatur in pœna.

Octaua conclusio. Plures angeli permanserunt in gratia, quam fuerunt illi qui peccauerunt: est q.63. art 9. Sancti Thomæ prima parte. & ratio est, quia natura semper sequitur suum effectum, vel necessario, vel

A vt in pluribus: igitur illa quæ sunt cõtra naturam, proueniunt contingenter, vel vt in paucioribus, sed peccatum cum sit cõtra naturalem inclinationem angelorum fuit contingenter, & in paucioribus, ex quo sequitur quod plures angeli permãserunt quã peccauerunt.

Sed nota hic, quod in hominibus hęc ratio non concludit, & hoc propter inclinationem eorum ad sensibilia. hinc deploranda est miseria humanæ naturæ quod inter omnes alias creaturas quæ consequuntur bonum, vt in pluribus, & malũ in paucioribus: ipsæ autem sequitur malum in pluribus, & bonum in paucioribus: & hæc veritas, ex verbis Saluatoris habetur apud Matthæum: Lata est via quæ Cap.7. B ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam: Salomon quoque dicebat: Infinitus est numerus stultorum. De qua re lege Alexãdrum Alen- q.110. mẽbro 3. sem in secunda parte summæ suæ: & Cardinalem Caietanum in primam secundam Sancti Thomæ: q.71. art.2. & Ferrariensem tertio contra gentes.

Nona cõclusio. Nomina Seraphin, & throni, nõ Cap 6. debent attribui illis angelis qui peccauerunt: est Sancti Thomæ vbi supra. & ratio est, quia Seraphim Art.7. significat charitatem quæ non potest esse cum peccato mortali: Thronus significat habitationẽ Dei, igitur hęc nomina non possunt conuenire angelis qui peccauerunt: & hęc conclusio est beati Cirilli Cap.12. C exponentis illud Apocalipsis, Draco traxit tertiam partem stellarum.

Vbi nota quod nomina scientiæ, & potestatis tribui possunt angelis peccantibus, vt patet apud Ezechielem, vbi nominatur Cherubin plenitudo scientiæ: tu Cherub, extentus, & protegens, posui te in monte Sãcto Dei, & Paulus ad Ephesios dicit: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates tenebrarum harum.

Decima cõclusio. Primus angelus qui peccauit, si permãsisset, duodecim priuilegia habuisset: modo autem perdita sunt ab eo: Conclusionem istam D ponit Isidorus in libro de summo bono. Cap.6.

Vbi nota pro eius intellectione quod primum priuilegium cõpetebat proprio nomini suo, quia ipse nominabatur Lucifer qui est pulcherrimus post solem omnium syderum: sic iste angelus post Deum erat pulcherrimus respectu omnium creaturarum. secūdum priuilegium habuisset, quod ipse fuisset creatura optima in conuersione ad ipsum Deũ, quia habebat meliora naturalia. tertium esset quia fuisset acceptissimus Deo; nam secundũ perfectionem naturalem consequutus esset excellentiam in gratuitis. quartũ quod esset fœlicissimus, E quia plus habuisset de merito quam quælibet alia creatura: quintum quod esset Deo simillimus, vnde apud Ezechielem dicitur, in signaculum simili- Cap.28. tudinis Dei. Sextum quia fuisset Deo familiarissimus, ipse enim erat supremus in Seraphico ordine: Septimum quod fuisset ditissimus, quod declarat ipse Isidorus ex verbis Ezechielis Omnis lapis pre- Cap.28. ciosus operimentum eius: vbi ponit nouem ordines lapidũ, quibus intelliguntur omnes perfectiones angelorum: Octauum, quia fuisset potentissimus, quia eius naturalia erant potentiora naturalibus aliorum angelorũ. Nonum quod fuisset princeps omnium, quia vt docet Dionysius in libro de

cœle-

cęlesti hierarchia, in quolibet ordine dẽt esse vnus q, est Princeps, & Hierarcha. Decimũ, quod suisset Pontifex omnium; nam cum esset Princeps omniũ ordinandorum ad vnum cultum diuinũ, esset etiã Pontifex. Vndecimum fuisset Doctor omniũ, quia illuminabat, & purgabat, & perficiebat oẽs alios, cũ esset Deo immediatissimus. Duodecimũ fuisset pater oiuni; & hoc nõ est intelligendũ quo ad substantialia, sed quo ad principatum. Istis modo priuilegijs est priuatus, paupertimusq; effectus est.

DISTINCTIO V.

IN hac præsenti distinctione iuxta communem interpretationem Theologorum, Disputat Magister de qualitate angelorũ: nempe quales esse &i sunt per auersionem, & conuersionem; & ponitur prima cõclusio talis. Angelus in primo instanti suę creationis fuit beatus beatitudine naturali: hãc docet S. Tho. 1. par. & ratio est sumpta ex quadã similitudine, quia sicuti corpora cęlestia in sua prima creatione habuerunt suã naturalem perfectionem ad quã viribus suę naturę pertingere poslent; ita etiam de angelis dicendum est, quia substantiæ corporales non sunt perfectiores substantijs spiritualibus, igitur angeli creati fuerũt in beatitudine naturali; patet etiam consequentia, quia naturales perfectiones ipse angelus non acquirit per motum discursiuum, sed statim, sicut & nos statim cognoscimus prima principia. Circa hanc conclusionem nota quod Alexander Alensis in 2. par. summæ suæ tenet omnes angelos, tam bonos, quã malos à principio suę creationis nedũ habuisse beatitudinem naturalem; sed etiã vidisse diuinam essentiam, sed non visione permanenti, sed transeunte, quam sententiam sequutus est Gabriel super canone missæ asserens hanc visionem fuisse amissibilem, quia nõ habebant eã per modum habitus, & statas; sic etiã, & Gregorius Ariminn. docet in hoc libro: sed decipiuntur omnes isti, quia loquendo de potentia ordinaria ipsius Dei, quicquid sit de potentia absoluta, dicẽdum est angelos fuisse creatos tantummodo beatos beatitudine naturali, quod expresse scribitur de summa trinitate, & fide catholica, vbi habetur quod oẽs angeli à principio fuerunt boni, & perfecti, & in epistola canonica Iudæ etiã scribitur de angelo malo, quod nõ seruauit suũ principatũ: principatus autẽ ipsius angeli, vt dictum est in eius priuilegijs, pertinebat ad cõiunctionem sui vltimi finis naturalis, & hoc etiam est de mente Augustini lib. 12. super Genesim ad litteram.

q. 62. art. 5.

q. 24. mẽb. primo.

Lectio. 31.

Dist. 4. q. 1.

Cap. 2.

Cap. 16.

Secunda cõclusio. Angelus non fuit creatus beatus beatitudine supernaturali: hæc habetur à Sancto Thoma vbi supra. & ratio est, quia finis vltimus naturæ angelicæ non debuit ei concreari, nec fuit cum ea cõcreatus, sed beatitudo supranaturalis est vltimus finis naturæ angelicæ, igitur Angelus non debuit i ipsa beatitudine supranaturali simul creari; Maior patet, quia ad talem finem angelus ipse peruenire debuit per meritum, & operatione gratuitam. Circa quam conclusionem nota quod est expresse contra Gregorium, & cæteros Theologos sustinẽtes angelos quoslibet vidisse Diuinam essentiam per modum transeuntis: & est falsa sententia istorũ, quia hoc priuilegium dicitur fuisse concessum Apostolo Paulo, & Moysi qui erat Doctor Iudæorũ, & Paulus magister gẽtium, vt scr bit Augu. in lib. de videndo Deum: sic etiã, & B. Greg. lib. 27. Mor. & Aug. Eugub. lib. 8. de perenni philosophia.

Cap. 35.

Tertia conclusio. Angeli suam beatitudinem supranaturalẽ meruerunt: hanc docet S. Thomas vbi supra. cuius ratio est, quia vt scribitur Apoc. Mensura angeli in illa cęlesti Hierusalem est mẽsura hominis: sed homo ad beatitudinem pertingere non potest, nisi per meritum, ergo neque angelus poterit habere beatitudinem nisi per meritum, Adde etiam quia beatitudo supranaturalis excedit facultatem ipsius angeli operantis, igitur per meritum ad eam peruenire debet. Circa quam nota, quod Marsilius in hoc libro narrat duas opiniones de hac re; quarum prima est Præpositiui, quam etiam sequitur Magister sententiarum quod angeli meruerunt beatitudinem per obedientiam firmam quam habent ad Deum, & per obsequia quæ nobis exhibẽt ad honorem ipsius Dei: secundam opinionem asserit esse Diui Thomæ in præsenti loco, vt expressum est in conclusione. ipse tamen sustinet, probabile esse quod meritum in angelis præcessit gloriam, sicuti demeritum in malis præcessit eorum casum: Rei tamen veritas est sequenda iuxta conclusionem præpositam, licet non sit de fide, sed cadat sub opinionibus Theologorum.

Art. 4.

Cap. 21.

q. 4. art. 1.

Quarta conclusio. Meritum angelorum, natura, & tempore præcessit eorum beatitudinem supranaturalem: hanc ponit Sanctus Thomas prima parte. & ratio est, quia quicunque per suam operationem est attingens finem excedẽtem virtutem operantis potius meretur, quam efficiat finem sed Angelus est huiusmodi igitur angelus meruit suam beatitudinem supernaturalem, quod autem prius natura, probatur quia semper naturalia præsupponũtur à gratia, & gloria, igitur prius natura fuit meritũ, quam præmium; quod autem fuerat etiam prius duratione, patet, quia necesse est, prius esse in via quemlibet viatorem quam in termino, sed via illa dicit durationem aliquam, igitur præmium fuit posterius duratione ipso merito. Circa quam conclusionem videtur quod S. Thomas in pręsenti loco videtur sustinere quod meritum non præcessit præmium tempore, sed natura tantummodo: in prima parte videtur sustinere oppositũ: propterea Capreolus, & Caietanus dicũt, q mutauit sentẽtiã in melius in prima parte. Syluestro in 2. parte Conflati displicet hæc responsio, dicẽs quod Thomistæ possent honestius, & cũ maiori honore S. Tho. loqui, & non dicere, quod prædicta in summa correxit, aut reuocauit: immo in hanc vsque diem non inueni ait ipse Syluester in doctrina eius, vel vnã quidem contradictionem, nisi ipse de ea mentionem faciat. Franciscus Ferrariẽsis 3. contra Gẽtiles asserit quod meritũ præcedens duratione præmiũ, intelligitur de illo merito quod fuit in primo instanti, non autem de merito, quod fuit in secundo, quia meritum in secundo instanti fuit simul cum præmio, & hoc non est incõueniens, quia meritũ, & præmium simul esse possunt, vt patet in Christo, qui simul fuit cõprræhensor, & viator. Nihilominus rei veritas est non de fide, sed probabilis, quod in eodẽ instanti durationis potuit simul esse meritũ, & pręmium stante tamen ordine naturæ, & hæc est

q. 62. art. 4.

q. 62. art. 4.

Cap. 109.

sententia Alberti in summa de quatuor coæuis; & A
q.6.art.2. Bonauenturæ, Marsilij, Argentinæ, Riccardi, Vdalrici, Cartusiani, & multorum aliorum Doctorum hic. Et si oppositum sustinere videantur Gabriel,
Distin.5. Ochā, & Durandus, simul cū Gregorio Ariminēsi.

Quinta concl. Possibile fuit angelum mereri suā beatitudinem in primo instanti suæ creationis vel
q.29.art.8. statim post primum instans: hanc ponit S. Thom. in disputatis de veritate. & ratio est, quia si angelus bonus in primo instanti suæ creationis nulla perfectione ad agendum necessaria caruisset, nullum impedimētum meriti habuisset, & actum dilectionis Dei super omnia indiuisibilem non successiuum elicuisset, ipse in primo instanti meruisset, sed hæc B oīa possibilia fuerunt haberi ab ipso angelo, igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod sunt variæ sententiæ Theologorum, nam aliqui volunt, quod angeli, in primo instāti suę creationis de facto proprie meruerunt, quia homo in puncto suæ iustificationis per actus liberi arbitrij, per quos etiam disponitur meretur simpliciter, & proprie loquendo vitā æternā, & ita etiā esse potest de angelis: quidā aūt dicunt, quod nō meruerūt de facto, sed de possibili, licet de potentia Dei absoluta potuissent in primo instanti creationis mereri perfectè, & immobiliter adhęrere Deo, quia si anima Christi ita fuit à Deo creata, sic etiam potuisset esse de angelis, rei C tamē veritas est expressa in cōclusione tam pręsenti, quam pręcedenti, quod in primo instāti fuit præmium imperfectum, & dispositiue, vt voluit Ferrariensis, in secūdo instanti fuit perfectum, & hoc loquēdo de facto, & de potētia ordinaria Dei, quidquid sit de Potentia absoluta.

Sexta concl. Angelus bonus post primum actum charitatis quo beatitudinē meruit, beatus fuit bea
62.art.5 titudine vltimata, & supernaturali: est S. Tho. in p.p. & ratio huius est, quia sicut angelus ex sui natura habet ordinem ad perfectionem naturalem, ita habet ordinē ad gloriā, sed statim habita natura, habuit perfectionē naturalem, igitur statim post me- D ritum habuit beatitudinem super naturalē. Circa
Dist.5.q.1. quā conclusionē nota quod Scotus hic dicit quod stante veritate huius cōclusionis, sequeretur, Nullum angelum fuisse dānatū, quia quilibet angelus tam bonus, quā malus habuit actū charitatis, & si post primum actū charitatis quo beatitudinē meruit bonus angelus fuit beatus supernaturali beatitudine, sic etiā esse debuit de malo angelo, & sic sequitur Nullum angelorum damnatū fuisse. sed deceptus est Scotus, quia nō intellexit sensum conclusionis S. Thomæ. intelligitur enim conclusio, quod post primū actū charitatis nō impedibiliter bonus angelus fuit beatus, quia nullū impedimētū, & obi E cē posuit, sed cōtinuauit actū charitatis, quē tamē etiam malus angelus habuit, sed impedibiliter, posuit. n. ipse impedimentum, quia non continuauit actum charitatis, sed auertit se à summo bono.

Septima conclu. Actus liberi arbitrij non potest
q.62.art.4. esse simul meritorius, & beatus: hanc ponit S. Tho. p.p. & ratio huius est, quia idem actus nō pōt simul informari gratia imperfecta, & gratia perfecta, sed actus liberi arbitrij vt est meritorius, est informatus gratia imperfecta, nēpe quę est principium merēdi, prout autem est beatus, est informatus gratia perfecta, quæ est principium fruendi, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod circa sensum huius cōclusionis deceptus est Franciscus Lichetus, qui intelligit ipsam de gratia perfectiore, & imperfectiore secundum gradualem intentionem, vel remissionē, & tamen intelligitur cōclusio Sancti Thomæ non de essentia ipsarum gratiarum, sed de statu ipsarū; vide quomodo propter malam intelligētiam, quā habent Scotistæ de doctrina S. Thomæ carpunt ipsam, vt facit Lichetus, tum de moribus, quas S. Tho. ponit in angelis, tum etiam de merito, nec non de gratia ipsa, vt patet in pręsenti distinctione, vbi Lichetus adducit responsiones Caietani ad argumen q.1.&2. ta Scoti, & asserit esse fugas, quod tñ non probat.

Octaua cōclusio. Gratia viatoris quomodocūq; augeatur nūquam æquari poterit gratiæ comprehēsoris, elicitur hæc ex doctrina Sancti Thomæ, vbi supra. & ratio est, quia gratia viatoris semper dicit imperfectionem ratione viæ, gratia verò cōprahensoris dicit perfectionem ratione termini. Vbi nota, quod licet stare possit aliquos beatos æqualem gratiam habere in via, & in patria, vt alias dictum fuit de beatā Virgine, cuius gratia excedebat omnes gratias creaturarum, tamen ratione status semper gratia merentis est imperfectior gratia fruentis, quāuis vsus eius in patria sit perfectior quā in via.

Nona cōclusio. Quatuor sunt genera bellorum C pertinentium ad operationes immanētes, elicitur hęc ex doctrina Sancti Thomæ prima secundæ. & Quæst. 80. ratio est, quia primum bellum potest esse inter appetitum sensitiuum, & intellectiuum, vt docet Apo Cap.4. stolus ad Romanos, Sentio aliam legem in membris meis &c. Secundum inter intellectum & voluntatem, vt quando ratio iudicat aliquod faciēdum, & voluntas renuit. tertium inter voluntates diuersorum hominum, vt quando vnus homo suadet alteri habenti voluntatem contrariam, & econuerso, & vnus alterum superat.

Decima concl. Bellum Angelorū quod Michael habuit cum Lucifero in quatuor cōsistebat, vt scri- D bitur in Apocalipsi, factum est prælium magnum in cœlo, & Michael, & Angeli eius pug. &c. declara- Cap.12. tur ista sic, quia primus congressus exercitus Michaelis fuit, quia erat conuersus ad bonum, & propterea volebat milites Michaelis imprimere dispositionem de bono omnibus angelis ad obtēperandum Deum. secūdus congressus fuit malorum angelorum, qui restiterunt illi dispositioni ad obtemperandū Deum; tertius congressus fuit etiam exercitus malorum angelorum, quia voluerūt istā malam societatem, & impresserunt alijs malā societatem, quantum erat ex se inclinantē ad malum. quartus congressus fuit bonorum angelorum qui con- E tradicentes restiterunt Lucifero, & eius socijs.

Vndecima concl. In hoc bello fuerunt quatuor actus pugnæ, quorum primus fuit bonorū angelorū ad expellendum malos localiter; secundus fuit malorum qui restiterunt ipsis bonis. tertius etiam fuit angelorū malorū, qui conati sunt trahere bonos secū. vltimus fuit bonorum angelorū, qui restiterunt & adiuti à Deo pualuerūt, & expulerūt eos.

Duodecima conclusio. Bellum hoc factum fuit inter angelos à principio suæ creationis, & fuit reale inter affectiones, & potētias exequutiuas ipsorū, patet hęc ex communi sententia omnium Theologorū, quia iam bellū nō fuit pedibus aut manibus

expletum,

explesū, cū sint incorporei, ergo fuit inter conatus & renixus affectionū, & potētiarū exequutiuarum.

DISTINCTIO VI.

SVperius ostēdit Magister diuisionem malorū angelorum à bonis per auersionem, & conuersionem. hic disputat illa quæ consequuntur ipsos angelos tam auersos, quam conuersos, & ponitur prima cōclusio talis. Nec angelus nec aliquod corpus potest seipsum mouere localiter, vt ꝓprie, & per se mouens, & per se motum localiter: hanc Cap. 13. docet Sanctus Thom. primo contra gentes. & ratio huius est, quia nulla res pōt simul, & respectu eiusdē esse in actu; & potētia, sed omne quod mouetur inquātum mouetur, est in potentia, cum motus sit actus entis in potentia, inquātū mouet est in actu. igitur nec angelus nec corpus aliquod potest seipsum mouere, vt per se sit mouens, & motum. Circa hanc conclusionem nota, quod multi Auerroistæ sustinent oppositum de corporibus grauibus, & leuibus quod moueantur à seipsis, cuius oppositum tenendum est de mente Sancti Thomæ, vt ostendi- Additione nona. mus in additionibus nostris super octauum Physicorum per quinque propositiones, quas ibi probauimus, videlicet quod elementa mouentur à cœlo effectiue, & localiter. secūda quod locus mouet elemēta finaliter. tertia quod generās mouet elemētū mediate. quarta remouēs ꝓhibēs mouet elemētū Quæst. 8. per accidēs. quinta mediū mouet grauia, & leuia adiuuādo. vide ibi cōtra Albertū de Saxonia 3. cœli.

Secunda conclusio. Angelus potest localiter mo- q. 53. art. 1. ueri à seipso, & per accidēs: hanc ponit S. Tho. p. p. & ratio est, quia illud quod pōt esse successiue in diuersis locis distinctis per accidēs potest moueri localiter per accidens, sed angelus est huiusmodi, vt patet de angelo nunciante Beatæ Virgini mysterium Incarnationis. igitur conclusio vera. vbi nota quod est de fide, angelum beatum moueri, verum sicuti diuersæ sententiæ Theologorum existunt de loco angelorum; ita etiam diuersæ sunt opiniones de eorum motu. Motus enim sequitur locū. Hinc Dis. 37. q. 2. sententiam Durandi in primo libro qui voluit angelum non moueri localiter, sed esse vbique, & moueri potius Metaphorice, dico esse falsam & erroneam in fide contra sententiam Patrum, vt ibi ma- Distin. 37. gister citat Bedam, Ambrosium, & Damascenum Hom. 3. secūdo libro fidei orthodoxæ; & Grisostomum in Homelia super Epistolam ad Hebreos, imò adest Cap. 1. ipsamet veritas apud Iob. circuiui terrā, & perābu- Cap. 7. laui eā, & apud Matth. Mitte nos in gregē porcorū.

Tertia cōclusio. Angelus eo modo quód mouet localiter potest moueri de extremo ad extremum per medium si vult, & non per medium si vult: est q. 53. art. 2. S. Tho. p. p. & ratio est, quia omne illud quod ad libitū potest moueri de extremo ad extremum per motum continuum, & non per motum continuū, potest moueri per transeundo medium, & non per transeundo, sed angelus est huiusmodi, namq; per suam voluntatem potest se applicare alicui loco, & deinde deserere illū, & applicare se alteri extremo; igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod oppositam sententiam sustinent nonnulli alij Theolo- Quæst. 7. gi, vt est Marsilius in hoc libro, & Scotus, & Gregorius in præsenti distinctione, & hoc pluribus rationibus, & authoritatibus nituntur confirmare eorū sentētiam, sed frustra laborarunt, quia licet in motu cōtinuo angelus aliquando pertranseat mediū, in motu tamen discreto, nūquam media pertrāscit quia tunc numeraret infinita. Adde quod ad continuitatem Motus localis requiritur cōtinuitas spacij mobilis, & temporis, modo angelus qui est mobilis est indiuisibilis, & incōmēsurabilis spatio; de qua re lege Caiet. in expositione huius loci. & Bartholomæū Torres, D. Bonauen. & Aegid. in 1. sent. Distin. 37.

Quarta concl. Impossibile est angelum moueri localiter in instanti: hanc ponit S. Thom. p. p. & rō q. 53. art. 3. est, quia in quocūque motu est assignare vltimum instās quo mobile fuit in termino à quo; & primū instans in quo est in termino ad quē; talis motus est in tempore, & non in instāti, sed in omni motu, quo angelus dicitur moueri localiter, est assignare vltimum instans in quo est in priori loco, & primū instans in quo fuit in sequenti loco, igitur quilibet motus localis eius est successiuus, & in tempore. Circa quam cōclusionem nota, quod sunt diuersæ sententiæ Theologorum contrariæ; nam Herueus, Aegidius, & Albertus, Ioānes de Mayronis, omnes ferè sustinent, & in primo sent. & hic, motum ange- Distin. 37. lorum posse fieri in instanti: Contrariam sentētiā sustinet S. Thomas, tam de motu discreto, quā de motu cōtinuo, quod necessario fieri habet in tempore; & hæc est rei veritas quā exprimit Caietanus, aureis verbis, cōtra Gregoriū Ariminensem, quod conclusio S. Tho. non est intelligenda de simplici acquisitione loci, quia nulli dubiū est, quod angelus in instanti potest acquirere locum, & in instanti etiam deserere priorem locum; sed sensus conclusionis S. Tho. est de mensura transitus de vno loco ad alium locum, & de comparatione mensuræ desitionis termini à quo ad terminum ad quem; & ista comparatio mēsuræ ad mēsuram est temporanea, & non istantanea, licet mensura trāsitus possit etiā esse instantanea; tamen comparatio mensuræ ad mensuram est temporalis.

Quinta conclusio. Angelus æquiuoce mouetur respectu corporis. hāc docet S. Tho. p. p. & ratio est, Quæst. 53. quia corpus vt est in loco continetur, & mēsuratur à locco, & sic etiam quando mouetur in loco, mouetur secundum exigentiam loci quæ est cōtinuitas, & prioritas, & posterioritas ipsius spacij, & motus, sed angelus quando est in loco, non cōtinetur neque conmēsuratur ipse loco, sed potius est continēs locū, igitur & motus ipsius angeli nō erit necessario secundum exigentiam loci, scilicet continuitatis, & prioritatis, & posterioritatis: & hęc conclusio ponitur expresse contra Dominicum Bānes, Theologum Hispanum nostri ordinis qui in expositione huius cōclusionis dicit quod sibi probabilius est re bene inspecta, quod angelus ꝓprie est in loco, & proprie mouetur secundum locum: Addit quoq; in hac sentētia sequi ipsum Sotū lib. 4. Phys. q. 2. art. 2. vbi docet quod angelus simpliciter est in loco, & simpliciter mouetur secūdū locum: & decipiūtur ambo, quia in doctrina S. Th. motus localis ꝓprie loquēdo nō cōuenit substātijs spiritualibus, vnde moueri eas, nō est, esse subiectū motus, sicut nec locari, est eas esse subiectū vbi, & hoc expresse docet S. Tho. in loco vnde desumpta est pręsens cōclusio.

Sexta conclusio. Motus angelorum est virtualis

contactus succesſiue diuerſorum locorum. eſt Sancti Thomæ vbi ſupra. & ratio eſt, quia eſſe in loco angelos nil allud eſt, quā virtualiter tangere ipſum locum, ſiue ſecundum pręſentiam operationis; & quia vnus angelus nō poteſt eſſe ſimul in pluribus locis adæquatis, propterea neceſſario ſuccesſiue tangit diuerſa loca; ex conſequenti oriūtur diuerſi contactus, igitur concluſio vera quod motus angelorum eſt virtualis contactus ſuccesſiue diuerſorū Diſtin.6. locorum: & hæc concluſio eſt contra Scotū, & Gregorium Ariminenſem in præſenti libro, vbi docēt angelum poſſe eſſe ſubiectū motus, & eſſe in loco per ſubſtantiam, & non per diuerſos contactus.

Septima concluſio. Angelus non poteſt mouere corpus à cœlo in terram in inſtāti. elicitur præſens concluſio ex dictis S.Th. vbi ſupra. & ratio eſt, quia ſi omnis motus angeli eſt in tempore, igitur & motus quo mouet corpus à cęlo in terram erit in tempore, & non in inſtāti. & ponitur cōcluſio hæc con- q 7.art.3. tra dominū Marſilium in præſenti libro; & ex hac q.3.art.2. quoque cōcluſione patet error Gregorij in hac diſtinctione, vbi aſſerit corpus glorioſum, poſſe ſe mouere in inſtāti, quia ſi angelus non mouetur in inſtanti; nec etiam & corpus ipſum glorioſum hoc facere poterit: licet concluſio hæc non ſit de fide, ſed cadat ſub opinionibus Doctorum, crediderim tamen ego, nec per diuinā potentiam eſſe factibile angelum, aut corpus glorioſum mouere in inſtanti, ſiue in motu cōtinuo, ſiue in diſcreto iuxta ſententiam concluſionis antedictæ.

Octaua cōcluſio. In dæmonibus reperitur ordo q.1.art.4. prelationis eſt S.Thomæ in præſenti diſtinctione, Cap.15. & ratio eſt deſumpta ex Iob qui loquitur de ſquamis leuiathan per quas ſignificantur membra diaboli, quod vna vni adhæret, igitur ſequitur quod inter ipſos eſt aliqua concordia; & ordo prælationis, & loquens de lucifero ait quod ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Vbi nota quod hæc concluſio eſt contra Riccardum de media villa qui in pręſenti diſtinctione negat prælationem inter dæmones, & decipitur quia talis ordo pręlationis neceſſario ponendus eſt in dęmonibus, primo propter eorum naturam in qua alij ſunt alijs ſuperiores; ſecundo propter diuinam ſapiētiam quæ ordinauit dæmones ad exercendum homines, & puniendos damnatos; tertio propter eorum nequitiam qua aduerſantur humano generi; vnde cū ſunt omnes inimici ipſius generis humani, neceſſario ſequitur ipſos eſſe amicos inter ſe.

Nona concluſio. In dæmonibus cognitio natu- q.64. art.1. ralis neq; eſt ablata, neq; diminuta. eſt S.Tho. 1.parte. & rō eſt, quia cognitio naturalis in dæmonibus ſequitur eorum naturam quæ natura cum ſit ſimpliciſsima non poteſt aliquid ab ea ſubtrahi, & ſic etiam nec ſubtrahi poterit aliquid à cognitione naturali ipſorum, cum ſequatur eorū naturam. Circa quam concluſionem. Nota quod aliqui Theologi tenuerunt cognitionem naturalem eſſe diminutā, quia hoc requirebat iuſtitia Dei ad puniēdū eorū peccata, ſed decepti ſunt, quia concluſio præſens loquitur ſecundum potentiā Dei ordinariā, & ſecundum ſuauem diſpoſitionem Dei, licet enim de abſoluta Dei potentia nulla eſſet implicatio contradictionis quod naturalis cognitio dæmonum ſit ab eis ablata aut diminuta ſecūdum rigoroſam iuſtitiā Dei, vt dixi, præſens cōcluſio intelligitur ſecūdū ordinariam Dei potentiā; & ſic etiam loquebatur D.Dionyſius lib. de diuinis nominibus, vbi loquēs Cap.4. de dæmonibus dicit in eis naturalia manere integra, & ſplendidiſsima.

A

Decima cōcluſio. Cognitio quę habetur per gratiam in dæmonibus, nō eſt totaliter ablata, ſed diminuta: & hoc loquendo de cognitione ſpeculatiua. eſt S.Thomæ vbi ſupra, & ratio eſt, quia cognoſcunt aliqua diuina ſecreta, & hoc ſiue per angelos bonos, ſiue per effectus, ſiue per augmentum fidelium, & per multa alia media quibus per illa cognoſcere poſſunt ipſi dæmones, igitur concluſio eſt vera, & certa. Circa quam nota, quod aliqui ſuſtinent dæmones ipſos nullam cognitionē ſupernaturalē habere de diuinis myſterijs; ſed decipiuntur, quia de facto cognoſcunt myſteriū incarnationis, & Trinitatis, & fructum ſacramētorum, & totam diuinā ſcripturam melius quam multi Theologi: ſed hæc talia nō cognoſcunt per aliquam fidem ſupranaturalem, aut per aliquam reuelationem factam eis immediate à prima veritate, ſicuti fideles catholici habent; ſed per quādam fidem acquiſitam, & coactā, & naturalē cognitionem, & per experientiam multorum effectuū quos negare non poſſunt, ſicuti hæretici etiam illa credunt: & hoc, vt dixi, tantūmodo ſpeculatiue, quia de ſupranaturalibus myſterijs nullā cognitionem affectiuā, & productiuā diuini amoris habent; hęc enim eſt totaliter ab ipſis dæmonibus ablata, ſicuti, & charitas.

B C D E

DISTINCTIO VII.

SVperius Magiſter diſputauit de angelis tā bonis, quam malis quo ad ea quæ pertinēt ad eorum naturæ conditionem, nūc autem diſputat de his quę ſpectant ad virtutem, & illorū poteſtatē; & pro reſolutione huius negotij ponitur primo talis concluſio. Angelus beatus peccare non pōt, nec male velle, eſt S.Tho. p.p. & ratio eſt, quia nulla crea- q.62. art.8. tura intellectualis remota ab oī errore, & purgata circa omnia volibilia, & agibilia, & inſeparabiliter coniuncta eſſentiæ Bonitatis ſtantibus huiuſmodi diſpoſitionibus peccare poterit, aut male velle, ſed angeli beati ſunt huiuſmodi, igitur concluſio vera. Circa quam nota, quod fuerunt diuerſi errores de hoc negotio; nam Platonici vt narrat Theophilus Alexandrinus dicebant Beatos tranſactis aliquod annorū curriculis, iterū ad miſeriā venire, ſic etiā Origenes in libr. Periarchon dixit dæmones aliqū fore ſaluandos, & Beatos à fœlicitate ad miſeriam rurſus deflecti poſſe, quem errorē Alphōſus de Caſtro 3.lib. aduerſus hæreſes apertis authoritatibus ſacræ ſcripturæ, oſtendit manifeſte eſſe hæreticum ex B.Auguſtino lib. 12. de Ciuitate Dei, & ex B.Gre- Cap.22. gorio in Moralibus ſuper illud æſtimabit abiſſum Cap.40. quaſi ſeneſcentem, propterea tenēda eſt concluſio tanquàm vera, certa, & de fide.

Secunda concluſio. Liberū arbitrium ipſius dæmonis eſt oſtinatum in malo: hanc ponit Sanctus Doctor prima parte. & ratio eſt, quia illud liberum q.64. art.2. arbitrium, quod perpetuo ſubditur peccato, & eſt penitus deſtitutū auxilio gratiæ, nec eſt capax perſuaſionis alicuius ad bonum eſt oſtinatū in malo, ſed liberum arbitrium dæmonis eſt huiuſmodi,

ergo

ergo cōclusio vera, & hęc conclusio est ita certa, vt omnes ferè scholastici in ea conueniant, cum fundamentum habeat expressum in sacris litteris, scri-
Cap.11. bitur enim Ecclesiastes. vbi ceciderit lignū ibi ma-
Cap.10. nebit,& Apocalipsis. cruciabuntur die ac nocte. &
Cap.8. apud Esaiam scribitur. Ecce tribulatio tenebræ, & angustiæ confusio, & alibi vermis eorum non mo-
Cap.25. rietur in æternum, & apud Matthæum dixit Saluator noster. Ite maledicti in ignem æternum. Et hæc sententia videtur esse definita de summa Trinitate, & fide catholica, vbi dānatur error, quia scribitur Origeni de opposita sentētia ad hanc conclusionē.

Tertia conclusio. Obstinatio dæmonum prouenit ex natura status ipsorum in termino, & ex inflexibilitate liberi arbitrij, est S.Thomæ vbi supra. cuius ratio est, quia volūtas dæmonum immobiliter adhæret fini ad quem semel se libere conuertit, igi-
q.1.mēb.2. tur conclusio vera, quam docet etiam Alexander
Distin.50. Alensis tertia parte suæ Theologiæ, & Petrus de Palude in quarto sententiarum. Circa quam conclusionem attende quod sunt diuersę sententię Theo-
Dis.7.q.1. logorum, nam Scotus in hoc libro asserit causam obstinationis in dæmone esse quendam duritiā voluntatis, & prauam affectionem erga finem ad quē peccando se conuertit, quam sententiam approbat
Distin.7. Durandus, Riccardus, & oēs ferè Scotisti Aureoreolus,& Marsilius in hoc libro volunt obstinationē dæmonū cōsistere in hoc, quod Deus causat quendam habitum malum in voluntate dæmonis, qui inclinat illam ad prauā affectionem, & propterea semper est obstinata in malum. tertia est sententia ipsius Gabrielis, qui dicit Deum conseruare in voluntate dęmonis quodam odium elicitum ab ipso dæmone, quia non vult sibi dare beatitudinem, sed infligit continuam pœnam, & in hac sententia etiam est Ocham. quarta est sententia Marsilij, qui asserit Deum concurrere sua iustitia punitiua exigente non adiuuando volūtatem dæmonis per auxilium generale, propterea voluntas dæmonis remanet praua,& obstinata in malo. quinta est senten-
Quolib.8. tia Henrici in Quolibetis, quæ etiam tribuitur Altisiodorensi, Hic enim dicit quod propterea dæmon est obstinatus, quia toto conatu se immergit in malo obiecto, cui se applicauit, & ita non potest recedere ab effectu prauo quē induit. sexta est sententia Dionysij Chartusiani, qui asserit dæmones esse obstinatos in malo ex sola natura status in termino, rei tamen veritas est quam diximus in cōclusione de mente Sancti Thomæ, quæ licet non sit de fide, sed cadat sub opinionibus doctorum, nihilo-
Quæst. 95. minus est verissima, de qua vide Caietanum in expositione huius cōclusionis,& Ferrariēsem in quarto contra gentes.

Quarta conclusio. Omnis actus,& operatio dæ-
Art.2. monis est peccatum, elicitur ex Sancto Thoma hęc in pręsenti distinctione. Ratio est, quia oīs actus deliberatiuus elicitus à mala voluntate, & cum indebita circumstātia dicitur esse malus, & peccatū, sed operationes elicitæ à dæmonibus sūt huiusmodi, igitur conclusio vera. Nam si aliquando dicit veritatem, hoc facit vt decipiat, si credit, hoc inuite facit, & si producit actum naturalē bonū abutitur illo in malum finem. Circa quam conclusionem at-
Quæst.2. tende quod Durādus in pręsenti distinctione quē sequutus est Scotus distinguit de bono, quod est triplex naturæ, moris, & gratiæ, & dicit quāuis dæmones nō possint exercere bonum gratię, quia nō possunt mereri de cōdigno, neque de congruo remissionem culpæ, nihilominus, quod non possint aliquod bonum velle ex genere, & circumstantijs, nec aliqua ratio conuincit, nec authoritas; & decipiuntur isti Doctores, quia expresse docet Augustinus in libro de fide ad Petrum, quod dæmones sicuti non possunt carere æterna pœna, ita neque mala voluntate, nullo ergo pacto concedendū est, dæmones aliqua bona moralia facere posse, & licet in eis sit bona natura, & bonus appetitus naturalis per circumstantias tamen deprauatur, quas apponit deliberatiua voluntas inquantum volūt esse, & viuere sub tali deformitate peccati, sicut luxuriosus desiderat viuere in sua turpi delectatione, & sic patet veritas conclusionis sequendæ, quæ licet non sit de fide est tamen rationi consentanea, & authoritatibus patrum innixa.

Quinta conclusio. Angelus malus & damnatus non potest suspendere omnem suam operationem intellectus, & volūtatis ab obiecto nociuo, elicitur ex doctore Sancto secundo libro contra gentes. & Cap.97.
ratio est, quia si angeli mali potuissent suspendere omnem operationem intellectus, & voluntatis ab obiecto tristabili tunc eius cruciatus, & pęna non esset æterna, & absque vlla intermissione, sed cum aliqua interpellatione, quod est contra sententiam Saluatoris apud Matthęum. Ite maledicti in ignem Cap.25.
æternum. Circa quam conclusionem nota, quod oppositā sentētiā tenet Scotus in pręsenti loco, asserens dæmonem suspēdere posse omnē actū intellectus, & voluntatis, quā sniam acriter repręhendit Gregorius Ariminensis hic, dicens opinionē Scoti esse peius erratum, quam sententiam Origenis. illa enim posuit dæmones aliquando beari, & hic Scotus futuram esse vicissitudinem in pœna dæmonū, & sic aliquando liberarentur à pœnis, quibus cruciantur, quandoquidem dęmon suspendendo omnem actum intellectus, & voluntatis à pęnis & cruciatibus poterit se constituere quasi dormientem, & nullā pęnam sentientē, qd est error valde in fide, & ideo sequēda est veritas pręposita in cōclusione.

Sexta cōclusio. In dęmonibus reperitur gaudiū, & lætitia aliquando, est S.Thomæ 1.par.q.64.ar.3. q.64. art.3.
& ratio est, quia ille qui habet victoriam contra aliquem suum inimicum, occidendo, & ducendo ipsum ad mortem, gaudet & lætatur de victoria habita, et de morte sui inimici; sed dæmones aliquando habent victoriam cōtra hominem ducendo ipsum ad mortem atque impediendo eum à consequutione regni cœlestis, igitur conclusio vera; gaudent enim et lætantur de perditione hominū. Circa quam conclusionem nota quod sunt aliqui Theologi inter quos videtur esse Gulielmus de Rubione; hij enim recusant admittere in dæmonibus gaudium, et lætitiam quoniam summus dolor non habet secū aliquod gaudium; sed in dæmonibus est summus dolor, et maxima tristitia, nullo igitur pacto admittēdum est gaudium in ipsis; sed hij sunt in maximo errore, quia illud gaudium, et lætitia quæ est in dæmonibus non est vere, et formaliter gaudium; sed potius causaliter, quia victoria illa quam habent dæmones de hominibus peccatoribus implet eorum desiderium, quo ex zelo inui-

diæ trahũt homines ad pœnas inferni; vnde potius dicitur gaudinm fallax, & lętitia phantastica, & nõ vere, & proprie gaudium, & hæc est sententia beati Augu. contra Manichęos, qui dicit quod diabolus potestatem habet in eos qui Dei præcepta cõtẽnũt & de hac tã infelici potestate lętatur, nec va et ratio Rubionis, quia conclusio S.Th. non verè gaudium ponit in angelis, vt ipse male intellexit.

Septima conclu. In dæmonibus est verè dolor, & tristitia: hãc ponit S.Th. vbi supra. & ratio est, quia vbicũq; est renitẽtia ad id quod est, vel nõ est, idest ad malum præsens, & ad bonũ futurum, ibi est dolor: sed in dæmonibus reperitur hmõi renitentia, quia multa dæmones ipsi vellent non esse, quę sunt, & esse quæ non sunt: vellent.n. vt damnarentur oẽs B qui saluãtur, cum sint inuidi, sequitur igitur in eis maximum dolorem reperiri. Et hæc cõcl. est verissima, & certa secundũ fidem nostram, licet aliqui nõ bene penetrantes sensum cõclusionis dixerint, in dæmonibus non esse verum dolorem, qñquidẽ verus dolor sedẽ habet in appetitu sensitiuo quippe qui in angelis nullo modo reperitur; & decepti sunt hmõi sic intelligentes præsentem conclusionẽ quippe quę nõ intelligitur de dolore prout est passio appetitus sensitiui qui est virtus in organo corporali: sed de dolore qui est actus ipsius volũtatis, qui dolor dicitur renitus, seu renitẽtia ipsius volũ-
Cap.2. tatis, & sumitur huiuscemodi dolor ex verbis B. Pe C tri Apostoli in secũda canonica sua, vbi dicit quod Deus angelis peccãtibus nõ pepercit, sed rudẽtib. inferni detractos, in tartarum tradidit cruciãdos:
Cap.20. & etiam ex verbis Apoc. vbi dicitur quod diabolus missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi bestię, & pseudo prophetæ cruciabuntur die ac nocte.

Octaua concl. Voluntas dæmonum respectu huiusmodi doloris se habet actiue, elicitiue, & producendo ipsum dolorem: est S.Th. vbi supra. & ratio huius est, quia actus simplex potentiæ intellectiuæ elicitur ab ea: sed dolor iste in dæmonibus est simplex actus potẽtiæ intellectiuæ, nempe ipsius voluntatis, igitur est elicitus ab ipsa voluntate dæmonis D actiue. Hæc conclu. nõ est de fide, sed cadit sub opi
Dist.1. q.3. nionibus doctorum: namq; Scotus tenet oppositũ huius in 1. sent. negat.n. voluntatem producere huiusmodi dolorem, quia distinguit eã vt operatiuã, & vt receptiuã, vt enim est operatiua amat, & eligit, & odit: vt vero est receptiua tristatur, & dolet, recipiendo huiusmodi dolorem ab obiecto actiue: & decipitur Scotus, declarat Torres in expositione huius articuli, quia actus vitales non possunt esse nisi in agente vitali actiue: sed hmõi dolor in dæmonibus est actus vitalis, igitur nõ pot produci ab obiecto inanimato: sed ab ipso agẽte vitali: & hæc E est sententia B. Augu. 9. de ciuitate Dei, & distinctio ipsius Scoti est immaginaria, propterea sequenda est snia conclusionis posita de mente S. Thomæ.

Nona conclu. Diabolus dignè pœnitere nõ põt. elicitur ex doctrina S.Tho. vbi supra. & rõ quia boni angeli post cõfirmationẽ nõ possunt se auertere à summo bono, ergo similiter mali angeli, post obstinationem, non possunt se per pęnitentiam dignam conuertere. Hæc cõclusio est certa, & vera secundũ fidem nostrã, licet aliqui moti ex quibusdã verbis
Cap.vlt. Damasceni in 2. lib. fidei orthodoxæ, vbi dicit qđ pęnitentia est ex eo quod pręter naturã ducitur ad A illud quod est secũdum naturã, asserant, quod peccatũ est præter naturã. & si pœnitẽtia ducit ad illud quod est secundũ naturã, modo facilius est se mouere dæmon secundũ suam naturã, quã præter naturã; si ergo potuit peccare, quod est operari aliquod præter naturã: multo fortius poterit digne pœnitere quod est secũdũ naturã: nihilominus isti sunt in maximo errore, nõ intelligentes verba Damasceni qui loquebatur de his q̃ sunt in via, & non de his qui sunt in termino vię; vnde in eodẽ libro dixit quod est hominibus mors, hoc est angelis casus; sed post casum nõ est aliqua pœnitentia digna licet coacta, & hoc loquendo de potẽtia ordinaria Dei, quia de potẽtia absoluta poterit ipse Deus da B re aliquod adiutorium supernaturale ipsis dæmonibus, quo se possent disponere ad dignã pœnitentiam: conclusio tamen nostra intelligenda est iuxta legem ordinariam ipsius Dei.

Decima conclu. Quicquid agit angelus, tam bonus, quã malus ad extra, agit per intellectum, & voluntatem, & non per aliquã mediã potentiam: hãc docet S.Tho. in Quolibetis. & ratio est, quia in na- Quol.7.q.a tura intellectuali nõ reperitur alia potentia nisi intellectualis, sed angelus tam bonus, quã malus est naturæ intellectualis. igitur in ipso tantũmodo potentia intellectualis quæ est intellectus, & voluntas reperitur, & nulla alia facultas. Circa quam conclu C sionem nota, quod sunt diuersę sententiæ, nam Aureolus in præsenti loco ponit in ipsis angelis nõ solum intellectum, & voluntatem, sed etiam potentiã motiuam, distinctã ab ipso intellectu, & voluntate, & vult esse de intẽtione gymnasij Parisiẽsis, in quo excõicatus fuit articulus qui ponit angelum moue re corpora per solũ intellectum, & voluntatem: sic etiam, & Godofredus in suis Quolibetis ait quod Quol.4. in solo Deo non differt velle, & agere, & posse; in angelis vero differt, & sic etiam motiua potẽtia est alia à voluntate. Caietanus in expositione primæ q.54. art.5. partis videtur etiam sustinere in angelis esse potentiam motiuã distinctã ab intellectu, & volũtate rea D liter, licet inseparabiliter, & vt comes necessarius sequatur intellectum, et voluntatem. Rei tamen veritas est conclusio præposita, et secundum Arist. et Auerroẽ 12. Metaph. quia intelligẽtię mouẽt aman Tex cõ.37. do, et desiderando intellectualiter: vnde potentia motiua non est distincta realiter nisi in habẽtibus sensum organicum; cum igitur in angelis nullus sit sensus: sequitur quod quicquid operatur: per intellectum, et voluntatem operantur; et non est in eis potentia motiua distincta realiter à voluntate, nec schola Parisiensis est contra hanc conclusionẽ, sed contra illos qui dicebant angelos non posse E mouere corpora.

DISTINCTIO VIII.

IN hac distinctione disputat Magister de angelis tam bonis quam malis, circa cognitionem quam habent ex sola naturali virtute, et pro resolutione huius negocij sit hæc prima conclusio.

Nullus angelus siue bonus siue malus naturaliter põt cognoscere proprie, et distincte cogitationes cordis: hanc conclusionem ponit S.Th. p.p. Et q.57. art.4. in presenti distinstione, cuius ratio est, quia ille solus põt cognoscere cogitationes cordis, qui potest cogno-

cognoſcere motũ voluntatis, quia cogitatio pẽdet
ab ipſa volũtate, ſed ſolus Deus eſt huiuſmodi, igiť
cõcluſio vera. Circa quã cõcluſionem nota eſſe va-
Diſtin.9. rias ſentẽtias Doctorũ, nã Scotus in præſenti libro,
& Gabriel ſuper Canonẽ miſſæ, & Ochã volũt ideo
angelos non cognoſcere cogitationes cordis, quia
Deus non vult cõcurrere auxilio generali cũ intel-
lectu angelico, vt cognoſcãt huiuſmodi cogitatio-
nes, ſed ſibi ſolũ reſeruauit priuilegiũ hoc. Secũda
ſentẽtia eſt, quã videtur ſuſtinere Durãdus, & Mar-
ſilius hic, quod de facto angeli cognoſcunt cogita-
tiones mẽtis, & intellectus, ſed nõ ipſius voluntatis.
Tertia eſt ſententia quã ſuſtinet Gulielmus Altiſio
dorenſis, & Thomas de Argentina, hi.n. volunt an-
B gelos cognoſcere naturaliter noſtras cogitationes
quantũ ad ſignificationẽ terminorũ, & quantũ ad
cõpoſitionẽ, & diuiſionẽ, pro vt ẽt ſignificant ter-
minos, ſed non quo ad determinationẽ cõpoſitio-
Quolib.3. q.13. nis, & diuiſionis. Quarta eſt ſñia Henrici in Quoli-
betis, qui tenet angelũ cognoſcere cogitationes, &
affectiones cordium quo ad ſubſtantiã; & quo ad
obiecta, nõ tamẽ cognoſcit in quẽ finẽ dirigantur
à voluntate, & qm bonitas, & malitia maxime pen-
det ex fine, ꝓpterea angelus nõ cognoſcit vtrũ illæ
cogitationes moraliter ſint bonę, vel malę. Quinta
eſt ſñia Heruei in pręſenti loco, qui vult angelos co
gnoſcere cogitationes, & affectiones cordium, &
C quãtũ ad ſubſtantiã, & quãtũ ad obiecta formalia,
ſed nõ quantũ ad ſingularia, & quãtũ ad circũſtan-
tias ipſarũ cogitationũ, iſtis tamen nõ obſtãtibus,
rei veritas eſt præpoſita in cõcluſione, quã ſequitur
Quæſt.5. q.26. mẽbr. tertio. magnus Albertus in lib. de quatuor Coæuis, & Ric
cardus in pręſenti loco, & Alexãder Alẽſis in 2. par.
ſummæ. Hi.n. oẽs cõueniũt in cõcluſione, quod co
gitationes liberę noſtri cordis nõ cognoſcunt niſi
à Deo, quia excedũt ordinẽ naturalẽ, licet differãt
in aſsignandis rõnibus, tñ in cõcluſione præpoſita
Cap.13. conueniũt ipſi, & oẽs Patres, ſcribitur.n. Hieremię,
Cap.1. Ego dñs ſcrutans renes, & corda. & in actis Apoſto
lorũ, Tu Deus qui ſolus noſti corda hominũ, & pro
D Cap.21. pterea docet Augu. in lib. de eccleſiaſticis dogma-
tibus quod ſolus Deus cognoſcit cogitationes cor
Cap.9. dis tã futuras, quã præſentes. & D. Ambr. in oratio-
ne de obitu Theodoſij Imperatoris. ſic ẽt, & Ciril-
Cap.2. lus ſuper Ioãnẽ, & Chriſoſtomus in Matthæũ expo
nẽs illa verba Sciẽs Ieſus cogitationes illorũ, & Ori
genes ſuper Iob in illis verbis, Circuiui terram, &
perambulaui eã. Vnde nõ eſt dubitãdũ de hac con
cluſione cũ ſit certa, & oppoſita dicat errorẽ: licet
modus quo angeli nõ cognoſcũt liberas cogitatio
nes, tũ angelorũ, tũ hoim cadat ſub opin. Doctorũ.
Secunda concl. Nullus dæmon ſua naturali virtu
E te põt cauſare in intellectu humano quãcũq; cogi-
q.16.ar.12 tationẽ, vel actualẽ conſiderationẽ eſt S.Tho. in di-
ſputatis de malo. & rõ eſt, quia cogitatio, & actua-
lis cõſideratio cauſan uŗ ex lumine intelligibili, &
ex ſpeciebus abſtractis per intellectũ agentem, ſed
dæmon nõn põt producere hæc duo in humanum
intellectũ; ergo neq; cauſare hmõi cogitationẽ; &
actualẽ conſiderationẽ. Vbi attende ꝙ intelligitur
concluſio hæc directe, & immediate, ita quod dæ-
mon vt cã totalis vel principalis partialis non pote-
rit vtiq; talem effectũ in noſtrũ intellectũ cauſare,
poterit tamẽ facere mediate, & indirecte immitten
do diuerſa obiecta à quibus cauſant phantaſmata,

A poſſunt ẽt diſponere, & ordinare diuerſas ſpecies
imaginarias ad aliquod obiectum appræhenden-
dum, ſed hoc eſt vt dixi indirecte, & immediate.
Tertia conclu. Angelus tam bonus, quam malus
poteſt ſua naturali virtute immutare phantaſiã ſeu
virtutẽ imaginatiuam hominis eſt S.Tho.p.p. & rõ q.111.ar.3.
eſt, quia ea quæ apparẽt in ſomnis videtur in phan-
taſia, ſiue in imaginatione, ſed angeli reuelant ali-
qua in ſomnis, vt ſcribitur apud Matth. De angelo, Cap.2.
qui apparuit in ſomnis Ioſeph. igitur angelus tam
bonus, quam malus põt naturaliter ſua virtute im-
mutare phantaſiã, ſeu humanã imaginationẽ. Vbi
nota quod hoc nõ facit imprimẽdo aliquã formã
B in imaginatione, ꝙ prius nõ fuerat accepta per ſen-
ſum, quia non poſſet facere quod cęcus imagina-
retur colores, ſed hoc facit per motum localem ſpi
rituum, & humorum, vñde talis apparitio etiam vi-
gilantibus fieri poteſt vt patet in freneticis, & ſic
etiam multo magis poterit fieri in dormientibus;
& ſic eſt intelligenda præſens concluſio.
Quarta cõcl. Angeli ſiue boni, ſiue mali poſſunt
immutare voluntatem humanã, non tamen neceſ-
ſitare: hanc ponit S.Tho. vbi ſupra. & ratio eſt, quia Art.2.
phantaſia deſeruit intellectui, & intellectus prępo-
nit volũtati, quæ agenda ſunt, ſed angeli ſiue boni,
ſiue mali poſſunt immutare phantaſiam vt dictum
C eſt, igitur & ipſam volũtatem. Vbi nota quod non
poſſunt immittere ipſi angeli cogitationes in no-
ſtram voluntatem interius cauſando, ſed bene inci
tando ad cogitãdũ, vel appetẽdũ cogitata per mo-
dum perſuadentis, vel paſsionẽ cogitãtis, quia hoc
pacto volũtas à ſolo Deo immutatur, & efficaciter
mouetur, ipſi autem angeli ſuadendo tantũmodo,
& non neceſsitando, quia ſemper voluntas ipſa re-
manet libera, ad conſentiendum, vel reſiſtẽdũ paſ-
ſionibus, & ſic intelligenda eſt concluſio, ſ. per mo-
dum perſuadentis, & exterius mouentis, quia inte-
rius ſolius Dei eſt immutare voluntatem.
Quinta concluſio. Angeli poſſunt immutare ſen
D ſus hominũ ſua naturali virtute: hanc ponit S.Tho. q.111.ar.4.
p.p. cuius ratio eſt, quia illi angeli qui ſubuerterũt
Sodomã percuſſerunt Sodomitas cæcitate, vt non
poſſent inuenire hoſtium domus Loth, vt ſcribitur
apud Geneſim, ſed huiuſmodi percuſsio fuit facta Cap.19.
in ſenſibus exterioribus, igitur concluſio vera. Cir-
ca quam attende, quod angeli poſſunt immutare
ſenſus ab intus, & extra; ab intus ſcilicet commo-
uendo ſpiritus, & humores, ex quibus ſenſus diuer
ſimode immutentur, ab extra quoque opponendo
exterius ipſis ſenſibus aliquod ſenſibile, vel factum
à natura, vel de nouo faciendo, ſicut faciunt quan-
do aſſumunt corpora; & concluſio pręſens intelli-
E genda venit vniuerſaliter de omnibus potẽtijs ſen-
ſitiuis, quæ vtuntur organo corporali, ſiue ſint ap-
petitiuæ, ſiue ſenſitiuæ, ſiue nutritiuę, & generatiuę
immutari poſſunt ab angelis.
Sexta concl. Angeli non poſſunt propria virtute
miracula facere: hãc ponit S.Tho.p.p. cuius rõ eſt, q.110.ar.4.
quia miraculũ eſt pręter ordinẽ naturæ creatæ, nõ
ſecundum alicuius, ſed vniuerſaliter, ſed angeli nõ
poſſunt facere aliquid propria virtute quod ſit prę
ter ordinem totius naturę creatę, igitur concluſio
vera, & certa, ita quod oppoſitũ videtur eſſe error.
cũ habeat cõcluſio hęc fundamẽtũ in ſacris litteris
vt ſcribit in Pſal. Qui facit mirabilia magna ſolus.

Circa quam conclusionem nota quod aliquando angeli, & sancti homines faciunt miracula, quia Deus ad petitionem, & desiderium ipsorum miracula aliqua operatur, & hoc loquendo de miraculo simpliciter, quia aliquod miraculum quo ad nos qui ignoramus ordinẽ naturæ creatæ, possunt nedum boni angeli, sed mali, sua naturali virtute facere, & hoc modo magi Pharaonis per dæmones dicebãtur facere miracula in Aegypto, & sic etiam Nicromantici, & mali Christiani dicuntur facere aliquando miracula quo ad nos, sed non simpliciter, vt dictum est.

Septima conclusio. Materia corporalis dicitur obedire angelis tam bonis quam malis ad eorum B nutum. Hanc ponit S. Tho. prima parte. (q.110.art.1) & ratio est, quia diuina sapientia coniungit fines primorum principijs secundorum: igitur natura corporalis in sui supremo gradu debet attingi à superiori natura: hæc autem superior natura est natura angelica, igitur ab ea attingitur, & ex consequenti ei dicitur obedire: & adde quod semper inferius obedit suo superiori quoad nutum, sed materia corporalis est inferior ipsis angelis, igit̃ cõclusio vera.

Circa quã nota quod angeli propria virtute nõ possunt inducere substãtialem formam in materiã contra Platonicos, & Auicennam dicentes formas substantiales causari ab intelligentijs; sed possunt C bene inducere formas quasdam accidẽtales, vt puta motum, vel aliquid huiusmodi: & hoc est materiam corporalem obedire angelis ad nutum scilicet respectu motus præsertim localis.

Octaua cõclusio. Angeli possunt immittere somnia ipsis hominibus. Colligitur hęc ex doctrina Sãcti Tho. vbi supra. & ratio est, quia si possunt immutare sensus humanos præsertim phantasiam; igitur possunt somnia in hominibus causare.

Vbi nota quod quinque de causis fiunt somnia: quædam contingunt ex dispositione corporis, quędam ex sollicitudine mentis: quando quis sollicite putat de aliqua re in die, in nocte postea apparet ei D in somnis; quædam ex illusione diabolica, quędã ex reuelatione angelica, vt passim legitur in scripturis, quędam autem ex virtute diuina. De distinctione istorum lege Diuum Bonauenturam in (Dist. 7.) hoc libro.

Nona conclusio. Dæmones dum non prohibentur à superiori virtute possunt humana corpora substantialiter subintrando obsidere, elicitur hęc ex doctrina S. Tho. in præsenti dist. (Art. 5.) & ratio est sumpta ex D. Augustino in libro de diuinatione dæmonum, vbi ait quod dæmones penetrant corpora, & ibi quiescũt, & ibi inhabitãt: adde quia eiecti sunt à corporibus obsessis à Christo, & ab Apostolis, E igitur conclusio vera.

Vbi nota quod corpus habet terminos duplicis rationis, s. quantitatis, & essentiæ, & ideo angelus siue bonus, siue malus operans intra terminos corporalis quãtitatis dicitur illabi corpori, sed nõ est intra terminos essentiales corporis, quia neque sicut pars, nec sicut virtus dans esse, esse n. est à Deo per creationem, & propterea dicitur quod angeli non illabuntur animabus, neque etiã essentijs creaturarum corporalium, sed tãtum corporibus ipsis. & ex hoc colligitur quod obsessio dæmonis dicit præsentiam ipsius dæmonis in corpore contra ban-

do impediendo, & affligendo ipsum.

Decima conclusio. Dæmones suis præstigijs, ac multiplicibus dolis, illudere possunt homines. colligitur hęc ex doctrina Sancti Thom. in præsenti di- (Art. 5.) stinctione. & ratio est, quia Sathan transfigurat se in angelum lucis, & docet hoc beatus Augustinus (Cap. 18.) lib. 18. de ciuitate Dei. vbi narrat quasdam mulieres conuersare cum Sathana per illusiones phantasticas seductas, & credunt ipse interesse Dianæ deæ paganorum, & cum Hærodiade, & innumera multitudine mulierum equitare.

Vbi nota quod huiusmodi illusio tribus modis fieri potest, vt docet Gabriel hic, primo permutando aliquid in obiecto extrinseco, ostendendo vel occultando; secundo per aliquam mutationem factam circa organũ sensus: tertio per mutationem aliquam factã in specie, vel habitu in ipsa potentia, aut memoria reseruata: illudit igitur dæmon non immittendo nouas species, vel phantasmata in potentia, nisi mediante obiecto de nouo oblato, sicut etiam dictum est supra.

DISTINCTIO IX.

POstquam Magister disputaui de his quæ spectant ad creationem angelorum, & ad distinctionem ipsorum per conuersionem, & auersionẽ. in præsenti distinctione disputat de his quæ spectant ad dignitatem bonorũ, & pro intellectione istorum sit prima cõclusio talis. Omnes angeli, immo omnes creaturę rationales sunt vnius hierarchiæ, hanc docet Sanctus Thomas prima parte. & (q. 108. art. 1.) ratio est, quia illa dicuntur esse vnius hierarchiæ, quæ continentur sub vno sacro principe, à quo sanctitatẽ percipere possunt, sed omnes angeli, & omnes creaturæ rationales continentur sub vno principe sacro, qui est Deus gloriosus, igitur conclusio vera.

Circa quam nota, quod Hierarchia Grece, Latine dicitur sacer Principatus, in quo nomine Principatus duo intelligenda veniunt, nempe princeps ipse, & multitudo ordinata sub principe, à quo multitudo ipsa recipit gubernationem secundum diuersas leges, & diuersos ministros.

Secunda conclusio. In angelis est triplex hierarchia, nempe suprema, media, & infima, hęc est Sancti Thomę vbi supra. & ratio est, quia Hierarchia (Art. 2.) seu Principatus sacer poterit esse vel secũdũ scientiam, vel secundum potentiam, vel secundum actionem ministerialem, secũdum scientiam est Hierarchia contemplatiua quę est suprema, secundum potentiam est Hierarchia respectu operationis in ordine ad inferiores, & hęc est media. secundũ actionem ministerialem est iuxta intimationem, & exequutionem eorum quę iubentur à Principe, & hęc est infima Hierarchia.

Circa quam nota, quod sicuti in aliqua curia secularium Regis terreni inueniuntur tres status curialiũ, Primus illorum qui semper assistunt Regi de quorum consilio procedunt edicta Regis, Secundus illorum qui mandata Regis dirigunt atque ordinant ad exequutionem. Tertius illorum qui exequuntur atque operantur in populis regno subiectis, sic etiam erit in curia supremi Regis, qui est Deus benedictus.

Tertia

Art.2.

Tertia cōclusio. In diuinis personis nulla est constituenda Hierarchia: est Sancti Thomæ vbi supra. & ratio est, quia Hierarchia est sacer Principatus, in quo est perfectio, & illuminatio, & subditus, & princeps, sed hęc talia non reperiuntur in diuinis personis, igitur neque Hierarchia est ponenda.

Circa quam nota, quod Diuus Bonauentura, & Gabriel sustinent contrariam opinionem in præsenti distinctionę dicentes Hierarchiam esse triplicem, nempe Diuinā, seu super cęlestem, quæ est Trinitas ac vnitas diuinarum personarum. Cœlestem quæ est angelica, & sub cœlestem quæ est humana, siue ecclesiastica. in istis duabus conuenit Sanctus Thomas cum Diuo Bonauentura, sed non in prima quia in diuinis personis non est nisi ordo naturæ, & non Hierarchia, in qua est illuminatio, & purgatio, hæreticum enim esset dicere Patrem purgare atq; illuminare filium, sed an sit heretica sententia Bonauenturæ, & Gabrielis non auderem hoc affirmare, sed adducere sententiam ipsorum, quod loquuti fuerint non propriè de Hierarchia, sed secundum quandam similitudinem.

Art.2.

Quarta conclusio. In qualibet Hierarchia angelica, & etiam humana siue sit Ecclesiast. ca sunt tres ordines, summus, medius, & infimus, hanc ponit Sanctus Thomas vbi supra. & ratio est, quia qualibet multitudo perfecta habet principiū, mediū, & finem, vt docet Arist. primo celi, sed Hierarchia dicit multitudinem perfectam, ordinatam sub vno principe, igitur conclusio vera.

Circa quam nota, quod diuersitas istorum ordinum consideratur secūdū diuersa officia, & actus, patet in vna Ciuitate, in qua sunt diuersi ordines secundum diuersas actiones, nam alius est ordo judicantium, alius pugnantium, & alius laborantiū in agris, inter quos omnes, quidam sunt supremi, vt optimates, quidam sunt infimi vt vilis populus, quidam autē sunt medij, vt populus honorabilis.

Art.3.

Quinta conclusio. Quilibet ordo vnius Hierarchiæ habet multos angelos sub se, hanc ponit Sanctus Thom. prima parte vbi supra. & ratio est, quia in quolibet ordine angelorū est accipere primos, medios, & vltimos, vt ait Dionysius libro de cęlesti Hierarchia, sed primi, medij, & vltimi sunt multi, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod nos non possumus perfectè cognoscere angelos, & eorum officia, si enim possemus distinguere officia, & ordines angelorum secundum perfectam cognitionē, perfecte etiam sciremos quod quilibet angelus habet suum proprium officium, & suū proprium ordinem in rebus quemadmodum quęlibet stella habet suam propriam actionem, sed nos hęc omnia latent, iccirco tantummodo in communi, & vniuersali de ipsis loqui possumus.

Art.4.

Sexta conclusio. Distinctio Hierarchiarum, & ordinum in angelis est secundum naturam, & secundum gratiam: hanc ponit Sanctus Thomas vbi supra. & ratio est, quia distinctio inter angelos attenditur per respectum ad finem, sed finis est duplex, alter à natura, alter à gratia, igitur conclusio vera.

Vbi nota quod ordo gubernationis qui est ordo multitudinis existentis sub principatu, consistit in hoc, vt cognoscat, & amet suum principem cognitione, & amore, quia cognitio, & amor potest esse secundum dona naturalia, & secundum dona gratuita, quibus creaturę rationales perueniūt ad visionem diuinę essentię, & fruitionem diuinæ bonitatis, propterea est necessarium dicere distinctionem Hierarchiarum, & ordinum in angelis esse dispositiuè secundum dona naturalia, & completiuè secundum dona gratuita: quippe quæ gratuita dona dātur angelis secūdum capacitatem naturaliū.

Art.5. Cap.6. Cap.1. Cap.1.

Septima conclusio. Nomina ordinum angelorū fundamentum habent in sacris litteris: hanc ponit S.Th. vbi supra. & ratio est, quia legitur apud Esaiā, nomen Seraphim, & apud Ezechielem nomen Cherubim: & ad Colossenses habetur nomen thronorum. Dominationum autem virtutum, & potestatum, & principatuum habetur ad Ephesios: scribitur vero nomen Archangeli in Epistola Iudę, & in alijs etiam scripturis nomina Angelorum passim describuntur.

Vbi nota quod isti angeli exprimūtur idiomate Græco, nam angeli Latine dicuntur Nūcij. Archangeli dicuntur etiam illi qui summas res denunciāt; virtutes, sunt illi angeli per quos Deus miracula operatur. Potestates sunt i li angeli, quibus attentur, & repelluntur potestates aduersę. Principatus sunt illi qui pręsunt bonis spiritibus, Throni dicuntur sedes. Seraphim est nomen impositum ab ardore qui pertinet ad charitatem. Cherubin est nomen impositum à plenitudine scientiæ, Dominationes dicuntur illi angeli qui mittuntur ad gubernandas prouincias, & ciuitates.

Octaua conclusio. Ordines istorum angelorum quoad distinctionem graduum remanebunt in angelis etiam post diem iudicij: hanc ponit Sanctus Thomas, vbi supra. & ratio est, quia distinctio ordinum, & graduum attenditur penes naturam dispositiuè, & completiuè penes gratiam; sed tam natura, quam gratia remanebunt in bonis angelis, igitur conclusio vera.

Circa quam notandum est quod in ordinibus angelicis duo ordinantur. Distinctio graduum, & exequutio officiorū, quippe quę exequutio aliquo modo remanebit etiā post diem iudicij, quia semper sunt in vltima consequutione finis, cessabit vero secundū quod officia angelorum ordinata sunt ad perducendum homines ad consequutionē regni cœlestis: attamen isti tales qui consequuti sunt regnum cœlorum semper habebunt aliquam illustrationem per officia angelorum quo ad aliquā secreta, quæ Deus gloriosus in dies reuelabit.

Art.7.

Nona conclusio. Homines indifferenter ad ordines angelorum assumuntur: est S.Tho. vbi supra. & ratio huius est, quia per gratiā homines ipsi mereri possunt tantam gloriam, vt æquentur angelis ipsis secūdum singulos eorum gradus, sed hoc est homines assumi ad ordines angelorum, igitur conclusio vera quæ est certa, & fundamentum habet in verbis Saluatoris apud Lucam, quod filij resurrectionis erūt æquales angelis in cœlis; & apud Matthęum dicitur de sanctis, quod erunt sicut angeli Dei in cœlo. Cap.20. Cap.22.

Vbi nota quod homines assumi ad ordines angelorum, duo includit, vnum est quod constituant cum angelis vnam societatem, ita quod ex angelis, & hominibus vna multitudo beata integrabitur & hoc est verissimum. Alterum est quod perueniat

ad gradus gloriæ quibus potiuntur angeli, & hoc modo, non omnes homines assumuntur ad ipsos ordines angelorum; sed quidam supra ipsos, vt de Beata Virgine canitur in Ecclesia super choros angelorum exaltata est, quidam autem ad ipsos ordines, vt Apostoli, & perfecti Sancti; quidam vero infra ipsos, vt rationi cõsentaneum est dicere de pueris baptizatis, & statim ad cœlũ euolatis, & de multis alijs.

Decima conclusio. Omnes Hierarchiæ, & ordines angelorum sunt connexæ adinuicem, etiã cum Hierarchijs, & ordinibus Ecclesiæ militantis: hanc docet Sanctus Thomas in præsenti distinctione. & ratio est, quia ordo substantiarum separatarum est secundum diuersas actiones, & officia respectu vnius principis à quo dependent, sed hic ordo dicit connexionem quandam secundum quod ad inuicem dependent, igitur conclusio vera, consequẽtia patet quia iuxta huiuscemodi ordinem D. Dionysius assignat cõnexionem ordinum, & Hierarchiarum in libro de cœlesti hierarchia.

Art. 6.

Cap. 10.

Vbi nota quod huiuscemodi connexio intelligenda est ad modum ordinis vniuersi cuius partes ad inuicem sunt ordinatæ, in quantum vna iuuat alteram ad consequutionem sui finis, & etiam ad vltimum bonum, quod est finis totius vniuersi; & sic etiam vt tactum est in ratione connexio hierarchiarum, & ordinum est, & secundum relationem in vltimum finem secundum quod omnis finis hierarchiæ est vnitas, & similitudo ad Deum, & secundum ea quæ sunt de essentia ipsius hierarchiæ, scilicet secundum ordinem, scientiam, & actionem. secundum ordinem quidem, inquãtum in omnibus inuenitur distinctio per primum, medium, & vltimũ, quia sicut angelica hierarchia est media inter Deum, & nos, ita etiam est accipere in ipsa hierarchia angelica primam, & mediam, & vltimam, & in vnaquaque primum ordinem, medium, & vltimũ, & in vnoquoque ordine primos angelos, medios, & vltimos, & hoc à primo, vsque ad vltimum, & sic etiam secundum sciẽtiam, & secundum actionem, & in his consistit huiuscemodi connexio, quæ expressa est in conclusione.

DISTINCTIO X.

Postquam superius determinatum est de distinctione hierarchiarum, & ordinum: hic inquiritur de quibusdam actibus qui cõsequuntur hierarchias, & ordines distinctos pro determinatione huius negotij sit,

Prima cõclusio. Aliqui angeli mittuntur à Deo in ministerium: hanc ponit Sãctus Thomas prima parte. & ratio est, quia ille dicitur mitti qui aliquo modo procedit ab aliquo, vt incipiat esse vbi prius non erat, vel vbi prius erat per alium modum, sed huiusmodi sunt angeli, igitur conclusio est vera, & certa in qua nulla est controuersia, cum habeat fundamentum in sacris litteris: scribitur enim Exodi ecce ego mittã angelum meũ qui præcedat te &c. & ad Hæbreos scribitur Omnes sunt administratorij spiritus pp eos qui hereditatẽ capiũt salutis.

q. 13. art. 1.

Cap. 23.

Cap. 1.

Circa quam conclusionem nota, quod creatura corporalis administratur per angelos, cum ergo aliquid est agendum per aliquem angelum circa aliquam creaturam corpoream de nouo applicatur angelus illi corpori sua virtute, & sic angelus procedit ad locum vbi prius non erat, & hoc pacto dicitur mitti à Deo, sed illa operatio quã angelus missus exercet procedit à Deo sicut à primo principio, cuius nutu, & authoritate angeli operantur, & in ipsum Deum reducitur, tanquàm in vltimum finem, & huiusmodi actiones angelorum, vocantur ministeria à Theologis.

Secunda conclusio. Non omnes angeli mittuntur: est S. Tho. vbi supra. & ratio huius est, quia illi dicuntur mitti qui aliqua ministeria ad exterius operanda exercent, sed nõ omnes angeli dicuntur exercere ministeria exterius circa creaturas corporales, igitur conclusio vera.

Art. 2.

Circa quam nota, quod sunt duæ opiniones: quidam volunt omnes angelos mitti, etiam superiores, vt narrat Thomas de Argẽtina in præsenti loco, & dicunt hoc non debere intelligi de lege communi, & de facto, sed ex aliqua dispensatione diuina, vt interdum superiores mittantur: sed probabilior, & verior est opinio quam proposuimus in conclusione quod angeli superiores non mittuntur, quia ordo gratiæ non habet alium superiorem ordinem, sed bene ordo naturæ habet ordinem superiorem qui dicitur ordo gratiæ, & propterea cum distinctiones ordinum habiti sunt iuxta naturam, & gratiã, non potest dici quod ex dispensatione diuina supra ordinem gratiæ mittantur angeli superiores. Adde quod inter omnia diuina mysteria fuit illud quod nunciauit Gabriel Beatæ Virgini, & nihilominus illud denunciatum fuit ab ipso Gabriele, qui est de ordine Archangelorum.

Tertia conclusio. Inferiores angeli dicuntur aliquando exercere officia superiorum: hanc docet S. Tho. vbi supra. & ratio est, quia sicut in Ecclesia militanti, ita in triumphanti: sed in militanti Ecclesia aliquis inferior minister, potest exercere officiũ superioris ex commissione, vt si põtifex impendat alicui episcopo, vt absoluat aliquem à peccatis, ille Episcopus cum sit inferior Pontifice, exercet officium pontificis, igitur conclusio vera.

Circa quam nota quod scribitur apud Esaiam quod missus fuerit Seraphin ad purgandum labia prophetæ, & nihilominus non fuit de ordine Seraphin, sed dicebatur Seraphin, quia angelus inferior operatus fuit istã purgationem labiorum prophetæ ex dono superioris angeli, qui non immediate hoc fecit, sed mediante angelo inferiori.

Cap. 6.

Quarta conclusio. Contingit aliquando vnum angelum mitti ab alio: elicitur & hæc ex doctrina Sancti Thomæ vbi supra. & ratio est desumpta ex verbis Zaccharię dicentis, angelus qui loquebatur in me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum, Curre, loquero ad puerum istum, dicẽs absque muro habitabitur Hierusalem; sed dum angelus dicit ad alium angelum Curre, & loquere, non est dubium quod alter alterum mittit, igitur conclusio vera.

Cap. 2.

Circa quam nota, vt dicit Beatus Gregorius super hunc passum, quod in cõspectu conditoris ministeria ordinata sunt, vt pro communi fœlicitate beatitudinis opificem suum videntes gaudeant, eũ pro dispẽsatione dignitatis alij alijs subministrãt. Angelus mittit angelũ ad prophetã, & quæ secum

de Deo communiter cóspicit, docet, & erigit, quia A eum per superioré scientiá virtute cognitionis, & præstantioré gratiam culmine potestatis excedit.

Quinta conclusio. Angelus ex hoc quod mittit aliũ angelũ, non propterea angelus missus dicitur minister angeli. elicitur ex S.Th. vbi supra. & ratio est, quia omnis missio, & ministerium angeli reduci debet ad supremum authoré, & vltimum finem, cuius mandatis, & ordinationi omnes creaturæ obediunt, sed supremus author, & vltimus finis nó est angelus, mittens, sed ipse Deus, igitur angelus missus, non debet dici minister angeli mittentis, sed ipsius Dei benedicti. Vbi nota quod sicuti in curia alicuius principis terreni nuncius missus à B principe per officialem suum non dicitur nuncius officialis, sed ipsius principis, ita, & in curia cęlesti, & si aliqui angeli mittuntur ab alijs angelis, angeli tamen missi nó dicuntur ministri angelorum mittentium, sed solius Dei qui per propriam authoritatem, & potestatem mittit, & non sub delegatam, vt faciunt alij angeli.

Art.3. Sexta cóclusio. Soli superiores primæ hierarchię assistunt, hæc est S.Tho. vbi supra. & ratio est, quia illi angeli proprie assistere dicuntur qui secreta diuinorum mysteriorum in claritate diuinæ essentiæ percipiunt, & inferioribus denunciant: sed isti dicuntur esse solummodo angeli primæ hierarchiæ, C igitur conclusio vera, quæ licet non sit de fide est Cap.10. tamé certa, & innixa authoritati D.Dionysij libro de cœlesti hierarchia, vbi dicit quod Angeli primæ hierarchiæ assistunt Deo, quia immediate ab ipso illuminantur. Vbi nota quod & si omnes angeli diuinam essentiam immediate videant quantum ad hoc etiam illi angeli qui dicũtur ministrare, dicuntur etiam assistere: sed non loquitur conclusio nostra de ista assistentia quæ est videre faciem patris, sed de assistentia qua soli superiores à Deo immediate illuminantur. sicuti inter curiales qui alicui Regi famulantur, aliqui semper ei assistunt, & præcepta immediate audiunt, alij vero sunt, ad quos D precepta regalia per assistentes nunciãtur, sicut illi qui pręficiuntur administrationi ciuitatum, hi.n. dicuntur ministrantes, sed non assistentes.

Art.4. Septima cóclusio. Assistentes sunt plures quam ministrantes. est propositio S.Th. vbi supra. & ratio est, quia quanto aliquę creaturę sunt superiores, tanto in maiori excessu sunt à Deo productæ, sed assistentes sunt superiores ministrantibus, igitur cóclusio vera. Vbi nota quod D.Gregorius 17. Moralium videtur sustinere cótrariam opinionem huius conclusionis, asserens plures esse ministrantes, quam assistentes, & exponens illud Danielis, Milia milium ministrabant ei, dicit debere intelligi non E multiplicatiue, sed partitiue, ac si diceretur, Millia de numero millium, & sic numerus ministrantium est indefinitus, & excedés; Numerus vero assistentium est definitus, quia sequitur Decies milies centena milia assistebant: ex quibus sequitur plures esse ministrantes, quam assistentes; sed conclu-Cap.14. sio nostra fundatur super authoritate Dionysij, qui in libro de cœlesti hierarchia, ponit superiores naturas transcendere inferiores; & sic exponenda est authoritas Danielis, Decies milies centena milia assistebant: quasi dicat multo plures dicuntur assistentes, quam ministrantes, & propterea probabilior est opinio D.Dionysij, quàm Diui Gregorij; licet vtraque sustinere possit.

Octaua conclusio. Angeli ex hoc quod mittuntur ab ipso Deo ad exercenda ministeria circa creaturas corporales, nó propterea impediuntur à contemplatione diuinæ essentiæ. est S.Tho. in pręsenti Art.4. distinctione. & ratio est, quia excellés operatio nó minuitur per inferiorem operationem, sed beatitudo angelorum quæ consistit in contemplatione diuinitatis, est excellentissima operatio, igitur per ministerium quod exercent circa creaturam corporalem minui, vel impediri nó pót, aut retardari. Circa quam cóclusionem nota quod angeli beati nullam operationem habét quæ non spectet ad essentialem beatitudinem, vel in quam per contemplationem beatam non dirigatur, & propterea contemplatio eorũ se habet ad eorum ministeria quæ exequuntur, sicut in artifice consideratio regularũ artis ad exequutionem operis, eo quod ipse Deus est finis omnium operum, & à fine sumitur ratio cuiuslibet operis. Hinc sequitur quod quemadmodum artifex simul considerat rationem artis, & exequitur opus, ita etiam, & angelus beatus simul contemplatur Deum, & ministrat nobis.

Nona conclusio. Angeli mali aliquando etiam à Deo mittuntur. est S.Tho. vbi supra. & est certa, & videtur esse de fide; quia scribitur 3. Regum. Quis Cap.vlt. decipiet Achab? dixit Dominus spiritui decipere volenti per médacia prophetarum Baal. Egredere, & fac: igitur dicendo egredere, & fac: Dominus misit spiritum mendacem. Circa quam conclusionem nota quod scribitur in Psal. Immissiones per Psal.77. angelos malos, super quibus verbis notat B.Gregorius 2. Moralium. Sicut de bonis angelis in hac vita laborantibus auxiliũ pietatis impenditur: ita mali angeli occulte, iustitiæ Dei, nesciendo seruientes, ministerium exequi reprobationis conantur; non enim ministrant Deo soli boni, qui adiuuent, sed etiam mali qui probent; non solum qui redeũtes, à culpa subleuent; sed etiam qui redire volentes grauent. Ad quod etiam facit quod glosa quædam super Matthęũ ait exponendo verba illa Mitte nos Cap.8. in gregem porcorum. Per porcos ait glosa significantur mali, & luxuriosi in quos mittuntur dæmones à Deo, nec propter hoc mittit eos Deus ad seducendum, & perdendum animas illas, sed vt meliores fiant, pugnando cum dæmonibus.

Decima conclusio. Aliam intétioné habet Deus mittendo malos angelos ad tentandum homines; & aliam habent ipsi dæmones. elicitur ex doctrina S.Tho. in pręsenti distinctione. & ratio sumitur ex verbis Dei apud Iob, vbi dixit Deus ad Sathan. vni-Cap.1. uersa quæ possidet Iob, in manu tua sunt, verumtamen in eum non extendas manum: supra quibus verbis dicit Beatus Augustinus. Potestaté tentandi concedendo, eamque ordinando, misit eum; malis.n. angelis vtitur Deus, sicut & homo creaturis Dei male; vnde sine dubitatione malis angelis tribuere possumus mortes pecorum, mortes primogenitorum, & obdurationes Aegyptiorũ. Hæc enim Deus cum facere dicitur, non instigando, & inspirando, sed deferédo hoc facit, vt illi operentur in filios diffidentiæ, quod Deus iuste, debitæque permittit; missio ergo malorum, nil aliud est, quã ordinatio potestatis eorum ad puniendum, & permissio

missio voluntatis eorundem ad seducendum. Vbi nota quod voluntas Dei, est saluare omnes homines, vt scribitur 1. ad Timoth. (Cap. 2.) Qui vult omnes homines saluos fieri, sed cognoscens Deus malam intentionẽ Diaboli ex qua sequitur seductio, & perditio mittit eum ad tentandum homines, sed non vt damnet, & perdat: sed propter bonũ quod Deus ex illo malo eligit, quia homines tentati præliando cum dæmonibus, eosq; superando, consequuntur coronã victorię, & propterea optime dicitur quod aliam intentionẽ habet Deus mittendo malos angelos ad homines, & aliam habent ipsi dæmones missi: quia Deus habet intentionem saluandi, & probandi homines, dæmones autem damnandi, & impediendi illos à consequutione regni cœlestis sicuti aliam intentionem habuit Cayphas quando dixit, expedit vobis, vt vnus homo moriatur &c. & aliam habuit Spiritus Sanctus, vtendo ipso Caypha pro ministro illorum verborum; Cayphas enim dixit illam sententiam, ne venirent Romani ad tollendum locum, & gentem, sicuti propositum fuerat in consilio, Spiritus autẽ Sanctus instigauit vt illa verba proferret pro redemptione humani generis.

DISTINCTIO XI.

SVperius determinatum est de quibusdam actibus qui consequuntur omnes ordines angelorum: hic differit magister de quodã actu qui specialiter consequitur quendam peculiarem ordinem angelorum, scilicet de custodia ipsorum hominum. & pro notitia huius rei ponitur prima conclusio talis. Necesse est homines custodiri ab angelis: hanc ponit S. Thom. 1. par. (q. 113. ar. 1.) & ratio huius est, quia ordo diuinæ prouidẽtiæ hoc habet, vt omnia mobilia, & variabilia regulentur per immobilia, & inuariabilia, quemadmodum videmus quod corpora inferiora regulantur per superiora, quæ sunt inuariabilia secundum substantiam: & corpora superiora quæ sunt mobilia secundum motum localem regulantur per substãtias spirituales, & immobiles; sed homines secundum cognitionem, & affectionẽ sunt multipliciter variabiles à bono, igitur oportet eos regulari per angelos qui sunt inuariabiles; & hoc est ipsos custodiri ab angelis: & hæc conclusio nullam habet repugnantiam; sed est certa de fide, quia scribitur in Psal. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in oĩbus vijs tuis. Circa quam conclusionem nota quod ad operandum aliquod bonum, duo requiruntur; Alterum quod affectus inclinetur ad bonum, quod quidem fit in nobis per habitum virtutis moralis: Alterum autem quod ratio inueniat congruas vias ad perficiendum bonum virtutis: & hoc tribuitur prudentiæ: Quantum ergo ad primum, Deus immediate custodit homines, infundendo eis gratiam, & virtutes iuxta illud, Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel: Quãtum autem ad secundum Deus custodit homines, sicut vniuersalis instructor: cuius instructio peruenit ad ipsos per medios angelos; & hoc est: hoĩes ipsos custodiri ab angelis.

Secunda conclusio. Singulis hominibus singuli angeli deputantur ad custodiam. (Art. 2.) est S. Tho. vbi supra. & ratio huius est, quia prouidẽtia Dei est principaliter circa res æternas, & incorruptibiles, sed

A homines sunt incorruptibiles, nõdum in specie, sed secundum proprias formas quæ sunt animæ rationales, igitur prouidentia Dei particulariter est circa homines; sed custodia angelorum est quædam exequutio diuinæ prouidẽtię, igitur cõclusio vera. In qua nota quod prouidẽtia Dei comparatur ad singulos hoĩes sicut cõparatur singula gñа, vel species rerũ corruptibiliũ; vñ sicuti diuersi ordines angelorũ deputãtur diuersis generibus rerũ, puta potestates ad arcẽdos dæmones; virtutes ad faciẽda miracula in rebus corporeis; sic ẽt diuersis speciebus rerũ diuersi angeli eiusdẽ ordinis pręficiũtur: vnde etiã diuersis hoĩbus, diuersi angeli ad custo- B diam deputantur: & hęc est doctrina beati Hieronymi exponentis illud dictum Saluatoris. Angeli eorum in cœlis, semper vident faciem patris mei. Ait ipse Hieronymus. Magna est dignitas animarum, vt vnaquęque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum.

Tertia cõclusio. Custodia particularis hominũ, pertinet ad infimum ordinem angelorum tãtum. est Sancti Tho. vbi supra. (Art. 3.) & ratio huius est, quia minima spectãt ad infimum ordinem angelorum, sed procuratio eorum quæ sunt ad salutem vnius tantum, est quid minimũ inter officia angelica, igitur conclusio vera. In qua nota, quod alicui homini C dupliciter adhibetur custos; vno modo inquantũ est homo singularis, & sic vni homini debetur vnus custos, & interdum plures deputantur ad custodiã vnius, alio modo inquantum est pars alicuius collegij; & sic toti collegio præponitur vnus homo ad custodiã; ad quem pertinet prouidere ea quæ spectãt ad illum vnum hominem in ordine ad totum collegium: sicut sunt ea quæ exterius aguntur, de quibus alij ędificantur, vel scandalizantur: Custodia autem angelorũ deputatur hominibus etiam quãtum ad inuisibilia, & occulta quę pertinent ad salutem singulorum secũdum seipsos, & propterea singulis hominibus, singuli angeli infimi ordinis D deputantur ad custodiam.

Quarta conclusio. Custodia vniuersalis multiplicatur secũdum diuersos ordines. est S. Thomæ vbi supra. & ratio est, quia quãto agẽs est vniuersalius, tanto est superius, sed ordo principatuum, vel archangelorum se habent veluti agens vniuersalius, igitur custodia illorum ad plures se extẽdit, igitur conclusio vera. In qua notandum est quod custodia est duplex: Altera respectu alicuius particularis. s. hominis, secundum quam dictum est quod singulis hominibus singuli angeli deputantur ad custodiam: Alia dicitur custodia vniuersalis, puta respectu humanæ multitudinis; & hæc non perti- E net ad infimum ordinem, sed vel ad ordinem archangelorum, vel ad ordinem principatuum. Res etiam omnes corporeæ debent habere ordinẽ etiã angelorum qui sunt virtutes, pro earum custodia, licet inferiores angeli exerceant officia superiorũ, quantum ad aliquid de dono quod ab illis recipiũt; vñ se habẽt veluti exequutores eorũ virtutis.

Quinta conclusio. Omnes homines in statu viæ habent angelos custodes. est S. Tho. vbi supra. & ratio est, quia custodes dantur constitutis in aliqua via, in qua multa imminent pericula, sed homines dum sunt in hoc mundo dicuntur esse in statu viæ, & habent multa pericula transire, igitur cõcl. vera.

Circa

Circa quam nota, quod ista pericula imminent homini, tum ab interiori, tū ab exteriori, iuxta illud; In via hac qua ambulabam, abscōderunt laqueum mihi; propterea ad fugienda huiusmodi pericula, & vt secure perueniāt ad terminum viæ, dantur huiuscemodi angeli ad custodiēdum ipsos homines, qui postquam peruenerint in regno habebunt etiā eos corregnantes, sicuti, & illi qui propter peruersam eorum voluntatem deducuntur ad infernum, habebunt dæmones punientes.

Sexta conclusio. Christus secūdum quod homo non indiguit custodia angelorum. est S. Tho. vbi supra. & ratio est, quia Christus secundum quod homo erat comprehensor; sed comprehensor nō indiget custodia angelorum, igitur conclusio vera. Vbi nota quod licet ratione possibilitatis corporis esset viator, secundum hoc etiam non debebatur ei angelus custos, tāquam superior, sed potius tanquam minister, & inferior, & hinc dicitur apud Matthæum Accesserunt angeli, & ministrabant ei; (Cap. 4.) vnde nec etiam primo prothoparens noster Adam in statu innocētiæ indigebat custodia angelorum, quia nō patiebatur aliquod periculum ab interiori, erat. n. in ipso omnia ordinata, quamquam indigeret custodia angelorum ab exteriori, propter insidias dæmonum, vt rei probauit euētus, & quantum ad hanc causam iam habebat angelū custodē.

Septima conclusio. Præsciti, & infideles, & etiam Antechristus habebunt angelos custodes. est S. Th. (Art. 4.) vbi supra. & ratio est, quia nulla rationalis creatura priuatur dum est in hoc mundo auxilio diuinitus concesso toti humanæ naturæ; sed præsciti, infideles, & Antechristus, sunt creaturæ rationales, igit hoc auxilio priuari non debent. Vbi attendè quod custodia angelorum est magnum auxilium à Deo datū, quod quidem, & si non iuuet aliquibus, quantum ad consequendam vitam æternam bonis operibus, iuuat tamen quātum ad hoc, quod retrahuntur à multis malis, & facinorosis operibus quæ perpetrare possent; vnde ipsi dæmones dicuntur arceri per bonos angelos, ne noceant quantum volunt, & sic etiam Antechristus per suum angelum custodem non nocebit tantum quantum vellet. Obligamur igitur gratias infinitas Deo optimo maximo, pro tāto beneficio, quod est custodia angelorum, nobis concesso.

Octaua conclusio. Homo statim à natiuitate habet angelum deputatum ad sui custodiā. est S. Th. vbi supra. Et ratio est, quia quælibet creatura rationalis potens ex seipsa operari, habet aliquem angelum pro suo custode, & tanto magis si ex se operari non potest sed homo quilibet à sua natiuitate poterit aliquod opus producere, saltem naturale, puta emittere vocē, vel facere aliquid aliud huiusmodi, igitur statim à sua natiuitate angelum ad sui custodiam deputatum habere debet, vt defendat ipsum saltem ab exterioribus periculis. Circa quam nota, quod fuerunt tres opiniones, quarum prima est ipsius Origenis volētis angelum custodem dari hominibus à tēpore baptismatis. secunda fuit Basilij asserentis angelum custodem dari hominibus statim quando eorū corporibus infunduntur animæ rationales. tertia est opinio quā proposuimus in conclusione, & ascribitur Beato Hieronymo super illud Matthæi angeli eorum in cœlis &c. dicēti. Magna est dignitas animarū, vt vnaquaque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum: quę verba intelligenda sunt de natiuitate extra vterum, quia in natiuitate in vtero. anima custoditur ab angelo custodiente matrem, cum puer adhuc nō sit separatus ab ipsa matre, sed per quandam collegationem sit coniunctus ei, sicut fructus pendens in arbore est aliquid arboris, & propterea substinēda est opinio S. Tho. posita in cōclusione.

Nona conclusio. Angelus custos numquam totaliter dimittit suum hominem: hanc ponit S. Th. vbi supra. Et ratio est, quia custodia angelorum est exequutio diuinæ prouidentiæ, sed diuina prouidentia, numquam deserit res prouisas, igitur nec angelus custos dereliquit hominem custoditum. Adde quod dæmones semper impugnāt homines, iuxta illud Petri. Aduersarius vester diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret, (Primę c. 5.) igitur multo magis boni angeli semper homines custodire debent. Vbi nota quod conclusio intelligi debet de custodia interpolata, non continua, quia interdū angelus dimittit hominem, prout. s. non impedit ipsum, quin subdatur alicui tribulationi, vel etiam quin cadat in peccato, secūdum ordinem diuinorū iudiciorū; & iuxta hoc scribitur Hieremię. Curauimus Babilonem, & non est curata, derelinquamus eam; (Cap. 51.) & sic etiam Hierusalem, vt scribitur apud Esaiam. Auferam sępem eius, & erit in cōculcationem; (Cap. 5.) sic etiam Saluator noster dixit ad Patrem Quare me dereliquisti? quia non impediuit Iudæos, quia iniecerint manus violentas in eum. Derelinquunt etiam aliquando angeli homines custoditos loco, sed nō quantum ad effectum custodiæ, quia, etsi vadant ad diuersa loca semper tamen agnoscunt quid agatur circa homines custoditos.

Decima conclusio. Angeli custodiētes homines, non dolent neque de peccatis, neq; de pœnis, neq; tribulationibus eorum. docet hanc D. Thomas. (Art. 7.) Et ratio est, quia vbi est tristitia, & dolor, non est perfecta fœlicitas, sed angeli beati, habent perfectam fœlicitatem, igitur non poterit eis esse aliqua tristitia vel dolor: & hęc conclusio est certa, adeo quod oppositum esset error in fide; quia vt scribitur Apocalipsis, (Cap. 21.) Mors vltra nō erit, neque luctus, neque clamor, neque vlius dolor. Vbi nota quod nihil accidit in mundo quod sit contrarium voluntati angelorum, & aliorum beatorum; quandoquidem voluntas eorum totaliter inhęret ordini diuinę Iustitiæ, & in mundo nihil fit, quod non sit à diuina iustitia, saltē permissum, licet angeli nolint peccata, & pœnes hominum absolute loquendo, volunt tamen quod circa illa obseruetur ordo diuinæ iustitiæ, sicuti nauta non vult proiectionem mercium in mari absolute loquendo, sed imminente periculo salutis vult de facto. & hoc dicitur esse magis voluntarium, quam inuoluntarium; sic etiam pœnę, & tribulationes hominum respectu angelorum, & beatorum dicūtur magis voluntaria quædam quā inuoluntaria? Nota etiā quod duodecim effectus producit in hominibus custodia angelorum; quorum primus est increpatio pro delictis; secundus est absolutio à vinculis peccatorū; tertius est ablatio impedimentorum à bono operando; quartus est expulsio dæmonum; quintus est interior illumina-

minatio; sextus est reuelatio secretorum; septimus est consolatio afflictorũ; octauus confortatio viatorum in via Dei; nonus est deductio ipsorum viatorum ad debitũ terminum; decimus est deiectio hostium, & inimicorum; vndecimus est mitigatio tentationum; vltimus est delatio orationũ ad Deũ, iuxta illud Thobiæ (Cap. 12.) Quando orabas cum lacrimis, & sepeliebas mortuos &c. & omnes hi fructus custodiæ angelicæ fundamentum habent in sacris litteris, vt est videre apud Gabrielem in præsenti dist.

DISTINCTIO XII.

Disputatur in presenti distinctione de loquutionibus angelorũ, à diuersis magistris, propterea, & nos meliori, & clariori modo quo fieri poterit, aperiemus materiam istam per cõclusiones quarum prima est.

Prima in angelis est aliqua loquutio: hanc ponit S. Tho. prima parte (q. 107. ar. 1.) & ratio est, quia in quibuscũq; est ordinatio conceptuum propriorum ad manifestandum ipsos alijs, ibi est aliqua loquutio, sed in angelis est huiusmodi ordinatio diuersorum conceptuum pro manifestatione eorũ alijs, igitur conclusio est vera, & est de fide, vt scribitur primę ad Corinth. (Cap. 13.) Si linguis hoĩum loquar, & angelorũ, &c. Vbi nota quod semper voluntas mouet intellectũ ad suam operationẽ, & intelligibile dicitur esse in intellectu tribus modis, primo habitualiter, vel secundum memoriam; secundo actualiter consideratum, & conceptum; tertio ad aliud relatum: & quia voluntas per imperium suum transfert istud intelligibile de primo modo ad secundum; & de secundo ad tertium: nam per voluntatẽ conceptus mentis ordinatur ad alterum, vel agẽdum aliquid, vel ad manifestandum alteri; quando autem mens conuertit se ad actum considerandum; illud quod habet in habitu, tunc aliquis dicitur loqui sibi ipsi: nam ipse conceptus mẽtis interius vocatur verbũ; vnde quãdo conceptus mentis angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius angeli, tunc conceptus mẽtis vnius angeli innotescit alteri; quia nihil aliud est loqui vnum ad alterum, quam manifestare conceptũ mentis alteri; & ideo huiusmodi ordinatio cõceptuum, & manifestatio dicitur loquutio.

Secũda cõclusio. Inferiores angeli superioribus loqui possunt. (Art. 2.) est S. Th. vbi supra. & ratio huius est, quia inferiores angeli manifestant suos conceptus superioribus, & etiã superiores inferioribus, & huiuscemodi manifestatio est loquutio, igitur cõclusio vera. In qua nota esse diuersas sententias de modo quo angeli ipsi loquuntur adinuicem: nam prima sententia est quam narrat Durandus in præsenti distinctione (Dis. 11. q. 2.), quod per quædam signa voluntaria fit loquutio angelorum; quia illa signa manifestãt passiones, & secreta angelorum: secunda sententia est quam recitat ipsemet Durandus, quod vnus angelus loquitur alteri, describendo diuersas figuras in cœlo per applicationẽ virtutis, & per eas possunt angeli mutuo exprimere sibi conceptus suos, & sic ad inuicem loqui; tertia est sententia quod hęc loquutio angelica fit per quædã verba mentalia, quia angelus manifestat alteri passiones suas, & conceptus suos per huiuscemodi verba mentalia. Ponit

A etiam, & quartam sententiam quam ipse sequitur dicens quod sicut verbũ est duplex; interius & exterius, ita, & loquutio duplex est, interior, & exterior: Exterior fit per quasdã res sensibiles quæ nõ possunt esse in angelis; erit igitur tantum loquutio interior qua vnus cogitationem, & affectionẽ suã exprimit alteri. Quinta est sententia ipsius Ocham (Quæst. 20.) in hoc libro, volẽtis, angelum loqui alteri idẽ esse, quod vnum causare notitiam alicuius rei in intellectu alterius. Sexta est sententia Scoti, vt narrat Gabriel hic (Distin. 9.), volẽtis vnũ angelum alteri loqui, nil aliud esse, nisi quod vnus angelus producit in alio aliquẽ actum, vel habitualem cognitionem, vel speciem:

B Inter tot tãtasque varias sententias omissis omnibus dicemus sentẽtiam S. Tho. esse probabiliorem, vt expressum est in conclusione in qua vt exponit Caietanus non est admittendum aliquod signum exterius, vltra conceptum, & hoc etiam asserit Gabriel in hoc libro (Dist. 9. q. 2. art. 4.): Inquit enim vnum angelum alteri loqui, est conceptum vnius angeli manifestari alteri; & hoc prouenit ex simplici voluntate ipsorũ. attestãtur etiam huic opinioni Riccardus, Ariminensis, Alexander, & quam plures alij; & hęc est sententia sequenda.

Tertia conclusio. Angelus loquens nihil proprie causat in altero, sed secundum in seipso. est S. Tho. (q. 9. art. 5.)

C de ver. Et ratio est, quoniã quando inferior loquitur superiori, nihil in eo causat, igitur conclusio est vera. Vbi nota quod conceptus expressus per angelum loquentem ita ordinatur ad hunc angelum, quod nõ ad alium, & sic pręsentat ei obiectum, angelus autem audiens causat in seipso actualem intellectionem, respectu illius obiecti; & quia in nobis cõceptus interior duplici obstaculo clauditur, primo quidem ipsa voluntate quæ conceptum intellectus potest retinere interius, vel ordinare ad extra, vt sibi placet; & quantũ ad hoc mẽtem vnius, nullus alius põt videre nisi Deus, iuxta illud Apostoli (1. Cor. c. 2.). Quæ sunt hominis nemo nouit nisi spiritus

D hominis qui in ipso est. secũdo clauditur mens hominis ab alio, per grossitiem corporis, vnde cum voluntas ordinat cõceptum mentis ad manifestandum alteri nõ statim cognoscitur ab alio, sed oportet aliquod signũ sensibile adhibere: & hoc fit per Ianuam linguæ; & sic nos loquimur ad inuicem; hoc autem obstaculum non reperitur in angelis, & ideo quam cito vult manifestare suum cõceptum, statim, alius cognoscit.

Quarta conclusio. Angelus loquitur Deo: hanc ponit S. Thom. prima parte, vbi supra (Art. 3.). Hæc propositio est de fide, vt patet Zachariæ (Cap. 1.), ibi n. dicitur. Respõdit angelus Deo, & dixit. Domine exercituum,

E vsque quo non misereberis Hierusalem? quibus verbis manifeste patet angelum Deo loqui; & est expresse sentẽtia beati Gregorij 2. Mor. vbi dicitur quod angeli loquuntur Deo, cum per hoc quod super semetipsos respiciunt in motum admirationis surgunt. vbi notandum est quod loquutio angeli est per hoc quod conceptio mentis ordinatur ad alterum; & quia aliquid ad alterũ ordinari dupliciter cõtingit: vno modo ad hoc quod communicet alteri, tãquã agens patienti, veluti in humana loquutione facit Doctor respectu Discipuli, & hoc pacto angelus non loquitur Deo; Alio modo ordinatur aliquid ad alterum, vt ab eo aliquid accipiat,

accipiat, sicut facit discipulus respectu magistri, & A hoc modo angelus loquitur Deo, vel consultando diuinam voluntatem de agendis, vel eius excellentiam quam nunquam comprehendit admirando.

Quinta conclusio. Distantia localis nullum impedimentum præstat in loquutione angelorum. Art.4. hæc est S.Tho. vbi supra. & ratio est, quia Diues in Cap.6. inferno positus, vt scribitur apud Lucã, erat distãs ab ipso Abraham, & tamen loquebatur ei, absque hoc quod illa distantia aliquod impedimẽtum poneret in loquutione eorum. igitur multo minus in loquutione angelorũ localis distantia impedimentum ponere poterit. Hæc conclusio est adeo certa, quod nullam repugnãtiam habet inter Doctores. B Vbi nota quod cum loquutio angelorum cõsistat in intellectuali operatione, intellectualis autẽ operatio est omnino abstracta à loco, & tẽpore, sicuti etiã nostra intellectualis operatio est abstracta ab hic, & nunc, licet fortasse, per accidẽs ex parte phantasmatum, quippe quæ in angelis nullo pacto reperiuntur in nobis impedimẽtum esse possit: Modo in eo quod est omnino abstractum à loco, & tempore, nihil operabitur diuersitas temporis, aut distantia loci, propterea optime præpositũ est in conclusione quod talis distantia localis impedimentũ nullum præstare poterit.

Sexta concl. Quando vnus angelus loquitur alte C ri, alij non percipiunt id quod illi duo ad inuicem Art.5. loquuntur. est S.Thomæ vbi supra. & ratio est, quia si hoc cõtingit inter homines, quod quando alteri alter loquitur, alij illud non percipiunt, multo magis in angelis hoc esse poterit, quod cũ alter alteri loquitur, quod alij angeli illud quod loquũtur inter eos non percipiant. Et nota quod hæc cõclusio est cõtra Scotum in hoc libro; vbi reprehendit sen Distin.9. tentiam S.Thomæ, quod si angelus loquens nihil causat in altero, sed tãtum in seipso, sequitur quod angelus loquẽs æqualiter omnibus loquatur. & est deceptus, quia conceptus mentis vnius angeli percipi potest ab altero per hoc quod ille cuius est cõceptus, sua voluntate ordinat ipsum ad alterum; potest autẽ ex aliqua causa ordinari aliquid ad vnũ, & non ad alterum, & ideo potest conceptus vnius ab aliquo vno cognosci, & nõ ab alijs: & sic loquutionem vnius angeli ad alterum, potest percipere vnus absq; alijs: & hoc non quod distantia localis impediat, sed hoc facit voluntas ipsius angeli qui ordinat suum cõceptum ad vnum, & nõ ad alterũ.

Septima conclu. Vnus angelus illuminat alium. q.111.ar.1. hanc docet S.Tho. prima parte. & ratio est, quia illuminatio est manifestatio diuinæ veritatis, sed superiores angeli manifestant diuinam veritatem inferioribus, igitur vnus angelus aliũ illuminare poterit. Vbi nota quod hæc conclusio est contra Durãdum hic, qui dicit illuminationẽ non posse fieri Cap.4. nisi à Deo: & expresse loquitur cõtra D. Dionysiũ lib. de cœlesti hierarchia, vbi dicit; reuelationes diuinorum perueniunt ad homines mediãtibus angelis; & huiusmodi reuelationes sunt illuminationes: si igitur homines illuminantur per angelos, angeli quoq; inferiores illuminari possunt per angelos superiores: non propterea negatur quin etiã à Deo fieri possint immediate huiusmodi illuminationes respectu cuiuscũque angeli inferioris, sed quod solũmodo fiãt à Deo in hoc errauit Durãd.

Octaua conclusio. Angeli nõ proficiunt in visione Dei. Ponit hanc S.Tho. in præsenti distinctione. Art.1. & ratio est, quia in termino motus non contingit esse motũ, sed angeli nõ sunt amplius in statu viæ, cui cõpetit motus, sed in termino, igitur ipsi proficere non possunt in visione Dei, seu in beatitudine, cum profectus sit quidam motus. Vbi nota quod circa istam cõclusionem errarunt græci, asserentes beatitudinem omnium creaturarum rationalium differri vsq; ad diem Iudicij, quorum error est manifestus, quia & si possint habere aliquod gaudiũ accidentale, de salute illorum qui per ipsorum ministerium saluantur, illud tamen ad præmium accidentale spectat, non autem ad essentiale; si vere præmium dici poterit; quia illud gaudium magis acquirũt ex virtute beatitudinis essentialis, quam habent; quam quod illud mereantur, quia soli Christo datum fuit priuilegium, vt simul viator, & comprehensor fuerit.

Nona concl. Angeli beati aliquid addiscere possunt ab hominibus: hanc ponit S.Tho. in præsenti Art.4. distinctione. & ratio huius est, quia illi qui immediate à Deo recipiunt cognitionem, alios instruũt: sed Apostoli immediate de mysterijs Ecclesiæ à filio Dei instructi sunt, igitur de hoc angelos instruere potuerunt. Vbi nota quod hæc conclusio est Di- C ui Hieronymi qui ponit duo: nempe angelos ante incarnationem, mysterium natiuitatis Christi nesciuisse, & Apostolis prædicantibus, illos didicisse; & in hoc aduersatur D.Aug. Alterum etiam ponit, quod de multis alijs fuerint edocti per homines, & in hoc aduersatur D.Dionysio. vnde videtur esse magna controuersia inter istos Doctores de hac cõclusione, propterea intelligas tu, quod angeli nõ didicerunt aliquid ab hominibus de mysterijs Ecclesiæ quo ad substantiam ipsorum, licet didicerẽt Apostolis prædicantibus, aliquas conditiones, & circumstantias eorum; & quantum ad hoc verificari potest cõclusio; quia Apostoli immediate in- D structi fuerũt à verbo incarnato de multis circumstantijs, & cõditionibus particularibus, quas Apostoli prædicando, angeli cognoscebant, vt patet ex illa quæstione, quam mouebant apud Esaiã. Quis est iste qui venit de Edon tictis vestibus? sed quo ad substantiam mysteriorum Ecclesiæ, inferiores angeli cognoscebant multo plura quam etiam ipsi Apostoli.

Decima conclusio. Inter angelos potest esse pugna, sed non discordia volũtatum: hanc ponit San q.113.ar 8. ctus Thomas prima parte. & ratio est, quia vt scribitur apud Danielem Princeps regni Persarum re- Cap.10. sistit mihi, viginti, & vno diebus, & hæc verba di- E cta sunt ex persona Gabrielis; & ille princeps Persarũ, vt exponit glosa, intelligitur angelus deputatus in custodiam Regni Persarum, igitur vnus angelus alteri resistit; & inter quoscunque est resistentia, inter illos est pugna, igitur conclusio vera. Vbi nota quod hæc resistentia potuit fieri, quia Princeps aliquis dæmonum iudæos in Persidem ductos induxerat ad peccatum per quod præstabatur impedimentum orationi Danielis deprecantis pro illo populo, & Gabriel præstabat orationes ipsi Deo; & hæc est expositio B.Hieronymi: sed secũdum Gregorium 17.Mor. Per Principem Regni Persarũ intelligitur bonus angelus qui deputatus fuerat cu-

ſtodiæ illius Regni; & ſic intelligenda venit conclu-
ſio quod inter bonos angelos poterit eſſe pugna,
ſed non diſcordia volūtatum, quia diuina iudicia
circa diuerſa regna, & diuerſos homines exercētur
per angelos, quippe qui regulantur ſemper per Di-
uinam ſapientiam in omnibus actionibus ſuis; &
quia contingit aliquando in diuerſis regnis, vel di-
uerſis hominibus, contraria merita, vel demerita
inueniri, vt vnus alteri ſubdatur, aut præſit: ſed quid
ſuper hoc ordo diuinæ ſapientiæ habeat, non poſ-
ſunt cognoſcere, niſi Deo reuelante. Propterea ne-
ceſſarium eſt eis de his conſulere diuinam ſapien-
tiam: Sic ergo inquantum de contrarijs meritis, &
ſibi repugnantibus conſulunt diuinam volūtatem,
dicuntur ſibi inuicem reſiſtere; non quia habeant
contrarias voluntates, quia omnes concordant vt
impleatur quod Deus vult; ſed quia eā de quibus
conſulunt voluntatē Dei, ſunt repugnantia, & ideo
conclufio dicit quod inter angelos poteſt eſſe pu-
gna, non diſcordia voluntatum, ſed contrarietate
meritorum, pro quibus pugnare dicuntur.

DISTINCTIO XIII.

IN præſenti diſtinctione diſputāt Sentētiarij de
creaturis corporalibus, de earumq; creatione,
poſtquam ſuperius multa dicta ſunt de creatu-
ris ſpiritualibus. Et pro clariori notitia ſit prima
concluſio talis,

In cœlo eſt veraciter, & proprie materia, quæ eſt
q.66. art.1. pars corporis cœleſtis. hanc ponit S.Tho. 1.parte.
Cuius ratio eſſe poteſt, quia aut cęlum eſt actus pu-
rus, aut potētia pura, aut ex vtroque compoſitum:
Non actus purus, quia ſic eſſet intelligentia, & non
poſſet moueri ſecundum locum: quia omne tale,
participat potentiam: nec eſt pura potentia, quia
ſic non exiſteret actu hoc aliquid, nec ageret in hęc
inferiora: ergo eſt aliquid compoſitum ex vtroq;.
Cōmē. 91. Concluſio hęc ponitur contra Auerroem qui pri-
mo cœli, poſuit vtique cœlum eſſe corpus, quia eſt
ſenſibile, & non intelligibile; ſed poſuit in eo non
materiam ad eſſe, & ad formam ſubſtantialem, ſed
materiam ad vbi. concluſio S.Thomæ intelligitur
quod in cęlo eſt veraciter materia, quia eſt poten-
tia ad formam ſubſtātialem, ſemper ſibi coæuam.
Secundā concluſio. Materia corporum cęleſtium
eſt alterius rationis à materia horum inferiorum.
eſt S.Tho. vbi ſupra. & ratio huius eſt, quia illa quæ
communicant in materia, poſſunt inuicem agere,
& pati; quæ autem non cōmunicant, minime: ſed
cœlum agit in res ſublunares, nullam ab ipſis paſ-
ſionem accipiens, ergo non habet cum illis mate-
riam communem. & ex conſequenti concluſio eſt
Tex.20. veriſſima, & eſt Ariſt. 1. cœli, quia corpus cęleſte eſt
diuerſum genere à corporibus ſublunaribus: igi-
tur principia illius in quibus eſt materia, erunt di-
uerſa à principijs aliorū, Affirmat hoc Themiſtius
Tex.cō. 12. 8.Met. vbi aſſerit corpora cęleſtia habere materiā
ſecundum æquiuocationem: & ponitur hæc con-
cluſio cōtra Aegidium in quodam ſuo tractatu de
materia cœli, & in multis alijs locis ſuæ doctrinæ,
Diſtin. 12. cui aſſentire videtur etiam Diuus Bonauentura in
hoc libro, & Gulielmus Ocham, & Gabriel Biel, &
Scotus, & Antonius Andreas, & omnes ferè Scoti-
Dilucid. 4. ſtę, vt etiam docuimus in dilucidationibus noſtris
A ſuper 8.Metaph. De qua etiā re fuſius loquitur Be-
nedictus Perrerius ſocietatis Ieſu, in de communi- Cap.10.
bus rerum naturalium principijs, & affectionibus
libro quinto.

Tertia concluſio. Deus non poteſt facere quod
materia prima ſit ſine forma. ponit hanc S.Tho. in Quolib. 3.
Quolibetis. & ratio eſt, quia materiam eſſe ſine for- art.1.
ma, implicat cōtradictionem, quia omne quod eſt
pura potentia de ſe nullum dicens actum, non po-
teſt eſſe actu niſi cum forma, & quæ implicant con-
tradictionem à Deo fieri non poſſunt, igitur con-
cluſio vera. Ponitur hæc concluſio contra D.Marſi- q.8.art.2.
lium in hoc libro, contra quem etiam multa dicit
B Magiſter Thomas de Argentina: & contra etiam
Franciſcū de Mayronis, & contra nonnullos alios
præſertim Gabrielem, & cæteros Scotiſtas, & nomi-
nales, qui ſequuntur hunc errorem.

Quarta concluſio. Materia generabilium, & cor-
ruptibilium, ſicut à qualibet forma ſubſtantiali na-
turaliter ſeparari poteſt, ita, & à qualibet acciden-
tali, etiam à quātitate. docet hanc S. Doctor 1.par. q.76. art.3.
Ratio eſt, quia materia poteſt acquirere nouā for-
mam; qua adueniente corrumpuntur omnia acci-
dentia priora; ſi enim prius exiſtentia accidentia
remanerent cum forma de nouo adueniente, illa
accidentia immediatius, & prius actuarent mate-
C riam, quam forma ſubſtantialis adueniens de no-
uo; quia prius ibi eſſent: ſed hoc eſt abſurdū, quia
prior actus præintelligitur in materia quam poſte-
rior; ſed eſſe ſimpliciter eſt actus prior, & eſt a for-
ma ſubſtantiali, igitur concluſio vera. Vbi nota qđ
hæc doctrina ponitur cōtra Auerroem qui 2.Phy. Cōmē. 63.
poſuit in materia prima eſſe dimenſiones inſepa-
rabiles, & ei coæternas. & in libro de ſubſtantia or- Cap.2.
bis, voluit materiam ipſam nunquam denudari à
dimenſionibus interminatis, quia ſi denudaretur,
tunc corpus fieret ex non corpore, & dimenſio ex
non dimenſione; quam opinionem reijcit Caieta- Cap.5.
nus in libello de ente, & eſſentia. quia propria, &
D immediata potētia dicitur proportionari proprio
actui, ſed omnis forma ſubſtantialis eſt actus ſim-
pliciter, igitur ſubiectum eius erit potentia ſimpli-
citer; Deinde ſequeretur quod aliquid exiſtens in
pūcto quantitatis præcederet aliquid in pūcto ſub-
ſtātiæ, & quod principia rerum naturalium eſſent
quatuor, & multa alia abſurda ſequerentur ex hac
opinione.

Quinta concluſio. Nullum accidens abſolutum
immediate inhæret primæ materiæ, ſed compoſi-
to, aut formæ ſubſtantiali. eſt S.Thom. 1.par. & in q.77.art.6.
diſputatis de anima. & ratio huius eſt, quia accidē- Art.9.
tia illi ſubiecto inſunt, quod poteſt operari, ſed ma-
E teria prima cum ſit pura potentia, operari non po-
teſt, ſed compoſitum, aut forma ſubſtantialis vere
operantur, igitur concluſio vera. Circa quam nota
quod ponitur concluſio aduerſus Gregorium Ari- Diſ.12.q.2.
minenſem in hoc libro: in quo oppoſitum huius
veritatis ſuſtinere conatur. Ponitur etiā aduerſus
Aureolum, qui diuerſis argumentis etiam hanc ve-
ritatem infringere conatur: quæ omnia de facili
ſolui poſſunt, aſſerendo quod licet prima radix, &
ratio ſuſcipiendi accidētia, ſit materia prima, non
tamen eſt immediatum ſubiectū ipſorum acciden-
tium, ſed ipſum compoſitum quod eſt ſubſtantia
prima, eſt illud cui accidentia immediate inſunt;

vt docuit etiam ipse Aristotiles in prædicamentis; Cap. de substantia. vbi dixit quod color, & cætera accidentia sunt in corpore, corpus autem dicitur esse non materia prima, sed ipsum compositum.

Sexta conclusio. Materia differt à forma realiter: hanc ponit Sanctus Thomas, vbi supra. & ratio est, quia potentia, & actus sunt duæ realitates distinctæ, immo valde oppositæ; sed materia dicit potentiam, forma vero actum, igitur conclusio vera.

Et ponitur hæc conclusio contra nonnullos, vt Dis.12.q.1. recitat Franciscus de Mayronis in hoc libro, qui voluerunt formam, & materiam esse realitatem, & non esse duas realitates precise, contra quos arguit ipse Franciscus, quia effectus, & causa differunt realiter; sed forma, & materia sic habent Tex.13. huiusmodi, vt docuit Aristoteles secundo Physicorum, quia forma est finis materiæ, & materia est causa materialis formæ, igitur materia, & forma erunt duæ realitates distinctæ; sed hæc ratio non concludit, quia possent dicere aduersarij, quod non est maior distinctio inter causam materialem, & effectum eius, quam inter producens, & productum. sed idem potest esse producens, & productum respectu diuersorum, igitur sic erit de materia, & forma, quod ambæ sunt vna, & simplex realitas, & respectu diuersorum poterit esse causa, & effectus, propterea melior est ratio, quæ adducta est in probatione conclusionis; Adde etiam, Cōmē.67. & aliam rationem, quæ est Auerrois tertio cœli, quia nullum receptiuum omnium materialium formarum poterit esse forma, sed materia est receptiuum omnium formarum materialium, igitur materia non erit forma. Docet etiam Aristoteles Tex.34. septimo Metaphysicorum, quod forma prædicatur aliquo modo de eo cuius est forma, non autem materia, nisi forte denominatiue, igitur materia est alia realitas, distincta à forma.

Septima conclusio. Materia cœli est pura potentia respectu suæ formæ substantialis coæuæ: docet q.66. art.2. hanc Sanctus Thomas prima parte. & ratio est, quia cœlum est quoddam corpus per se vnum, igitur erit per se compositum ex materia, quæ est pura potentia, & ex forma substantiali, quæ est actus illius materiæ; & cum dictum sit supra nullum accidens immediate inhærere materiæ, igitur ipsa materia cœli erit pura potentia respectu suæ formæ substantialis, sibi coæuæ.

Circa quam nota, quod quidam Archangelus mercenarius à monte sancto in quibusdam suis dilucidationibus in doctrina Auerrois sustinet oppositum huius veritatis, asserens materiam cœli sua natura esse actum, & non puram potentiam: Tex.26. & hoc quadam friuola ratione, quia legit 2. Physicorum materiam & formam esse relatiua, deduxit talem diuersitatem reperiri in materijs, qualem videmus in formis: sed quia dantur quædam formæ quæ indigent materia, vt subsistant, vt formæ materiales, Dantur quædam aliæ formæ, quæ non indigent materia, vt subsistant, vt formæ æternæ, igitur duo gradus materiæ reperiri debent, quorum alter indigeat forma, vt actu sit, & est materia sublunarium; Alter vero non indigeat forma vt subsistat, & sit actu, & hæc est materia cœli, & ita formarum diuersorum ordinum, erunt materiæ diuersi ordinis, vnde cum forma sublunarium habeat materiam quæ est pura potentia, forma cœlestis debet habere materiam quam sit actus, & sic diuersi gradus erunt materierum; sicuti, & formarum. Rationem istam, vt diximus esse friuolam, omnes verè philosophantes iudicabunt, quia gradus in rebus non sunt sumendi ex materia, cum doceat Aristoteles septimo Metaphysices Tex.6. in quolibet genere deueniendum est ad vnum primum; vnde sicuti datur vna tantum prima forma, vnus vltimus finis; vnum primum agens, ita dari debet vna prima materia non vnitate numerali, vt existimauit Aegidius, sed vnitate ordinis, vt docuit Sanctus Thomas, vbi supra.

Octaua conclusio. Potentia materiæ est idem essentialiter cum ipsa materia: hanc docet Sanctus Thomas primo Physicorum. & ratio est, quia po- Cōmē.79. tentia, vt potentia respicit actum; sed materia prima, vt dictum est supra, est immediate receptiua actus substantialis, igitur materia vt materia est pura potentia.

Vbi nota, quod conclusio præsens defenditur contra errorem Ioannis de Landuno, qui in primo Quęst.25. Physicorum, in quæstionibus suis tenuit potentiam materiæ distingui realiter ab ipsa materia, quia multiplicatur numerus potentiarum ipsius materiæ secundum numerum specierum generabilium, & tamen ipsa materia remanet vna: & prolapsus est in errorem propter ignorantiam distinctionis de potentia materiæ, quæ bifariam suscipi potest, altero modo pro gradu entis, altero vero pro respectu quo respicit formam, primo enim modo potentia materiæ vllatenus distinguitur ab ea, cum sit eius totalis essentia, secundo verò modo distinguitur realiter, quia respectus ille est in genere relationis, & materia est quid, absolutum in prædicamento substantiæ, modo respectiuum, & absolutum realiter distinguuntur.

Nona conclusio. Essentia diuina nullo modo habet rationem materiæ: hanc docet Sanctus q.41. art.3. Thomas prima parte. & ratio est, quia conditio materiæ dicit imperfectionem, sed in diuina essentia nulla est imperfectio, igitur conclusio vera.

Vbi nota, quod Durandus in hoc libro dece- Dis.5.q.2. Cap.6. ptus est propter verba Augustini decimoquinto de Trinitate vbi dicit Filium esse genitum de essentia patris, & ista propositio dedicit circumstantiam materiæ, vel quasi materiæ, & cum substantia Patris præexistat, & inexistat Filio generando, & genito, igitur essentia Dei Patris habet istam conditionem materiæ, habet etiam & aliam quia Filius constituitur ex essentia, & proprietate relatiua, quæ proprietas relatiua se habet veluti actus respectu essentiæ diuinæ, quare sequitur, quod ipsa diuina essentia habebit, & hanc secundam circumstantiam materiæ, habet etiam & tertiam circumstantiam, quod diuina essentia in generatione diuina recipit formam in se, nempe proprietatem relatiuam per quam constituitur ipsum genitum, ex quo necessario sequitur quod ipsa diuina essentia est quasi subiectū & materia: istæ tres circumstantiæ materiæ conueniunt diuinę essentię. sunt & alię cōditiones nempe quod materia sit pura potentia, & quod sit actu per aliquam formam

absolntam sibi aduenientem, & quod transmuta- A tur de priuatione in formam, & quod acquirendo vnam formam amittit aliam, & aliæ huiusmodi, quæ nullo pacto conueniunt diuinæ essentiæ cum dicant imperfectionem, sed illæ primæ tres supradictæ conneniunt ei, quia nullam secum imperfectionem ferunt. Caietanus videtur tolerare opinionem Durandi in expositione huius conclusionis, & male, quia nullo pacto est asserendum, nec simpliciter, nec secundum quid diuinam essentiam retinere aliquam proprietatem materię, quia illa propositio De, vt optime docet Sanctus Thomas dicit consubstantialitatem, & principium actiuum, & non principium materiale, vnde Filius est B de substantia Patris non tanquam de Materia, sed tanquam de principio actiuo, & licet pręexistat substantia Patris Filio generando, non tamen pręexistit vt materia, seu vt principium actiuum, nec etiam diuina essentia recipit proprietatem relatiuam, tanquam formam absolutam, cum sint vnũ, Distin. 5. & idem: de qua re latius lege Capreolum in hoc libro distin.

Decima conclusio. Materia non est bona in po- Cap. 20. tentia sed simpliciter; hanc docet Sanctus Thomas tertio contra gentiles, cuius ratio est, quia materia dicit respectum, & ordinem ad ipsam formam, quę est quoddam bonum, & optimum, propterea C ipsa materia dicitur bona simpliciter, & non secundum quid. sed hæc propositio videtur aduersari q. 5. art. 3. doctrinæ Sancti Thomæ primæ partis. Vbi dicit quod materia prima sicut non est ens nisi in potentia, ita nec bonum nisi in potentia.

Sed nota circa veritatem huius rei, quod bonũ, & ens differunt, quia nomen entis dicitur tantum de his in quibus reperitur suum formale significatum, quod est esse in actu, nomen verò boni dicitur non tantum de eo in quo formaliter inuenitur ratio boni, sed etiam de eo, quod habet respectum & habitudinem ad bonum, sicut sanum nõ solum dicitur de animali, in quo est formaliter sanitas, D sed etiam de medicina, & de cibo, & vrina, & cum materia dicat ordinem ad ipsum bonum, & si non sit ens simpliciter, potest tamen dici bona simpliciter, & sic intelligitur propositio, prima parte: loquebatur enim Sanctus Thomas de materia secundum se, & precise, & quia sic caret omni actu intrinseco, & essentiali, propterea dicitur ens in potentia, & bona in potentia. tertio contra gentiles loquebatur de materia, prout substat ordini, & aptitudini, ac inclinationi ad bonum, idcirco iure dixit materiam ipsam esse simpliciter bonam, non autem simpliciter ens, quod etiam confirmauit au- Cap. 4. thoritate Diouysij libro de diuinis nominibus, E vbi dixit ille sanctissimus Doctor quod bonum se extendit ad existentiam, & ad non existentiã, quod non est ita de ente; de qua re vide Ferrariensem vbi supra.

DISTINCTIO XIIII.

Agitur in hac distinctione de firmamento, quod varijs modis describitur à Doctoribus, pro cuius intellectu sit prima conclusio talis; nullum corpus mouet nisi motum; est San- Cap. 20. cti Thomæ secundo contra Gentiles. & ratio est, quia nullum agens præexigens suæ actioni localem approximationem sui ad illud in quod agere debet potest agere nisi sit motum, & per motum; sed omne corpus est huiusmodi; ergo conclusio vera, & est contra Durandum in præsenti libro, vbi op- Dist. 15. q. 3. positum sentit & male, quia propositio est verissima loquendo de motione pure locali, quandoquidem, & si magnes immotus trahit ferrum, & nix immota frigefacit, & coloratum inmutat visum, nihil faciunt contra veritatem propositam, quia magnes non mouet, sed alia mouentur ab ipso, de niue, & de colorato etiam dicendum est, quod mouent per modum alterationis spiritualis, de qua re lege Caietanum pri- q. 3. art. 1. ma parte.

Secunda conclusio. Omnes motus naturales corporum inferiorum conuenientes corpori, vt corpus est reducuntur sicut in causam in motum corporum cœlestium: scribitur hæc propositio à Sancto Thoma prima parte. & ratio est, quia illud q. 1. 15. ar. 3. quod est primum prioritate temporis naturæ, & perfectionis in aliquo genere est causa omnium illorum, quæ sunt sub ipso genere, sed motus corporum cœlestium in genere motuum est prior omnibus alijs motibus, hac triplici prioritate nempe temporis, naturę, & perfectionis: ergo conclusio vera, vbi nota, quòd hæc etiam conclusio ponitur contra Durandum in præsenti libro, vbi ne- Dist. 15. q. 3. gat motum cœli esse causam aliorum motuum, & male, quia cum omnis multitudo iuxta doctrinam Philosophi duodecimo Metaphysicorum ab vnita Tex. 52. te procedat, illud autem quod est immobile vnico tantum modo se habet, quod vero mouetur multiformiter, & quia in tota natura omnis motus procedit ab immobili, propterea quanto aliqua sunt magis immobilia, tantò magis sunt causa eorum, quæ sunt magis mobilia, sed corpora cœlestia inter alia corpora sunt magis immobilia, quia non mouentur nisi motu locali, & ideo motus horum inferiorum corporum, qui sunt varij, & multiformes reducuntur in motum corporis cœlestis sicut in causam: non enim inconuenit, quod aliquis motus spiritualis fiat in istis inferioribus, & nullam dependentiam habeat à motu cœli.

Tertia conclusio. Cessante motu cœli non esset, nec generatio, nec corruptio in istis inferioribus; scribitur hęc propositio à Diuo Thoma q. 119. ar. 2. prima secundæ. & ratio est, quia nulla natura corporalis vel spiritualis dependens ab aliquo agente potest prorumpere in suum actum, nisi moueatur ab illo agente, sed generatio, & corruptio in istis inferioribus pendent à motu cœli tanquam ab agente, igitur ipso cessante cessaret omnis generatio, & corruptio. vbi nota, quod hanc propositionem defendit Romanus Aegidius in suo defensorio contra corruptorem veritatis, qui hanc propositionem labefactare conatus est, asserens esse articulum condemnatum apud Parisienses, & esse contra sacram scripturam, & fidem catholicam, quia post iudicium cessabit motus cœli, & tamen erit transitus in inferno ab aquis niuium ad calorem maximum, vt habetur Iob, & scribi- Cap. 24. tur etiam Iosue quod stante Sole Iosue strenue pu- Cap. 10. gnabat, & B. Aug. nono cõfessionũ dicit quod ces- Cap. 5. sante

sante

sante motu cœli ad hue posset rota figuli moueri, A & sermo distinctus per syllabas longas, & breues proferri, tamen ab hoc impugnatore non fuit intellecta veritas propositionis, quia motus ille qui est post iudicium in inferno, non est naturalis qualis est ille de quo loquuntur Philosophi, illud autem Iosue fuit miraculum, deinde & si stetit sol, non steterunt omnes orbes. Parisienses quoque reuocarunt articulum illum damnatum, sic etiam Beatus Augustinus asserit, quod cessante motu cœli pro aliquem motorem libere ac voluntarie potest esse, sed nõ naturaliter, vt patet per exemplum positum ab Augustino de sermone distincto per syllabas longas, & breues: principium enim huius B sermonis est voluntarium, & non naturale.

Quarta conclusio. Sphere existentes in hoc mundo sunt quatuordecim, elicitur hæc propositio ex prima parte in tractatu de opere sex dierum, præsertim iuxta doctrinam Strabonis, & prima est cœli empirei immobilis; secunda cœli cristallini, quod est primum mobile, tertia est firmamenti, quarta est Saturni, quinta est Iouis, sexta Martis, septima Solis, octaua Veneris, nona Mercurij, decima Lunę, vndecima ignis, duodecima aeris, tertiadecima aquæ, quartadecima terrę, & si quis dubitaret, quare cęlum empireum sic dicitur, respondetur, quia deriuatur à pir, quod est ignis, & lux, C quia fulget sicut ignis, immo incomparabiliter plus. cœlum cristallinum ita dicitur non quod sit de natura cristalli, sed quia ita est clarum ad modum cristalli.

Quinta conclusio. Cęlum non est de natura quatuor elementorum, sed quintæ essentiæ, hanc docet Sanctus Thomas in præsenti distinctione, & ratio est, quia quatuor elementa sunt generabilia, & corruptibilia, sed cœlum est ingenerabile, & incorruptibile, igitur non poterit esse de natura quatuor elementorum: vbi nota quod Philosophi existentes ante Aristotelem, posuerunt cœlum esse de natura quatuor elementorum, ipse autem Aristo- D teles reprehendit omnes suos prædecessores, & posuit cœlum esse quintam essentiam sine grauitate, & leuitate, & alijs contrarijs, sic etiam & Sancti Doctores, inter se fuerunt discordes: quandoquidem Basilius, & Augustinus secuti sunt illos Philosophos qui fuerunt ante Aristotelem, & ideo sicuti illi docuerunt cœlum esse de natura quatuor elementorum; ita & isti Sancti Doctores, Dionysius autem secutus est doctrinam Aristotelis, qui volt cœlum non connumerari inter elementa, sed esse quintum corpus; & hæc est veritas sequenda quam sequuntur omnes ferè doctores, qui hanc propositionem declarant, de qua re lege Diuum E Thomam hic, & tertio cœli. Tex.60.

Sexta conclusio. Supra firmamentum dicuntur esse aquę, hanc docet Sanctus Thomas prima parte, cuius rationem sumit ex sacris litteris, vt patet Genesis, vbi dicitur quod diuisit aquas, quæ erant supra firmamentum ab his, quæ erant sub firmamento, vbi nota quod Ambrosius libro de Spiritu Sancto videtur dicere quod per aquas quæ supra cœlos sunt, Spiritus Sanctus intelligitur, sed hoc magis pertinet ad analogicam expositionem quã ad litteralem; alij vero volunt aquas elementales esse supra cœlos, & contineri diuina virtute, aliqui vt Caldei affirmant aquas nostras reperiri supra cęlos, qui cum sint in continuo motu naturaliter ibi permanere possunt, vt patet in exemplo rotę supra quam reperitur aliqua formica, & propter velocissimum motum ipsius rotæ formica illa non cadit, ita etiam est de istis aquis; Magister sententiarum vult quod per aquas intelligatur prima materia, de cuius subtiliori parte factæ sunt aquæ, quę super cęlos sunt; Origenes vult quod illæ aquæ, quæ sunt supra cœlos sunt substantiæ spirituales, quia laudant nomen domini, illi vero qui ponunt, vt Basilius cœlum empireum esse de natura elementorum dicunt aquas etiam illas esse elementares; secundum veriorem opinionem tenendum est quod per aquas supra cœlos existentes, intelligitur natura cęli cristallini, quod dicitur aqueum, inquantum conuenit cum aqua in hoc quod est diafanum; sed non est de natura huius aquæ quæ apud nos est, sed de natura quintæ essentiæ habentis similitudinem cum hac aqua nostra, ratione cuius nomen aquæ scriptura ei tribuit manifestans occulta per hęc sensibilia nobis nota.

q.1. art.2.

q.68. art.2.

Cap.1.

Septima conclusio. Motus cœli est naturalis, hanc ponit Sanctus Thomas prima parte, cuius ratio est desumpta ex Aristotele octauo Physicorum vbi asserit quod motus animalis inquantum est animal licet sit voluntarius, tamen potest dici naturalis ex parte nedum principij passiui, sed etiam principij actiui, sic etiam, & motus cœli, no dumnaturalis ex parte principij passiui, sed etiam ex parte motoris qui est principium actiuum intrinsecum; vbi nota quod cœlum dicitur mouere se ipsum inquantum componitur ex motore, & mobili, non sicut ex forma & materia, sed secundum contactum virtutis, & sic sumendo corpus celeste pro aggregato motus eius ex parte principij actiui dicitur naturalis, si autem capiatur non pro aggregato, sed tantummodo pro corpore semota intelligentia motus eius erit naturalis tantummodo ex parte principij passiui; quia scilicet habet in sua natura aptitudinem, vt tali motu ab intellectu moueatur, & ex hac veritate reprehendus est Durandus, qui in hoc libro negat motum cœli esse naturalem, volens motum naturalem esse illius corporis, quod existit extra locum suum naturalem, & terminatur ad quietem naturalem in loco suo; sed cœlum non est extra locum suum; igitur motus eius non erit naturalis, nec extra naturam, nec violentus, sed erit voluntarius voluntate intellectus coniuncti vel separati, & decipitur valde, quia dictum est, quod est naturalis ex parte principij passiui, & ex connaturalitate mobilis ad terminum, & etiam ex parte principij actiui, prout naturaliter ipse motor est ordinatus ad mouendum tale cœlum tali motu, & in tali loco.

q.70. art.3. Tex.15.

Dist.14.q.2.

Octaua conclusio. Cœlum est figuræ sphęricæ, hanc propositionem docet Sanctus Thomas ex Aristotele secundo cœli, circa quam conclusionem nota quod quidam dixerunt cęlum habere figuram semicircularem, quia nunquam apparet nobis nisi dimidia sphęra, quæ opinio est falsa, quia cum cęlum moueatur ab Oriente in Occidentem rediẽs in Oriẽtem, vt ex motu astrorũ apparet, sequeretur quod quandoque totaliter dispareret, sed hoc est falsum: propterea sequenda est conclusio preposi- Tex.20.

ta, quia prima figura debetur primo corpori, sed inter omnes figuras solidas, prima est sphęrica, cœlum autem est primum corpus, igitur conclusio est verissima, adde quod figura circularis plus continet, quam quæcunque alia figura ex rectis lineis, vel superficiebus, igitur cœlum erit sphęricæ figuræ, deinde si esset alterius figuræ quam sphæricæ contingeret quandoque corpus esse sine loco, & locum sine corpore, quia cum extra cœlum nihil sit, nec corpus, nec locus, & cœlum continue moueatur, si esset figura angularis, & anguli pręeminerent cæteris partibus cótingeret per motum cœli partes planas venire ad locum angulorum, & tunc remaneret aliquod vacuum, & iterum anguli venientes ad loca planarum partium vltra procederent in vacuum, & ideo tenenda est veritas præposita.

Nona conclusio. Prima creata fuerunt quatuor videlicet natura angelica, cœlum empireum, materia corporalis informis, & tempus: hanc docet
q.66. art. 4. Sanctus Thomas prima parte. & est magni Alberti in libro de quatuor coæuis, circa quam conclusionem nota, quod Beatus Augustinus in libro supra Genesim ad literam, ponit duo tantum primo creata, scilicet naturam angelicam, & materiam corporalem, nulla mentione facta de cœlo empireo, & de tempore, sed hæc duo scilicet natura angelica, & materia informis pręcedunt formationem non duratione, sed natura, & sicut natura præcedit formationem, ita etiam, & motum, & tempus, vnde ipsum tempus non potest eis connumerari: sed alij Doctores, vt Basilius, & Ambrosius in exameron ponunt quatuor hæc prima coæua simul condita, & hæc opinio est sequenda.

Decima conclusio. Cœlum empireum agit in
q.115. art.6. hæc inferiora, est Sancti Thomæ prima parte. & ratio est, quia primum in aliquo genere est causa omnium illorum, quæ sunt sub ipso genere, sed cœlum empireum est primum in genere corporum, igitur agit in hęc inferiora: vbi nota, quod hic fuerunt errores Philosophorum, aliqui dixerunt quod cœlum influit ad liberum arbitrium necessitandum, alij vero posuerunt quod influit ad futura contingentia, alij voluerunt quod in cœlum reducitur casus, & fortuna, sed ista sunt inconuenientia rei tamen veritas est, quod influit in dispositionibus corporalibus, & quia voluntas non ex necessitate sequitur inclinationes, propterea per voluntariam actionem impediri potest hæc influentia, quandoquidem corpora cœlestia omnia directe, & per se imprimunt in corpora, in vires autem animæ, quæ sunt actus organorum corporum, non directe quidem, sed per accidens, hinc videmus quod oculus turbatus non bene videt, sic etiam, & remote, & indirecte, & per accidens, possunt etiam imprimere in intellectum, & voluntatem, prout intellectus ipse aliquo modo ab inferioribus viribus accipiunt quæ organis corporeis alligantur, & hęc de ista distinctione.

DISTINCTIO XV.

Disputatur in hac distinctione de formis substantialibus hominis, & pro intellectu veritatis sit prima conclusio talis; In homine non est alia anima, quam anima rationalis; hanc ponit Sanctus Thomas prima parte. cuius ratio q.76. art.6.
est, quia nulla res vera, & per se vna constituitur ex pluribus formis substantialibus, sed homo est ens verum, & res vere, & per se vnum, igitur non potest habere plures formas substantiales, sed tantum vnam: circa quam conclusionem nota, quod sunt diuersæ sententiæ, vt docuimus in dilucida- Diluc. 16.
tionibus nostris super septimum Metaphysices, nam aliqui dixerunt, in homine præter animam esse etiam aliam formam communem corporis, & mixti, & præter has esse etiam alias partiales specificas distinctas, & tot quot sunt organa distincta: aliqui vero dixerunt esse tres animas discretas, & separatas aliam in cerebro, aliam in epate, aliam vero in stomacho, Philoponus dixit hanc opinionem esse Platonis, propterea ipse contradicens Platoni in vno in altero cónenit: posuit etiam ipse Philoponus tres animas in vno, & eodem subiecto, sed non separatas vt Plato, sic etiam tenuit Ocham in Quolibetis, & Ioannes de Iandnno secundo de anima asserens in homine ipso esse vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam, & addebat tot esse formas substantiales in homine quot sunt prædicata quidditatiua. Paulus Venetus docuit in homine duas esse animas, scilicet sensitiuam corruptibilem, & intellectiuam incorruptibilem, sed omnes hę opiniones falsę redduntur ex propositione pręposita, quia secundum veram Theologiam, & Philosophiam in homine non est nisi vna anima intellectiua, sunt bene plures potētiæ, quod docuit Aristoteles secundo de anima, vbi dixit vegetatiuum esse in sensitiuo, & hoc in intellectiuo sicut figura inferior in superiori, id est vt trigonū in tetragono, & tetragonum in penctagoneo, & est expressa sententia August. lib. 10. super Genesim ad literam, & Cap. 4.
in libro de ecclesiasticis dogmatibus asserens, nec duas animas esse in homine, dicimus vnam animalem, & aliam spiritualem, sed vnam & eandem, quæ corpus viuificet, & se ipsam disponat, & est veritas determinata in Concilio Constantinopolitano quarto, vbi dicitur, apparet quosdam nostri temporis in tantum impietatis venisse, vt duas in homine animas impudenter dogmatizent, quos omnes & similia sentiẽtes cum vetus, & nouum testamentum, & omnes Ecclesiæ Patres vnam animam rationalem asseruerint, sancta, & vniuersalis sinodus anathematizat: ex quibus patet opiniones contrarias huic præpositioni præpositę esse fugiendas, & præsertim illam, quæ ponit formam corporeitatis distinctam realiter ab anima, de qua lege dilucidationes nostras super septimum Me- Diluc. 6.
taphysices.

Secunda conclusio. In homine præter animam rationalem non sunt ponendæ formæ elementorum dantes actu esse materiæ: est propositio Sancti Thomæ prima parte. cuius ratio est, quia tunc q.76. art.4.
homo non esset vnum per se, sed vnum per accidens, quod est absurdum dicere: vbi nota, quod circa hanc conclusionem fuerunt diuersæ sententiæ Philosophorum, namque Auicennas in sua Metaphysica, posuit formas elementorum integras remanere in mixto, mixtionem autem fieri secundum quod contrariæ qualitates elementorum reducuntur ad medium; secunda est sententia

Auer-

Auerrois tertio cœli asserentis formas elemento- A
Cōm̃. 61. rum propter sui imperfectionem esse medias inter
formas substantiales, & accidentales, & ideo reci-
piunt magis, & minus, & franguntur, & remittun-
tur, propterea reperiuntur in ipso mixto in esse re-
fracto, & remisso; tertia est sententia Francisci de
Mayronis in præsenti distinctione, vbi vult for-
mas elementorum esse in mixto potentialiter,
sententia Diui Thomæ est qualitates elemento-
rum esse in mixto virtualiter, quæ sententia du-
pliciter intelligi potest, vno modo quod in forma
substantiali mixti sint virtualiter formæ elemento-
rum, eo modo quo vegetatiuum est in forma sen-
sitiua, & hæc est sententia Scoti in præsenti loco B
alio modo in qualitate, quæ est propria disposi-
tio ad formam mixti, & hæc apud Caietanum in
q.76. art.5. primam partem, & apud Ferrariensem secundo
contra Gentiles.

Tertia conclusio, In homine non est alia forma
Cap.56. substantialis præter animā intellectiuam dans esse
q.76. art.4. actu substantiale, est Sancti Thomæ prima parte.
cuius ratio est, quia omnis forma adueniens subie
cto existenti in actu, & habenti esse simpliciter est
accidentalis. sed anima rationalis non est forma
accidentalis, igitur non aduenit subiecto præha-
benti esse actu simpliciter, & sic sequitur subiectum
animæ non habere aliam formam substantialem, C
præter animam rationalem, sed adueniente ipsa
corrumpitur præcedens; circa quam conclusio-
nem nota, quod fuerunt diuersę sententiæ dictum
est in prima conclusione, & inter alias fuit opinio
diuini Platonis, qui posuit animam rationalem,
vniri corpori humano tanquam Motorem; idcir-
co præter ipsam animam rationalem erant aliæ for-
mæ dantes esse homini, est etiam sententia cuius-
dam moderni Doctoris, qui dicitur Achilles Pa-
Cap.2. taminus, qui propter verba Aristotelis libro de ge-
neratione animalium, posuit in homine esse duas
animas nempe sensitiuam, & intellectiuam: verba
Aristoteles sunt hęc, quod homo prius viuit vita D
plantæ deinde vita animalis, post modum vita ra-
tionali; vnde embrio prius est animal quam ho-
mo; sed hoc esse non posset si esset eadem essentia
animę sensitiuę, & intellectiuę, est enim animal per
animam sensitiuam, homo vero per animam intel
lectiuam, non ergo in homine est vna essentia ani-
mæ sensitiuæ, & intellectiuæ, & deceptus est valde
hic doctor, quia & si embrio prius habeat animam
sensitiuam, tamen ipsa ablata aduenit perfectior
anima nempe intellectiua, quæ facit quicquid fa-
ciebat vegetatiua, & sensitiua, propterea non sunt
ponēdæ duæ animæ in ipso homine, vt hic doctor
imaginatus est. E

Quarta conclusio. Anima non est corpus ali-
q.75. art.1. quod, est propositio Sancti Thomæ prima parte. &
ratio est, quia non corpus, sed alicuius corporis
actus est primum principium viuendi, sed anima
est primum principium viuendi, igitur anima non
Tex.6. est corpus, sed actus corporis Physici Organici po
tentia vitam habentis; vbi nota quod anima non
est primum principium viuendi absolute, quia ta-
le est Deus Optimus Maximus, sed dicitur esse pri-
mum principium viuendi in corpore, vt docuit
Tex.24. etiam Aristoteles secūdo de anima in secunda dif-
finitione asserēs animam esse primum principium
A viuendi sentiendi, & intelligendi, & ponitur hæc
cōclusio contra antiquos, qui posuerunt animam
esse corpus, per hoc quod omnis cognitio fit per
aliquam similitudinem, sed non potest esse simi-
litudo corporis ad rem incorpoream, si igitur ani-
ma non esset corpus, non posset cognoscere res
corporeas, & allucinati sunt, quia non oportet,
quod similitudo rei cognitæ sit actu in natura co-
gnoscentis, sed si aliquid sit, quod prius est cogno-
scens in potentia, & postea in actu, oportet quod
similitudo cogniti non sit actu in natura cogno-
scentis, sed in potentia tantum, sicut color non
est actu in pupilla, sed tantum in potentia, vnde nō
B oportet, quod in natura animæ sit similitudo re-
rum corporearum in actu, sed quod sit in poten-
tia ad huiusmodi similitudinem: verum, quia anti-
qui naturales nescierunt distinguere inter actum,
& potentiam posuerunt animam esse corpus, ad
hoc vt cognosceret omnia corpora, & quod esset
composita ex principijs omnium corporum, & fue
runt in maximo errore.

Quinta conclusio. Anima non est composita ex
materia, & forma: scribitur hæc prima parte. & ra- q.75. art.5.
tio est, quia anima cum sit forma corporis non po
test esse ex materia, & forma composita, quia tunc
esset forma sui ipsius, & forma distinguitur ab eo,
C cuius est forma, & sic sequeretur animam distin-
gui à se ipsa: adde etiam quod sequeretur ipsam
non posse cognoscere nisi singularia, quia non re-
ciperet nisi indiuidualiter, & est propositio Augu- Cap.6.
stini septimo super Genesim ad literam, vbi dicit,
quod anima non est facta, nec ex materia corpora-
li, nec ex materia spirituali, & est conformis hæc
conclusio sacris litteris in quibus scribitur, quòd
spiritus redibit ad Dominum, qui fecit illū, & est
posita hæc conclusio contra Auicebronem libro
fontis vitæ in quo docet nedum animas rationales
sed etiam angelos ipsos esse compositos ex mate-
ria, & forma, quia in eis reperiuntur proprietates
D materiæ, nempe recipere, subijci, & transmutari,
subijcitur enim anima scientiæ, & virtuti, & mu-
tatur de ignorantia ad scientiam, & de vitio ad
virtutem, & sic cōcludebat animas ipsas aliquam
materiam habere, & non est assecutus veritatem,
quia subijci, & transmutari conuenit materiæ se-
cundum quod est in potentia, & quia alia est po-
tentia materiæ primæ, & alia potentia animæ intel-
lectiuæ, sic etiam alia est ratio subijciendi, & trans-
mutandi in materia, & in anima intellectiua, anima
intellectiua subijcitur scientiæ, & transmutatur de
vitio ad virtutem, prout est in potentia ad species
intelligibiles, materia vero est in potentia ad for-
E mas substantiales, propterea æquiuoce conueniūt
proprietates materiæ ipsi animæ intellectiuæ.

Sexta conclusio. Anima intellectiua est per se
subsistens: propositio est Sancti Thomæ prima q.75. art.2.
parte. cuius ratio est, quia illud est per se subsi-
stens quod habet operationem per se cui non com
municat corpus, nihil enim operari potest per se,
nisi quod per se subsistit, quandoquidem ope-
rari non est nisi entis in actu, sed anima intelle-
ctiua est huiusmodi, igitur anima intellectiua est
per se subsistens; vbi nota, quod hæc conclu-
sio ponitur aduersus Alexandrum asserentem ani-
mam educi de potentia materiæ, & esse generabi-

lem, & corruptibilem, non valens intelligere quo-
modo anima operari potest absque corpore, quia
quatuor modis istud intelligi potest; primo quod
anima operetur absque corporeo obiecto, puta si
intelligeret absque phantasmate, secundo vt ope-
retur absque corporeo organo, ita quod nulla
pars corporis sit qua talem exerceat operationem,
vt per oppositum contingit in videre & audire; ter
tio absque corporeo correceptiuo, idest quod sola
anima recipiat illam operationem, & non composi
tum aliquod ex ipsa, & corpore sit proximum rece-
ptiuum illius operis: quarto absque corporeo sup-
posito, idest quod anima ita sola exerceat, & reci-
piat operationem quod non sit ratio alicui suppo-
sito corporeo quod operetur per illam tale opus,
vt si anima haberet aliquam intellectionem, quæ
non esset hominis, vt Auerroes finxit: propter igno
rantiam huius distinctionis diuersi doctores pro-
lapsi sunt in varios errores, quia anima non indi-
get corpore, secundo modo ad operandum, sed
bene indiget primo secundo & tertio, vt clare est
videre apud Caietanum vbi supra. & propterea
sequitur quod sit subsistens, & independens à
corpore.

Septima conclusio. Hæc propositio de vigore
sermonis est simpliciter falsa, anima est homo, scri-
q.75. art.4. bitur à Sancto Thoma prima parte. & ratio est,
quia de ratione hominis est esse compositum ex
anima, & corpore sicuti de ratione huius hominis
est esse compositum ex hac anima, & ex hoc corpo-
re, sed anima non est composita, vt dictum est su-
pra, sed est forma hominis, igitur propositio est
simpliciter falsa; vbi nota quod secundum doctri-
nam Platonis, qui tenebat animam vniri corpori
tanquam motor, propositio sustineri potest dicen-
do quod homo est anima vtens corpore, secúdum
etiam opinionem Auerrois, qui ponit solam for-
mam esse quidditatem: sustineri etiam potest, di-
cendo quod homo est anima, quia anima ipsa est
tota essentia hominis, sed secundum rei veritatem
Cap.12. non potest propositio sustineri, vnde Augustinus
decimonono de Ciuitate Dei, commendat Varro-
nem, qui hominem nec animam solam, nec corpus
solum, sed animam simul, & corpus esse arbitraba-
Cap.4. tur, & licet Apostolus secunda ad Corinthios di-
cat quod ille qui foris est noster homo corrumpa-
tur tamé is qui intus est renouatur de die in diem;
sed id quod est intus in homine est anima, igitur
anima est homo interior, tamen verba Apostoli in-
telligenda sunt ad bonum sensum, quia illud potis-
sime videtur esse vnumquodque quod est princi-
pale in ipso, sicut quod facit rector ciuitatis, dici-
tur ciuitas facere, & hoc modo aliquando quod
est principale in homine dicitur homo, aliquando
quidem pars intellectiua secúndum rei veritatem,
quæ dicitur homo interior, aliquando vero pars
sensitiua cum corpore secundum existimationem
quorundam, qui solum circa sensibilia detinen-
tur, & hic dicitur homo exterior, sed propositio
præposita intelligenda venit de rigore sermonis.

Octaua conclusio. Anima intellectiua conue-
nientissime vnitur corpori mixto, & maxime redu
cto ad æqualitatem quale est corpus humanum;
q.76. art.5. hanc docet Sanctus Thomas prima parte. & ratio
est, quia anima intellectiua exigit corpus habens
A diuersa organa quibus variè operationes exerceri
possunt, sed corpus mixtum quale est humanum
habet diuersa organa quibus exercentur diuersæ
operationes, igitur conclusio vera; quæ confirma-
tur verbis Aristotelis secúdo de anima, vbi dicitur Tex.6.
quod anima est actus corporis physici organici po
tentia vitam habentis; circa quam conclusionem
nota, quod aliqui tenuerút animam intellectiuam
debere vniri corpori incorruptibili, cum sit forma
incorruptibilis; & forma debet proportionari ma
teriæ, & è côtra: hinc asserebant corpus humanum
ante peccatú fuisse incorruptibile, & decepti sunt,
quia licet humanum corpus fuisset immortale an-
B te peccatum, hoc tamen non habuit per propriam
naturam; sed per donum diuinæ gratiæ, alioquin
immortalitas eius per peccatum sublata non esset,
sicut nec immortalitas dæmonis; propterea est
sciendum quod in materia duplex conditio inue-
nitur, vna quæ eligitur ad hoc quod sit conueniens
formæ, alia quæ ex necessitate côsequitur priorem
dispositionem, sicut artifex ad formam serræ, eligit
materiam ferream aptam ad secundum dura, sed
quod dentes serræ hebetari possint, & ruginem cô-
trahere sequitur ex necessitate materiæ, sic igitur
& animæ intellectiuæ debetur corpus, quod sit
æqualis complexionis, ex hoc autem de necessitate
C materiæ sequitur quod sit corruptibile: si quis ve-
ro dicat quod Deus potuit hanc necessitatem vi-
tare; dicendum est quod in constitutione rerum
naturaliú non consideratur quid Deus facere pos-
sit, sed quid naturæ rerum conueniat, vnde Augu-
stinus primo super Genesim ad litteram ait; pro- Cap.2.
uidit Deus adhibendo remedium contra mortem
per donú gratiæ, & sic patet sensus propositionis.

Nona conclusio. Anima intellectiua non vnitur
corpori humano, per aliquam dispositionem acci-
dentalem; hanc ponit Sanctus Thomas prima par q.76. art.6.
te. & ratio est; quia accidens est posterius substan-
tia tempore natura, & diffinitione, vt docuit Ari-
D stoteles septimo Metaphysices, sed anima est for- Tex.4.
ma substantialis, igitur non poterit inter ipsam, &
corpus organicum inter mediari aliqua dispositio
accidentalis: circa quam propositioné nota, quod
secundum Platonem necessarium esset dicere in-
ter corpus; & animam esse aliquas dispositiones
medias, tam ex parte animæ, quam ex parte corpo-
ris, quia ipse Plato posuit animam vniri corpori
tanquam motorem, & ideo debet esse aliqua po-
tentia ex parte animæ, per quam moueret corpus,
& aliquam habilitatem ex parte corporis, per quá
corpus ipsum esset mobile ab anima; sed iuxta do-
ctrinam peripateticam, quam in hoc sequuntur
E Theologi, anima non vnitur corpori vt motor, sed
vt forma substantialis, idcirco est impossibile re-
periri dispositionem accidentalem inter animam
ipsam & corpus, quia forma substantialis imme-
diate vnitur materiæ primæ, nec valet illud quod
adducitur de mente Platonis, quia cum omnis for
ma sit in materia sibi propria, & disposita, disposi-
tio autem ad formam introducendam est accidés,
igitur oportet ante formam substantialem præin-
telligi aliquod accidens, & sic redditur falsa pro-
positio; sed hæc difficultas est nullius momenti,
quia cum forma perfectior virtute contineat quic-
quid continent inferiores formæ, & ideo vna & ea-
dem

dem existens perficit materiam secúdum diuersos gradus perfectionis, vna enim & eadem forma, est per essentiam per quam homo est ens actu, & per quam est corpus, & per quam est viuum, & per quã est animal, & per quam est homo; vnde patet quod vnumquodque genus consequuntur propria accidentia, sicut ergo materia præintelligitur perfecta secundum esse ante intellectum corporeitatis, & sic de alijs, ita præintelliguntur accidentia quæ sunt propria entis ante corporeitatem, & sic præintelliguntur dispositiones in materia ante formam, non quantum ad omnem eius effectum, sed quantũ ad posteriorem, & adueniente forma subsequenti cessat forma præcedens cum omnibus suis accidentibus; propterea apparet germanus sensus propositionis.

Decima conclusio. Anima intellectiua non vnitur humano corpori mediante aliquo alio corpore; scribitur hęc propositio prima parte. & ratio huius desumitur ex secũdo de anima vbi dicit Aristotiles, quod non oportet quærere si vnum est anima & corpus, sicut neque ceram & figuram, sed figura vnitur cerę nullo corpore mediante, ergo anima intellectiua vnitur humano corpori nullo corpore inter medio; circa quam nota quod fuerunt diuersæ sententiæ, nam sentẽtia Platonicorum fuit animam intellectiuã vniri corpori mediãte aliquo alio corpore, quia vniebatur ei solum, vt motor, vt sæpius dictum est; secunda fuit sententia Pithagoricorum volentium animam vniri corpori humano, mediante spiritu corporeo; tertia fuit sententia ipsius Anaxagoræ qui dixit animam vniri corpori humano mediante luce, & dicebat quod anima vegetabilis vnitur corpori mediante luce cęli siderei, anima vero sensibilis, mediante luce cęli cristallini, anima intellectualis, mediante luce cęli empirei, & lucem ponebat esse corpus, idcirco asserebat animam vniri nostro corpori mediante corpore; & aliqui Moderniores videntur sequi istam opinionẽ, propter verba Augustini tertio super Genesim ad litteram, vbi dicit quod anima per lucem idest ignem, & aerem, quæ sunt similiora spiritui corpus administrat; ignis autem, & aer sunt corpora, & sic concludunt quod anima vnitur corpori humano mediãte aliquo corpore; & decipiuntur quia Augustinus loquutus est de anima, in quantũ mouet corpus, vnde vtitur verbo administrationis, & verũ est, quod partes grossiores corporis per subtiliores mouet, & primum instrumentum virtutis motiuæ est spiritus, vt dicit Philosophus in libro de causa motus animalium.

q.76.art.7. Tex.7.

Cap.4

Cap.2.

DISTINCTIO XVI.

In præsenti distinctione discutitur qualis, & quomodo factus sit homo, & pro intelligentia huius rei sit prima cõclusio talis, in homine est imago Dei imperfecta, ponitur hęc à Diuo Thoma prima parte, & ratio huius est, quia in homine est aliqua similitudo Dei deducta ab ipso non secundum æqualitatẽ, igitur in ipso homine est imago Dei imperfecta, & hęc ratio & propositio fundatur in sacris litteris Genesis, vbi dicitur, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: pro cuius intellectu sciendum est, vt Augu-

q.93. art.1.

Cap.1.

A stinus docet libro octuaginta trium quæstionum quod vbi est imago continuo est, & similitudo, sed vbi est similitudo non continuo est imago, ex quo patet quod similitudo est de ratione imaginis, & imago aliquid addit supra rationẽ similitudinis; scilicet quod sit expressum ab alio, imago enim dicitur ex eo quod agitur ad imitationem alterius, vnde ouum quantumcunque sit simile, & æquale alteri ouo, quia tamen non est expressum ex illo, non dicitur ad imaginem eius, æqualitas autem non est de ratione imaginis, quia vbi est imago, non continuo est æqualitas, vt patet in imagine alicuius in speculo relucẽte, est tamen de ratione perfectę imaginis, B nam in perfecta imagine non deest aliquid imagini quod insit illi de quo expressa est, in homine est similitudo Dei, producta ab ipso veluti à quodam exemplari, & nõ secundum æqualitatem, propterea dicitur imperfecta: quam imperfectionẽ insinuat scriptura in illa propositione Ad, quæ significat quẽdam accessum, qui competit rei distanti, vnde Apostolus ad Colossenses loquens de Filio Dei, vocat ipsum esse imaginem Patris, homo vero non dicitur imago, sed ad imaginem, quia similitudo Dei est in ipso Filio suo in identitate naturæ, sicut imago regis in Filio sibi connaturali: in homine vero est similitudo Dei, sicut in aliena natura, C veluti imago regis existit in auro & in argento.

Quæst. 30.

Cap.2.

Secunda conclusio. Solæ intellectuales creaturæ proprie loquendo sunt ad imaginem Dei, hanc docet Sãctus Thomas prima parte, vbi supra, cuius ratio est, quia illę solę creaturæ sunt ad imaginẽ Dei, quæ assimilantur ei in intelligendo, & volendo, sed solę intellectuales creaturę sunt Deo similes secundum huiuscemodi operationes, igitur cõclusio vera, & est Beati Augustini sexto super Genesim ad litteram, vbi habet quod hoc excellit in homine, quia Deus ad imaginẽ suam ipsum fecit, propter hoc quod dedit ei mentem intellectualem, qua præstat pecoribus: pro cuius intellectu sciẽdum est: D quod non quælibet similitudo etiam quod sit expressa ex altero sufficit ad rationẽ imaginis, si enim similitudo sit secundum genus tantum, vel secundum aliquod accidens commune, non propter hoc dicetur aliquid esse ad imaginẽ alterius, non enim posset dici quod vermis, qui oritur ex homine sit imago hominis propter similitudinem generis, neque iterum dici potest quod si aliquid fiat album ad similitudinem alterius, quod propter hoc fit ad imaginem eius, quia album est accidens commune pluribus speciebus, requiritur autem ad rationem imaginis, quod sit similitudo secundum speciem, sicut imago regis est in Filio suo, vel ad minus E secundum aliquod accidens proprium speciei, & præcipue secundum figuram, sicut imago hominis dicitur esse in cupro: propterea dixit Hilarius libro de Trinitate, quod imago est species indifferens, & quia similitudo speciei attenditur secundum vltimam differentiam, & cum creaturæ diuersimode assimilentur Deo, aliquæ enim sunt Deo similes communiter prout habent esse vt lapides, aliquæ prout habent vitam, vt plantæ, aliquæ prout sentiunt vt bruta, aliquæ vero vt sapiunt, & intelligunt vt creaturę intellectuales, & hę propriæ dicuntur ad Dei imaginem, de qua re lege Caietanum in expositione huius

Art.2.

Cap.3.

Cap.5.

Tertia conclusio. Angelus est simpliciter magis ad imaginem Dei, homo autem est magis secundū quid, hanc docet S. Thomas vbi supra. & ratio huius est, quia angelus est similior Deo secundum naturam intellectualem, igitur erit magis ad imaginem Dei quam homo, & est doctrina Beati Gregorij in quadam Homilia, in qua exponit verba illa, tu signaculum similitudinis, docet enim ibi quod angelus dicitur signaculū similitudinis, quia in eo similitudo diuinae imaginis magis insinuatur expresse. Vbi nota quod de imagine Dei dupliciter loqui possumus, vno modo quantum ad id in quo primo consideratur ratio imaginis quod est natura intellectualis, & sic imago Dei est magis in angelis quam in hominibus, quia intellectualis natura perfectior est in eis, secūdo potest considerari imago Dei in homine quantum ad id in quo secundario consideratur, prout scilicet in homine inuenitur quaedam Dei imitatio inquantum scilicet homo est de homine sicut Deus de Deo, & inquantū anima hominis est tota in toto corpore eius, & iterum tota in qualibet parte ipsius, sicut Deus se habet ad mundum, & secundum haec & similia dici potest quod imago Dei magis inuenitur in homine quam in angelo, sed quātum ad hoc non attenditur per se ratio diuinae imaginis in homine nisi praesupposita prima imitatione quae est secundum intellectualē naturā, alioquin etiam animalia bruta essent ad imaginem Dei, & ideo quia angelus est solius naturae intellectualis cuius non est homo, idcirco remanet conclusio praeposita verissima.

Art.3.

Quarta conclusio. In homine diuersimode reperitur Dei imago, propositio est Sancti Thomae vbi supra. & ratio est, quia diuersificatur natura humana in diuersis secundum diuersa accidentia, propterea sequitur quod imago Dei diuersimode in homine reperitur, vbi nota pro maiori intelligentia quod imago Dei tripliciter considerari potest in homine, vno modo secundum quod habet aptitudinem naturalem ad intelligendum, & amandum Deum, & haec aptitudo consistit in ipsa natura mentis quae est communis omnibus hominibus; alio modo prout homo ipse actu vel habitu Deum cognoscit & amat, sed tamen imperfecte, & hęc est imago per conformitatem gratiae; tertio modo prout homo actu, & perfecte cognoscit, & amat Deum, & sic attenditur imago secundum similitudinem gloriae, & hinc est quod communiter distinguitur triplex imago; creationis nempe quae inuenitur in omnibus hominibus, recreationis siue gratiae quae reperitur in iustis, & similitudinis siue gloriae, quae reperitur in beatis, & quanquam Apostolus dicat prima ad Corinth. quod vir est imago Dei, mulier autē imago viri, quibus verbis aliquis posset existimare in muliere non reperiri imaginē Dei, sed tantum in viro, sane quidem intelligenda sunt verba Apostoli, quia in viro, & in muliere reperitur haec triplex imago diuersimode vt dictū est, sed in illis verbis Apostolus voluit insinuare quod vir est principium mulieris & finis, sicut Deus est principium & finis totius creaturae, & propterea vir dicitur imago & gloria Dei, mulier autem est gloria viri, & hoc ostendit Apostolus in verbis sequentibus dicens, non enim vir est ex muliere, sed mulier ex viro, & vir non est creatus propter mulierem sed mulier propter virum; & hoc etiam exprimitur apud Genesim, vbi postquā dicitur ad imaginem Dei creauit illum scilicet hominē subdidit, masculum, & foeminam creauit eos, ostendendo vtrunque esse ad imaginem Dei, & sic patet conclusio proposita.

Art.4.

Cap.11.

Cap.1.

Quinta concl. In homine est imago Dei & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad trinitatē personarum; hanc propositionem docet S. Thom. prima parte, vbi supra. cuius ratio est, quia natura diuina existit in tribus personis, sed in homine est imago naturae diuinae, igitur in homine erit imago Dei, nedum quo ad diuinam naturam, sed quo ad Trinitatem personarū. vbi animaduerte quod quidam dixerunt in homine esse solum imaginem Filij, quod improbat Diuus August. 12. de Trinitate, primo quidem per hoc quod cum secūdum aequalitatem essentiae Filius sit Patris similis, necesse est quod si homo sit factus ad similitudinē Filij quod sit factus ad similitudinem Patris, secundo quia si homo esset factus solum ad imaginem Filij, nō diceret Pater faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram sed tuam, cum ergo dicitur ad imaginem Dei fecit illum, nō est intelligendum quod pater fecit hominem solum ad imaginem Filij qui est Deus, sed intelligendum est, quod trinitas Deus fecit hominem ad imaginem suam, idest totius Trinitatis: cum autem dicitur quod Deus fecit hominem ad imaginem suam, dupliciter intelligi potest, vno modo quod hęc praepositio ad designet terminum factionis, vt sic sensus faciamus hominem totaliter vt sit in eo imago nostra, alio modo haec praepositio ad potest designare causam exemplarem, sicut cum dicitur iste liber est factus ad illum, & sic imago Dei est ipsa diuina essentia quae abusiue imago dicitur secundum quod imago ponitur pro exemplari, & sic esse ad imaginem secundum imitationem diuinae naturae nō excludit hoc quod est esse ad imaginem Dei, secundum repraesentationem trium personarum.

Art.5.

Cap.9.

Sexta conclusio. In homine inuenitur Dei similitudo per modum imaginis secundum mentem, secundum vero alias eius partes per modum vestigij; scribitur hęc propositio vbi supra, & quarto contra Gentiles. & ratio huius est, quia imago repraesentatur secundum similitudinem speciei, vestigium vero nō pertingit ad similitudinem speciei siue causae, ergo imago Dei inuenitur in sola rationali creatura, vestigium autem in caeteris: ex consequenti imago Dei inuenitur in rationali creatura secundum id in quo excedit caeteras creaturas, vestigium vero Dei in eadem secundum alias partes ex quibus apparet veritas propositionis quod in homine inuenitur similitudo Dei per modū imaginis secundum mentem, secundum vero eius alias partes per modum vestigij: pro cuius maiori notitia notandum est, quod quidam imaginem Trinitatis in homine posuerunt non secundum vnum indiuiduum, sed secundum plura, dicentes quod vir Patris personam intimat, Filij vero personam qui de viro sic processit vt de illo nasceretur, atque ita tertiam personam velut Spiritum Sanctum dicunt esse mulierem, quae ita de viro processit, vt non ipsa esset Filius aut filia; quod absurdum esse apparet primo, quia sequeretur quod Spiritus Sāctus esset prin-

Cap.26.

principinm Filij, sicut mulier est psincipiũ prolis, A quæ nascitur de viro, & ideo dicendum est quod trinitas increata cum distinguatur secundum processionem verbi à dicente & amoris ab vtroque in creatura rationali in qua inuenitur processio verbi secundum intellectum, & processio amoris secundum voluntatem, potest dici imago Trinitatis increata per quandam repręsentationem speciei.

Septima conclusio. Imago Trinitatis in mente attenditur primo secundum actus verbi & amoris, secundario vero ex consequenti secundum potentias & pręcipue habitus; scribitur & hæc proposi-
q.10. art.3. tio vbi supra, & in disputatis de veritate, & ratio est, quia imago est repręsentatiua speciei, igitur pri B mo attenditur in mente secundum quod maxime appropinquat ad speciem Trinitatis, igitur secundum quod accedit ad repręsentandum processionem verbi à dicente & amoris connectentis, ex consequenti secundum actus, consequenter vero secundum principia illorum actuum, quæ principia sunt potentiæ, & habitus. sed pro ampliori intelligentia nota quod aliqui dicunt imaginem Trinitatis esse in anima tantummodo secundum potentias quia ipsa imago semper manet in anima, potentiæ vero ipsę sunt illæ quæ semper manent in ipsa anima nõ autem actus, & propterea dicendum est imaginem Dei attendi in anima secundum potentias, & non C secũdum actus, & isti allucinantur, quia licet actus non semper maneant in se ipsis, manent tamen semper in suis principijs scit licet potẽtijs & habitibus,
Cap.7 propterea D. August. nono de Trinitate dicit si secundum hoc facta est ad imaginem Dei anima rationalis, quod vti ratione atque intellectu ad intelligendum, & conspiciendum Deũ potest, ab initio quo esse cępit fuit in ea Dei imago, & in inferioribus partibus animæ reperitur imago Dei secundum actualem visionem, & imaginatiam, atque sensibilem: ex consequenti etiam Trinitas, quæ est in mente secundũ quam homo est ad imaginem Dei debet attendi secundum actualem visionem, prout D mẽns semper meminit, semper se intelligit, semper se amat, vnde penes actus attenditur propinque huiuscemodi imago, penes habitus remote, & penes potentias remotius.

Octaua conclusio. Imago Trinitatis attenditur in anima secundum quod fertur aut nata est ferri in Deum nocitia & amore; ponitur & hæc conclu-
q.10. art.7. sio vbi supra, & præsertim in disputatis de veritate, & ratio huius est, quia imago est similitudo repræsentans speciem, & sic erit in anima secundũ repræsentationem speciei: diuinarum personarum quo circa erit secũdum repręsentationem verbi Dei notitia ipsius Dei, & amoris sui ipsius, igitur secundũ E quod anima intelligit ipsum Deum actu vel habitu vel potentia; vbi nota quod non intelligimus hic de cognitione meritoria, & dilectione charitatis, sed de cognitione, & dilectione naturali, quia conclusio intelligitur cõmuniter de imagine creationis, quia semper cognitio naturalis remanet in anima, & sic etiam imago Dei licet obscuretur atque deformetur in peccatoribus, & fit clara & pulchrã in iustis, & pulcherrima in beatis.

Nona conclusio similitudo distinguitur ab imagine: hęc propositio ponitur etiam à Sãcto Thoma vbi supra. cujus rõ est, quia cõmunis distinguitur A ab eo, quod nõ est ita commune, sed similitudo est cõmunior imagine, igitur distinguitur ab ea; pro cuius notitia sciendum est, quod similitudo potest distingui ab imagine dupliciter. vno modo prout est præambula ad ipsam, & in pluribus existens, & sic similitudo attenditur secundũ ea quæ sunt communiora proprietatibus naturæ intellectualis secundum quas proprie attenditur imago, alio modo potest considerari similitudo secundum quod significat expressionem, & perfectionẽ ipsius imaginis, & sic distinguitur similitudo ab imagine vno modo vt præambula ad ipsam, alio modo vt subsequens, & perficiens ipsam, & hæc est doctrina beati B Augustini lib. 83. quæstionum vbi dicit, sunt, qui Quest.9. non frustra intelligũt duo dicta esse ad imaginem, & similitudinem, cum si vna res esset vnum nomen sufficere potuisset: quibus verbis manifeste ostendit beatus Augustinus imaginem, & similitudinẽ distingui inter se.

Decima conclusio. Materia rei corporalis essentialiter distinguitur à qualibet forma substantiali; hanc disputat Capreolus in præsenti distinctione contra Aureolum, & probatur conclusio ad mentẽ Sancti Thomæ sic, quicquid est indifferens ad aliquam formã, & eius priuationem, essentialiter distinguitur à quolibet illorũ, sed materia prima est C huiusmodi circa formam substantialem, igitur distinguitur tam à forma quàm ab ipsa priuatione, adde quod ens corruptibile actu distinguitur ab ente incorruptibili, sed materia est incorruptibilis & forma est corruptibilis; ergo materia realiter & actu distinguitur ab ipsa forma, & hæc doctrina sumitur ex expositione Sancti Thomæ super septi- Tex.7. mum Metaphysices, de qua relege Paulum Soncinatem in quæstionibus suis super septimum Meta- Quæst.19. physices, vbi sustinet hanc veritatem quia extrema relationis realis sunt actu distincta, non enim relatio realis potest esse eiusdem ad se ipsum, sed inter materiam, & formam est relatio realis quæ est vnio D earum ad inuicem, quippe quæ vnio materiæ cum forma semper est seclusa omni operatione intellectus, igitur inter materiam & formam erit relatio realis, ex consequenti sunt realiter & actu distincta aduersus oppositum sentientes.

DISTINCTIO XVII.

Discutitur à Magistro in hac distinctione de origine animæ scilicet vnde creata fuerit & quando, & quam gratiam habuerit in creatione, pro cuius intelligentia sit.

Prima conclusio. Talis anima rationalis est for- E ma humani corporis, hanc ponit Sanctus Thomas q.76. art.1. prima parte, cuius ratio sua est, quia illud quo primo aliquid operatur est forma eius cui operatio attribuitur, sicut quo primo sanatur corpus est eius sanitas, forma, sed anima est primum principium quo nutritur homo sentit, & mouetur localiter & intelligit, igitur anima rationalis est eius forma sed animaduerte hic quod quidam dictus Petrus Ioannis qui multos errores Abbatis Ioachim suscitauit tempore Clemẽtis Papæ huius nominis Quinti, negauit istam propositionem, & dixit animam rationalem non esse formam humani corporis, & est error damnatus in Concilio Vien-

nensi

nẽsi sub Clemẽte Quinto his verbis, porro doctrinam omnem seu positionem temere asserẽtem, aut vertentem in dubium quod substantia animæ rationalis, seu intellectiuæ vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati catholicæ fidei inimicam prædicto sacro approbante Concilio reprobamus, ex quo patet conclusionem propositam esse de fide; vbi etiã animaduerte doctrinam Caietani in expositione supradictæ propositionis, quæ asserit quod anima est actus corporis, sed in quantum intellectiua nõ est actus corporis, vel intellectus identice nõ formaliter est actus corporis, in hac enim Scotizare videtur ipse Caietanus, propterea melior est intellectus huius propositionis dicendo animam intellectiuam, seu rationalem secundum essentiam esse actum corporis, & secundum potentiam non esse actum corporis, quia intellectus nullius corporis est actus.

Secunda conclusio. Anima rationalis simul producta est cum corpore; est propositio Sancti Thomæ prima parte. (q. 90. art. 4.) cuius ratio est, quia proprius actus fit in propria potentia, sed aĩa rationalis secundũ essentiã est proprius actus corporis, igitur anima rationalis simul producta est cum corpore; vbi nota quod beatus Hieronymus tribuit Ioãni Episcopo Hyerosolimitano in quadam Epistola quã scripsit ad Pammachium aduersus errores præfati Ioãnis cõtrarium huius propositionis, docebat enim ipse animam esse prius formatam quam corpus, & in eundem errore lapsus est Philaster Brixiensis in quodã suo libello de hæresi, & Diuus Thomas vbi supra, tribuit Origeni qui posuit non solum animã primi hominis, sed animas omnium hominum ante corpora, simul cum angelis creatas, propter hoc quod credidit omnes spirituales substantias, tam animas quam angelos æquales esse secundum suæ naturæ conditionem, sed solum merito distare sic, quod quædam earum corporibus alligantur quæ sunt animi hominũ vel cœlestium corporum; quædam vero in sui puritate secundum diuersos ordines remanserunt, & hi omnes errores fuerunt damnati per Leonem Pontificem Primum in quadam epistola sua ad Astorigensem Episcopum, quæ est in ordine 71. in qua damnat etiam errores Priscilianistarum, asserens esse fabulam impietatis errores istos, de qua rẽ lege Alphõsum de Castro lib. 2. aduersus hereses.

Tertia conclusio. Anima rationalis non est factã de substãtia Dei: hanc ponit S. Thomas prima parte. (q. 90. art. 1.) cuius ratio est, quia omne aliud à Deo productum est ex nihilo: est propositio de fide: sed anima est alia à Deo, igitur est producta ex nihilo, & non de substantia Dei, vbi nota quod oppositum huius propositionis docuerunt Gnostici quorum princeps existit Philaster, Hyreneus autem in libro primo aduersus hereses asserit authorẽ istorum fuisse Carpocratem, (Cap. 24.) deinde Manicheus suscitauit eundẽ errorem, & propterea Sanctus Thom. vbi supra dicit, quod Manichei quorum dux fuit quidam Manens iuxta nomen suum insaniens, nam fuit moribus Barbarus, & instinctu dæmonis agitatus ad suscitandas diuersas hæreses inter alias posuit Deum esse quandam lucem corpoream, & animam nostrã esse vel substãtiam Dei, aut ex eius substantia, cuius error damnatus fuit in Cõcilio Braccarensi primo (Sess. 5.) vbi dicitur si quis animas humanas, vel angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manicheus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Quarta conclusio. Anima est creata à Deo; hanc docet Sãctus Thomas prima parte. (q. 90. art. 2.) & ratio est, quia anima rationalis est per se subsistẽs, ergo habet suũ proprium esse, & proprium fieri, hoc autem nõ potest sibi cõuenire ex materia præiacente, igitur per creationem, ergo conclusio vera; pro cuius intellectu sciendum est, vt scribitur in septimo libro historiæ tripartitę (Cap. 11.) quod quidam Seleucus, & Hermyas Galathæ, vt ait Philaster, dixerunt animas non esse à Deo creatas, sic etiam docuit Tertullianus, vt scribit Beatus Augu. in lib. de heresibus ad quod vult Deum qui error fuit damnatus in Concilio Niceno, vbi scribitur credimus in vnum Deum Patrem omnipotẽtem omnium visibilium inuisibiliumq; factorem, & hoc est cõforme sacris litteris, vt patet in Apocalipsi, (Cap. 4.) vbi inducũtur vigintiquatuor seniores adorantes Deum, & dicẽtes dignus es domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam sunt, & creata sunt.

Quinta cõclusio. Animæ humanæ sunt vnius speciei, scribit hęc prima parte. (q. 76. art. 2.) cuius ratio est, quia conueniunt in vltima differentia specifica, igitur vnius speciei esse debent, non enim differunt ab inuicem nisi per diuersas inclinationes, seu cõmensurationes, siue adaptationes, quas habent ad corpora, vbi nota quod Tertullianus errauit in hoc, vt Guido Carmelita scribit in libro suo de heresibus (Cap. 62.) hic enim voluit animas sceleratorũ hominum post mortem conuerti in dæmones, & in quæcũque animalia bruta, motus ex verbis Saluatoris apud Ioannem (Cap. 8.) loquentis ad Iudæos, & dicentis vos ex patre diabolo estis; & in hoc errauit errore manifesto, quia si animæ sceleratorum hominum cõuerterentur in dæmones, siue in quodcunque aliud animal sequeretur ipsas esse mortales; nã id quod in aliud conuertitur corrũpitur cum vertitur in illud, sicut cum vinum vertitur in acetum, & aquam quando cõuertitur in vinum desinit esse vinum, si ergo anima cõuertitur in dæmones vel in quodcunq; aliud animal, sequeretur manifeste ipsam animã perire & desinere esse, nec verba Saluatoris suffragantur quandoquidem sacra scriptura est plena metaphoris alijsque figuratis locutionibus quibus vsa est in illis verbis, quemadmodũ enim Christus vocatur Leo, Agnus, sic etiam mali homines possunt vocari filij dæmonum ex quadam similitudine non quod ita sit in re, de qua re lege Alphonsum de Castro 2. libro de heresibus.

Sexta conclusio. Anima hominis est immortalis per naturam: hanc ponit S. Thomas prima parte (q. 75. art. 6.) cuius ratio multiplex esse potest, sed præcipue est ista, quia habet operationem propriã sine corpore tanquam organo, & propterea contingit ipsam separari à corpore, & esse æternam, & incorruptibilẽ per suam propriam naturam, & deinde nullam habet contrarietatem, & quia omnis corruptio est à suo contrario, hinc corpora cœlestia sunt æterna, quia nullum habent cõtrarium, sic etiam & anima nostra intellectiua incorruptibilis esse debet cum nihil ei aduersetur, & cõtrarietur: circa quam conclusionem fuerunt diuersę sententiæ, vt latius scripsimus

Diluc.d.2. primus in dilucidationibus nostris super 12. Metaphy. sed vltra illas quas ibidem narrauimus fuerunt aliqui qui dixerunt animam humanam cum corpore simul interire, sed postmodum in resurrectione suscitari, vt docet Eusebius libro sexto Historiæ Ecclesiasticæ, alij vero dixerunt animam sic Cap.26. in morte hominis cum corpore perire, vt nũquam postea redeat, & hi videtur negare resurrectionem sicut fuerunt Saducei, verum conclusio proposita Cap.10. est de fide catholica: scribitur enim apud Matthęũ nolite timere eos, qui occidunt corpus, animã autem nõ possunt occidere, si autem anima esset mortalis, & simul cum corpore periret, occidẽs corpus, occideret simul, & animam, sicut fit in bruto cuius anima ab interficiente corpus occiditur, habetur etiam in Concilio Lateranensi sub Leone Decimo celebrato determinatio huius propositionis his verbis hoc sacro approbante Cõcilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse, aut vnicam in cunctis hominibus, seu etiam, & in Concilio Generali Viennensi, non est amplius in dubium reuocanda hæc propo- Cap.56. sitio, vide de hac re secundũ contra Gentiles, & de spiritualibus creaturis.

Cap.2. Septima conclusio. Anima humana non potest transire de corpore in corpus: hanc docet Sanctus Art.2. Thomas prima parte, vbi supra, cuius ratio est, quia anima intellectualis secundum suum esse vnitur corpori vt forma, & tamen destructo corpore remanet anima intellectualis in suo esse secundum quandam adaptationem, ita ad illud corpus quod non poterit secundum Dei ordinariam potentiam quodcunque aliud corpus informare aut vegetare, & fouere, circa quam conclusionem nota quod est contra sententiam Pithagoræ Philosophi cui impij Albanenses post modum adhæserunt, quam sententiam Christi fide quisque sola ratione naturali iudicat esse insaniam, animã patris nostri transire de corpore in corpus, ita quod post mortem eius viuificet Leonem, vel Serpentem, aut Asinum vnde Beatus Athanasius in libro, qui dicitur de beatitudine Filij Dei ait, si quis confitetur animas hominum in reuolutionem rursus in men doyaut in hominibus, aut in pecudibus, aut in Serpentibus verti anathema sit, est enim hoc irrationabile, quod in hanc sententiam descẽdat aliquis homo, propterea sustinenda est propositio proposita vt vera nedũ in sacra Theologia, sed Philosophia, de qua re lege Latius Hyrenæum libr. 3. aduersus hęreses, & Hieronymum in Epistola ad Epiphaniũ, & ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum.

Octaua cõclusio. Anima rationalis ante infusionem corporis nullam operationem habuit, est San- q.76. art.1. cti Thomæ prima parte. & ratio est, quia animæ rationali secundum se conuenit vniri corpori, sicut corpori leui conuenit secũdum se esse sursum, igitur ante infusionem corporis nullã operationem habuit, ex cõsequenti sicut corpus leue manet quidem leue cum à loco proprio fuerit separatum cũ aptitudine tamen, & inclinatione ad proprium locum, ita anima humana manet in suo esse cum fuerit à corpore separata habens aptitudinem, & inclinationem naturalem ad corporis vnionem. & nota quod hęc conclusio est contra errorem Origenis, qui voluit animam peccasse ante infusionem corporis, & in pœnam peccati in corpore tanquam in carcere fuisse inclusam: eundem quoque errorem postea tutatus est Priscillianus Hispanus, qui hanc sit multis hæreses ex sentina omnium hæreticorũ, & hic error nedum est contra sacram scripturam, sed etiam est exclusus per diffinitionem Concilij Cap.6. Bracarensis primi in quo habetur hoc decretum, si quis animas humanas dicit prius in cęlesti habitatione peccasse, & propter hoc in corpora humana in terra deiectas, sicut Priscillianus dixit anathema sit: Apostolus quoque ad Romanos scribens de Cap.9. Germanis in vtero Rebeccæ existentibus ait cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali vt secundum electionem propositum Dei maneret non ex operibus, sed ex vocante dictũ est, quia maior seruiet minori, ex quibus verbis patet illos fratres nihil boni aut mali operis egisse antequam nascerentur.

Nona conclusio. Formæ substantiales non præexistunt in materia actu secundum se totas, nec secundum aliquam sui partem ante productionem compositi: est Sancti Thomæ prima parte. & ratio q.45. art.8. est nihil capiens esse per generationem compositi sicut terminus generationis secũdum se, & quodlibet sui præcedit secundum esse actu ipsam generationem compositi, sed formæ substantiales sunt huiusmodi, igitur non præexistunt in materia actu secundum se totas, nec secundum aliquã sui partem ante productionem compositi, circa quam nota quod de hac re, plurimas sententias recitauimus in dilucidationibus nostris super 7. Metaph. dum Diluc.vlt. aliqui dixerunt in materia esse vnam formam generabilem, quæ est ratio seminalis cęterarum, aliqui vero dixerunt formã generandam præexistere quoad aliquid in materia ipsa, aliqui vero posuerũt inchoationes omnium formarum, aliqui autem dixerunt totas formas præexistere in materia, aliqui ponebãt esse incompletum formarum in materia, Diluc.d. aliqui dixerũt in materia esse naturam pure poten- Cap.9. tialem ex qua educẽdę essent formę naturales, alij vero dicunt in materia esse tantummodo rationes seminales, de quibus omnibus lege ibi.

Decima conclusio. Non est inconueniens essentiam alicuius formæ substantialis prius duratione fuisse in materia quam daret esse composito vel q.7.art.7. materiæ; habetur hæc à Sancto Thoma in tractatu de natura materiæ, cuius ratio assignatur, quia partes noniter ab inuicem separatę habẽt nouum esse substantiale per aliquam vel aliquas formas substantiales, sed essentia nullius talium formarum Cap.8. q.10. est in materia noniter indocta, igitur essentia taliũ formarum præcessit in materia antequã daret esse substantiale cõposito vel supposito, maior est nota, quia ante diuisionem totius, pars nõ habebat esse per se, & nunc habet minor probatur, quia nunquã noua essentia formæ inducitur in materia sine alteratione præcedente, hic autem non præcessit alteratio sufficiens, dum abscinditur primum membrum, & hęc conclusio ponitur cõtra Scotum, qui oppositum huius sentire videtur. sed nota, quod hac duas vltimas conclusiones disputat Capreolus in præsenti distinctione, & secundum non asfertiue, sed probabiliter dicit esse de mente Sancti Thomæ, quia dubitat de tractatu illo naturæ materiæ, num sit verus partus, & fœtus Sancti Thomæ

propterea

propterea probabiliter in doctrina Sancti Thomæ, & non certò sustinetur.

DISTINCTIO XVIII.

IN præcedenti distinctione disputauit Magister de origine animæ, hic disputat de origine ipsius corporis, & quia corpus dicit quãtitatem quandam idcirco multa discutienda sunt de quantitate, & sit

Prima conclusio talis; quantitas substantiæ, qua substantia ipsa dicitur formaliter quanta, est accidens, & nullo modo substantia; hanc docet Sãctus Dist. 12. q. 1. art. 1. Thomas quarto sententiarum, cuius ratio est, quia B substantia, & quantitas habent diuersas proprietates; igitur substantia, & quãtitas sunt realiter distinctæ adde quia inter substantiam, & accidens est distinctio realis, quia sunt entia primo diuersa, igitur inter substantiam, & quantitatem, vbi animaduerte quod quanquam supradicta conclusio ab omnibus ferè Philosophis, atque Theologis probata, atque recepta sit, non defuerunt tamen qui contra sentirent, nam & Alexander Aphrodiseus scribit vetus fuisse Stoicorum decretum quantitatem re non distingui à substantia, & hoc postea Ocham renouauit, atque confirmauit in cõmentarijs suis logicis exponens cathegoriã quantitatis, & in quar C to Quolibeto multis articulis, & in tractatu suo de venerabili sacramento pluribus capitibus, docet quantitatem re non distingui à substantia, sed esse ipsam met substantiam, prout habet partes extra se inuicem, situ distinctas, & locabiles diuersisque locis partibus correspõdentem, atque hanc suam opinionem confirmat nec esse cõtra experientiam, nec contra rationem, nec cõtra doctrinam Aristotelis; nec cõtra fidem, nec denique contra dicta sanctorum. sed quia nos latiùs oppositum istorum ostendimus in dilucidationibus nostris super tertium Dilucid. 8. Cap. 3. Metaphysices, ibi videre potes, & etiam apud Benedictum Perrerium Societatis Iesu de cõmunibus D omnium rerum naturalium principijs, & affectionibus lib. 10.

Secunda cõclusio. Quantitas est subiectum aliorum accidẽtium corporalium, & absolutorum inhærentium substantiæ: hanc docet Sãctus Thomas q. 77. art. 7. tertia parte. & ratio est, quia omne illud quod afficitur aliquo accidente est subiectũ illius, sed quantitas afficitur accidentibus puta qualitate & alijs; igitur est illorũ subiectũ: vbi animaduerte; & lege Cap. de sub stantia. Caietanum in prædicamentis, vbi distinguit de subiecto quod est duplex quod, & quo, & quod quãtitas non est primum subiectum quod, sed potius est subiectum quo; & hanc doctrinam docet in vl- E tima proprietate de substantia, quæ est susceptiua contrariorũ tanquam quod, quãtitas vero vt quo, de qua re etiam lege D. Tho. primo posteriorum. Lectio. 2.

Tertia conclusio. Quantitas dimensiua potest acquiri, & deperdi in substantia; docet hanc Sãctus Lect. tertia. Thomas primo Physicorũ contra Melissum & Parmenidem. & ratio huius est, quia noua puncta nouæ lineæ, & noua superficies in substantia possunt acquiri, & perdi per diuisionem continui, sed om- Cap. de quã titate. nia ista sunt de genere quantitatis, vt docuit Aristoteles in libro prædicamentorum, igitur conclusio vera: vbi nota doctrinam Caietani ibidem de linea A superficie, & corpore, & quomodo puncta sunt termini lineæ, & linea ipsius superficiei, & superficies ipsius corporis.

Quarta conclusio. Eadem quantitas numero potest per essentiam quandoq; esse maior quandoq; minor, & hoc contingere potest per condensationem, & rare factionem: est propositio Sãcti Thomæ Dist. 17. q. 1. art. 1. in primo sententiarum, & ratio huius est, quia omnis forma accidentalis intensibilis, & remissibilis potest esse maior, vel minor manens eadem numero per essentiam sine additione alicuius nouæ formæ, sed quãtitas dimẽsiua est huiusmodi, vt docuit Aristoteles 4. Physicorum. Tex. 84.

Quinta conclusio. Aliqua quantitas potest dici interminata, & aliqua non; elicitur hæc propositio ex dictis Sancti Thomæ super Boetium; & ratio hu q. 4. art. 2. ius est, quia aliqua quantitas potest intendi, vel remitti, sicut patet de quantitate elementorũ, & mixtorum, aliqua autem nõ potest intẽdi nec remitti; vt clarum est de quantitate corporum cœlestium in quibus non est condensatio, nec rarefactio, igitur conclusio vera: vbi nota quod contrarium huius sustinet Aureolus, & argumenta eius sunt nullius momenti, vt patet apud Capreolum hic, sicut argumenta Gregorij contra tertiam conclusionem; & Scoti contra quartam.

Sexta conclusio. Nulla quantitas dimensiua est ponenda interminata in materia præcedens formã substantialem, ita vt possit stare successiue cum diuersis formis substantialibus, & terminari diuersimode, secundum quod requirunt diuersæ formæ substãtiales: elicitur propositio hæc ex tractatu de natura materiæ, qui probabiliter tribuitur Sancto Thomæ, & ratio huius est, quia dimensio interminata cum sit terminata, aut est in materia, tanquam in subiecto, aut in ipso composito, sed non primo, quia nihil est immediatius materiæ, quam ipsa forma substantialis, nec iterum foret talis dimensio mensura ipsius compositi, sed tantũ materiæ, quantitas enim solum est mẽsura sui subiecti: nec secundo; quia cum terminatum, & interminatũ non variant essentiam dimensionũ, idem accidens per essentiam migraret de subiecto in subiectum, aliud enim est subiectum ipsum cõpositum, & aliud ipsa materia nuda, ex quibus patet veritas cõclusionis, adde quod siue quantitas sit terminata, siue interminata semper est accidens, ex consequenti est posterior forma, quæ est in materia nuda, cum sit substantia, tam materia, quam forma, & substantia antecedit ipsum accidens tempore, natura, & diffinitione ex 7. Metaph. & nota, quod hæc conclusio po Tex. 4. nitur cõtra commẽtatorẽ libro de substãtia orbis. Cap. 1.

Septima conclusio. Dimensiones quantificatiuæ aliter possunt dici interminatæ in homine quam in alijs compositis ex materia, & forma substantiali; elicitur conclusio ista ex tractatu de natura materiæ, & ratio huius est, quia forma substantialis hominis, & formæ aliorum cõpositorũ habent diuersas naturas; igitur & diuersa accidentia, & diuersas proprietates, ergo conclusio vera: vbi nota quod in mixtis corporibus quædam formæ trahuntur de potentia materiæ, quædam non vt animæ hominũ, quæ nullo modo diuisionem patiuntur, cum nullo modo sint dimensionatæ, nec per se, nec per accidens, propterea aliter terminant ordinem materiæ ad di-

ad dimensiones quę educuntur de potentia mate-
riæ, vnde anima hominis omnibus modis est indi-
uisibilis, quod non est ita de formis eductis de gre
mio & sinu materiæ.
Octaua conclusio. Corpus hominis conuenien-
tissime formatum est de limo terrę, idest terra cō-
q.91. art.1. mixta aquæ, propositio est Sancti Thomæ prima
parte. & ratio huius est, quia corpus humanum est
elongatum à contrarijs per æqualem mixtionem
ex omnibus elementis, sed conuenientissime in li-
mo, qui dicitur terra aquæ permixta, apparet hu-
iusmodi elongatio: ergo conclusio vera: vbi nota
quod in limo terrę est terra ipsa, & aqua congluti-
nās partes terræ, & aquæ, sunt etiam, & alia elemen-
ta de quibus scriptura mentionem non fecit, tum
quia minus abundant secundum quantitatem in
corpore hominis, tum etiam quia in tota rerum
productione de igne, & aere, quæ sensu non perci-
piuntur à rudibus mentionem non fecit scriptura,
quæ rudi populo tradebatur: & est propositio hæc
Cap.2. de fide, quia scribitur in Genesi, formauit Deus
hominem de limo terræ.
Nona conclusio. Necesse fuit in prima produ-
q.92. art.1. ctione fieri fœminam, docet hanc Sanctus Tho-
mas prima parte. cuius ratio est, quia necessarium
fuit dari viro adiutoriū ad opus generationis: igi-
tur necessarium fuit fieri fœminam in prima re-
rum productione: cōsequentia patet, quia fœmina
adiuuat ad generationem, & ad nullum aliud opus
est necessaria, quandoquidem vir potest ad quoli-
bet aliud melius opus exercendum quam fœmina
Cap.2. ipsa, & est propositio de fide, vt scribitur in Genesi,
non est bonum hominem esse solum, faciamus ei
adiutorium simile sibi.
Decima conclusio. Conueniens fuit mulierem
Art.3. formari de costa viri: hanc docet Sanctus Thomas
vbi supra, & est de fide, quia vt scribitur Genesis
ędificauit dominus Deus costam, quam tulerat de
Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam, qui
dixit hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne
mea: vbi nota quod Alphonsus à Castro Zamo-
rensi ordinis minorum regularis obseruantiæ pro-
uinciæ Sancti Iacobi libro secundo aduersus hære-
ses impingit Illustrissimo Cardinali Thomæ de
Vio Caietano quandam nouam hæresim asserens
ipsum negare supradictam propositionem, nempe
Euam nō esse formatam de costa Adæ, sed de limo
terrę, & sic facit ipsum esse primum inuētorem hu-
ius hęresis, & esse hęresiarcham in hoc negotio:
quod quidem dictum offendit pias aures scribere
tot ineptias de tanto viro, cum oppositum habea-
tur ex dictis eius in expositione Genesis, & primæ
partis Sancti Thomæ: dicit enim ipse Caietanus in
expositione secundi capitis Genesis quod produ-
ctio mulieris ex costa Adę non est intelligenda tan
tummodo, & præcise vt sonat litera, sed secundum
misterium non allegorię, sed parabolæ, seu similitu
dinis, & declarat inferius quod hæc similitudo est
multiplex prima in somno ipsius Adę, quia illud
somnus profundus, non fuit consurgens ex euapo-
ratione cibi, quia ieiunus erat, sed fuit à Deo im-
missus. secunda similitudo est socialis vitę, quia ip-
sa fœmina nec est superior viro, nec serua viri, sed
collateralis eius. tertia similitudo est minimi ro-
boris, quia ipsa mulier se habet ad virū sicut pro-

A portio vnius costæ ad reliquas costas omnes pro-
pterea ex costa facta est mulier. vnde patet quod
non negat mulierem factam esse ex costa, sed dicit
quod sub ista propositione latent multæ similitu-
dines, & subdit quartam similitudinem, nempe re-
stitutionem carnis pro costa quæ significat gene-
rationem carnalem: subdit, & quintam quod Deus
fecit venire mulierem ad Adam, hoc enim repræ-
sentat quod vxor debet venire ad domum viri, &
non vir accedere ad habitandum in domo vxoris
sicut est mos naturalis omniū nationum; vnde hic
vir qui talem errorem imposuit Caietano debuit
legere antecedētia verba, & subsequētia illius pro-
B positionis, quod mulier fieri ex costa Adæ non de-
bet intelligi pręc se, vt litera sonat, sed secundum
misterium vt intelligamus vtroque modo intelli-
gendam esse, sed hic vir fecit vt hęretici facere so-
lent in exponendis literis sacris, qui tantummodo
suscipiunt quæ pro ipsis faciunt, sicut patet in illa
ꝓpositione apud Caluinistas, hoc est corpus meū,
dicunt quod li est significat corpus Christi, & non
est realiter corpus Christi, & non summunt antece
dentia, & subsequentia verba illius propositionis,
quando Christus dixit, accipite & manducate, hoc
est corpus meum quod pro vobis tradetur; iam
Apostoli acceperunt, & manducarunt panem reali-
C ter, & nō in signo, & corpus Christi vere, & realiter
fuit traditum à Iuda: propterea illud verbū est vere
& realiter intelligi debet, & non in signo vt malæ
Caluinistæ susceperunt, sic etiam, & iste Alphonsus
debuit legere verba antecedentia, & subsequentia
Caietani, & non accipere propositiones in aere, &
imponere tantum errorem huic viro, cum ipse Al-
phonsus in eodem opere suo contra hęreses in plu
res, & pessimos errores prolapsus est, & etiā in ope-
re de iusta punitione hęreticorū multa dixit, quæ
viro Catholico non conueniunt, vt ostendimus in
quodā nostro tractatu de lamijs: sic ēt, & repręhen-
dendus venit Ambrosius Catharinus, qui eundem
D errorem hausit ex mala intelligentia verborum Ca
ietani super Genesim, non enim viderunt ipsum in
positione primæ partis Sancti Thomæ, vbi his ver- Cap.2.
bis apertis dicit hanc propositionem, conueniens
fuit mulierem formari de costa viri, & probat du-
pliciter primo ex parte coniunctionis socialis non
dominatiuæ ex quacunque parte, secundo ex parte
sacramenti, quomodo ergo audent isti imponere
falsitatem hanc huic doctissimo viro? de qua re le-
ge latius interpretationem pulcherrimam, quam
nouiter composuit doctissimus vir Magister, & Re
gens Florentissimi studij Neapolitani Thomas Ca
puanus sacræ Theologiæ professor, lege etiam San-
E ctum Thomam in præsenti loco ibi manifeste dicit
quod apud Catholicos dubiū esse non debet quin
mulier de costa viri formata fuerit, quamuis Iudæi Dist. 19.q.1.
de hoc multa fabulētur: ex quibus verbis etiam sit art.1.
secunda responsio pro defensione Caietani quod
si ex verbis eius aliquis proterue voluerit dicere
Caietanum esse huius opinionis quod Eua nō fue-
rit producta ex costa Adę, in hoc sequutus est opi-
nionem Iudæorum non quod ex propria sententia
illud dixerit, vt etiam Ambrosius Catharinus Po-
litus Archiepiscopus Compsanus in expositione
secundi capitis Genesis, scribit quod Caietanus
quorūdam Rabbinorum suggestione ludificatus
fuerit

fuerit, quibus verbis etiam dicere possumus Caie-
tanum non ex propria officina illam propositionē
protulisse, sed sequendo Rabbinorum opiniones.

DISTINCTIO XIX.

PRosequitur Magister in præsenti distinctione
de primo hominis statu ante peccatum qualis
fuerit, pro cuius intellectu sit
Prima conclusio. Talis mulier conuenienter ex vi-
ro formata est magis quā in alijs animalibus: hāc
q.92. art.2. docet Sanctus Thomas prima parte. & ratio huius
est, quia in hoc quædam dignitas primo homini
seruatur, vt secundum Dei similitudinem esset
ipse principium totius suæ speciei, sicut Deus est
principium totius vniuersi, & hęc propositio nota,
Cap.17. quod est de fide, vt scribitur Ecclesiastici creauit
ex ipso scilicet viro adiutorium sibi scilicet mulie-
Cap.17. rem, & in actis Apostolorum dixit Apostolus Pau-
lus, quod Deus fecit ex vno omne genus hominū,
Cap.5. de qua re etiam scripsit ad Ephesios figuram Eccle
siæ, quæ à Christo sumpsit principium sacramentū
hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in
Ecclesia, & licet mulier sit producta à viro nō pro-
pterea dicitur eius filia, quia non per naturalem ge-
nerationem, sed sola diuina virtute producta fuit.
Secunda conclusio. Solus Deus mulierem de co-
q.94. art.4. sta viri formare potuit: hanc docet Sanctus Tho-
mas prima parte. & ratio huius est, quia solus natu-
turæ institutor potest præter ordinē naturæ res in
esse producere; igitur solus Deus potest corpus
mulieris de costa viri formare, consequentia pro-
batur, quia corpus mulieris est formatum præter
ordinem naturæ; vbi nota quod quidam dixerunt
quod Deus formauit corpus mulieris de costa viri
per angelos, & decepti sunt, quia Augu. 3. libro de
Cap.5. Trinitate ait formare, vel ædificare costam, vt mu-
lier esset, non potuit nisi Deus à quo vniuersa natu-
ra subsistit, & sicut corpus viri de limo non fuit for
matum per angelos, ita nec corpus mulieris de co-
sta viri.
Tertia conclusio. Adam & Eua fuerunt per de-
scensum Christi ad inferos liberati; & nunc salui
sunt & beati; præsens conclusio elicitur ex Sancto
q.52. art.3. Thoma tertia parte. & ratio est, quia non est ratio-
ni consentaneum, vt qui primo ab inimico captus
est captiuus adhuc maneat liberatis filijs quos in
captiuitate genuerat: si enim quispiam ab hoste ca-
ptus in captiuitate generet filios quem alius mise-
ratus hostem qui illum cępit, captiuumque tenet
inuadat expugnetque, is qui hostem inuaret iniu-
ste faceret si filios à captiuitate liberaret parētibus
in captiuitate manentibus, si ergo Christus libera-
uit filios Adam, multo magis, & ipsum Adam libe-
rauit: vbi nota quod Tacianus quidam discipulus
Iustini Martiris affirmauit primos parentes esse
dānatione perpetua in infernum detrusos propter
eorum primum inobedientię peccatum, & hic er-
ror est damnatus in Concilio Melitano, & est con-
q.92. art.3. trarium sacris litteris, vt scribitur sapientiæ, hæc il-
lum qui primus formatus est à Deo patre orbis ter
rarum cum solus esset creatus custodiuit, & eduxit
illum à delicto suo quibus verbis apparet Adam
fuisse saluum.
Quarta conclusio. Corpus Euæ tantum & tale
A quantum & quale fuit in sua formatione fieri de
costa Adæ, aut de aliquo minimo ossis vel carnis
absque additione materiæ non fuit possibile; est
propositio Sancti Thomæ prima parte. & ratio hu-
ius est, quia quantumcunque corpus magnum fit
ex paruo hoc contingit per rarefactionem aut per
additionem, sed corpus mulieris magnum factum
fuit ex costa paruæ quantitatis, igitur hoc fuit per
additionem non per rarefactionem, quia corpus
mulieris non erat rarius costa in tanta proportio-
ne in quanta erat maius, igitur hoc fuit per addi-
tionem; vbi nota ex Francisco de Mayronis in præ-
senti distinctione quod aliqui dixerunt quod cor-
B pus Euæ factum fuit ex costa Adæ per viam refor-
mationis, aliqui vero dixerunt quod per augmen-
tum materiæ non creando materiam de nouo, sed
applicando quantitatem, Hugo de Sancto Victore
dixit ex costa viri sinę alicuius exterioris materiæ
additione vel nouæ materiæ creatione corpus mu-
lieris formatū fuisse, sed omnes hæ opiniones sunt
fugiendę, & sustinenda est veritas proposita.
Quinta conclusio. Est deuenire ad tam paruam
carnem vel ad tam paruū os, vel ossis partem quod
non potest naturaliter esse minor saltem separabi-
lis, & per se existens: hanc docet Sanctus Thomas Cōmē.36.
in expositione primi Physicorum, & ratio est, quia
C omne corpus naturale habet determinatā formā,
sed ad formam naturalem consequuntur acciden-
tia: ergo ad determinatam formam sequuntur de-
terminata accidentia inter quæ est quantitas, vnde
oē corpus naturale habet determinatā quātitatē,
& in maius, & in minus: ex quibus sequitur veritas
cōclusionis; circa quam notandū est quod Scotus Dil.2.q.9.
in hoc libro sustinet non dari minimum inexistēs
tam in homogeneis quā etherogeneis, sic nec da-
tur separatim per se existens; & est falsa doctrina,
quia in via Sancti Thomæ, & secundum rei veritatē
sustinendum est, omne corpus naturale, quod scili-
cet habet esse per se, & separatim existens diuisum
D actu à quocunque alio siue sit homogeneum, vt hæc
aqua hæc caro, siue etheregeneum, vt homo, quod
dico ad differētiam partium corporum naturaliū
inexistentium, & quę non dicuntur habere deter-
minatam formam, nec per se, sed participāt formā,
& esse totius: in his enim non datur minimum, in
alijs autem per se existentibus datur, & hæc doctri-
na fundatur super dictis Aristotelis secūdo de ani-
ma tex. 24.
Sexta conclusio. In doctrina Sancti Thomæ hæc
quatuor vocabula maximum quod sic, minimum
quod sic, maximū quod non, minimum quod non
possunt vsitari; & ratio est, quia maximum quod
E sic appellatur terminus quantitatis sub qua res na-
turalis esse potest, & non sub maiori, ita vt attinge-
re quidem possit illum terminum, transire autem
non possit, minimum quod sic dicitur terminus
quantitatis sub qua res potest esse, sed non sub alia
vlla minori: maximū quod non vocatur terminus
quantitatis sub qua res nō potest esse, sed bene sub
quacunque maiori modo non transeat modum
magnitudinis, minimum quod non est terminus
quantitatis sub qua res nō potest esse, sed bene sub
minori, modo nō excedat terminum quantitatis.
Septima conclusio. Est actu in mundo aliquid
maximum secundum magnitudinem, vt primum
cœlum

cœlum omnia alia continens, & nullum aliud corpus extra se habens est etiã actu aliquid minimum secundum paruitatem, vel positiue vel negatiue, nã si non esset aliquod minimum saltem negatiue, sed quocunque paruo dato semper aliud minus existeret oporteret infinitam esse multitudinem rerum actu.

Octaua conclusio. In qualibet specie rerum naturalium datur maximum, & minimum.

Nona conclusio. In viuentibus est certa & definita magnitudinis ratio versus vtrunque extremũ, vt neque ad quantamcunque molem crescere neque sub quanta vis paruitate constare queant.

Decima conclusio. In elementis est determinata magnitudo extrinsecus, namq; magnitudo eorum circumscribitur ac determinatur, & à cœlo à quo continentur omnia, & à mixtis quorum sunt partes, & ratione materiæ primæ, cum enim materia totius vniuersi finita sit, & habeat determinatã molem nequaquam permittit magnitudinem elementorum indefinitam esse.

Vndecima cõclusio. Elementa possent ex se nisi aliud obstaret indefinite augeri, vel per additionẽ, vel per generationem, & est Arist. 2. de anima.

Tex. 41. Duodecima conclusio. Variatio quantitatis secundum magnum & paruum quæ fit per condensationem, & rarefactionem in elementis, est intrinsece determinata.

Tertiadecima cõclusio. Elementa intrinsece determinant sibi certam paruitatem.

Quartadecima conclusio. De mixtis inanimatis idem dicendum est quod de elementis, & viuentibus: si enim mixtũ inanimatum fuerit penitus homogeneum, vt aurum, eadem plane ratio erit eius quæ elementi: sin autem fuerit penitus etherogeneum, vt Magnes vel aliud quippiam non erit in hoc simile rebus viuentibus.

Quintadecima cõclusio. De partibus quæ inexistunt suis totis ita dicendum est si sunt dissimilares, vt manus & pes habent determinatum maximum, & minimum, sin autẽ fuerint similares vt caro, non potest in eis dari minimum inexistens.

Sextadecima conclusio. Tribus vijs Philosophi cognouerunt maximum, & minimum in qualibet specie rerum naturalium; primo per experientiam nam in qualibet specie cernebant statui posse certam paruitatem, & magnitudinem ad quam nunquam pertingunt indiuidua illius speciei, deinde ex operatione, namque videbant operationem, & esse insigniter ad modum variari variata eius quantitate, postremo exemplo & similitudine rerum artificialium, etenim ars vtitur instrumentis determinatæ quantitatis, nec per quantumuis, aut magnum, aut paruum instrumentum potest opus suũ perficere; & nota quod oẽs istæ ꝓpositionis probabiliter sustineri possunt in doctrina Thomistica.

DISTINCTIO XX.

In præsenti distinctione disputatur de statu primi hominis, quãtũ ad multiplicationẽ speciei, pro cuius notitia sit prima conclusio talis.

q. 98. art. 2. In statu innocentiæ si non fuisset peccatum esset generatio per coitum, hanc docet Sanctus Thom. prima parte. cuius ratio est, quia vt scribitur Genesis 2. capite. Mulier est facta in adiutorium viri, sed non ad aliud nisi ad generationem, quæ fit per coitum, quia ad quodlibet aliud opus conuenientius adiuuari posset vir per virum quam per fœminam, igitur in statu innocentiæ, si nõ affuisset peccatum esset generatio per coitum. vbi nota quod hęc conclusio ponitur aduersus nonnullos antiquos, & præsertim Gregorium Nicenũ, qui in libro quem fecit de homine dixit, quod in paradiso aliter multiplicatum fuisset humanum genus, sicut multiplicati sunt angeli absque concubitu per operationẽ diuinæ virtutis, quia non erat rationi consentaneũ in statu illo esse fœditatam concupiscentiam, & deceptus est, quia illa generatio fuisset per coitum quoad coniunctionem maris, & fœminæ, non autem quoad immoderatam concupiscentiam, quia nihil esset ibi, quod ratione moderari non posset.

Secunda conclusio. In statu innocentiæ coitus coniugalis non soluisset totaliter virginitatem, sed quo ad aliquid, est Sancti Thomæ hæc conclusio in præsenti distinctione. & ratio est, quia coitus, qui non tollit omnia, nec principaliter pertinentia ad virginitatem, nõ tollit simpliciter virginitatem, sed coitus qui fuisset in statu innocentiæ non sustulisset omnia, immo nec principaliter pertinẽtia ad virginitatem. principale. n. virginiti est propositum abstinendi ab experimento delectationis venereæ contra rectam rationem, vel integritas carnis, quæ omnia permansissent cum coitu coniugali, vel saltẽ alterũ eorũ, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod Durãdus videtur sentire oppositum huius conclusionis, vbi postquam impugnauit duas opiniones de hoc negotio, quarum altera dicebat ad perfectionem virginitatis concurrere duo, integritatem carnis cum integritate mentis, & declarat ipse opinionem istam in duobus defecisse; narrat deinde secundam opinionem quæ dicebat, in statu innocentiæ fuisse tantummodo dilatationẽ membrorũ sine aliqua corruptione, seu diuisione ipsorum, quam etiam opinionem repręhẽdit, & subdit dein de suam opinionẽ ipse asserens ꝙ in actu matrimoniali in quolibet statu simpliciter soluitur virginitas, & expresse loquitur contra Augustinum, qui libro 14. de Ciuitate Dei, asserit in statu illo innocẽtiæ nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus vxoris, vt enim ad pariendum non gemitus doloris, sed naturalis impulsus, fœminea viscera relaxaret, sic ad concipiendum non appetitus libidinis, sed voluntarius vsus naturam vtranq; coniungeret, & quia formaliter, & completiue in virginitate est propositum perpetuo abstinendi à delectatione, quod quidem permansisset in statu innocentiæ, propterea sequitur falsum dixisse Durandum, & veritatem conclusionis permanere in suo robore.

q. 1. art. 2. Quæst. 2. Cap. 12.

Tertia conclusio. In statu innocentiæ, non omnes qui nunc sunt electi nati fuissent, & multi qui nunc sunt damnandi nati essent, licet tunc nõ damnarentur, hanc docet Sanctus Thomas in Quolibetis. & ratio huius est, quia variatis parentibus variantur filij, sed in statu innocentiæ non hisdem, sed alijs fuissent parentes, & genitores, quam modo sunt saluandorum, igitur non omnino idem, sed alij fuissent filij & saluati, quam modo sint, maior patet, & minor probatur, quia tunc vnus vir non coisset

Quol. 6. q. 2.

coissent cum multis mulieribus, quia coitus non esset ordinatus nisi ad generationem, & statim quando coniungeretur vir cum muliere, illico mulier illa conciperet, tum etiam, quia nulla mulier coisset cum pluribus viris, cuius oppositum modo contingit, & ex tali concubitu nascuntur modo filij, tunc autem nec nati, nec saluati essent. & nota quod hęc conclusio ponitur aduersus Diuum Anselmum, & multos alios sequentes ipsum in libro cur Deus, & homo, vbi dicit quod si homo non peccasset in illa prima tentatione, statim confirmatus fuisset ipse, & omnes qui ab eo nascerentur, & sic omnes nati, essent electi, quæ opinio est contra Augustinum libro 14. de Ciuitate Dei.
Cap. 12. Ponitur etiam, & hæc conclusio contra Scotum, qui in præsenti distinctione dicit, & tenet firmiter solos electos fuisse natos in statu innocentiæ, propterea conclusio non est de fide, sed cadit sub opinionibus, sed pro rei veritate sustinenda est conclusio proposita.

Quarta conclusio. Pueri mox nati habuissent in statu illo virtutem motiuam mēbrorum sufficientem non ad quoslibet actus, sed conuenientes pueritiæ, puta ad sugendum vbera &c. & ratio est, quia omne generatū prius est imperfectum, quam perficiatur, sed pueri in statu innocentiæ fuissent producti per generationem, ergo à principio imperfecti fuissent, & secundum virtutem, & secundum quantitatem corporis: tam cōclusio, quam ratio est Sancti Thom. p.p.
q. 99. art. 5. Vbi nota quod fuerunt aliqui qui dixerunt oppositum huius conclusionis volentes in statu illo nullum esse defectum, & quia hæc conclusio ponit quendam defectum in natura humana quoad pueros, propterea ipsam negabāt, sed decepti sunt, quia & si in illo statu glorioso nullus esset defectus senilis, qui ordinatur ad corruptionem, potuit tamē esse aliquis defectus puerilis, qui consequitur per generationem humanā naturam, ob hoc nulli catholico viro dubia esse debet hæc conclusio, quia non debemus in statu illo considerare, quid in statu illo diuina virtus facere posset, D sed quid ordo rerum exposcit.

Quinta conclusio. In statu innocentiæ natæ fuissent fœminæ: docet hanc Sanctus Thom. p.p.
q. 99. art. 2. cuius ratio est, quia sic processisset natura in generando, sicut eā Deus instituit, sed instituit sic Deus, quod marem, & fœminam in naturam humanam produxit, igitur in statu illo mares, & fœminæ generati essent. verum & si conclusio hæc sit euidens nihilominus aliqui cauillantes eam, moti ex verbis Aristotelis libro de generatione animalium
Cap. 3. quod fœmina est mas occasionatus, & quasi pręter intētionem naturæ proueniens, negarunt ipsam, sed malè, quia licet fœmina dicatur mas occasionatus, & E præter intentionem naturæ particularis, non tamē pręter intentionem naturæ vniuersalis, & sicut ad perfectionem vniuersi pertinent diuersi gradus rerum, ita etiam & diuersitas sexus est ad perfectionem humanæ naturæ, & ideo in statu illo vterque sexus per generationem fuisset productus.

Sexta conclusio. Probabile est, quod æqualis esset numerus virorum, & mulierum in statu illo, ponit hanc Sanctus Thom. vbi supra. & ratio est, quia in illo statu omnes generarent, igitur æqualiter, & per consequens videtur, quod tot fuissent generatæ fœminæ quot mares. Sed nota quod conclusio A non est de fide, vt latius docet Scotus in pręsenti distinctione dicit enim, quod maritus potuisset Quæst. 2.
diu viuere, & accipere aliam vxorem mortua prima, & sic fuissent plures fœminę vel posset esse econuerso, & sic essent plures viri, sed quia secundæ nuptiæ non sunt multum laudabiles nunc, multo magis tunc, propterea conclusio probabilis esse videtur tot esse fœminæ quot mares.

Septima conclusio. Homines in statu innocentiæ nati fuissent cum iustitia: hanc ponit Sanctus q. 100. ar. 1.
Tho. p.p. & ratio huius est, quia homo naturaliter generat sibi simile secundum speciem, quæ similitudo; attenditur etiam secundum accidentia quæ B consequuntur naturam speciei, sed iustitia originalis erat quoddam donum datum diuinitus toti humanæ naturæ, igitur omnes homines nati fuissent cū hac originali iustitia. Vbi nota quod quidam dixerunt pueros nō fuisse natos cum iustitia gratuita, quæ est principium merendi, sed solummodo cum iustitia originali, & isti allucinati sunt sic docentes, quia eadem ratio est de pueris natis, & de primo homine à Deo creato, sed primus homo fuit conditus in gratia, quæ est principium merendi, igitur & cæteri homines nascendi, cum tali gratia, & iustitia gratuita essent producti, quod aperte docet Anselmus in libro de conceptu virgi- C nali dicens quod simul cum rationalem haberent animam, iusti essent, quos generaret homo si non peccaret.

Octaua conclusio. Pueri in statu innocentiæ nō fuissent nati confirmati in iustitia: hanc docet Sanctus Thomas, vbi supra. & ratio huius est, quia pueri in sua natiuitate non habuissent maiorem perfectionem, quam eorum parentes, sed parentes ipsorum quamdiù fuissent confirmati in iustitia, hoc non esset in statu generationis, sed cum translati fuissent ad alium statum, igitur, & pueri in sua natiuitate non essent in iustitia confirmati. Vbi nota quod hęc conclusio intelligitur secundum legem D communem, quia ex aliquo priuilegio speciali, secus accidere potuit, vt creditur de Beata Virgine matre Dei, sed de lege communi, vt dictum est, primi parentes nō fuissent confirmati in iustitia quādiù generassent, & hęc conclusio ponitur contra Armenos, qui docebant Adam, & Euam si permansissent in iustitia nunquàm coirent, nec humanam speciem propagarent per commistionem, de qua re lege Guidonem Carmelitam in sua summa de hæresibus, vbi scribit hunc errorem esse vndecimum Armenorum.

Nona conclusio. In statu innocentiæ nunquàm cōiunxisset se vir fęminæ, nisi propter prolem: pro- E batur, quia in eis nō fuisset concupiscentia, igitur nunquàm nisi ob bonū prolis hęc coniunctio fuisset, consequentia tenet, quia aliter non contingit nisi ex concupiscentia, vel propter prolem, antecedens patet, quia in illo statu vires inferiores obediebant rationi, concupiscentia enim sequuta est peccatum cum sit pęna, idcirco iusta dispensatione Dei non potuit esse peccato non præcedente.

Vltima conclusio. Nunquàm in coniunctione mas, & fœmina in statu innocentiæ fuissent prole priuati; probatur hęc conclusio, quia sterilitas est pœna peccati, quæ in illo statu non fuisset, eo quia peccatū stante iustitia gratuita non erat, adde quia

à tali

à tali defectu præseruabat lignū vitæ, & nota quod hę duæ vltimæ conclusiones licet non explicite habeantur in doctrina S. Thomæ, possunt tamen de facili eligi ex doctrina eius in tractatu de statu primi hominis, sed si quis eas latius videre voluerit,
Quæst. 13. legat dominum Marsilium in hoc libro.

DISTINCTIO XXI.

Agitur in hac distinctione de lapsu hominis per peccatum, quia videns Diabolus hominem per obedientiæ vtilitatem posse ascendere vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei, & tentauit mulierem: & pro explicatione huius di- B stinctionis, sit prima conclusio talis. Homo in statu innocentiæ non potuit venialiter peccare, hanc
q. 89. art. 3. docet S. Tho. 1. 2. & ratio est, quia in illum nō cadit peccatum veniale primo & precise, in quo non pòt esse motus subitus in id quod est charitati contrarium, nec inordinatio circa ea quæ sunt ad finem seruato recto ordine circa finē, sed primus homo quandiu fuit in primo statu innocētiæ erat huiusmodi, igitur in tali statu non potuit peccare venialiter precise idest cōmittere peccatū veniale ex se, & nullo modo mortale. Vbi nota quod sunt variæ
Quæst. 1. sententiæ circa hanc conclusionē. Scotus. n. in præsenti distinctione asserit oppositum huius veritatis C dicens, quis prohibebat quin Adam potuisset dicere verbū otiosum in illo statu? igitur potuisset peccare venialiter, & hanc sententiam sequutus est Aureolus, Gabriel, Petrus Tartaretus, & oēs fere Scotistæ, sententiam S. Thomæ affirmat Alexāder Alen-
Cap. 10. sis in 2. 2. suæ summæ collatione de peccatis, sed qđ magis vrget est sententia Augu. 14. de Ciuitate Dei, vbi dicit quod in illo statu fuisset deuitatio peccati tranquilla, qua manēte nullum omnino aliunde malum quod contristaret, nulla perturbatio, nulla corporum læsio, nullumq; incommodum, propterea non potuit dicere verbū otiosum, & hoc ratione felicissimi status, cui aduersatur omne peccatū D veniale, vñ dicebatur homo rectus: si ergo aliquod veniale peccatum ibi esset sine dubio non esset oino rectus, & ppea sñia Scoti est fugiēda, & reprehēdēdus Almaynus, qui in suis moralibus tractatu tertio præbuit assensum suum Scoto in hoc negotio.

Secunda concl. Peccatū veniale non causat maculam in anima, hanc conclusionem ponit S. Tho. vbi supra. & ratio est, quia macula importat aliquid manens in re maculata, & detrimentum habitualis nitoris, sed peccatum veniale non excludit nec diminuit charitatem, neq; alias virtutes, sed solum actum earum impedit, & nullum detrimētū producit, igitur conclusio vera, vbi obseruandū est, quod E dici solet peccātū veniale impedire feruorē chari-
Dist. 17. q. 1. tatis, & nō extinguere, de qua re lege Capr. li. 4. sen.

Tertia cōcl. Peccatum veniale genere suo distat à peccato mortali ita quod aliquod peccatum dicitur suo genere veniale, vt risus superfluus, & verbū otiosum, aliquod vero suo genere dicitur mortale, vt homicidium, & blasfemia, &c. & ratio huius est, quia omne id quod est cōtra dilectionem Dei, & proximi est mortale, id verò quod in se continet quandam inordinationem, & non aduersatur dilectioni Dei, & proximi dicitur veniale suo genere, sed in ordine peccatorum vtraq; actio reperitur in hoibus, & in actibus humanis, igitur cōclusio vera.

Quarta conclu. Peccatum veniale ex genere suo potest fieri mortale ex parte operantis, vel quia in eo constituit vltimū finem, vel quia ordinat ipsum ad aliquid quod de suo genere est peccatum mortale: declaratur hęc conclusio sic, puta si aliquis ordinat verbum iocosum ad adulterium committendum, tūc illud peccatum veniale efficitur mortale ex parte operantis, contingit etiam quod peccatū mortale ex suo genere efficiatur veniale, quia actus est imperfectus, & non plene deliberatus, vt patet in subitaneis motibus infidelitatis.

Quinta concl. Peccatum mortale, & veniale non ex eo distinguuntur, quod mortale obligat ad pœnam æternā, veniale vero ad temporale, probatur, quia licet Deus nō statuisset pœnam pro peccatis, peccatum mortale, & veniale inter se distinguerentur, verbi gratia adulterium, & mēdacium officiosum, adde quod illi qui sunt in inferno damnati secundum aliquos prolabuntur quotidie in nouas culpas, & non in nouas pœnas, ergo peccatum siue mortale, siue veniale non est obligatio ad pœnam.

Sexta cōclusio. Peccatum mortale, & veniale nō distinguuntur essentialiter, quia peccatum mortale sit dignum pœna æterna, veniale vero temporali, quandoquidem prius committimus peccatū, quā quod simus digni supplicio aut pena, hac. n. de causa pœna, & supplicio digni sumus, quia peccamus, sicuti sumus digni premio quia studiosa opera facimus, deinde de se notum est, actum inordinatū esse peccatum, sed non est per se notum, quod peccatum sit dignū supplicio apud Deū, & ideo quod sit peccatum non recte definitur per hoc quod sit dignum pœna aut supplicio.

Septima concl. Peccatum mortale, & veniale nō discernuntur per hoc qđ peccatū mortale sit cōtra finē, veniale verò contra medium, probatur, nā peccata mortalia sunt contra finē, & contra media, pec cata etiā venialia cōtra finē, & contra media cōmittuntur, igitur ex hoc non distinguuntur, antecedēs patet, quia adulteriū quod est peccatū mortale est contra medium scilicet cōtra castitatē, & iustitiā, rursus est cōtra finē, quia rūpitur fides in hoc peccato, peccatū ēt veniale est cōtra mediū, puta mendaciū iocosum, & st ēt cōtra finē, quia cōtra veritatē & fidelitatē, cōsequētia patet ex se, & hæc cōclusio est cōtra Scotū, & cōtra multos alios Theologos.

Octaua concl. Peccatum mortale, & veniale non distinguuntur per hoc, quod mortale sit cōtra præceptum, veniale contra consilium, probatur, quia ducere vxorem est contra consilium domini consulentis hominibus virginitatem, & vitam cęlibem dicente Paulo, de virginibus preceptū Domini nō 1. ad Cor. 7
habeo, cōsilium autem do, sed ducere vxorem nullum peccatum est, igitur agere contra consiliū non est peccatū veniale. & hæc etiam conclusio ponitur aduersus Scotū, q turpiter errauit in præsenti loco. Quæst. 1.

Nona conclusio. Peccatū mortale, & veniale nō distinguuntur penes hoc, quod peccatum mortale cōmittitur à præscito & reprobo, peccatū veniale cōmittitur à prædestinato, probat, quia ex scriptura constat reprobos cōmisisse peccatā venialia, & pdestinatos mortalia, vt patet in Paulo, Madalena, & Petro. & Reprobis aliqñ fuerūt dimissa peccata, vt licet videre in Saul, & Iuda. hæc cōclusio ponitur
Scotus errauit d pec cato veniali.

contra hereticos, præsertim Vuidef, & Lutherum, A
qui Sathanico spiritu moti, oppositum huius veri-
tatis docuerunt suos discipulos.

Vltima conclusio. Peccatum mortale, & veniale
ex seipsis differunt, & distinguuntur, & non tātum
ex gratia, & misericordia Dei, hæc conclusio ponit
Lect. 1. contra Gersonem in 3. parte suæ Theologiæ, titulo
de vita spirituali, hic. n. opinatus est omne peccatū
veniale, etiam verbum otiosum de se esse mortale,
& mereri supplicium eternum, sed ex misericordia
Dei, & elementia sunt quædam peccata leuia, quæ
ad penam temporalem nobis imputantur, quæ sen
tentia est absurdissima, & fauet heresi lutheranæ.
Sed obseruandum est primo has conclusiones præ B
positas esse de mente S. Thomæ, licet aliquæ ipsarū
non ita explicite habeantur, tamen de facili sumun
tur ex prima secunde summæ suæ Theologiæ. Ob-
seruandum etiam est secundo Hæresim esse Ioan-
Caluinus. nis Caluini dicere nullam esse differentiam inter
peccatū mortale, & veniale, vt patet in illo suo ope-
re de institutione religionis Christianæ, in qua sen
tentia aliquantulum declinat à suo duce Martino
Luthero, qui de infidelibus scripsit omnia illorum
peccata esse mortalia, fideliū autem peccata voluit
esse venialia, sed tam sentētia Caluini, quam senten
tia Lutheri, vt pestis est à catholico fugienda, vt pa-
Sess. 6. c. 11. tet ex Concilio Tridentino dicente quod in hac C
mortali vita, quantumuis sancti, & iusti cadere pos-
sunt in peccata.

DISTINCTIO XXII.

IN hac distinctione inuestigat Magister de radi-
ce, & origine primi peccati, & pro intelligentia
huius negotij ponitur talis conclusio, impossi-
bile est aliquam creaturam rationalem factam vel
factibilem esse impeccabilē per naturam, hanc con
q. 63. art. 1. clusionē docet S. Thomas p. p. cuius ratio est, quia
omne agens cuius actionis principia deficere pos-
sunt vel impediri potest causare actionē defectuo- D
sam vel peccatū, sed omnis creatura rationalis na-
ture sue derelicta est huiusmodi: igitur conclusio
vera, maior patet est minor probatur, quia quæli-
bet creatura rationalis potest habere actum respe-
ctu vniuersalis boni non autem habet in se rationē
vniuersalis boni, ergo potest deficere, & impediri
in suis actibus quibus appetit bonum, circa hanc
Dist. 23. q. 1. conclusionem, nota quod Durandus in hoc libro
videtur sustinere oppositum huius conclusionis
quod Deus possit facere aliquam creaturā impec-
cabilem quoad solum dictamen rationis, nota etiā
Distin. 23. quod Petrus Tartaretus secūdum doctrinā Scoti
distinguit quod esse impeccabile dupliciter dicit E
vno modo per essentiam alio modo per gratiam,
primo modo solus Deus est impeccabilis, secundo
vero modo aliqua creatura potest esse impeccabi-
lis ex dono securitatis vel confirmationis, & addit
quod esse impeccabilem creaturam est ipsam non
posse declinari à sua regula, & hec doctrina est Ale-
xandri Alensis, in secūda parte summæ suæ, sed con
clusio nostra est sequenda in omnibus.

Cōclusio secunda peccatum primi hominis fuit
superbia quæ est excellentia proprie naturæ super
alias: hanc docet Sanctus Thomas in præsenti loco,
q. 1. c. 10 & ratio est, quia vt scribitur Eccles. Initium omnis
peccati superbia est, sed à primo peccato hominis
omne peccatū sumpsit initium: ergo primum pec-
catum fuit superbia, vbi animaduertere sic diuersas
sententias circa has conclusiones, nam aliqui dixe-
runt fuisse infidelitatem quia dubitauerunt de ver
bis Dei aliqui vero voluerunt esse inobedientiam
nonnulli affirmant esse gulam, aliqui vero curiosi-
tatem, & nonnulli alij affirmāt esse peccatum omis-
sionis, aliqui vero cupiditatem propter verba Apo-
stoli radix omniū malorū est cupiditas 1. Timoth. Cap. vlti.
Nihilominus hęc omnia peccata cōcurrerunt ma-
terialiter, & secundario, sed primo, & formaliter
fuit elatio quædam quæ spectat ad superbiam.

Tertia conclusio. Peccatum primorum parentū
fuit ignorantia, elicitur hæc à Sācto Thoma in pre-
senti loco, & ratio est, quia ille qui credit, mortale
peccatum esse veniale, ignorat veritatem diuini iu-
ris, sed Adam credidit peccatū illud esse veniale, vt
docet Augustinus 14. de Ciuit. Dei arbitratus est
illud esse veniale non mortale delictum, & sic tam
vir quam mulier peccarunt ex ignorantia. vbi nota
quod hęc conclusio intelligenda est cum grano sa-
lis, quia ignorātia potest dicere priuationem sciē
tiæ, quæ non competit homini ex natura, & hoc pa-
cto non est dicendum peccatū primi hominis fuis-
se ex ignorantia, alio modo dicitur ignorantia re-
spectu alicuius futuri, puta quia primi parētes non
considerarunt grauitatem culpę, & grauitatem pœ
næ, & seueritatem diuinæ Iustitiæ, & sic largo mo-
do capiendo ignorantiam pro quadam nescientia
illud peccatum dicitur prouenisse ex ignorantia,
sed maior ignorantia fuit in Eua quæ dixit serpēs Cap. 3.
decepit me Gen. quam in Adam.

Quarta conclusio. Ignorantia differt à nescien-
tia: hanc ponit Sanctus Thomas prima secundæ. & q. 76. art. 2.
ratio est, quia nescientia dicit simplicem negatio-
nem scientiæ secundum quem modum Dionysius
ponit illam in angelis, sed ignorantia importat
priuationem scientiæ eorum quæ aliquos actus na
tus est scire, & non facit, vbi nota quod ignorantia
est duplex quædam inuincibilis quæ ita dicitur,
quia studio superari nō potest, & propter hoc cum
talis ignorantia non sit volūtaria eo quod non est
in potestate nostra eam superare, nō est peccatum,
aliqua ignorantia est vincibilis scilicet eorum quæ
aliquis scire poterit, & hęc est peccatum si ad illa
tenetur homo, si autem ad illa nō tenetur scire, sic
non est peccatum.

Quinta conclusio. Ignorantia est triplex conco-
mitans, consequens, antecedens: est Sācti Thomæ Quæst. 6.
prima secundæ, & declaratur sic ignorantia conco
mitans est de eo quod agitur tamen si sciretur ni-
hilominus ageretur, & talis ignorātia non inducit
ad volendum, vt hoc fiat sed accidit simul esse fa-
ctum, & ignoratum, sicut putans occidere ceruum
occidit inimicum quem omnino vellet occidere,
si sciuisset, non enim facit aliquid repugnans volun
tati, consequens autem ignorantia est voluntaria
quando aliquis vult ignorare, vt excusationem ha-
beat à peccato, alio modo quando potest scire, &
debet sic enim non agere, & non velle, & non sci-
re sunt voluntaria indirecte: antecedens vero igno-
rantia est quando non est voluntaria, sed est causa
volendi quod aliàs non vellet, sicut cum aliquis
ignorat aliquam circumstantiam actus quam non
tene-

tenebatur scire, & ex hoc aliquid facit quod non A faceret si sciret, vt cum aliquis diligentia adhibita nesciens aliquem transire per viam proijcit sagittã qua interficit transeuntem.

Sexta conclusio. Ignorantia eorum quæ homo potest, & tenetur scire est peccatum, est Sancti Thomæ vbi supra: declaratur, & probatur simul, nã qui negligit habere vel facere quod tenetur peccat pec cato omisionis, & iõ talis ignorãtia peccatum est.

Septima conclusio. Si nesciat homo ea quæ scire non potest quorum ignorãtia dicitur inuincibilis non imputatur homini ad negligentiam neque ad peccatum, probatur ista, quia nemo tenetur ad im posibile, & ad id quod in sua potestate non est, vt B pura scire ea quæ superant vires suæ naturæ.

Octaua conclusio. Qui errat ignorantia crassa, & supina in his quæ sunt fidei, & scire debet, nec probabile est ea à fidelibus ignorari hereticus est censendus, hanc docet Melchior canus libro 12. de locis Theologicis. Cap. 10.

Nona conclusio. Qui errat ignorãtia inuincibili ab heresi excusatur: hanc docet Ioannes Maior in hoc libro, & multi alij Theologi, & grauissimi viri. Dist. 22. q. 2.

Decima conclusio. Ignorantia nõ est imputabilis homini ad peccatũ nisi ratione negligẽtiæ: probatur, quia si adsit omnis diligentia ad sciendũ id quod scire tenemur, iam ignorantia erit inuincibi- C lis, ergo non imputabitur homini ad peccatum, consequentia patet, & antecedens probatur, ex Sancto Thoma dicente quod illa est ignorantia inuincibilis quando posito omni studio vinci nõ potest hinc sequitur quod sola ignorantia vincibilis est peccatum respectu eorum nempe quæ scire tenemur: vbi nota quod omnes fideles tenentur explicite credere articulos fidei, & vniuersalia iuris naturalis præcepta vt sunt precepta decalogi, tenetur etiam scire ea quæ sunt iuris positiui pertinẽtia ad suum statum, quæ omnia patent in prima parte directorij inquisitorum. q. 8. & 9.

DISTINCTIO XXIII.

Disputat hic Magister de perfectione ipsius hominis quo ad scientiam, pro cuius intellectu ponitur prima conclusio quæ talis est.

Primus homo non vidit Deum per essentiam secundum communem statum illius vitæ: docet hãc S. Tho. p. p. & ratio huius est, quia nullus viator nõ dum beatus videt Deum per essentiam, sed Adam in primo statu ex conditione status erat viator, & nondum beatus, igitur non cõpetebat ei ex tali statu Deum per essentiam videre. Vbi nota quod hęc conclusio ponitur aduersus nõnullos existimantes E Deum per essentiam posse videri, non solum in patria, sed etiam in via, quamuis nõ ita perfecte in via sicut in patria, & secundum hoc homo in statu innocentiæ habuit mediam visionem, inter visionem beatorum, & visionẽ hominis post peccatum, quia minus perfecte vidit quã beati, & perfectius vidit, quam homo in statu naturę destitutæ, sed isti valde alluminati sunt, quia nullus videt Deum per essentiam nisi sit beatus, & hoc loquendo per modũ status, sed non per modum raptus, vt scribitur de Paulo, & forte etiam ipse Adam vidit Deum in raptu, quãdo immisit ei soporẽ vt scribitur Genesis. q. 94. art. 1. Cap. 2.

Secunda cõclusio. Adam in statu naturæ institutæ cognouit Deum quadã altiori cognitione, quã aliquis purus viator in statu naturæ destitutæ: est S. Thomæ vbi supra. & ratio huius est, quia cognoscere Deum per speciem nõ à phantasmatibus abstractam, sed ex irradiatione diuini luminis impressam est minor cognitio visione beatifica, & maior visione Dei à puro viatore in statu naturæ destitutæ secundum communem cursum habita, sed co gnitio Dei quã habebat Adam in statu naturæ integræ fuit huiusmodi, igitur conclusio vera: & obserua hic, quod hęc conclusio ponitur contra Durandum, & Scotum in pręsenti libro, Durandus. n. sub- Distin. 23. stinet Adã in statu naturæ integræ non cognouisse Deũ per species infusas, Scotus verò docet diuina virtute posse cõicare puro viatori cognitionẽ certã, & expressam, & euidentẽ de articulis fidei, puta quod Deus sit Trinus & vnus, & sic de alijs, ex consequẽti talis notitia communicata fuit Adæ, & decepti sunt ambo, vt clare est videre apud Capreolũ hic, & apud Thomam de Argentina.

Tertia concl. Adam in statu naturæ integrę non solum cognoscebat Deum per speciem immediatę ab ipso impressam, sed per species à rebus creatis acceptas, hanc docet S. Tho. In disputatis de verita- q. 18. arti. te, & ratio huius est, quia perfectio gratię nõ excludit perfectionem naturę, sed potius quidquid con stituitur vt principium proximum propagãdi naturam, & transferendi gratiam debet esse vtraque perfectione perfectum, sed Adam constitutus fuit in primo statu, vt principium propagãdi naturam rationalem, & transferendi gratiam aliquo modo, igitur debuit esse perfectum vtraque perfectione; sed tunc vltra perfectio naturalis hominis quo ad intellectum est vt cognoscat Deum ex sensibilibus creaturis, igitur & hoc habuit in illo statu. Vbi no ta quod hęc etiã cõclusio impugnatur à Scotistis, & pręsertim à Marsilio, & Gabriele in hoc libro, sed argumenta eorum sunt nullius momenti, & sol D uuntur ex responsionibus datis à Capreolo ad argumenta Durandi contra secundã conclusionem.

Quarta concl. Primus homo non potuit videre angelos per essentiam, hanc docet S. Tho. p. p. & ra- q. 94. arti.. tio huius est, quia anima primi hominis est eiusdẽ speciei cũ animabus nostris, sed animæ nostrę non possunt intelligere substãtias separatas secundum essentiam seu quidditatiue, igitur nec anima primi hominis, hoc habere potuit. Et nota quod hęc conclusio intelligitur secundum cõmunẽ statum illius vitæ, quidquid sit de speciali gratia Dei, licet etiam excellentiorem modum cognitionis habuerit de eis, quã nos habeamus, quia eius cognitio erat magis certa, & fixa circa interiora intelligibilia, quam nostra cognitio, & pp tãtã eminẽtiã dixit B. Greg. 4. Dialogorũ in paradiso quippe assueuerat homo. verbo Dei perfrui, bonorũ Angelorum Spiritibus, cordis munditia, excelsitudine visionis interesse.

Quinta conclu. Primus homo habuit scientiam omniũ naturaliũ scibiliũ, hanc docet S. Tho. vbi su- Art. 3. pra. & ratio huius est, quia ipse imposuit nomina animalibus, vt scribitur Genesis, sed nomina debent naturis rerum congruere, igitur Adam sci- Cap. 2. uit naturas omnium animalium, & pari ratione naturas aliarum rerum. Vbi nota, quod scientia quam habuit Adam fuit per species infusas à Deo,

non tamen ex hoc fuit alterius rationis à scientia nostra, quæ est per species acquisitas rebus, sicuti neq; oculi, quos Christus dedit cęco nato fuerunt alterius rationis ab oculis quos natura produxit, de qua te lege Caiet. in expositione huius articuli.

Sexta conclu. Primus homo non proficiebat in scientia naturalium scibilium, est propositio S. Th. vbi supra. & ratio huius est, quia numero scito de rebus ab ipso habito nô potuerat augeri, igitur ipse non potuerat proficere in sciêtia naturalium scibilium. Sed animaduerte hic quod conclusio intelligenda venit de numero scitorum, quia quantum ad modum sciendi non est vera, quandoquidem illa quæ sciebat intellectualiter potuisset deinde scire per experientiam, quantum vero etiam ad super naturalia cognita profecisset etiam quantum ad numerum per nouas reuelationes, sicut & angeli proficiunt per nouas illuminationes.

q. 95. art. 3. Septima conclu. Primus homo in statu innocentiæ habuit aliqualiter omnes virtutes, est S. Thomę vbi supra, & ratio huius est, quia talis erat rectitudo primi status, quod ratio erat subiecta Deo, & inferiores vires erant subditæ rationi, sed virtutes nil aliud sunt quam perfectiones quædam, quibus ratio ordinatur in Deum, & inferiores vires disponuntur secundum regulam rationis, igitur rectitudo primi status exigebat, vt homo aliqualiter omnes virtutes haberet. Et nota quod hæc conclusio

Homil. 10. est de mente Augustini libro Homiliarum. vbi dicit princeps vitiorum vicit Adam de luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, claritate splendidum.

Octaua conclu. Opera primi hominis erant efficaciora ex parte gratiæ: probatur, quia in eo erat copiosior gratia, nullo obstaculo impedita.

Nona cõclusio. Opera primi hominis erant efficaciora ad meritum ex quãtitate operis absoluta, probatur, quia vbi est maior virtus absoluta, ibi maiora opera exhibêtur, sed in primo homine erat maior virtus absoluta, igitur efficaciora opera a Deo produci debebant.

Vltima concl. Opera primi hominis ex quantitate proportionali erant minus efficacia ad merendum; quam opera hominum post peccatum, probatur, quia vbi nulla est difficultas ad operandum, ibi est minus meritum, quam vbi est aliqua difficultas ad operãdum, proportionaliter loquendo, sed in primo homine nulla erat difficultas ad operandum; in nobis autem est difficultas, ergo sequitur, quod opera primi hominis proportionaliter loquendo erant minus efficacia, quam nostra, quia nos imbecilles, & debiles sumus, ille verò sanus, & robustus. Pro cuius intelligêtia nota, quod hæ tres

q. 95. art. 4. vltimæ cõclusiones sunt S. Tho. p. p. vbi docet quantitatem meriti ex duobus pensari posse, altero modo ex radice charitatis & gratiæ, & talis quantitas meriti respondet præmio essentiali, quod consistit in Dei fruitione. qui enim maiori charitate operatur perfectius Deo fruitur; alio modo pensari potest quantitas meriti ex quantitate operis, quæ quidem duplex est. s. absolute, & proportionalis, vidua enim quę posuit in gazofilatio duo æra minuta minus opus fecit quantitate absolutè; quam illi qui magna munera posuerunt, sed quantitate proportionali vidua plus fecit secundum sententiam domini, quia magis eam facultatem superabat. vtraq; tamen quantitas meriti respondet præmio accidentali quod est gaudiũ de bono creato, & ex hoc fundamento apparet intellectus cõclusionum, de qua

Quæst. 23. te lege Thomam argentinã in præsenti loco, & Dominum Marsilium in hoc libro.

DISTINCTIO XXIIII.

INuestigat Magister in præsenti dist. de potentia naturali primi hominis, per quam poterat vitare peccatũ, pro cuius notitia ponitur hæc prima conclusio. Liberũ arbitriũ est quædã potentia ani-

q. 83. art. 2. mæ in nobis, docet istam S. Tho. p. p. & ratio huius est, quia oẽ quod est in nobis naturale principium actiuum indifferens ad bene, & male eligendum dicit potentiam animæ, sed liberum arbitrium est huiusmodi, igitur conclusio vera; Vbi nota quod fuerunt diuersæ sententiæ circa hanc conclusionem, aliqui enim dixerunt liberum arbitrium esse quendam habitum, aliqui verò dixerunt esse potentiam cum habitu, nõnulli verò, esse quendã actum, quia sua propria significatio vocabuli videtur quẽdam actum importare, communis tamen sentẽtia Theologorum est, quod liberum arbitriũ sit principiũ quo homo libere iudicat, & propterea dicitur potentia, & non habitus, & actus, de qua te lege Clypeum piorum aduersus hæreses Thomæ elisij.

Quæst. 3.

q. 24. art. 5. Secunda conclusio. Liberum arbitrium est vnica potentia, & non multa: hanc docet Sanctus Thomas in disputatis de veritate. & ratio huius est, quia si liberum arbitrium includeret in se multas potentias realiter distinctas inclusione essentiali, vel hoc esset per modum totius vniuersalis, vel per modum totius integralis, vel per modum habitus ad duas potentias pertinentes, sed nõ primo, quia tunc esset quid compositum ex materia, & forma, vel ex pluribus speciebus, non secũdo, quia tunc illæ duæ potentię se haberent vt partes integrantes, nec tertio, quia tunc vnũ accidens esset in duobus subiectis, ergo sequitur conclusionem esse veram, liberũ arbitrium esse vnicã potentiam, & non multas, adde quia tunc in nobis essent multa libera arbitria. Circa quam cõnclusionem nota fuisse tres sententias, prima fuit illorum qui dixerunt liberũ arbitrium esse pluras potentias, quia potest in oẽs. secunda sententia fuit illorum, qui dixerunt liberũ arbitrium esse duas tantũ potentias, nempe discursiuã, & appetitiuã. tertia fuit sententia illorũ, qui dixerunt liberum arbitrium esse plures potentias nõ formaliter sed virtualiter, sed his non obstãtibus, sustinenda ẽst conclusio proposita, quæ non est de fide, sed cadit sub opinionibus, nempe quod liberum arbitrium sit vnica potentia, & pręsertim contra Aureolum.

q. 83. art. 3. Tertia conclusio. Liberum arbitrium nõ est potẽtia cognitiua, sed appetitiua, siue volitiua, docet hanc S. Thom. p. p. cuius ratio est, quia vt docet Aristoteles 3. Ethicorum. Electio est desiderium eorũ

Cap. 3. quæ sunt in nobis, sed desiderium est actus appetitiuæ virtutis, igitur & electio, quippe quæ electio spectat ad liberũ arbitriũ, ergo sequitur conclusionem esse veram. Vbi nota, quod multi volũnt Aristotelẽ, sub dubio derelinquisse, num electio principalius pertineat ad vim appetitiuam, vel ad vim cogni-

cognitiuã, ait.n. quod electio vel est intellectus appetitiuus; vel appetitus intellectiuus, quia ad electionem ipsam concurrit aliquid ex parte cognitiuæ virtutis, & aliquid ex parte appetitiuæ: ex parte autem cognitiuæ requiritur cõsilium per quod diiudicatur quis sit alteri præferẽdum: ex parte autẽ appetitiuæ requiritur quod appetendo acceptetur quod per concilium iudicatur, & ideo multi sunt huius opinionis, liberum arbitrium esse cognitiuã potentiam cum volitiua, sed decipiuntur, quia liberum arbitrium, vt dictum est in cõclusione dicitur appetitiua potentia simpliciter, & hæc est veritas sequenda.

Quarta cõclusio. Liberum arbitrium est ipsa eadem potentia, quæ est voluntas, ita quod non differt realiter à volũtate, (q.83. art.4) scribitur hæc à Sancto Thoma prima parte. & ratio huius est, quia sicuti se habet intellectus ad rationem, ita volũtas ad liberum arbitrium, sed intellectus & ratio sunt vna potẽtia, & non distinguuntur realiter, igitur voluntas, & liberum arbitrium non sunt duæ; sed vna potentia; (Cap.8.) Vbi nota quod hæc propositio est Ioannis Damasceni in 3. lib. fidei orthodoxæ. vbi dicit quod liberum arbitrium nil aliud est quam voluntas, quia sicuti eiusdem virtutis est quiescere, & moueri, ita eiusdem virtutis est, velle, & eligere, & hæc cõclusio ponitur aduersus Aureolum oppositam sententiã, (C) cuius argumenta soluuntur à Capreolo hic.

Quinta conclusio. Liberum arbitrium seu voluntas non est potentia pure passiua, immo actiua, & motiua; scribitur hæc vbi supra. & ratio huius est; quia nulla potentia mouens alias, ad suos actus est merè passiua, immo est aliqualiter actiua; sed volũtas est huiusmodi, igitur conclusio vera, adde etiã; quia mouet seipsam ad suum actum, nam appetendo finem mouet se ad eligendum ea quæ sunt ad finem; Vbi nota, quod voluntas mouet omnes alias potẽtias animę, & est veluti regina in regno animę, (q.9. art.1.) & lege de hac re Sanctum Tho. prima secundæ.

Sexta conclusio. Liberũ arbitriũ est potentia in(D)differens ad bonum, & malum: elicitur hæc propositio, ex Sãcto Tho. vbi supra. & ratio huius est, quia sicuti se habet intellectus ad verum, & falsum, ita voluntas seu liberum arbitrium ad bonum, & malũ, sed intellectus de se est indifferens ad verum, & falsum: iudicium ergo & liberum arbitriũ erit quoq; indifferens ad bonum, & malum. Vbi animaduerte, quod tam verum, quam bonum dupliciter accipi possunt vno modo trãscendentaliter vt sunt passiones entis, & sic liberum arbitrium est essentialiter bonum, nec potest esse malum, sic etiam omnis intellectus est verus, quia est potentia facta à Deo ad intelligẽdum, alio modo possunt accipi verum, (E) & bonum specialiter, bonum quidem, vt dicit rectitudinem potentiæ in ordine ad finem, & sic liberũ arbitrium dicitur esse potentia indifferens, vt ait conclusio, sic etiam, & verum vt importat determinationem intellectus in iudicãdo veritatem est indifferens ad verum, & falsum iudicium.

Septima conclusio. Volũtas nostra est libera formaliter idest libertas competit volũtati, & non intellectui, probatur, quia voluntate peccatur, & si nõ adsit assensus voluntatis in aliquo opere, illud non est peccatum, adde etiam, quod volũtate meremur laudem, vel vituperium, igitur in volũtate præcipue (A) libertas consistit, si quidẽ actibus liberis, vel peccamus, vel studiose operamur, cõcl. hęc ponit aduersus nonnullos authores, q omnẽ libertatẽ ad intellectũ referunt, qa in eo est deliberatio, & discursus.

Octaua conclu. Libertatem voluntatis præcedit ex parte intellectus cognitio, quia cognoscitur proportio mediorum ad finem, declaratur hæc concl. sic, nam ægrotus priusq̃ eligat media necessarium est cognoscere num illa sint cõsentanea ad finẽ sui cõsequendũ, puta sanitatẽ, alias nunquam eligeret diminutionem sanguinis, aut potionem amaram.

Nona conclu. Libertatem voluntatis antecedit indeterminatio, & indifferentia iudicij ex parte in(B)tellectus, appetitio.n. sequitur cognitionem: igitur vniuersa libertas nostra ex cognitione originẽ trahit, itaq; si iudicium nõ fuerit in facultate iudicantis, sed determinatũ ex instinctu naturæ appetitio sequens nõ erit libera, si vero iudicium fuerit in facultate iudicantis, ita q potest hoc iudicare, & nõ iudicare, appetitio sequẽs erit libera, & indifferẽs, & sic patet quod semper, quod indeterminatio, & indifferentia iudicij ex parte intellectus antecedit libertatem voluntatis.

Decima conclu. Libertas est formaliter in voluntate; radicaliter verò in intellectu, hæc patet ex supra dictis; Vbi nota, quod cõclusiones istæ omnes (C) eliciuntur ex doctrina S. Tho. partim ex p.p. partim (Quæst.83.) etiam ex prima secundæ, & obserua. quod hæc vltima conclu. ponitur cõtra dominũ Marsiliũ in hoc (Quæst.6.) libro, vbi disputãs de hac re asserit quod sunt contrariæ opiniones Doctorum; nam S. Tho. & plures alij videntur velle quod libertas hominis principalius se teneat ex parte intellectus, alij, & maior pars Doctorum tenet cõtrarium. & istis ipse assentit, & deceptus est hic doctor, quia hæc maior pars do(q.22. art.2.)ctorũ est Scotus cum suis sequacibus qui in primo (Distin.38.) sententiarum voluit libertatem primo quærẽdam esse in volũtate, & decepti sunt omnes ex alio falso fundamento quod acceperunt, voluerunt.n. isti Do(D)ctores quod intellectus, & voluntas non sunt duæ res distinctæ realiter in anima capiendo intellectũ, & voluntatem pro potentijs cum nullum accidens possit intelligere, eo quod accidens non põt alteri accidenti subesse, nec in se formare volitionem aut nolitionẽ, ponendo intellectum, & voluntatem esse res distinctas ab anima necessario sequitur esse accidentia, & hoc fundamẽtũ fuit causa erroris illorũ, de quo alibi Deo fauẽte disputabimus, sufficiat modo scire conclusiones omnes suprapositas esse veras, & doctrinæ S. Thomæ consentaneas.

DISTINCTIO XXV.

PRosequitur Mag. de lib. arbi. ipsius hominis; pro cuius rei notitia sit prima conclusio talis, Liberum arbitrium, seu voluntas ipsa, moueri potest ab intellectu, est cõclusio S. Th. prima secun(q.9. art.1.)dę. & ratio huius est, quia omne illud quod reducit aliquid de potentia in actum, aliqualiter potest illud mouere, & mouet de facto, sed intellectus reducit liberum arbitrium, seu voluntatem ipsam de potẽtia in actũ, igitur cõclusio vera, probatur min. quia voluntas de se est indifferẽs, & in potentia ad tẽdendum in opposita, & disperata obiecta, sed ab hac potentia, & indifferentia, reducitur per intelle-

ctum ad aliquod determinatum igitur &c. vbi no-
Cap.2. ta ex doctrina Arist. 9. Metaphy. quòd reducens, & reductum in actum, oportet semper esse distinctionem realem, sic quòd nihil per se primo reducit se in actum, quia per hoc saluatur illa maxima, oppositα non possunt simul inesse eidem, nec prædicatur de eodem secundum idem, nec in abstracto, nec in concreto, obserua, etiam quòd hæc doctrina est cõtra Lichetum, & Petrum Tartaretum, & Antonium Andr. qui de mente Scoti sustinent in præsenti loco idem secundum rem posse mouere seipsum per se primo, & ex hoc principio falso deducunt aliud falsum, dicentes voluntatem nõ moueri à notitia, nisi forte sicut à causa sine qua non, sed voluntas seipsam mouet, & reducit se in actum, ex hac etiam doctrina poteris animaduertere errorem Gabri. qui incidit in idem laqueum, in præsenti distinctione asserens intellectum, & volũtatẽ esse idem realiter.

Secunda conclusio. Voluntas potest moueri ab aliquo exteriori, scribitur, & hæc apud Sanctum
Art.4. Thomam vbi supra. & ratio huius est, quia quicquid facit de voluntate non actu volente, actu volentem, mouet eam, ad exercitium, & vsum sui actus. sed aliquid exterius à voluntate, puta obiectum, & ipse Deus, igitur conclusio vera, maior patet, minor probatur, quia nulla potentia receptiua alicuius actus formaliter potest, tanquàm causa totalis reducere se in illum actum, sed oportet quòd ab aliquo exteriori moueatur saltem quoad actũ primum mediante quo exercet actum secundum, sed voluntas est huiusmodi igitur &c. Vbi nota quòd Capreolus asserit, quòd volũtas ad primum motum sui solum passiuè concurrit. sed habet se actiuè oportet, quod Deus imponat sibi aliquid habens se per modum actus primi, ratione cuius voluntas sufficiens efficitur ad producendum primum actum suum, sed melius videtur mihi dicendum, quòd stante generali motione Dei voluntas habet sufficiens principium actiuum intrinsecum huius volitionis, & intẽtio Sancti Thomæ est quando dicit, quòd non mouet se ad primum actum, scilicet per consilium aliqua voluntate præsupposita, sed non negat, quin actiuè concurrat ad primum motum stantibus omnibus his quæ necessaria concurrunt ad operandum, & hoc est contra Henricũ
Quest.3. Quodlib. 2. de qua re lege Mag. Conrad. Zoelin. profundissimum expositorem primæ secundæ, & Bartol. Medi. super hunc passum.

Tertia concl. Solus Deus põt mouere voluntatẽ ad exercitium sui actus, scribitur, & hæc vbi supra. & ratio huius est, nã motus voluntatis est ab intrinseco sicut motus naturalis, sed motum naturalẽ rei motæ nemo põt causare, nisi qui est aliquomodo causa naturæ, ergo motum voluntarium nemo poterit causare nisi sit causa nostræ voluntatis, voluntatis aut causa nil aliud esse potest quàm Deus, igitur solus Deus poterit mouere nostrã voluntatem, quod est concl. proposita, & obserua hic conclusionem
Cap.16. hanc esse certã de fide quia, vt scribitur apud Isai.
Cap.21. vniuersa opera nostra operat in nobis Dñs, & Prouerb. Cor Regis in manu Dñi est, & quocũq; voluerit vertet illud, & ad Philip. Deus est, qui operatur
Cap 2. in nobis velle, & perficere, vnde est etiam notandũ, quod Deus est, qui instituit, & creauit voluntatem, & dedit illi principium intrinsecum ad volendum, &

A mouet ipsam per modũ efficiẽtis, & inclinantis ad bonum, & consiliantis, & aliquando præcipientis, & disponentis, & imperantis, & multis alijs modis de quibus lege D. Tho. 3. contra gent.

Quarta concl. Voluntas põt habere diuersas libertates secundũ diuersos status: scribitur hæc in præsenti dist. tum à Mag. tum à S. Tho. quia alia libertas erat ipsius primi hois in statu naturæ cõditæ, in quo sine errore ratio indicare, & volũtas sine difficultate bonũ appetere poterat, alia libertas potest dici in statu naturæ destitutæ, in quo hẽt infirmitatẽ in malo, & premitur à concupiscentia, vbi poterat peccare, & non peccare dãnabiliter, alia libertas est ipsius hominis in statu naturæ restitutæ
B vbi licet prematur à concupiscentia, non tamen vincitur, & etiam si possit peccare, & non peccare, non tamen ad mortẽ propter gratiã adiuuantẽ, alia libertas est in statu gloriæ in quo est gratia consummata, & tunc habebit omnino, vt peccare non possit, quia penitus consumpta est eius infirmitas.

Quinta cõcl. Cõiter, tres modi libertatis ponunt à Theologis, scribitur, & hæc vbi supra, & declaratur sic, quia datur libertas naturæ, quæ est libertas à coactione, est libertas gratiæ, quæ dicitur libertas à culpa, & est libertas gloriæ quæ dicitur libertas à miseria, vbi nota quod libertas distinguitur cõtra coa
C ctionẽ, itaq; potentia dicitur producere aliquid liberè, quia illud nõ producit coactè, & enim duplex sit necessitas, coactionis, & immutabilitatis, necessitas coactionis repugnat libertati arbitrij, necessitas vero immutabilitatis, nõ accipitur aliqñ libertas, put opponitur seruituti per quã aliquis alteri subijcitur, vt docet Apost. 1. ad Cor. seruus vocatus es, nõ sit tibi curæ, & si potes fieri liber magis vtere. Cap.6.

Sexta concl. Liberum arbitriũ quantum ad suã essentiã, nec augeri põt, nec minui: probatur, quia liberum arbitriũ essentialiter, & realiter est ipsa voluntas, sed voluntas ipsa est potentia ipsius animæ, et subiectiuatur in ea, quæ anima est substantia, et
D non recipit magis, et minus igitur conclu. vera.

Septima concl. Libertas arbitrij non põt augeri, nec minui quantũ ad coactionẽ, probatur quia si libertas arbitrij simpliciter nõ põt cogi ergo quãtũ ad coactionẽ nec augeri, nec minui, tenet cõsequẽtia, quia id quod simpliciter non conuenit rei, nec magis, nec minus cõuenit illi, sed coactio simpliciter non conuenit libero arbitrio, ergo nec magis, nec minus ei cõuenire poterit. et attẽde, quod hæ duæ conclusiones sunt B. Bernar. in lib. de lib. arb. vbi dicit, manet libertas arbitrij, tàm plena in bonis, quàm in malis, tàm integra suo modo, in creatura, quàm in creatore, et subdit, libertas arbitrij pariter in cunctis ra
E tione vt entibus cõuenit, nec magis est in bonis, quàm in malis, nec augetur gratia, nec minuitur culpa.

Octaua concl. Voluntas quãtũ ad actus imperatos põt cogi, nõ tñ à Deo, sed etiã à creatura, patet hæc, quia Christus dixit ad Petrum, cum senueris alius cinget te, et ducet quo non vis, manifestũ etiã est, quòd aliquis potest nolens trahi ad carceres.

Nona concl. Voluntas quantũ ad actus elicitos potest induci, et timore, l. pmissione mutari, et ab actu elicito recedere, et oppositum eius velle, patet hæc ex prima, quia poterit per diuinam immissionem, et illuminationem, ac Spiritus Sancti specialem motionem gratiæque infusionem recedere à vitio-

vitiosis volitionibus, & elicere bonas, & hęc dicit tractio diuina, quando sic voluntas diuino adiutorio separatur ab his qnibus per glutinum amoris fortiter adhęsit, & ęternis incipit adherere, vnde D.Bernard. in lib. de lib.arb. asserit. Deus cum terret, aut percutit, hoc intendit, vt faciat voluntarios, non saluet inuitos, quatenus dum de malo in bonum mutat voluntatem, transfert libertatem. (Cap.3.)

Decima conclusio. Voluntas libera potest cogi à Deo vt nō possit velle obiectū volubile: probatur, quia potest annihilari, Item potest ab ea tolli vsus rationis, Item potest Deus concurrere coagendo ad eliciendum volitionem, & ita suspendere voluntatem ab eliciendo sicut omnem potentiam electiuam creatā concurrendo secum suspēdit ab actione sua, hęc enim omnia snut in dubia Christiano viro: cum enim nulla causa secūda potest agere nisi coagēte prima, prima vero causa libere agit ad extra, & ideo potest non coagere, & ita voluntatem à sno actu impedire siue eam suspēdere quod est cogere vt non agat, seu vt non eliciat. Obseruandum est hic, quod & si aliqua istarum conclusionum nō sint explicite in doctrina Sancti Thomæ, sumuntur tamen implicite ex ea, vt est videre apud Ipsum prima secundæ. (q.9. per totum.) Attende etiam quod & si Deus possit voluntatem cogere ad volendum aliquid, non tamē potest cogere vt inuite velit, patet hoc, quia implicaretur contradictio, nam inuitus habet nolle, nolle est non velle, & sic inuite velle, est velle, & non velle, & illo modo omnis voluntas est libera à coactione, & pro tanto dicit Bernardus, libertas voluntatis est ita plena suo mō in creatura sicut in creatore, & quod in omnibus reperitur æqnaliter, licet quo ad entitatem liberū arbitrium, & libertas ipsa sit perfectius in Deo, & liberius quam in angelo, & in angelo, quam in homine, & in vno homine liberius est, quam in alio, scilicet quo ad impulsionem, & quo ad entitatem vt dictum est, & non respectu coactionis.

DISTINCTIO XXVI.

OStendit in pręsenti distiuctione Magister quamnam gratiam habuerit primus homo in statu innocentiæ, & pro explicatione huius ponitur talis conclusio

Gratia differt realiter à virtute docet hāc Sāctus Thomas pluribus in locis suæ doctrinæ & præsertim in pręsenti loco, (q.1.ar.4.) & ratio huius est, quia perfectiones gratuitæ proportionantur perfectionibus naturalibus, pręsertim in eodem supposito, sed in perfectionibus naturalibus eiusdem suppositi sic est, quod aliud est natura per quam snppositum proportionatur fini, & alind est inclinatio in finē, & aliud est illud per qnod operatur ad finem consequēdum, igitur ita erit in perfectionibus gratuitis; quod alia perfectio supernaturalis erit, per quā creatura rationalis proportionata est beatitudini supernaturali, & hanc dicimus gratiam, aliud verò erit inclinatio in illum finem, quem dicimus charitatem, & aliud erit virtus exequutiua motus in finem. circa quam conclusionem nota. Quod fuerunt diuersæ sententiæ inter Doctores, tum inter antiquos, tum inter recentiores, antiqui enim vt recitat Sanctus Thomas in disputatis (De veritate q.27.) sunt bipartiti, si quidem alij eorum dixerunt, gratiam & virtutem esse omnino idem per essentiam secundum rem, & differre tantum ratione; alij vero dixerunt è contrario, qnod virtus, & gratia differunt essentialiter, & realiter, primos sequuti sunt Scotus, Riccardus, Gabriel, Durandus, & Marsilius, Lichetus, Ioannes de Mayronis, & tota schola Scotistarum, omnes enim isti sustinent gratiam, & virtutem seu charitatem esse idem realiter, Sanctus Thomas sequutus est secundam opinionem, tanquàm rationabiliorem, & hanc etiam sequutus est Bonauentura, & hanc latius declarat Bartholomæus Medina in Commentarijs in primam secundæ Sancti Thomæ (q.110.ar.3.) tanqnàm magis cōformem, & consentaneam scripturis sacris, concilijs, Sanctis Patribus, rectæ rationi, & suaui Dei dispositioni, vt est videre apud ipsum, adducam tantummodo authoritatē Ioannis ad pręsens breuiloquio studens, commendat autem charitatē suam in nobis non quasi prius nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prius dilexit nos, (Io.1.Cano. Cap.4.) vnde prius est, quod nos Deus sibi gratificat, & amabiles reddit sibi, quàm quod nos ipsum diligamus, quibus verbis manifestam differentiam ponit inter gratiam, & charitatem, quia distinctis nominibus eas appellant sacrę litterę, vt scribitur ad Romanos, iustificati gratis per gratiam ipsius, (Rom c.3.) & in coucilio Viennensi dicitur quod paruulis in baptismate secundum opinionem Theologorum probabiliorē infunduntur gratia, & virtutes Theologicæ, quibus verbis aperte significatur quod gratia distinguitur realiter à virtutibus Theologicis, & propterea sequenda est conclusio præposita.

Secunda conclusio. Gratia non est subiectiue in aliqua potentia animę, sed in essentia, hanc docet Sanctus Thomas prima secundæ. (q.110.ar.4.) & ratio huius est, quia per gratiam regeneramur in filios Dei, sed generatio prius terminatur ad essentias quam ad potentias, ergo prius est in essentia animæ, quam in potentijs, Adde etiam quia omnis perfectio inhærens subiectiue potentiæ, habet rationem virtutis, sed gratia non habet rationem virtutis, ergo non est perfectio inhęrens potentię, & sic remanet vt inhęreat essentiæ. Circa quam attēde quod hęc conclusio diuersimode intelligitur à doctoribus, nam quidam intelligunt eā secūdum quandam appropriationē, vt dicatur quod effectus gratiæ prius respiciat animam, quā operationē: alij autem volunt ipsam esse proprie dictā, ita quod primū subiectū gratiæ est essentia animæ, & primum subiectum virtutis est potentia, & sicuti potentia realiter distinguitur ab essentia, ita charitas realiter distinguitur à gratia, & hęc conclusio etiam est contra Gabrielem in pręsenti distinctione, & cęteros oēs Schotistas qui ponūt distinctionē tantū formalē inter essentiā animæ, & potētię, & sic etiam inter gratiam, & charitatem creatam infusam, vnde sicuti ponunt gratiam in potentia, sic & charitatem quæ perficit ipsam potētiā in ordine ad actum meritorium.

Tertia conclu. Gratia nō est substantialis forma animæ infusa, sed accidētalis, probatur quia nō est materia, nec forma, nec compositum substantiale, quod non sit materia, neq; cōpositū est manifestū ex se: q non sit forma substantialis probatur, quia tūc sequeretur quod aīa iusti esset alterius speciei ab anima peccatoris, & sic etiā homo iustus, & pec-

cator different specie, quia in vno esset forma sub- A
stantialis.s.gratia quæ non esset in alio, quod autē
sit forma accidentalis patet etiam, quia cum gratia
sit quoddā ens positiuum, & non est substantia igi
tur accidens, & omne accidēs est forma inhærens,
igitur inhæret animæ cum sit eius ornatus, & ni-
tor, ac decor ipsam denominans, & gratificans, nec
aliquod aliud subiectum assignari potest. elicitur
q.110.ar.2. conclusio hæc ex Sancto Thom. prima secundæ. Et
nota quod hæc conclusio est ita certa quòd opposi
tum esset temerarium dicere, & habetur ex Conci-
Sess.6.c.6. lio Tridentino vbi definit gratiam, & charitatē esse
qualitates diuinitus infusas animæ inhærentes, &
si quis dixerit gratiam, & charitatem esset tantum B
fauorem Dei, anathema sit.

Quarta conclusio. Gratia est habitus animæ nō
acquisitus sed infusus, quod sit habitus, probatur
quod est qualitas diligens Animam & inclinans ad
opera meritoria, quod nō sit acquisitus, patet quia
à solo Deo infunditur. Vbi nota, quod hæc con-
q.110.ar.2. clusio sumitur ex Diuo Tho. 1. 2. vbi distinguit de
gratia, quod dupliciter accipi potest, vno modo ꝓ
motione diuinæ spirationis, qua anima mouetur à
Deo ad aliquid volendum cognoscendum, & agen
dum, & sic non intelligitur cōclusio: alio modo su
mitur gratia ꝓ habituali dono, quo homo fit gra-
tus, & iustus coram Deo, & sic intelligitur præsens C
conclusio, quæ est de fide contra Lutherum tenen-
tem oppositum, de qua re lege Alphonsum de Veg
Sess.6.c.7. ga in Commentarijs Concilij Tridentini, & Domi
Cap.18. nicum de Soto secundo libro de natura, & gratia.

Quinta conclusio. Hoc nomen gratia est Analo-
gum dictum de pluribus eius significatum, elicitur
Qō.111. hæc conclusio ex locis vbi supra; & ratio huius est,
quia gratia aliquando capitur pro gratia increata,
quæ potest dici tota Trinitas, quæ illabitur men-
ti iuxta illud ad eum veniemus, & mansionem
apud eum faciemus, aliquando capitur pro gratia
creata, & hęc poterit esse quęlibet res gratis à
Cap.15. Deo data, iuxta illud Apostoli gratia Dei sum id D
quod sum 1. ad Corinth. aliquando capitur pro
speciali motione Dei, siue interna, siue externa, iux-
ta illud quomodo audiēt sine prædicante. aliquan
do capitur pro dono superaddito naturæ, iuxta il-
lud Iacobi, omne datum optimum, & donum per-
fectum desursum est. Aliquando pro eo quod gra
tiose conceditur, etiam quod sit naturale iuxta il-
Cap.11. lud, vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas.
aliquando pro pulchritudine iuxta illud Prouer-
biorum, fallax gratia, & vana est pulchritudo. Ali-
quando pro largitione eleemosinarum de qua lo-
Cap.8. quebatur Apostolus 1. ad Corinth. vt in hac gratia
abundetis magis, aliquādo pro gratia gratis data, E
vt ait Apostolus diuisiones gratiarum sunt, idem
Cap.12. autem spiritus 1. ad Corinth. Aliquando pro gra-
Cap.6. tia ipsa iustificante iuxta illud Romanorum gratia
Dei vita æterna. Cum igitur nomen gratiæ non di-
catur de his præpositis significatis æquiuoce, nec
vniuoce, vt patet, igitur analogice.

Sexta conclusio. Gratia conuenientissime diui-
ditur per gratiam gratis datam, & per gratiam gra
q.111. ar. 1. tum facientem: scribitur hæc à Diuo Thom. vbi su-
pra. & ratio huius est, quia gratia vel est illa per quā
homo cōiungitur Deo, tanquā iustus, & gratus, &
amabilis, vel illa per quam vnus homo cooperatur
alteri ad huiuscemodi cognitionem acquirēdam,
si primo modo sic dicitur gratia gratum faciens,
seu gratia iustificans, si secundo modo sic vocatur
gratia gratis data, igitur conuenientissime fit huiu
scemodi distinctio à Theologis. Circa quam con-
clusionem nota quod gratia gratum faciens imme
diate, & proprie datur in cōmodum, & vtilitatem
eius, qui iustificatur, vt saluus ipse fiat, & placeat
Deo, & perditur per quodlibet peccatum mortale,
sed gratia gratis data non confert iustitiam illi cui
datur, nec in commodum, & vtilitatem eius, sed ad
vtilitatem aliorū, & potest stare cum peccato mor-
tali; sicut est donū prophetię, & sermo sciētiæ, &c.
quę fuerūt in Caipha, & in sibillis, vt scribitur apud
Matthæum, multi dicent mihi in illa die, non ne in
nomine tuo prophetauimus, & in noīe tuo multa
dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus &c.

Septima cōclusio. Gratia gratis data conuenien
ter diuisa est ab Apostolo in nouem significata, pri Cap.12.
mæ ad Corinth. patet hæc ex verbis eius, nam alij
per spiritum datur sermo sapiētiæ, alij sermo scien
tiæ, alteri fides, alijs gratia sanitatum, alij operatio
virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum,
alij genera linguarum, alij interpretatio sermonū.
Circa quam conclusionem nota, quia vnus homo
potest cooperari alteri multis modis, primo docē-
do principia scientiæ, & sic ponitur vna gratia gra-
tis data, quæ dicitur fides: secundo docendo prin-
cipales conclusiones, & sic ponitur alia gratia quæ
dicitur sapientia, tertio declarare ea quæ dicit per
exempla, & sic ponitur tertia gratia, quæ dicitur ser
mo scientię. quarto confirmare ea quæ prædicator
dicit, & hoc vel in corporibus humanis, sic ponitur
gratia sanitatum, vel in corporibus cęlestibus fa-
ciendo miracula, vt sol stet aut tenebrescat, & sic
ponitur operatio virtutum, vel pronuntiando fu-
tura contingentia, & sic ponitur prophetia, vel pro-
nuntiando occulta cordium, & sic ponitur discre-
tio spirituum, vel loquendo per diuersa idiomata;
& sic ponitur alia gratia quæ dicitur genera lingua
rum, vel proferendo sensum eorum, quæ quis præ-
tendit loqui, & sic ponitur interpretatio sermo-
num, ex quibus patet conclusio ipsa, & sensus con-
clusionis.

Octaua cōclusio. Gratia pro gratuita motione
Dei seu pro habituali dono diuinitus infuso con-
uenientissime distinguitur per gratiā operantem,
& cooperantem: hęc conclusio habetur ex Sancto q.111 ar.2.
Thoma prima secundæ. & ratio huius est, quia vbi-
cunque datur aliquid quod Deus mouet hominē
ad operandū, & aliquid quo homo adiutus à Deo
exequitur illud operari ibi est operās, & cooperās,
sed in iustificatione impij inueniuntur hęc supra-
dicta: dicitur cōclusio vera, declaratur minor quia
si loquimur de gratia pro gratuita motione Dei,
qua ipse Deus mouet nos ad aliquod bonū opus
exercendum iusta ratione hæc motio dicitur gra-
tia operans, illa verò motio met qua nos adiuti ab
ipso Deo iam exequimur illud bonum opus iusta
etiam ratione, dicitur gratia cooperans, si verò lo-
quamur de gratia habituali infusa, cum habeat plu
res effectus, quorum primus est, sanare, & iustifica-
re, & gratam Deo facere animam, & hic effectus di-
citur gratia operans, deinde facit aliud effectum
quod anima ipsa sic grata operatur meritorie,
& respe-

& respectu huius dicitur gratia cooperans. Vbi nota quod eadem gratia habitualis secundum diuersas considerationes dicitur operans, & cooperans, & ex hoc reijcienda est, & improbanda sententia illorum, qui dicunt nostras actiones, & studia quibus ad gratiam præparamur proficisci tantum à gratia, & non à libero arbitrio, de qua re lege Sotum secundo libro de natura, & gratia, & Alphonsum de Vegga, vbi supra.

Nona conclusio. Gratia conuenientissime distinguitur per præuenientem, & subsequentem, conclusio hæc est de fide, vt patet in Psalmis. Vbi dicit misericordia eius præueniat me, & iterum misericordia eius subsequetur me, sed gratia Dei prouenit ex misericordia eius, igitur conuenientissime gratia ipsa diuiditur in præuenientem, & subsequentem. Vbi animaduerte, quod huiuscemodi diuisio est respectu diuersorum effectuum, quos gratia ipsa operatur in nobis, nam quinq; sunt effectus gratiæ, quorum primus est, vt anima sanetur, secūdus vt bonum velit. tertius vt bonum quod vult efficaciter operetur. quartus vt in bono perseueret, vltimus vt ad gloriā perueniat. ex his patet, quod prout gratia causat in nobis primum effectum dicitur præueniens respectu secundi effectus, & prout causat secundum, vocatur subsequens respectu primi effectus.

Decima conclusio. Gratia est nobilior charitate q.27. art.1. elicitur hæc ex Sancto Thoma 2. 2. & ratio est, quia causa est nobilior, vel saltem æque nobilis sicut effectus, sed gratia est causa ipsius charitatis, igitur vel nobilior, vel æque nobilis sicut charitas. Vbi animaduerte quod charitas, & gratia dupliciter possunt considerari, vno modo vt sunt qualitates superioris ordinis, gratificantes animam Deo, & sic proculdubio melior est gratia, & magis diligenda, quia primo ipsa gratia reddit animam Deo gratam, alio modo potest considerari gratia, & charitas secundum actum in ordine ad proprium obiectum, & sic charitas est melior gratia, quia per charitatem diligimus Deū per propriū actum immediate sicut in se bonus est, sed per gratiā diligimus Deum mediate, & tanquam per principium charitatis, & vt participatur à nobis, de quibus omnibus lege Dominicum Sannes vbi supra.

DISTINCTIO XVII.

Superius Magister determinauit de libero arbitrio in ordine ad gratiam, hic disputat de insufficientia ipsius liberi arbitrij sine gratia, pro cuius intellectu sit hæc prima conclusio

Existens in gratia potest per illam mereri gloriā de condigno, scribitur hæc prima secundæ, cujus q.113. ar.3. ratio est, id quod redditur secundum iustum iudicium merces condigna esse videtur, sed vita æterna datur propter opera meritoria, vt procedūt ad gratiā secundum rationem iustitiæ, vt scribit Apostolus ad Romanos, reposita est mihi corona iustitiæ, Cap 4. quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, ergo per talia opera homo meretur vitam æternam de condigno. Circa quam conclusionem nota, quod sunt diuersæ sententiæ Doctorum, derelinquo hæresim Lutheri, qui negat omne meritum Dist. 17. q.1. sed loquor inter catholicos, Scotus enim in primo

A sententiarū, sic etiam Marsilius dicunt quod actus nostri, ex hoc sōlum quod procedunt ex gratia nō sunt sufficienter meritorij vitæ æternæ de cōdigno sed vltra ipsos requiritur acceptatio diuina, qua Deus ordinat tales actus ad consequutionem gloriæ, & in hac acceptatione completur, & perficitur meritum de condigno. Durādus in præsenti libro Dist.27.q.1 aperte docet inter Deum, & hominem nō esse proprie meritum de condigno, sed tantum inter homines, & quod redditio præmij pro merito spectat ad iustitiam distributiuā, vnde improprie dicitur meritū, respectu vitæ æternæ, prout in hominibus iustis est quædam dignitas quæ non inuenitur in B hominibus peccatoribus, & conatur colorare hāc suam phantasiā pluribus coloribus, quæ phantasia satis propinqua est hæresi Lutheranæ, idcirco fugienda est vt pestis, sentētia Sācti Thomæ est, quod opus meritorium consideratur dupliciter, vno modo vt procedit à libero arbitrio hominis, & secundum substantiam suam, & sic non est meritorium vitæ æternæ de cōdigno: contra Pelagium apposuit ex libero arbitrio, & ex operibus inde prodeuntibus posse hominem mereri vitam æternam, quod dictum est error maximus expulsus, & damnatus in Cōcilio Mileuitano, Arausicano, & Tridentino, alio modo consideratur opus hominis meritoriū, C vt procedit à gratia Spiritus Sancti, valor enim meriti attenditur secundum virtutem Spiritus Sancti mouentis nos in vitam æternam, & attenditur secundum dignitatem gratiæ per quam homo consors factus diuinæ naturæ ex ipso iure adoptatur in filium Dei, & ob hoc debetur ipsi hereditas iuxta illud ad Romanos, si filij, & hæredes, &c. & hic Cap.8. est sensus præpositæ conclusionis.

Secunda conclusio. Christus in nobis, & per nos meretur vitam æternam de condigno, elicitur hæc cōclusio ex dictis Sancti Thomæ vbi supra. & ratio huius est, quia caput influit in membra sua, & operatur in eis, sed Christus est caput nostrum, igitur D influit in nobis, & operatur in nobis opera nostra. Sed nota circa istam conclusionem, quod Dominicus de Soto 2. libro de natura, & gratia non con- Cap 8. cedit istam propositionem, quia non verè, & catholice dici potest, quod Christus in nobis, & per nos mereatur, ita vt dicat iustus mereor ego iam non ego, meretur verò in me Christus, immo addit hāc loquutionem fauere hæresi Lutheranæ. Caietanus in Opusculo de fide, & operibus docet propositionem istam concedendam esse à Catholicis, sic etiā scribit Cardinalis Osius in confessione fidei; sed Cap.73. vt appareat sensus propositionis sciendū est, quod dupliciter potest intelligi hæc cōclusio vno modo E quod Christus mereatur in nobis, sic vt nos nihil pro mereamur, sed cōcurramus veluti quoddā instrumentum inanimatum, & sic conclusio esset hæretica, quo pacto optime dixit Dominicus de Soto. secūdo modo potest intelligi sic quod Christus mereatur in nobis, & per nos, qui adiuti diuino præsidio commereamur, & cooperemur, quia Dei cooperatores sumus, & sicuti Deus loquitur in nobis, ita vt etiā & nos loquamur iuxta illud nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, & sic etiam dicebat Apostolus ad Galathas, viuo ego iam non ego, viuit verò Cap.2. in me Christus, & secūda ad Corinthios dicit etiā, Cap.13.

an ex-

an experimentum eius quæritis, qui in me loqui-tur Christus.

Tertia conclusio. Opera Sanctorum madefacta sanguine Christi dicūtur meritoria de condigno, & de iustitia verè, & propriè, elicitur hæc conclusio ex dictis Sancti Thom. vbi supra. & ratio huius est, quia vbicunque est æqualitas proportionis inter meritum, & præmium, ibi est verè, & propriè meritum de condigno, & de iustitia, sed inter opera Sanctorum madefacta sanguine Christi, & informata gratia, & gloriam ipsam est æqualitas proportionis licet non quantitatis, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod Lutherani referunt merita bonorum operum in nudam promissionem Dei. Pelagius referebat in liberum arbitriū, aliqui catholici in pactū diuinum cum hominibus si hęc feceritis dabo vobis hoc. sed merito tam primi, quam secundi sunt condemnati ab Ecclesia tanquam hæretici. Tertij verò non vndequaque considerarunt conditiones meriti, quod quatuor conditiones requirit, quarum prima est, vt sit opus liberum. secunda vt sit præstitum in obsequiū alterius, & sit bonum opus. tertia quod dicat ordinem ad alterum, nam meritum est actus iustitiæ. quarta quod sit opus viatoris, nam beati non merentur, vnde sic diffiniri potest, meritum est opus bonum, liberum siue internum siue externū, cui merces debetur de iustitia, & hoc dicitur de condigno ad differentiam meriti de congruo, quod innititur congruentiæ, vnde in merito quatuor concurrunt, persona merens, & persona premians, actio studiosa quę est meritum, & merces ipsa quæ datur, ex his apparet quòd meritum de condigno debet referri in gratiā Spiritus Sancti, à qua procedit tamquàm à radice, & in pactum diuinum si vis ad vitam ingredi serua mandata, & in vnionem Christi. s. viua membra ipsius Christi, & ex hoc meremur de condignò vitam æternam.

Quarta conclusio. Sola creatura rationalis, & libera mereri potest apud Deum, scribitur hęc à Diuo Thoma prima secundæ. & ratio huius est, quia illa sola creatura mereri potest apud Deum quæ mouet se ad agendum potens operari, & non operari pro sua voluntate, sed sola creatura rationalis est huiusmodi, igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod ibi est meritū vbi est iustitia, sed inter Deum, & hominem nō potest esse iustitia secundū æqualitatem, propterea neq; potest esse quod creatura rationalis pura mereatur apud Deum secūdū æqualitatem, & de rigore iustitiæ, sed cum sit quidam modus iustitiæ secundum quandam proportionem, sicut solet esse inter filium, & patrem, & seruum, & dominum, idcircò erit etiam quoddā meritum secundum proportionem tantum, & id quidem præsupposita diuina ordinatione. Attende et quod meritum de rigore iustitiæ est quod non innititur gratiæ, aut misericordiæ acceptantis, sed habet valorem ex se se, & ex personā offerente quale est meritum Christi, meritū de condigno est quod licet innitatur gratiæ, & misericordię acceptantis est iustum, & cōdignum ad pręmium futurū quale est meritum Sanctorum, meritum de congruo est, quod non innititur iustitię, sed congruentię solummodo.

q. 14. art. 1.

Triplex meritum.

Quinta cōclusio. Homo existēs in peccato neq; merito, condigni, neq; congrui potest mereri primam gratiam per quodcunque opus, siue naturale, siue morale, siue opus dispositorium excitatum à diuino auxilio, hęc cōclusio elicitur ex doctrina S. Th. 1. 2. & rō huius est, quia vbicunq; est proprie meritū, illic est proprie debitum tāquam omnino correlatiua, & vbicunque est qualislibet ratio meriti, ibi etiam esse debet tantula ratio debiti, sed inter opus quodcūque ipsius hominis, & primam gratiam nulla est ratio debiti, igitur nulla ratio meriti, maior patet; minor habetur in Concilio Mileuitano, in quo anathematizantur qui dixerint gratiam Dei secundum merita nostra dari; Vbi nota quod hęc conclusio est expressa contra Scotum in quarto sententiarum. Vbi ait quod ex puris naturalibus, & communi influentia potest esse attritio, quæ sit meritum de congruo ad electionem peccati mortalis, quę opinio non est ex omni parte tuta. Nota etiam quod inter Thomistas conclusio hęc est dubia, quia aliqui ponunt meritum de cōgruo propter aliquas authoritates Sancti Thomę in hoc libro, sed placet mihi sequi in hac conclusione opinionem Dominici de Soto, libro secundo de natura, & gratia, qui est huius sentētię, & certè est Diui Anselmi loquētis cum Deo in libro Prosologion. Cum punis malos iustum est, quia illorum meritis congruit, cum parcis malis iustum est non quia illorum meritis, sed quia tuę voluntati, & bonitati condecens est, nullum igitur congruentiam agnoscit Anselmus in meritis nostris, sed tantum in bonitate Dei.

Qō. 114.

Di. 14. q. 2.

Cap. 10.

Sexta conclusio. Homo non potest mereri reparationem post lapsum nec merito condigni, nec merito congrui, scribitur hęc cōclusio apud Diuū Thomam vbi supra, & ratio primę partis est, quia si homo mereretur reparationem post lapsum merito condigni, sequitur quod infallibiliter saluaretur, & teneretur Deus de iustitia illū reparare, consequens est hęreticum, igitur prima pars cōclusionis est de fide tenenda; secunda verò pars etiam est clarissima, quia meritum congrui non potest esse, vbi est aliquod impedimentum, sed in homine lapso est impedimentum ad reparationem gratię. s. peccatū, igitur neq; de cōgruo homo post lapsum sibi mereri non potest reparationem per gratiam. Et nota quod hęc conclusio ponitur cōtra Gabrielem in presenti loco, qui tenet quod anima remotione obicis, ac bono motu in Deum ex arbitrij libertate elicito, primam gratiam mereri potest de congruo, quę doctrina est contra sententiam Anselmi vt superius ostensum est; & si aliquis dicat facienti quod in se est, Deus nō denegat gratiam, respondeo hoc esse verum ex parte diuinę liberalitatis, & bonitatis, sed non ex parte meriti de cōgruo in homine. Et si dubitas quid est facere quod in se est, dico quod catholicus Christianus tunc facit quod in se est, quādo secundum regulam fidei detestatur peccatum super omne odibile, pręponens in omnibus obedire Deo, remouendo obicem, & habendo bonam motum, eumque ordinando in ipsum Deum super omne amabile, homo infidelis tunc facit quod in se est, quando conformat arbitrium suum rationi, & toto corde quęrit illuminari ad cognoscendam veritatem, & iustitiam, & bonum suę salutis.

Art. 6.

Dist. 27.

Facere q in se est. vide hic.

Septima

Septima conclusio. Opera iusti vt sint meritoria debent saltim esse ordinata virtualiter ad finem su-
Art. 4. pra naturalem, elicitur hæc conclusio ex S. Thoma vbi supra. & ratio huius est, quia opera Sanctorum ex duplici capite habent rationem merendi ex diuina. s. ordinatione, & ex parte liberi arbitrij, sed ex hoc secundo capite requiritur virtualis relatio saltem ex imperio charitatis procedens in finem supernaturalem, igitur cõclusio vera. Vbi nota quod
Dis. 40. q. 2. hic sunt quatuor sententiæ, quarum prima est Durandi in hoc libro, vbi dicit quod ad rationem meriti non solum requiritur vt homo sit in gratia constitutus, & quod opus factũ sit studiosum, sed qđ actu referatur in finẽ supernaturalem. secunda sen-
Dis. 42. q. 2. tentia videtur esse Scoti in hoc met libro dicentis quod sufficit vt opus bonum sit ordinatũ habitualiter in finem supernaturalem. tertia est sententia quorundam Magistrorum Hispanorum nostri ordinis volentium, quod ad hoc vt homo mereatur apud Deum sufficit vt in principio vitæ suæ referat se, & omnia sua in finem supernaturalem, & hæc relatio durat per totam vitam suam, si non interrumpatur per peccatum mortale. quarta sententia est conclusio præposita, quæ excludit actualem relationem, & habitualem, & affirmat requiri virtualẽ, quæ requiritur in omni humano negotio, verbi gratia quis incipit orare, ad hoc vt hæc oratio sit meritoria non est necesse, vt semper recogitet finem supernaturalem actu, sed sufficit tãtum virtualiter.

Octaua conclusio. Solus Christus meruit alijs primam gratiam de condigno, scribitur hæc conclusio vbi supra, & ratio huius est, quia solus Christus est caput, & author humanæ salutis, & opera eius fuerunt infinita ratione meriti propter diuinum suppositum, igitur conclusio vera, quod de condigno, & de rigore iustitiæ meruit alijs primam gratiam.

Nona conclusio. Iusti merentur alteri primam gratiam de congruo, scribitur & hæc vbi supra, & ratio huius est, quia congruum est vt amicus exaudiatur ab amico, sed homo iustus est amicus Deo, quandoquidem adimplet voluntatem eius, & sic etiam Deus debet adimplere voluntatem hominis iusti, quippe qui iustus postulat à Deo gratiam, & gloriam alijs, igitur vera conclusio.

Decima conclusio. Beati merentur alijs primam gratiam, & iustificationem de congruo: elicitur & hæc ex locis primo citatis, & ratio huius est, quia beati orant pro bonis, & orationes eorum exaudiuntur à Deo, igitur congruum est, quãdo ipsi postulant pro nobis primam gratiam, & iustificationem, vt Deus ipsos exaudiat, & ideo cõsulto, & semper debemus habere diuersos sanctos aduocatos, vt ipsi gemitibus inenarrabilibus vt facit Spiritus
Rom. 8. Sanctus postulent à Deo nostram salutem.

DISTINCTIO XXVIII.

PRosequitur Magister quomodo liberum arbitrium hominis se habeat ad gratiã, & pro intelligentia huius negotij sit prima conclusio.

Ad cognitionem cuiuscunque veri homo indiget diuino auxilio, vt moueatur ad actũ, seu vsum,
q. 109. ar. 1. & scribitur à Diuo Thom. prima scũdę. & ratio est, quia causa secunda non valet operari sine motione A primæ causæ, sed Deus est primum mouens, & prima causa omnium, tum agens, tum finalis, & exemplaris, igitur conclusio vera. Circa quã nota, quod verum est multiplex, vnum supernaturale, quod haberi non potest nisi per fidem, & diuinis oraculis nobis manifestetur, vt Deũ esse Trinum, & vnũ, &c. Aliud est verum naturale, quod per lumen naturale cognosci potest, & hoc est duplex, alterum pertinens ad sciẽtiam speculatiuam, vt patet in physicis, & Metaphysicis, alterum spectãs ad practicam, quæ est de dæmonibus, & de virtutibus, & vitijs. Attẽde etiam quod auxilium diuinum est duplex, alterum vniuersale, alterum verò speciale, conclusio præsens B intelligitur de auxilio vniuersali, & etiam de vero vniuersaliter sumpto.

Secunda concl. Homo in statu naturæ destitutæ potest viribus proprijs cognoscere stante influentia sola generali, seu auxilio generali, aliquas veritates morales, & interdum iudicare, quid sequendum sit, quid verò fugiendum, elicitur hęc conclusio ex loco supracitato, & ratio huius est, quia vnaquęque res per suam formã stante generali influentia potest producere actum proportionatum suæ naturæ, vt graue descendit, & leue ascendit, sed homo est res nobilissima inter omnia entia naturalia, igitur poterit per lumen rationis veritates sibi C proportionatas tam morales, quam etiam speculatiuas agnoscere, & iudicare quid sequendum sit, et quid fugiendum: cõclusio hęc adeo est vera, vt nullus eam infringere poterit nisi velit constituere hominem cunctis rebus infeliciorem, immo expresse loqueretur cõtra Apostolum ad Romanos, dicen- Cap. 1.
tem, Inuisibilia. n. ipsius à creatura mundi intellecta conspiciuntur etc. Nam quod notũ est Dei manifestum est in illis, idest quod de Deo ratione naturali potest cognosci manifestũ fuit in illis, Deus enim illis reuelauit.

Tertia conclusio. Homo in statu naturæ destitutæ non potest viribus proprijs sine speciali auxilio, D et peculiari illustratione Dei habere certam cognitionem atq; iudicium de eo quod est faciendum, et fugiendum in omni re ad veritates morales pertinente: habetur hæc conclusio ex loco supracitato, et ratio huius est, quia in hoc distinguitur homo sanus ab ægro, quia sanus potest per se ipsum integre, et perfecte munus suum exercere, æger verò, aliqua ex parte id poterit, sed homo in statu naturæ destitutæ, est valde æger, et vulneratus vulnere ignorantiæ in intellectu, et malitię in voluntate, et concupiscentiæ in parte inferiori, igitur conclusio vera, et adeò certa, quod scribitur Sapientiæ, cogi- Cap. 9.
tationes mortalium timidæ, et incertæ prouidẽtiæ E nostræ: corpus. n. quod corrumpitur aggrauat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Sed obseruandum est circa has conclusiones quod Capreolus videtur sequi opinionẽ Gregorij Ariminensis in hoc loco, qui Gregorius Dis. 25. q. 1.
sustinet in præsenti libro, quod homo sine gratia speciali, et superaddita in statu naturæ lapsæ non potest cognoscere aliquod verum morale, quod valeat ad rectam institutionem suæ vitæ, et videtur expresse aduersari dictis Sancti Thomę pri- q. 109. ar. 1.
ma secundæ. vbi asserit quod homo non indiget noua illustratione gratiæ superaddita ad veritates naturales cognoscẽdas, aliter lumen naturale non

esset

esset sufficiens de quo dicitur signatũ est super nos lumen vultus tui Domine, propterea relinquendus est Capreolus in hac parte, tanquàm deuius à doctrina Sancti Thomę, & sequendę sunt conclusiones præpositæ.

Quarta concl. Credere vniuersam fidem Christi certè non potest homo sine speciali auxilio gratiæ Dei, elicitur hæc conclusio ex loco supra citato. & ratio huius est, quia nemo potest venire ad Christum sine speciali auxilio Dei, sed credere vniuersam Christi fidem certè, & sine aliqua titubatione est venire ad Christum, igitur conclusio vera, & est

Sess.6.c.3. adeò vera, vt sit de fide, & definita in Concilio Tridentino, vbi dicitur neminẽ posse sine inspiratione Spiritus Sãcti credere, diligere, aut sperare sicut

Cap.25. oportet, & in Concilio Arausicano dicitur, si quis dixerit initium fidei naturaliter nobis inesse, & nõ per inspirationem Spiritus Sancti anathema sit.

Quinta conclu. Homo sine auxilio speciali, tantum suis viribus adiutus potest bonũ aliquod morale operari, sed raro, & difficulter, scribitur, & hæc vbi supra. & ratio huius est, quia operari bonũ moraliter idest secundum rationem naturalem, nullo apposito sine supernaturali est opus proportionatum viribus humanis, igitur cum vires humanæ naturæ non sint penitus per peccatum extinctæ necessum est dicere hominem posse aliquod bonũ morale operari. Adde quod infidelis potest ex naturali compassione, & non propter alium finem dare eleemosinam indigẽti, sed talis actus est moraliter bonus, igitur poterit homo per vires suas operari aliquod bonum moraliter. Circa quam cõclusionem nota, quod aliqui Doctores Louanienses se-

Cap.15. quentes sententiam Gregorij Ariminensis in hoc secundo libro, moti quibusdã rationibus negant præsentem conclusionem dicentes aduersari sacris litteris præsertim Ioannis sine me nihil potestis fa-

2.ad Cor.3 cere, & Apostoli Pauli dicentis nõ sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Nihilominus pręsentẽ cõclusionem sustinent Illustrio-

Distin.26. res Theologi, præsertim Magister sententiarum, & Sanctus Thomas, & Diuus Bonauentura, Gabriel, Scotus, Dominicus de Soto lib. 1. de natura, & gratia, Vegga libro de Iustificatione, & non nulli alij, & authoritates illæ adductæ nihil faciunt pro eis, quandoquidem concurrit Deus benedictus in omnibus operibus nostris, tanquam prima causa, & primus motor, & propterea sine generali influẽtia nihil operari possumus, imò conclusio pręsens vi-

Can.7. detur esse diffinita in Cõcilio Tridentino Sessione sexta, vbi dicitur, siquis dixerit omnia opera quę fiunt ante iustificationem quacũque ratione facta sint, esse vere peccata, vel odiũ Dei mereri, aut quanto quis vehemẽtius nititur, se disponere ad gratiã, tanto eum magis peccare anathema sit; in qua quidem sententia definit Concilium posse peccatorẽ ante gratiam iustificantem operari aliquod bonũ morale, contra Lutherum dicentem, omnia opera peccatoris esse peccata, sed nũquid hoc decretum damnet sententiam Ariminensis, ego non auderem dicere, quia Gregorius non dicit omnia opera peccatoris esse peccata, sed nõ posse sine speciali auxilio Dei operari aliquod bonum morale, licet etiam imponatur ei omnia opera infidelium esse peccata, sed quidquid sit de hac opinione sequen-

A da est præsens conclusio.

Sexta cõclusio. Homo in statu naturę lapsę non potest sine speciali Dei auxilio bonum moraliter operari semper, neque vt in pluribus, scribitur hæc conclusio à Diuo Thoma vbi suprà. & ratio huius Art.4.
est, quia si homo esset sanus, & integer, & nullo modo infirmus, potuisset bonum morale proportionatum suis viribus sanis, per totam vitam suam sanam, & integram operari, sed homo ipse per peccatum est infirmus, & lætaliter vulneratus, igitur non poterit operari bonum moraliter perfecte per totã vitam suam semper, & vt in pluribus, sed raro, & cũ admixtione multorum defectuum. & attẽde quod

B hæc conclusio est ita certa, vt contrarium teneri nõ potest sine errore, quia non potest homo per multum tempus viribus proprijs vitare omne peccatũ, & adimplere omnia præcepta illi occurrentia sine speciali auxilio gratiæ, & propterea debemus semper orare dicẽdo, & ne nos inducas in tentationẽ.

Septima cõclusio. Omnia illa opera, quibus peccator in statu naturę lapsę tendit, & disponitur ad gratiam iustificantem, siue mediate, siue immediate non possunt fieri sine speciali auxilio Dei, scribit & hęc conclusio in locis supra allegatis, & ratio huius est, quia si homo ex se posset sufficere sine speciali auxilio Dei, ad exercendum aliquod opus di-

C spositorium ad gratiam mediate, vel immediate sequeretur quod initium salutis esset ex nobis, quæ est hæresis pelagiana, & quod gratia iam non esset gratia, quia gratis nõ daretur. Vbi nota, quod omnis motus, quo homo incipit tendere ad gratiam iustificantem quo ad vsque illam consequatur, est motus supernaturalis, quoniam terminus est supernaturalis, & propterea acquisitio gratiæ, & recõciliatio diuinæ amicitiæ, cum sit quoddã supernaturale, debet etiã habere initium ab aliquo agente supernaturale, idcirco conclusio est tenenda tanquàm certa, & firma de fide, cum scriptum sit in Concilio Arausicano, si quis per naturæ vigorem Can.7.

D bonum aliquod quod pertineat ad salutem vitæ æternæ cogitare aut facere posse dixerit, hæretico fallitur spiritu.

Octaua conclusio. Opus moraliter bonum iuxta communem sententiam Theologorum est opus conforme rectæ rationi, probatur, quia opus illud dicitur moraliter bonum, quod habet omnes circumstantias honestatis, & bonitatis, sed opus conforme rectæ rationi est huiusmodi, igitur cõclusio vera. Vbi nota, quod bonum cum sit duplex alterũ morale, & alterum meritoriũ, morale est tanquàm medium inter peccatum, & meritum, non enim est peccatum, quia in nulla re deficit à recta ratione,

E immo est virtus licet nõ informata charitate, propterea non est meritum, cum careat excellentia supernaturali quæ necessaria est ad constituendum meritum vitæ æternæ, bonum autem meritorium est illud quod est tanti valoris quòd informatum charitate dicitur esse dignum vita æterna.

Nona conclusio. Homo in statu naturæ corruptæ sine gratia Dei non potest implere omnia pręcepta legis naturalis, quantum ad substantiam operum, habetur hęc conclusio vbi supra. & ratio Art.4.
huius est, quia natura imbecillis non potest omnia opera naturę sanę exercere, sed homo in statu naturę lapsę habet naturam imbecillem, & infirmam,

igitur

igitur conclusio vera, de qua lege Dominicum de A
Cap. 12. Soto libro primo de natura & gratia, qui asserit cō
clusionem istam esse de fide contra Pelagium, qui
vltra alios suos errores habuit hos duos videlicet:
quod homo poterat ex viribus naturę iustificari
coram Deo, credendo, sperando, & amando, alius
error erat, quod homo poterat ex viribus naturæ
vniuersam legem implere, & vterq; error dānatus
fuit in Concilio Mileuitano.

Decima cōclusio. Homo in statu naturæ integrę
suis viribus poterat pręcepta legis implere, quantū
ad substantiam operum. s. exercēdo fortia, & iusta,
Art. 4. & alia opera virtutis, scribitur & hęc vbi supra. & ra
tio huius est, quia si nō potuisset per proprias vires B
adimplere pręcepta legis quo ad substantiam ope-
rum, tunc potuisset peccare permanendo in illo sta
tu, hoc autem est falsum, quia stante illo statu non
potuisset transgredi diuina pręcepta, sed obserua-
ret illa per proprias vires, igitur cōclusio vera, quia
totum bonum naturę rationali proportionatum
perficere potuisset, & sic posset se præseruare à pec-
cato per proprias vires. Vbi nota, quod neque in
statu naturæ integræ, neque in statu naturæ corru-
ptæ potest homo implere diuina mandata quo
ad modum agendi, vt ex charitate fiant sine gratia
adiuuante. Nota etiam quod quintuplex est status
cōmunis, primus est, in puris merisq; naturalibus, C
vt si homo conderetur à Deo sine gratia, & sine iu-
stitia originali, & sine aliquo dono sanante naturā,
atque etiam sine peccato, & multi volunt Adam sic
fuisse à Deo creatum. secūdus status est naturæ in-
tegrę pro vt homo est constitutus in puris natura-
libus, secūdum quod homo reperitur in statu con
sono rationi naturali, in quo pars sensitiua est su-
biecta rationi, & ipsa ratio est affecta erga Deum,
vt est finis naturæ, & sic rectum & perfectum homi-
nē fecit Deus, vt scribitur Ecclesiastici Fecit Deus
hominem rectum. & ipse se immiscuit quæstioni-
bus multis. tertius est status felicissimus iustitiæ
originalis in quo docet Aegidius primū hominē D
fuisse conditum sine gratia gratum faciente, quar-
tus status est, ipsius gratię gratum facientis, & cau-
santis iustitiam originalem, & in hoc statu vult San
ctus Thom. hominem fuisse conditum, quintus sta
tus est gratiæ sanantis, & iustificantis per quam sa-
namur, & iustificamur per Christum Redemptorē
nostrum. Additur, & sextus ipsius naturę lapsæ in
quo homo consideratur iam prolapsus in peccatū,
& vltimate est status gloriæ, & beatitudinis, ad quē
Deus optimus maximus sua misericordia nos per-
ducat in sæcula.

DISTINCTIO XXIX.

AGitur in hac distinctione de gratia per com
parationem ad statū primi hominis existen-
tis in paradiso, & pro notitia huius veritatis
sit prima cōclusio talis. Primus homo fuit creatus
q. 95. art. 1. in gratia gratum faciēte, hanc scribit Sanctus Tho-
mas p. p. cuius rō est, quia homo, & angelus æqua-
liter ordinātur ad gratiam, sed angelus est creatus
in gratia, vt docet Augustinus 12. de Trinitate Dei,
quod Deus simul erat in eis condens naturam, &
largiens gratiam, igitur homo fuit creatus in gra-
tia. Circa quam cōclusionem est sciendum, quod
apud Doctores sunt opiniones contrarię sicut etiā
de angelis. & nedum apud priscos, & antiquos sed
etiam apud recentiores, nam euidenter sciri non
potest, nisi per reuelationem, propterea conclusio
non cadit sub fide, sed sub opinionibus, vnde Ro-
manus Aegidius, qui fuit dilectus discipulus Beati
Thomæ tenet cōtrarium huius cōclusionis, & hūc
sequutus est Alphonsus Toletanus, Thomas de Ar-
gentina, Marsilius, & quamplures alij, nihilominus
conclusio nostra est probabilior, vt docet Gabriel,
quia est cōsentanea sacris litteris, & omnibus ferè
patribus, vnde scribitur apud lucam, & spoliauerūt
eum plagis impositis, quæ verba intelliguntur de
primo homine, secundum omnes ferè Doctores,
qui fuit expoliatus gratuitis, & vulneratus in natu-
ralibus, huic cōclusioni attestatur Magister, Augu-
stinus, Ambrosius, & quamplures alij Doctores vt
patet in littera Magistri.

Secunda conclusio. Homo in paradiso habebat
rectitudinem talem, ita vt ratio erat Deo subdita,
& inferiores vires subdebantur rationi secundum
supernaturale donum gratiæ, scribitur, & hęc à San
cto Thom. vbi supra, & ratio huius est, quia talis re-
ctitudo, & subiectio rationis ad Deum, & corporis
ad animam, & inferiorum virium ad rationem, aut
erat naturalis, aut supranaturalis, non primo, quia
sequeretur quod non esset ablata, sicuti, & cętera
naturalia, quæ non sunt perdita, sed tantum dimi-
nuta, igitur erat supernaturalis, & sic secūdum gra-
tiam gratum facientem, & hæc conclusio est Beati
August. 13. de Ciuitate Dei, vbi ait, confestim gra- Cap. 12.
tia deserēte diuina de corporum suorum nudita-
te confusi sunt primi parentes, senserunt enim mo-
tum inobedientis carnis suæ, tanquàm reciprocā
pęnam inobedientiæ suæ. Sed considerandum est
circa istam conclusionem, quod adhuc sunt diuer-
sæ sententiæ Doctorum, nā Scotus in hoc libro do- Distin. 29.
cet vtiq; quod ad subiectionem animæ ad corpus,
vtique requiritur donum aliquod supernaturale,
sed illud donum non erat gratia gratum faciens,
neque charitas, sed erat iustitia originalis, quia si
habuisset gratiam gratum facientem potuisset per
illam proficere per meritum, sed ait Magister sen-
tentiarum in hoc libro, quod homini in creatione
datum est auxilium per quod stare poterat, sed nō
poterat proficere, sed quicunque habet gratiā gra-
tum facientem potest proficere per meritum, igi-
tur illud donum supernaturale per quod regula-
batur illa subiectio nō erat gratia gratum faciens:
& deceptus est Scotus, quia & si homo non potuit
proficere per meritum, hoc habuit ex creatione na
turæ, vt proficere non posset, sed ex super additio-
E ne gratiæ in qua fuit creatus proficiebat per meri-
tum. Magister sententiarum loquutus est ex crea- Distin. 23.
tione naturæ, sed non ex superadditione gratiæ, vel
dixit illa verba alludēdo ad illos Doctores, qui po-
suerunt hominem creatum in naturalibus tātum.

Tertia cōclusio. Iustitia Originalis, & gratia gra
tum faciens distinguuntur realiter tanquā effectus
à causa, ita quod gratia gratum faciens est veluti
radix iustitiæ originalis, elicitur hæc conclusio ex
loco supracitato, & ratio huius est, quia omnes illi
qui sūt in iustitia originali facti. & creati, sunt etiā
facti, & creati in gratia gratum faciente, & est argu-
mentum ab effectu ad causam, sicuti fumus est effe
ctus

ctus ignis, vbicũq;.n.est fumus, ibi est ignis, sic etiã, A
vbicunq; est iustitia originalis ibi est gratia gratũ
faciens non tamen est iustitia originalis, quæ erat
in primis parẽtibus, vnde huiuscemodi iustitia ori
ginalis erat quædam gratia gratis data fundata su-
per gratia gratum faciente; sed quæreret aliquis
quomodo iustitia originalis poterat stare cũ pec-
cato mortali, quia Eua post peccatum non erube-
scebat, cum esset nuda, ergo signum est, quod pec-
cauit & habebat iustitiam originalem. sed dicen-
dum quod per primum peccatum in mente Euæ,
fuit perdita gratia, perdita quoque fuit iustitia ori
ginalis non totaliter, sed quo ad aliquid, simplici-
ter erat perdenda. quando peccauit principium to B
tius naturę cui fuit datum pręceptum, hoc autem
fuit ipse Adam, & hoc erat secundum ordinem di-
uinæ prouidentiæ, propterea Eua nõ erubuit, vnde
sicuti in arboribus amota radice, adhuc rami ali-
quantulum viuunt, sic etiam amota gratia gratum
faciente ab Eua per peccatum suum adhuc ramus
ipse qui erat iustitia originalis per aliquantulum
viuere potuit, immo hoc factum ostendit iusti-
tiam originalem nõ fuisse idem realiter quod gra-
tia, sed veluti effectus eius, & gratia radix illius.

Quarta conclusio. Iustitia originalis in primis
parentibus continebat plures effectus, deducitur
q. 109. ar. 2 hæc cõclusio ex prima secũdæ declaratur etiã con- C
clusio sic, quia primus effectus iustitiæ originalis
erat, quod per ipsam poterat homo non mori, se-
cundus quod per ipsam poterat stare in illa integri
tate in qua fuit conditus, tertius effectus quod per
eam potuerat vitare peccatum, quartus effectus qđ
per ipsam iustitiam originalẽ inferiores vires obe-
diebant superioribus, & superiores erant subditæ
Deo. quintus, quod ipse Adam sicuti communica-
bat naturam suam posteris, ita communicare po-
tuerat, & hoc donum, quod erat inseparabile à na-
tura ipsa. Sed nota circa istam cõclusionem, quod
sunt diuersæ sententiæ Theologorum, nam Henri-
Quest. 10. cus sexto Quolibeto posuit iustitiam originalem D
per se intrinsece, & directe non dicere, nec include-
re aliquod donum supernaturale, sed tantum con-
comitanter habebat annexum tale donum. Ioan-
nes de Bassolis fidelis discipulus Scoti in præsenti
loco docet iustitiam originalem fuisse donum su-
pernaturale simpliciter, Alij vero Doctores asserũt
esse donum simpliciter naturale, secundum doctri
nam Sancti Thomæ, docuimus nos superius, iusti-
tiam originalem esse effectũ gratię gratum facien-
tis, ex consequẽti effectus prouenięntes ab ipsa esse
etiam supernaturales, vnde commisso peccato ces-
sarunt, de quibus omnibus lege ipsum Ioãnem de
Bassolis vbi supra. E

Quinta cõclusio. Homo tam in statu naturæ in-
tegrę, quam in statu naturæ dissipatę, indiget diui-
no præsidio ad operãdum, & volendũ quodcunq;
q. 109. ar. 2. bonum, scribitur hęc conclusio prima secundæ. &
ratio huius est, quia omnis creatura tam corpora-
lis, quam spiritualis pendet à Deo, tanquam à pri-
mo mouente, sed homo in vtroq; statu est partim
corporalis, partim spiritualis, igitur in vtroq; statu
moueri debet ab ipso Deo ad volendum vel facien
dum quodcunque bonum; Et nota quod diuinũ
prẹsidium nõ est gratia habitualis, vel actualis, sed
est communis, & generalis influentia cõseruatiua,
& applicatiua omnis rei, & virtutis ad quodcunq;
opus operandum.

Sexta conclusio. Homo in statu naturæ integræ
poterat operari bonum proportionatum naturæ
suis viribus proprijs: habetur hęc conclusio vbi su-
pra, & ratio est, quia quęlibet res naturalis per pro-
priam suam formam stante generali influentia pri
mi mouentis potest operari bonum proportiona-
tum naturæ suæ, sed homo in statu naturæ integræ
non est minoris conditionis quam cęteræ res natu
rales, igitur conclusio vera. Circa quam conclusio-
nem nota, quod illud bonum proportionatum na
turæ primi hominis est bonum virtutis acquisitæ,
puta operari fortia, iusta, & quę spectãt ad pruden-
tiam, & temperãtiã, & ad cæteras virtutes morales.

Septima conclusio. Homo in statu naturæ inte-
græ non poterat operari bonũ super excedens suas
virtutes, sine speciali prẹsidio diuino, scribitur &
hæc vbi supra, & ratio est, quia nulla res potest vltra
suam speciem, sed bonum super excedens virtutes
primi hominis est vltra suam speciem, & ordinem,
igitur cõclusio vera, & animaduerte quod bonum
super excedens vires primi hominis est bonum vir
tutis infusę, hoc autem vt dictum est non poterat
primus homo exercere sine speciali præsidio Dei.

Octaua cõclusio. Homo in statu naturæ integrę
non poterat velle, & operari aliquod bonũ superna
turale sine gratia super addita virtuti suæ naturæ,
habetur & hęc vbi supra, & ratio huius est, quia vel-
le, & operari bonum supernaturale non potest esse
& fieri sine gratia gratum faciente, igitur cõclusio
vera de quibus omnibus lege Magistrũ Corradũ q. 109. ar. 5
Roelim in prima secundæ S. Thomę. Sed pro ma-
iori intelligentia sciendum est quod per hominem
in statu naturæ integrę nõ intelligimus hominem
in meris, purisq; naturalibus constitutum, sed ho-
minem constitutum in statu consono rationi natu
rali. i. hominem in quo pars sensitiua est subdita ra
tioni, & ipsa ratio est bene affecta in ordine ad
Deum, vt est finis naturalis, in hoc statu constituit
homo per vigorem rationis, qui vigor rationis nõ
est iustitia originalis, computatur tamen inter effe
ctus iustitiæ originalis, quãdoquidem iustitia ori-
ginalis plures effectus habebat, vt dictum est supra,
& inter alios effectus habebat facere duo officia,
alterum rectificare hominem in ordine ad finem
supernaturalem, & ordinare naturã humanam in
ordine ad finem naturalem; In his conclusionibus
sermo noster est de homine quo ad secundum offi
cium, secernendo primum, & loquẽdo de homine
in ordine ad finem naturalem proportionatum, &
consentaneum suæ naturæ, & sic semper quando lo
quimur de homine in statu naturæ integræ sic ser-
mo noster intelligendus est. Per hominem in statu
naturę lapsę, seu corruptæ, dissipatę, & destitutæ
intelligimus hominem carẽtem iustitia originali,
& vigore illo naturæ, & illis donis, quibus abunda-
bat in statu naturæ institutæ, & vulneratum secun-
dum corpus, & secundum animam, & auersum à
Deo, & à bonis diuinis, ita vt abhorreat illa per vo-
luntatem & intellectũ, quippe qui plenus est igno-
rantia, & tenebris errorum.

Nona conclusio. Homo in statu naturæ integræ
poterat proprijs viribus suæ naturæ diligere Deũ
super omnia dilectione naturali, elicitur hęc con-

clusio

clusio ex Diuo Thoma prima secundæ. & ratio hu- A
q 109.ar.3. ius est, quia homo in statu naturæ integræ poterat operari virtute suæ naturæ bonum sibi naturale, absque dono gratuito licet non absq; auxilio Dei mouẽtis, sed diligere Deũ super omnia dilectione naturali est opus homini cõnaturale, igitur homo in illo statu poterat hoc opus viribus suæ naturæ perficere. Circa quam conclusionem nota duplicẽ esse dilectionem Dei super omnia, vna naturalis naturæ nostræ consentanea, qua diligimus Deum, vt est principium, & finis naturæ, altera est supernaturalis, & quæ omnem naturam excedit, qua diligimus Deum super omnia vt est obiectũ nostræ beatitudinis, & quod sit Trinus, & vnus redemptor, & B saluator &c. vnde diligere Deum super omnia naturali dilectione est vniuersa mãdata diuinæ legis obseruare, & Deo obedire in omnibus, tanquam vltimo fini naturali omnium nostrarum operationum, sicuti diligere Deum super omnia dilectione supernaturali est obseruare totã legem Dei, & constituere Deum finem vltimum supernaturalem omnium nostrarum operationum, vt patet ex verbis
Cap.14. Saluatoris Ioannis, qui diligit me sermones meos
Cap.6. seruabit, & in Epistola canonica Ioannis scribitur hæc est dilectio Dei, vt mãdata eius custodiamus, & qui dicit se nosse Deum; & mandata eius non seruat mendax est, propterea dicitur quod plenitu C do legis est dilectio, conclusio ergo præsens intelligitur de dilectione naturali vt dictum est.

Decima cõcl. Homo in statu naturæ integræ nõ potest diligere Deum super omnia dilectione supernaturali sine speciali gratia Dei, scribitur & hęc conclusio vbi supra. & ratio huius est, quia difficilius est diligere Deum super omnia dilectione supernaturali, quã credere rebus fidei, sed ad credendum rebus fidei est necessarium lumen supernaturale, ex diuino auxilio speciali, ergo, & diligendo Deum super omnia dilectione supernaturali est necessarium subsidium supernaturale diuinæ gratiæ Circa quam conclusionem obseruãdum est, quod D dupliciter potest contingere, vt aliquis velit diligere Deum super omnia, vnõ modo voluntate inefficaci, & imbecilli, quæ appellatur velleitas, ex explicatur his verbis, vellem in omnibus, & super omnia diligere Deum, alio modo voluntate efficaci absoluta, & perfecta, de qua scripsit Apostolus ad Ro-
Cap.5. manos charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, idest dilectio qua diligimus Deum diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, & de tali dilectione intelligitur conclusio quę est de fide, definita in Concilio Mileui-
Sess.6.ca.3. tano, Arausicano, & Tridentino, & hæc distinctio
Cap.2. sic declarata, fundatur super verbis Ioannis Episto E la canonica prima qui dicit, qui seruat verbũ eius in hoc charitas Dei perfecta est, quasi dicat est alia charitas imperfecta, quæ mandata Dei non seruat, vnde Saluator noster quoque dixit apud Marcum, non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnũ cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est &c. quibus verbis significatur aliquos dicere se diligere Deum super omnia sed non diligunt, nisi quadam velleitate vt dictum est, propterea conclusio est intelligenda de perfecta dilectione vt expositum est supra.

DISTINCTIO XXX.

Disputat Magister sententiarum in pręsenti distinctione qualiter primus homo deliquerit & quam pro peccato pœnã subierit, & in hoc sequuntur eum omnes sententiarij, idcirco pro dilucidatione talis negotij hęc sit prima conclusio.

Mors & alij defectus corporales, & spirituales vno modo sunt pœnæ, & effectus peccati, alio modo sunt naturales homini, docet hãc Sanctus Tho- q.85. art.5.
mas prima secundæ. & ratio huius est, quoad primam partem conclusionis, quia id quod sequitur aliquam pœnam habet rationem pœnæ, sed omnes isti defectus consequuntur primam pœnam originalis peccati. s. subtractionem iustitiæ originalis, igitur conclusio vera pro prima parte, pro secunda adducitur talis rõ, illud est naturale alicui in se cõsiderato qd̃ ex principijs suę naturę nõ impeditis causatur, sed mors, & huiusmodi defectus nati sũt causari ex principijs humanę naturę non impeditis, igitur vera conclusio quoad secũdam partem. Circa quam conclusionem nota, quod videtur esse contra Pelagium dicentem, quod etsi homo non peccasset adhuc moreretur, contra quem disputat Augustinus 13. de Ciuitate Dei; obseruãdum etiã Cap.15.
est, quod hęc cõclusio sola fide est cognita quoad primam partem, vt scribit Apostolus ad Romanos Cap.6.
stipendia peccati mors est, quia Philosophi sola ratione humana ducti dicunt mortem prouenire ex propria natura, quia homo est compositus ex contrarijs, inter Scripturistas quoque, adest diuersitas opinionum. Nam Augustinus Chisamensis Episcopus in annotationibus in Pẽtateuchũ affirmat hominem per peccatum non incurrisse mortem corporis, sed tantum animæ. Ioseph Iudæus libro primo de antiquitatibus Iudęorum etiam scribit hominem per peccatum non incurrisse mortem corporis, sed accelerationem senectutis, & mortis; eandem sentẽtiam tenuit Philo Iudęus, & Eucherius; sed omnes isti relinquendi sunt in eorum errore, & sequenda est conclusio pręposita.

Secunda conclusio. Aliqui defectus in nos per originem venientes habent rationem culpę, & hãc docet Sãctus Thomas in pręsenti loco, & ratio hu- Dist.30.q.1. art.2.
ius est, quia sicut se habẽt membra corporis vnius personæ ad animam quo ad motum localem, sic se habent omnes homines ab Adam descendentes quoad motionem generationis, sed sic se habent membra vnius personæ ad animam, vel voluntatem illius personæ, quod inordinatio voluntarie prócedens ab anima, vel voluntate in motibus, & actibus membrorum culpa est, & peccatum, igitur sic se habebunt singuli homines ad Adam quod omnis inordinatio procedens à volũtate Adę in origine hominum, & transfusione naturę humanæ in eos culpabilis erit, tunc vltra defectus originalis iustitiæ, immo contrarium originalis iustitiæ est talis inordinatio procedens ab Adam in cæteros, igitur conclusio vera.

Tertia cõclusio. Peccatum originale non potest q 82. art.1.
dici proprie habitus positiuus per modum qualitatis, aut alicuius formæ absolutæ inclinatiuus ad malos, & vitiosos actus, hanc scribit Sanctus Thomas prima secundæ. & ratio huius est, quia illud quod nõ erit de genere qualitatis, sed est quædam relatio,

relatio, vel babitudo, aut ordo cum quadam negatione habitus positiui, non potest dici habitus positiuus inclinatiuus potẽtiarum ad actum, sed peccatum originale est huiusmodi, igitur conclusio vera. Circa has duas cõclusiones notandũ est, duos fuisse ortos errores, alter illorum qui simpliciter negarũt peccatum originale, de numero quorum fuit Iulianus, & pelagius, qui expresse loquuti sunt contra fidem catholicam negantes necessitatem sacramentorum, & redemptionem humani generis factam per Christum redemptorem nostrum de quo scribit Ioãnes, Ecce qui tollit peccata mundi, & alia scriptura habet, peccatum mundi, quia de originali peccato principaliter loquutus est.

q.83. art.3.

Quarta conclusio. Peccatum originale materialiter est ipsa concupiscentia, ponitur hæc à S.Tho. prima secundæ. & ratio buius est, quia materiale in peccato est inordinatio potentiarum animę inordinatæ conuersæ ad bonum commutabile, sed hoc tale exprimitur per ipsam concupiscentiam, igitur conclusio vera. Circa quam nota contra Corneliũ Agrippam hęreticum, qui in quodam opusculo de peccato originali voluit hoc tale peccatũ fuisse luxuriam, expresse contra scripturam, & contra communem consensum omnium Doctorum, qui ex dicto Genesis dicũt illud peccatum fuisse inobedientiam in comedendum lignum vetitum.

Cap.3.

Quinta conclusio. Peccatum originale formaliter est priuatio iustitiæ originalis per quam voluntas subdebatur Deo, scribitur hęc in loco superius allegato, & ratio buius est, quia species peccati originalis sumi debet ex causa, sed causa quare in nobis est huiusmodi peccatum est, quia voluntas non subditur Deo vt prius subdebatur, igitur formale huius peccati est huiusmodi priuatio originalis iustitiæ, qua propter ex auersione à Deo consequuta est inordinatio in omnibus viribus animæ. Vbi nota quod plurimi falluntur in hoc, quia priuatio originalis iustitiæ videtur esse effectus peccati, & non ipsum peccatum formale, quia Deus abstulit originalé iustitiã ex hoc quod Adam peccauit, igitur priuatio non est peccatum, aliter Deus fuisset causa peccati. Propterea obseruandum est, quod in iustitia originali tria inueniebantur, primum ipsum donum, secundum subiectio mentis ad Deum, tertio rectitudo virium inferiorũ ad rationem, & corporis ad animã, licet enim priuatio illius doni sit effectus peccati, tamen priuatio illius rectitudinis, & subiectionis ad Deum non est effectus peccati Adam, sed ratio formalis ipsius.

Sexta conclusio. Peccatum originale est inordinata conuersio ad bonum commutabile habitualiter deriuata à primo peccato Adæ, elicitur hęc cõclusio ex Diuo Thoma vbi supra. & ratio huius est, quia illud peccatum fuit peccatum cõmissionis, ergo inordinata cõuersio ad aliquod obiectũ quod autem habitualitet maneat in nobis patet, quia hoc est commune omnibus peccatis, quod actus ipse pertransijt, & homo manet cõuersus ad bonum commutabile; quod sit deriuata in nos à primo peccato patet ex hoc, quia in Adam illud quod fuit actuale, in nobis traducitur per originem. Circa quam conclusionem nota, quod sicut iustitia nostra habita in baptismate est participatio iustitiæ, quæ est in Christo, ita peccatum originale nobis inhęrens est participatio quædam illius primæ inobedientiæ, vnde sicut naturam à primo parente participamus, ita & maculam ab illo deriuatam habemus.

Septima cõclusio. Peccatum originale est quidã habitus corruptus, scribitur hęc à S.Thoma vbi supra. & ratio huius est, quia sicuti se habet priuatio sanitatis in corpore male affecto, & inordinate disposito, ita priuatio sanitatis in anima, sed sic est quod priuatio sanitatis in corpore ęgro, & languido est quidam habitus corruptus, ergo sic etiam, & peccatum originale, quod est priuatio sanitatis eius est quidam habitus corruptus. Circa quam conclusionem nota, quod peccatum originale nõ est habitus veluti scientia, & virtus, quę est qualitas qua potentia inclinatur ad agendum, nec est habitus acquisitus, vel infusus, aut super additus potentiæ, sed est inordinatio potentiarum, quæ est quasi habitus quidam naturæ, veluti ægritudo, & obliquitas ac deuiatio à lege, & rectitudine: hinc dicitur fomes, languor naturæ, cõcupiscentia, vt vocat ipsum Apostolus, quæ verba exponit Concilium Tridentinum sic, hanc concupiscentiam quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta syno. declarat Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari quod vere, & proprie in renatis peccatũ sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinet, si quis autem contrarium senserit anathema sit.

q.83. art.2. — Sess.5.

Octaua conclusio. Peccatum originale in omnibus hominibus est vnum specie, in vno vero homine dicitur vnum numero, hãc docet S.Thomas vbi supra. & ratio buius est, quia sicuti se habet ęgritudo corporalis, ita ægritudo spiritualis, sed ægritudo corporalis causata ex abundantia calidi, frigidi vel ex læsione pulmonis, aut hepatis est vna secundum speciem in diuersis corporibus humanis ratione causæ, in vno autem corpore humano est vna numero ratione subiecti, igitur hæc ęgritudo, & infirmitas spiritualis est vna specie ratione causę puta Adam, qui est primus homo, & est vna numero ratione subiecti in quolibet homine. Circa quã conclusionem nota, quòd causa huius corruptæ dispositionis dicitur vna tantum, videlicet priuatio originalis iustitię, per quã sublata est subiectio humanæ naturæ ad Deum, & causa huius sublationis fuit ab ipso Deo, & ab ipsa natura humana, à Deo quia amplius eam non influit, à natura humana, tanquàm à ponente obicem, & obstaculum tali iustitiæ, vel saltem à principio naturæ scilicet Adam, & huiuscemodi sublatio, & subtractio originalis iustitiæ cum ipsa concupiscentia dicitur peccatum per modum vnitatis, quia est vnum specie, aliquando per modum pluralitatis, quia sunt plura numero, ratione subiectorum in quibus reperiuntur, vel quia in ipso peccato originali virtualiter continentur omnia alia peccata, vel quia sancta scriptura multoties vtitur plurali pro singulari, iuxta illud defuncti sunt qui quærebant animam pueri.

q.83. a.2.

Nona conclusio. Peccatum originale æqualiter reperitur in omnibus hominibus, scribitur hæc cõclusio à S.Th. vbi supra, & ratio huius est, quia peccatum originale est peccatum naturæ, sed natura æqualiter est in omnibus, igitur & peccatum originale æqualiter etiam in omnibus reperitur. Circa

quam

quam nota, quòd nedum conclusio hæc debet intelligi respectu naturæ, sed etiam respectu iustitiæ originalis, quæ ex omni parte ablata est æqualiter ab hominibus, respectu etiam pœnæ, quæ etiam est æqualis in omnibus, nempe carētia diuinę visionis, & hæc est doctrina B. Augustini in Enchi. hanc etiā conclusionem docuit Innocentius in capitulo maiores de Baptismo, & eius effectu. (Cap.93.)

Decima conclusio. Peccatum originale in nobis est voluntarium non voluntate propria, sed voluntate capitis. s. primi hominis, scribitur hęc à Diuo Thoma prima secundę, & ratio huius est, quia omnes nos descendentes ab Adam, eramus, sicut membra corporis respectu capitis, sed actus membrorū non sunt voluntarij, nisi volūtate animæ, primo mouentis ipsa, igitur & actus nostri dicuntur voluntarij ratione primi parentis, à quo suscepimus naturam. circa quam conclusionē nota, quod S. Thom. tribus exemplis vtitur ad declarandam ipsam, quorum primum est, in ciuilibus eramus. n. nos sicut singuli Ciues, qui transtulerunt voluntatē propriā in voluntatem vnius principalis, & quod dicebatur facere ille principalis, dicebantur facere omnes illi ciues, sic etiam & nos respectu ipsius Adæ: secundū exemplum est de membris corporis respectu ipsius capitis, tertium est exemplum logicum sumptū ex Porphyrio, quod ex participatione vnius speciei plures homines sunt vnus homo. quæ tria exempla impugnat Catherinus in opusculo de peccato originali, sed impugnatio sua nulla est, vt est videre apud Hieronymum de la Rua Doctorē Tholetanū in suis controuersijs. (q.81. art.1.) (Cōtrouer. secunda.)

Ex cōclusionibus istis poteris de facili excludere omnes errores de peccato originali, & primo errorem Pelagij, qui dicebat peccatū originale nil aliud esse, nisi solum imitationem transgresionis Adæ, quem errorem secuti sunt nonnulli vt fuit Abaiclardus, vt notat Sistus Senen. lib. 6. bibliothecæ, & Marcus Anacoreta etiam secutus est illum errorem, vt notat Frācîscus Turrianus in Epistola de distinitione propria peccati originalis. potes etiā secundo animaduertere errorem Origenis lib. 1. Periarchon, qui dixit peccatū originale esse peccatum commissum ab anima sua voluntate ante hāc vitam. animaduerte etiam tertio errorem Cornelij Agrippę, qui dixit peccatum primorum parentum fuisse luxuriam, quia ipsi statim erubuerunt, & fecerunt sibi folia ficus: excludendus etiam est quarto error Matthię Flacci illirici, qui dixit peccatum originale esse quādam formam substantialem naturę hominis superadditā, vt refert etiā Franciscus Turrianus, vbi supra: excludēdus etiam est quinto error Lutherij, qui voluit peccatum originale esse ipsam cōcupiscentiā carnis, seu fomitem, quē errorem anathematizat Concilium Tridentinum. sic et & sexto fugienda est sententia, quam docuit Albertus Pynghius Campēsis, & Ambrosius Catherinus in opusculo de peccato Originali, quia voluerūt, nos denominari peccatores à primo peccato Adæ per extrinsecā denominationem. septimo animaduertenda est sententia Durandi in pręsenti loco, vbi asserit peccatum originale secundū sui essentiā esse quādam indignitatem habendi iustitiā originalē. (Sess.5.) (Quæst.3.)

Octauo fugienda est opinio Gregorij Ariminensis, Gabrielis, & Enrici, qui dixerunt peccatum ori- A ginale fuisse qualitatem quādam inherentem animæ prouenietē ex morbida qualitate carnis. nono vitanda ēt est snia Scoti, & omnium eius discipulorum, qui voluerunt, peccatum originale esse priuationē quādam, & decepti sunt, quia in ipso peccato originis sunt multa, nempe ratio defectus, secūdo ratio mali, quia ibi est defectus boni debiti, tertio ratio peccati, quia ille defectus deordinat à fine, quarto ratio culpæ, quia talis defectus est voluntarius, quinto ratio meriti, & demeriti, & dignitatis, & quia aliqui istorum defectuū possunt esse à Deo, tanquàm à cā non influente, & possunt esse ab anima, tanquā à cā ponente obstaculum. postremo fu B gienda est opinio Michaelis Doctoris Louaniēsis, qui dixit peccatū originale esse amorē terrenorū, & sequenda est doctrina posita in conclusionibus, quod peccatum originale dicit conuersionem habitualem ad obiectum indebitum, cui conuersioni est cōiuncta priuatio iustitiæ originalis, & huiuscemodi cōuersio fuit actualis in Adamo, in nobis vero est habitualis, quæ in se claudit concupiscentiā, tanquā materiale, per quam concupiscentiam intelligimus non solum inordinationem appetitus sensitiui, sed etiam inordinationem volūtatis; claudit quoque tāquam formale priuationem iustitiæ originalis, quæ priuatio non est formalis, quæ est nega C tio in subiecto Aptonato, vt cęcitas, & tenebra, sed dicitur priuatio causalis, quæ causat eam negationem, sicut recessus solis causa dicitur priuationis luminis, quæ causat negationem luminis: & sic intelligit S. Thomas, quod formale in peccato originali est priuatio iustitiæ originalis, non priuatio. s. formalis, sed causalis. & vbicunque Capreolus, Ferrariensis, & Caietanus ita loquuntur, intelligendi sunt de priuatione causali, & non formali. & sic habes in peccato originali hæc tria principaliter reperiri, conuersio habitualis ad bonum commutabile, priuatio causalis iustitiæ originalis, & concupiscentia ipsa: vnde baptizatus cum transfundat na D turam humanam conuersam ad bonū cōmutabile in filios suos trāsfundit naturam cum peccato originali, licet ipse sit baptizatus, & careat peccato originali. de quo negotio, si latius vis videre, lege Diuum Thomam vbi supra, & Frāciscum Turrianum, & Hieronymum de la Rua in propria materia de peccato originali.

DISTINCTIO XXXI.

In præsenti distinctione disputant Theologi de quibusdam conditionibus peccati originalis, postquām superius ostensum est, peccatum ori- E ginale fuisse, & quid nam fuerit, pro cuius explicatione sit prima conclusio talis: caro ipsa non potest esse subiectū peccati originalis, ponitur hæc à S. Thoma prima secundæ ratio huius est, quia idem est subiectū virtutis, & vitij, siue peccati, sed caro non potest esse subiectum virtutis, vt docet Apostolus ad Romanos, non habitat in me, hoc est in carne mea bonum, igitur caro non potest esse subiectum peccati originalis, maior patet, quia virtus, & vitium, siue peccatum sunt contraria, & contraria habent fieri circa idem, igitur vera maior, circa quam conclusionem nota, quod licet ad carnem etiam perueniat peccatum origi- (q.83. art.1.) (Cap.7.)

nale ex corruptione primi peccati, illud tamen non habet rationem culpæ, sed tantummodo pœnæ.

Secunda conclusio. Peccatum originale dicitur esse in semine corporali, tanquam in causa instrumentali, ponitur hæc conclusio à Sancto Thoma, vbi supra, & ratio est, quia natura humana traducitur in posteros per semen corporale, tanquam per causam instrumentalem, sed cum natura humana traducitur etiam peccatum originis, igitur conclusio vera. circa quam nota, quod dupliciter potest esse aliquid in aliquo, vno modo tanquam in causa principali, alio modo tanquam in causa instrumentali, primo modo peccatum originis fuit in ipso Adam, tanquam in stipite, & capite omniũ,
Cap. 5. iuxta illud Apostoli ad Romanos, in quo omnes peccauerunt, secũdo vero modo dicitur esse in virtute seminis, vt dictum est.

Tertia conclusio. Peccatum originis tanquam in subiecto reperitur solummodo in anima, & ratio huius est, quia illud dicitur esse proprie subiectum peccati, quod est subiectum culpæ, sed solummodo anima est subiectum culpæ, igitur solummodo anima dicitur esse subiectum peccati. circa quam conclusionem nota, quod anima ipsa rationalis ex sua creatione nõ potest dici inquinata peccato originis, sed tãtummodo ex infusione ad corpus, cui infunditur, sed nullo modo habito respectu ad Deum infundentem, quia ipse non est causa peccati, quandoquidem in semine paterno est quædam virtus intentionalis traductiua defectum in carne, & in anima prolis, in carne quidem eum ratione pœnæ, in anima vero, cum ratione culpæ, & pœnæ, & reatus pœnæ æternæ, & quando dicitur à Theologis, quod caro inficit animam, intelligitur non de carne cui propriè vnitur anima, sed de carne patris, vel de semine carnali.

Quarta conclusio. Peccatum originis primo & principaliter est in essentia ipsius animæ, secũdario
Art. 2. vero in potentijs, hanc docet Sanctus Thomas prima secundæ, vbi supra, & ratio huius est, quia peccatum originis est peccatum naturale, sed anima est forma, & natura corporis secundum essentiam suam, & non secundum potentias, igitur anima est subiectum peccati originis principaliter secũdum suam essentiam. circa quam conclusionẽ obseruan-
Dis. 32. q. 1 dum est, quod sunt multæ sentẽtiæ doctorum, Scotus namque in præsenti loco docet, & cum ipso omnes sui sequaces præsertim Frãciscus Lichetus peccatũ originis primo, & principaliter reperiri in voluntate, quia peccatum essentialiter dicitur esse vo-
Quæst. 3. lũtarium, Durandus vero in hoc etiam loco ponit peccatum originis reperiri in appetitu sensitiuo, sententia tamen Sancti Thomæ est explicata in conclusione, quæ non est de fide, sed est probabilior alijs, quia nasci in peccato originis est nasci filium Adæ per actiuam generationem, filiatio autem nõ refertur ad potentiam, sed ad essentiam ipsius animæ, & ideo probabilior est opinio S. Thomæ. nec valet illud, quod dicebat Scotus, peccatũ originis esse voluntarium, quia illud tenet in Adam, à quo cõmissum fuit propria voluntate, & ideo in eo fuit actuale, nos autem commisimus illud voluntate aliena, vnde quemadmodum gratia constituit animam in esse supernaturale, & ex ea deinde proueniunt habitus operatiui, qui sunt in potentijs, ita

A peccatum originis constituit hominem in esse filij iræ, & inimici per essentiam, deinde operatiuè reperitur in potentijs.

Sexta conclusio. Peccatum originis ex ea parte, qua inclinat ad peccandum præcipuè pertinet ad voluntatem: scribitur hæc conclusio à Sãcto Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia inclinatio ad peccandum est quasi prima operatio, sed ad voluntatẽ spectat primo operari, & mouere alias potentias, igitur conclusio vera: circa quam nota, quod in infectione peccati originalis duo sunt consideranda, primo quidem inhærentia eius ad subiectũ, & secundũ hoc primo respicit essentiã animæ, dein

B de oportet cõsiderare inclinationẽ eius ad actũ, & hoc modo respicit potẽtias animæ, oportet ergo, quod illam per prius respiciat, quæ primam inclinationem habet ad peccandum, hęc autem est voluntas: vnde peccatum originale per prius respicit voluntatem, sicuti etiã iustitia originalis per prius respiciebat volũtatem, cuius erat rectitudo, & hęc est sententia nedum S. Thomæ, sed etiam B. Anselmi Cap. 3.
in libro de conceptu originali.

Septima cõclusio. Potẽtia generatiua, & vis concupiscibilis, & sensus tactus sunt magis infectæ quã aliæ potentiæ animæ per peccatum originis, est San Art. 4.
cti Thomæ vbi supra, & ratio huius est, quia corru-

C ptio originalis transfunditur in posteros per actũ generationis, sed potentia generatiua continet delectationem tactus, & habet maximam cõcupiscentiam, igitur in his tribus magis apparet peccatum originis. in potentia generatiua, in tactu, & in concupiscibili. circa quam conclusionem attendendũ est, quod propter istam apparentiam prolapsus est in errorem Cornelius Agrippa, qui voluit peccatũ originis fuisse luxuriam, & deceptus est valde, cum expresse loquutus fuerit contra scripturam, vt dictum supra, & hæc cõclusio est B. Augustini 14. lib. Cap. 6.
de Ciuitate Dei, vbi dicit, quod infectio originalis culpæ maximè apparet in motu genitalium mem-

D brorum, quę rationi nõ subditur, hæc autem membra genitalia deseruiunt virtuti generatiuæ in commistione sexuum, quæ est delectatio secundum tactum, quæ maxime concupiscentiã mouet, vnde patet infectionem huiusmodi peccati maximè pertinere ad huiuscemodi potentias supradictas.

Octaua conclusio. Pęna huius peccati originis est annihilatio de rigore iustitiæ, hãc docet S. Tho- Dis. 46. q. 4.
mas in hoc lib. & ratio huius est, quia non minus art. 4.
quis meretur priuari beneficio essendi à Deo, quã ab homine propter aliquod peccatum, sed constat ab homine iustè priuari aliquem ipso esse, igitur à Deo etiam meremur priuari esse propter peccatũ

E à nobis commissum contra eum, minor patet, quia iustitia humana annihilat hominem suspendendo ipsum propter peccatum aliquod, puta homicidij, aut furti, quia suspendẽdo hominem incineratur, dispergitur cinis, & sic quantum ad ea spectat, annihilat per accidens namque est ad humanam iustitiam, quod remaneat materia, & anima separata, igitur multo iustius potest priuari peccator ipso esse totaliter, quod non ab habẽte, sed ipso Deo gratioso beneficio suscepit, & conseruatur.

Nona cõclusio. Peccatũ originis consideratum sub statuto ordine diuinæ iustitiæ nõ meret pœnã annihilationis. hæc conclusio elicitur ex Sãctus Tho-

Thoma vbi ſupra, & ratio hnius eſt, quia pœna annihilationis repugnat pœnæ perpetuitatis, ſed Deus pro peccato ſecundum ſuam iuſtitiam ſtatuit dare, & inferre pœnam perpetuitatis, iuxta legem ſuam, vt habetur Matthæi, *Cap.25.* Ibunt hi in ſupplicium æternum, igitur concluſio vera. circa quam attende, quod peccatum quantum eſt ex parte ſui, cum per ipſum auertatur creatura ab incommutabili bono, auſert à Deo diuinitatem ſuam, quæ ſibi debetur, quod ſit omnium finis vltimus, & per conuerſionem confert diuinam proprietatem bono commutabili, & ideo tanquam reus læſæ maieſtatis ipſe peccator incurrit reatum annihilationis ex ſuo demerito, ſed conuenientia diuinæ iuſtitię, quæ punit citra condignum non dat reatum annihilationis.

Decima concluſio. Pueri per peccatum originis puniuntur ſolummodo pœna damni, quæ eſt carentia diuinæ gloriæ, & viſionis, hæc concluſio eſt Sancti Thomæ vbi ſupra, & ratio huius eſt, quia vt *Cap.18.* ſcribitur in Apocalipſi, quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum, ſed pueri non ſe glorificauerunt in illo antiquo peccato, ergo non habent pœnam ſenſus, ſed tantum pœnam damni. circa quam concluſionem nota, quod ſunt variæ ſententiæ Theologorum, quarum *Cap.28.* prima attribuitur Diuo Auguſtino libro de fide C ad Petrum, vbi dicit, infantes ſine baptiſmate decedentes ignis æterni ſempiterno ſupplicio eſſe puniendos, ſecunda oppoſitio eſt, quod pœna infantium eſt, quod non eruciantur igne, ſed tantum triſtantur, tertia opinio eſt, quæ vult infantes ipſos non propriè puniri, nec pœna ſenſus, nec pœna damni. ſed relictis omnibus his concluſio Sancti Thomæ eſt ſequenda, & exponendum eſt dictum Auguſtini, qui per ignem gehennam, & tormenta nihil aliud ſignificare voluit, quam priuationem *Quæſt.83.* diuinæ gloriæ de quibus omnibus lege Caietanũ in expoſitione primæ, & ſecundæ, & Bartholomæũ Medinæ doctorẽ Hiſpanum, quia hęc vltima con- D cluſio videtur eſſe definita in cap. maiores de baptiſmo, & eius effectu, vbi dicitur, quod pœna peccati originalis eſt diuinæ viſionis carentia, actualis vero peccati pœna eſt tormentum ignis ęterni.

DISTINCTIO XXXII.

IN hac diſtinctione diſputatur à Magiſtro ſententiarum, quomodo peccatum originis dimittitur renatis per baptiſmum, & pro explicatione huius negotij ſit prima concluſio talis, culpa originalis peccati tollitur per ſacramentum baptiſmi, *q.69. art.1.* ponitur hęc à Sancto Thoma in tertia parte ſum- E mæ ſuæ Theologiæ, & ratio eſt, quia per baptiſmũ tollitur omne illud, quod ſpectat ad priſtinam vetuſtatem, ſed peccatum ſpectat ad priſtinam vetuſtatem, igitur concluſio vera. circa quam concluſionem notãdum eſt, quod dicit Apoſtolus ad Ro- *Cap.6.* manos Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, & deinde concludit ita, & vos exiſtimate mortuos quidem eſſe peccato, viuẽtes autem Deo in Chriſto Ieſu, & hęc vita conſiſtit in hoc, quod per baptiſmum cõfertur gratia, cuius virtute infectio peccati originalis tollitur ab homine, quæ ex natura in perſonam diſſol- A uebatur, & ſecundum hoc anima purgitur à macula culpæ, & per conſequens ſoluitur reatus culpæ, ſed illa diſpoſitio ad malum, quæ dicitur fomes, & concupiſcentia non ex toto tollitur, quia ſequitur conditionem naturæ, baptiſmũ autem non purgat naturam, niſi quãtum pertinet ad infectionem perſonę, & ideo illa diſpoſitio ex toto non tollitur vſque ad ſtatum beatitudinis, in quo natura ipſa perfectè curabitur.

Secunda concluſio. Peccatum originis non ſequitur naturam humanam abſolutè, ſed deriuatã ab Adam ſecundum ſeminalem rationem, elicitur hęc cõcluſio ex D. Thoma prima ſecundæ, & ratio *q.81. art.4.* B huius eſt, quia ſoli filij Adę dicuntur contrahere peccatum originale, ſed habens naturam humanã aliunde, quam ab ipſo Adam non diceretur eius filius, igitur cõcluſio vera. Circa quam nota, quod ſi quis naſceretur nõ per ſeminalem rationem, ſed tantum ſecundum corpulentam ſubſtantiam, hic talis non haberet peccatum originalem, ſicut de facto eſt de Chriſto, qui fuit in Adam ſecundum ſubſtantiam corpoream deriuatam ab Adam, ſed non fuit formatus virtute ſeminis, ſed myſtico ſpiramine, propterea non contraxit peccatum originale.

Tertia concluſio. Baptizatus, & carens peccato originali generat tamen filium ſubditum peccato C originis, habetur hæc concluſio à Sancto Thoma vbi ſupra, & ratio huius eſt, quia baptizatus non generat quatenus Dei Filius, ſed quatenus ſęculi filius, ſed homo per baptiſmum efficitur Filius Dei, igitur ſi generat, generabit Filium cum peccato originali. vbi nota, circa iſtam concluſionem, quod ſolet diſſolui illud argumentum, nullus dat quod non habet, ſed pater baptizatus non habet peccatum originale, ergo non poteſt transfundere illud in Filium ſuum, hanc difficultatem ſoluit Auguſtinus libro tertio de meritis peccatorum, *Cap.2.* dicens, quod habens naturam, quam ab Adam vitiatam ſuſcepit illam transfundit: quibus verbis D habemus, quod pater baptizatus non transfundit perſonam, ſed naturam, quemadmodum Iudęus circumciſus generabat Filium incircumciſum, & ratio eſt, quia circumciſio erat perſonalis, incircumciſio verò erat totius naturæ, videmus etiam in naturalibus, quod triticum excuſſum palea producit triticum paleam veſtitum, ſic etiam dicimus modo non eſſe inconueniens, patrem baptizatum non habere peccatum, & generare Filium cum peccato originali.

Quarta concluſio. Per peccatum originale diminuitur bonum naturæ, quod eſt inclinatio hominis ad virtutem: ſcribit hanc Sanctus Tho- *q.85. art.1.* E mas prima ſecundæ, & ratio huius eſt, quia quando ſunt duo contraria, quorum vnum inclinatur ad vnum contrariorum, alterum vero ad aliud, diminuitur alterum ipſorum, ſed inclinatio hominis ad virtutem, & inclinatio eiuſdem ad vitium ſunt contraria, & per actum peccati inclinatur quis ad ſimiles actus peccati, igitur concluſio vera. pro cuius intellectu ſciendum eſt, quod bonum humanæ naturæ tripliciter conſiderari poteſt, primo pro ipſis principijs naturę, ex quibus natura ipſa conſtituitur, & proprietates cauſatæ ex his; ſecundo, quia homo habet à natura ipſa inclinationem ad virtutem, & ipſa inclinatio

A fui ipsius importat rationem finis, qui dicitur mouere metaphoricè, & ꝓpterea hoc ita dicitur, quia bonum, & pulchrum dicuntur esse idem subiecto, & differunt ratione.

Art.5. Tertia cóclusio. Ratio boni consistit in modo, specie, & ordine, ponitur hæc à S.Tho. vbi supra, & ratio huius est, quia modus pertinet ad commensurationem principiorum materialiũ, siue efficientium, species pertinet ad ipsam formam, ordo verò ad inclinationem in finem, sed quodlibet bonum habet hęc tria, igitur conclusio vera. Circa quam conclusionem, aduerte, quod est intelligenda de bono creato, quia bonum diuinum non habet modum, neque mensuram, & intelligenda etiam venit B de bono, vt quod, quod est bonum existens, & non de bono, vt quo, aliquid est bonum, alias esset processus in infinitum, & hæc conclusio est Beati Augustini in libro de natura boni, vbi dicit hęc tria modus, species, & ordo, tãquã generalia bona sunt in rebus à Deo factis, & ita hæc tria, vbi magna sũt magna bona sunt, vbi parua, parua bona sunt, vbi nulla, nullum bonum est, quibus verbis ostendit rationem boni creati consistere in his tribus. Cap.2.

Art.6. Quarta cóclusio. Ratio boni conuenientissimè diuiditur per bonũ honestum vtile, & delectabile, scribitur, & hæc conclusio à D.Tho. vbi supra, & ratio huius est, quia motus appetitus ꝓportionatur C motui corporis naturalis, sed motus corporis naturalis habet duplicem terminũ, alterũ simpliciter, alterũ secundũ quid, terminus simpliciter dr̃ honestus, & delectabilis, terminus secundum quid dicitur vtilis, igitur sic erit de motu appetitus circa bonum. Circa quam conclusionem nota, quod est nõ per oppositas res, sed per oppositas rationes formales, & est diuisio nõ vniuoca, sed analoga secundum prius, & posterius, quia terminus motus appetitus potest esse medium per quod tẽditur in vlteriorẽ terminũ, & tale mediũ vocatur bonũ vtile, vltimus verò terminus dupliciter consideratur, vno modo vt est res quædam, & sic dicitur bonũ hone-D stũ. alio modo, vt facit quietẽ, & sic dicitur bonum delectabile verbi gratia virtutes, seu religio, quę sunt media tẽdendi ad beatitudinem dicuntur bonum vtile, beatitudo verò ipsa, vt est res quædã acquisita à beatis, dicitur bonum honestum, vt verò quietat ipsos dicitur bonum delectabile.

q.6.art.3. Quinta concl. Deus est bonus per essentiam, scribitur hęc conclusio à D.Tho. vbi supra, & rõ huius est, quia vnumquodq; dicitur bonũ secũdũ quod est perfectũ, sed solus Deus est perfectus per essentiã, igitur solus Deus est bonus per essentiam, circa quã cõclusionẽ animaduerte, quod est triplex perfectio, prima quidẽ per quã res constituitur in suo E esse, secunda, per quam ordinatur ad operandum per quædam accidentia, quæ ei superadduntur, tertia verò est perfectior, per quam consequitur, & attingit suum vltimum finẽ, verbi gratia, ignis habet suam perfectionẽ, quæ est forma substantialis, per quã constituitur in suo esse, deinde habet aliã perfectionem, quæ consistit in operando, & hæc per caliditatem, siccitatẽ, & leuitatẽ, habet & postremo vltimã perfectionẽ, per quã quiescit in loco proprio, & hæc triplex perfectio soli Deo cõuenit per suam essentiam, & idẽtificatur cum ipso Deo, & veritas huius conclusionis fundatur super verbis, quæ habentur apud Mattheum, Nemo bonus, nisi Deus.

Sexta conclu. Vnumquodq; dicitur bonũ bonitate diuina, sicut principio primo exemplari effectiuo, & finali, scribitur, & hæc apud S.Tho. vbi supra, & ratio huius est, quia Deus dicitur esse prima causa exẽplaris, effectiua, & finalis, sed omne aliud ab ipso Deo habet esse ab ipso, igitur & bonitatẽ, & omnem aliam perfectionem iuxta illud Pauli, ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia. Circa quã conclusionem nota, quod est Beati Augustini lib. 8. de Trinitate, vbi dicit, bonum hoc, & bonum illud, tolle hoc, & tolle illud, & vide ipsum bonum, si potest, & ita Deum videbis, non alio bono bonum, sed bonum omnis boni, quibus verbis expressè docet entia creata esse bona diuina bonitate, sed assensu supradicto. Cap.19. Art.4. Ad Roma. c.11. Cap.3.

Septima cócl. Vnumquodq; dicitur bonum similitudine diuinæ bonitatis sibi inhęrẽte, quæ est formaliter sua bonitas, denominans ipsum, scribit hæc conclusio vbi supra, & ratio huius est, quia omnia sunt bona inquantũ sunt, sed non dicuntur omnia entia nisi per proprium esse, igitur vnũquodq; & omnia entia dicũtur esse bona bonitate ꝓpria. Vbi nota, quod hæc conclusio ponitur contra Martinum Lutherum qui docuit, homines esse bonos, & iustos nõ bonitate propria, & intrinseca, ac inhærente, sed solum bonitate, & iustitia extrinseca, qui error cõdemnatus est in Concilio Tridentino, vbi dicitur si quis dixerit homines iustificari sola imputatione iustitiæ Christi, exclusa gratia, quæ inhæreat illis, anathema sit. Sess.6.

Octaua concl. Bonũ in sua ratione formali dicit respectũ rationis, & non est merè absolutũ, docet hanc S.Tho. in disputatis de veritate, & ratio huius est, quia illud, quod includit rõnem mentis, nec est illi sinonimum, & differt ab eo secundum rõnem, nec addit illi aliquid ab eo diuersum, nec differentiam cõtrahentem, nec solam negationem, dicitur addere respectu supra ipsum ens, sed bonũ est huiusmodi, igitur conclusio vera. Circa quam nota quod ponitur contra Ioannem de Bassolis, & Franciscum Lichetum, & cęteros discipulos Scoti, qui non valentes intelligere hanc conclusionem, volũt ipsum bonũ, esse mere absolutũ, & nõ includere in sui rõne aliquem respectũ, & relationem rationis. q.21. art 1. Distin.34.

Nona concl. Appetibilitas, siue respectus ad appetitũ dicitur includi informali rõne boni, scribit hæc conclusio à S.Tho. p.p. & ratio huius est, quia illud, quod ponitur in diffinitione alicuius est de rõne illius, sed appetibilitas ponitur in diffinitione boni, igitur est de ratione boni. Circa quã conclusionẽ nota, quod sunt diuersę sñiæ Theologorũ etiã inter Thomistas, dũ aliquid volunt de mente S.Tho. ipsum bonũ dicere formaliter relationẽ ad appetitũ, vt est Capreolus hic, doctores verò Hispani dicunt oppositũ quod bonũ non significat relationẽ, sed perfectionẽ absolutã, ad quã tñ sequitur ratio appetibilis. tu tamẽ sequere opinionẽ Caiet. qui dicit, quod appetibile dupliciter capitur formaliter, & radicaliter, & hoc secũdo modo bonum habet ꝓ intrinseca rõne ipsam appetibilitatẽ: licet conclusio posita iuxta mẽtẽ Capreoli de facili etiã defendatur cõtra Durãdũ in pręsenti libro, vbi disputat nũm ratio boni sit absoluta, vel respectiua. q.5. art.1. Quæst.1.

Decima conclu. Bonum conuertitur cum ente

nec est inferius aut superius ad ens, scribitur hęc in disputatis de veritate, & ratio huius est, quia illa conuertuntur, quorum vtrumq; de altero vniuersaliter pr̨edicatur, sed ens, & bonũ sunt huiusmodi, quia omne ens est bonum cum habeat aliquid appetibile, saltem suum proprium esse, & rursum omne bonum est ens, cum ens in ratione boni includatur, igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod ponitur, & disputatur cõtra Durandum, qui vult in præsenti loco ens & bonum differre ratione reali, & non rationis, & deceptus est valde, vt ostendit Capreolus in solutione suorum argumentorũ. (q.21. art.1.) (Quæst.1.)

DISTINCTIO XXXV.

Disputatur in præsenti distinctione de peccato quantum ad eius quidditatem, & naturam num sit entitas positiua, vel priuatiua, & quia peccatum est quoddam malum, hinc primo de malo differẽdum est, pro cuius explicatione sit prima conclusio talis. Malum duplex est cõcretiuè & abstractiue, elicitur hæc propositio ex D. Tho. in disputatis de malo, & ratio huius est, quia malũ se habet veluti albũ & nigrum, & cætera nomina concreta, sed talia nomina dupliciter accipi possunt. s. concretiue, & abstractiue, igitur, & hoc nomen malum. Sed nota hic, quod malum concretiue duo concernit. s. substratum, quod est res illa quæ denominatur mala, puta homo malus, vel anima mala, aut actio mala, & cõnotatum, quod dicitur esse ipsa malitia, à qua homo peccator dicitur malus; malum abstractiuè dicit solum connotatum, & vocatur malitia, sicut albedo dicitur quoddam abstractum, & significat puram albedinem de qua dicitur, quod paries est albus albedine. (Quæst.1.)

Secunda cõclusiõ. Malum sumptum formaliter, & abstractiuè non est natura positiua, sed pura priuatio, hanc docet Sanctus Thomas vbi supra, & ratio huius est, quia illud, quod prouenit à primo, & vniuersali bono, non potest esse nisi bonũ, sed omnis entitas citra Deum prouenit à primo, & vniuersali bono, igitur erit quoddam bonum particulare, & sic nõ erit malum abstractiuè. Circa hanc conclusionem nota, quod Augustinus in libro de hæresibus dicit quod oppositum huius conclusionis tenuerunt Gnostici, & Cerdon, & Manicheus, qui posuerunt aliquas creaturas esse ex se malas, ex consequenti dicebant malum, non esse purã priuationem, sed esse aliquam naturam positiuam, & est error maximus, vt pluribus locis docet beatus Augustinus, & Diuus Anselmus in libro de casu Diabolo, & Ioannes Damascenus 3. lib. fidei orthodoxæ, & communiter hic error nominatur hęresis Manicheorum, motiua quibus isti mouebantur, recitantur à Gregorio Ariminensi, & soluũtur hic à Capr. (Art.1.) (Cap.41.)

Tertia conclu. Nullum malum habet per se causam, sed tantum per accidens, quæ est aliquod bonum, scribitur hæc p.p. & ratio huius est, quia omnis effectus procedens ex causa aliud principaliter intendente per accidens se habet ad illam causam, sed malũ est huiusmodi respectu boni, igitur concl. vera. Circa quam nota, quod causa per accidẽs est multiplex, nam aliqua est, quæ nec positiuè, nec priuatiuè facit aliquid ad effectum, sicuti musicus respectu domus, alia est, quæ priuatiuè confert (q.49. art.1.)

A aliquid effectui producto, vt est remouens columnam ex qua sequitur ruina alicuius domus, tertia est, quæ positiuè confert effectui, sed pręter intentum, vt fodiens Thesaurum, est causa inuentionis thesauri, quarta est, quæ producit aliquem effectũ per se, cui coniungitur aliquid aliud, sicut domificator est causa domus per se, & albedinis eius per accidens, bonum dicitur esse causa per accidens ipsius mali tertio modo.

Quarta conclusio. Malum acceptum purè abstractiuè non habet causam positiuam, neque efficientem, scribitur hęc à Sancto Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia malum abstractiuè nihil est, sed B eius quod est nihil, non est causa aliqua, igitur conclusio vera, & est beati Augustini in libro super Genesim ad litteram, & super Ioannem exponentis illud, & sine ipso factum est nihil. i. peccatum, quod nihil est, & hęc cõclusio est contra Scotum, qui vult voluntatem esse causam huius malitiæ, & peccati, & contra suos discipulos pręsertim Franciscum Lichetum dicentem voluntatem ipsam esse causam boni actus, & mali, quia ipsa est causa contrariorũ.

Quinta cõclusiõ. Malum non pertinet per se ad ordinem vniuersi, sed per accidens, ponitur hæc à Sancto Thoma prima parte, & ratio huius est, quia illud per accidens facit ad aliquid quod producit C propter intẽtionẽ alicuius alterius, sed sic est quod malum producitur propter bonum cui adiũgitur, igitur non per se, sed per accidens facit ad perfectionẽ vniuersi, & hoc est, quod dicebat August. in Enchiridion, quod ex omnibus cõsistit pulchritudo admirabilis vniuersitatis, in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum, & suo loco positũ eminentius commendat bona. Vbi animaduerte quod per accidens dupliciter esse potest, vno modo ad quem terminatur actio agentis, licet præter eius intentum, sicut est inuentio thesauri; & talis effectus, licet respectu alicuius causæ sit per accidens, tamẽ respectu alterius potest esse per se, alius D est effectus per accidens ad quem non terminatur actio agẽtis, sed dicitur effectus per accidens, quia coniungitur effectui per se, sicuti est de albedine respectu domificatoris; malum nõ est per accidẽs primo modo, sed secundo, quia coniungitur bono, quod est per se productum. (q.48. art.1.)

Sexta conclusio. Malum inuenitur in rebus sicut & corruptio, docet hanc Sanctus Thomas p.p. & ratio huius est, quia perfectio vniuersi requirit inæqualitatem in rebus, vt omnis gradus bonitatis impleatur, sed inæqualitas est, vt sint entia corruptibilia, & incorruptibilia, sed corruptio dicit quoddam malum, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod E in vniuerso sunt multi gradus bonitatis, primus est, qui nunquam deficere potest, vt est Deus optimus Maximus: secũdus est, qui potest deficere ab extrinseco, licet ab intrinseco non deficiat, & hic gradus inuenitur in angelis, in corporibus cęlestibus, & in animabus nostris, hęc enim omnia si non conseruantur à largissima manu Dei, in nihilum redigerentur, tertius gradus bonitatis est in rebus corruptibilibus, quæ ex se deficere possunt, & in istis reperitur ratio mali, quæ in hoc consistit vt aliquid deficiat à bono. (q.49. art.2.)

Septima conclusio. Malum est in bono, sicut in subiecto, scribitur & hęc à Sãcto Thoma vbi supra, (Art.3.)

& ratio

sui ipsius importat rationem finis, qui dicitur mo A uere metaphorice, & ꝓpterea hoc ita dicitur,quia bonum, & pulchrum dicuntur esse idem subiecto, & differunt ratione.

Tertia cóclusio. Ratio boni consistit in modo, Art.5. specie,& ordine,ponitur hæc à S.Tho.vbi supra ;& ratio huius est, quia modus pertinet ad commensurationem principiorum materialiū,siue efficientium,species pertinet ad ipsam formam,ordo verò ad inclinationem in finem, sed quodlibet bonum habet hęc tria, igitur conclusio vera. Circa quam conclusionem, aduerte, quod est intelligenda de bono creato,quia bonum diuinum non habet modum,neque mensuram;& intelligenda etiam venit B de bono,vt quod,quod est bonum existens,& non de bono,vt quo,aliquid est bonum;aliàs esset processus in infinitum, & hæc conclusio est Beati Cap.2. Augustini in libro de natura boni, vbi dicit hęc tria modus,species,& ordo, tāquā generalia bona sunt in rebus à Deo factis, & ita hæc tria, vbi magna sūt magna bona sunt, vbi parua, parua bona sunt, vbi nulla,nullum bonum est,quibus verbis ostendit rationem boni creati consistere in his tribus.

Quarta cóclusio. Ratio boni conuenientissimè diuiditur per bonū honestum vtile, & delectabile, Art.6. scribitur,& hæc conclusio à D.Tho.vbi supra,& ratio huius est, quia motus appetitus ꝓportionatur C motui corporis naturalis, sed motus corporis naturalis habet duplicem terminū,alterū simpliciter, alterū secundū quid,terminus simpliciter dr̄ honestus,& delectabilis, terminus secundum quid dicitur vtilis, igitur sic erit de motu appetitus circa bonum.Circa quam conclusionem nota, quod est nō per oppositas res, sed per oppositas rationes formales,& est diuisio nō vniuoca,sed analoga secundum prius,& posterius,quia terminus motus appetitus potest esse medium per quod tēditur in vlteriorē terminū, & tale mediū vocatur bonū vtile,vltimus verò terminus dupliciter consideratur, vno modo vt est res quædam,& sic dicitur bonū hone- D stū.alio modo,vt facit quietē,& sic dicitur bonum delectabile verbi gratia virtutes, seu religio, quę sunt media tēdendi ad beatitudinem dicuntur bonum vtile, beatitudo verò ipsa;vt est res quædā acquisita à beatis, dicitur bonum honestum, vt verò quietat ipsos dicitur bonum delectabile.

Quinta concl. Deus est bonus per essentiam,scri q.6.art.3. bitur hęc conclusio à D.Tho.vbi supra, & rō huius est, quia vnumquodq; dicitur bonū secūdū quod est perfectū, sed solus Deus est perfectus per essentiā,igitur solus Deus est bonus per essentiam,circa quā cōclusionē animaduerte,quod est triplex perfectio,prima quidē per quā res constituitur in suo E esse, secunda, per quam ordinatur ad operandum per quædam accidentia,quæ ei super addantur,tertia verò est perfectior,per quam consequitur, & attingit suum vltimum finē. verbi gratia, ignis habet suam perfectionē, quæ est forma substantialis, per quā constituitur in suo esse, deinde habet aliā perfectionem,quæ consistit in operando,& hæc per caliditatem,siccitatē,& leuitatē, habet & postremo vltimā perfectionē, per quā quiescit in loco proprio, & hæc triplex perfectio soli Deo cōuenit per suam essentiam, & idētificatur cum ipso Deo, & veritas huius conclusionis fundatur super verbis, quæ habentur apud Mattheum, Nemo bonus,nisi Deus.

Sexta conclu. Vnumquodq; dicitur bonū boni- Cap.19. tate diuina, sicut principio primo exemplari effectiuo,& finali, scribitur, & hæc apud S.Tho. vbi su- Art.4. pra,& ratio huius est, quia Deus dicitur esse prima causa exēplaris, effectiua, & finalis,sed omne aliud ab ipso Deo habet esse ab ipso, igitur & bonitatē, & omnem aliam perfectionem iuxta illud Pauli,ex Ad Roma. c.11. quo omnia,per quem omnia,& in quo omnia. Circa quā conclusionem nota, quod est Beati Augu- Cap.3. stini lib. 8. de Trinitate, vbi dicit,bonum hoc,& bonum illud,tolle hoc,& tolle illud,& vide ipsum bonum,si potest, & ita Deum videbis, non alio bono bonum,sed bonum omnis boni, quibus verbis expressè docet entia creata esse bona diuina bonitate,sed assensu supradicto.

Septima cócl. Vnumquodq; dicitur bonum similitudine diuinæ bonitatis sibi inherēte, quæ est formaliter sua bonitas,denominans ipsum,scribit hæc conclusio vbi supra,& ratio huius est,quia omnia sunt bona inquantū sunt,sed non dicuntur omnia entia nisi per proprium esse, igitur vnūquodq; & omnia entia dicūtur esse bona bonitate ꝓpria. Vbi nota,quod hæc conclusio ponitur contra Martinum Lutherum qui docuit, homines esse bonos, & iustos nō bonitate propria,& intrinseca, ac inhærente,sed solum bonitate,& iustitia extrinseca,qui error cōdemnatus est in Concilio Tridentino, vbi Sess.6. dicitur si quis dixerit homines iustificari sola imputatione iustitiæ Christi, exclusa gratia,quæ inhæreat illis,anathema sit.

Octaua concl. Bonū in sua ratione formali dicit respectū rationis, & non est merè absolutū, docet hanc S.Tho. in disputatis de veritate,& ratio huius q.21. art 1. est,quia illud,quod includit rōnem mentis,nec est illi sinonimum, & differt ab eo secundum rōnem, nec addit illi aliquid ab eo diuersum, nec differentiam cōtrahentem, nec solam negationem,dicitur addere respectu supra ipsum ens, sed bonū est huiusmodi, igitur conclusio vera. Circa quam nota quod ponitur contra Ioannem de Bassolis,& Fran Distin.34. ciscum Lichetum, & cęteros discipulos Scoti, qui non valentes intelligere hanc conclusionem; volūt ipsum bonū,esse mere absolutū, & nō includere in sui rōne aliquem respectū, & relationem rationis.

Nona concl. Appetibilitas, siue respectus ad appetitū dicitur includi in formali rōne boni, scribit hæc conclusio à S.Tho.p.p. & ratio huius est, quia q.5.art.1. illud, quod ponitur in diffinitione alicuius est de rōne illius, sed appetibilitas ponitur in diffinitione boni,igitur est de ratione boni. Circa quā conclusionē nota,quod sunt diuersę snīæ Theologorū etiā inter Thomistas, dū aliquid volunt de mente S.Tho. ipsum bonū dicere formaliter relationē ad appetitū,vt est Capreolus hic, doctores verò Hispani dicunt oppositū quod bonū non significat relationē,sed perfectionē absolutā, ad quā tn̄ sequitur ratio appetibilis. tu tamē sequere opinionē Caiet. qui dicit, quod appetibile dupliciter capitur formaliter,& radicaliter,& hoc secūdo modo bonum habet ꝓ intrinseca rōne ipsam appetibilitatē: licet conclusio posita iuxta mētē Capreoli de facili etiā defendatur cōtra Durādū in pręsenti libro,vbi di- Quæst.1. sputat num ratio boni sit absoluta,vel respectiua.

Decima conclu. Bonum conuertitur cum ente

nec est inferius aut superius ad ens, scribitur hęc in
q.21. art.2. disputatis de veritate, & ratio huius est, quia illa conuertuntur, quorum vtrumq; de altero vniuersaliter prędicatur, sed ens, & bonū sunt huiusmodi, quia omne ens est bonum cum habeat aliquid appetibile, saltem suum proprium esse, & rursum omne bonum est ens, cum ens in ratione boni includatur, igitur conclusio vera. Circa quam nota,
Quæst.2. quod ponitur, & disputatur cōtra Durandum, qui vult in præsenti loco ens & bonum differre ratione reali, & non rationis, & deceptus est valde, vt ostendit Capreolus in solutione suorum argumentorū.

DISTINCTIO XXXV.

Disputatur in præsenti distinctione de peccato quantum ad eius quidditatem, & naturam num sit entitas positiua, vel priuatiua, & quia peccatum est quoddam malum, hinc primo de malo differēdum est, pro cuius explicatione sit prima conclusio talis. Malum duplex est cōcretiuè
Quæst.1. & abstractiue, elicitur hæc propositio ex D. Tho. in disputatis de malo, & ratio huius est, quia malū se habet veluti albū & nigrum, & cætera nomina concreta, sed talia nomina dupliciter accipi possunt. s. concretiue, & abstractiue, igitur, & hoc nomen malum. Sed nota hic, quod malum concretiue duo C concernit. s. substratum, quod est res illa quæ denominatur mala, puta homo malus, vel anima mala, aut actio mala, & cōnotatum, quod dicitur esse ipsa malitia, à qua homo peccator dicitur malus; malum abstractiuè dicit solum connotatum, & vocatur malitia, sicut albedo dicitur quoddam abstractum, & significat puram albedinem de qua dicitur, quod paries est albus albedine.

Secunda cōclusio. Malum sumptum formaliter, & abstractiuè non est natura positiua, sed pura pri-
Art.1. uatio, hanc docet Sanctus Thomas vbi supra, & ratio huius est, quia illud, quod prouenit à primo, & vniuersali bono, non potest esse nisi bonū, sed om- D nis entitas citra Deum prouenit à primo, & vniuersali bono, igitur erit quoddam bonum particulare, & sic nō erit malum abstractiuè. Circa hanc con-
Cap.11. clusionem nota, quod Augustinus in libro de hæresibus dicit quod oppositum huius conclusionis tenuerunt Gnostici, & Cerdon, & Manicheus, qui posuerunt aliquas creaturas esse ex se malas, ex consequenti dicebant malum, non esse purā priuationem, sed esse aliquam naturam positiuam, & est error maximus, vt pluribus locis docet beatus Augustinus, & Diuus Anselmus in libro de casu Diaboli, & Ioannes Damascenus 3. lib. fidei orthodoxæ, & communiter hic error nominatur hæresis Mani- E chæorum, motiua quibus isti mouebantur, recitantur à Gregorio Ariminensi, & soluūtur hic à Capr.

Tertia conclu. Nullum malum habet per se causam, sed tantum per accidens, quæ est aliquod bo-
q.49. art.1. num, scribitur hæc p.p. & ratio huius est, quia omnis effectus procedens ex causa aliud principaliter intendente per accidens se habet ad illam causam, sed malū est huiusmodi respectu boni, igitur conclu. vera. Circa quam nota, quod causa per accidēs est multiplex, nam aliqua est, quæ nec positiuè, nec priuatiuè facit aliquid ad effectum, sicuti musicus respectu domus, alia est, quæ priuatiuè confert aliquid effectui producto, vt est remouens columnam ex qua sequitur ruina alicuius domus, tertia est, quæ positiuè confert effectui, sed præter intentum, vt fodiens Thesaurum, est causa inuentionis thesauri, quarta est, quæ producit aliquem effectū per se, cui coniungitur aliquid aliud, sicut domificator est causa domus per se, & albedinis eius per accidens, bonum dicitur esse causa per accidens ipsius mali tertio modo.

Quarta conclusio. Malum acceptum purè abstractiuè non habet causam positiuam, neque efficientem, scribitur hæc à Sancto Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia malum abstractiuè nihil est, sed B eius quod est nihil, non est causa aliqua, igitur conclusio vera, & est beati Augustini in libro super Genesim ad litteram, & super Ioannem exponentis illud, & sine ipso factum est nihil. i. peccatum, quod nihil est, & hęc cōclusio est contra Scotum, qui vult voluntatem esse causam huius malitiæ, & peccati, & contra suos discipulos præsertim Franciscum Lichetum dicentem voluntatem ipsam esse causam boni actus, & mali, quia ipsa est causa contrariorū.

Quinta cōclusio. Malum non pertinet per se ad ordinem vniuersi, sed per accidens, ponitur hæc à Sancto Thoma prima parte, & ratio huius est, quia q.48. art.1. illud per accidens facit ad aliquid quod producit propter intētionē alicuius alterius, sed sic est quod malum producitur propter bonum cui adiūgitur, igitur non per se, sed per accidens facit ad perfectionē vniuersi, & hoc est, quod dicebat August. in Enchiridion, quod ex omnibus cōsistit pulchritudo admirabilis vniuersitatis, in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum, & suo loco positū eminentius commendat bona. Vbi animaduerte quod per accidens dupliciter esse potest, vno modo ad quem terminatur actio agentis, licet præter eius intentum, sicut est inuentio thesauri, & talis effectus, licet respectu alicuius causæ sit per accidens, tamē respectu alterius potest esse per se, alius est effectus per accidens ad quem non terminatur actio agētis, sed dicitur effectus per accidens, quia coniungitur effectui per se, sicuti est de albedine respectu domificatoris; malum nō est per accidēs primo modo, sed secundo, quia coniungitur bono, quod est per se productum.

Sexta conclusio. Malum inuenitur in rebus sicut & corruptio, docet hanc Sanctus Thomas p.p. & ra q.49. art.2. tio huius est, quia perfectio vniuersi requirit inæqualitatem in rebus, vt omnis gradus bonitatis impleatur, sed inæqualitas est, vt sint entia corruptibilia, & incorruptibilia, sed corruptio dicit quoddam malum, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod in vniuerso sunt multi gradus bonitatis, primus est, qui nunquam deficere potest, vt est Deus optimus Maximus: secūdus est, qui potest deficere ab extrinseco, licet ab intrinseco non deficiat, & hic gradus inuenitur in angelis, in corporibus cęlestibus, & in animabus nostris, hęc enim omnia si non conseruarentur à largißima manu Dei, in nihilum redigerentur, tertius gradus bonitatis est in rebus corruptibilibus, quæ ex se deficere possunt, & in istis reperitur ratio mali, quæ in hoc consistit vt aliquid deficiat à bono.

Septima conclusio. Malum est in bono, sicut in subiecto, scribitur & hęc à Sācto Thoma vbi supra, Art.3. & ratio

& ratio huius est, quia in eo est malũ, quod priuat A aliquo bono, sed natura positiua est illa, quæ priuatur aliquo bono, igitur malum ipsum est in natura positiua, quæ est quoddam bonum, tanquam in subiecto, nam nihil aliud importat malum, nisi absentiam, & remotionem alicuius boni negatiue, vel priuatiue. Vbi nota quod subiectum priuationis, & formæ est vnum, & idem scilicet ens in potentia, siue sit ens in potentia simpliciter, sicut materia prima, quæ est subiectum formæ substantialis, & priuationis oppositæ, siue sit ens in potentia secundum quid, & in actu simpliciter vt corpus diaphonum, quod est subiectum tenebrarum, & lucis, manifestum est autem quod forma, per quam aliquid B est actu, est perfectio quædam, & bonum quoddã & sic omne ens in actu bonum quoddam est, & similiter omne ens in potentia inquantum huiusmodi bonum quoddam etiam est, quia habet ordinẽ ad bonum, sicut enim est ens in potentia, ita etiam erit bonum in potentia: verum, quia non habet illud bonum in actu, remotio illius boni actualiter dicitur esse malum, & fundatur in illo bono in potentia tanquam in subiecto, quia priuatio est negatio in subiecto apto nato.

Octaua conclusio. Malum in quantũ huiusmodi diminuit bonum naturæ, scribitur hęc vbi supra, &
q.48. art.4. ratio huius est, quia illud, quod minuit habilitatẽ C naturę ad virtutem dicitur minuere bonum naturæ, sed malum diminuit hanc habilitatem, igitur cõclusio vera. Circa quam nota, quod huiusmodi diminutio habilitatis, non est per subtractionem partis, sed per remissionem, & quamuis actus, ex quibus remittitur dicta habilitas in infinitum multiplicarentur, eam tamen non auferrent totaliter, quia semper manet in sua radice, & subiecto, quod est ipsa substantia animæ, sicuti inter solem, & aerẽ, si ponerentur infinita obstacula, non auferrent totaliter habilitatem aeris ad lumen, quia remanente substantia actus, semper manet sua habilitas ad lumen.

Nona cõclusio. Malum non potest totaliter consumere totum bonum, scribitur & hæc vbi supra, & ratio huius est, quia malum non potest corrumpere fundamentum habilitatis ad virtutem, igitur malum non aufert, & corrumpit totaliter bonum. Vbi animaduerte quod triplex est habilitas ad bonum, prima est remotissima, & hæc est tam in essentia animę respectu gratiæ, quam in potẽtijs animæ respectu habituum infusorum, alia est habilitas remota, & hęc est per notitiam communem principiorum iuris, & per inclinationem ad bonum, consequentem voluntatem ex tali notitia, & hęc pertinet ad synetesim, vt istæ duæ habilitates sunt om- E nino inextinguibiles, tertia est per habitus super additos, & hęc omnino potest remoueri, & est habilitas subiecti ad actum.

Decima cõclusio. Aliquod bonum totaliter corrumpitur per malum oppositum sibi priuatiuè, scribitur & hęc vbi supra, & ratio huius est, quia duo actus contrarij non possunt esse simul, sed aliquod bonum ipsius naturæ, puta actus temperantiæ totaliter corrumpitur adueniente sibi malo opposito, nempè actu intemperãtiæ, & habitu vitioso, igitur conclusio vera. Circa has conclusiones supradictas considerãda est opinio Durandi in pręsenti libro, & etiam ipsius Scoti, qui in omnibus ferè voluerũt aduersari doctrinæ Sãcti Thomæ: arbitrati sunt cõ- Dis.34.q.4 clusiones supradictas esse falsas volẽtes bonum naturę non solum minui, sed totaliter destrui per aliquod malum, & hallucinati sunt valde, nescientes distinguere illud bonum, quod esse potest recta operatio, & hęc verũ est, quod totaliter destruitur per contrariam operationem, vel potest esse habitus bonus acquisitus, & hic etiam poterit totaliter corrumpi per malos actus, vel poterit esse essentia ipsius animę, vel potentia illius, & hoc bonum neq; corrumpitur, neque diminuitur, vel poterit esse potentia obedientialis ad gratiam, quæ est aptitudo B ad illam recipiendam in ordine ad potentiam Dei absolutam, & hæc neq; minuitur, neq; destruitur, vel poterit esse inclinatio naturalis ad bonũ secundum habitũ naturaliter initum, scilicet synetesim conscientiæ, & hoc etiã bonum nunquam corrumpitur, aut diminuitur. Ex his labefactare poteris rationes tum Scoti, tum Durandi, & suorum discipulorum soluendo eas, vt facit hic Capreolus.

DISTINCTIO XXXVI.

PRosequũtur Theologi sermonem de peccatis in præsenti distinctione, in qua sit prima cõclu- C sio talis: in quolibet peccato requiritur aliquis actus, scribitur hæc propositio à Sancto Tho- q.72. art.1. ma prima secũdæ, cuius ratio est, quia omnis trãsgressio pręcepti negatiui necessario consistit in aliquo actu prohibito, sed omne peccatum commissionis est quędam transgressio pręcepti negatiui, non enim possumus committere cõtra legem proprie loquendo de cõmissione, nisi faciẽdo aliquid, quod est prohibitum in lege. Circa quam conclusionem nota, quod ad rationem peccati duo concurrunt, videlicet actus voluntatis, & inordinatio, quæ est per recessum à lege Dei, sed primum comparatur per se ad peccantem, qui intendit exercere D talem actum voluntatium in tali materia, inordinatio autẽ per accidens se habet ad intentionem peccantis, quia nullum tendens ad malum operatur, & propterea conclusio pręsens est certa, de qua lege Thomam de Argentina in pręsenti libro, qui di- Distin.35. sputat contra Durandum, vt etiam Capreolus hic soluit sua argumenta, si quidem peccatum, & meritum opponuntur, sed in omni merito est aliquis actus interior, vel exterior, igitur in quolibet peccato actuali requiritur aliquis actus.

Secũda conclusio. Non quodlibet peccatum est actus, nec includẽs intrinsecè actum: scribitur hęc à Sancto Thoma prima secundę, & ratio huius est, q.61. art.6. E quia illud, quod accidit homini ex sola omissione alicuius actus, hoc causaliter non concernit aliquẽ actum intrinsecè, in quo consistat, sed peccatum omissionis est huiusmodi, nam quod aliquis non dicat horas canonicas illo tempore, quãdo potest & tenetur eas dicere, dato quod pro tunc nec intrinsecus, nec extrinsecus eliciat aliquem actum, qui sit causa istius omissionis, adhuc talis omissio erit peccatum. Circa quam conclusionem nota, quod sunt diuersæ sententiæ theologorum, nam Marsilius in hoc libro, & Andrianus in quarto sententiarum, & Durãdus in præsenti loco volunt pec- q.51. art.2. catum omissionis, vt nomen sonat nullum actum

nec

nec interiorem, nec exteriorem includit, secundo A est sententia Doctorum Louaniensium affirmantium peccatũ omissionis esse cum actu saltem interiori, quia teste Augustino, peccatum in tãtum est peccatum inquantum est voluntarium, igitur in quolibet peccato est aliquis actus voluntatis. conclusio tamen superius posita est sequenda, quæ magis elucescit per subsequentes.

Tertia cõclusio. Peccatum omissionis secundũ causas, & occasiones includit aliquem actum, scribitur hęc à Sancto Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia nihil prætermittit facere, nisi quia declinat ex aliqua causa coniuncta vel pręcedẽte ad nõ faciendũ illud quod debuit facere, sed hoc est pec- B catum omissionis, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod si quis tenetur ire ad Ecclesiam puta in die festiuo, & occupat se ad ludẽdum, vel aliquid aliud faciendum, non ire ad Ecclesiã est peccatum omissionis, & in hoc clauditur actus voluntatis, igitur semper in peccato omissionis moraliter loquẽdo concurrit aliquis actus, vel antecedenter, vel subsequenter, vel concomitanter.

Quarta conclusio. In peccato omissionis requiritur semper actus interior, vel exterior, scribitur & hæc propositio à Sancto Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia ille, qui eodem modo se habet, nũc, & prius, si prius non peccabat, nec modo peccat, C sed qui solum omittit quod præceptũ est, puta qui non surgit ad matutinas, & tenetur surgere, similiter se habet hora matutinarum, vt prius quantum ad non surgere, cum ergo non peccet, non surgendo ante matutinas, nec peccabit hora matutinarũ non surgendo, nisi ponatur in eo aliquis actus, per quem se habeat aliter nunc quam prius. Vbi nota, quod istæ conclusiones videntur aduersari adinuicem, nihilominus bene cõsideranti eas nulla apparebit controuersia, quia iudicium de rebus datur secundum illud, quod per se est, & non secundum illud, quod est per accidens, per se autem peccatũ omissionis, cum sit cõtra pręceptum affirmatiuũ, D in hoc consistit, quod quis non faciat illud quod poterat, & tenebatur facere, & ideo hæc propositio de rigore sermonis est verissima, quód peccatum omissionis est absque omni actu.

Quinta conclusio. Actus humanus, si sit malus, habet proprie rationem peccati, hanc docet San- q.21.art.1. ctus Thomas prima secũdæ, & ratio huius est, quia omnis actus, qui agitur propter finem, & caret debito ordine ad illum finem, dicitur peccatum, sed omnis actus humanus malus est huiusmodi, quia cum sit vestitus malitia, signum est, quod caret debito ordine ad finem, igitur conclusio vera. Circa quam notandum est, quod peccatum varijs nominibus appellatur, aliquando enim dicitur auersio à Deo, aliquando elongatio, vel culpa, vel offensa, vel iniquitas, aliquãdo impietas, & multis alijs nominibus, vt actio mala, vel actus malus, vt in præsen- Dist.34. tia, & hoc dicitur contra Gregorium Ariminensem in pręsenti lib. qui vult peccatum esse nihil, & non actum quẽdam propter authoritatem Augustini super illud, & sine ipso factum est nihil.

Sexta conclusio. Actus humanus carens debita circumstantia ad regulam dicitur peccatum, scri- q.71.art.6. bitur hęc à D. Thoma prima secũdæ, & ratio huius est, quia illa actio, quæ non est regulata ratione humana, & lege æterna, dicitur carere cõmensuratione debita ad regulam, & habere rationem peccati, sed actus humanus siue sit eliciens siue imperatus, est huiusmodi, igitur conclusio vera. Circa quam nota quod duplex est regula humanorum actuum, vna ꝓpinqua, & homogenea, vt est humana ratio, altera est suprema, & indepẽdens, sicuti est lex æterna, quando igitur humanus actus non regulatur per has duas regulas, semper dicitur peccatum, & propterea dicebat Cicero lib. primo officiorum, quod peccatum est quicquid fit contra officium, & diuus Ambrosius dixit in lib. de paradiso, pecca- Cap 8. tum est legis diuinæ pręuaricatio, & cœlestium inobedientia mandatorum, & diuus Augustinus peccatum est voluntas retinendi, vel cõsequendi quod iustitia vetat, & alibi peccatum nihil aliud esse dixit, quam neglectis rebus æternis tẽporalia sectari, & cõtra faustum ita definiuit, peccatum est dictũ, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, per quam regulamur supra humanam rationẽ, & hęc est conclusio Sancti Thomæ, quæ est expresse cõtra Aureolum volentem actum humanum non debere sumi in ordine ad humanam rationem tãquam ad regulam, sed tantum in ordine ad legem æternam, quasi quod humana ratio sit contra legem æternã, propterea non est audiendus, & sequenda est conclusio proposita.

Septima conclusio. Omne malum est pœna, vel culpa, hanc docet Sanctus Thomas p.p. & ratio hu- q.46. art.5. ius est, quia omne malum aut est voluntarium, vel inuoluntarium, si primo modo est culpa, si secundo dicitur pœna, vbi nota, quod hæc conclusio intelligenda est de malo morali, non autem de malo sumpto in sua vniuersalitate, quia cum malum morale sit priuatio boni, quod quidem bonũ duplex est, alterum pertinens ad perfectionem primã, quæ est forma, seu integritas rei, & priuatio huius est malum naturæ, & dicitur malum pœnæ in voluntarijs, aliud verò bonum est pertinẽs ad perfectionem secundam, quæ est operatio, & priuatio huius dicitur malum culpę, & est contra Aureolum conclusio hæc, qui Aureolus hallucinatus quibusdam ratiunculis, quas soluit Capreolus, negat huiuscemodi conclusionem, cum tamen sit expressè Augustini, in libro de vera religione dicen- Cap.6. tis, omne malum, vel voluntarie facimus, & sic est culpa, vel inuoluntarie patimur, & sic est pœna, de qua re lege Durandum in pręsenti libro, & Thomã Distin. 36. de Argentina.

Octaua cõclusio. Omnis pœna infligitur ꝓpter aliquam culpam, hãc ponit Sãctus Thomas prima q.87. art.4. secundæ, & ratio huius est, quia illud, quo remoto E aliud remouetur, & quo posito illud ponitur, habet super ipsum aliquam causalitatem, sed posita culpa originali, ponitur pœna, & ea remota .i. non præsupposita nulla pœna posita fuisset, igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod pœna est multiplex, quædam conseruans, sicut stimulus carnis, datus Paulo, quædam probans, vt fuerunt tribulationes in Iob. quædam purgans vt fuit lepra in carne Mariæ sororis Moysis, quędam indurans, sicut afflictiones Pharaonis, quædam crucians, sicut illa diuitis Epulonis, quædam maculans, & habilitãs, sicut peccatum ebrietatis, & gulæ habilitat hominem ad libidinem, quædã satisfactoria, & hæc sem-

pet

& ratio huius est, quia in eo est malū, quod priuat aliquo bono, sed natura positiua est illa, quæ priuatur aliquo bono, igitur malum ipsum est in natura positiua, quæ est quoddam bonum, tanquam in subiecto, nam nihil aliud importat malum, nisi absentiam, & remotionem alicuius boni negatiue, vel priuatiue. Vbi nota quod subiectum priuationis, & formæ est vnum, & idem scilicet ens in potentia, siue sit ens in potentia simpliciter, sicut materia prima, quæ est subiectum formæ substantialis, & priuationis oppositæ, siue sit ens in potentia secundum quid, & in actu simpliciter vt corpus diaphonum, quod est subiectum tenebrarum, & lucis, manifestum est autem quod forma, per quam aliquid est actu, est perfectio quædam, & bonum quoddā, & sic omne ens in actu bonum quoddam est, & similiter omne ens in potentia inquantum huiusmodi bonum quoddam etiam est, quia habet ordinē ad bonum, sicut enim est ens in potentia, ita etiam erit bonum in potentia: verum, quia non habet illud bonum in actu, remotio illius boni actualiter dicitur esse malum, & fundatur in illo bono in potentia tanquam in subiecto, quia priuatio est negatio in subiecto apto nato.

Octaua conclusio. Malum inquantū huiusmodi, diminuit bonum naturæ, scribitur hęc vbi supra, & ratio huius est, quia illud, quod minuit habilitatē naturę ad virtutem dicitur minuere bonum naturæ, sed malum diminuit hanc habilitatem, igitur cōclusio vera. Circa quam nota, quod huiusmodi diminutio habilitatis, non est per subtractionem partis, sed per remissionem, & quamuis actus, ex quibus remittitur dicta habilitas in infinitum multiplicarentur, eam tamen non auferrent totaliter, quia semper manet in sua radice, & subiecto, quod est ipsa substantia animæ, sicuti inter solem, & aerē, si ponerentur infinita obstacula, non auferrent totaliter habilitatem aeris ad lumen, quia remanente substantia actus, semper manet sua habilitas ad lumen.

Nona cōclusio. Malum non potest totaliter consumere totum bonum, scribitur & hæc vbi supra, & ratio huius est, quia malum non potest corrumpere fundamentum habilitatis ad virtutem, igitur malum non aufert, & corrumpit totaliter bonum. Vbi animaduerte quod triplex est habilitas ad bonum, prima est remotissima, & hæc est tam in essentia animę respectu gratiæ, quam in potētijs animæ respectu habituum infusorum, alia est habilitas remota, & hęc est per notitiam communem principiorum iuris, & per inclinationem ad bonum, consequentem voluntatem ex tali notitia, & hęc pertinet ad synderesim, vt istæ duæ habilitates sunt omnino inextinguibiles, tertia est per habitus super additos, & hęc omnino potest remoueri, & est habilitas subiecti ad actum.

Decima cōclusio. Aliquod bonum totaliter corrumpitur per malum oppositum sibi priuatiuē, scribitur & hęc vbi supra, & ratio huius est, quia duo actus contrarij non possunt esse simul, sed aliquod bonum ipsius naturæ, puta actus temperantiæ totaliter corrumpitur adueniente sibi malo opposito, nempē actu intemperātiæ, & habitu vitioso, igitur conclusio vera. Circa has conclusiones supradictas consideranda est opinio Durandi in pręsenti libro, & etiam ipsius Scoti, qui in omnibus ferè voluerūt aduersari doctrinæ Sācti Thomæ arbitrati sunt cōclusiones supradictas esse falsas volēres bonum naturæ non solum minui, sed totaliter destrui per aliquod malum, & hallucinari sunt valde, nescientes distinguere illud bonum; quod esse potest recta operatio, & hęc verū est, quod totaliter destruitur per contrariam operationem, vel potest esse habitus bonus acquisitus, & hic etiam poterit totaliter corrumpi per malos actus, vel poterit esse essentia ipsius animę, vel potentia illius, & hoc bonum neq; corrumpitur, neque diminuitur, vel poterit esse potentia obedientialis ad gratiam, quæ est aptitudo ad illam recipiendam in ordine ad potentiam Dei absolutam, & hæc neq; minuitur, neq; destruitur, vel poterit esse inclinatio naturalis ad bonū secundum habitū naturaliter initum, scilicet synderesim conscientiæ, & hoc etiā bonum nunquam corrumpitur, aut diminuitur. Ex his labefactate poteris rationes tum Scoti, tum Durandi, & suorum discipulorum soluendo eas, vt facit hic Capreolus. Dist.34.q.4.

DISTINCTIO XXXVI.

Prosequūtur Theologi sermonem de peccatis in præsenti distinctione, in qua sit prima cōclusio talis: in quolibet peccato requiritur aliquis actus, scribitur hæc propositio à Sancto Thoma prima secūdæ, cuius ratio est, quia omnis trāsgressio præcepti negatiui necessario consistit in aliquo actu prohibito, sed omne peccatum commissionis est quędam transgressio pręcepti negatiui, non enim possumus committere cōtra legem proprie loquendo de cōmissione, nisi faciēdo aliquid quod est prohibitum in lege. Circa quam conclusionem nota, quod ad rationem peccati duo concurrunt, videlicet actus voluntatis, & inordinatio, quæ est per recessum à lege Dei, sed primum comparatur per se ad peccantem, qui intendit exercere talem actum voluntarium in tali materia, inordinatio autē per accidens se habet ad intentionem peccantis, quia nullum tendens ad malum operatur, & propterea conclusio presens est certa, de qua lege Thomam de Argentina in pręsenti libro, qui disputat contra Durandum, vt etiam Capreolus hic soluit sua argumenta, si quidem peccatum, & meritum opponuntur, sed in omni merito est aliquis actus interior, vel exterior, igitur in quolibet peccato actuali requiritur aliquis actus. q.71. art.1. Distin.35.

Secūda conclusio. Non quodlibet peccatum est actus, nec includēs intrinsecē actum: scribitur hęc à Sancto Thoma prima secundę, & ratio huius est, quia illud, quod accidit homini ex sola omissione alicuius actus, hoc causaliter non concernit aliquē actum intrinsecē, in quo consistat, sed peccatum omissionis est huiusmodi, nam quod aliquis non dicat horas canonicas illo tempore, quādo potest & tenetur eas dicere, dato quod pro tunc nec intrinsecus, nec extrinsecus eliciat aliquem actum, qui sit causa istius omissionis, adhuc talis omissio erit peccatum. Circa quam conclusionem nota, quod sunt diuersæ sententiæ theologorum, nam Marsilius in hoc libro, & Andrianus in quarto sententiarum, & Durādus in præsenti loco voluit peccatum omissionis, vt nomen sonat nullum actum q.61. art.6. q.21. art.2.

nec

Ambrosius libro officiorum, igitur cõclusio vera. A
Circa quam animaduertendum est, quod intentio ex vi vocabuli significat in aliud tendere, tendit autem in aliquid actio mouentis, & motus mobilis, sed ad hoc quod mobile tendat in aliquid, procedit à mouente, idcirco intentio primo, & principaliter spectat ad ipsum mouentē, & ideo omnis princeps mouet imperio suo alios ad illud met, quod ipse intendit, & quia voluntas est illa, quæ mouet omnes alias vires animæ ad finem, hinc est quod intentio propriè spectat ad ipsam voluntatem.

Quarta conclusio. Actio humana dicitur bona,
q.18.art.1. vel mala, scribitur hęc à Diuo Thoma prima secundæ, & ratio huius est, quia de ratione boni est ipsa B
plenitudo essendi, vnde secundum quod aliquid dicitur ens, ita dicitur bonum, sed actio humana aliqua habet maiorem plenitudinem essendi, quã aliqua alia, igitur actio humana potest dici bona prout habet aliquid de esse, prout verò deficit ei plenitudo essendi, quæ debetur actioni humanę in tantum deficit à bonitate, & sic dicitur mala, puta si deficiat ei, vel determinata quantitas secundum rationem, vel debitus locus, vel aliqua alia circumstantia. Circa quam conclusionem nota, quod est
Cap.3. de fide, vt scribitur Ioannis, omnis qui malè agit, odit lucē, sed malè agere est ipsius hominis, igitur actio hominis potest dici mala, quia deficit sibi ali C
quod esse conueniens eius rationi: dicitur etiam bona, prout habet aliquam entitatem, sicut homo cęcus habet de bonitate quod viuit, habet etiam de malo, quia caret visu: & quia solus Deus habet totam plenitudinem sui esse, conuenientem sibi, secundum vnum, & simplex, propterea solus ipse est bonus simpliciter, de quo negotio latius lege Augustinum de ancona de potestate Pontificis.

Quinta conclusio. Actio hominis potest dici bona, vel mala ex circumstãtia, scribitur hęc à Sancto
Art.3. Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia res dicitur perfecta nedum ex forma substantiali, sed etiã ex forma accidentali, sed circumstantiæ sunt quasi D
accidentia ipsius actionis, igitur actio dicitur bona, vel mala ex ipsa circumstantia. Circa quam animaduertendum est, quod quadruplex bonitas in humana actione reperitur, vna secũdũ genus prout est actio, quia quantũ habet de actione, & entitate, tantum habet de bonitate, secunda est secundum speciem, quæ accipitur secundum obiectum conueniens, tertia est secundum circumstantias, quæ sunt accidentia ipsius actionis, vltima est secundũ finem, quasi secundum habitudinem ad causam bonitatis.

Sexta conclusio. Omnium rectarum volũtatum est tantum vnus finis, scribitur hæc conclusio à San E
Dis.38.q.1. art.1. cto Thoma in præsenti loco, & ratio huius est, quia recta voluntas est ipsius boni sub ratione boni, sed vbi est vnum summum bonum ibi est vnus vltimus finis, sed summum bonum est tantum vnum, igitur rectarum volũtatum est tãtum vnus finis vltimus, scilicet Deus. Vbi nota, quod sunt etiam alij fines proximi, & si secundum illos fines seruatur debita relatio voluntatis in finem vltimum, erit recta voluntas, si autem non, erit peruersa, debita autem relatio voluntatis ad finem vltimum saluatur secundum illum finem, quo voluntas nata est vltimum finē participare, in quo distinguitur à rebus alijs,

quę alio modo participat vltimum finem, & hic est charitas, & ideo non solum Deus, est finis omnium rectarum volũtatum, sed etiam charitas, per quam pertingit ad vltimum finem.

Septima conclusio. Voluntas triplici actu fertur in finem scilicet volitione, fruitione, & intentione, scribitur hæc conclusio prima secundæ, & ratio hu q.12.art.1.
ius est, quia ad integrandam rationem finis tria exiguntur, scilicet bonitas ipsa propter se amabilis, negatio vlterioris ordinis, & determinatio aliorũ ad ipsum, sed finis, vt est per se amabilis, spectat ad volitionem, quatenus verò non vltra ducit, spectat ad fruitionem, quæ significat quietem in termino, quatenus autem ad ipsum alia sunt ordinanda terminat intentionem, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod in homine est quadruplex actus, quidam dicitur actus hominis, & est quilibet actus siue naturaliter, siue liberè factus ab homine, alius dicitur actus humanus, & est ille, qui fit contra rationē vt interficere patrem, & comedere carnes crudas, alius dicitur non humanus, & est ille, qui fit ab homine per solam imaginationem, vt leuare festucam de terra, & fricatio barbæ, volitio, & fruitio, & intentio sunt actus humani, de quibus omnibus lege Diuum Bonauenturam in præsenti loco.

Octaua conclusio. De duobus malis neutrum est eligendum; elicitur hæc cõclusio ex Diuo Tho- Quæst.3.
ma in disputatis de malo, & ratio est, quia omne malum præsertim culpę semper est fugiendum, igitur vel sit maius, vel minus, vel quomodocunque semper est vitandum, ex consequenti de duobus malis neutrum eligendum est.

Nona conclusio. De duobus malis minus malũ est minus fugiendum, & maius est magis fugiendum, scribitur hæc à Sancto Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia sicuti se habet simpliciter ad simpliciter & magis ad magis, & maximè ad maxime, igitur de duobus malis minus malum minus fugiendum est, & maius magis.

Decima conclusio. voluntas moueri non potest tãquam ab exteriori principio, nisi à Deo, ponitur hæc à Diuo Thoma prima secundæ, & ratio huius q.9.art.6.
est, quia ab eo solummodo mouetur ipsa volũtas, tãquam ab exteriori principio, à quo causatur, sed nihil est causa ipsius voluntatis, nisi solus Deus, igitur à solo Deo moueri poterit, & hæc est de fide, quia habetur ab Apostolo in Epistola ad Philippenses, Deus est, qui operatur in nobis, velle, & perficere. Circa has tres vltimas conclusiones nota, quod sunt Diui Augustini in libro contra menda- Cap.17.
cium, vbi ait, quod posito, quod esset aliquis homo coactus ab aliquo Tiranno vel sacrifices idolo, vel committas stuprum, quodnam istorum debuerit hic homo in tali necessitate constitutus peragere, num thurificare, vel strupum operari, & respondet beatus Augustinus, si enim dixerò aliquid eorum debuisse, aliquid eorum approbabo, cum improbem vtrumque, sed si quæritur, quid horum potius debuit euitare qui vtrumque non potuit, sed alterum potuit, respondebo suum peccatum potius, quam alienum, & lenius potius suum, quam grauius alienum, à Deo enim libere, & non coactè mouetur nostra voluntas, quibus verbis clarè ostendit veritatem harum trium vltimarum conclusionum.

DISTIN-

DISTINCTIO XXXIX.

OStenditur quomodo peruersitas, & peccatũ reperiuntur in actibus intellectus, & voluntatis, & pro explicatione huius rei ponitur prima conclusio, in actibus intellectus potest esse
q.1.art.2. peccatũ, & culpa, scribitur hæc à Sancto Thoma in præsenti loco, & ratio huius est, quia omnis actus voluntarius priuatus debito ordine habet rationẽ peccati, & culpę, sed multi actus intellectus sunt huiusmodi, vt patet de illo actu, qui habet ignorantiam, vel errorem circa id quod debet, & potest scire, & non scit, igitur conclusio vera. Circa quam no
Quæst.2. ta quod ponitur contra Durãdum, qui in præsenti distinctione quærit vtrum culpa prius sit in voluntate, an in ratione, & reprehendit istam conclusionem, asserendo, quod quãdo est defectus rationis practicę in iudicando, & defectus voluntatis in eligendo sunt duo peccata, & decipitur in hoc, quia licet actus voluntatis, & actus intellectus sint duo actus in genere naturæ, sunt tamen vnus in genere moris, licet actus intellectus aliquis possit esse peccatum sine imperio voluntatis, vt credens Deum non esse trinum, & vnum, vel quando insurgit subito aliquis motus infidelitatis sine deliberatione est peccatum veniale nullo interueniente actu voluntatis, & si continuatur aliquo tempore, & non reprimitur erit mortale, quãdo verò talis actus imperatur à voluntate erit vnum peccatum, quando verò erit elicitus solummodo ab intellectu, poterit esse diuersum peccatum ab eo, quod est ipsius voluntatis.

Secunda conclusio. In actibus volũtatis propriè, & principaliter est peccatum, & culpa, ponitur hæc
q.1.art.2. conclusio vbi supra, & ratio huius est, quia inter actus culpabiles ille cæteris paribus principalius habet rationem culpę, qui principalius est in potestate agentis. & sub eius dominio, sed actus voluntatis magis est in potestate, & dominio agentis, quàm actus intellectus, igitur magis habet rationem culpæ. Sed animaduerte, quod tam hæc con-
Distin.39. clusio, quam prima ponitur contra Thomam de Argentina in præsenti loco, qui vult peccatum propriè esse in potentia volitiua, & negat reperiri in potentia intellectiua, & deceptus est, quia ratio mali, & peccati, & culpæ non propriè dicitur esse in potentia, sed in ipso actu potentiæ, vnde potentia ipsa ex se non potest dici bona, vel mala, recta, vel non recta in genere moris, sed tantum actus ipsius potentiæ hoc sibi vẽdicat, vt latius poteris videre apud Dionysium Cartusianum, & Gabrielem, & Ioannẽ
Cap.10. de Bassolis in hoc libro, & ex doctrina August. 10. libro de Trinitate, vbi ait, quod tota peruersitas est frui vtendis, & vti fruendis, sed tam vti, quam frui sunt actus, & non potentiæ, igitur in actibus, & non in potentijs reperitur peccatum.

Tertia conclusio. Peccatum aliter reperitur in intellectu, quam in actu voluntatis, scribitur, & hęc vbi supra, & ratio huius est, quia in actu voluntatis reperitur peccatum ratione obiecti, sed in actu intellectus non reperitur peccatum ratione obiecti, igitur diuersimode in actibus harum potẽtiarum culpa, & peccatum reperitur, consequentia est clara ex se, quia actus volũtatis dicitur malus, quia est mali obiecti, quia velle mala malum est, sed actus A intellectus nõ potest dici malus, quia est mali obiecti, imò scire mala bonum est, sed reperitur peccatum in actu intellectus practici inquantum est regulatiuus aliarum virium, iudicat enim aliquando esse furandum, vel odiendum. & propterea in hoc reprehendendus est Durandus vbi supra, qui oppositum huius cõclusionis docet, nam etsi aliquando in actu intellectus, vt comparatur ad proprium obiectum reperiatur peccatum, nõ tamen semper, vt voluit Durandus, sed quandoque sic, quandoq; non, vt si quis crederet, resurrectionem mortuorũ non esse futuram.

Quarta cõclusio. Conscientia non propriè dicit B potentiam, aut habitum, sed actum, scribitur hæc à Diuo Thoma in disputatis de veritate, & ratio huius est, quia illud, quod significat applicationem scientiæ ad aliquid. non est potentia, aut habitus, sed conscientia dicit applicationẽ scientiæ ad actũ, igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod ponitur conclusio hęc contra ipsum Durandum, hic, & contra Gabrielem, qui sequuti sunt antiquos doctores volentes conscientiam esse habitum quẽdã, & non actum, vnde Gabriel dicit, quod cõscientia est habitus assensiuus, & nõ apprensiuus, sic etiam tenet Scotus, & Franciscus de Mayronis, & Lichetus, quod tam synderesis quam cõscientia sunt habitus, & Diuus Bonauentura narrat tres opiniones C de hac re, sic etiam Sanctus Thomas dicit conscientiam aliquando sumi pro ipsa re conscita, sicut fides pro re credita, aliquando pro potẽtia, qua con scimus, aliquando pro habitu, aliquando pro actu, propterea discriminati sunt doctores de hac re, nihilominus conclusio proposita sequenda est.

q.17. art.1.
Quæst.4.

Quinta conclusio conscientia pertinet ad intellectum, & non ad voluntatem, ponitur hæc vbi supra, & ratio huius est, quia applicatio scientiæ non pertinet ad voluntatem, sed ad intellectũ, conscientia autem est applicatio scientiæ, igitur conclusio vera, hanc ponit etiam Gabriel, in præsenti loco in D conclusione sua quinta, licet discordet, quia ponit conscientiam esse habitum, nihilominus dicit spectare ad intellectum. Contra hanc veritatem digreditur Durandus narrans diuersas opiniones Doctorum, & tandem ipse cõcludit, quod synderesis, & conscientia non sunt aliquid vnum, sed aliquid pertinens ad intellectum, & aliquid pertinẽs ad voluntatem, sed motiua eius soluuntur à Capreolo hic.

Sexta conclusio. Conscientia potest errare aliquando, & errat de facto, docet hanc Sanctus Thomas in disputatis vbi supra, & ratio huius est, quia conscientia dicit collationem quandam particularium cum sit naturale iudicatorium, sed ratio con E ferendo decipi potest, ergo & conscientia errare poterit. Circa quam nota, quod conscientia poterit considerari respectu principiorum vniuersaliũ, vt puta omne bonum est faciendum, & omne malum est fugiendum, & sic conscientia non potest errare, alio modo consideratur respectu applicationis ad actus particulares, & sic errat, vnde scribitur apud Ioanem, Venit hora, vt omnis, qui interficiet
Cap.6. vos, &c. ergo his, qui occidebant Apostolos, dictabat conscientia, quod ex hoc placeret Deo, sed hoc est erroneum, igitur conscientia errat.

Septima conclusio. Quælibet conscientia siue sit recta, siue erronea, ligat, scribitur hæc à D. Thoma
Art.3.

vbi

vbi supra, & ratio huius est, quia illud obligat, cu-
ius contrarium faciens ipso manente peccat, sed
faciens contrarium conscientiæ peccat, igitur con-
Cap.9. clusio vera, patet minor ex dicto Apostoli ad Ro-
manos, omne, quod non est ex fide, peccatum est.
Circa quam nota, quod ligatio Metaphoricè sum-
pta est, à corporalibus ad significanda spiritualia,
ille enim, qui est ligatus corporaliter, necessitatur
existere in illo loco, vbi est ligatus, sic etiam spiri-
tualiter dicitur cõscientia ligare aliquem, quando
putat esse faciẽdum aliquod opus, cuius si contra-
rium exercet, dicitur peccare, & potest ligari tãquã
præceptum, vel tanquam consilium, de qua re lege
Gabrielem hic.

Octaua conclusio. Conscientia erronea obligat,
& ligat, docet hanc Sanctus Thomas vbi supra, & ra
tio huius est, quia conscientia est lex nostri intelle-
Cap.3. ctus, vt docet Damascenus 2. lib. fidei orthodoxæ,
sed facere contra legem est peccatum, igitur erro-
nea conscientia obligat, & ligat. Circa quam nota,
quod conscientia cum sit duplex recta, & erronea,
prima obligat simpliciter, & per se in omnem euen
tum, & ex propria natura, & non ex aliquo falso exi
stimato, conscientia verò erronea non obligat sim
pliciter, & in omnem euentum, sed secũdum quid,
& per accidens, quia tenetur eam deponere, & ex
hoc reprehendendus est Durandus, cuius opposi-
tum in præsenti loco sustinere videtur, & argumen
ta eius soluuntur ab auctore hic.

Nona cõclusio. Synderesis non est potentia sed
naturalis habitus intellectus, respectu principiorũ
q.79.ar.12. in operabilibus, ponitur hæc à Sancto Thoma pri-
ma parte, & ratio huius est, quia indita cognitio
principiorum speculabilium non est potentia, sed
naturalis habitus intellectus speculatiui, ergo indi
ta cognitio principiorum operabilium non est po
tentia, sed naturalis habitus, synderesis autem est
talis prædicta cognitio operabiliũ principiorum,
igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod sicut
nomen cõscientiæ dicitur scientia cum aliquo, ita
nomen synderesis dicitur electio cum aliquo, cum
sit nomen græcum. fuerunt de hac re diuersæ sen-
tentiæ Theologorum, aliqui dixerunt hanc ele-
ctionem esse potentiam absolutè, diuersam à ra-
tione, quidam alij tenuerunt esse potentiam ean-
dem realiter cum ratione, alij verò docuerunt
ipsam esse potentiam rationis cum naturali ha-
bitu, hinc Sanctus Thomas in disputatis anceps
esse videtur, in prima verò parte absolute pro-
tulit conclusionem præsentem, quam sequi de-
bemus.

Decima conclusio. Synderesis nullo pacto extin
gui potest, hæc conclusio elicitur ex dictis Sancti
Thomæ vbi supra, & ratio huius est, quia naturale
per peccatum omnino auferri non potest, sed syn-
deresis quantum ad sui substantiam innititur lu-
mini naturali, cum sit quidam habitus naturalis,
igitur extingui non potest. Circa quam conclusio-
nẽ nota, quod synderesis habet multos actus, nam
stimulat, murmurat, remordit, instigat, & hi actus
aliquãdo possunt impediri quo ad vsum, & suspen
di, vt patet in dæmonibus, & dãnatis, & obstinatis
peccatoribus viatoribus, nunquam tamen extin-
guuntur in radice. de qua re latius vide Gabrielem
hic, qui vocat synderesim esse scintillam cõsciẽtiæ,
A quæ non fuit extincta in Caim, lege etiam Diuum
Thomã vbi supra, qui docet, actum synderesis ex-
tingui secundum quid, sed non simpliciter, sic etiã
docet Diuus Bonauentura, & videtur esse conclu-
sio de fide, quia, vt scribitur apud Esaiam & vermis Cap.vlt.
eius non extinguetur in sempiternum, quæ verba
exponit Augustinus de synderesi, sic etiam Beatus
Hieronymus super Ezechielem.

DISTINCTIO XL.

PRosequitur de actibus voluntatis, quò ad eo-
rum malitiam, & bonitatem, & pro explicatio-
B ne huius rei ponitur prima conclusio, aliquis
actus humanus est indifferens secundum speciem,
ponit istam Sanctus Thomas prima secundæ, cuius q.18.art.8.
ratio est, quia obiectum alicuius actus non habet
ex se conuenientiam, nec disconuenientiam ad ra-
tionem, igitur talis actus non habet ex sua specie
bonitatem, aut malitiam moralem, sed est indiffe-
rens, consequentia patet, quia actus moralis sumit
speciem ex ipso obiecto conuenienti, aut disconue
niẽti ratione, antecedẽs manifestatur de hoc actu,
qui est eleuare festucam de terra. Circa quam con-
clusionẽ nota, quod multi non acceptant eam, in-
ter quos adest Thomas de argentina in præsenti di
C stinctione, qui contra Romanum Aegidium tenen
tem eandem conclusionẽ dicit, salua istius magni,
& venerabilis doctoris reuerentia hæc doctrina nõ
est intelligibilis, quia nulla actio moralis potest es-
se indifferens secundum speciem, nihilominus hic
doctor deceptus est nõ legens Sanctum Thomam q.5.art.5.
in disputatis de malo, nec etiam forsitan vidit Ca-
preolum hic, & Corradum in expositione prima se
cundæ soluentes argumenta aduersariorum, quos
vide tu, & spernes argumenta huius Thomæ de
Argentina.

Secunda conclusio. Nullus actus moralis est in-
differens secundum indiuiduum, hanc probat San
D ctus Thomas vbi supra, quia nullus est actus singu-
laris, & indiuidualis, qui secundum circumstantias
non conueniat, aut disconueniat rationi saltem ex
circumstantia finis, quandoquidem quilibet actus
particularis moralis fit propter bonum, aut malũ
finem, igitur nullus actus singularis humanus di-
citur indifferens. Circa quam obseruandum est
quod hæc conclusio habet multos impugnatores,
& inter alios est Franciscus de Mayronis, & Franci-
scus Lichetus de Brixia, & tota ferè schola Scotista
tum, hi enim volunt etiam inter actus singulares
dari etiam aliquos indifferentes sed decipiuntur,
vt poteris videre ex solutione, quam affert Capreo
E lus ad eorum argumenta.

Tertia conclusio. Aliquis actus hominis, vt est il
le, qui procedit ex sola imaginatione non delibe-
rata, sicuti est confricatio barbæ, non dicitur mo-
ralis, hanc docet Sanctus Thomas in disputatis de Art.5.
peccatis, & ratio huius est, quia ille actus, qui non
participat bonitatem, vel malitiã moralem dicitur
esse extra genus moris, sed aliqui sunt huiusmodi,
vt cõfricatio barbę, & motio tibiæ, qui proueniũt,
ex sola imaginatione, igitur conclusio vera. Circa
quam animaduerte, quod hæc ponitur contra Du-
randum in præsenti loco, vbi reci ans opinionem
Sancti Thomę vnico argumento eam impugnat, Quæst.1.
quod

quod facile soluitur hic à Capreolo: sed vt clarior sit doctrina animaduerte quod triplex est bonitas, alia naturalis, quæ dicit entitatē, alia moralis quæ dicit perfectionem in se, & omnium circumstātiarum conformiter ad dictamen prudentiale, tertia est bonitas meritoria, & hæc est secundum inclinationem charitatis.

Quarta conclusio. Adhoc vt actus sit moraliter bonus, necesse est, vt virtualiter sit ordinatus in vltimum finem, hanc ponit Sanctus Thomas prima q.1.art.6. secundæ, & ratio huius est, quia sicuti se habet intellectus ad prima intelligibilia, ita se habet voluntas ad prima appetibilia, sed intellectus nihil potest assentire, nisi virtute primorum principiorum, igitur B & voluntas nihil potest appetere nisi virtute vltimi finis, quod est primum appetibile. Circa quam animaduerte, quod adhoc vt actus sit bonus, & studiosus moraliter, nō sufficit finis delectabilis, nec vtilis, sed debet esse honestus, & laudabilis, quia bonum honestum, & laudabile suapte natura destinantur in vltimum finem, & sunt participationes vitæ æternæ: propterea ille, qui vult bonū honestum, & laudabile virtualiter vult vltimum finem, & hoc Distin. 26. est contra Gregorium Ariminensem in hoc libro affirmantem actum nūquam esse moraliter bonū, nisi ille sit relatus in Deum tanquam in vltimum finem, & sic ille, qui nō cognoscit Deum, nec refert C opera sua in Deum, non potest moraliter operari: quæ sententia non probatur, quia quodlibet opus honestum, & laudabile ordinatur in Deum ex se tanquam imperfectum ad perfectum, & sic sequenda est conclusio præposita.

Quinta conclusio. Omnis actus humanus in habente gratiam est meritorius, aut demeritorius, q.2.art.5. probat hanc S.Tho. in disputatione de malo, quia in priuatiuè oppositis nō inuenitur medium circa subiectū proximū capax vtriusq;, sed meritū, & demeritū sunt priuatiuè opposita, & subiectū ꝓximè capax vtriusq; est actus humanus existentis in grā: Quæst.2. igitur cōclusio vera. Circa quā nota, ꝙ ponitur cō- D clusio hæc contra Durandū in præsenti distinctione, vbi latius discutit cōclusionem istam & frustra laborat, nam cum sit antiqua controuersia inter Doctores de hac conclusione, vnde D. Bonauentura in præsenti loco tres narrat opiniones de hac re, quarum primam dicebat, quod actus humani sunt duplices, quidam communes homini, & brutis, vt comedere, ambulare, & hi possunt esse indifferentes, aliqui verò sunt proprij ipsi homini, vt loqui bene, vel male, & isti semper sunt, aut meritorij, aut demeritorij: secūda opinio est, quam ipse sequitur, eamq; approbat Gabriel, hæc enim dicebat, quod quidem est actus inordinatus propter inordinatā E cōuersionem voluntatis ad creaturam, & hic actus dicitur malus malitia cōmissionis, secundus actus humanus est, non ordinatus in Deum propter negligentiam operantis, & hic dicitur malus malitia omissionis, tertius est indifferens, quia non ordinatur propter infirmitatem operātis, & est, vt cum quis ambulat, vt recreetur, aut comedit vt reficiatur, talis enim actus non est malus malitia cōmissionis, nec omissionis, quia non remuneratur à Deo, nec imputatur ad culpam, sed indulgetur naturæ fragili, & infirmæ, & propterea non omnis actus humanus in habente gratiam est meritorius,

A aut demeritorius, sed datur aliquid indifferens, tertia opinio est, posita in cōclusione, & sequenda, cum fundetur supra verbis Apostoli ad Colloss. dicentis, omnia quæcunque facitis siue in verbo, siue in opere omnia in nomine Dñi nostri Iesu Christi facite, igitur omnis actus humanus in habente gratiam, aut est ordinatus in gloriam Dei, aut non, si primo erit meritorius, si secundo erit demeritorius, idcirco opinio Sancti Thomæ est sequenda. Cap.4.

Sexta conclusio. Actus moraliter bonus in homine existente extra gratiam est indifferens quātum ad meritum, & demeritum vitę æternæ: elicitur hęc ex disputatis vbi supra, & ratio huius est, quia cum B sit opus bonū, & bonus actus moralis non erit demeritorium, cum verò sit ab homine non habente gratiam, & charitatem Dei, igitur nec erit meritorium. Circa quam conclusionē animaduerte multas esse sententias Theologorū, nam aliqui dicunt, quod ad hoc vt actus sit meritorius vitę æternæ nō satis est, vt sit bonus moraliter, & factus ab homine existēte in gratia, sed necessario requiritur, vt actu referatur in finem supranaturalem, & hanc sententiam docet Durandus hic; secunda sententia est Scoti, qui dicit, quod triplici modo potest dici actus nō referri, vno modo negatiuè absolutè; quia non refertur actualiter, nec virtualiter, alio modo C priuatiuè, quia non est natus referri, vt peccatum veniale, tertio modo cōtrariè, quia corrumpit principium referendi, scilicet charitatem, vt peccatum mortale, tunc dicit, quod actus ille dicitur meritorius, qui refertur in Deum habitualiter; tertia est sententia, quam tenemus de mente Sancti Thomæ, quod sufficit relatio virtualis, & hanc docet Sotus Cap.4. lib. 3. de natura, & gratia, sic etiam, & Caietanus in tractatu de gratia, vt aliàs tetigimus, sufficit enim, vt homo primo iustificatus se, & omnia bona sua dirigat in finem supranaturalem.

Septima conclusio. Vna, & eadem actio successiuè potest esse bona, vel mala, probat hanc Sanctus Quæst.20. D Thomas prima secundæ, & ratio huius est, quia illa actio, quæ procedit ex bona, & mala voluntate successiuè, & quæ ordinatur ad bonum, & ad malum finem, successiuè bona, & mala esse potest, sed aliqua actio huiusmodi esse potest, vt patet de eo, qui cœpit ire ad Ecclesiam vt furaretur, & eundo mutauit voluntatem, & vadit ad audiendam missam, igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod ponitur contra Durādum hic qui contrarium docet, & decipitur, quia hæc actio est vna in genere naturæ, sed est duę in genere moris, nec est eadem ratio de veritate intellectus, & bonitate morali.

Octaua conclusio. Idem actus exterior respectu E diuersorum prout à diuersa voluntate egreditur, potest esse simul bonus, & malus: elicitur hæc ex Sancto Thoma vbi supra, & est clara ex se in passione Christi, in qua idem actus respectu Iudæorum infrētium fuit malus, respectu verò Christi patientis fuit bonus, & precium nostræ redemptionis, & Deo gratissimus.

Nona cōclusio. Idem actus in genere moris nō potest esse bonus, & malus successiuè, ponitur vbi supra, & rō est, quia si mutatur de bono in malum, aut econtra, non est idem actus in genere moris, sed diuersus.

Decima cōclusio. Idem actus simul non potest

esse

esse bonus, & malus, ponitur vbi supra, quia cõtra-
ria non possunt esse in eodem simul, sed bonum, &
malum sunt contraria, igitur vnus actus nõ potest
esse simul bonus, & malus, meritorius, & demeri-
torius. Circa has conclusiones vltimas nota, quod
ponuntur cõtra Lutherum, qui affirmabat omnia
opera nostra, quãuis iusta sint, nihilominus dicunt
esse peccata mortalia, verùm, quia ex diuina miseri
cordia non imputantur nobis ad damnationem,
sunt grata, & accepta corã Deo, quæ opinio est dã-
Sess. 6. nata in Concilio Tridentino, sunt etiam hæ vltimę
cõclusiones contra quosdam Theologos, qui com
putantur inter catholicos, hi enim volunt, peccata
venialia ex proprijs meritis esse mortalia, sed ex di- B
uina misericordia imputantur, tanquàm venialia,
hi enim valde hallucinati sunt non considerantes
veritatem harum vltimarum conclusionum.

DISTINCTIO XLI.

IN hac distinctione mouetur quædam quæstio
incidens circa determinata, & quęstio est, num
quælibet actio infidelis sit peccatum, pro cuius
explicatione sit prima conclusio, Infideles nõ pos-
sunt facere opera bona meritoria vitæ æternæ: scri-
q. 10. art. 4. bitur hæc à S. Tho. 2. 2. & ratio huius est, quia opus
meritorium vitæ æternæ debet esse vestitũ gratia, C
Cap. 6. & charitate iuxta illud Apostoli ad Romanos, gra-
tia Dei vita æterna, sed infideles stãte eorum infide
litate carent gratia, & charitate, igitur conclusio ve
ra. Vbi nota, quod hęc est de fide catholica, & de-
Sess. 6. terminata in Concilio Tridentino, & innititur ver-
Cap. 4. bis Apost. 2. ad Timoth. in reliquo reposita est mi-
hi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in
illa die iustus Iudex, & loquebatur Apostolus de se
ipso existente in gratia, & meritorie operante.

Secunda conclusio. Infideles non semper peccãt
in omni opere suo, scribitur hæc vbi supra, & ratio
est, quia in illis operibus peccatum nõ est ad quod
sufficit bonum naturæ, & non repugnant fidei, & D
bonis moribus, sed multa sunt huiusmodi opera
facta ab infidelibus ad quæ sufficit bonum naturę,
& illa non repugnant fidei catholicæ, & bonis mo-
ribus, igitur conclusio vera, patet minor in illis ope
ribus, quæ faciunt infideles ex ratione naturali, &
pietate, & ęquitate, laudando Deum, tanquam au-
thorẽ naturæ, & honorando parẽtes, & multa alia.

Tertia conclusio. Infideles semper peccant quan
do actualiter, aut virtualiter, aut habitualiter ope-
rantur ex infidelitate, elicitur hæc ex S. Thoma vbi
supra, & ratio huius est, quia omne opus relatũ in
finem proximum malum est peccatum, sed infide-
les ordinantes opera sua actualiter, vel virtualiter, E
vel habitualiter ex infidelitate ad proximum finẽ
malum faciunt malum opus, igitur conclusio vera.
Circa quam nota, quod aliqui tenent habitualem
rationem ad finem malum nõ facere actionem ma
lam, & decipiuntur, quia quãdo illa habitualis re-
latio est respectu finis proximi mali etiam actio il-
la erit mala, sed quando finis proximus est bonus,
& non est interruptus per malam voluntatem, tunc
actio illa erit bona, & ideo quãdo infideles tribuũt
eleemosynam ex quadam commiseratione dictãte
ratione naturali, tũc illa eleemosyna est opus bonũ
respectu huius finis proximi, quod est subuenire
A pauperi, & procedit à bona intẽtione, & ab auctore
naturæ, & ab ipsa voluntate infidelis, quæ naturali-
ter tendit in bonũ formaliter, & ratione huius ope
ra infidelium possunt esse bona moraliter.

Quarta concl. Infidelis Idolatra põt multa ope-
ra bona moralia operari sine speciali auxilio Dei,
sed tantum ex generali influẽtia, elicitur hæc ex Di
uo Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia illa sũt
bona opera, quæ procedũt ex vero, & recto iudiciõ
rõnis, sed infidelis idolatra multoties sic operatur
ex sola influentia generali, igitur cõclusio vera. Cir-
ca quam nota, quod hæc ponitur contra Gregoriũ
Ariminensem in præsenti loco, vbi fortissimis argu
B mentis nititur probare infideles Idolatras peccare
in omni opere suo etiam in veneratione parẽtum,
quin potius asserit, quod sine auxilio supernatura- Distin. 26.
li nemo, qui est in peccato mortali, siue ille sit fide-
lis, siue infidelis, potest facere aliquod bonũ opus
moraliter, & expresse loquitur cõtra D. Augustinũ Cap. 2.
lib. 4. Hipognosti. vbi dicit, quod sine gratia manet
liberum arbitrium, per quod posit homo operari
bona, quæ sunt præsentis vitę, vt colere agros, & ha-
bere amicos, hanc sententiam habet S. Tho. & Ma- Distin 41.
gister sententiarum, D. Bonauentura Riccardus, &
omnes boni Theologi, vt est videre apud Dionysiũ
Carthusianum, de qua re etiam lege Sotum lib. 1.
C de natura, & gratia, & Roffensem contra Lutherũ, Cap. 19.
omnes isti expresse loquuntur contra Gregorium
Ariminensem, qui solus habuit hanc phantasiam.

Quinta concl. Peccatum infidelitatis est maius
secundum suum genus, quã alia peccata, quæ com-
mittuntur in peruersitate morum, scribitur hæc à
S. Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia illud pec q. 10. art. 3.
catum est maius, per quod homo peccator magis
elongatur à Deo, sed per infidelitatẽ homo pecca-
tor magis auertit se, & elongatur à Deo, igitur con
clusio vera. Vbi nota, quod est D. Augustini expo-
nentis verba Saluatoris, si non venissem, & locutus
ei non fuissem, peccatum nõ haberent, ibi enim ha-
D bet D. Augustinus magnum quidem peccatum est Apud Ioã.
non credere in Deum, & non habere veram Dei co cap 15.
gnitionem, & hinc ipse infidelis pro peccato infide
litatis grauius punitur quã alius peccator pro quo
cunque alio peccato considerato genere peccati,
sed pro alio peccato puta pro adulterio, si commit
tatur à fideli, & ab indeli cæteris paribus grauius
peccat fidelis, quam infidelis.

Sexta concl. Infidelitas est peccatum existens in
potentia intellectiua, tanquam in subiecto, probat
hanc S. Thomas vbi supra, & ratio huius est, quia Art. 2.
contraria apta nata sunt circa idem subiectum, sed
fides, & infidelitas sunt contraria, & fides residet in
E intellectu tanquam in subiecto, igitur & infidelitas
etiam in intellectu reperiri debet. Circa quam no-
ta, quod omne peccatum in tãtum dicitur esse pec
catum inquantum est voluntarium, sed hoc intel-
ligitur causaliter, & motiuè, vniuersale enim, et pri-
mum principium, quod imperat omnes actus di-
citur esse voluntas, et propterea peccatum dicitur
voluntarium, sed proximum principium, quod eli-
cit actum peccati potest esse alia potẽtia, sicut prin-
cipium gulæ est concupiscibilis, et sic etiam ipsius
luxuriæ, et sic de alijs potentijs.

Septima cõclusio. Tres sunt species infidelitatis
scilicet paganismus, iudaismus, et hæresis, scribitur

hæc à D. Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia A
q.10. art.5. infidelitas est contraria fidei, sed vel contrariatur fidei nunquam susceptæ, & talis est paganismus: vel fidei Christianæ susceptæ in figura, & sic est Iudaismus, vel in manifestatione veritatis, & sic est hæresis. Sed nota hic, quod hæc diuisio est in ordine ad fidem, quia si distinguerentur species infidelitatis secundum errorem in diuersis, quæ ad fidem pertinent, non sunt determinatę species infidelitatis.

Octaua cõcl. Non quilibet perueniens ad vsum rationis tenetur se conuertere in Deum explicite, distinctè, & formaliter, elicitur hæc ex dictis Sancti Thome vbi supra, & ratio est, quia nemo tenetur diligere prius Deum explicite quam cognoscere, sed B cõstat, quod naturaliter loquẽdo post multũ tpis aduenit hominis ista cognitio Dei, igit cõcl. vera.

Nona concl. Multo minus obligatur homo ratione naturali conuertere se ad Deum, cõuersione supernaturali necessaria ad iustificationẽ, elicitur & hæc vbi supra, & ratio est, quia cõuersio supernaturalis necessaria ad iustificationem præsupponit cognitionẽ Dei supernaturalem, sed hanc non quilibet homo cũ venerit ad vsum rationis, statim habet, igitur conclusio vera. Circa has duas conclusiones nota, quod sunt expresse ipsius Caietani in expositione secunda secundæ S. Thomæ, & in locis supra allegatis, sed oppositum huius veritatis susti- C net Capreolus in præsenti libro respondendo ad ar-
Distin. 40. gumenta Durandi contra secundam conclusionẽ,
q.89. art.6. sed secundum D. Tho. & in præsenti loco, & prima secũdæ tenẽdũ est, quod omnis, qui venit ad vsum rationis tenetur se conuertere per aliquem actum bonum secundum rationem prosequẽdam, & hoc est cõuertere se ad Deum, siue implicite cognitum, siue explicitè cognoscat eum.

Decima concl. Infideles, qui nunquam audierũt de fide catholica, excusantur, si non receperunt fidem explicitam ab ipsa infidelitate, hæc conclusio
q.10. art.1. elicitur ex dictis S. Tho. 2.2. & ratio huius est, quia eis non imputatur peccatum eis, qui operantur ali- D quid contra legem, quia nunquam audierunt, sed infideles ignorantes fidẽ explicitã Euangelio nunquam audierunt aliquid de ipsa, igitur excusantur ab infidelitate. Circa quam nota, quod infidelitas dupliciter accipi potest. vno modo secundum puram negationem sicut in illis, qui nihil audierũt de fide, in quibus infidelitas non habet rationem peccati, sed magis pœnæ, damnabũtur tamen propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt, sed nõ propter infidelitatem, alio modo infidelitas potest sumi secundum contrarietatem ad fidem, qua aliquis repugnat auditui fidei, & contemnit ipsam, & sic propriè infidelitas dicitur esse peccatum, & E est peccatum contra naturam ipsius hominis, quia & si habere fidem non sit in natura humana, in ea tamen est mens, quæ non repugnat interiori instintui, & exteriori prædicationi veritatis, de qua te lege D. Thomam in præsenti libro, & Augustinum in
Dist 39.q.1. libro de prædestinatione sanctorum, & Alexandrũ Alensem 2. par. summæ suę q. 129.

DISTINCTIO XLII.

Agitur in hac distinctione de malitia, & bonitate actuum volũtatis, & pro explicatione huius rei ponitur prima conclusio talis: Actus interior, & exterior voluntatis non sunt duo peccata
q.20. art.1. scribitur hæc à S. Thom. 1.2. & ratio huius est, quia actus idem in genere moris eandẽ malitiam habet, sed actus interior, & exterior sunt idem actus in genere moris, quia actus exterior nõ est voluntarius nisi prout est coniunctus actui interiori, igitur habent eandem malitiam, & per consequens sunt vnũ peccatum. circa quam cõclusionem nota, quod ponitur contra Ioannem de Bassolis, & Franciscum Lichetum, & Gregorium Ariminensem, & contra totam scholam Scotistarum, qui oppositum huius conclusionis sustinent, non videntes quomodo loquuntur contra D. Augu. in lib. de libero arbitrio, & contra D. Crisostomum homeliarum libro, vbi
Cap.3.16. dicit sola voluntas remuneratur pro bono, aut condẽnatur pro malo, opera vero exteriora sunt signa huius volũtatis, & cõtra omnes ferè patres, & scholasticos nempe D. Bonauenturam, Gabrielem, Durandũ, vt est videre in præsenti distinctione, & quia magnam congeriem argumentorum contra ipsam formant, ea tamen vnico verbo dissoluũtur, quia actus interior & exterior cõiũctim vel formaliter, vt ait D. Bonauentura sunt vnũ peccatum, disiunctim vero, & materialiter possunt esse plura.

Secunda concl. Actus exterior addit aliquam bonitatẽ ad actũ interiorẽ eam, quã habet exterior actus, ex termino proximo; ponitur hæc à S. Tho. vbi supra, & ratio huius est, quia nullus motus non attingens terminum est æqualis bonitatis, vel malitiæ cum motu attingẽte terminum, sed actus interior se habet ad exteriorẽ, sicut motus ad terminum, igitur cõclusio vera. Circa quam nota, quod est cõtrouersia inter Thomistas, nã Bartholomęus de Medina, videtur tenere oppositum huius cõclusionis loco superius allegato dicens quod si actus exterior adderet aliquid de bonitate vel malitia supra actum internũ, sequeretur quod esset in facultate alterius adimere bonã partem nostrorum meritorum nobis inuitis, quod est falsum, quæ ratio non cõcludit, quia actus exterior cum sit terminus actus interioris in ratione circumstãtiarum, & nõ in rõne meriti vel demeriti, propterea nõ dat boni tatẽ meritoriã, aut maliciã dementoriã, sed solummodo secundum circũstãtias, & hæc est opi. Capr.

Tertia cõclusio. Actus exterior non præbet actui interiori illam bonitatem quam habet actus interior ex fine, scribitur hæc à Diuo Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia bonitas quam habet actus interior ex fine non dependet ab actu exteriori, igitur iuest ei sine actu exteriori, consequentia patet, & probatur assumptum, quia prius volo dare eleemosynam propter Deum, quam exhibeã ipsam eleemosynam, igitur bonitas ex fine in hoc velle nõ dependet ab exhibitione eleemosyne, circa quã nota, quod ille, qui moritur pro Christo, in actu externo non est melior coram Deo, quam ille qui non moritur, & habebat tamen intentionẽ moriendi, sed quia non fuit data facultas, vnde de Martino cantat Ecclesia; ô beata anima quam & si gladium persecutoris nõ abstulit, martirij palmam non amisit, vnde quo ad præmium essentiale, ita præmiatur qui habuit voluntatem moriendi ꝓ Christo quam qui actu martiriũ suscepit, licet quo ad coronã martirij sit discrimen, quia ille qui actu non

non habuit martirium, non habet coronam.

Decimaquarta conclusio. Actus exterior nô addit interiori pœnam aut præmium essentiale, scribit & hæc vbi supra, & ratio huius est, quia quod est simpliciter inuoluntariû non tollit voluntati complere aliquid de pœna vel de præmio essentiali, sed absentia actus exterioris est inuoluntaria in habente actum interiorem completum, igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod ponitur côclusio hæc aduersus ferè omnes Scotistas, qui oppositum huius defendere conantur, & expresse loquuntur contra Riccardum de Sâcto Victore, in 2. lib. de Sacramentis parte quarta, vbi dicit quod tanta est voluntas in eo qui nô operatur quanta in eo qui operat, dissimile meritum esse non potest, quia sola voluntas remuneratur à Deo aut damnatur, & loquitur hic de voluntate efficaci, & completa, eandem veritatem sustinent omnes ferè patres inhærendo verbis Apostoli 2. ad Corinth. dicentis vt quemadmodum est animus prôptus voluntatis, ita sit & perficiendo ex eo quod habetis, si enim voluntas prompta est secûdum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet idest non minus acceptatur à Deo eius promptitudo etiam si pauca operaretur quam si magna, quæ vult operaretur, quia non potest maiora operari.

Quinta conclusio. Præcepta Decalogi præcipue respiciunt actus exteriores: elicitur præsens côclusio ex D. Tho. vbi supra, & ratio huius est, quia præcepta respiciût proximû quo ad vtilitatem & damnum, sed damnum & vtilitas sunt actus exteriores, igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod ponitur contra Gabrielem hic qui vult præcepta Decalogi præcipue referri ad actus interiores, & secûdario ad actus exteriores & deceptus est, quia & si dixerit Saluator apud Matthæum qui viderit mulierem ad concupiscendâ eâ & consensus est, quod Iudæi arbitrabâtur fornicationem exteriorem tantummodo esse malam & non interiorem; Saluator noster damnat opinionem istorum dicens concupiscentiam mulieris esse malam tum, quia de malo obiecto tum etiâ quia est causa malæ operationis, non aût quod præceptû hoc prius respiciat actum internum quam externum.

Sexta conclusio. Bonitas vel malitia prius est in actu exteriori quam interiori, elicitur hæc conclusio vbi supra, & ratio huius est, quia vnumquodq; prius reperitur in ipso fine quam in eo, quod est ad finem, sed actus exterior se habet veluti finis respectu actus interni, igitur conclusio vera. Vbi nota, ꝙ hic loquimur de prioritate naturę, & nô temporis, & Corradus expositor primæ secundæ dicit quod actus dupliciter est bonus inchoatiue, & completiue: inchoatiue est in appręhensione, & sic actus exterior est prior, completiue vero, & in executione est econuerso. Caietanus dicit quod actus exterior in ratione obiecti est prior ipso actu interno, in ratione effectus est posterior, sed quomodocunque intelligatur, semper conclusio est vera, vt etiam asserit Medina in præsenti loco.

Secûda côclusio. In actibus exterioribus est duplex bonitas & malitia, elicitur hæc conclusio ex dictis vbi supra, & ratio huius est, quia sicuti se habet res naturalis respectu formæ suæ, ita & res moralis respectu suæ formæ, sed res naturalis habet duplicem perfectionem primam & secundam, seu essentialem & accidentalem, ergo ita erit de actibus moralibus. Circa quâ nota, quod hæc duplex bonitas vna dicitur in essendo quæ nihil aliud est, quâ conformitas vel difformitas ad rectâ rationem, altera est in exercitio vel in vsu amando vel non amando sicuti veritas duplex est altera, quæ competit rebus in essendo, altera vero in cognoscendo & dicendo, & sic etiam volûtas dicitur bona vel mala in amando & in exercitio.

Octaua côcl. Actus exterior moralis potest dici bonus vel malus formaliter, & intrinsece: elicitur hæc ex dictis vbi supra, & rô huius est, qa ille actus dicitur bonus vel malus intrinsece, & formaliter, qui est conformis suæ regulæ, sed actus moralis qn conformatur diuinę legi, & rectę rationi, tunc est conformis suæ regulæ, igitur actus moralis intrinsece, & formaliter potest dici bonus vel malus. Circa quam nota, quod aliqui dicunt actum moralem dici bonû vel malû extrinseca denominatione, aliqui vero dicût actum moralê externû dici bonum vel malû causaliter, quia causat bonitatem vel maliciâ in voluntate, aliqui vero volunt actum externû moralem dici bonum vel malum tantum in exercitio, & in vsu, sed conclusio præposita est sequenda, quia de rebus iudicium est habendû circa ea quæ per se rebus competunt, non aût circa ea quæ competunt extrinsece & causaliter.

Nona concl. Circa actû externû magis obediendum est conscientię, quâ prælato: elicitur hæc côcl. ex dictis vbi supra, & rô huius est, quia si prælatus præciperet crimê occultum fratris mei manifestandum ex cuius manifestatione periclitatur vita, & fama eius in ęternû, & actus internus meę côsciêtię dictat oppositû nullo pacto obediêdû est ei, in hoc externo actu, quia maius dânû est mors, & infamia ꝑpetua fratris mei ꝙ semel nô obedire meo plato.

Decima concl. Quando prælatus est vir doctus, & pius, & subditus est dubius & perplexus circa aliquem actû externû tenetur magis ei obedire quâ sequi suû iudiciû, elicitur hæc ex dictis êt vbi supra & rô est, quia postquâ subditus exposuerit rationê sui dubij, & perplexionis, & prælatus vrget imperando deber adhærere suæ côscientię, s. prælati, & scientiæ, & pietati quando habet perfectas conditiones prelati puta in coercêdo, potestatê zelû charitatis in amando, & sapientiam in cognoscendo defectus, & bonitatem in exemplum aliorum subditorum, & prudentiam in regendo, et gubernando, quibus cognitis in eo subditus obedire tenetur.

DISTINCTIO XLIII.

In præsenti distinctione agitur de qualitate, et differêtia peccatorû, pro cuius explicatione ponitur prima concl. talis: Peccatum veniale ex câ non distat genere à peccato mortali, ponitur hæc conclusio à S. Tho. 1. 2. et ratio huius est, quia peccatû veniale ex câ est illud quod habet aliquid diminuens culpam vt peccatum ex ignorantia vel ex animi perturbatione, ergo etcæt.

Secûda concl. Et peccatû veniale ex euentu non differt genere à peccato mortali: scribitur, et hæc vbi supra, et ratio huius est, quia peccatum veniale ex euentu est illud quod iam consequutum est

veniam, ex authoritate D. Ambrosij dicentis quod A omne peccatum per penitentiā dicitur veniale &c.

Tertia cōcl. Peccatum veniale genere suo distat genere, & specie à peccato quod est mortale suo genere, scribitur, & hæc vbi supra, & ratio est, quia peccatū aliquod dicitur veniale suo genere & propria natura, & aliquod peccatū dicitur mortale genere suo, & natura propria, prout genus vel species determinatur ex obiecto, nam si voluntas fertur in aliquid quod secūdum se repugnat charitati per quā homo ordinatur in vltimum finem, illud peccatum habet ex suo obiecto quod sit mortale, & sic appellatur mortale genere suo siue sit contra dilectionē Dei, vt blasphemia, & periurium, siue sit contra di- B lectionem proximi, vt homicidium & adulterium, quando vero voluntas fertur in id quod in se continet quandam inordinationem, non tamen contrariatur dilectione Dei & proximi, sicut verbum otiosum, risus superfluus, & similia, talia ex suo genere sunt peccata venialia, ergo &c.

Quarta cōclusio. Peccatum veniale non dicitur cōtra legem Dei, sed præter legem, elicitur hæc conclusio vbi supra, & ratio est, quia illud peccatum dicitur esse contra legem Dei quod aduersatur charitati, & extinguit eam, sed peccatum veniale non extinguit charitatem, sed potius impedit eius feruorem, igitur conclusio vera, & est Magistri, & Ale- C xandri Alensis, licet Durandus in præsenti libro videatur sustinere oppositum cōtra vniuersos Theologos asserendo quod ille qui peccat venialiter dicitur peccare contra legem Dei.

Art.1. Quinta concl. Diuisio peccati per mortale, & veniale non est diuisio generis in suas species, sed analogi in sua significata, scribitur & hæc apud Diuum Thomas vbi supra, & ratio est, quia peccatum dicitur de mortali, & originali & veniali non secundū eandem rationem, sed secūdum prius & posterius igitur nō est diuisio generis in suas species sed analogi in sua analogata. Circa quam conclusionem nota, quod præsens conclusio est expresse contra D Durandum asserentem diuisionem peccati per veniale, & mortale esse sicuti diuisio animalis in hominem & equum, & sic tāquam generis in suas species, & decipitur quia species æqualiter participant suum genus, modo veniale & mortale nō æqualiter participant rationem peccati, propterea non erit diuisio generis in suas species, vnde peccatum veniale non dicitur simpliciter, & proprie peccatum contra etiam Durandum tenentem peccatū veniale esse simpliciter peccatum, & tamen cū tribus modis peccatū veniale dicitur secundum quid, primo ex parte deliberationis imperfecte, vt motum non plene deliberatus infidelitatis, secundo ex parte E obiecti, & materiæ vt risus superfluus, tertio ex parte præcepti, quando præceptum non est necessariū ad amicitiā cum Deo habēdā, vt verbum otiosum, hinc Caietanus optime dicit veniale peccatum debere dici secundum quid & imperfecte peccatum.

Art.3. Sexta conclusio. Peccatum veniale potest disponere ad peccatum mortale quod est ex parte agentis per quandam consequentiam, scribitur hęc à S. Tho. vbi supra, & rō huius est, quia augumētata dispositione vel habitu per actus peccatorū venialium libido peccandi poterit in tantum crescere, quod ille qui peccat finem suum constituat in peccato veniali, vnicuiq; enim habēti habitum inquantum huiusmodi finis est operatio secundum habitum, vnde multotiens peccando venialiter ad peccatum mortale disponetur.

Septima cōcl. Peccatum veniale ex genere potest disponere ad mortale ex genere indirecte tamen, scribitur & hæc vbi supra, & ratio huius est, quia illē qui peccat venialiter prætermittit aliquem ordinem, & ex hoc quod consuescit voluntatem suā in minoribus debito ordini nō subijcere, disponitur ad hoc quod etiam voluntatem suam nō subijciat ordini eligendo id quod est peccatum mortale ex genere, & ideo indirecte tāquam remouendo prohibens disponit, vbi nota, quomodo male Scotus intellexit doctrinā S. Tho. in hac parte docet enim S. Thomas aliquando peccatum mortale esse cōtra finem, veniale contra medium & finem, propterea disponit etiam: quæ verba calumniatus est Scotus non intelligendo ipsa, quia mortale nulli dubium est, quod auertit ab vltimo fine, & facit hominem Dei inimicum extinguēdo charitatem, hoc autem non facit veniale peccatum, quia non est contra charitatem, propterea non dicitur esse contra finē, sed contra medium ordinatum ad finem, quia est cōtra feruorē charitatis q ordinat ad beatitudinē. Dist.21.

Octaua concl. Peccatū veniale est maxime vitandū, elicitur hæc ex S. Tho. vbi supra, & ratio est, quia afferens diuersa incommoda, & pericula maxime à nobis euitandum est, sed huiusmodi est peccatū veniale, impedit enim feruorem charitatis, facit homines tepidos quos Deus solet euomere: igitur cōclusio vera, circa quam nota, quod est D. Augustini in serm. 4. de igne purgatorij vbi dicit, quod nedū debemus timere plagas in corpore, sed etiā ne habeamus scissuras in vestibus nostris: per scissuras intelligit peccata venialia, est etiam Diui Hieronymi in libro suarum Epistolarum, vbi dicit quod ille, qui proficiscitur per nemora, nedū debet timere Elephantes Leones & Vrsos, sed etiā parua animalia, scilicet formicam culicē, & vermiculos, per quæ parua animalia intelligit peccatum veniale. Epist. 20.

Nona concl. Cupiditas est radix omnium malorū prout est speciale peccatum, scribitur hęc à Sancto Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia sicuti radix tribuit alimentum toti arbori, ita cupiditas diuitiarum tribuit occasionem omnibus peccatis, igitur sicuti radix illa dicitur esse principiū arboris, ita etiā & cupiditas dicitur esse principium omnium peccatorū, quia præbet opportunitatē adimplendi omnia desideria peccati. Quæst.83. art.1.

Decima concl. Superbia secundum quod est speciale peccatū dicitur esse radix omniū peccatorū, scribitur, & hæc vbi supra, & ratio huius est, quia finis in actibus voluntarijs tenet rationem principij, sed in omnibus peccatis appetitur excellentia, quæ est superbia, igitur cōclusio vera: circa has vltimas duas conclusiones nota, quod videntur esse contrariæ, & tamen ambæ fundantur in scripturis, dicitur enim Eccles. initium omnis peccati est superbia, & Apost. 1. ad Timoth. dixit omnium malorū radix est cupiditas, propterea dixerūt aliqui quod superbia dicitur tripliciter: vno modo pro inordinato appetitu propriæ excellentiæ, & sic est speciale peccatū, alio modo pro quodam actuali cōtemptu Dei per quem homo non subditur eius legi, & sic dicit Art.2. Cap.10. Cap.vlt.

dicit generale peccatum, tertio prout dicit quandam inclinationem ad huiusmodi contemptum ex corruptione naturæ, & hoc tertio modo est initiū omnis peccati, quia sic dicit auersionē à Deo, cuius præcepto homo recusat subdi, cupiditas vero respicit peccatum ex parte conuersionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum ipsum quodammodo nutritur, & fouetur, & propterea cupiditas dicitur & ipsa radix omnium malorum, sed hæc ex parte conuersionis illa ex parte auersionis, & sic hæ duæ conclusiones non contrariantur, verum conclusio nostra est de superbia non prout est peccatum generale, sed prout est peccatum speciale, & ideo dicitur melius quod in actibus volun- B tarijs cuiusmodi sunt peccata duplex ordo inuenitur, intētionis, & executionis: in primo quidem ordine finis habet rationem principij, finis autem in bonis temporalibus acquirendis est vt homo per illa habeat quandam perfectionem singularem, & excellentiam, & ideo ex hac parte superbia quæ est appetitus excellentiæ, ponitur initium omnis peccati, sed ex parte executionis primum quod præbet opportunitatem adimplendi omnia desideria peccati est illud quod habet rationem radicis, & hoc est cupiditas diuitiarum, & ex hac parte auaritia seu cupiditas dicitur radix omnium malorū, & propterea dicitur quod pecuniæ obediunt om- C nia iuxta dictum Salomonis, & hic modus explicādi est contra Durandum in præsenti libro qui diuersimode loquitur de ipsa cupiditate: sed de hac re lege Caietanum in locis supra allegatis, & subtilia commentaria Magistri Corradi Coloniensis, & Bartholomeū de Medina in expositione primæ secundæ in proprijs locis, ex quibus desumptæ sunt conclusiones.

DISTINCTIO XLIIII.

Disputatur hic à Theologis de potentia peccandi num rationali creaturæ sit tributa à D Deo vel à dæmone vel sit ex seipsa, & pro declaratione huius tam arduæ difficultatis ponitur prima conclusio talis: Potentia peccandi rationali

q.1.art.8 creaturæ est collata à Deo: elicitur hęc ex S. Thoma in præsenti distinctione & ratio huius est, quia omnis libertas est creaturæ à Deo collata, sed omnis potentia peccandi est libertas quædam: igitur conclusio vera: circa quam nota quod libertas semper est bona, quia est natura quędam, & omnis natura est à Deo, abusus tamen eius est malus, non tamen libertas ipsa seu potentia faciendi malum aut peccatū est mala sed bona, & radix honoris, & laudis

Cap.31. humanæ, vnde dicitur Ecclesiast. qui potuit trans- E gredi, & non est transgressus facere mala, & non fecit: vnde conclusio hæc est B. Hieronymi in Epistola ad Demetriadem Virginem.

Secunda concl. Potentia peccandi quantum ad positiuū quod importat est ab ipso Deo, ponitur & hęc conclu. vbi supra, & ratio est, quia omnis entitas est à Deo, sed potentia peccādi est entitas quędam nempe voluntas, siue liberū arbitrium, igitur conclusio vera. circa quā nota, quia ponitur aduersus quosdam quos narrat Magister in littera præsentis distinctionis existimantes potentiam recte agendi inesse nobis à Deo, sed potētiam peccandi A esse à nobis ipsis vel à Diabolo, & decepti sunt non distinguentes de ipsa potentia peccandi; vt optimè declarant omnes ferè Theologi Scholastici.

Tertia concl. Potentia peccandi quātum ad defectū quē importat non est à Deo, ponitur & hæc vbi supra, & ratio huius est, quia id quod conuenit creaturæ inquantū est ex nihilo non habet causam, sed defectibilitas cōuenit voluntati inquātū est ex nihilo: ergo non habet causam, & per consequens nō est à Deo. circa quam nota, quod ponitur conclusio hæc aduersus Antonium Andream, & Petrū Tartaretum, & Frācīscum Lichetum, qui de mente Scoti concorditer dicunt potentiam peccandi pro B respectu ad actum substratū deformitati, quæ est peccatū, esse à Deo, quia ille respectus est positiuus cum sit ad actū positiuum: potest etiam dicere proximum fundamētum respectus, & sic etiam à Deo est, potest vltimatè sumi pro ordine ipso ad ipsam deformitatem, & sic cum sit ens quoddā rationis non est à Deo, & decipiuntur in hac parte Scotistæ, quia vel intelligunt per illum ordinem deformitatem quandam, & defectum, & sic idē est hoc quod exprimit nostra conclusio, & sic male eā impugnāt, vel est aliquid positiuum, & sic etiam allucinantur & quomodocunq; tergiuersationem quærunt cadunt in foueam.

C Quarta concl. Potentia peccandi est cōmendabilis, & bona: ponitur hęc vbi supra, & ratio huius est, quia natura voluntatis est commēdabilis, & bona cum in eminenti specie creaturæ constituta sit, sed potentia peccandi est natura voluntatis vt dictum est, igitur conclusio vera, vbi nota quod circa hanc conclusionem conueniunt D. Thomas Alexander Alēsis Riccardus D. Bonauētura, vt est videre apud Dionysiū Cartusianū hic, & etiam apud Gabrielē.

Quinta concl. Potentia peccandi non est perfectio simpliciter: elicitur propositio hæc ex supradictis à D. Tho. & ratio huius est, quia illud quod dicit perfectionē simpliciter cōuenit Deo, sed poten- D tia peccandi non conuenit Deo, igitur concl. vera. circa quam nota quod Deus peccare nō potest imnio Deum posse peccare implicat contradictionē, quia implicat Deum posse facere contra propriam voluntatem quod est contradictio: nam contradictio est velle contra voluntatem propriam, est enim velle, & non velle idem, quod autem Deum peccare hoc implicat, patet quia peccare est facere contra regulam voluntatis, sed ipsa Dei volūtas est sua met regula cum sit essentialiter recta, igitur Deū posse peccare est ipsum posse facere contra propriam voluntatem, & ita facere, & non facere quod implicat

Sexta conclu. Potentia peccandi inest creaturæ E rationali radicaliter, quia est ex nihilo: ponitur hęc à Sancto Doctore in disputatis de veritate, & ratio q.24. art.8. est, quia versibilitas, defectibilitas, & potentialitas cōuenit creaturæ, quia est ab alio creata ex nihilo, sed potentia creandi dicit vertibilitatem defectibilitatem potentialitatē: igitur concl. vera. Circa quā nota, quod ponitur contra Dur. & dūm Marsilium oppositū huius sentientes, & decepti sunt existimātes totalē & pręcisam causam peccandi esse, quia creatura est ex nihilo, non considerantes hoc ex tribus posse oriri, ex primo nēpe, quia liberū arbitriū ordinatur ad bonū absolute, & vniuersaliter non tantum ad aliquod particulare bonū: ex secundo quia

non

non habet actiones naturaliter determinatas respe A
ctu vniuersalis boni, sed indeterminatas, & multifa
rias, ex tertio, quia habet admistionem potentiæ
ex his tribus integratur peccabilitas in libero arbi
trio, sed prima radix est, quia liberũ arbitriũ ipsum
est ex nihilo: motiua istorum dissoluit Capr. hic.

Septima concl. Potentia peccandi in cõfirmatis
per gratiã in via, & per gloriã in patria est remota
& ligata: elicitur hęc ex S.Th. vbi supra, & rõ est, qa
in quolibet libero arbitrio creato ex nihilo est po-
tẽtia peccãdi tanq̃ in radice, sed cõfirmat rã in via
q̃ in patria sũt creati ex nihilo, igitur cõclusio vera.
Circa hanc conclusionẽ nota, quod beatus semper
est sub actu beatifico, & Deus est agens, & cõseruãs B
hunc actum, & agens est fortius in causando, & in
conseruando quam subiectum in producẽdo effe-
ctum contrarium. Deo igitur agente, & conseruãte
gratiam in confirmatis in via, per gratiã, & in cõfir
matis in patria per gloriam nõ potest creata volun
tas producere actum cõtrarium: posset.n. Deus de-
struere actum beatificũ non cõseruando ipsum in
beatis, sed relinquendo eos in suis naturalibus, &
tũc ipsi per liberũ arbitrium possent peccare sicuti
lumen illuminando aerẽ stãte cõseruatione ipsius
luminis in aere semper aer dicitur illuminatus, sed
si lumen non sit in aere tunc aer ipse naturaliter nõ
erit lucidus in actu, vnde confirmati semper actu, C
& in sensu cõposito diligũt ipsum Deum de facto,
nihilominus semper remanet in eis radix peccabi-
litatis in naturaliter sit ligata per gratiam ipsam.

Octaua conclusio. Potestas dominandi quantũ
ad virtutem, & potentiam qua præsidet est à Deo
q.1.art.1. elicitur hæc conclusio ex S.Tho. in præsenti distin-
ctione, & ratio huius est, quia oẽ bonum est à Deo,
sed potestas qua vtitur princeps est quoddã bonũ
igitur cõcl. vera: maior patet, quia sicut à primo en
te sunt omnia entia iuxta illud ipso viuimus, mouę
mur, & sumus, sic etiam à primo bono omne bonũ
Act.18. est: minor etiam patet quia potentia qua principa-
tur præsidens est bona, & necessaria in republica,
aliàs.n. non teneretur, nec subditi curarẽt obedirę
statutis legibus, hinc philosophus dixit quarto Po
liticorũ, quod oportet principaliter, non solũ virtu
tem, sed & potentiam existere. Circa quã cõclusio-
nem aĩaduerte, quia à prima potentia, & prima ma
iestate q̃ bona est oĩs potẽtia secũdaria, & oĩs secũ
daria maiestas procedit, mõ certũ est quod Dei est
prima potẽtia, & prima maiestas, & ex consequenti
optime sequit̃ quod in singulis dominationibus
posterioribus potestas & maiestas secũdaria à pri-
ma maiestate deriuatur, quia ex Aristotele habetur
8. Metaph. in quolibet genere primũ est cã aliorũ.

Nona cõcl. Potestas dominãdi considerata quo
ad modum acquirẽdi vel gubernandi in ordine ad
Distin.44. subditos est à Deo, habetur & hęc vbi supra, & rõ
est, quia vel gubernator iuste intrat ad regẽdos sub
ditos, vel iniuste: si primo modo clarum est, ꝙ sit à
Deo, quia oẽ bonũ, & iustũ regimen est à Deo prin
cipaliter sic dirigente, & disponente: vel iniuste in-
trat, & tyrannice gubernat, & adhuc istud est iustũ
& bonũ in ordine ad subditos, & a Deo dispositũ
respectu eorum, s. vt probentur boni in patientia, &
vt puniantur mali pro sua nequitia prius impunita
quorũ vtrumq; est à Deo principaliter hoc faciẽte,
volente, & disponẽte. vnde cum scriberẽ hanc con-
clusionẽ affuit quidam eccellens dñs, & Reueren-
dus Abbas Vincentius de Rogierio vtriusq. iuris
ꝓfessor terrę belli resguardi diocesis capud Aquẽ-
sis vir doctrina, & pietate insignis cum sit optimus
iuris consultus, & multa in hac materia protulit,
inter alia dixit regulã iuris consultorũ quę est dãs
principale dat, & accessorium, vnde cum Deus tri-
buat potestatẽ alicui super subditos tribuit etiã vt
sapienter gubernet, vt patet de Salomone cui Deus
largitus fuit sapiẽtiã assistricem gubernãdi Israel.
de qua re lege Abulensem super tertium lib. Regũ. Cap.6

Decima cõcl. Potestas dñandi seu principandi,
quo ad modũ intrãdi, vel quo ad modũ gubernan-
di, comparara ad dñm seu principẽ præsidentem,
non oportet, vt sit à Deo nisi permissiue: elicitur, &
hæc vbi supra, & rõ est, quia nulla deformitas põt Dist.44.
esse à Deo, sed modus intrãdi põt esse deformis, &
vitiosus: igitur concl. vera. Vbi obseruandum est, ꝙ
Deus permittit hunc modum sicuti permittit cri-
mina, & peccata: quo ad entitatem tamen in eo re-
pertam est vtique à Deo ipso, sed non quo ad illam
deformitatẽ, vt aliàs dictũ est. & intelligitur cõclu-
sio, tam de potestate seculari, q̃ spirituali. in vtraq;
enim potest esse deformitas, quia vel per violentiã,
vel per simoniã, & quo ad modũ acquirẽdi, & quo
ad vsum, & vtraq; potestas tam secularis q̃ spiritua-
lis est à Diuina potestate, siue sint separatę, & in di-
uersis subiectis, siue sint cõiunctę, sicut in Papa, qui
modo est Sixtus V. tenens vtriusq; potestatis apicẽ
dicente summo principe ipsi Petro, & super hãc pe-
tram ędificabo Ecclesiam meam. & sic finitur hic
liber in quo si quid benedictũ est laus sit illi sũmo
Principi, & suæ Beatissimæ Matri, & Magistro meo
B.Th. de Aquino, si quid aũt minus benedictũ sit,
ex mea imperitia ꝓcedit, cui indulgeat pius lector,
qui magis velit est esse benignus corrector, quàm
ęmulus repræhensor &c.

D *Ego F. Iacob. Ramireus in sacra Theologia Magister,
& Regẽs huius almi Cõuent. S. Mariæ de Mõte Carmelo
ciuitatis Neap. legi opus hoc super 2. lib. senten. ab ad-
modũ R.P. Magist. Matthia Aquario ord. Prædic. Pro
uinciæ Regni cõfectũ, & nihil in eo inueni quod sacrosan
ctæ matri Ecclesiæ, aut bonis moribus aduersetur. imò
dignũ iudico, quòd in lucẽ prodeat propter maximã vti-
litatẽ quã studiosos Theologos ex eius lectione capturos
credo in cuius rei testimoniũ p̃sentes manu propria sub-
scriptas confeci. Neap. in Conuentu nostro S. Mariæ de
Carmelo die 24. Decembris, Anno 1586.*

Magist. Fr. Iacob. Ramireus qui super manu propria.

E *Ego Fr. Thomas de Capua sacræ Theologiæ Doctor,
ac Regens almi studij S. Dominici de Neapoli vidi legi,
atq; perlegi illa diligẽtia qua potui atq; debui opus hoc
super 2. lib. senten. ab admodum illustri, & R.P.F. Mat
thia Aquario sacræ Theologię Magistro Doctissimo or
dinis Prædicatorũ Prouinciæ Regni editũ, & quicquid
in eo scriptũ est conforme videtur sacrosanctę Romanę
Ecclesię, se ideo illud proficuũ esse legẽtibus, et vt prælis
mãdetur iudico, in quorũ fide tale testimoniũ perhibui
& me propria manu subscripsi. Datũ Neapol. in Cõuen
tu nostro S. Dominici die 24. Decembris 1586.*


F. Th. de Capua Mag. et Regẽs q super manu propria.

FINIS.

CONCLVSIONES SANCTI THOMAE, QVAS DEFENDIT CAPREOLVS in Tertium Librum Sententiarum.

Nuper castigatæ, & corroboratæ authoritatibus Sacræ Scripturæ Conciliorum, & Sanctorum Patrum, atque illustratæ quamplurimis alijs opinionibus Theologorum, tùm antiquorum, tùm neotericorum.

Authore F. Matth. Aquar. Ord. Prædicatorum Prouinciæ Regni.



DISTINCTIO I.



VM in secundo libro docuisset Magister Deum gloriosum, prout eius potentia relucet in opere creationis, In hoc tertio docet eũdem Deum optimum maximũ, prout sapientia sui ipsius relucet in opere restaurationis hominis ipsi, & pro explicatione huius tãti mysterij, sit prima conclusio talis: Si homo non peccasset Filius Dei nõ assumpsisset naturam humanam,
q.1.art.3. hanc scribit Sanctus Thomas tertia parte, & ratio huius est, quia effectuum à sola Dei volũtate dependentium nõ debet à nobis alia ratio assignari, præter eam quæ per diuinam scripturam nobis innotescit, sed incarnatio Filij Dei est effectus, cuius non ponitur alia ratio in scriptura nisi redẽptio homi-
Cap.19. nis à peccato, vt patet Lucæ, Filius hominis venit quærere, & saluũ facere quod perierat: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd est non de fide, sed cadit sub opinionibus, quãdoquidem licet apud Patres conclusio hęc sit firma, & certa nihilo-
q.2.m.16. minus apud Scholasticos nõ est ita certa, vnde Alexander Alensis 3. par. summę suę, & Scotus hic, Gabriel, Albertus Magnus, Vldericus, Marsilius, & tota Schola Scotistarũ sustinent, quòd etiam si Adã non peccasset, multo melius Filius Dei venisset. oppositam tamen sententiam tenet hic Sanctus Tho. Aegidius, Thomas de Argentina, & omnes Thomistæ, vt est videre in pręsenti cõclusione. sunt tamen aliqui, vt est Riccardus in præsenti loco, qui dicunt vtramque opinionem esse probabilem, & nihil esse determinandum, quia cum rationes vtriusque partis sint probabiles temerariũ est alteram proterue sustinere. Diuus Bonauentura dicit, quòd prima opinio videtur magis consonare iudicio rationis, sed secunda magis pietati fidei orthodoxę. Petrus de Tarantasia, qui postea fuit Papa dictus Innocentius Quintus cõcordat conclusioni propositę, sed veritatẽ solus ille scire potuit qui natus est, & oblatus, quia voluit. tu tamen sequere cõclusionem præsentem, tamquàm veriorem, & probabiliorem præsertim cum eam omnes ferè Patres amplectantur rationes contra eam soluuntur à Capreolo, & Caietano, & Bartholomæo à Medina 3. par. q.1.art.3.

Secunda conclusio. Eadem humanitas numero posset simul assumi à tribus personis diuinis, scribitur hęc vbi supra, & ratio huius est, quia cum nõ q.3.art.6.
sit repugnantia ex parte assumentium, quia habẽt eandem naturam, & potentiam, nec ex parte naturæ assumptibilis. igitur conclusio vera. Circa quã nota, quòd solus Scotus, & Aureolus videntur eam negare: omnes enim Scholastici conueniunt in ea, & Dur. & Marsilius Gabriel, & alij immo Ioãnes de Bassolis ait aduersus suum Doctorem Scotum, quod numquàm aliquis debet attribuere impossibilitatem Deo ad aliquid faciendum nisi appareat magna ratio, & contradictio. Nam si persona incarnata subsistit in duabus naturis diuina. s. & humana, & tres personę diuinæ subsistunt in vna diuina natura, cur subsistere non possent in vna humana natura quod est vnam humanitatem assumi à tribus diuinis personis? rationes Scoti quas fortificant Tartaretus, & Lichetus soluit Capreolus, & Caiet.

Tertia cõclusio. Natura diuina abstracta per intellectum à personalitate relatiua posset assumere naturam humanam: scribitur vbi supra, cuius ratio est, quia remanente sufficiente causa actiua as- 3.par. q.3. art.3.
sumptionis remanere potest assumptio, sed abstracta natura diuina per intellectum à proprietatibus relatiuis remanet sufficiẽs causa actiua assumptionis, quia adhuc potest intelligi in Deo omnipotentia, subsistentia, & personalitas: igitur conclusio vera. Vbi nota, quod conclusio intelligitur de abstractione simplicis intelligentiæ, non autem de abstractione negatiua, & potest esse sensus, dato, quòd nõ essent tres personæ, ut ponit fides catholica, sed vna tãtũ, vt dicunt Gentiles philosophi incarnatio fieri posset. Aliqui etiã ex nostris intelligunt, quòd abstractis personalitatibus non à Deo, sed ab actu incarnationis cum remaneat hic Deus posset assumere naturam humanam non terminando illam per aliquam proprietatem personalẽ, sed per illam

subsistẽtiam cõem tribus personis, & sic assumptio incarnationis fieri posset, &c. lege Caiet. de hac re.

Cõclusio quarta. Natura Diuina suppositis personalitatibus relatiuis, quàs fides ponit, nõ primò sed quasi secundario assumpsit naturam: ponitur q.3.art.2. vbi supra, & ratio est, quia illud quod conuenit naturæ diuinæ primò & per se conuenit omnibus personis diuinis, sicut bonitas, & sapientia, sed assumere, seu esse terminum assumptionis, non conuenit naturæ, nisi ratione personæ: igitur non primo sed quasi secundario conuenit. Circa quam conclusionem notã, quòd sunt variæ sententiæ Theologorũ, q.2.art.1. prima est Marsilij in præsenti libro asserentis, quòd ratio terminandi humanam naturam est subsistentia essentialis non proprietas personalis, secũda est Dist.1.q.2. sententia Duran. volentis vnionem istam prius factam fuisse ad naturam diuinam, quàm ad personam Filij, tertia est Caiet. quam sequitur Medina quòd Filius Dei terminat assumptionẽ immediate ratione proprietatis personalis, & per subsistentiã personalem. quarta est Capreoli ad mentẽm S.Th. dicentis, personam Verbi primario assumpsisse humanam naturam, sed natura diuina quasi secundario; & est sententia D. Augu. lib. de fide ad Petrum Cap.2. dicentis illa natura quæ semper genita manet ex patre naturam nostrã à matre sine peccato suscepit: Dist.2. & hanc sequitur Bonauentura, Ochãm, Gabriel, & Argentina hic.

Quinta conclusio. Possibilitas assumptionis humanæ naturæ à Diuino Verbo non potest lumine naturæ cognosci. probatur ista, quia illud quòd est super omnem humanam rationem lumine naturæ agnosci non potest, sed vnionem diuinæ naturæ cũ humana esse possibilem, est super omnem humanã rationem: igitur cõclusio vera. maior patet minor Cap.3. est D. Ambr. libr. de incarnatione Verbi vbi dicit, Mihi impossibile est scire generationis secretum, mẽs deficit, vox silet non mea tñ, sed angelorũ &c.

Sexta conclusio. Hanc vnionem esse impossibilẽ non potest demostratiue probari, & ratio est, quia illud nõ potest demostratiue probari quod est falsum, vt patet primo post. sed hanc vnionem diuinæ naturę cũ humana esse impossibilẽ est falsum, quia Verbum caro factum est: igitur conclusio vera.

Septima cõclusio. Simplici fideli potest probari, hęc incarnatio per medium extrinsecum si ignorat: ratio huius est, quia talis fidelis credit istã omne expressum in Euangelio est verum, sed incarnationem hãc sacratissimam esse expressam in Euangelio patet: igitur conclusio vera.

Octaua conclusio. Vnionem hanc infallibilem ostendi potest nõn esse impossibilem indirecte, & negatiue. s. sufficienter respondendo rationibus factis in contrarium: probatur ista, quia Sãctus Thomas tum hic, tum tertia parte soluit plurimas rationes, quas hęretici adducunt contra hanc veritatem. sic etiam, & omnes alij Theologi, vt est videre apud Carthusianum.

Nota, quòd & si hę vltime cõclusiones quatuor Dist.1. non sint expressę in doctrina Sancti Thomæ ei tamen non repugnant, sed vide ipsas apud Argentinam, Marsilium, & Ioannem Bacconitanum.

Nona conclusio. Vnio hęc humanę naturę cum diuina est conuenientissima: ponitur hęc à Diuo q.1.art.1. Thoma 3.par. & ratio est, quia per eam manifestatę A sunt diuinę perfectiones, nempè bonitas, sapientia, iustitia, potẽtia infinita, quia nihil est maius, quàm Deum fieri hominem: conuenit etiam Deo, qui est summæ bonus, vt communicaret se homini in esse gratiæ, & glorię, & in esse hypostatico, lege de hac re Caiet.

Decima conclusio. Hæc vnio fuit necessaria non simpliciter, sed tanquàm melius, & conuenientius ad reparationem humani generis: ponitur à Diuo 3.par.qõ.1.art.2. Thoma hæc vbi supra, & rõ est, quia poterat Deus multis alijs modis naturam humanam reparare, nullus tamen fuit ita excellentioris virtutis, & charitatis, sicut iste, vnde Dauid loquens de hac vnione dixit miserationes eius super oĩa opera eius &c. B lege circa hanc conclusionem D. Aug. 13. de Trin. Cap.17. & Leonem Pontificẽm in sermone de natiuitate. & Riccardum in præsenti dist. & omnes ferè Scholasticos, quia de hoc mysterio disputant latissime in præsenti loco.

DISTINCTIO II.

Agitur in præsenti distinctione de incarnatione ex parte naturę assumptę, & ponitur talis conclusio Deus de potentia sua absoluta posset assumere naturam lapidis: scribitur hæc 3.par. & ratio est, quia vbicunque est æqualis po- q.4.art.1. C tentia ex parte agentis, & æqualis potẽtia obedientialis ex parte patiẽtis potest sequi similis effectus, sed diuina potentia æqualiter se habet ad operandum in lapide, & in humana natura, & natura lapidis ęque est in potentia obedientiali ad Deum sicut natura humana, ergo sicut vniuit sibi humanã naturam, ita posset vnire sibi hypostatice naturam lapidis. Vbi nota, quòd hæc conclusio non est de fide, sed cadit sub opinionibus. quandoquidem Henricus Gandauensis Quolib. 13. & cum eo Alex. Quæst.5. Alensis 3.par. & Picus Mirandulanus in sua Apolo q.11.mebr, 1.art.2. gia negant præsentem conclusionem, Thomas tamen de Argentina, & Marsilius, Durãdus, & quamplures alij affirmant opinionẽ Sancti Thomæ, quæ D est ipsius Tertuliani libro de carne Christi contra Marcionẽ asserẽtis, quòd Deus etiam naturam Lupi posset assumere si vellet.

Secunda conclusio. Deus non posset de potentia absoluta assumere materiam sine forma: elicitur hæc ex D. Thoma in libello de ente, & essentia, Cap.5. & ratio est, quia illud Deus agere non potest quod implicat contradictionem, sed materiam esse sine forma implicat contradictionem, quia cum omne esse sit à forma. si materia est, ergo habet formam, non habet formam ergo materia nõ est, igitur conclusio est vera. Circa quam nota, quòd ponitur cõ E tra Marsilium tenentem in hoc libro diuinum Ver q.3.art.2. bum in sepulcro fuisse vnitum materiæ solæ, quia tenet in cadauere illo non fuisse generatam aliam formam, sed fuit materia nuda, nobis tamẽ sequenda est opinio S. Thomæ.

Tertia concl. Deus potest assumere naturam Angelicã: ponitur à D. Tho. vbi supra. & ratio est, quia q.4.art.1. si potest assumere omnem rem depẽdentem ab eo cũ natura Angelica dependeat à Deo, potest & illã assumere. Vbi obseruãdũ est, ꝙ hęc cõclusio ponit cõtra illos, q dicũt naturã Angeli esse idẽtice personã. & Deus non posset assumere personã nisi eã destrueret assumendo tñ naturã. & quia Deus nihil destruit

destruit propterea nō assumit naturam Angelicam, atque ratio nulla est, quia posset aliam nouam producere, & copulare eam sibi in vnitate personæ.

Quarta conclusio. Deus posset assumere naturā Diaboli, & naturam cuiuslibet damnati nō tamen diceretur diabolus nec damnatus: elicitur hæc ex S.Thom.vbi supra, & ratio est, quia assumeret naturam, quæ bona est, & non culpam, & maliciam quæ est mala, propterea non diceretur diabolus, aut dānatus, sicuti si assumeret naturam hominis peccatoris diceretur homo, sed non peccator. Vbi animaduerte, quòd hęc ponitur contra Marsilium, & Gabrielē oppositū huius conclusionis substinētes. 3.par. q.4.

Quinta conclusio. Deus posset assumere naturā accidentis in esse personæ: elicitur hęc ex locis supra allegatis, & ratio est, quia si substātia creata potest hoc facere, à fortiori poterit ipse Deus. Vbi animaduerte, quòd accidens eum depēdeat à substantia creata in triplici genere causæ. s. materialis finalis, & efficientis, Deus non suppleret vicem causæ materialis, & ideo nō mereret, vnde Dominus Marsilius ait, quòd Deus de potentia absoluta posset quamlibet qualitatem absolutam in vnitatem suppositi assumere, & naturam albedinis, non tamen diceretur albedo, quia albedo non est nomen suppositi, sed bene diceretur albus per vnionem hipostaticam, sed non per inhęsionem ad subiectum. q.3.art.1.

Sexta conclusio. De potentia ordinaria non decuit aliam naturam assumere, nisi humanam: ponitur hæc 3.par.à S.Thom. & ratio huius est, quia solam illam decuit assumi, quæ decenter curari potuit, iuxta dictum Damasc. 3.fidei orthodoxæ, illud quod est inassumptibile est incurabile, sed sola humana natura decenter curari pǒtuit, natura enim angelica quæ non peccauit cura non indiguit, quæ vero peccauit per legem ordinariam irremissibiliter cecidit: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd in natura humana non est potentia naturalis ad hipostaticam vnionem, sed potētia obedientialis, sicut, & in cęteris naturis, & vltra istam est etiam potentia congruentiæ ex parte necessitatis, quæ est quid medium inter potentiam naturalem, & obedientialem. q.4.art.1. Cap.4.

Septima concl. Vnio hypostatica est maior, nobilior & excellentior & perfectior, quàm vnio per gratiam & gloriam consumatam: elicitur ex loco superius citato, & ratio est, quia vnio hypostatica est vnio substātialis conferens esse personale diuinum, sed vnio per gratiam & gloriam consummatam est per participationem conferens similitudinem, & adoptionem filialem Dei, & non esse personale: igitur cōclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Scotum, & Dur. in hoc libro contrarium sentientes, & non animaduerterunt se loqui contra Aug. 13. de Trin. dicentem, quòd summa gratia, quæ potest excogitari fuit hominem esse Deum, de qua re vide Caietanum, & Medinā, vbi supra. q.4.art.1. Dist.2. q.1. Cap.9.

Octaua conclusio. Conuenientius fuit naturam humanam vniri personæ Filij quàm Patris, aut Spiritus Sancti: scribitur hæc à D.Tho. 3.par. & ratio est, quia primi parentes peccādo recesserunt à Deo per appetitum scientiæ, quam promiserat serpens ille antiquus, eritis sicut dij scientes bonum, & malum. sed scientia appropriatur Filio, & non Patri, aut Spiritui Sancto: igitur conclusio vera. Vbi attende, quòd hæc ponitur cōtra illos hæreticos, qui dicuntur patri passiani, tiebant. n. isti patrem fuisse incarnatum, & passum, expresse cōtra id quod profitemur in symbolo, & in Iesum Christum Filium eius qui conceptus est, &c. natus, & passus sub Pontio Pilato. q.3. art.8.

Nona conclusio. Filius Dei nō solum assumpsit animam, & corpus imo etiam tertiam entitatem resultātem ex illis, sicut totum resultat ex partibus, scribit hanc S.Thom. in præsenti distin. & ratio huius est, quia Christus est verus homo: igitur nedū animam, & corpus assumpsit, sed etiam humanitatem, quæ resultat ex anima, & corpore. q.5.art.3.

Decima conclusio. Filius Dei, & qualibet persona diuina posset assumere entitatem tertiam resultantem ex materia, & forma. ponitur vbi supra, & ratio est, quia Deus potest assumere, vt dictum est quamlibet naturam etiam irrationalem, sed talis natura puta, natura lapidis est quędā tertia entitas resultans ex materia, & forma: igitur conclusio vera. Circa has duas conclusiones nota, quòd secundum ordinē intentionis agentis Filius Dei assumpsit partes mediāte humana natura, sed secundum ordinem executionis, & operationis assumpsit naturam humanam mediantibus partibus, simpliciter tamen, & absolute prius fuit totum assumptum quàm partes, sed secūdū quid prius sunt assumptæ partes, q̄ totum ipsum, & tunc insurgunt diuersæ opiniones. nàm Duran. hic tenet nullum ordinem nisi rationis fuisse inter totum, & partes, quia vbi nulla est distinctio in re ibi nullus est ordo, nisi rationis, sed inter totum, & partes nulla est realis distinctio, ergo &c. Scotus vero tenet hic, tam ordine intētionis, quàm executionis semper totum prius. fuisse assumptū quàm partes, nihilominus doctrina superius exposita est nobis amplectenda. Dist.2. q.2. Quæst.2.

Vndecima conclusio. Totum realiter distinguitur à suis partibus nedū disiunctis, sed etiam coniunctum: scribitur hæc à D.Thom. 7.Metaph. & ratio est, quia causatū realiter distinguitur à causis, sed totū est, quid causatum, partes sunt causę: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur hic præter intentionem, cum vetus locus eam pertractādi sit in philosophia, & nos latius de ea disputauimus in nostris dilucidationibus 7.Metaphy. nihilominus vt appareat falsitas Petri de Palude Dur. & Bartholomæi de Medina, qui contrarium huius veritatis docent volui conclusionibus supradictis eam addere, quam etiam fortissimis argumentis confirmat solertissimus Magister Thomas Capuanus in suis speculationibus. & quis esset terminus generationis, & corruptionis per se aiebat inter alia, cum nec forma, nec materia per se generetur. &c. Tex.vltim. Diluc. vlti.

DISTINCTIO III.

Disputatur hic de carne Christi num fuerit obligata peccato, vel non: & pro huius rei intelligentia, ponitur talis conclusio: Mater Christi fuit concepta in peccato originali. ponit hęc à D.Th. in multis locis suæ doctrinæ, sed præsertim 3.par. & addit ipse multas rōnes, sed inter alias, hæc est pręcipua, & B. Ambr. nulla persona cōcepta

per sexuum commistionem est expers peccati ori-
q.27. art.2. ginalis, sed Mater Christi fuit propagata, & genita per commistionem sexuum: igitur non fuit expers peccati originalis ex consequenti fuit concepta in eo. Circa quam nota, quòd ponitur hæc conclusio contra Scotum, & eius sequaces oppositum huius sustinentes, qui diuisi sunt. Aliqui eorum dicunt, quòd quando Adam peccauit remansit in eo quędam portiuncula carnis, quæ non fuit obnoxia peccato, & illa descendit per lumen Patrum, & ex illa portiuncula carnis genita, & cōcepta est Beata Virgo, propterea non est concepta in peccato originali. Alij dicunt, quòd tota caro, Adæ fuit maculata, & nulla portiuncula remansit in eo, quæ non fuerit infecta, sed fuit Beata Virgo ex priuilegio speciali præseruata totaliter à peccato. s. à macula, & ab omnibus spectantibus ad maculam. s. à fomite peccati, à pęna mortis temporalis, & à reatu clausæ cœli ianuæ, & à cæteris pœnis peccati originalis. Alij verò dicunt, quòd Beata Virgo radicaliter, & dispositiue, & quantum est de se & ex se, & de debito, & de lege communi, & ex ratione suæ propagationis contraxit peccatum originale, & omnia spectantia ad ipsum, sed de lege speciali, & ex priuilegio, & ex cōgruitate, & de facto per infusionē gratiæ personalis fuit præseruata à macula peccati originalis solummodo, & non consequentibus ipsum originale peccatum: & hæc est opinio, quæ communiter tenetur à Scotistis, quia illæ aliæ duę sunt in manifesto errore, conclusio etiam D. Thom. dupliciter exponitur à nostris, Aliqui dicunt, quòd Beata Virgo fuit concepta in peccato originali, & tamen in primo instanti in quo fuit concepta statim fuit sanctificata, Aliqui verò dicunt, quòd in vno instanti temporis fuit concepta, & per aliquod tempus stetit in peccato, & quam citius potuit fuit purgata, quia in eodem instanti non potest esse simul culpa & gratia, & sic tenet Romanus Aegidius.

Secunda conclusio. Vtraque positio est probabilis, & sine errore defendi potest, & defenditur: patet hæc, quia innumeri sunt Doctores, qui vtramq; partem defendūt, nam de positione S. Tho. scripserunt multi Doctores, vt Cardinalis Turre crematę Petrus de Tarātasia, qui fuit ex ordine S. Dominici, & postea fuit Papa Innocētius Quintus, Bartholomæus Spina etiam latius de hoc negotio scripsit, & Cardinalis Caietanus, qui plures sanctos canonizatos adducit, qui tenent positionem S. Thom. quos lōgum esset recensere, pro alia parte sunt etiā & quam plures inter alios Ambrosius Catharinus, qui deridet Thomistas, Scotistas Ochanistas reales, & nominales Theologos, dicens hos zelare pro Matre Christi non secundum scientiam.

Tertia conclusio. Mater Christi nullum peccatū actuale mortale aut veniale commisit, scribit hanc
q.27. art.4. S. Tho. 3. par. & ratio est, quia non esset idonea Mater Dei si peccasset aliquando, & hæc conclusio est
Cap.6. Beati Augustini lib. de natura, & gratia, vbi ait cum de peccatis agitur de Sāctā Virgine Maria nullam prorsus volo habere quæstionem propter honorē Christi. Vbi animaduerte, quòd Petrus Tartaretus adducit quoddam exemplum pro hac cōclusione non ita certum, vt ipse credit, ait. n. quòd Beatus Dominicus eum esse Tholosæ disputauit tres quęstiones cum hæreticis, prima est ꝙ Christus non

A erat Filius Virginis. secunda quòd non esset in sacramento. tertia quòd Beata Virgo fuit concepta in peccato originali, & peccauit actualiter. & cum non potuisset respōdere hæreticorum versutijs dixit probemus has quæstiones miraculo: conuenerunt in hoc, quòd hęretici scriberent positiones suas, sic etiam Beatus Dominicus suas positiones, & cum proiecissent illos libellos in ignem fuit conuictus libellus hæreticorum non autem libellus Beati Dominici. sed num fuerint ipsæ tres quæstiones, vel aliquæ aliæ nō est certum nihilominus factum fuit verum, vt scribitur in vita Beati Dominici de hoc negotio, ter inflāmas libellus traditur
B ter exiuit illęsus penitus. ponitur tamen conclusio hæc contra Diuum Chrisostomum, qui super Mathæum exponens illa verba Ecce Mater tua, & fratres tui foris stant &c. ait manifestum est, quòd solum ex vanagloria hoc faciebat, quibus verbis vř sentire, ꝙ beata virgo peccauit actualiter, quę tamē opinio non est substinenda, sed conclusio posita.

Quarta conclusio. Si quis dixerit peccare mortaliter, aut esse hęreticū illū qui defendit opinionem S. Tho. aut oppositam positionem ipso facto est excōmunicatus excommunicatione Papali: patet hæc ex Sixto Quarto in extrauaganti quæ incipit graue nimis quam innouauit Conciliū Tridentinum, & etiam Pius Quintus in motu proprio super hac re ediro ad euitandum scandalū quod oriri poterit apud fideles, & ad ostendendum, quòd vtraque positio potest sustineri, cum neutra sit determinata ab Ecclesia Romana, licet orietales omnes teneant opinionem S. Thom. Sess.5.

Quinta conclusio. Qui deuote veneratur sanctificationem determinate, aut conceptionem ipsam, nullum errorem committit: probatur hæc conclusio, quia ille, qui veneratur sanctitatem nullum errorem committit, sed tam ille, qui determinate colit sanctificationem, quàm ille, qui colit cōceptionem veneratur sanctitatem: igitur nullum errorē
D practicè committit, licet forsitan speculatiue: propterea cautus esse debet quilibet catholicus, vt celebret tempus illud in quo Beata Virgo fuit decorata gratia diuina, & sic erit securus, & non errabit, practice, nec speculatiue. Vbi nota, quòd sanctificatio quatuor modis accipitur, primo pro dedicatione latrię, vt est illud Gen. Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum. 1. cultui latrię dedicauit, secundo pro perfectione iustitiæ, vt patet Leuitici de Abiu, & de Nadab Sāctificabor in eis. s. exercendo vltionem iustitiæ. tertio, pro collatione gratię, vt ait Apostolus ad Ephes. Christus sanctificauit nos lauacro. quarto pro remuneratione glorię,
E vt est illud Ioānis Pater sanctifica eos in veritate. s. ad gloriam. Beata Virgo fuit sanctificata his duobus vltimis modis. s. ꝓ collatione gratiæ, & gloriæ.
Cap.2. Cap.10. Cap.1.

Sexta cōcl. Nullus scribere pōt vulgari sermone de istarum positionum controuersia. hęc est definita à Pio Quinto anno Domini 1570. in quodam motu proprio vbi dicitur, nemo cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere aut dictare præsumat, & qui contrafecerit suspensionis pœnam à diuinis absque noua declaratione ipso facto incurrat.

Septima concl. Tantummodo viris doctis licet in publicis disputationibus vtrālibet partē asserere
vel

vel impugnare &c.est & hæc definita à Pio V. vbi su pra, his verbis: nemo cuiuscunque gradus, & conditionis, & dignitatis existat in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersiæ alterutra parte disputare rationibus, vel doctorum authoritate asserendo propriam sententiã, & cõtrarium refellendo, aut impugnãdo &c. quocunque gradu, siue dignitate, vel administratione fungatur illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera optinenda sit inhabilis, super quibus à solo Romano Pontifice dispensari possit, &c.

B Octaua cõclusio. Opinio S. Thomæ, quòd Beata Virgo fuerit mũdata à peccato originali, & sanctificata, est magis probabilis, & consentanea sacræ scripturæ, & dictis Sãctorum Patrũ. & regulis fidei catholicæ. Probatur ista ex nouo, & veteri testamento, omnes declinauerunt, & non est, qui faciat bonum, omnes nascimur Filij iræ, omnes in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei. patres affirmantes hanc cõclusionem, lege apud Caietanũ, & apud Bartholomæum Spinam, & inter alios Patres vtere

Cap 34. verbis Beati Augustini in expositione Psalmorum dicentis, Adam mortuus est propter peccatum, Maria ex Adam mortua est propter peccatum, caro autem Christi propter delenda peccata: vt Beati Ambrosij super Beati immaculati affirmãtis venit Dominus Iesus, & in carne, quę peccato in matre fuerat obnoxia militiam virtutis exercuit. lege Cardinalem Turre Crematæ, qui plurima loca sacræ scripturæ, & plurimos patres, pro hac conclusione adducit.

Nona conclusio. Opinio quę tenet beatissimam genitricem Dei Virginem Mariam ab omni originalis peccati contagio fuisse penitus præseruatam est magis pia, & deuotioni populi accommodata, & humanæ rationi magis conformis: patet ista ex

Distin.3. rationibus quas adducit Franciscus de Maironis in præsenti libro. & in naturalibus, quia Deus est agẽs perfectum, & in moralibus, quia Deus magis inclinatur ad diligendum, quàm odiendum, & in Politicis, quia Deus est Legislator. & sic respectu suę Matris potuit dispensare in lege, & in theologicis, quia Deus instituit circũcisionẽ, & tamen suspendit eam in deserto, tum quia Deus est agẽs beneuolum, & de contingentibus producit effectum sibi gratum, sed puritas suę Matris est sibi gratissima, igitur pręseruauit eam ab omni macula. ad hãc conclusionem tendunt omnes rationes istorum & Licheti, & Tartareti, & Marsilij, & Antonij Andreę, & Cabrielis, & Petri de candida, & Catharini. & omnium fere sic opinantium.

Decima conclusio. In conceptione carnis Christi fomes fuit totaliter sublatus à Beata Virgine,

q.27. art.3. probat hanc S.Tho. 3.par. quia dicitur in canticis

Cap.4. canticorum, tota pulchra es, & macula nõ est in te, sed fomes spectat ad maculam saltem carnis, igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd circa hanc conclusionem sunt variæ sententiæ Theologorum, Alij enim dicunt, quòd quando Beata Virgo fuit sanctificata in vtero fomes fuit totaliter subtractus, Alij volunt, quòd remansit quo ad difficultatem ad bonum, sed non quo ad pronitatem ad malum, Alij vero scribunt, quòd fuit sublatus quo ad corruptionem personæ, sed non naturæ, Alij autem dicunt, quòd in sanctificatione in vtero remansit, secundum essentiã, sed ligatus, in conceptione Christi fuit totaliter sublatus, quia fomes est inordinata concupiscentia appetitus sensibilis habitualis, seu morbida quędam qualitas in carne existens inclinans ad malum, & retardans à bono, vel appetitus sensitiuus destitutus gratia originali: hic ergo fomes in Beata Virgine sanctificata in vtero matris non fuit sublatus, sed tãtummodo ligatus per abundantiam gratiæ, & per diuinam prouidẽtiam in cõceptione vero Christi fuit totaliter extinctus, hanc conclusionem non acceptant illi, qui tenent Beatã Virginem fuisse præseruatam à peccato originali, quia cum fomes sit effectus peccati originalis, & vbi non est causa, neque effectus esse potest, idcirco hæc theologia nostra sit tantummodo, relinquendo alios abundare in suo sensu.

DISTINCTIO IIII.

Agitur in hac distinctio. de sacratissima incarnatione ex parte principij actiui & passiui, & pro explicatione huius rei fit prima conclusio talis: Beata Virgo nihil actiue operata est in conceptione Christi: probat hanc Diuus q.32. art.4

C Thomas tertia parte, quia principium actiuum in generatione dicitur ratio seminalis, sed corpus Christi fuit assumptum à Beata Virgine non secundum aliquam rationem seminalem, igitur conclusio vera: maior patet: minor est Diui Augustini Cap 9. decimo super Genesim ad litteram. Circa quam conclusionem nota, quòd sunt diuersę sententiæ Theologorum, quarum prima est vetustissima, quam narrat Sanctus Thomas, quòd naturali virtute, & supernaturali Beata Virgo actiue concurrerit ad generationem Christi, & hanc sequutus est Scotus in præsenti distinctione dicens, quòd collata Distin.4. fuit sibi vis supernaturalis secundum quam potuit

D cooperari Spiritui Sãcto, & est sententia falsa, quia generatio Christi terminata est ad verbum subsistens in humana natura, sed nulla creatura concurrit ad vnionem hypostaticam: igitur falsam doctrinam docuit Scotus. secunda sententia est Francisci Distin 4. Maironis dicentis, Beatam Virginem habuisse verum semen, quod est verum principium actiuum generationis, sed non tamen omnino digestum, digessit tamen ipsum Spiritus Sanctus, propterea nõ totaliter causauit eam in genere causæ efficientis, & inepte loquutus est hic vir quandoquidem stante hac sua opinione sequeretur Beatam Virginem passam fuisse aliquam delectationem veneream, &

E libidinosam, quod irrationabile est dicere de illibata Virgine: propterea sequenda est conclusio, & sententia S.Tho.

Secunda conclusio. Beata Virgo solam materiã ministrauit in conceptione Filij sui: hanc ponit Sanctus Thomas vbi supra, & ratio est, quia corpus Quæst.32. Christi fuit formatum ex virginali & purissimo sanguine Beatæ Virginis, sed talis sanguis est solummodo materia, & non causa actiua: igitur conclusio vera. Vbi animaduerte, quòd Franciscus de Maironis vbi supra, quòd nedum Mater concurrit Distin 4. passiue in generatione, sed etiam Pater, & sic Spiritus Sãctus, qui fuit principiũ actiuũ in hac gene-

ratione concurrisset, aliquo modo etiam passiue A quod non est dicendum.

Tertia cōclusio. Beata Virgo aliquid actiue operata est ante conceptionem Christi præparando.s. Quæst.32. materiam, vt esset apta conceptui. elicitur hæc vbi supra, & ratio est, quia sanguis Beatę Virginis fuit materia corporis Christi, vt dictum est, sed talem sanguinē produxit, & digessit, & præparauit Beata Virgo, igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd Beata virgo se habuit veluti artifex inferior præparando, & subministrando materiam operis ipsi Spiritui Sancto, qui fuit veluti Architectus conceptionis Christi, sed in ipso instanti conceptionis cessauit actio Mariæ, nam Spiritus Sanctus sine mora tem- B poris in instanti ædificauit corpus dominicū sanguinē beatæ Virginis cōuertens in mēbra Christi interiora, & exteriora, ea distinguēs, & consolidās.

Quarta conclusio. Conceptio corporis Christi 3.par.q.33. art.1. fuit instantanea. scribitur hęc à D.Tho. 3.par. cuius ratio est, quia agens infinitæ virtutis operatur in instanti, sed Spiritus Sanctus cuius virtute fuit formatum corpus Christi est agens infinitæ virtutis: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd in cōceptione corporis Christi tria considerantur, primum est motus localis sanguinis ad locum generationis: secundum est formatio corporis ex tali materia, tertium augumentum quo perducitur ad quantitatē C perfectam. primum cum sit motus localis non potest esse in instanti, tertium etiam non est in instanti, quia est successiuum, relinquitur, quod secūdū fuerit in instanti, & hoc est formatio corporis. & Cap.35. hęc conclusio est B.Greg. 18. Moralium dicētis, angelo nunciante, & Spiritu Sancto adueniente mox Verbum in vtero, mox intra vterum, Verbum caro factum est. & est conclusio de fide definita in sexta Actione 11. Synodo generali contra hæreticos Paulum Samosethenum, & Nestorium.

Quinta cōclusio. Conceptio Christi dicitur simpliciter miraculosa, & supernaturalis. probat hanc q.33. art.4. S.Tho. vbi supra, quia iudicium simpliciter, & abso D lute habendum est de re secūdum formale, sed formale in hoc mysterio totum fuit miraculosum, & supranaturale, igitur conclusio vera.

Sexta conclusio. Conceptio Christi fuit naturalis secundum quid: ponitur hæc vbi supra, & ratio est, quia ad hoc quod aliqua transmutatio sit naturalis sufficit, vt principium passiuum sit naturale, Tex.4. vt ait Arist. 2. Phy. sed principium passiuum in conceptione Christi fuit naturale: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd ambæ hæ cōclusiones sunt Bea- Cap.6. ti Ambrosij libro de incarnatione dicentis: multa in hoc mysterio, & secundum naturam inuenies, & vltra naturam, quia si consideremus id quod est ex E parte materiæ conceptus quam Mater ministrauit totum est naturale, si vero consideremus id quod est ex parte virtutis actiuę totum est miraculosum, sic etiā aiebat Dionysius in epistola ad Caium Monacū, super hominem operabatur Christus ea quæ sunt hominis, & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens. propterea conceptio Christi vocatur simpliciter supra naturalis, secundum quid vero naturalis, sicut cæcus illuminatus videt naturaliter per potentiam visiuam, quam miraculose accepit.

Septima cōclusio. Beata Virgo veraciter, & proprie dicitur, & est Mater Dei, & hominis, probat hanc S.Thom. 3.par. quia ad rationem matris re- q.35.art.3. quiritur, vt corpus filij sit formatū ex eius sanguinibus, sed corpus Christi, qui est Deus & homo, est formatū ex puris sanguinibus Beatę Virginis, igitur conclusio vera. Vbi attende, quòd hæc conclu- Cap.1. sio est de fide, & habetur Matth. cum esset desponsata Mater Iesu Maria: & est contra Nestorium ponentem Mariam esse matrem Christi puri hominis & non Dei, & est etiam contra Duran. dicentē hoc Dist.4.q.2. quæsitum non esse de re, sed de modo loquendi, & ideo hęc propositio est impropria Maria est mater Dei, & male dicit, quia sequenda est concl. S.Tho.

Octaua conclusio. Ista est simpliciter concedenda Virgo Maria est Mater Dei, probat hanc S.Tho. q.35.art.4. 3.par. quia mulier ex hoc dicitur Mater alicuius, quia eum concepit & genuit, sed Beata Virgo concepit, & genuit Christum, qui est verus Deus, igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd est de fide definita in Concilio Ephesino, vbi dicitur si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem Emanuel, & propter hoc genitricem Sanctam Virginem: genuit enim carnaliter carnem factum Dei Verbum, anathema sit: & licet dicatur Mater Dei non tamen causa sicut Pater in diuinis est principium Filij, & non causa.

Nona conclusio. Christus nullo modo debet dici Filius Spiritus Sancti: probat hanc Sanctus Do- 3.par.q.32. Art.3. ctor, quia Christus est Filius Dei secundum perfectam rationē filiationis: igitur neque ratione creationis, neque iustificationis, sed solius æternæ generationis debet dici Filius, & sic non Spiritus Sācti. Circa quam cōclusionē nota, quòd errauit Dur. in Quæst.1. præsenti loco dicens Christum posse dici Filium Spiritus Sancti cum determinatione non simpla, sed dupla, vt dicatur Christus inquātum est Filius Spiritus Sancti per creationem, & adoptionem, & loquutus est contra Aug. in Enchiridion dicentem Cap.40. natus est Christus de Spiritu Sācto nō sicut Filius, & de Maria Virgine sicut filius.

Decima cōclusio. Christus nullo modo dicitur Filius Trinitatis: probat hāc S.Tho. vbi supra, quia Art.3. tunc Christus esset Filius suiipsius, quòd non est dicendum. Circa quam nota, quòd Albertus narrat quandam hæresim cuiusdam Monachi nomine Leporini, qui Christum dicebat duos Filios. & concludit Albertus hunc Monachum fuisse damnatū ab Ecclesia de hoc cui concordat Vldericus dicēs quamuis nonnulli dicāt dici posse, quòd Christus per creationem, & gratiam valeat dici Filius Trinitatis, ac Spiritus Sancti, quod falsum est vt asserit Damas. & Augu. his etiam addit Petrus de Tarantasia Christum esse Filium Dei, sed non Trinitatis, aut Spiritus Sācti, astipulatur, & his Riccardus. Bonauētura, Alex. Alensis tamē videtur cōcordare cū Duran. sed amplectendæ sunt conclusiones præpositę tanquam securiores, & remotiores ab errore hæreticorū. vide de his oībus apud Carthusianū. Dist.4.

DISTINCTIO V.

SVperius disputatum est de assumente, & de assumpto hic agitur de vtroque simul, & pro explicatione huius negotij, ponitur prima conclusio: vnio naturarum in Christo est, quid

quid creatum, probat hanc S.Tho. 3.par. quia om A
q.2.art 7. ne quod incipit esse in tempore, est quid creatum,
sed vnio illa cępit esse in tempore cum non fuerit
ab æterno, igitur conclusio vera. & ponitur contra
Aureolum oppositum huius veritatis existimantem, vult.n.ipse vnitatem personalem naturæ humanæ cum verbo esse quid increatum, & hoc esse increatum communicatum est in tempore humanæ
naturæ, & sic effecta est vera vnitas, & actualis continuatio, & indiuisio, sed deceptus est hic vir, nõ percipiens sensum cõclusionis S.Tho. quæ intelligitur
de relatione vnionis, vide motiua Aureoli apud
q.2.art.7. Capr.hic, & Caiet. 3.par.

Secunda conclusio. Fundamẽtum huius relatio- B
nis est vnitas personalis diuini verbi elicitur ex loco superius allegato, & ratio huius est, quia illud
est fundamentum huius vnionis in quo conueniũt
duæ naturæ, & sunt indiuisę, sed sola subsistentia
personalis diuini verbi est in qua conueniunt ambæ naturæ, & sũt indiuisæ, ergo &c. Vbi nota, quòd
hæc conclusio, est controuersa apud Thomistas.
Georgius. Aliqui enim dicunt vt est Georgius Bustus Vercellensis, quòd fundamentum huius vnionis est humanitas non absolute, sed vt est assumpta, & coniuncta verbo diuino, & suscipit esse diuinum. Alij
vero vt sunt nostri Hispani quorum Princeps est
Franciscus de Victoria tenẽt, quòd natura diuina C
& humana sunt vnitę in Christo, quia sunt indiuisę
& habent vnum esse, ideo hæc vnitas non est relatiua sed absoluta, sed nobis visum est amplecti conclusionem propositam, quam elegãti sermone declarat Caiet. vt est videre apud ipsum, cui astipulatur Capreolus.

Tertia conclusio. Vnio differt realiter ab assum-
q.2.art.8. ptione, scribit hanc S.Tho. 3.par. & ratio est, quia
vnio dicit relationem æquiparantiæ in facto esse,
assumptio vero dicit actionẽ in fieri diuersimode
se habens ad agens & patiens, & ad diuersos terminos, ergo &c. Ex hac cõclusione sequitur, quòd terminus assumptionis est quid absolutum, & non re- D
latiuum, qui est filium Dei esse hominem, seu personam verbi esse hominem hoc autem constat esse
substantiam & non relationem. Vbi animaduerte
Quæst.2. hic, quòd Dur. deceptus est volens terminum huius vnionis rem modum quendam realem sicut inhærere est modus realis consequens naturam acci-
Dist.2.q.1. dentis; Scotus autem voluit esse talem terminum
de genere respectuum extrinsecus aduenientium,
3.Senten. & Petrus Tartaretus discipulus Scoti in reportatis
Dist.1.q.1. ait vnionem ipsam esse relationem disquiperantiæ,
& relationem ordinis in natura humana addit cõtra nominales, vt est Gulielmus Ochã, & alij, quòd
relatio extrinsecus adueniens est illa quæ non ne- E
cessario ponitur positis extremis, & multa alia ibi
inculcat, tu autem sequere conclusionem propositam, quæ est definita à sede Apostolica in quadam
decretali per Alexandrum Tertium, quæ incipit
cum Christus sit aliquid, & substãtia, & non ad aliquid, vel quantum, aut quale &c. conclude igitur
terminũ huius sacratissimę assumptionis esse quid
absolutum nempe Deum fieri hominem substantialiter, & non relatiue.

Quarta conclusio. Vnio naturarum in Christo
q.2.art.9. est maxima inter creatas vniones. est Diui Thomæ
tertia parte, & ratio est, quia maxima vnio, est vnio
personalis cum sit indiuisibilis, sed vnio naturarũ
in Christo est personalis, ergo &c. Vbi animaduer-
te, quòd hæc cõclusio ponitur contra Durandum Quæst.3.
tenentem vnionem hanc non esse maximam, nisi
quo ad dignitatem, & contra Scotum volentem Dist.6.q.2.
vnionem beatificam esse perfectiorem hac vnione
hypostatica. tu autem sequere doctrinam propositam, quòd hæc vnio ex parte personæ verbi in qua
vnite sunt natura diuina, & humana, est maxima
inter creatas vniones propter vnionem personarũ
diuinarum in essentia, licet ex parte naturæ diuinæ
& humanæ non sit maxima, quia hę duę naturæ
maxime distant, & est doctrina Diui Augustini li- Cap.10.
bro de Trinitate, vbi ait, homo potius est in Filio
Dei, quàm Filius in Patre, &c.

Quinta conclusio. Nec diuina essentia nec proprietas personalis potest vniri alicui creaturæ corporeæ per modum formæ propriæ loquendo de
forma, probat hãc Sanctus Thomas primo contra Cap 27.
Gent. quia quod per se habet esse nobilius est eo,
quod habet esse in alio, sed omnis forma alicuius
corporis habet esse in alio: cum igitur Deus sit ens
nobilissimum, nempe prima causa essendi, igitur
conclusio vera. Vbi animaduerte, quòd hęc conclusio est posita contra Gentiles idolatras ponẽtes
Deum animam mundi, at propter hoc ipsi exhibebant cultum latriæ vnicuique creaturæ, tanquam
habenti Deum vt formam dãtem esse diuinum de
quo errore lege Auer. 12.Metaph. & Diuum Augu- Com.41.
stinum quarto de ciuitate Dei, & Franciscum Fer- Cap.31.
rariensem vbi supra.

Sexta conclusio. Nec Deitas nec proprietas personalis verbi est vnita humanitati Christi, nec eius
carni, vt forma, probat hanc S. Thomas quarto Cap.32.
contra Gent. quia ex forma, & materia semper constituitur vna species quæ est prædicabilis de pluribus actu vel potentia quantum est de ratione speciei, si igitur deitas vel proprietas personalis esset
vnita carni ipsius Christi, vt forma vnitur materiæ:
tantum ex coniunctione vtriusque quædam communis species resultaret, quę esset à multis participabilis, quòd patet esse falsum, quia tunc essent plures Christi. Vbi obserua hanc conclusionem esse
contra Arrium ponentem in Christo nõ fuisse animam, quia loco animæ ponebat diuinitatem, & sic
asserebat diuinitatem esse formam carnis Christi
in qua iniqua, & falsa doctrina sequutus est etiam,
& ipse Apollinaris, sed ambo sunt damnati, & erepti ab Ecclesia.

Septima conclusio. Impossibile est diuinam essentiã vniri alicui creaturæ spirituali, & intellectuali aliquo modo per modum formæ intelligibilis, &
in esse intelligibili, & non naturali: scribit hanc Sanctus Doctor tertio contra Gẽtiles. & ratio est, quia Cap.51.
tunc sequeretur diuinam essentiam non esse perfectam in sui natura, sed oporteret perfici ab aliquo alio quod est absurdum, & ponitur hæc conclusio contra Ioannem de Ripa qui in suis determinationibus voluit diuinam essentiam esse posse realiter formam intrinsecam ipsi creaturæ,
quia influere fluxu intrinseco dicit perfectionem,
quæ non est negãda à diuina essentia, & decipitur,
quia talis perfectio habet imperfectionem annexam. Vbi nota, quod inter Thomistas sunt diuersæ sententiæ num diuina essentia possit esse forma

intelligibilis intellectus beati. Franciscus Ferrarien A
sis vbi supra ait quòd diuina essentia non potest es-
se forma, sed actuat ipsum intellectū ad intelligen-
dum absque eo quòd det illi esse formaliter. Magi-
q.12.art.3. ster Domicus Bannes Hispanus, ait in p.p. S.Tho.
Diuinam essentiam vniri intellectui tanquam for-
1.par.q.12. mam intelligibilem: Cardinalis Caietanus vult esse
art.3. vtique formam intellectus beati semotis tamē im-
perfectionibus, vt nō sit pars neque inhæreat, Ca-
preolus vero ait hic, quòd nō est forma intellectus,
sed se habet tanquam forma, quia est actualior, &
formalior eo, quam opinionē ego approbo, quia
Cap.51. magis arridet ad verba S.Tho. 3 cont. gentes.

Octaua conclusio. Filius Dei non assumpsit na- B
turam humanā in vniuersali, prout vniuersalis est,
q.4.art.4. nec ab indiuiduis separatam, probat hanc S.Tho.
tertia parte, quia per talem naturam sic abstractam
non posset exercere opera necessaria ad redemptio
nem humanam, nam operationes sunt subsistentiū
in rerum natura: igitur cōclusio vera. Circa quam
nota, quòd omnes Theologi cōueniunt in hac con
clusione, solummodo Bartholomeus de Medina
vult notare in hac parte Cai. qui dicit quòd S.Tho.
in hac conclusione non ostendit impossibilitatem
assumptionis, sed incōgruentiam, dicit modo Bar-
tholomæus, quòd hæc interpretatio non est confo
na rationi S.Tho. in articulo, quia loquitur de vni- C
uersali Platonico, vt nihil dicit, quia si apud Deum
nihil est impossibile etiam vniuersale Platonicum
poterat assumere de possibili propterea sequenda
est interpretatio Caiet.

Nona conclusio. Filius Dei non assumpsit huma
nam existentē in omnibus indiuiduis, probat hæc
q.4.art.5. S.Tho. vbi supra, quia tūc tolleretur multitudo sup
positorum humanæ naturæ, quæ est ei cōnaturalis
cum enim in natura assumpta non sit considerare
aliud suppositum præter personam assumentem si
non esset humana natura nisi assumpta, iam nō es-
set nisi vnum suppositum assumens, & sic à primo
ad vltimum non esset multitudo suppositorum, & D
Cap.3. est cōclusio Io. Dam. 3. lib. fidei orthodoxæ, vbi di-
cit, quòd Filius Dei non assumpsit humanam natu-
ram quæ in specie consideratur, neq; enim eius om
nes hypostases assumpsit in hac etiam conclusione
cōueniunt omnes Theologi, vt est videre apud Car
thusianum.

Decima conclu. Filius Dei assumpsit hominem
q.4.art.3. est propositio impropria dicta, probat hāc S.Tho.
vbi supra, quia homo significat humanam naturā
in supposito, sed Filius Dei non assumpsit supposi-
tum, ergo cōclusio vera, & est de fide vt habetur in
Concilio Ephesino, neq; enim hominem assumpsit
Filius Dei vt alter sit præter ipsum. Circa quam no- E
ta, quòd vbi inuenitur aliquod dictum Sāctorum,
quòd Filius Dei assumpsit hominem; vt est illud
beatus quem elegisti, & assumpsisti non est exten-
dendum, sed pie exponendum, vt dicamus homi-
nem assumptum, quia eius natura est assumpta, vel
quia assumptio terminata est ad hoc vt Filius Dei
sit homo: ex quibus reprehendēdus est Ludouicus
Cap.17. Vines, quia super Augu. 9. de Ciuit. Dei, arguit om
nes Doctores Scolasticos, qui nolunt hanc proposi
tionē improprietate sermonis admittere, & tamen
ipse est arguendus tamquam purus grammaticus
nesciens Theologiam, &c.

DISTINCTIO VI.

Disputatur in præsenti distinctione de condi-
tionibus Dei incarnati, & ponitur prima
conclusio, Christus Dominus est vnus, po-
nitur à D.Tho. 3.par. & est de fide catholica, quia q.17.art.1.
habetur 1. ad Thim. vnus Deus, & hominum media- Cap.2.
tor homo Christus Iesus, & in Symbolo Niceno,
& in vnum Dominum Iesum Christum, & in Sym-
bolo Apostolorum vnicum Dominum nostrum, &
Athanasius, qui cum Deus sit, & homo non duo ta
men, sed vnus est Christus.

Secunda conclusio. Christus Dominus dicitur
simpliciter vnū. ponitur hæc vbi supra, & ratio est,
quia vt ait Boetius libro de duabus naturis, & vna
persona Christi, omne quod est inquātum est, vnū
est, sed Christum esse cōfitemur, ergo Christus est
vnum. & est de fide catholica definita in Concilio Can.2.
Ephesino si quis nō confitetur vnum Christum cū
propria carne eundem. Deum, & hominem simul
anathema sit.

Tertia cōclusio. Christus Dominus non est duo
masculine, scribitur vbi supra, & ratio est, quia duo
masculine importat duas personas, sed Christo
Domino non sunt duæ personæ: igitur concl. vera.

Quarta conclu. Christus Dominus non est duo
neutraliter, ponitur & hæc vbi supra, & ratio est, qa q.17.art.1.
duo neutraliter importat duo supposita, sed in
Christo Domino nō sunt duo supposita, igitur cō-
clusio vera. Vbi nota, quòd ambæ istę duę conclu-
siones sunt de fide definitæ in Concilio Ephesino, Can.4.
quòd si quis diceret in Christo esse duas hyposta-
ses, vel personas, vel supposita anathema sit. Et hæc
determinatio fuit facta contra Nestorianos ponen
tes in Christo duas personas, & affirmabant quòd
Christus dicitur duo neutraliter, & duo masculine
Quidam autem hæretici posuerunt in Christo vnā
personam, sed duo supposita idcirco asserebant, &
isti Christum Dominum debere dici duo neutra-
liter. fides catholica, quia ponit in Christo tantum
vnam personam, vnam hypostasim, & vnum suppo-
situm, hæc enim tria idem significāt, idcirco deter-
minat, quòd Christus Dominus dicitur vnus ma-
sculine, & vnum neutraliter.

Quinta conclusio. Christus Dominus nō est plu
ra, vel plures res simpliciter, vel formaliter, probat
hanc S.Tho. in præsenti distinctione quam proba- q.2.art.1.
tionē format Petrus de Palude Patriarcha Hiero- Petrus de
solymitanus ex ordine prædicatorum in præsenti Palude.
loco hoc modo: illud dicitur plura, vel plures for-
maliter quod continet plura, & quodlibet illorum
prædicatur de illo per se, & distincte, vt Deus est
plures, quia Deus est Pater, Deus est Filius, Deus
est Spiritus Sanctus, sed licet Christus cōtineat plu
ra puta deitatem humanitatem, & animam, non ta-
men quodlibet istorum prædicatur per se de Chri-
sto & distincte, ita vt dicatur Christus est diuini-
tas Christus est caro, Christus est anima, igitur cō-
clusio vera cui assentit Alexander de Ales. 3. par. q.6.memb. 2.art.2.
dicens quāuis Christus habeat plures naturas non
tamen illę prædicantur de ipso in recto dicendo
Christus est illæ naturæ: astipulatur etiam, & Diuus
Bonauentura hic dicens vtrum Christus sit duo Bonauen.
tripliciter pōt intelligi vno mō, vt dicatur Christus
est duæ naturæ, & hoc modo nō, quia humana na-
tura

tura non prædicatur de Christo, alio modo intel- A
ligi pōt, quòd Christus sit duo, videlicet duæ per-
sonæ, & hoc est hæreticũ, tertio modo, quòd Chri-
stus est duo supposita, & duę res naturæ, & nec sic
est dicendum. amplectitur, & hanc doctrinam Pe-
Taran. trus de Tarantasia dicens Christus non potest dici
plura, nec ratione suppositi, nec ratione naturarũ,
quia natura diuina est vna numero cum suo suppo
sito, & idcirco non facit numerum cum eo, idem
Riccard. etiam sentit, & Riccardus dicens, quòd natura as-
sumpta non prædicatur de Christo, quia nō habet
rationem hominis, sed humanitatis, ad hoc facit,
Albert. quòd dicit Albertus, ꝙ Christus posset dici plura
materialiter secundum quid, quia habet diuinita- B
tem, animam, & carnem, sed non debet dici plura
Scotus. simpliciter, & formaliter, Scotus etiam amplectitur
& hanc doctrinam affirmans, quòd Christus nō est
duo masculine propter vnitatem personæ, nec duo
neutraliter, quoniam non est duæ naturæ, sed vna
hypostasis in duabus naturis, nec natura humana
Argentina prædicatur de ipso. Sic etiam Thomas de Argenti-
Art.4. na ait, quòd secundum fidem catholicam Christus
sit vnum suppositum habēs duas naturas, quarum
vna est simplex. s. diuina, & alia cōposita. s. humana,
& quia natura simplex ꝑdicat̃ de supposito abstra-
ctè, & concretè: cōposita concretè quãuis non ab-
stractè hinc est, quòd suppositũ Filij Dei est Deus, C
& Deitas, & est homo quamuis non humanitas. Ex
Ariminen. his sic discussis arguendus venit Gregorius Arimi
Dis.28.q.2. nensis qui primo lib. sent. docuit, quòd Christus
potest dici duo complexiue. est. n. diuinitas, & hu-
manitas simul sicut Callias est corpus, & anima si-
Quæst.1. mul. Arguēdus etiam venit Dur. in præsenti loco di
cens, quòd Christus Dominus proprie, nec est vnũ
nec duo, & amplectenda est veritas cādidissima ex
tot patribus declarata, quòd Christus Dominus, &
est vnus, & vnum simpliciter, & magis vnum quàm
Socrates.

Sexta conclusio. In Christo Domino est tantum
q.17. art.2. vnum esse subsistentiæ, probat hanc S. Thom. 3. par. D
quia multiplicatis esse subsistentiæ in Christo mul-
tiplicantur supposita, quia per se subsistere proprie
competit suppositis, sed in Christo Domino non
est nisi vnum suppositum, vt dictum est supra: igit̃
conclusio vera. Circa quam conclusionē obseruan-
Subsistere quid est. dum est, quod ad hoc vt aliquid per se subsistat re-
quiritur vt sit ens completum in genere substantiæ
secundo requiritur vt habeat duplicem negationē
scilicet depēdentię actualis, & aptitudinalis. & ista
sunt cōtra Nestorium qui ponebat in Christo per-
sonam creatam & increatam, fides catholica ponit
tantum personam increatam, & ideo tātum vnum
esse personale, & vnum subsistere.

Septima conclusio. In Christo Domino, sunt plu
3. par. q.17. ra esse essentiæ ponitur hæc vbi supra, & ratio est,
quia in Christo sunt plures naturæ, ergo plures es-
sentiæ, igitur plura esse essentiæ. Vbi nota, quòd es-
se aliquādo capitur pro essentia rei vt voluit Arist.
Cap.10. 6. Topicorum, quòd definitio est oratio quid est
esse rei significās, & tertio de anima intellectus ex-
tensus. i. directo & recto aspectu carnis esse cogno-
Tex.31. scit, & Auicennas quinta suæ Metaph. dixit quòd
Cap.4. primum obiectum intellectus est ens, & esse in om-
nibus his dictis esse capitur per essentia, & sic intel-
ligitur sēcl. hæc, ꝙ in Christo tale esse multiplicat̃.

Octaua cōclusio. In Christo Domino sunt plura
esse, ꝑut vna res sortitur aliquid ab altero, elicitur
hęc ex loco superius citato, ratio est, quia in eo plu
ra esse dicuntur in quo sunt plura quorum alterũ
perfectionaliter alteri coniungitur, vel vnum habi-
tudinem realem habet ad alterum, sed in Christo
Domino plura talia reperiuntur, nam in eo est eius
anima quæ informat suam materiam, sunt plures
species intelligibiles in suo intellectu, nec non, & ac
cidentia quæ informabāt suum corpus, igitur con-
clusio vera. Vbi nota, quòd tale esse de quo loquit̃
conclusio præsens reperitur, & in rebus absolutis,
& in respectiuis, materia. n. sortitur esse extensum
per coniunctionem ad quātitatem, vt docet Arist.
7. Diuinorum, discipulus recipit respectum quen- Tex.8.
dam in ordine ad magistrum, & econtra: de hoc es-
se loquitur præsens conclusio.

Nona conclusio. In Christo Domino sunt plura
esse pro compositione prædicati cum subiecto. eli-
citur hęc vbi supra, & ratio est, quia tot sunt esse in
Christo quot possumus de eo veras ꝑpositiones
formare, sed plurimas possumus formare de eo ꝑ-
positiones. igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd
Arist. 5. Metaphy. ait quòd esse significat veritatem Tex.34.
propositionis, quia ab eo, quòd res est vel non est
propositio dicitur vera, vel falsa, & tale esse capitur
pro habitudine prædicati cum subiecto, vt scilicet
est accipitur pro secundo adiacente, quia copulat,
& coniungit duo extrema. s. prædicatum, & subie-
ctum, sic. n. hoc verbum est significat compositio-
nem quam sine extremis non est intelligere, vt ha-
betur primo lib. perihermenias. Cap.3.

Decima conclusio. In Christo Domino nō sunt
plura esse existentiæ, sed vnum tātum. hæc ponitur
à D. Tho. vbi supra, & ratio est, quia in Christo Do-
mino est tantum vnum esse subsistere, & personale,
vt dictum est in sexta conclusio. sed esse existentiæ
secundum D. Tho. est idem quod esse personale, &
subsistentiæ, igitur conclusio vera, minor habetur in
6. Synodo generali vbi dicitur, quòd caro assum- Act.11.
pta à verbo habet vnam existentiam cum verbo, &
Dam. 3. lib. fidei ortho. ait humanitatem Christi
existere per existentiam verbi. Circa hanc conclu-
sionem modo oriuntur diuersę sententiæ Theolo-
gorum inter Thomistas Scotistas Occhanistas, no- Dist.6.q.1.
minales, & reales. Nam Scotistæ, vt narrat Petrus Tartarecus
hic ponunt in Christo quatuor existētias: s. animæ
corporis, tertię entitatis; & accidentium, quia quic
quid est extra intellectum, & causam habet verum
esse existentiæ, sed anima, corpus, tertia entitas, &
accidentia Christi sunt huiusmodi, igitur &c. hanc
etiam sententiam sequitur Dur. probans & confir- Dur.
E mans triplici ratione, vt est videre apud eum. Ric- Riccard.
cardus quoque astipulatur huic opinioni Scoti-
starum multiplicans existentias in Christo Domi-
no, sic etiam Diuus Bonauentura ait, quòd opor- Bonauent.
tet ponere in Christo duplex esse actualis existen-
tiæ, quoniam Christus secundum quòd homo ve-
re genitus est à matre sicut, & alij homines gigni di
cuntur, generatio autem terminatur ad ens com-
pletum, & sic necessario ad esse completum: cōcor-
dat his Gabriel, qui in omnibus fuit ęmulus oc- Gabriel.
chæ ponens essentiam non differre ab existentia, &
cum in Christo sint plures essentiæ, igitur & plures
existentiæ: Antonius Andræa quãuis satis truncate Antonius.
loquatur

loquatur hic, quia non est praeclarus in Theologia, A ut est in Metaphysica, in Theologia .n. obscurauit suum nomen, attamen sequitur in hoc Magistrum suum Scotum ponentis humanitatem Christi habere propriam existentiã: sic etiam Ioannes de Basolis, Gulielmus de Rubione, Franciscus Lichetus, & ceteri Scotizantes, Godofredus adhuc ponit, quod Christus dicendus est plura simpliciter, quia humana natura habet propriũ existere aliud ab existere diuinae naturae, vt est videre apud Ioannem Baceonitanum. conclusioni S.Tho. adhaeret Magnus Albertus dicens esse in Christo non est nisi vnum, licet ipse Christus constituatur ex tribus substãtijs, & duabus naturis, vt asserit Cassianus contra Ne- B storium, huic etiam concordat Vdalricus asserens in Christo esse tantum vnum suppositum, & vnum esse per se, subsistens, & existens, concordat huic, & Petrus de Tarantasia, ponens in Christo tantũ vnã existentiam, Henricus Gandauus adhuc & si in quibusdam dissentiat à S.Tho. in hoc tamen principali maximè conuenit: Ioannes Bachonus Anglicus Carmelitanus acerrimè defendit positionẽ S.Tho. contra Gotfredum ponentem illud triplex esse. s. subsistentiae, vt in suppositis, & existẽtiae in naturis, & inexistentiae, vt in accidentibus. relinquo deinde nostros Thomistas, & Dionysium Carthusianum, qui omnes eleganti sermone declarant istam veri- C tatem in Christo Domino esse rem vnam existentiam actualem, & multa esse accidentalia, & secundũ quid, lege Ferrariensem quarto contra Gentes, & Caiet. vbi supra, & Medinam.

Lichetus. Gotfr. Cap. 49.

DISTINCTIO VII.

Disputat Magister, & caeteri Scholastici in praesenti distinctione de quibusdam locutionibus, sed disceptatio nostra sit tantum in explicanda doctrina resoluta ad mentem S.Tho. idcirco ponitur primo talis conclusio in Christo Domino non est nisi vna filiatio aeterna & realis, pro- D bat hanc S.Tho. 3. par. quia ea quę sunt naturae multiplicantur in Christo, & non ea quae sunt personae, sed filiatio maximè spectat ad personam quae vna tantum est in Christo, igitur conclusio vera. Circa quam obseruandum est fuisse varias sententias inter Theologos tum vetustos tum nouellos, nam D.Tho. narrat duas opiniones, quae sua aetate agebantur, quidam dixerunt esse duas filiationes in Christo, quia sunt duae natiuitates reales, Quidam alij attendẽtes ad subiectum filiatio quod est persona, vel hypostasis, dicunt esse tantũ vnam. & Thomas de Argentina, qui est inter nouellos Theologos narrat tres opiniones, quarum prima dicebat E filiationem posse accipi dupliciter vno modo, vt relatio soli, & sic necesse est, quòd in Christo praeter filiationem quę refertur ad patrem, sit alia filiatio quae refertur ad matrem quae est aeque realis sicut quaecunque alia relatio in creaturis, alio modo accipitur filiatio non solum, vt relatio sed vt proprietas personalis, & sic in Christo non potest esse nisi vna tantum filiatio, secundam opinionem narrat quã explicauimus in conclusione: tertiam postmodum sternit quam ipse approbat, quòd in Christo Domino sunt duae filiationes reales, quia relatiua posita se ponunt, & perempta se perimunt, sed

q. 35. art. 5.

in Virgine Matre ex tempore ponitur vere, & realis maternitas: ergo in eius filio ponitur ex tempore verè, & realis filiatio praeter filiationem aeternam, quae nec ponitur nec perimitur ad aliquid positũ, vel peremptum in matre, concordat huic Durand. Quaest. 3. asserens, quòd circa istam quaestionem est triplex modus dicẽdi quorum duo primi tenẽt extrema, tertius autem tenet medium, & tãdem ipse descendit ad hanc sententiam, quòd in Christo sunt duae filiationes reales, vt relationes sunt, non autem vt proprietates, & hanc sententiam dicit ipse esse tertium modum dicendi. Scotus quoque, vt exponit suus discipulus Petrus Tartaretus ponit duas conclusiones in hac materia, quarum prima est: alia est filiatio in Christo ad Patrem, & alia ad matrem, secunda est vtraque filiatio existens in Christo est entitas realis: sic ait etiam Antonius Andrea, & Ioannes de Basolis, & Gulielmus de Rubione concor- Distin. 8. dat, & Ocham, & suus expositor, & Compilator Gabriel dicens in sua prima conclusione: filiatio qua Christus aeternaliter genitus est à patre realiter distinguitur à filiatione qua temporaliter natus est à matre. sed his derelictis sequenda est cõclusio Sancti Thomae cui astipulatur Alex. Alẽsis dicens Chri 3. par. q. 16. stus est vnus in persona vnusq; Filius qui per generationem diuinam refertur ad Patrem, & per generationem humanam refertur ad Matrem, nec filiatio est diuersa, nec duo filij: eãdem doctrinam amplectitur Gulielmus Altisiodorensis in sũma lib. 3. eleganti, & longo sermone. S. Bonauentura quoq; eandem sententiam laudat dissoluẽs multas rationes in cõtrarium, Riccardus tamen titubat nihilominus sua opinio multiplicat semper diuersas relationes, vt est de rege respectu subditorum, & de Magistro respectu discipulorum, & de Patre respectu Filiorum, propterea hic relinquẽdus est, Adest postmodum Albertus Alemanus, qui inuehit satis audacter contra Ochanistas, & Scotistas dicens, quod si essent duae relationes reales in Christo tunc ipse esset duo filij quod haereticum iudicatur cui etiã subscribit se Vdalricus dicens veneramur in Christo duas natiuitates non duas filiationes, quia secundum Damasc. filiatio non est naturae sed personae proprietas, relinquo aliquos innumerabiles Doctores ex nostris qui hãc tuẽtur sententiã & doctrinam: motiua aduersariorum erudite satis soluit Capreolus hic & Caie. & Medina in 3. p. Quaest. 35.

Secunda conclusio. Est Christus vere & realiter est filius Beatae Mariae, elicitur haec ex S.Th. vbi supra, & rõ est, quia si nõ eẽt realiter Filius tũc esset fictitius, & per solã imaginationẽ quod est haereticũ dicere & dogma machumetanum: propterea haec est de fide tenenda contra turcas oppositum huius docentes.

Tertia conclusio. Est Christus Dominus, seu diuinum verbum, & est melior locutio si dimitteret naturam humanam assumptam filius Dei non esset filius Virginis, elicitur haec ex D.Tho. 3. p. & ra- q. 35. art. 1. tio est, quia Beata Virgo nunquam peperit ipsum hominem: ergo non esset eius filius, quandoquidẽ ex vi generationis, & natiuitatis ex Maria non prodit ipse homo commemoratus, sed tantum Christus Saluator noster. Vbi nota quòd Coraldus Monacus, vt narrat Petrus Tartaretus hic adducit aliã Distin. 8. rationẽ quia genitus à Virgine est Deus & homo,

sed

ſed iſte homo dimiſſus non eſt Deus homo, igitur A non eſſet Filius Virginis: ſed hæc ratio parum differt à noſtra, ex qua veritate arguendus eſt Gabriel oppoſitum huius docens de mente ſui Ocham, licet etiam Petrus de Aliaco, & Ioannes de Baſſolis probabiliter ſuſtineant, quòd iſto caſu poſito. ſ.q. verbum dimitteret naturam aſſumptã, iſte homo dimiſſus eſſet Filius Virginis, quia iſte homo eſt Filius alicuius, & non eſt filius niſi Virginis, ergo iſte homo dimiſſus eſt Filius Virginis. his tamen non obſtantibus concluſio propoſita eſt ſequenda.

Quæſt.35. Quarta concluſio. Chriſtus Dominus eſt bis natus. elicitur hæc ex D. Thoma vbi ſupra, & ratio eſt, quia Chriſtus ſemel natus eſt à Patre ab æterno, & B iterum ſemel natus eſt de matre in tempore, ergo Chriſtus eſt bis natus. Et hęc cõcluſio eſt Magiſtri in littera quam probat auctoritatibus Auguſtini, & Damaſ. dicentium Chriſtum habuiſſe duas natiuitates, & ſic etiam eundem bis genitum, & natum fore: ex qua veritate reprehendendus eſt Durand. Quæſt.2. qui oppoſitum huius propoſitionis docet aiens, quòd Chriſtus propter duplicem natiuitatem non poteſt dici proprie Chriſtus bis natus contra Aug. & Magiſtrum.

Quinta concluſio. Diuinitas non eſt nata de Patre per generationem æternam: ſcribitur hæc concluſio à S. Tho. p. p. & ratio eſt, quia inter genitum, q.39.art.5. C & rem generantem oportet, vt ſit diſtinctio realis nihil enim generat ſeipſum, ſed inter diuinitatem, & Patrem generantem non eſt diſtinctio realis, ergo diuinitas non eſt genita aut nata de ſubſtantia patris: & hęc eſt de fide definita in Concilio Lateranenſi 2. ſub Innocentio 3. contra Abbatem Ioachim, quòd eſſentia diuina, neque eſt generans, neque genita, neque generata, neq; nata. Vbi animaduerte, quòd id quod naſcitur, & gignitur habet principium vnde prodeat, & quia diuinitas non habet principium vnde prodeat, eſſet enim genita vel procedens quod non eſt dicendum, quia tunc confunderetur myſterium Sãctiſsimæ Trinitatis; quia D tũc Pater eſſet genitus ſicuti, & Filius, & propterea in Concilio primo Toletano ſancitur, ſi quis dixerit deitatem eſſe naſcibilem anathema ſit.

Sexta concluſio. Diuinitas non eſt nata de Virgine Maria per generationẽ temporalem. Elicitur Quæſt.35. hæc ex loco ſuperius citato, & ratio eſt, quia diuinitas magis cõuenit cum generatione Chriſti æterna, quàm cum temporali, ſed diuinitas non eſt nata per generationem æternam, vt dictum eſt in præcedenti concluſione, igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd illa natura propriè dicitur naſci quæ per generationem accipitur, & principium habet, ſed diuina natura nullo pacto eſt accepta per tempo- E ralẽ generationem, nec principium aliquo modo habet: hinc manifeſte colligere poſſumus diuinitatem non eſſe natam de Virgine per temporalem generationem. Cap.2. Et hæc doctrina eſt B. Augu. lib. de fide ad Petrum vbi ait, natura æterna, atque diuina non poteſt naturaliter concipi, & naſci ex natura humana: cui concordat Magiſter in littera: hinc arguendus Gulielmus de Rubione, & Franciſcus de Mayronis, & vorillion, qui indifferẽter tribuũt generationem, & natiuitatem tam naturæ, quàm ſuppoſito contra doctrinam S. Thom. qui vult natiuitatem perſonæ, tanquàm ſubiecto quod naſcitur, & naturæ tamq̃ termino gñationis, & natiuitatis.

Septima concluſio. Natura humana in Chriſto non eſt nata de Virgine Maria. ponit hanc S. Tho. q.35. art.1. 3. par. cuius rationem adducit, quia naſci, vt ait Damaſcenus 3. lib. fidei orthodoxæ, eſt ipſius hypoſtaſis, & perſonæ, quæ naſcitur, & generatur, ſed natura non eſt perſona immo diſtinguitur ab ea, igitur concluſio vera. Vbi nota quod illud naſcitur quod incipit eſſe: modo natura propriè loquendo non incipit eſſe, ſed magis perſona eſt illa quæ incipit eſſe in aliqua natura, quandoquidem natura ipſa ſignificatur, vt quo aliquid eſt, perſona autem ſignificatur, vt quæ habet eſſe ſubſiſtens: & cum natura humana non ſubſiſtat: idcirco natura ipſa non debet dici nata. & hoc dicimus cõtra Ochaniſtas præſertim Gabrielem in hoc libro qui vult quòd natura humana in Chriſto eſt nata, & genita de Virgine Diſtin.4. non tamen dicitur filia Virginis.

Octaua concluſio. Filiatio qua Filius refertur ad Matrem eſt relatio rationis. probat hanc S. Thom. Quolib.4. in Quolib. quia ſuppoſito æterno non poteſt aduenire artic.11. aliqua relatio realis ex tempore vt ſcripſimus latius cõtra Scotiſtas in prima parte. Sed Chriſtus q.13. art.7. dicit ſuppoſitum ęternum, ergo Chriſto nõ poteſt aduenire aliqua relatio realis ex tẽpore, modo filiatio temporalis aduenit Chriſto ex tempore, igitũ nullo pacto cõcedendum eſt, quòd filiatio temporalis ſit relatio realis. Vbi obſeruandum eſt, quòd Petrus Tartaretus nõ poteſt intelligere quomodo Diſtin.8. Chriſtus Dominus eſt realiter Filius Virginis, & filiatio qua refertur ad ipſam ſit relatio rationis, & non animaduertit, quod ſicut Deus eſt realiter Dominus, quia realiter habet ſubditas creaturas, & tamen relatio dominij in Deo eſt relatio rationis, ſic etiam Chriſtus realiter habet Matrem Virginem, tamẽ relatio qua refertur ad ipſam eſt rationis. decipitur ergo Petrus cũ ſuo Magiſtro Scoto in hoc, & cauſa deceptionis eſt falſum fundamẽtum quod tenent de relationibus, arbitrãtur enim relationes debere multiplicari ex terminis, quod non eſt verũ cum multiplicentur ex cauſa & fundamento, & nõ ex terminis, vt patet de vno rege qui vnica relatione dominij refertur ad diuerſos ſubditos, & vnus Magiſter vnica relatione magiſterij, ſeu doctrinæ, Quolib.4. refertur ad plures diſcipulos &c. art.11.

Nona concluſio. Chriſtus Dominus refertur ad Matrem ſuam Virginem aliqua relatione reali puta producti ad producens, & originati ad originans. probat hãc S. Tho. in Quolib. quia poſito ſufficienti ſuſceptiuo, & ſufficienti fundamento, & termino, & omni cauſa alicuius realis relationis, ponitur talis realis relatio, ſed in Chriſto eſt ſufficiẽs cauſa multarum relationum realium, tam fundatiua, quàm ſuſceptiua: igitur concluſio vera: minor probatur, quia in Chriſto eſt, vel fuit realiter generatio paſsiua, & natiuitas paſsiua, quæ fundat relationem producti ad producens, & originati ad originans, in ipſo eſt etiam ſufficiens ſuſceptiuum. ſ. corpus humanum, & eius partes, & hęc omnia in comparatione ad Matrem: igitur Chriſtus Dominus reali relatione refertur ad Matrẽ, licet non reali filiatione, & hæc concluſio eſt etiam Ioannis Ba- Diſtin.8. chonetani in pręſenti loco, vbi tamquàm doctiſsimus philoſophus probat ſecũdum philoſophiam in Chriſto non poſſe eſſe duas reales filiationes.

Vbi

Vbi animaduerte quomodo deceptus est Aureolus, & Durand. qui conati sunt euertere conclusionem istam quibusdam friuolis rationibus, & tamē potius eam cōfirmant, vt patet ex hac vltima ratio-
Quæst. 3. ne quam adducit Duran. hic, vbicunque producēs, & productum incidunt in eundem ordinem maxime in idem secūdum speciem, si vnum refertur realiter, & reliquum, sed Christus secundum naturam humanam, & Beata Virgo incidunt in eundem ordinem naturæ: ergo si maternitas est relatio realis in Matre, necesse est quòd etiam in Filio sit relatio realis. hæc sua ratio confirmat nostram conclusionem, quòd in Christo est relatio realis ad matrem scilicet producti ad producens, originati ad originans, nō tamen est relatio realis filiationis. vide de his Carthusianum.

Decima conclusio. Christus Dominus non potest vere & proprie dici homo Dominicus: probat
q. 16. art. 3. istam Sanctus Thomas tertia parte, quia Christus Dominus designat suppositum æternum quod est persona Filij Dei, quæ est Dominus essentialiter, & non denominatiue, sed Dominicus dicitur denominatiue à Domino: igitur conclusio vera. Vbi ani
Quæst. 36. maduerte, quòd Augu. in hac conclusione fuit varius. nam lib. 83. & in 2. lib. de sermone Domini, & in multis alijs locis appellauit Christum hominem Dominicum, animaduertēs postea, quòd hęc locutio fauebat Nestorianis ponētibus in Christo duo supposita, vnum increatum, & alterum creatū, & hoc assumitur ad participationem honoris diui
Cap. 19. ni, & dicitur Dominus per participationem, lib. 1. retractationum retractauit se dicens, vbicunq; hoc dixi dixisse nollem, nam cum Dominus Iesus sit natura Dominus, homo Dominicus dici non potest.
Dist. 8. & Magnus Albertus ait, hic nō est dicendum, quòd Christus sit homo Dominicus, quia Dominicus est nomen possessiuum, sicque designat rem nominis cui adiūgitur rem possessam: Christus vero dicit increatam, & diuinam personam, quæ nūquam fuit serua: licet seruilem naturam assumpsit. Vdalricus Adit, quòd & si Christus Dominus homo diuinus dicatur, non tamen debet dici homo Dominicus. i. participans aliquid de diuino dominio, licet Cassianus vocet Christum hominem Dominicum, sic etiam, & Rabanus in expositione primi Re
Cap. 1. gum. Diuus Bonauentura cōcordat his dicens homo Dominicus dicitur qui possidetur à domino, vel qui est similis Domino, neutrū tamen de Christo dici potest. sic etiam Riccardus, & Petrus de Tarantasia, & cæteri Doctores catholici omnes conueniunt in conclusione S. Tho. vt videre poteris &c.

DISTINCTIO VIII.

Et quia superiori distinctione probauimus in Christo esse tātum vnam filiationem realem dubium esse poterit, an in Christo sit filiatio adoptiua, & pro resolutione huius quęsiti, ponitur talis conclusio: Christus Dominus non est Filius
q. 23. art. 4. Dei adoptiuus: scribit hanc D. Tho. 3. par. & ratio huius est, quia naturalis Filius, & adoptiuus distinguuntur. cum filiatio adoptiua sit quædam participatio filiationis naturalis, sed Christus est verè Filius Dei naturalis iuxta illud Ioānis Epist. 1. vt simus in vero Filio eius Iesu Christo: quæ verba expo-

A nens Ambr. libro de incarnatione ait Christus est verus, & naturalis Filius Dei: igitur conclusio vera. Cap. vlt.
Circa quam nota, quòd est de fide vt scribit Petrus de Palude in hoc libro adducēs authoritatem con Dist. 4. q. 1.
cilij generalis celebrati sub Carolo Magno, legatis Adriani Papæ illud tenentibus, in quibus cōdemnati sunt hæresiarchę duo Episcopi Hispani. s. Fœlix Origilensis Episcopus, & Elephantus Tholosanus Episcopus, qui scripserunt, quòd Christus secūdū, quòd homo, erat Filius Dei non proprius, sed adoptiuus: sancta synodus statuit Christū nullo modo dici Filiū adoptiuū. ꝓpterea cauēdus est Dur. Dist. 4. q. 2.
hic qui tenet Christum esse Filium Spiritus Sancti
B per adoptionem, sic & Varratus in libello quem facit aduersus hæreses, vltra quòd dicunt hoc contra omnes patres, & veros Theologos, nēpe Albertum Alex. Bonauenturam Riccardum Vdalricum, & Tarantasium.

Secunda conclusio. Natura humana non potest dici adoptata per gratiam: probat hanc S. Tho. vbi 3 par. q. 23.
supra, quia illi competit adoptatio cui cōpetit filiatio, sed naturæ humanæ non competit filiatio: ergo nec adoptatio: minor patet, quia filiatio proprie conuenit personæ, & nō naturæ. & hæc conclusio ponitur contra Gabrielem Biel tenētem in hoc Distin. 4.
libro, quòd si verbum dimitteret naturam huma-
C nam, & conseruaret dimissam, ipsa esset de nouo Filius Virginis sine nouâ generatione, & natiuitate, & sic Maria haberet plures filios successiue non simul, & tamen vna generatione natos. quibus verbis annuere videtur, naturæ posse conuenire filiationem ex consequenti adoptionem quod est falsum. & licet D. Hilarius dicat secundo lib. de Trin. Cap. 15.
loquens de Christo, potestatis dignitas non amittitur dum carnis humanitas adoptatur, quæ loquutio est impropria, quia per adoptionem intelligit vnionem humanæ naturæ ad personam.

Tertia conclusio. Adoptare creaturas rationales in Filios Dei conuenit toti Trinitati. hanc pro-
D bat S. Tho. vbi supra, quia opera ad extra cōueniūt 3. par. q. 23.
toti Trinitati, sed adoptare creaturas rationales in Filios est opus ad extra, vt patet ex illo Ioannis de- Cap. 1.
dit eis potestatem filios Dei fieri: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd eius est adoptare nos in Filios quem nos patrem possumus nominare, vnde ait Apostolus ad Roman. Accepistis Spiritum ado Cap. 8.
ptionis Filiorū in quo clamamus Abba Pater: sed quando dicimus Deo, Pater noster pertinet ad totam Trinitatem, sicut & cætera nomina, quæ dicuntur de Deo relatiue propterea dicitur, quòd adoptare cōuenit toti Trinitati, & si Duran. voluit ad- Dist. 10. q. 2.
dere, quòd patri conuenit adoptare, vt authori, Fi-
E lio vt exēplari, & aliquo modo vt agenti instrumētali, Spiritui Sancto, vt imprimenti formalem perfectionem per quam adoptamur in Filios: Dei tamē indiscriminatim suscipienda est conclusio S. Thomæ, cum in ea conueniat D. Bonauentura Riccar- Distin. 10.
dus Magnus Albertus, & Alex. & Dionysius Carthusianus dicentes, quòd vna & indiuisa est operatio Trinitatis ad extra, sicut vna est eius essentia, & virtus, & sic indiuisa est adoptio filiorum.

Quarta conclusio. Filiatio adoptiua est quædam similitudo filiationis æternæ. probat hāc Sanctus Tho. 3. par. quia omnia illa, quæ fiunt à Deo in Quæst. 23.
tempore dicūtur esse similitudines eorum, quæ ab æterno

æterno fuerunt, sed adoptio est quid factum in A
tempore, vt habetur apud Ioannem Dedit eis pote
Cap.1. statem filios Dei fieri: igitur conclusio vera. Vbi
nota, quòd hæc similitudo attenditur quãtum ad
hoc, quia homo per claritatem gratiæ adoptionis
assimulatur splendori æterni Filij, & quantum ad
hoc potest verificari, quòd ait Durand. quòd licet
adoptio sit communis toti Trinitati appropriatur
tamen Patri vt authori, Filio vt exemplari, Spiritui
Sancto vt imprimenti nobis similitudinem huius
exemplaris, adoptionis enim nomen transfertur
ab humanis ad diuina, omnes autem transferẽtes
secundum aliquam similitudinem se trasferunt, vt
Cap.4. ait Arist. 3. Topic. nec ait secũdum omnem, sed ali- B
quam, quia sicut homo adoptando aliquem in Fi-
lium ex sua bonitate admittit illũ ad participatio-
nem suę bonitatis, ita Deus, qui est infinite bonus,
admittẽdo creaturas rationales factas ad sui ima-
ginem, & capaces beatitudinis, ad participationẽ
hæreditatis suæ, quæ consistit in fruitione suiipsius
dicitur communicare similitudinem filiationis na
Cap.8. turalis, iuxta illud Apostoli ad Rom. quos præsci-
uit conformes fieri imaginis Filij sui &c.

Quinta conclusio. Diuina adoptio, & humana
Quæst.23. maxime distant: probat hanc S. Tho. 3. par. quia il-
lę adoptiones maxime distant quarum vna præsup
ponit filios adoptãdos esse idoneos, altera vero fa C
cit illos idoneos, sed sic se habet diuina, & humana
adoptio, nam homo qui adoptat humana adoptio
ne non facit idoneum eum quem adoptat, sed po-
tius eum iam idoneum eligit adoptãdo, Deus aũt
hominem quẽ adoptat idoneum facit per munus
gratiæ ad hæreditatem cœlestem percipiendam;
igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd ado
ptio in humanis est extraneæ personæ in filium, aut
nepotem, aut deinceps legitima assumptio, vnde in
hac adoptione tria considerantur vnum ex parte
adoptantis. s. quod ex gratia assumat, vel adoptet,
aliud ex parte adoptati. s. quòd fiat ex non filio fi-
lius, tertium ex parte effectus, & finis, quia non ha- D
benti ius in successione hæreditatis datur ius per
adoptionem: sunt & aliam tria in adoptione huma
na primum est, quòd adoptans non est principium
essendi ipsius adoptati. secundum est, quòd ado-
ptatus ante adoptionem non erat in potestate ado
ptantis propter quod dicitur, quòd adoptio est as-
sumptio extraneę personæ, tertium est, quòd ado-
ptatus non succedit in potestatem adoptantis nisi
decedente ipso adoptante: hęc autem non conue-
niunt adoptioni diuinæ, quia omnis creatura est à
Deo cõtra primũ, est etiam sub potestate Dei con-
tra secundum, participat etiam hęreditatem diui-
nam Deo non decedẽte, & ideo optima est conclu E
sio proposita.

Sexta conclusio. Patres veteris testamẽti, qui pla
cuerunt Deo dicebantur verè, & propriè filij Dei
Quæst.23. adoptiui: elicitur ex S. Tho. vbi supra, & ratio est,
quia adoptio filiorum nihil aliud est quàm ius ad
paternam hæreditatem ex gratia adoptãtis, sed pa-
tres veteris testamenti, qui placuerunt Deo habue-
runt ius ad cęlestem hæreditatem ex gratia Patris
æterni: igitur vere, & proprie fuerunt Filij Dei ado
ptiui. Vbi nota, quòd præsens conclusio est adeo
certa vt oppositum esset error in fide, cum sit fun-
data in multis locis sacræ scripturæ: scribitur enim
ad Rom. de Patribus veteris testamenti quorum
adoptio est Filiorum. i. ad quos pertinet adoptio Cap.9.
filiorum ipsos namque olim Deus in Filios, & in Cap.4.
populum peculiarẽ elegerat, & ad Galathas Habe-
tur quanto tempore hęres paruulus est nihil dif-
ffert à seruo cum sit dominus omnium, sed sub tu
toribus, & actoribus est, vsque ad præfinitum tem-
pus à patre. quibus verbis aperte significat Apostо
lus patres veteris testamenti vere filios, & hæredes
quamuis appellarentur vt serui, & paruuli: in veteri
etiã testamẽto habetur Exodi Filius meus primo- Cap.4.
genitus Israel, & apud Esaiã filios nutriui, & exal- Cap.1.
taui, & multa alia loca sunt quæ lõgũ esset recẽsere.

Septima conclusio. Sancti nouæ legis perfectius
dicũtur filij Dei adoptiui: elicitur & hęc vbi supra, Quæst.23.
& ratio est, quia illi perfectius dicuntur filij ado-
ptiui, qui citius immo statim introducuntur ad
possidendam hęreditatem, quàm illi qui post lon-
gum tempus suscipiunt possessionem, sed iusti no-
uæ legis statim introducuntur ad suscipiendam hę
reditatem, quod non erat ita de patribus veteris te
stamenti cum nondum esset aperta ianua cœlestis:
igitur conclusio vera. Vbi obseruandum est, quòd
conclusio non intelligitur in hoc sensu, quòd iusti
in lege noua fuerint sanctiores, & gratiores Deo;
quàm patres veteris legis: in hoc sensu esset falsa,
& erronea hęc conclusio, sed intelligitur quo ad
aliquas prętogatiuas: prima est, quòd iusti in no-
ua lege cõmunicauerunt in carne, & sanguine Chri
sti, secunda est, quòd iusti in noua lege maiora my
steria, & secreta cœlestia cognouerunt. tertia est,
quia moti sunt ad obseruandam legem ex promis-
sione bonorũ spiritualium, patres veteris testamen
ti ex promissione temporalium. quarta est, quòd
patres veteris testamenti fuerunt Filij Dei adopti-
ui per tropum, & figuram comparati ad iustos no-
uæ legis, & multas alias prærogatiuas habent, vt
est videre apud Carthusianum.

Octaua conclusio. Beati in patria sunt perfectis-
simi Filij Dei adoptiui: elicitur & hęc vbi supra, &
ratio est, quia illi sunt perfecti filij Dei adoptiui,
qui iam assequuti sunt hæreditatem cœlestem, sed
Beati in Patria sunt huiusmodi: igitur conclusio
vera. Vbi attende, quòd hæc conclusio est fundata
in sacris litteris præsertim in verbis Apostoli ad
Romanos dicentis, Nos ipsi primitias spiritus ha- Cap.8.
bentes intra nos genuimus adoptionem filiorum
Dei expectãtes redemptionẽ corporis nostri spe. n.
salui facti sumus, spes autem quæ videtur non est
spes: quibus verbis manifeste apparet, quòd Apo-
stolus Paulus, qui erat iam Filius Dei adoptiuus
sperabat aliam adoptionem, quia illa est perfectis-
sima adoptio, sic etiam & Ioannes in 1. canon. ait Cap.3.
nunc Filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid
erimus, scimus autem quoniã cũ apparuerit simi-
les ei erimus, & videbimus eum sicuti est. sunt &
multę alię authoritates, quæ hoc idẽ ostẽdunt &c.

Nona cõclusio. Prędestinati qui sunt in peccato
mortali non sunt filij Dei adoptiui absolute, & sim 3. par. q. 33.
pliciter loquendo, sed secũdum prædestinationẽ:
habetur vbi supra: cuius rõ est, qa filiatio adoptiua
est relatio q̃ fundatur super gñationẽ spiritualẽ, q̃
fit per gratiam iustificantem, sed prædestinati exi-
stentes in peccato mortali non habent hanc gene-
rationem spiritualem: igitur conclusio vera. Vbi
nota,

nota, quòd hęc cōclusio ponitur contra hæreticos præsertim contra Ioānem hus qui dixit, quòd Paulus nunquàm fuit membrum diaboli, & quòd prædestinatus quāmuis sit in maximis peccatis mortaliter semper tamen est Filius Dei, quæ opinio fuit Sess.15. condemnata in Cōcilio Constantiensi, & rationabiliter motum est illud Concilium ad manifestandam hāc veritatem, quia vnumquodque denominatur à forma quæ est in actu non ab ea quam habet in potentia, sed prędestinatus dum est in peccato mortali, non actu, sed in potentia habet filiationem, & ius ad hæreditatem cœlestem: igitur non potest dici Filius Dei adoptiuus, & sic patet falsitas doctrinæ hæreticorum.

B Decima cōclusio. Reprobi & præsciti existentes in gratia dicuntur Filij Dei adoptiui: elicitur hęc 3.par.q.23. conclusio vbi supra, & ratio est, quia illi sunt verè Filij Dei, qui Spiritu Dei aguntur, vt ait Apostolus Cap.8. ad Rom. sed existentes in gratia quamuis sint præsciti, & reprobi agantur Spiritu Dei, quia habēt fidem viuam, charitatem, & cæteras virtutes Christianas, igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc con Distin.10. clusio ponitur cōtra Ochanistas præsertim contra Gabrielem, qui in præsenti libro tenet oppositum, & male, quia contra scripturam, & veritatem, nam Cap.3. D. Ioannes in sua prima Epistola, ait videte qualem charitatem dedit Deus, vt Filij Dei nominemur, & C simus: ita, quòd quando quis actu habet charitatē actu Deus est Pater eius, & ipse Filius adoptiuus, vltra authoritates sacrę scripturæ, omnes ferè Patres sustinēt hanc veritatem quæ cum maxima cautela legenda est, quia multos fecit errare, sicut iam Distin.10. errarunt Scotistæ, immo ipsemet Scotus circa primam cōclusionem: tenent enim Petrus Tartaretus. Ioannes de Bassolis, & Brulifer, quòd Christus est Filius Dei adoptiuus secundum naturam humanā contra tot Patres: propterea tu diligens lector relinque errores istorum, & sequere conclusiones præpositas.

DISTINCTIO IX.

IAm in præcedentibus sancitum est de quidditate, & dignitate Christi secundum vtramque naturam eius, hic agitur de veneratione, quæ ei debetur, & ponitur prima conclusio talis: Christus Dñs vnica adoratione simpliciter adorandus est q.25. art.1. ponit hanc S.Tho. 3.par. & ratio est, quia illi vnica adoratio est exhibēda in quo est vnica tātum persona, quia adoratio debetur rei subsistenti, sed in Christo Domino est vnica tantum persona: igitur cōclusio vera. Circa quam nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Nestorianos, qui ponebant in E Christo duas personas, propterea duabus, & non vna adoratione erat adorandus, quæ opinio fuit Can.9. cōdemnata in quinto Concilio generali Constantinopolitano, vbi dicitur, si quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duæ adorationes introducuntur, sed nō vna adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat sicut ab initio Dei Ecclesiæ traditum est, talis ana-Can.8. thema sit. & in Cōcilio Ephesino primo dicitur, Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo Verbo, quasi alterum alteri, & non potius vna adoratione honotificat Emanuelem secūdum, quòd factum est caro Verbum, anathema sit, vnde patet q̄ cōclusio est de fide, & intelligitur ex parte personæ adoratę, de qua re lege Domi- q.8.art.2. num Marsilium, & Carthusianum.

Secunda conclusio. Christus Dominus ex parte causæ adorationis potest pluribus adorationibus adorari. probat hanc S.Thom. vbi supra, quia causa adorationis est illa ex qua ille, qui adoratur habet aliquam excellentiam, sed in Christo Domino sunt plures excellentiæ quibus adoratur, nempe sapientia diuina, & sapientia humana, operatio diuina, & humana: igitur conclusio vera. Vbi diligēter attende, quòd adorari vt causam adorationis non est adorari simpliciter, sed cum tali determinatione, ita quòd ly vt causa adorationis, est conditio diminuens honoratum, vnde non valet argumētum sapientia adoratur, vt causa adorationis, ergo proprie adoratur, quia adoratio non terminatur nisi ad personā, propterea adoratio Christi est vna simpliciter ex parte personę adoratæ. & est plures ex parte causæ, diuinæ, vel humanæ, & hoc nota cōtra Ioānem de Bassolis, & Petrum Tartaretum hic vbi Dist.9. quærunt an Christus sit adorandus ratione suæ bonitatis vel ratione redēptionis, quia redemit nos, lege Caiet. in 3.p.S.Tho. Quæst.25.

Tertia conclusio. Humanitas Christi adoranda est adoratione latrię, probat hanc S.Tho. vbi supra, sic humanitas Christi vnita verbo Dei adoratur illa adoratione, qua adoratur verbum incarnatum, sed tale diuinum verbum adoratur latriæ adoratione: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd dominus Marsilius narrat duas opiniones: circa istam cōclusionem prima dicebat quòd caro Christi vel anima non latria est adoranda, sed hyperdulia: motiuum istorum est, quia est pura creatura: secunda opinio est, quam posuimus in conclusione, quòd est adoranda latria propter Verbum cuius est scabellum hanc tenet Magister in littera: hanc tenet August. super Ioannem, & in expositione Psalmo- Dist.9. D rum super illa verba Adorate scabelli pedum eius, Cap.14. quoniam Sanctum est: hanc tenet Dam. lib. 3. fidei Cap.3. orthodoxæ, dicens Adoratur autem caro Christi incarnato Verbo Deo nō propter seipsam, sed propter vnitum ei secūdum hypostasim Verbum Dei: hanc tenet D. Bonauētura dicens caro Christi nunquàm est separata à verbo, ideo semper latria est adoranda, hanc sustinent illustriores Theologi.

Quarta cōclusio. Humanitas Christi non est ratio, quòd Christus adoretur adoratione latrię: ponit hanc D.Thom. vbi supra, quia nihil est ratio, vel Quæst.25. causa adorationis latriæ nisi primum principium, vel essentia primi principij, vt primum principium est, sed humanitas Christi non est huiusmodi, ergo cōclusio vera. Vbi nota, quòd hæc ponitur contra Antonium Andream, & eius præceptorem Scotum qui dicunt oppositum huius conclusionis, quòd humanitas est ratio adorationis latrię ipsius Christi Quid est latria. quod tamen non est verum, quia latria, vt ait Diuus Augu. lib. 10. de Ciuitate Dei est seruitus qua tantummodo Deo seruitur, & ideo sola diuinitas in Christo est ratio, quare detur sibi honor latriæ hinc idolatræ dicuntur, qui cultum Deo debitum impēdunt idolis, hyperdulia est seruitus quā exhi- Dulia hyperdulia. bemus insignioribus sanctis vt Mariæ Virgini. dulia est seruitus cōmunis, quam aliquando, & Deo, ali-

aliquando & Deo, aliquãdo & cæteris sanctis exhi- A bemus diuersimode, nam quãdo adoramus Deũ, vt creatorem omniũ, adoramus ipsum latria, quando adoramus ipsum vt est Dominus omnium per potentiam exhibemus ei cultũ duliæ, vt dicit glosa Psal. 7. interlinearis super illis verbis, Dñs Deus meus in te speraui, sic etiam Christus adoratur adoratione latriæ propter suam diuinitatem, & adoratione duliæ propter suam humanitatem.

Quinta cõclusio. Beata virgo adoranda est adoratione duliæ, & hyperduliæ: probat hanc S. Tho. q. 25. art. 4. 3. par. quia Matri Dei debetur eminentior veneratio, quam cæteris sanctis, sed Beata Virgo est Mater Dei: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc B conclusio ponitur contra Brentium, qui negat Matrem Christi esse adorandam tali adoratione, quia fit iniuria Christo si tali adoratione adoratur, & deceptus est valde, quandoquidẽ humanitas Christi vt dictum est, prout est vnita verbo adorãda est, tamquam terminus adorationis cultu latriæ, vt vero per se cõsideratur prædita omnium virtutum, & gratiarum genere adoratur hyperdulia contra Ioannem Vuidef hæreticum, qui dogmatizauit humanitatem Christi etiam per se consideratam esse adorandam cultu latriæ, asserens, quòd si verbum deponeret humanitatem illa humanitas dimissa adorari deberet diuino cultu latriæ, quia esset vera C redẽptrix humani generis, vide quomodo isti hæretici loquuntur vitiosè tẽdendo ad extrema. propterea merito dãnatus est hic Ioannes Vuidef dãnatus est etiam, & Brentius, quia nulla iniuria fit Christo adorando eius Matrem hyperduliæ adoratione: quoniam honor Matris refertur in Filium.

Sexta concl. Crux in qua Christus pepẽdit, vt representat Christum, & ipsum tetigit est adoranda 25. q. art. 4. adoratione latriæ: probat hanc S. Tho. 3. par. sic ea adoratione adoratur crux Christi, qua & ipse Christus, quia crux nõ adoratur, nisi prout repræsentat eum, atque tetigit, sed Christus adoratur adoratione latriæ: igitur, & ipsa Christi crux. Circa hanc D q. 8. art. 2. conclusionem nota, quòd ponitur contra Marsilium hic, qui ait, quòd nõ latria adoranda est crux in qua pependit Christus, sed more venerabilium, & summarum reliquiarum venerãda: quod falsum apparet ex ritu Ecclesiæ, quę crucem in qua Christus pependit, atque eius sanguine est irrigata, super aurum, & topation, atque omnibus thesauris habet, & beatus se existimat ille, qui aliquam particulam crucis in qua Christus pependit apud se reseruare valet. de qua re lege Gregorium Turonensem in vita Christi, & Beatum Chrisostomum lib. Hom. 12. homeliarum, & B. Aug. de verbis Domini, qui mi- Serm. 58. rabilia de hoc negotio proferunt, & licet S. Thom. E dicat in præsenti distin. quòd est adoranda hyperdulia tamen sustinendus est hic Capreolus dicens, quòd S. Tho. retractauit in 3. par. quod dixit hic de cruce in qua Christus pẽdit, ait enim hic, quòd hyperdulia est adoranda, & in conclusione præposita dicitur, quòd latria, vt tetigit Christum. nihilominus hæc non est retractatio, sed magnificatio doctrinæ, vt optime docet Caiet. & Medina, quos videre poteris, & sequi, relinquendo responsionem Capreoli ad hanc contradictionem.

Septima cõclusio. Crux sculpta in quacũque alia materia, puta lapidis auri argenti, aut ligni est adoranda adoratione latriæ: scribitur vbi supra, & ratio est, quia illa adoratione est adoranda crux in qua Christus nõ pependit, qua adoratur ipse Christus, cum nihil aliud repræsentat nisi ipsum Christum, sed Christus Dominus adoratur adoratione latriæ: ergo quælibet crux repræsentans Christum. Vbi animaduerte, quòd Picus Mirãdulanus in sua apologia repræhendit S. Tho. dicens, quòd doctrina Thomæ in ista materia de adoratione nõ est satis tuta: vnde contradicit sibi in 3. senten. & in 3. par. & Capreolus eius defensor nesciuit eum defendere, & sic etiam Author tabulæ aureæ in eius concordantijs, sed deceptus est iste Picus, quia voluit altius volare, quàm plumæ eius requirebant, quãdoquidem S. Thom. non cõtradixit sibi in hac materia, sed illustrauit, & magnificauit 3. par. illud quod dixit 3. sent. & addit Dominus Marsilius doctrinam S. Thom. esse ipsum vsum Ecclesiæ, quæ alloquitur crucem, & obsculatur ipsam dicẽs, ò crux aue spes vnica, auge pijs iustitiam, reisque dona veniam &c.

Octaua conclusio. Quælibet imago Christi est adoranda adoratione latriæ: probat hanc S. Tho. q. 25. art. 3. vbi supra, quia qua adoratione adoratur imaginatum, eadem & sua imago, cum idem sit motus in imaginem, & in rem imaginatam, sed imaginatum quod est Christus adoratur adoratione latriæ: igitur & imago Christi. Circa quam nota, quòd hæc conclusio ponitur contra hæreticos dictos Felicianos dicẽtes cultum imaginum esse mere idolatriã contra etiam Lutheranos confringentes vniuersas imagines, aduersos quos multa concilia congregata sunt, inter alia nostra tẽpestate Concilium Tri- Sess. 25. dẽtinum ita definit, per imagines quas osculamur, & coram quibus caput operimus, & procũbimus Christum adoramus, & sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, imago enim quælibet inquantũ est res quædam puta lignũ sculptũ, vel pictum, nulla reuerẽtia ei exhibetur, sed solum quatenus imago est &c.

Nona conclusio. Quando insolitè apparet alicui aliquis in forma Crucifixi, aut Beatæ Virginis, debet ipsum adorare conditionaliter, dicens si es demon ego non te adoro, si es Christus ego te adoro: elicitur hæc ex locis vbi supra, & ratio est, quia hæc conditio non nocet, & prodesse potest: igitur conclusio vera, eo magis, quia istæ apparitiones, & visiones veræ nõ sunt communiter, & ideo tales imagines non sunt adorandæ ab eo, qui non habet discretionem spirituum, licèt aliquando veræ sint vt habemus de Paulo, cui apparuit Christus Hierosolimis, & Beato Francisco apparuit Christus in forma Crucifixi, ipse nõ adorauit immediate, sed orauit, & tandem dominus reuelauit sibi, quòd erat Christus, & sic Beatus Franciscus adorauit eum. legitur etiam de quodam heremita, qui cum longo tempore ieiunasset apparuit illi diabolus in forma Crucifixi, & cum multas adulationes protulisset dicens ò heremita ego multa pro te passus sum, & tu quoque multa pro me: ad te veni vt consolarer te, sed prius adora me, vt tuum Dominum. respondit heremita claudendo oculos, suos nolo videre Christum in hac vita sufficit mihi ipsum videre in alia: tunc diabolus recessit confusus. propterea ne sis perplexus, apponas semper conditionem.

Decima

Decima conclusio. Reliquias sanctorum qualescunque congruo honore venerari debemus, vt pręcipuè eorum corpora: hanc probat S. Thomas vbi supra, quia habens affectum ad aliquem etiam ea, quæ de ipso post mortem relinquuntur veneratur non solum corpus aut partes corporis eius immo, & eius vestes, sed nos debemus habere maximum affectum ad suprascriptos tanquam membra Christi amicos, & filios adoptiuos, & nostros intercessores: igitur cõclusio vera, & hæc est de fide definita in concilio Tridentino dicente, quòd fideles diligenter instrui debet ab Episcopis de sanctorum intercessione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum vsu, &cæt. omnes fere patres habent hoc idem præsertim Aug. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus dicens sanctorum corpora, & pręcipue beatorum Martyrum reliquias ac si Christi membra sincerissime honorãda credimus, & subdit, si quis contra hanc sententiam velit esse non christianus, sed Eugnominianus, & Vigilaucianus creditur. Vbi nota, quòd cõclusio intelligitur de reliquijs authenticis quas, vel sedes Apostolica, vel Episcopi, vel aliqui alij viri grauissimi fide digni eas testificantur, & certam fidem de eis reddunt, & hoc propter multos falsos homines, qui decipiunt simplicem plebem. lege de hac re Thomam Vualdẽsem, lib. de Sacramentis, & D. Amb. de Nazario, & Celso, de honore sanctorum reliquiis tributo, vbi ait, quid honoras iam in carne resoluta, & consumpta, subdit honoro in carne Martyris cicatrices acceptas pro Christi nomine honoro corpus, quod docuit me non timere mortem propter dominum meum, honoro in cineribus semina æternitatis, & multa alia docet de hac materia.

Qu æst. 25. — Sess. 25. — Cap. 73. — Titulo 23.

DISTINCTIO X.

Disputatur hic à magistro, & à cæteris scolasticis, quid cõueniat Christo ratione humanę naturæ, & ponitur prima conclusio talis: ista propositio Christus secundum quod est homo, est Deus est magis negãda, quam affirmanda. probat hãc S. Tho. 3. p. quia illa propositio est magis negãda, quam affirmanda, quæ magis declinat ad sensum falsum; quàm aduersum, sed hęc propositio est huiusmodi, quia illud, quod conuenit Christo secundum quòd homo, conuenit omni homini. si igitur Christus secundum, quòd homo esset Deus sequitur, quòd omnis homo esset Deus, quod patet esse falsum, igitur conclusio vera.

Quæst. 16. Ar. 11.

Secunda conclusio. Ista propositio Christus Dominus secundum, quòd homo cum additione aliqua, scilicet in ratione suppositi est propositio vera & concedenda: probat, & hanc vbi supra, quia suppositum naturę humanę est persona filii Dei, quæ est Deus, sed in hac propositione quando fit reduplicatio in ratione suppositi cadit super personam filii Dei, quę est Deus, igitur conclusio vera.

Tertia conclusio. Christus Dominus secundum quòd homo est persona: hæc propositio est vera si ly homo reduplicat suppositum, probat hanc Sancti Th. vbi supra, quia suppositum naturę humanę in Christo est persona filii Dei, sed filius Dei per se est persona, igitur, propositio vera, scilicet, quòd secundum, quòd homo est persona.

Ar. 12.

Quarta conclusio. Christus secundum, quòd iste homo est Deus: est propositio vera: probat hanc S. Thom. vbi supra, quia ly iste est pronomen demonstratiuũ suppositi Christi, sed suppositũ Christi est Deus: igitur conclusio vera, & sic etiam valet ista alia; hic homo est Deus.

Quinta cõclusio. Hæc propositio iste homo fuit ab æterno est vera. elicitur ex loco superius citato, & ratio est, quia pronomen iste trahit hoc nomen homo ad suppositum diuinum, sed suppositum diuinum fuit ab æterno, igitur conclusio vera. & sic etiam iuxta hũc sensum istę sunt verę, hic homo fecit cęlũ, & terram, & hic homo est genitus ab æterno. Circa has conclusiones discriminantur Scholastici num sint vere de virtute sermonis, Diuus Bonauentura respuit absolute istam Christus secundum, quòd homo est persona, quia hęc dictio secũdum, quòd siue capiatur reduplicatiue, siue specificatiue dicens rationem formę siue causę est simpliciter neganda, sic & ista Christus secundũ, quod homo est Deus cum dicat habitudinem causæ est falsa locutio, Christus secundum, quòd homo est hypostasis est impropria. huic opinioni subscribit se Ricardus dicens hanc esse simpliciter falsam Christus secũdũ, quòd homo est Deus, quia istud complexum secundum, quod notat terminum cui adiungitur, & significat rationem per quam prædicatum conuenit subiecto, & subdit deinde narrando duas opiniones quarum prima est dicẽs de virtute, & proprietate sermonis hæc propositio Christus secundum, quòd homo est Deus non est vera, Alia vero opinio concedit ipsam, & sic de aliis propositionibus superius allatis. cõcurrit cũ his Dur. asserens, quòd semper terminus concretus positus in prædicato, vel in quacunque implicatione circa substantiam tenetur formaliter pro natura, & non materialiter pro supposito, & sic ista simpliciter est falsa Christus secundum, quòd est Deus, vt persona, & sic de aliis. Rei tamen veritas est, quam posuimus in conclusionibus de mente. S. Thomæ, quia hic terminus homo in his propositionibus potest resumi in reduplicatione, vel ratione suppositi, vel ratione naturæ: si primo modo sumitur cũ suppositũ humanæ naturæ in Christo sit terminus increatus sit persona, & Deus istę propositiones erunt verissimę Christus secundũ, quòd homo est persona, & Deus &c. Si vero accipiatur in ratione naturæ sic põt adhuc dupliciter intelligi, vno modo, quòd naturæ humanæ competat esse in aliqua persona, & hoc etiam modo verum est, omne enim quòd subsistit in humana natura est persona, alio modo potest intelligi, vt naturæ humanæ in Christo propria personalitas debeatur causata ex principiis humanæ naturæ, & sic Christus secundum, quòd homo non est persona, quia humana natura non est per se seorsum subsistens à diuina natura, quòd requirit ratio personæ. huic veritati concordat Albertus dicens, quòd ly talis secundũ, quòd vel notat conditionem naturæ, vel notat vnitatem siue idẽtitatem diuini suppositi, primo modo propositiones sunt falsę. Secundo vero modo concedẽdę, vt verę, & sic distinguendę sunt similes quæstiones dum quæritur vtrum Christus secundũ, quòd homo sit indiuiduum, & vtrum Christus secundũ, quòd homo sit suppositum, iterum vtrum Christus secundum

Artic. 12. — Bonauen. — Ricard. — Distin. 10. Quæst. 1. — Albertus.

cundum ꝙ homo sit res naturæ, eandem veritatem docet Alex. Alensis dicens, ꝙ hoc quod dicitur secūdum ꝙ multipliciter exponi potest, quia vel designat vnitatem personæ, & sic propositiones sunt veræ; si aūt designat causam, propositiones sunt falsæ. (Alex.) Cócordat Petrus de Palude in præsenti lib. 3. impugnās illam opinionē quæ dicit, ꝙ ista est falsa Christus secundum ꝙ homo est persona, & Christus secundum ꝙ est hic homo est persona dicitur vera, nam homo, & hic homo non differunt nisi sicut superius, & inferius, vt indiuiduum vagum, & indiuiduum signatum: igitur si hic homo potest reduplicare suppositum, ita etiam, & homo. (Distin. 10.) Marsilius idē ostendit in hoc lib. addens, ꝙ materia ista vtrum Christus secundum, ꝙ homo sit persona, est materia logicalis, quia in aliquo sensu istæ propositiones sunt veræ, & in aliquo falsæ: ne simplicibus sint occasio erroris rationabiliter reijciuntur, sed corā doctis viris possunt distingui, & sic sūt veræ, & quia nos cum distinctione proposuimus illas ad mentē S. Tho. propterea ita accipiendæ sunt. (Marsilius. q. 8. art. 3.)

Sexta cóclusio. Christus est prędestinatus Filius Dei: probat hanc S. Tho. 3. par. quia prędestinatio est pręordinatio Dei ab æterno eorū quæ per gratiam sunt faciēda in tempore, sed Christum esse Filium Dei & factum in tēpore per gratiam vnionis, & pręordinatū à Deo ab æterno, alioquin aliquid adueniret de nouo diuinę menti: igitur conclusio vera, & est de fide, vt scribit Apost. ad Rom. loquēs de Christo, qui prędestinatus est Filius Dei in virtute. (q. 24. art. 1.) (Cap. 1.) Circa quam conclusionē nota, ꝙ Alex. Marsilius, & Scotus, & Dur. dicūt, ꝙ hęc propositio non propria est, sed impropria, & debet intelligi cū hac conclusione Christus secundum ꝙ homo est prædestinatus Filius Dei, sic etiam ait Gabriel, Ioānes de Bassolis, Petrus Tartaretus, quòd hęc dictio secundum quòd cum possit capi dupliciter reduplicatiue, & specificatiue, in pręsenti tenetur specificatiue, ita ꝙ sensus est Christus homo prędestinatus est esse Filius Dei, vnde non absolute de rigore sermonis est accipiēda: si vero capiat reduplicatiue, & absolute est falsa iuxta intentionem S. Tho. (Dis. 7. q. 3.) (Distin. 10.) nos dicimus ꝙ propositio est vera absolute, & proprie, quia sic sonant verba Apostoli qui. s. Christus prędestinatus est Filius Dei in virtute, ita ꝙ reuera Christus est prædestinatus, vt esset Filius Dei, & ad hoc est prędestinatus, vt sit Filius Dei non secundum se nec ratione diuinæ personæ, sed ratione humanæ naturę, quatenus persona diuina subsistit ex tēpore in humana natura, ita ꝙ ex prædestinatione habet hic homo, qui est Christus, vt sit Filius Dei, & hoc docet B. Augu. & glosa interlinearis.

Septima concl. Hæc propositio natura humana est prędestinata est impropria loquutio: probat hanc S. Th. vbi supra, quia prędestinatio aut est ad visionem diuinam, aut ad vnionem hypostaticam, vtraque est personæ, & non naturæ: igitur quando dicitur natura humana est prædestinata non est propria loquutio. (Quæst. 24.) Vbi nota ꝙ hæc ponitur aduersus quosdam Theologos dicētes, quòd prædestinatio ad visionem beatificam est personæ, sed prædestinatio ad vnionem hypostaticam est naturæ: & decipiuntur isti, quia licet humanitas sit pręordinata à Deo, vt vniatur Filio Dei in vnitate personæ, non tamen ipsa est pręordinata, vt sit Filius Dei, & propterea vtraque prædestinatio dicitur personæ. & si natura dicatur prędestinata est impropria loquutio, ista tamē est propria, Filius Dei est prædestinatus, vt sit homo, & hæc quoq; est propria homo est prædestinatus vt sit Deus.

Octaua cóclusio. Prędestinatio Christi est exemplar nostræ prędestinationis: probat hanc S. Doctor, quia filiatio naturalis est exemplar filiationis adoptiuæ, sed prędestinatio Christi est ad filiationem naturalem, prędestinatio nostra ad Filiationē adoptiuam, vt ait Apostolus ad Rom. quos præsciuit, & prędestinauit conformes fieri imaginis Filij sui: igitur conclusio vera. (q. 24. art. 3) Vbi attende, quòd conclusio est intelligenda ex parte termini, & effectus prędestinationis, non ex parte actus prædestinātis, quia hoc modo Deus eodem actu æterno prędestinauit nos, & Christum, & sic intelligit Beatus Augustinus lib. de prędestinatione Sanctorum, & pręclarissimum lumen prędestinationis, & gratiæ ipse Saluator, ipse mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, & dicitur lumen inquātum per prędestinationem, & gratiam Christi est manifestata nostra prædestinatio, & hoc est prædestinationem Christi esse exemplar nostræ prædestinationis. (Cap. 15.)

Nona concl. Prędestinatio Christi est causa efficiens exēplaris, & meritoria nostræ prędestinationis: probat & istā D. Tho. quia illud quod est causa omnis gratitudinis apud Deum, est etiam causa nostræ prędestinationis, sed prædestinatio Christi est causa omnis nostræ gratitudinis quā habemus apud Deum: igitur cóclusio vera. (Quæst. 24.) Vbi etiam attende, ꝙ hæc etiā intelligitur vt pręcedens conclusio. s. ex parte effectus, qui est gratia, & gloria, & adoptio filiorum, sic enim scribit Apostolus ad Ephes. qui gratificauit nos in dilecto Filio suo. i. charos, & grātos, & Filios adoptiuos, & redemptos, & prædestinatos efficienter, exemplariter & meritoriè reddidit & fecit nos. (Cap. 1.) sed ex parte actus prędestinātis nō est vera conclusio, quia idem nō est causa suiipsius diuina enim voluntas eodē actu prędestinauit nos & Christum. concordat in hoc Alex. Bonauentura, & Dur. vt hoc cōtra Driedonem lib. de redemptione generis humani, & Franciscū somnium, & Ruardum Tapet, & Adamum in expositione Epistolarum ad Romanos. (3. par. q. 3.) (Tract. 2. Cap. 2.) (Cap. 9.)

Decima conclusio. Christus fuit prædestinatus in remedium peccati: elicitur hæc conclusio ex locis supra citatis, & ratio est, quia prædestinatio Christi pręsupponit præscientiam futurorum, sed remedium peccati, & peccatum ipsum spectat ad præscientiam: igitur conclusio vera, ita quòd Christus est primus prædestinatus in quo omnes prædestinati sunt electi; & non esset prædestinatus si non esset futura redemptio, & hoc intellige de facto, quia de possibili poterat prædestinari, vt redemptor præseruatiuus non autem subleuatiuus peccati, vel esset prædestinatus vt glorificator, non autem, vt redemptor, vel esset prædestinatus, vt immortalis, & impassibilis, non vt mortalis, & passibilis, vel esset prædestinatus, vt caput Ecclesiæ, vt ait Gulielmus de Rubione, & Petrus Tartaretus de mente Scoti: tu autem sequere cóclusiones præpositas, de quibus lege Caietanum in tertiam partem Sancti Thomæ. (q. 1. art. 3.) (Distin. 7.) (q. 1. art. 1.)

DISTINCTIO XI.

IN praecedentibus determinauit Magister qualiter ea quae sunt dignitatis in humana natura possunt dici de Christo: hic disputat quo ea quae pertinent ad defectum humanae naturae possunt dici de Christo, & ponitur prima concl. talis: Haec propositio Christus est creatura nō est absolute, & sine determinatione dicenda: probat hāc S.Tho. 3.p. quia illa propositio nō est absolute cōcedēda, quia pōt esse occasio erroris, & fauet hereticis, sed hec propositio est hmōi: ergo concl. vera. Circa istam concl. nota, quod ponitur contra Scotū, qui diuersa tangit, & inuolutionē facit, quae veritatē hāc vr magis obscurare, quā declarās nihilominus Ioan. de Bassolis de mēte Scoti narrat tres opin. quarū prima est Magistri oino negantis istā, Christus est creatura, praecipue, vt caueatur error Arrij, qui posuit Filiū esse creaturā, secūda opinio dicit, quod hęc, Christus est creatura de rigore sermonis est falsa, ppterea negāda est, nō solū pp hæreticos, sed ad euitandā falsitatē; & hæc vr esse opin. S.Th. in praesenti dist. tertia opi. est, quā dicit esse probabiliorem, & hęc concedit propositionē, Christus est creatura, quia accepit nouū esse per nouā productionē tēporalē a Spiritu Sancto, & a B. Virgine, & ideo creatura est, & dr, & sic etiā Capreolus tribuit Scoto, quod cōcedit propositionē: Caietanus etiā concedit, sed ait esse cauendā pp haereses. Medina ait, quod de rigore, & proprietate sermonis est falsa, ego aūt qui sum minimus dico quod est verissima, & debemus ea vti cum hac cauda Christus secundū humanā naturā est creatura, & minor patre, & sic vtūtur oēs Sācti, & Aug. lib. 83. q. & D. Amb. ad Gratianum, & D. Hier. in Epist. ad Ephes. & tandē, Athanasius aequalis Patri secūdū diuinitatē, minor Patre secūdū humanitatē. & S. Th. in hac concl. &c.

Secūda concl. est, illa quae attribuuntur Christo ratione vtriusque naturę, cum determinatione sunt proferenda: suadet S.Tho. istam vbi supra, quia illa quae dubitationem inducere possunt cū cautela, & determinatione proferenda veniunt, sed illa quae proferuntur de Christo ratione vtriusque naturae dubitationem habent: igitur &c. hec cōclusio est Damasceni 3. lib. fidei orthodoxae, dicētis, quod Christus qui Deus est & homo, dr & creatus, & increatus, passibilis, & impassibilis, subdit deinde, ipsa vna hypostasis Christi & increata est deitate, & creata est humanitate, quia sicut in rebus corporalibus ea de quibus dubitari potest, an conueniant toti vel parti, si insunt alicui parti non attribuūtur toti simpliciter, sed cum determinatione, non n. dicimus, quod Aethiops est albus, sed quod est albus secūdum dentes, ea vero quae parti sic non cōueniunt simpliciter de toto praedicantur, vt homo absolute dicitur crispus, ita similiter ea quae Christo possunt attribui ratione vtriusque naturę non absolute praedicantur de illo, ea autem de quibus suspicari non potest, quod ratione humanę naturae conueniunt sine addito de illo enunciantur, &c.

Tertia concl. ista propositio non absolute est concedenda, Christus incepit esse: probat hanc S.Tho. vbi supra, quia nullum suppositum aeternū incepit esse, sed Christus dicit suppositū aeternum: igitur non incepit esse. Vbi animaduerte, quod sunt variae sententiae, nam tota Schola Schotistarum de mēte sui Magistri defendit ipsam, dicēs de rigore sermonis esse veram, & addit Petrus Tartaretus, quod Christus esse incepit per accidens, & de rigore sermonis incepit esse, inuo haec, iste homo demonstrato Christo incepit esse, Magister in littera, & Albertus, D. Bonauentura, Duran. dicunt quod nec est vera, nec falsa in rigore, quia si incipere esse intelligatur de natura diuina, propositio est falsa, si de natura humana est vera: et in istis Vdal ricus, & Altisiodorēsis, sed opinio S.Tho. est sequēda, quòd haec propositio Christus incepit esse est simpliciter falsa, & hanc veritatem sequitur Gabriel, Marsilius, Petrus de Palude narrans tres modos dicendi, & Capreolus, Ferrariensis in quartum contra gentiles, & tandem Caiet. imponit finem omnibus his litibus, quod ista loquutio, Christus incepit esse, est simpliciter falsa, & damnata Parisijs cum esset, fuit deinde appellatum ad sedem Apostolicam, & reprobata dicitur ab Alexādro sexto, quia Apostolus ait ad Hebreos Iesus Christus heri hodie & in secula, & ipse proprio ore antequām Abraam fieret, ego sum.

Quarta cōclusio. Propositio haec, iste homo demonstrato Christo incepit esse, dato quod esset vera non esset ea vtendum: hanc probat S.Thom. vbi supra, quia cū haereticis, nec nomina debemus habere cōmunia, ne eorum errori fauere videamur, sed hac propositione vtabatur Arrius dicēs, quod Christus erat creatura, & minor Patre, & incepit esse, quia erat quando non erat: igitur &c. Vbi nota, quod hęc ponitur contra Ioannem de Bassolis qui affirmat istam propositionem esse veram, & ea vtatur, quia Christus incepit esse, sicut & in morte desijt esse, & in resurrectione resumpsit esse, tu autem sequere opinionem D. Thomae.

Quinta conclusio. Christus secundum, quòd homo est creatura, magis est cōcedenda, quām neganda: probat hanc S.Tho. vbi supra, quia omne quod est, vel est creator, vel creatura, sed hęc est falsa, Christus secundum, quòd homo est creator: ergo haec est vera Christus secundum quòd homo est creatura. Vbi animaduerte, quòd haec ponitur contra Antonium Andream hic qui de mēte Scoti ait, quòd sicut ista non est vera Christus est creatura, ita nec ista Christus inquantum homo est creatura, praeter tum si capiatur reduplicatiue, nos autē dicimus de mēte S.Tho. quòd siue capiatur reduplicatiue siue specificatiue semper est vera, Christus inquantum homo est creatura, sed reduplicatio, & specificatio debet fieri super naturam humanam, dicēdo Christus secundum, quòd homo est creatura, est vera, & propria cōtra Scotum, sed si reduplicatio fieret ad suppositum tunc propositio esset magis neganda, quām affirmāda: Carthusianus tamen ait, quòd est nominalis dissensio haec, sed lege de hac re Caiet. hic.

Sexta cōclusio. Haec propositio homo factus est Deus, est falsa, & nō concedenda de rigore sermonis: probat S.Tho. quia hoc participium factus, vel cadit supra subiectum, vel supra predicatum, sed neutro modo dici potest, quia suppositum humanae naturae cum sit aeternum non est factum, nec Deus est factus: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd ponitur contra Petrū Tartarettum qui de mente sui Magistri Scoti, tenet propositionem istam, homo factus est Deus, esse simpliciter veram quia illud, quod nō semper fuit tale, & nō est illud est fa-

est factũ, sed homo semper fuit Deus, & modo est,
igitur hæc est vera homo est factus Deus. & tamen
doctrina huius viri est cõtra Cirillum in lib. de in-
carnatione vnigeniti dicẽtis Deum hominẽ esse fa-
ctum, & non econtra hominẽ factũ Deum, quæ ver
ba habentur in primo tomo Cõciliorũ statim post
Cap.15. Cõcilũ Ephesinũ, & huic veritati adhærent quoq;
multi Scotistæ, vt est Coraldus, & Ioãnes de Basso-
lis cõtra Antoniũ Andreã qui sequitur Sco.in hoc.

Septima cõcl. Hæc ꝓpositio Deus factus est ho-
mo est simpliciter vera: probat S.Doctor, vbi supra,
quia vnũquodq; dr̃ esse factũ illud quod de nouo
dr̃ prædicari de ipso, sed esse hominẽ de nouo in-
cipit prædicari de Deo: igitur concl. vera. Vbi no- B
Cap.1. ta, ꝙ hęc est de fide vt patet ex illo Ioannis, & Ver-
bum caro factũ est, vt ex symbolo Apostolorum, &
homo factus est: tamen obseruandum est, ꝙ omnes
hæretici cõcedebãt istã Deus factus est homo, sed
diuersimode exponebant, nam Manichei dicebant
Deus est homo non vere, sed similitudinarie, quia
accepit corpus phantasticum; Fotinus dicebat, ꝙ
Deus est homo participatiue. s. per gratiã, sicut om
nes Sancti Nestorius vero dicebat, ꝙ Deus est hõ
per cõiunctionẽ, vel dignitatis, vel authoritatis, vel
affectionis, aut inhabitationis, fides catholica te-
net, ꝙ Deus est homo, Deus supponit pro persona
humana, quia supponit pro persona filij Dei quate- C
nus est persona humana, de qua re lege Caietanũ
q.16. art.2. in 3.par. & etiam in expositione Euangelij Ioannis
super illis verbis Verbum caro factum est.

Octaua concl. In Christo ea quæ sunt vnus natu-
ræ nõ prędicãtur de altera in abstracto significata:
Articu.5. probat hãc S.Tho. vbi supra, quia ea quæ sunt pro-
pria vnius non possunt vere de alio prædicari nisi
identice, vel denominatiue, vt risibile de homine,
sed in mysterio incarnationis natura diuina, & hu-
mana, nec sunt idem, nec vna denominatur ab alte-
Cap.4. ra: igitur conclusio vera, & est Damasc. lib. 3. fidei
orthodoxæ, dicentis deitatẽ proferentes nõ nomi-
namus ea quæ humanitatis sunt. i. proprietates, nõ D
enim dicimus deitatẽ possibilẽ, vel creabilẽ, deitas
autẽ est diuina natura, & ideo ea quæ sunt propria
humanæ naturæ non possunt dici de diuina.

Nona concl. Nomina concreata significantia na
turas, vt Deus, homo, vel proprietates naturarũ, vt
immortalis, mortalis, vel actiones, vt creat guber-
nat, vel passiones, vt flagellatur, crucifigitur, verè &
proprie prædicantur de se inuicem indifferenter:
Articu.5. hanc probat S.Thom. vbi supra authoritate Leonis
Epist.83. Papę in Epistola ad Palestinos, & habetur quoque
Can.4. hęc veritas in Concilio Ephesino 1. & in Concilio
Calcedonensi, & in Concilio Florentino, & est do-
ctrina omnium Patrum, qui asserunt has proposi- E
tiones esse veras Christus est Deus, conceptus de
Virgine natus, mortuus, sepultus, hic homo est
Deus, immortalis, omnipotens, qui regit & guber-
nat vniuersa, & alię similes, &c.

Decima concl. Deus est homo, est propositio in
q.16.art.1. materia naturali: elicitur hæc ex D.Th. vbi supra, &
rõ est, qa qñ species prædicatur de suo indiuiduo,
tunc illa pdicatio est in materia naturali, sed in hac
propositione Deus est homo, species puta hõ præ-
dicatur de suo indiuiduo: igitur cõcl. vera. Vbi at-
tende, ꝙ hęc ponitur contra Franc. Lichetũ, & oẽs
Dis.7.q.2. Scotistas, & Dur. & Mars. & Gabr. qui tenent ipsam

A esse in materia contingenti, & errant valde, quia qñ
dr̃ Deus est homo ly Deus non capitur formaliter
ratione formæ significatæ, quia tũc secundũ ordi-
nẽ naturalẽ esset in materia remota, & secundũ or-
dinẽ supernaturalem esset in materia contingenti,
accidit. n. deitati vt sit hõ, & ideo esset propositio
per accidens logice non metaphysice, sed ly Deus
capitur materialiter ꝓ supposito quod est naturæ
diuinæ, & humanæ simul, & sic supposito mysterio
incarnationis, Deus est hõ, est propositio per se in
materia naturali, qa persona verbi quod est Deus,
existit per se in diuina, & humana natura, vnde ly
Deus qui est subiectum accipitur pro hoc Iesu, &
B quia Iesus est homo, est in materia naturali, sic etiã 3.par.q.16.
Deus est homo, lege de hac re, Caiet. & Medinam. articu.1.

DISTINCTIO XII.

Agitur hic de defectibus qui cõsequuntur na
turam humanã secũdũ, ꝙ creatura est, & pro
explicatione huius negotij sit prima conclu
sio talis: Christus Dñs nõ habuit peccatũ origina-
le: hanc probat S.Doct. 3.p. quia ille habet peccatũ q.15. art.1.
originale qui descendit à stirpe Adæ, secundum se-
minalem rõnẽ, & secundũ corpulentã substantiam
sicut nos oẽs, at Christus Dñs nõ descẽdit secũdũ
C seminalẽ rationẽ, sed tñ mõ habuit corpulẽtã sub-
stantiã: igitur conclusio vera, & est de fide. Vbi no
ta, ꝙ hãc declarat Petrus de Palude in pñsenti dist.
asserẽs, ꝙ posito, ꝙ Christus assumpsisset naturam
habentẽ originale, ꝙ in ea non mansisset originale,
quia licet in ea potuisset manere carentia gratiæ, &
gloriæ, non tamen debitũ, & obligatio ad has pœ-
nas, licet Gabriel videatur dicere, ꝙ si assumpsisset
naturã humanã ab vtroq; sexu per cõmistionem se
minum illa nõ esset sine labe peccati: quicquid sit
de hoc rei tamen veritas est, ꝙ Christus nõ accepit
actiue ab Adam humanã naturã, sed solũ materia-
liter actiue vero à Spiritu Sãcto sicut & ipse Adam
D materialiter sumpsit corpus ex limo terræ, actiue
vero à Deo, & propter hoc Christus nõ habuit ori-
ginale, quia fuit solum materialiter in Adam.

Secũda concl. Christus Dñs quatenus Deus non
potest peccare: probat D.Th. vbi supra. & p.p. quia Quæst. 25.
est prima regula: ergo peccare non põt. Vbi nota, ꝙ
hęc est etiam de fide, & declarat eam Melchior Ca- Cap.3.
no 1. lib. de locis Theologicis, quia sicut primæ ve-
ritati repugnat dicere falsum ita primæ bonitati
repugnat facere malũ, & tam alienus est Christus à
falsitate quàm ab iniquitate & à peccato, sed Chri-
stus Dñs est prima bonitas, & prima veritas, sequi-
tur, ꝙ nec per se, nec per alium peccare potest, sed
E est impeccabilis per naturam.

Tertia conclu. Christus Dñs inquantũ homo in
sensu composito quatenus beatus non potest pec-
care: hanc probat S.Tho. p.p. quia voluntas beati q.62. art.4.
totaliter innititur Deo videndo essentiam bonita-
tis, ergo non potest ab ea diuertere, & peccare. Vbi
nota, quòd Ocham, & Frãciscus de Maironis tenẽt,
ꝙ beatus potest peccare, sed in hoc non sunt susti-
nẽdi, quia dictum est supra, quòd licet beatus pos-
sit peccare per potẽtiam remotam quæ est liberum
arbitrium, quod est vertibile de bono in malum,
non tamen per potentiã propinquam, quia cum sit
confirmatus in gratia quã ipse beatus non respicit,

vel dicas, ꝙ in sensu diuiso potest peccare, sicut hęc modalis est vera albũ pôt esse nigrũ, sed nõ in sensu cõposito, vt hęc est falsa, albũ est nigrũ: ex hoc repręhẽdẽdus venit Pet. Tartaretus, qui negat hãc doctrinã dicẽs, ꝙ beatus dicitur non posse peccare non ab intrinseco, sed quasi ab extrinseco. s. ex ordinatione, & manutentione ipsius Dei, & diuina voluntate continuante actum beatitudinis: tu autem sequere doctrinã S. Tho. quia hoc est ab intrinseco cũ sit cõfirmatus in gratia, & nõ tm̃ ab extrinseco.

Quarta concl. Christus Dñs pro nobis fecit peccatũ: hanc ponit S. Th. vbi supra. & est de fide cum habeatur ex verbis Apost. 2. ad Corinth. Eum qui non nouerat peccatũ pro nobis fecit peccatũ. Sed obseruandũ est, ꝙ hæc propositio potest tripliciter intelligi primo pro sacrificio, nã erat cõsuetudo in veteri lege, ꝙ sacrificiũ quod offerebatur pro peccato nominabãt peccatũ, vnde apud Oseam dr̃, peccata populi mei comedent. i. oblata pro peccato, & sic Christus fecit peccatũ pro nobis, i. hostiã & sacrificium. secundo pôt intelligi pro similitudine, & pęna peccati, vt ait Apost. Roman. misit Deus Filiũ suũ in similitudinẽ peccati: & sic Christus fecit peccatũ, quia Deus fecit eũ assumere carnẽ mortalẽ, & passibilem: tertio pôt intelligi secũdũ reputationẽ hominũ, homines opinabantur Christũ esse peccatorem, vnde Esai. cum iniquis reputatus est, & hoc ideo vt nos, qui rei veritate sumus peccatores efficeremur iusti apud Deũ. lege Cai. super hũc passũ.

Cap. 5.
Cap. 4.
Cap. 8.
Cap. 53.

Quinta cõcl. Simpliciter loquẽdo Christus Dñs nullo modo potuit peccare mortaliter, nec venialiter: probat hãc S. Tho. hic, quia omne quod fecit ille homo Christus pôt dici ꝙ Deus fecit, sed Deus nec mortaliter, nec venialiter peccare potest: ergo neq; Christus Dñs. Circa quã nota, ꝙ hæc cõclusio ponit cõtra Ioãnẽ de Bassolis, q tenet in p̃senti dis. Christũ verũ Deũ, & hominẽ posse peccare absolute loquẽdo, quia nõ magis repugnat supposito immortali posse mori q̃ supposito impeccabili posse peccare, sed Christus Dñs mortuus est secũdũ humanitatem, ergo etiã secũdũ eã potuit peccare: quę positio offendit pias aures, & est cõtra oẽs fere patres, pręsertim Damas. 3. lib. fidei orthod. dicentis impeccabilis est Deus Iesus.

Dis. 12 q. 2. art. 1.
Cap. 20.

Sexta concl. Posito, ꝙ Christus Dñs assumpsisset naturã in puris naturalibus cõstitutã sine gratia habituali & gloria, nõ posset peccare: elicitur hæc ex S. Th. vbi supra, & rõ est, quia actio plus imputatur principali agẽti q̃ instrumẽto, sed talis natura esset instrumentũ diuinitatis in Christo, ergo si talis natura peccaret, illud peccatũ tribueretur diuinitati, quod est absurdũ dicere. Vbi animaduerte, ꝙ hæc cõclusio ponitur cõtra Dur. qui oppositũ huius audet sustinere, cõtra quẽ Petrus de Palude arguit validissimis argumentis in pręsenti distinctione, vbi narrat tres sententias de hoc quæsito, prima est, ꝙ Christus Dñs potuit peccare, & hanc sequitur Scotus, Dur. Gabriel, Adã Goram, & multi nominales. secunda est, quam sequitur Marsilius in hoc lib. ꝙ Christus Dñs potuit peccare, & ex cõsequenti damnari: tertia est quam posuimus nos in conclusione in qua cõcordat Bonauẽtura, Alex. Alensis, Petrus de Tarantasia, Riccardus, Altisiodorẽsis, Albertus Magnus, Vdalricus in p̃senti loco, Magister. & Carthusianus, & est expressa sententia D. Anselmi lib. 2. Cur Deus, & homo vbi ait, Adã fuit peccabilis, qa homo: Christus fuit impeccabilis, quia Deus hõ: de qua re vide Capr. qui soluit motiua istorũ, qui tenet oppositũ, & ẽt Barth. de Medina in 3. p. S. Th. q 15. art. 1.

Dist. 12.
Quæst. 9.

Septima cõcl. Christus Dñs nõ potuit assumere naturã actu peccãtẽ remanẽte in ea rõne culpę: elicitur ex ipso D. Tho. vbi supra, & rõ est, quia Deus, sed diuinitatẽ non pôt esse proprius author culpæ, secũdũ hoc sequeret si assumeret naturã actu peccãtẽ: igitur cõcl. vera. Hæc cõclusio ponitur quoq; contra Dur. dicentẽ, ꝙ Christus saltim de potentia absoluta potuisset assumere naturam hominis peccatoris, imò hominis dãnati, & sic Christus Deus esset in peccato, quia si natura humana assumpta esset in peccato, homo etiã rõnẽ illius esset in peccato, sicuti posito, ꝙ assumeret naturam ignis, posset comburere domũ pauperis, vel Ecclesiã aliquã, & sic peccaret; sed nullo pacto est sustinẽdus Dur. hic, cum fuerit in maximo errore, quandoquidem si assumpsisset naturã actu peccantẽ statim amoueret peccatum, veluti lux subintrans antrum obscurum subito expellit tenebras, sic etiam si assumpsisset naturã dãnati sumeret pœnã solũmodo, sed nõ culpã, obstinationẽ, & odiũ Dei, q sunt in dãnatis, nec est ad propositũ exemplum de natura ignis assumpta, quia operatio ignis nõ indiget regula illo modo quo operatio liberi arbitrij, in quo potest esse culpa, & meritum, &c.

Distin. 12.

Octaua concl. Christus Dñs non habuit fomitẽ peccati: probat hanc S. Tho. vbi supra, quia perfectissimus status virtutis non potest stare cũ fomite peccati, sed Christus Dominus habuit perfectissimum statum virtutis: igitur cõclusio vera. Vbi nota, ꝙ hęc est de fide, cũ habeatur apud Matth. quod in ea natũ est de Spiritu Sancto est, sed Spiritus Sanctus excludit nedũ peccatũ, sed etiam inclinationẽ peccati, quæ importatur nomine fomitis, est. n. fomes inclinatio sensualis appetitus in id, quod est cõtra rõnẽ, importat. n. cõcupiscẽtiã delectabiliũ, vnde in Christo non fuit interior impugnatio, sed tm̃ exterior ex parte Mundi & Diaboli, quos superauit cum maxima victoria, & hæc est doctrina Hieronymi super illud Roman. in similitudinẽ carnis peccati, dicẽtis caro Christi fuit assumpta de massa carnis q̃ erat ꝓcliuis ad peccãdũ, nõ ꝙ ipsa sit in se ꝓcliuis ad peccãdũ cũ sit fabricata ope Spũs Sacti.

Quæst. 15.
Cap. 1.
Cap. 8.

Nona cõcl. Christus Dñs nõ habuit motus inordinatos appetitus sensitiui, ẽt sine cõsensu volũtatis: elicitur hęc ex loco superius citato, & rõ est, qa vbicũq; sunt tales motus inordinati ibi interuenit peccatũ saltẽ veniale, sed in Christo Dño nullũ fuit peccatũ, vt ipse testatus est, quis ex vobis arguet me de peccato: igitur cõcl. vera. Vbi nota, ꝙ hęc ẽt est de fide, & cõtra Pelagianos docẽtes hũc errorẽ cõtra quos disputat B. Augu. lib. 4. hypognosticon, & lib. de correctione & grã, qa cũ dicatur de Christo, ꝙ fuerit plenus gratia, & veritate quasi vnigenitus ã Patre, blasphemũ, & impiũ est cũ tanta sanctitate, & plenitudine gratię ponere in eo motus pudendos, & inordinatos, & contra, seu pręter rationem.

q 15. 3. par.
Cap. 15.
Cap. 11.

Decima cõclusio, Christus Dominus nõ habuit iram, quæ est peccatũ: probat hanc S. Doctor, quia vbicunque est ira, quæ est peccatum est, tristitia, & appetitus vindictę, sed Christus Dominus non habuit tristitiam & appetitũ vindictæ: igitur conclu

sio

sio vera. Vbi attende, quòd Christus nõ habuit tristitiã, quæ procedit ex inordinato affectu, quia hęc est culpa, & peccatum, sed habuit quandam tristi- Cap. 26. tiam, quæ dicitur propassio, vt scribit Matth. cępit cõtristari, & męstus esse, quia anima sua benedicta appręhendit mortem, & passionem suam esse nociuam quantum ad se, & quãtum ad alios, sicut peccatum discipulorum, & iudęorum occidentium ipsum: nec etiam ira quæ est appetitus vindictæ cõtra debitum ordinem rationis, potuit esse in Christo Domino, quia talis semper est vitium & peccatum, licet fuerit in eo ira, quę est secundum ordinem iustitiæ, quæ vocatur ira per zelum, vt ipsemet dixit Cap. 2. apud Ioan. Zelus domus tuæ comedit me, & talis ira est sine peccato de qua loquens Aug. super Ioãnem ait omnia peruersa, quę videt cupit emẽdare, & si emendare nõ potest tolerat, & gemit: ex his ergo patet, quòd Christus nõ habuit tristitiam procedẽtem ex inordinato affectu, & iram quæ est contra debitũ ordinem rationis, sed tristitiam quæ est propassio, & iram quæ est zelus.

DISTINCTIO XIII.

IN hac distin. disputãt Doctores de his quę conueniũt Christo secundũ naturã humanam, quæ exaltata est per incarnationem. & pro intelligentia huius ponitur talis conclusio: necesse est ponere in Christo Domino gratiam habitualem: hanc q. 7. art. 1. probat S. Thom. 3. par. quia nemo dat quod nõ habet, sed Christus Dominus debebat dare gratiam Cap. 1. omnibus nobis iuxta illud Ioannis, de plenitudine eius omnes nos accepimus: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc est de fidé definita in Cõcilio Sess. 6. Tridentino vbi dicitur, si quis dixerit hominem iu Can. 11. stificari, vel sola Imputatione iustitiæ Christi, vel sola remissione peccatorum exclusa gratia, & charitate, quæ in cordibus hominum diffundatur, & inhęreat, vel dixerit gratiam esse tantum fauorẽ Dei anathema sit. quibus verbis aperte habetur, quòd gratia tam in Christo, quàm in omnibus alijs iustis est aliquid creatum inhęrens ipsi animæ, quod Cap. 1. etiam habetur ex verbis Ioannis Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis: licet aliqui dicant conclusionem istam non esse de fide, quia non est de fide ꝙ sint habitus infusi, & respondent ad Concilium Tridẽtinum, quod & si determinat gratiam esse aliquid creatum inhærens ipsi animę, non tamen determinat, ꝙ sit aliqua qualitas habitualis distincta ab anima, sed poterit quis dicere sine hęresi, ꝙ est quædã rectificatio, & sanitas, & pulcritudo animæ non distincta realiter ab ipsa, & sic conclusio non erit de fide. sed considerent bene quid ipsi dicant.

Secũda concl. Christus Dominus habuit gratiã habitualem ad eliciẽdas operationes Deo gratas: q. 7. art. 1. ponitur cõclusio hæc vbi supra, & ratio est, quia ille, qui propinquissime attingit Deũ per cognitionem, & amorem debet eleuari per gratiã, sed Christus Dominus propinquissime attingit ipsum Deũ opti. max. amando & cognoscẽdo ipsum, ergo &c. Distin. 13. Circa quam nota, ꝙ Ioãnes de Basso lis in præsenti loco narrat quandam opinionem antiquam cuius authorem non nominat, hæc. n. dicebat ꝙ in anima Christi nõ fuit, nec est aliqua grã habitualis creata sibi inhęrens, & ipsam gratificãs, sed diuinitas exi- A stẽs per vnionẽ ipsius animę ad verbũ supplet quicquid ponitur facere gratia in alijs, ita ꝙ frustra fuisset ibi gratia aliqua talis habitualis qualis ponitur in alijs sanctis creatis: Ioannes Bachonus videtur tribuere hanc opinionẽ ipsi Henrico, qui in Quol. Quolib. 6. ait, quòd habitus non ponitur in anima nisi, vt po- q. 6. tẽtia eleuetur, & disponatur, vt expedite inclinetur in obiectũ fruibile præsens, sed hæc omnia põt operari gratia vnionis, idcirco frustra ponitur gratia habitualis. ponit ẽt Ioãnes Bach. opinionem Scoti Distin. 9. dicẽtis, ꝙ aĩa Christi dupliciter põt habere actum amoris vno modo formaliter, alio modo elicitiue, primo modo affirmat Scotus, ꝙ aĩa Christi põt B habere actũ amoris, & actũ beatificũ sine gratia, & sine omni lumine gratiæ, sed non secundo modo; Addit quoq; tertiã opinionẽ Petri de Aluernia in Quolib. 2. suis Quolib. dicentis, ꝙ ad hoc ꝙ Christus produ- q. 2. cat operationem supernaturalẽ necessario requirebat habitum: Petrus de Palude in hoc libro narrat quatuor opiniones circa hoc, vt est videre apud ipsum. Carthusianus multos etiã authores, vt sui mo- Dis. 13. q. 2. ris est adducit, verum quia in paucis consistit veritas idcirco his omnibus relictis sequẽda est doctrina S. Tho. tanquàm vera.

Quinta concl. Christus Dñs de potẽtia Dei absoluta potuit non habere gratiã habitualem, & po- C tuit non esse gratus Deo secundum humanitatem: eliciturhęc ex S. Th. vbi supra, & ratio est, quia pos- Quæst. 7. set fieri, vt verbum assumeret naturam in puris naturalibus, sine gratia, & sine peccato, & tunc nec esset grata, nec ingrata Deo, & de facto posset assumere naturam humanã, quæ nec esset habitura gloriã, nec vitam beatam, sed de potentia ordinaria fuit conuenientissimum, vt Christus esset gratus Deo secundum humanitatem, sicut est beatus secundũ humanitatem, cum hoc tamen stat, ꝙ de potentia absoluta Christus nõ potuit esse ingratus, quia de potentia absoluta non põt esse quin sit Filius Dei, & sic non potest esse Deo ingratus, sed hoc nõ erit D per gratiã habitualẽ, sed per aliquid aliud de quo infra dicemus.

Quarta cõclusio. Christus Dominus habuit omnes gratias gratis datas: probat hanc S. Tho. 3. par. q. 7. art. 7. quia gratiæ gratis datę dãtur ad manifestationem doctrinæ spiritualis, sed Christus est principalis, & primus doctor doctrinę reuelatę, vt scribit Apost. Cap. 2. ad Hebr. cũ initiũ accepisset enarrari per dominũ ab eis qui audierunt in nos confirmata est contestante Deo, signis & portentis &c. & ipsemet Christus dixit, vos vocatis me Magister, & Dñs, sum etenim &c. igitur conclusio vera, & hęc conclusio est Beati August. scribentis ad Dardanum, quòd sicut Epist. 57. E in capite sunt omnes sensus, ita in Christo fuerunt omnes gratię.

Quinta conclu. Licet Christus habuerit oẽs grãs gratis datas, non tñ oĩbus illis vsus est, hãc sic probat S. Th. vbi supra, quia Christus voluit prędicare, Quæst. 7. solũ Iudęis, vt ipse dixit Matth. nõ sum missus, nisi Cap. 18. ad oues, quæ perierũt domus Israel, & ideo nõ vsus fuit dono linguarũ, quia nõ oportebat eum loqui pluribus linguis. Circa istam conclusionem nota, quòd aliqui tenent oppositum huius conclusionis volunt enim, quòd Christus Dominus vsus fuerit dono linguarum, quia scripsit Epistolam quãdam Regi edissenorum nomine Agabaro in lingua ab

eo intelligibili, similiter loquutus fuit cum Regulo cuius filium sanauit, & cum Cannanea, qui erant de populo gentili: hanc opinionem inter alios sustinet Eusebius lib. 1. Historiæ Eccles. nihilominus hæc opinio non tenetur, quia illud de Agabaro est apocriphum. & si loquutus aliquando fuerit gentilibus, ipsi forsitan intelligebāt linguā Hebræam, vt fuit Samaritana, & Centurio, neque ex hoc sequitur, quòd Christo defuisset notitia linguarum, quia ei nec occulta cordium fuerunt abscondita, neque inutiliter habuit hanc notitiam, sicut non inutiliter habet habitum, qui eo non vtitur quando non est opportunum.

Sexta cōclusio. Christus dominus habuit donū B prophetiæ: probat hanc S. Tho. vbi supra, (q. 7. art. 8.) quia prophetia est notitia, seu visio eorum, quæ sunt procul à notitia aliorū viatorum, sed Christus Dominus habebat hanc notitiam, & annūciabat hominibus: igitur conclusio vera. Vbi nota, quod hęc cōclusio ponitur contra Abulensem, qui in expositione libri numerorum sustinet Christum non fuisse prophetam, quia erat Deus, Deus autem, & propheta distinguuntur, cum propheta à Deo accipiat visionem: & licet passim scripturæ appellent eū prophetam, vt est illa, (Deut. c. 18.) prophetam suscitabit Dominus, & propheta magnus surrexit in nobis &c. hęc & similia dicuntur de Christo, quia cōmuniter apud vul- C gus homines sancti dicuntur prophetæ, sed non, quod Christus fuerit vere propheta: nihilominus vir iste maxime decipitur, quia Christus dominus fuit propheta per modum habitus, prophetabat. n. quando volebat, cæteri prophetæ fuerunt prophetæ per modum actus, & coruscationis, vnde non prophetabant quando volebant. Christus ergo dicebatur propheta, vt viator, non autem vt comprehensor, & vt Deus, & ideo opinio Abulensis est erronea: sunt aliqui qui dicūt opinionem Abulensis esse probabilem, & male dicunt, quia non potest sustineri, cum sit expresse contra scripturam &c.

Septima conclusio. Gratia Christi est infinita: D probat hanc Sanctus Thomas tertia parte, (q. 7. ar. 11.) quia illa gratia dicitur infinita, quæ non habet certum limitem, & mensuram, sed gratia Christi est huiusmodi, quia vt habetur apud Ioannem (Cap 1.) non ad mensuram dedit Deus Spiritum Christo, quæ verba exponit Augustinus de gratia habituali: igitur conclusio vera. Circa quam conclusionem attende, quòd est maxima lis inter Scotistas Ochanistas, & Thomistas, Scotistæ tenēt vt est Antonius Andreas, Petrus Tartaretus, Bassolus, Brulifer Franciscus de Maironis, & cæteri Scotistæ, de mente sui magistri, quòd gratia animæ Christi non est summa, & infinita positiue, sed dicitur summa, & infinita nega- E tiue. i. non est tam magna quin nulla alia sit maior illa. Ochanistæ, seu nominales, vt ipse met Ocham, Gregorius Ariminensis, Petrus de Aliaco, Adam dicunt quod non habet summam, & infinitam negatiue, quia anima Christi non habet summam inclinationem ad hanc infinitam gratiam. Thomistę quamuis videantur dissentire inter se, quia Caietanus sentire videtur in 3. par. S. Thom. (Quæst. 7.) quòd Christi anima habuit gratiam in summo gradu secūdum perfectissimum modum quo haberi potest, Capreolus hic dicit, quòd fuit summa intra naturam talis speciei. s. gratiæ, sicuti lux solis est summa in ratio- A ne lucis, Franciscus de victoria, ait quòd gratia animæ Christi fuit summa de potentia ordinaria non autem absoluta: sententia tamen Diui Thomæ in hoc consistit, quòd gratia habitualis animæ Christi, vt excludamus gratiam vnionis: quia hæc est infinita, quandoquidem vniri personaliter Filio Dei est infinitum, cum persona ipsa sit infinita, gratia ergo ipsa habitualis est infinita, non in ratione entis, quia est quid creatum, nec in genere qualitatis cū sit determinata ad certum genus, & ad certam speciem, nec in ordine ad subiectum, secundum se, cū illud etiam sit finitum, nec in ordine ad beatitudinem, quia anima Christi non est capax infinitæ glo- B riæ: sed dicitur infinita, vt principium gratificandi homines, gratificare potest patri æterno infinitos homines, & infinitos mundos si darētur: & hæc est germana mens Sancti Thomę in tertia parte, quando dicit, quòd est infinita in ratione gratiæ. hanc veritatē sequutus est D. Bonauentura dicens, quòd gratia animę Christi est infinita secūdum essentiā, sed quantū ad sufficientiam est infinita, quia si infinita fuissent milia hominum reatu originalis peccati adstricta, potuissent per effectū, & gratiā Christi liberari, & saluari: huic concordat Petrus de Tarantasia, sic & Riccardus dicens, quòd gratia Christi est finita superius, quia est à Deo producta, & in C subiecto recepta, sed versus inferius. s. vt iustificat homines est infinita, sic etiam ait Albertus, & Vdalricus, quòd gratia habitualis Christi fuit finita, in entitate, sed fuit infinitæ virtutis in promerendo, vide de his Carthusianum.

Octaua cōclusio. Gratia animę Christi, & nostra sunt eiusdem speciei: elicitur hęc conclusio ex locis supracitatis, & ratio est, quia gloria Christi & (q. 7. art. 11.) nostra sunt eiusdem speciei, nam vtraque est visio diuinitatis, ergo gratia Christi, & nostra non differunt specie, consequentia patet, quia gratia est radix gloriæ, vt scribit ad Rom. gratia Dei vita æter- (Cap. 6.) na, primarius. n. effectus gratiæ est acceptatio ad D gloriam. Circa quā nota, quod ponitur contra Adā nominalem oppositū huius asserētē, quia gratia Christi est vniuersale principium iustificandi homines, sicut sol generationis, sed sol habet virtutē alterius rationis à rebus illuminatis: ergo & gratia Christi etiam est alterius rationis à gratia illuminatorum hinc Christus dicitur sol iustitiæ &c. sed deceptus est hic vir non considerans gratiam dupliciter considerari posse, primo secūdum suam essentiam absolute, secūdo iuxta modum essendi, primo modo intelligitur, quod sunt eiusdē speciei, secundo vero modo ex parte subiectū differunt specie, sicut calor in igne, & aere, & in mixtis essentialiter sūt eiusdē spe- E ciei, ratione vero subiectorū differunt specie, vt ait S. Th. 3. Phys. de qua re lege Caiet. in 3. par. S. Tho. (Lect. 4.)

Nona concl. Christus Dominus habuit plenitudinem omniū gratiarum: probat hanc S. Th. vbi supra, (q. 7. art. 12.) quia habuit gratiam tamquam vniuersale principiū nostrę salutis, igitur, omnem gratiam, & omnem modum gratię habere debebat, & intēsiue, & extēsiue, propterea scribitur apud Ioannem Vidimus eum plenum gratię & veritatis. Vbi nota. quod & si B. Virgo fuit plena gratię, hoc non fuit ex parte ipsius gratię, quia hoc fuit proprium Christo, sed hoc dicitur, quòd habuit gratiā intensiue, & extensiue, vt esse idonea mater Christi, sic et Stephanus

fuit

fuit plenus gratia ex parte subiecti, non gratiæ se- A
cundum se, sed vt esset idoneus testis Christi.
Decima conclusio. In Christo fuit triplex gratia
scilicet gratia vnionis, gratia singularis personæ, &
gratia capitis: de prima patet, quia Christus erat
Deus, & homo, de secunda etiam patet, quia Chri-
stus erat comprehensor, & viator, & vt viator habe-
bat gratiam qua merebat sibi quo ad corpus, & no
bis, vnde singulariter dicitur de ipso, diffusa est gra
tia in labijs tuis, quæ verba exponútur á sanctis Do
ctoribus de gratia creata, quæ fuit in Christo Do-
mino, de gratia capitis scribit Aug. ad Dardanum
quòd sicuti in capite sunt omnes sensus sic in Chri
sto sunt omnes gratiæ. si vis plenius has conclusio- B
Distin. 13. nes vltimas perspicere, lege Petrum de Palude, &
Thomam de Argentina hic.

DISTINCTIO XIIII.

AGitur in hac distin. de sciẽtia animę Christi
pro cuius intelligentia, sit hæc prima conclu
sio: Anima Christi nõ est nec põt esse sciens
formaliter sciẽtia increata, vel diuina tãquàm actu
secundo quæ est operatio, vel actualis considera-
q. 9 art. 1. tio: probat hanc S. Thom. 3. par. quia scire forma-
liter, seu intelligere est actio immanes, & vitalis, sed
de ratione actionis vitalis est, vt sit à principio effi- C
cienti intrinseco ipsi agenti, & de ratione actionis
immanẽtis est, vt maneat in ipso agente à quo pro-
ducitur tãquàm in subiecto: ergo impossibile est,
vt anima Christi, vel aliqua alia anima sit formali-
ter sciens, & intelligens, scientia increata, quæ est
visio Dei. Vbi obseruandum est conclusionem istã
Io. de Ripa poni contra Ioannẽ de Ripa, & contra multos Do-
ctores Parisienses, qui audent hanc opinionem de-
Distin. 7. fendere quorum meminit Ariminensis secundo li-
bro senten. ponitur etiam contra Petrum Tartare-
tum hic substinentẽ, quòd sicuti fruitio potest cõ-
municari Beato absque gratia, & charitate, quia
Deus supplet vicem charitatis, ita potest commu- D
nicari visio diuinæ essentiæ, absque lumine gloriæ,
quæ opiniones nescio quomodo sustineri possint
cum sancitũ sit in Concilio Constantinopolitano
sexto, in Christo Domino esse geminum intellectũ
diuinum, & humanum, & geminam operationem
diuinam, & humanam, & in Concilio Viennensi,
quod refertur in clementina ad nostrum de hære-
Sess. 6. ticis, beatis inesse lumẽ gloriæ creatum, & in Con-
cilio Tridentino sancitur, liberum arbitrium in
hominis iustificatione agere aliquid, & non pati
tantum, & homo dicitur iustus formaliter per iusti
tiam inhęrentem, sic etiam Beatus videt Deum per
visionem propriam sibi inhærẽtem & creatam: nec E
valet distinctio Tartareti de lumine gloriæ, quod
est multiplex. s. potentiale, vt intellectus, habituale
vt fides gloria, & species intelligibilis, actuale vt
actus intelligendi, & obiectiuale quod est diuina
essentia, & ad videndum Deum sufficit lumen obie
ctiuale, quia Concilium loquitur de lumine crea-
to. motiua istorum soluit Capr. & Caiet. vide ipsos.
Secunda conclusio. Anima Christi fuit & est for
maliter sciens scientia beatorum, seu comprehen-
Art. 2. sorum: probat hanc S. Thom. vbi supra, quia causa
debet esse potior causato. sed anima Christi est
causa, vt instrumẽtum coniunctũ diuinitati, scien-
tiæ beatæ in alijs compræhẽsoribus, vt ait Aposto-
lus ad Hebræos loquẽs de Christo, qui multos ad- Cap. 2.
duxerat in gloriam &c. igitur conclusio vera. Vbi
obserua, quòd hæc ponitur contra quandam opi-
nionem quam narrat Thomas de Argentina hic, Distin. 14
quæ docebat quòd nulla creatura quamuiscunque
beata potest videre Deum in seipso, sed solum in
quodam effectu suæ charitatis, sicut in aurora ap-
paret in nostro hemispherio quidã solaris splẽdor
in quo non videtur Sol per suam essentiam, sed per
quandam refulgentiam, sic etiam videtur Deus de
quo dicitur Deum nemo videt vnquam: quam opi
nionem reprobat Beatus Gregorius exponens illa
verba nõ videbit me homo, & viuet, & Vgo de San-
cto Victore in commen. libri cœlestis Hierarchiæ,
ait contra factores huius opinionis &c. quia ani-
ma Christi fuit perfecte beata à principio vnionis
hypostaticæ, & ideo fuit formaliter sciens beata
scientia: tollant, igitur phantasias suas existentes
in quibusdam Theophanijs &c.
Tertia conclusio. Anima Christi est formaliter
sciens sciẽtia viatorum habita per infusionem, hãc
probat S. Tho. vbi supra, quia sicut in angelis est du Art. 3.
plex cognitio matutina. s. per quam cognoscũt res
in verbo, & vespertina per quam cognoscunt res in
propria natura per species sibi inditas: ergo ita
etiam esse debet in beatissima anima Christi, vt in
ea reperiatur, & sit scientia comprehensorum qua
cognoscat Verbum, & res in Verbo, & scientia infu-
sa siue indita per quam agnoscat res in propria na-
tura per species intelligibiles humanæ menti pro-
portionatas, quia in hoc angeli non sunt meliores
anima Christi. Vbi animaduerte, quòd & si hæc
conclusio non sit de fide, cum nõ sit ita expresse in
sacris litteris, nec determinata in aliquo Concilio
nihilominus temerarium esset sustinere oppositũ
huius cõclusionis cum dicat Apostolus ad Coloss.
de Christo in quo sunt omnes thesauri scientiæ
Dei absconditi, & Esai. etiam dicat, & requiescit su Cap. 2.
per eum Spiritus sapientiæ, & scientiæ &c. Et Ioan- Cap. 11.
nes quomodo hic literas scit cum nondum didice Cap. 7.
rit &c. multa alia sunt loca sacræ scripturę, & san-
ctorum Patrum, quæ hoc indicant.
Quarta conclusio. Anima Christi fuit formali-
ter sciens scientia acquisita: probat hanc Sanctus
Thomas, quia anima Christi habebat intellectum
agentem, & possibilem, sed istæ duę potentiæ non
erãt frustra in ipsa benedicta anima: igitur habe-
bant suas naturales operationes, ergo acquirebãt
notitiam, & sic ipsa habebat scientiam acquisitam.
Circa hanc conclusionem nota, quòd Petrus de Pa Dis. 14. q. 2.
lude in pñsenti loco tres narrat opiniones, & postea
ipse addit suã, prima est Scoti hic negantis in Chri
sto reperiri scientiam acquisitam quam opinionẽ
defendũt Ioãnes de Bassolis, & Petrus Tartaretus,
quia sufficit scientia infusa ad cognoscendum om
nia: ergo frustra ponitur etiam acquisita. secunda
opinio est Bonauenturę ponentis tm̃ experimẽtalẽ
cognitionẽ acquisitã in sensibus, sed nõ cognitio-
nẽ scientificã acquisitã in intellectu. tertia est opin.
quam ipse Petrus inuenit de se dicens, ꝙ duplex est
scientia infusa, altera per se quã Christus habuit, &
in hac oẽs Theologi cõueniũt: altera ꝑ accidẽs quã
Christus potuerat proprijs viribus cõparare, tamẽ
Deus ab instãti suæ cõceptionis in eã sibi infundit,

& sic nullam scientiam acquisitam hab...t. quarta est opinio S.Thom. quam posuimus in conclusione, & hæc est sequenda, quoniam est consormis val de rationi naturali, nã Christus Dominus vltra cognitionem experimentalem, quæ est singularium per experimentum habebat scientiam intellectualem quæ est habitus per demonstrationem acquisitus, non enim ipse erat peioris conditionis quàm Adam, & cæteri homines qui habuerũt hanc scientiam, vide de hac re Caiet. 3.par.q6.9. art.4.

q.12. art.1. Scientia infusa, & sciẽtia acquisita in Christo fuerunt diuersę rationis, & speciei: elicitur ex S.Thom in disputatis de ver. & ratio est, quia istæ duæ scientiæ sunt diuersorum obiectorum adæquatorum: B ergo diuersæ speciei, & rationis, patet assumptum, quia per scientiã infusam poterat Christus cognoscere quid ditatiue substantias separatas, & omnia indiuidua præsentia, præterita, & futura, quæ omnia non poterat agnoscere per scientiam acquisitã: ergo &c. & hæc conclusio ponitur contra Scotum, & Duran. oppositum huius sentientes, & male quidem, quia dato quòd idem partiale obiectum esset vtriusque, neutra superfluebat, quia per vtramque cognoscebatur idem sed perfectiori modo per vnã quam per aliam, licet vtraque esset perfecta in suo genere, &c.

Sexta conclusio. Anima Christi per nullam scien C tiam creatam cognoscit omnia quæ Deus ipse cognoscit: probat hanc S.Tho. in disputatis de veritate, quia nullus intellectus cognoscens aliqua in aliquo medio in quo sunt simpliciter, & vnite, potest ex inspectione talis medij cognoscere omnia cognoscibilia per illud medium, nisi comprehendat totam virtutem illius medij, sed anima Christi per scientias creatas. s. infusam, & beatam cognoscit omnia in verbo, & per verbum, & non comprehendit verbum: igitur non cognoscit in tali medio omnia cognoscibilia per tale medium, præsertim possibilia, quæ nec sunt, nec fuerũt, nec erunt, & sic non cognoscit omnia simpliciter. Circa quam con D clusionem nota, quòd sunt variæ sentẽtiæ Theologorum. nam quidam hęreticus nomine Candeus dixit, quòd anima Christi cognoscit omnia quæ cognoscit Deus, & ita perfectè sicut ipse Deus: quæ sententia est hæretica vt Franciscus pegna vir insignis inter Doctores Hispanos in Scolijs suis super directorium inquisitorum refert: secũda est sententia Duran. in præsenti distin. qui vult nedũ animã Christi verum etiam animam cuiuscunq; beati videre naturam omnium rerũ in verbo: tertia est sententia D. Bonauenturæ hic dicentis animam Christi cognoscere omnia in verbo non quidẽ actu, sed habitu. i. quòd potest modo hęc modo illa facile E videre pro sua volũtate, sed nõ videt omnia simul, & hanc sequuntur omnes Scotistæ, vt est Antonius Andrea Tartaretus, & Bassolus de mente sui Magistri Scoti. quarta sentẽtia est Magistri hic volentis, quòd anima Christi cognoscit omnia quæ Deus cognoscit non tamen perfectè, quia non cognoscit Deum inquantum cognoscibilis est, quia tunc ipsum comprehenderet. & hanc sententiam sequuti sunt Albertus magnus, & Alex. Alensis 3.par. quinta est sententia Gulielmi Varronis dicentis animã Christi videre omnia, quæ videt Verbum, sed non actualiter, aut habitualiter per habitum inhęrentẽ,

q.10. art.4
Quæst.1.
Quæst.3.
Quæst.13.

A vt docuit Henricus Gandauensis in Quolib. sexta est sentẽtia Gabrielis hic volentis animam Christi cognoscere omnia in vniuersali non autem singula in particulari, immo quod ad euidentem notitiam contingentium posse proficere, & nouas quotidie rerum notitias acquirere. sed quia longũ esset has sententias refellere, tu autem sequere veritatẽ, quã docet S.Thom. quòd anima Christi cognoscit omnia quæ agnoscit Verbũ sciẽtia visionis non autem omnia quæ Verbum intuetur scientia simplicis intelligentiæ, de qua re lege Caiet. in 3.par. S.Tho. & Thomam de Argentina, & Petrum de Palude in præsenti loco.

Quolib.5. Quæst.14. q.10.art.2.

Septima conclusio. Anima Christi cognoscit infinita: probat hanc S.Thom. vbi supra, quia anima Christi cognoscit totam suam potẽtiam, & omnia in quæ potest, sed potest in emundationem infinitorum peccatorum, iuxta illud Ioãnis ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nõ autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi: igitur anima Christi cognoscit infinita. hęc conclusio ponitur contra Ochanistas, qui volunt nedum animã Christi, sed animam cuiuscunque Beati vidẽtis Verbũ, nullam creaturam in eo videre, & Capreus tribuit hanc opinionem cuidam Hibernico Doctori, sed Gabriel vult hãc opinionem docuisse Ocham. Sed notandum est circa hanc conclusionem, quòd mul tum laborant Thomistæ, & Capreolus hic, & Caiet. in 3.par. & Ferrariensis 1. contra Gent. & Author ta bulæ aureæ. vt saluent S.Tho. à cõtradictione, quia cum non detur actu infinitum, sed tãtum in poten tia quod quęlibet anima cognoscit, quomodo ergo intelligẽda venit pręsens cõclusio nisi dicamus, q; scientia animę Christi est finita in genere qualitatis, & in genere scientiæ, sed dicitur infinita extẽsiue, quia extendit se ad infinita, loquẽdo de accidentibus vt sunt cogitationes hominum & angelorum, tàm beatorum, quàm dãnatorum, & hæc omnia sunt pręsentia nũc æternitatis, quæ anima Christi videt scientia visionis, & hęc sunt infinita simul, & in actu secũdum omne tempus, entia tamen simpliciter sunt finita, quæ sunt substãtiæ, & propterea vtrumque est verum, quòd scientia animæ Christi sit infinitorum entium loquẽdo de accidentibus, & quòd scientia visionis animę Christi sit finitorũ entium loquẽdo de substantijs, vide de hac re Dominum Cardinalem Caiet. qui accuratè satis declarat ipsam in 3.par. S.Thom.

Quæst.10. Cap.2.
Quæst.10. Cap.6.
q.10.art.3.

Octaua conclusio. Anima Christi plenius videt diuinam essentiam quocunq; alio beato: probat hanc S.Thom. 3.par. quia illa anima plenius videt diuinam essentiam, quæ propinquius est cõiuncta verbo Dei, à quo recipit influxum videndi; sed anima Christi propinquius est coniuncta Dei Verbo cum sit ei personaliter coniuncta: igitur cõclusio vera. Circa quam nota, quòd ponitur cõtra Scot. in expositione huius loci, vbi vult, quòd si Verbũ diuinum assumpsisset in vnitatem personalem naturam angelicã cũ lumine gloriæ æquali illi, quòd anima Christi de facto hẽt, Angelus ille perfectius videret diuinam essentiam, quàm modo videt anima Christi: quæ opinio nõ probatur, quia tunc sequeretur, quòd beatitudo daretur ex naturalibus, & nõ ex meritis, saltẽ, quo ad illũ gradũ maiorem, Dur. quoq; errauit in hoc, de qua re lege Mediná. Distin.14.

q.10. art.4.

Nona

Noua conclusio. Anima Christi cognouit per scientiam infusam omnia singularia præsentia præterita, & futura, etiam contingentia cognitione intuitiua: probat hanc. S. Tho. ubi supra, quia anima Christi fuit perfectissima nedum in cognitione speculatiua, sed etiam practica ad quam spectat cognitio singularium. Vbi nota, quòd hęc ponitur contra Scotum volentem Christum habuisse de his singularibus cognitionem non intuitiuam, sed abstractiuam, & est falsa positio, quia tantum sequeretur Christum non habuisse euidentem, & certam cognitionem de his, sed tantum coniecturalem, uide Caiet. hic.

Quæst. 16. Ar. 1.

Quæst. 11. Ar. 2.

Decima conclusio. Anima Christi per scientiam inditam cognoscebat res non conuertendo se ad phantasmata. probat hanc S. Th. vbi supra, quia substantiæ separatę non possunt cognosci quidditatiue per phantasmata, sed anima Christi agnoscebat per scientiam infusam substantias ipsas separatas ante suam passionem: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd ponitur contra Dur. in præsenti dist. qui docet tam scientiam inditam quam acquisitam in Christo dependere a phãtasmatibus, quę opinio stare non potest, quia sequeretur, quòd anima Christi non vsa fuisset sciẽtia infusa nisi longo tempore post illius conceptionem quando iã phantasmata cõparasset, imò sequitur, quòd ante illud tempus nihil nobis promeruerit, quandoquidem meritum per scientiam beatam regulari non potest, quia vt beatus, & comprehensor non meruit, sed tantum vt viator, & sic etiam habuit scientiam collatiuam seu discursiuam contra Vldaricum negantem in Christo fuisse hãc collatiuã scientiã de qua re latius scribit Diony. Carthusianus in præsẽti loco, vbi recitat multas opiniones Doctorũ, &c.

Distin. 14. Quæst. 3.

DISTINCTIO XV.

Agitur in hac distinctione à magistro de natura humana passibili assumpta. Dei enim filius naturam hominis accepit passibilem, & animam passibilem, carnem passibilẽ, & mortalẽ. Pro explicatione huius negotij ponitur prima cõclusio, anima Christi non habuit omnipotentiam simpliciter. hac probat S. Th. 3. p. quia illud, quod est proprium Dei non potest alicui creaturæ conuenire, sed esse omnipotentem est proprium Dei, vt habetur Exod. iste est Deus meus, & glorificabo eum, & postea subditur, omnipotens nomen eius, igitur conclusio vera. Vbi notandum est, quòd omnipotentia simpliciter est principium producendi omne, quod potest habere rationem entis, vel vt dicit Petrus de Aliato, quòd omnipotentia est potẽtia productiua omnis producibilis, vel vt ait Gabriel, quòd omnipotentia est principium omnium factibilium de non esse ad esse, vel vt ait D. Bonauẽtura, omnipotẽtia requirit stabilitatem, summam simplicitatem summã immensitatem, hæc autem tria non possunt conuenire animæ Christi, idcirco omnes concordant in conclusione S. Tho. vnde Albertus ait, potentia infinita communicari non potest alicui enti creato Vldaricus addit, quòd humanitati Christi nec communicata est nec communicari potuit omnipotẽtia quoniã omnipotẽtia impotentiam omnem excludit. Petrus de Tarantasia

Quæst. 13. Artic. 1. Cap. 15.

Bonauent.

air, quòd omni scientia potuit cõicari Christo, sed non omnipotentia, Alex. ait, quòd fitut, non potest communicari alicui creaturæ potestas creandi ita nec omnipotentia: concordat Ricardus, & alij, vt Scotistæ, & Occanistæ, & nominales.

Alex.

Secunda conclusio. Anima Christi habuit potentiam respectu operum conuenientium ei. ponitur hæc, vbi supra, & ratio est, quia anima Christi erat eiusdem speciei cum nostris animabus, sed nostræ habent talem potentiam secundum propriam naturam, ergo, & anima Christi secundum suam propriam naturam etiam hoc habebat.

Quæst. 13. Artic. 2.

Tertia conclusio. Anima Christi, vt erat vnita verbo Dei habebat potentiam respectu miraculorum probat hanc S. Thom. quia vnumquodque est propter suum finem, sed finis huius vnionis hypostaticæ erat instauratio omnium ad quam erant necessaria aliqua miracula: igitur anima Christi, vt sic vnita verbo Dei habebat potentiam respectu miraculorum.

Quæst. 13.

Quarta conclusio. Anima Christi non habebat potentiam annihilandi aliquid probat hanc S. Doctor, quia ille solus habet potentiam annihilandi, qui habet potẽtiam creandi, sed solus Deus habet potentiam creandi: igitur conclusio vera.

Quinta conclusio. Anima Christi non habuit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. probat, & hanc S. Doctor, quia eiusdem est transmutare creaturas cuius est eas conseruare, sed hoc est solius Dei, vt scribit Apostolus ad Heb. portans omnia verbo virtutis suæ: igitur anima Christi non habet omnipotentiam respectu transmutationis creaturarum. Circa has cõclusiones omnes nota primo, vt percipias verum, & germanum sensum ipsarum, quòd triplex est transmutatio creaturarum, vna naturaliter, quæ fit à proprio agente secundum ordinẽ naturæ. alia est miraculosa, quæ fit ab agente supernaturali supra consuetum ordinem, & cursum naturæ sicut resuscitatio mortuorum. vltima est prout creatura qualibet est vertibilis in nihil. Nota etiam secundo, quòd anima Christi dupliciter considerari potest vno modo secundum propriam naturam, & virtutem siue naturalẽ, siue gratuitam: alio modo prout est instrumẽtum verbi Dei sibi personaliter vniti. primo modo anima Christi habuit potentiam ad faciendos illos effectus, qui sunt conuenientes animę puta ad gubernandum corpus, & ad disponẽdos humanos actus & etiam ad illuminandum per gratiæ, & scientiæ plenitudinem omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficientes per modum, quo hoc est conueniens creaturæ rationali, & sic intelligenda venit conclusio secunda, loquendo de anima Christi. secundo modo, scilicet, vt erat instrumentum verbi Dei sibi vniti sic habuit instrumentalem virtutem ad omnes immutationes miraculosas faciẽdas ordinabiles ad finem incarnationis, qui est instaurare omnia siue, quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt, & sic intelligenda venit conclusio tertia. quarta etiam conclusio loquitur de anima Christi utroque modo, & secundum propriam naturam, & vt erat instrumẽtum Diuini verbi, nullo enim modo anima Christi nec creatura aliqua habet potentiã annihilandi aliquid. & ex hac veritate reprehendũtur quidam Doctores tenentes gratiam gratum

Quæst. 13.

faciẽtem

facientem annihilari à peccato mortali, & panem in consecratione Sacramenti altaris, nam gratia, & charitas ipsa non annihilatur per peccatum mortale, sed totaliter corrumpitur effectiue, quia peccatum mortale, & charitas seu gratia ipsa cōtrariātur corrumpitur etiam, & demeritorie per peccatum mortale, quandoquidem quis peccando mortaliter agit aliquid contra charitatem, & ideo meretur, vt Deus subtrahat ab eo gratiam, & charitatē: non ergo annihilatur gratia ipsa à peccatore, &

Quæst. 24. Artic. 10. hæc est doctrina S. Tho. 3. 2. substantia ēt panis in Sacramento altaris non annihilatur, quia terminus cōsecrationis non est nihil, vt dicemus Deo fauente in 4. sentent. contra Scotum, sed dicitur esse corpus Christi, in quod panis conuertitur. Sed mouetur quædā difficultas propter Dur. an Christus faciebat miracula ex sola diuinitate, vel ex humanitate prout erat instrumentum coniunctum diuinitati hæc difficultas facit pro maiori explicatione

Distin. 13. Quæst. 6. tertiæ conclusionis. Respondet ergo Duran. quòd miracula, quæ Christus faciebat erant ex sola diuinitate, & male dicit, quia Christus faciebat miracula, vt sua humanitas erat instrumentum diuinitatis, & per modum causæ Physicæ, quod patet ex cōcilio Lateranēsi primo vbi dicitur, quòd Christus

Sess. 3. Action. 8. non nuda deitate miracula fecit, sed per carnem diuinā operabatur, & in Sexta synod. dicitur, quòd operabatur diuinitas per corpus omnium salutem, & subdit carnem Christi fuisse viuificatricem, & concilium sextum constans. dicit ambulare pedibus erat operatio naturæ, & ambulare super aquas est diuinitatis per corpus. vnde & si non sit propositio expressa de fide opinio. S. Th. quòd humanitas Christi efficienter, & Physice sit causa salutis, & miraculorum sicuti erat causa moralis per modum

Sess. 6. Cap. 7. meriti, & impetrationis, vt concilium Tridentinū definiuit, tamē est probabilissima sententia, vt ostēdit Caiet. in præsenti loco. nota etiam, quòd Christus aut Sancti non faciebant miracula aut iustificabāt per peccatores per aliquam qualitatem existētem in seipsis, de Sanctis patet, quia tunc potuissent facere miracula, quando volebant, quod patet esse falsum, vt de paulo, quòd non poterat expellere à se tentationem carnis, de Christo etiam patet, quia

Sess. 3. concilium Ephesinum secundum ait, quòd Christus faciebat miracula, & iustificabat peccatores propter assistentiam verbi cui humanitas erat coniuncta, ergo nō per qualitatem aliquam. hæc enim volui me dixisse, quia faciunt satis ad intellectum supradictarum conclusionum, quod si plura desi-

Distin. 15. ras lege Petrum de Aliaco, in hoc Libro, & Bartholomæum Medinam in 3. p. S. Tho.

Sexta conclusio. Anima Christi secundum propriam virtutem non habebat omnipotentiam re-

Quæst. 13. Articu. 2. Cap. 2. spectu sui corporis probat hanc S. Tho. vbi supra, quia Christus erat similis nobis secundum conditionem humanæ naturæ, vt ait Apostolus ad Heb. quòd debuit per omnia fratribus assimilari, sed in nobis cōditio humanæ naturæ hoc requirit, quòd valetudo corporis, & eius nutritio, & augumentum non subduntur imperio rationis, seu voluntatis, quia naturalia soli Deo, qui est autor naturæ subduntur: ergo nec in Christo subdebantur, & sic anima Christi non habuit omnipotentiam respectu sui proprij corporis. Vbi nota, quòd hæc conclusio

A ponitur contra Petrum de Aliaco, qui oppositum huius sustinere videtur, sed non exercebat hanc potestatem, quia fuit impedita ex miraculo, & diuina dispensatione, nam anima illa benedicta secundū volūtatē perfecte dominabatur appetitui sensitiuo, & oībus viribus inferioribus, quia in ipso nulla fuit rebellio ipsarum virium, ergo plene dominabatur super corpus, vt posset impedire omnem violentiam corporalem: vnde habetur apud Ioannem ego potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumēdi eam, item, ego pono animam meā, & iterum sumo eam, item nemo tollet eam à me, sed ego pono eam à me ipso, dicit à meipso, quia non à verbo, quia anima non fuit separata à verbo, Petrus de Aliaco. Cap. 10.

B & sic hęc verba dixit, vt homo, quia separauit ipsam a corpore, & sic habuit potestatem super suum corpus. Nihilominus conclusio. S. Tho. est sequenda, quia si anima Christi propria virtute non poterat facere miracula, ergo neq; potuerat immutare suum corpus à sua naturali dispositione, & trāsformare illud in quamcunque formam, & figurā, quia hoc esset grande miraculum, vnde in ambulatione super aquas, & in trāsfiguratione, & in exitu ab vtero matris clauso concurrit ipsa anima, vt instrumētum diuinitatis coniunctum, & non secundum se virtute propria. & ad instantiam Petri dicimus, quod anima Christi dominabat corpori, & viribus eius,

C quoad potentiam motiuam tantum, quia poterat mouere corpus, & eius membra localiter hinc inde, verba Ioānis sano mōdo sunt intelligēda, quia ly ego, & in supposito, & in apposito, stat pro eadē persona, ego scilicet in supposito, & à me ipso in apposito, non secundum eandem naturam ita, quod sensus est. ego suppositum verbi secundum naturā diuinam, pono animam meam à meipso secundū naturam humanā, quia animam pono a corpore non à verbo ita, quod ponere, & separare potestati ne tribuitur verbo, sed separare animam terminatiue, vt a quo puta corpore cōuenit sibi ratione humanæ naturę, vide hic Petrum de Palude, & Tho-

D mam de Argentina. Distin. 14.

Septima conclusio. Anima Christi non habuit potentiam, vt gloria animæ redundaret in corpus de lege ordinaria. hæc elicitur ex S. Tho. vbi supra, & ratio est, quia ita statuit Deus, quia voluit assumere naturam omnino similem nostræ ex quo fit necessario, vt non possit pro libito trāsferendi beatitudinem in corpus. Circa hanc conclusionem nota, quia sunt diuersæ sententiæ Theologorum, Nā Scotus, Gabriel, & Carthusianos hic sustinent animam Christi potuisse ex dono visionis beatificæ pro libito immutare suū corpus, & facere illud immortale, agile, & oīa alia, quę beati facere possunt Distin. 4.

E circa eorum corpora. Abulēsis in Matthęum tenet Christum fuisse beatum, tamen non potuisse non solum de lege ordinaria, sed nec simpliciter quatenus homo trasfundere suam beatitudinem in corpus, & ratio est, quia Sācti inter miracula diuinitatis afferunt, quòd Christus exierit de virgine sine corruptione, & quòd ambulabat super aquas, & quòd reddidit se inuisibilē, &c. Sunt aliqui nouelli Theologi, qui existimant omnes has tres sentētias, & Scoti, & S. Tho. & Abulensis esse probabiles, & sustinendas, nos autem dicimus sequendam esse sententiam S. Thom. vt magis veritati consentaneam, Cap. 17.

quòd

quòd potuit de potentia absoluta non de lega ordinaria.

Octaua conclusio. Anima Christi habuit omnipotētiam respectu exequutionis suæ volūtatis ita, quòd quicquid voluit per se ipsum exequendum potuit. scribit hanc S. Tho. in propria forma vbi supra, (Quæst. 14 Articu. 4) & probat, quia illud poterat anima Christi exequi, quod subiicebatur suæ virtuti, quia non conueniebat sapientiæ eius, vt aliquid vellet per se facere, quod suæ virtuti non subiiceret: igitur conclusio vera: consequētia patet, quia voluntas animæ Christi fuit conformis diuinæ voluntati: & hęc conclusio est D. Aug. in lib. de Quæstionibus veteris, (Quæst. 77.) & noui testamenti, vbi ait Pater Aug. impossibile est, vt Saluatoris voluntas non impleatur, nec potest velle, quod scit fieri non debere.

Nona conclusio. Anima Christi, quicquid voluit diuina virtute faciendum potuit facere instrumentaliter, scilicet, vt erat instrumentum diuinitatis: hanc probat S. Doctor in omnibus operibus miraculosis, quæ operatus est, præsertim in resuscitatione proprij corporis.

Decima conclusio. Anima Christi non habuit omnipotentiam respectu aliorum, idest quod quicquid voluerit faciendum per alios, sit executioni mādatum: elicitur ex S. Tho. vbi supra, & ratio est quia volebat homines non peccare, sed conuerti ad pęnitētiam, quod tamen non fiebat, voluit etiā à seipso transire calicem passionis, & non mori, & tamē non fuit exequutioni mādatum. Nota circa hanc vltimam conclusionem, quòd sunt duæ opiniones, prima est Medinæ, hic volentis duplicem esse voluntatem in Christo vnam efficacem, & absolutam, alterā econtra, de prima ait Bartholomæus Medina, quod nihil voluit Christus efficaciter, quod non sit adimpletum, quia nihil voluit efficaciter nisi, quod sciebat Deum velle efficaciter, sed hæc omnia adimpleta sunt: ergo, &c. Secunda est opinio Caiet. in 3. p. S. Tho. (Quæst. 14 Articu. 4) tenentis non solum volūtate inefficaci multa voluisse, quæ non sunt adimpleta, sed etiam multa voluisse efficaciter, & absolute, (Action. 4) quæ nec sunt adimpleta: & hæc est sententia Agathonis Papæ in quadam Epistola approbata in sexta Synodo generali, vbi dicitur, quod voluit latere, & non potuit, scilicet secundem propriam virtutem, potuisset tamen secundum instrumētalem virtutem, sed mihi magis placet opinio Caiet. quā opinio Medinæ, (Distin. 46.) quia vt docuimus in fine primi Libri sententiarum non tenemur semper conformare nostram voluntatem diuinæ in re volita de mente S. Tho. in disputatis de ver. licet in actu volendi teneamur, & sic Christus nihil voluit, quod non vellet Deus Christum velle, quia hoc est conformare voluntatem nostrā diuinæ in actu volendi, (Quæst. 23. Artic. 8.) de qua re lege Caiet. qui subtilius, & latius declarat istam materiam, &c.

DISTINCTIO XVI.

Superius disputauit Magister de mysterio incarnationis consequenter incipit tractare de Sacramento Dominicę passionis, & primo quātum ad eius initium, & progressum pro cuius explicatione ponitur prima conclusio: in Christo domino fuit vere, & proprie dolor sensibilis: hãc probat S. Tho. 3. p. (Quæst. 15 Articu. 5.) quia ad veritatem doloris sensibilis requiritur læsio corporis, & sensus lęsionis, in Christo Domino fuerūt hæc duo, habuit enim corpus, quod lædi poterat cum esset passibile & mortale, habuit etiam sensum læsionis, quia anima Christi habuit omnes potentias naturales: igitur cōclusio vera. Vbi nota, quòd hæc cōclusio est de fide, quia, scribitur apud Esai. vere languores nostros ipse tulit, (Cap. 53.) & dolores nostros ipse portauit. & ponitur contra Manichæum, qui dixit Christum assumpsisse corpus phantasticum: Catholici omnes conueniūt in conclusione. Nā D. Bonaueotura hic ait, in Christo sine dubio extitit verus dolor, quoniam fuit in eo vera læsio, & verus sensus, & perceptio illius doloris. Alex. Alēsis, quoque ait, quòd in Christo fuit vera læsio puta diuisio continui per clauos, & fuit ibi verus tactus, ex consequēti fuit ibi verus dolor, sic etiā Gabriel, Petrus Tartaretus, Petrus de Aliaco, Petrus de Tarantasia cōcordant, quòd in Christo fuit verus dolor, & sensibilis pęna, quia in Christo fuit vera amissio vitę corporalis, ergo verus dolor, amissio enim vitæ naturaliter est horribilis.

Secunda conclusio. Iste dolor quem passus est Christus non fuit infinitus: (Quæst. 15.) elicitur ex S. Tho. hæc, vbi supra, & ratio est, quia nullum creatum est infinitū, sed dolor quem passus est Christus fuit creatus: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra quendam Doctorem Nicolaū cuius meminit Petrus Tartaretus: (Dist. 15. Quæst. 2.) voluit ergo iste Doctor exponēdo verba Christi, tristis est anima mea vsque ad mortem, quòd dolor Christi fuit infinitus intensiue, & extensiue, & adducit opiniones diuersorum Philosophorum de residentia animæ, si quidem aliqui Philosophi existimabant animam esse in capite, propterea Iudæi rogarunt Pilatum, vt ordinaret ministris iustitiæ, vt posuissent in capite Christi coronam spineam: aliqui vero arbitrati sunt animā residere in corde, ideo latus Christi lancea perforauerunt: aliqui dicebant animā esse in sanguine, ideo per diuersa tormenta totum sanguinem effuderunt. sed an hæc vera sunt, quòd hæc fuerit intentio Iudęorum, ego ad præsens nō inquiro, sed dato, quòd esset, non propterea sequitur dolorem Christi fuisse infinitum intensiue, & extensiue: quia hic dolor fuit in genere aliquo, & fuit creatus: ergo non infinitus.

Tertia conclusio. Dolor quem passus est Christus pro redemptione humani generis fuit maior intensiue, & extensiue, omni alio dolore quem passi sunt hoīes in hac vita: elicitur, hæc ex S. Tho. vbi supra, (3. p. q. 4. ar. 6.) quia passus est secundum omnia genera causarum, scilicet efficientis materialis formalis, & finalis: primo efficientis nam passus est ab omni conditione sexu, & statu, quia a Gentilibus, & Iudæis, inimicis gaudentibus, amicis condolentibus mulieribus flentibus, a discipulis dormientibus præ tristitia, a compatiente matre in anima, & spiritu crucifixa. a tota Trinitate, patre dilectissimo, a se ipso, à Spiritu Sancto, passus est ab vtroque sexu mulieribus, ancillis Annę Pontificis, passus est ab omni statu, principibus, & ministris, simplicibus, doctis, & scribis, extraneis, & notis, a fugientibus Discipulis, a Petro negante, a Iuda tradente, &c. Secundo dolor Christi fuit maxime propter causam materialem ratione obiecti, quia passus est

de

de omnibus, quę ad eũ extrinsecus pertinebãt, s. de peccatis, & offensa Patris omniũ generaliter, quos redimere venerat, specialiter iudęorum, & discipulorum præsertim Petri negantis, & Iudæ tradentis: ratione etiam pęnarum, quia sex milia, sexcenta sexaginta sex flagella habuit, vt deuotus Bernardus cũ lacrimis narrat, habuit amaritudinem fellis, & aceti, totũ corpus vulneratum, spoliationem vestis tot irrisiones, & blasphemias, vnde passus est in toto corpore, & in omnibus membris, & in singulis sensibus, vt est videre apud Landulphũ de vita Christi. propter causam formalem hic dolor fuit maximus, quia passus est in verbis cõtradictores, in prædicatione detractores, in operibus obseruatores, B in miraculis blasphematores, in bonis operibus scandalum accipientes, in pęnis irrisores, in morte exprobratores, in sepultura custodes, in resurrectione dolosas testium subornationes, quia vt dicebat quidam deuotus & doctus Prædicator Generalis nomine frater Laurus de Peregrinis Venetus ex ordine Dominicano Iudæos pactos fuisse dare custodibus pecuniam, vt testarẽtur Dominum eis dormiẽtibus a discipulis fuisse sublatum: fuit etiã dolor Christi maximus propter causam finalem, quia pro toto genere humano passus fuit Christus sufficienter, pro electis efficaciter, & efficienter, & hoc in pluribus locis, vt in pręsepio indigẽtiam, in C Aegypto exilium, in deserto famem, in templo iniurias iudæorum; quia voluerunt ipsum lapidare, in hospitio malignam obseruationem, in itinere fatigationem, in ciuitate eiectionem, in monte præcipitij conatum, in horto sanguineum sudorem, in prætorio condemnationem ad mortem, in Caluario supplicium crucis: passus est etiam in omni tempore vitæ suæ in infantia angustias vteri, in pueritia circumcisionẽ, in adolescentia labores, & abstinentias, in iuuentute paupertatem, in virilitate fatigatigationes, in omnibus horis canonicis, matutina, prima, tertia, sexta, nona, vespera, & completorio, vt est videre in officio Sãctæ Crucis, de his omnibus, D lege Landulphum de vita Christi.

Laurus de Peregrinis

Quarta cõclusio. Dolor partialis Christi nõ fuit maior dolore totali alicuius martiris: hanc conclusionem ponit Bartholomæus à Medina quam probabiliter sustinet, & declarat in B. Laurentio, quia fieri potuerit vt maiorem sentiret cum cõbureret quàm Christus Dominus in vno aut altero flagello, & propterea quando dicitur, quòd Christi dolor fuit maximus inter eos quos alij homines sunt passi, intelligẽdum est de dolore totali, non de partiali, quia esset poterit, vt quando fuit excoriatus Bartholomæus, & lapidatus Stephanus, & crucifixus Andreas, dolor totalis ipsorum fuerit maior, E vna verberatione quam habuerit Christus Dominus, sed hanc non affirmo, sed probabiliter sustineo, &c.

Quinta conclusio. Dolor Christi fuit destitutus omni solatio ipsum mitigante, & extenuãte, patet hæc ex verbis Christi dicentis Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me, & Moyses, & Elias in trasfiguratione vocarunt dominicam passionem excessum quem cõpleturus erat in Hierusalem, quę verba nõ verificarentur si Christus in sua passione habuisset aliquod solatiũ quod mitigaret eius dolorem. Vbi attẽde quòd hęc conclusio ponitur cõtra Franciscum de Victoria Doctorem Hispanum, qui voluit dolorem Christi in passione non fuisse omnino purum, sed habuisse aliquam admixtam consolationem, quam viri prudentes solent admittere cum in calamitates incidunt, quæ opinio stare nõ potest, cum sit expresse cõtra scripturam dicentẽ factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber, & cõtra omnes Patres Aug. Ambr. Hier. Damas. lib. 3. fidei orthod. & contra omnes Scholasticos Bonauen. Riccardum, Vdalricum, Alexan. Gabrielem, & cęteros. Cap. 15.

Sexta cõclusio. Dolor quem passus est Christus non fuit maior dolore damnatorum: probat hãc S. Tho. 3. par. quia sicuti se habet gloria beatorum ad bona pręsentis vitæ, sic se habet miseria damnatorum ad pęnas, & miserias huius vitæ, sed gloria beatorum excedit omne bonum pręsentis vitæ: ergo pœna, & miseria damnatorum excedit omnes pœnas, & miserias huius vitæ. Vbi nota, quòd hęc conclusio ponitur cõtra quosdam falso intelligentes illa verba dolores inferni circundederunt me: quia illa protulit Dauid per quãdam exaggerationem, vnde prius dixit dolores mortis postea eosdẽ vocauit dolores inferni, significãs dolores Christi esse atrocissimos, sed nõ maiores illis quos patiuntur damnati: vel dicamus quòd Christus cõdoluit, quia homines præsertim Iudæi pro quibus moriebatur nolebant acceptare hoc beneficium, sed potius per eorum mala opera properabant ad ędes inferorum. q. 46. art. 6. Psal. 17.

Septima conclusio. Dolor quem passus est Christus non est maior dolore existentium in purgatorio: elicitur hæc ex Sãcto Thoma 3. par. & ratio est, quia dolor animæ separatæ est maior dolore animæ existentis in corpore, sed dolor purgatorij est ipsius animæ separatæ dolor quem passus est Christus fuit animæ existẽtis in corpore: igitur conclusio vera. Vbi attende, quòd hanc conclusionem ait Medina se non inuenisse apud S. Tho. nihilominus, & si expresse eam non ponat S. Thom. implicite autem ponit cum dicat in art. 6. quòd cum dicimus dolorem Christi esse maximum non comparamus ipsum dolori animæ separatæ; & qa in purgatorio anima separata patitur, idcirco teneo, quod hęc cõclusio sit de mente S. Tho. adde, quòd Gabriel tribuit eam D. Thom. & videtur etiam, quòd sit B. August. in lib. de vera, & falsa pœnitentia vbi loquens de pœna purgatorij ait, hic aũt ignis, & si æternus non sit miro tamẽ modo est grauis, excellit. n. omnem pœnam quàm vnquàm passus est aliquis in hac vita, nunquàm in hac carne tanta inuenta est pœna &c. q. 46. art. 6. Art. 6. in respon. ad 3. Cap. 18.

Octaua conclusio. Anima Christi secundum omnes potẽtias inferiores passa est, proprijs passionibus illarum potentiarum: probat hanc S. Doctor, vbi supra, quia in singulis viribus animæ, quæ circa temporalia occupãtur, inueniebatur aliquid quod erat causa doloris Christi, ergo &c. & habetur hæc conclusio in Psalm. vbi dicitur repleta est malis anima mea, vbi glosa ait non vitijs sed doloribus quibus anima carni compatitur. Vbi attẽde, quòd anima Christi nedũ quo ad potentias inferiores passa est, sed etiam secundum essentiam totam, quia erat coniuncta corpori, & sic patiente corpore, & disposito ad separationẽ tota anima essentialiter quoq; patiebatur cum sit tota in toto, & tota in qualibet q. 46. art. 7. Psalm. 87.

parte

parte corporis, idcirco patiebatur dũ separaretur, A
quia abijciebatur à naturali suo statu quo perficie
bat corpus, & hęc passio durauit vsque ad instans
mortis, in illo vero instanti effecta est impassibilis,
quia instans mortis non est instans viæ.

Nona conclusio. Dolor passionis Christi peruenit vsque ad partes superiores: probat istam S. Doctor, quia patiente subiecto, patitur & illud quod actuat subiectum illud, sicuti patiente corpore patitur anima quæ est actus corporis, sed portiones superiores animæ, quæ sunt intellectus, & voluntas radicantur in essentia ipsius animæ immo sunt idẽ cum anima identice, vt aliqui dicunt: igitur con-
Dist.15.q.2. clusio vera. Vbi nota, quòd Petrus de Palude nar- B
rat tres opiniones, circa hac conclusionem prima opinio, quę videtur esse Petri de Aliaco tenet, quod Christus solum secundum animam sensitiuam habuit verum dolorem, secundum animam intellecti uam habuit verum gaudium, & nõ dolorem. secun
Dist.15.q.2. da opinio quę videtur esse Henrici, vt ait Petrus de nogento, & Tartaretus asserit, quòd anima dupliciter consideratur, primo vt est natura quædam, & essentia, & sic patiebatur, & habebat verum dolorẽ, alio modo consideratur, vt est potentia, & sic non patiebatur nec habebat verum dolorem. tertia opinio quæ videtur, quòd sit Scoti hęc dicit, quod anima intellectiua, & sensitiua distinguuntur realiter in C
Christo, vnde in parte sensitiua Christi fuit verus dolor, quia habuit obiectum disconueniens sibi approximatum. in parte vero intellectiua fuit dolor concomitans dolorem existentem in parte sensitiua. & sic per se non fuit dolor, & tristitia in parte superiori, sed tantum concomitanter, quia inter partem superiorẽ, & inferiorem ipsius Christi erat maxima colligatio, idcirco si reperitur dolor per se in portione inferiori concomitanter erat in portione superiori, s. rationali: sed istis nõ obstantibus sequenda est conclusio S. Thom. quòd dolor peruenit ad intellectum, & voluntatem, & rationẽ ex parte subiecti, vt istæ potentiæ radicabantur in essen- D
tia animæ.

Decima conclusio. Portio superior animæ Chri
q.46. art.7. sti nullum habuit dolorem: hanc probat S. Thom. vbi supra, quia vbi est summum gaudiũ, & summa lętitia, & delectatio non potest esse aliquis dolor, sed in portione superiori animæ Christi erat summum gaudium, & lętitia: igitur conclusio vera, minor patet, quia Christus, secundũ portionẽ superiorẽ fruebatur diuina essentia cum esset beatus, & compręhensor. Vbi nota, quòd est grauissima difficultas quomodo in Christo erant simul tempore passionis summum gaudium, & summus dolor, cõtra omnem philosophiam ponere duo cõtraria in eo- E
dem subiecto, ad quam difficultatem respõdet Pe-
Dist.15.q.2. trus de Palude asserens, quòd supernaturaliter, & per miraculum hoc factum est, sicuti miraculose factum est, vt Christus esset simul viator, & comprąhensor, & quemadmodum de hoc inquirimus rationem naturalem, ita & de coniunctione summi
q.46. art.7. gaudij, & doloris. Caie. in 3. par. S. Thom. breuiter se expedit asserens, quòd summus dolor fuit in appetitu sensitiuo, summum gaudium in voluntate, propterea nulla est repugnantia, cum sint in diuer-
Cap.14. Cano. sis subiectis. Melchior Cano lib. 12. de locis Theologicis voluit, quòd sicut Christus per totam vitã suam quasi reprimebat gloriam animæ ne redundaret in corpus, ita saltem in cruce retinuit gaudiũ quod suapte natura ex clara Dei visione prodiret, vt sine aliqua consolatione, & delectatione pro nobis pateretur. sed verior est responsio S. Tho. quòd portio superior animæ habebat simul gaudium, & dolorem nõ respectu eiusdem, sed respectu diuersorũ. ex parte. s. obiecti quod erat diuina essentia habebat gaudiũ, ex parte subiecti quod erat essentia animæ in qua radicabatur illa portio superior habebat dolorẽ, & sic non est inconueniens in vno, & eodem esse cõtraria respectu diuersorum. s. obiecti, & subiecti, vt tepidum dicitur calidum respectu frigidi, respectu autem calidi dicitur frigidum: vel dicas cũ Carthusiano, quòd in parte superiori fuit dolor compassionis, non passionis. sic etiam ait Alex. Alensis, Albertus, & Thomas de Argentina, & Vdalricus in summa sua lib. 6.

DISTINCTIO XVII.

SVperiori distin. tractauit Magister de Christi Domini passione, in præsenti disputat de quibusdam in ea memoratis, vt pote de Christi voluntate, oratione, & merito, sed vt clarior habeatur sermo de his, ponitur primo à nobis talis conclusio: cõueniens fuit corpus assumptũ à diuino Verbo humanis infirmitatibus, & defectib. subiacere: hanc ponit S. Doctor 3. par. eã probans, quia vt ait q.14 art.1.
Apost. ad Hebr. in eo in quo passus ẽ, & tẽtatus po- Cap.2.
tens est, & eis q̃ tẽtãtur auxiliari, sed ad hoc venit vt nos adiuuaret, iuxta illud Dauiticũ, Leuaui oculos meos, vnde veniet auxilium mihi &c. igitur conueniens fuit diuinum Verbum, vt assumeret humanũ corpus infirmitatibus humanis subditum, vt posset pati, & tentari, & sic ferre nobis auxilium. Vbi nota, quòd hæc est de fide, & ponitur contra quendam hęreticum nomine Valentinum, qui dixit quod Christus nõ habuit corpus terrenum humanis infirmitatibus subditum, sed portauit ipsum de cœlo, & nihil de Virgine matre accepit, sed per eam quasi per aquæ ductum transiuit: hoc autem est expresse cõtra sacram scripturam, & præsertim Lucæ Cap.vlt.
vbi dicitur, Spiritus carnem, & ossa non habet sicut me videtis habere, caro autẽ & ossa non sunt ex materia cœlestis corporis, igitur hęreticum est asserere corpus Christi esse cœleste &c.

Secunda conclusio. Conueniens fuit corpus assumptum a diuino verbo non subiacere omnibus infirmitatibus, & defectibus humanæ naturæ: hanc
probat S. Thom. vbi supra, quia illis defectibus fuit q.14 art.4.
conueniens non subiacere, qui repugnant perfectioni scientiæ, & gratiæ, quidam defectus sunt huiusmodi, vt ignorantia, pronitas ad malum, & difficultas ad bonum. igitur istis subiacere non decuit. Vbi nota, quòd duo genera defectuum non assumpsit, illa scilicet, quę nõ vniuersaliter humanam naturam consequuntur sicut lepra, cæcitas, febris, & huiusmodi: hos enim Christus dominus nõ assumpsit, quia contingunt ex particularibus corruptionibus in singulis personis, & hos defectus Christus non habuit, quia venit ad curandum morbum naturæ, similiter nec illos assumpsit, qui pertinent ad imperfectionem gratiæ, vt dictum est de ignorantia, & de pronitate ad malum, & difficultate ad bonum,

num, quia ipse venerat ad hoc, vt de plenitudine suæ gratiæ oẽs nos acciperemus; adde, quia Christus dominus totam humanam naturam enrare venerat, idcirco debuit integram naturam habere, sed quidam defectus repugnant integritati naturæ sicut cæcitas, & defectus membrorum, & sic sequitur manifeste, quòd non omnes defectus habere debuit.

Tertia conclusio. Licet non sit de fide expressa, quòd Christus Dominus nulli morbo etiam leuissimo fuerit subiectus, erroneum tamen est, & blasphemum id asserere: elicitur hæc ex S. Tho. in hoc libro, & ratio huius est, quia in scripturis diuinis, & in sanctis Concilijs, & in dictis, in quibus narrantur, quas Christus Dominus in corpore suo pertulit pro nostra redemptione ad cõmendandam suã charitatem, & misericordiam, nũquàm fit mentio de susceptione morborũ, & sic qua fit negatiue definitur: igitur conclusio vera, hinc Cardinalis Caie. in opusculo de Beata Virgine adducit Chrisostomum dicentem indignissimum esse asserere, quòd Christus Dominus aliquãdo langueseeret. Vbi nota, quòd quidam Prædicator in Hispania in publica prædicatione dixit Christum habuisse hos morbos, & coactus fuit iussu inquisitorum recãtare palynodiã, nam præter quòd offendit pias aures dicere, quòd Christus passus fuerit morbum caducũ sicut Machometus Propheta Turcarum, est etiam blasfemum, & erroneum cum sit contra omnes patres, & Theologos sententiarios, præsertim D. Tho. Albertum, Alexandrum Alensem, & cæteros: idem etiam affirmat Rabanus exponens verba Esaiæ vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: sic ẽt, Nicolaus de Lira, & Abulensis.

Distin. 15. Quæst. 1. Articu. 3. (margin)

Cap. 33. (margin)

Quarta conclusio. Christus Dominus defectus humanæ naturæ quos assumpsit non contraxit: hãc probat S. Doctor. In hoc libro, quia, quod voluntarie assumitur non contrahitur, sed Christus Dominus voluntarie assumpsit hos defectus, sicut & ipsam naturam, igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd illud proprie contrahitur, quod ex necessitate ab alio trahitur, alio tracto, & quia ex hoc ipso, quòd humanam naturam trahimus ex parentibus per viciatam originẽ, sequitur de necessitate, quod hos defectus habeamus, ideo dicimur hos defectus cõtrahere: Christus autem potuit humanam naturã sine his defectibus assumere, sicut cum defectibus assumpsit, & ideo non fuerunt in eo ex hoc ipso, quòd humanam naturam a parentibus traxit, sed sicut voluntarie assumpsit humanam naturam, ita & hos defectus, & propter hoc dicitur hos defectus assumpsisse, & non contraxisse, nos enim potius dicimur contrahere hos defectus, quia nobis debentur propter culpam originalem, at in Christo Domino culpa originalis non fuit, propterea dici nõ potest Christum defectus naturæ contraxisse, sed tantum voluntarie assumpsisse.

Distin. 15. Quæst. 1. Articu. 3. (margin)

Quinta conclusio. Christus Dominus assumpsit corpus humanum pulcherrimum, & formosissimũ elicitur ex S. Thom. hic, & habetur ex Psalmista speciosus forma, & in canticis canticorum dilectus meus candidus, & rubicundus. Hæc conclusio nota, quòd ponitur contra quendam hæreticum Marcionem dicentem Christum non habuisse corpus pulcherrimum propter verba Prophetæ, ego sicut vermis, & non homo contra quem disputat Tertullianus, libro de carne Christi, quòd Propheta dixit illa verba respiciens ad passionem, & opprobria, & plagas acceptas a crucifixoribus, sicut & illa alia verba Esaiæ desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, & reputauimus eum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum, quæ verba non sunt intelligenda de dispositione, & habitudine Christi naturali, sed de passione ipsa, quia dispositio Christi naturalis habebat iustam staturam, & debitam quantitatem, proportionem membrorum, & suauitatem colorum coniunctam cum summa grauitate, quæ sunt conditiones veræ pulchritudinis, quod etiam testatur ipse Iosephus, in libro de antiquitatibus Iudæorum dicens fuit autem iisdem temporibus Iesus sapiens vir si tamen virum eũ nominare fas est, alludens ad pulchritudinem, quam habebat, & ad mirabilia opera, quæ faciebat, de qua etiam pulchritudine testatur Agabarus Rex Edessenæ ciuitatis in quadam Epistola, quam refert Eusebius Pamphlius Cesariensis secundo libro, Historiæ Ecclesiasticæ.

Distin. 14. Psal. 44. Cap. 5. (margin)

Cap. 18. (margin)

Sexta conclusio. Corpus Christi fuit subiectum necessitati mortis. probat istam S. Tho. 3. p. vbi supra, & ratio est, quia omne mixtum ex quatuor elementis subiicitur necessitati mortis, quia elementa appetunt ire ad propria loca, puta aer, qui est in me appetit ire ad propriam regionem, sed corpus Christi erat compositum ex quatuor elemẽtis, igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd necessitas, seu necessarium capitur quadrupliciter ex Ar. 5. primæ Philosophiæ vno modo dicitur necessarium sine quo non contingit esse, vt respirare hoc modo dicitur necessarium animali. Secundo modo est illud sine quo non contingit bene esse, vt potio amara infirmo. Tertio modo pro necessitate coactionis, vt destructio alicuius ciuitatis. Quarto modo pro illo cuius oppositum implicat contradictionem: conclusio intelligitur de necessitate naturali, quia habuit naturam susceptiuam contrarietatis prima rum qualitatum ad quarum alteratione necessitate sequitur mors, & corruptio, vnde dato, quòd Christus non fuisset occisus violenter secundum tactum, tamen defecisset, & senio confectus sicut cæteri homines, &c.

Cap. 10. Quæst. 14. (margin)

Tex. 6. (margin)

Septima conclusio. Corpus Christi fuit subiectum necessitati mortis loquendo de necessitate coactionis. probat hanc S. Doctor, vbi supra, quia secundum legem ordinariam, & secundum cursũ naturæ ex prima institutione, actiua nata sunt dominari passiuis per approximationem, sed corpus Christi respectu claui perforantis, & flagelli percutientis, & cuiuscunque alterius inferentis mortem est passiuum, & inferentia mortem sunt actiua igitur de lege ordinaria Christi corpus subiiciebatur necessitati mortis loquendo de necessitate coactionis. Vbi nota, quòd stante miraculo suspensionis gloriæ portionis superioris, non erat in potestate animæ Christi, non mori ex violentia passionis, quia eius solius est immutare legem, & cursum naturæ impositum, qui naturam instituit, & ordinauit, quod solus Deus fecit, & nulla creatura corporalis aut spiritualis authoritate sua hoc facere potest nisi per modum orationis, quo Sancti a Deo impetrauerunt fieri miracula, quæ tamen pro prie

Quæst. 14. (margin)

prie non fiebant a Sanctis, sed à Deo ad sanctorum
orationē, & ideo hoc fuit signum diuinitatis Chri
sti, quod imperando agebat miracula non orando
sicut cæteri Sācti: non ergo Christus Dominus po
terat se præseruare a morte violenta nisi vsus fuis-
set miraculo aliquo sicut fecerat, quando Iudæi vo
luerunt ipsum lapidare, & sui compatriotę pręcipi
tare a super cilio montis.

O ctaua conclusio. Corpus Christi fuit subiectū
necessitati mortis loquendo de necessitate suppo-
Quæst. 14 sitionis: hanc probat S. Doctor, vbi supra, quia ne-
cessitas suppositionis sumitur ex fine, finis autem
mortis Christi, secundum diuinam ordinationem
erat redēptio humani generis: igitur conclusio ve-
ra. Vbi nota, vt ait, quidā Scotista Vorrillion, quòd
si corpus Christi comparatur ad pęnam, & gloriā
subiiciebatur necessitati moriendi, quia per pęnā
debebat nos redimere, ad gloriam ipse debebat in
trare, & nos introducere, & ideo dixit nonne opor
tuit hæc Christum pati, & ita intrare in gloriam
suam, si loquamur de necessitate simpliciter non
subiiciebatur corpus Christi aliquo modo necessi
tati mortis: patet, quia non implicat contradictio-
nem Christum mori, & nullo pacto in Christo fuit
necessitas moriendi in ordine ad diuinam volun-
tatem, nec etiam in ordine ad voluntatem huma-
nā deliberatiuam ipsius Christi, quia semper erat,
& fuit conformis diuinæ voluntati, licet, quo ad vo
luntatem naturalem fuerit in Christo talis necessi-
tas moriendi, quia voluntas naturalis refugit mor
Dist. 15. tem, & nocumenta corporis: de qua re lege Petrum
de Palude, in octauo lib. vbi quatuor opiniones
narrat de ipsa.

Nona conclusio. Anima Christi necessario subii
Quæst. 15. Ar. 4. ciebatur passionibus animalis, probat hanc S. Th.
vbi supra, quia in Christo fuerunt omnia, quæ per-
tinent ad naturam hominis, sed passiones anima-
lis pertinent ad naturam hominis: igitur conclusio
vera. Circa quam nota, quòd ponitur hæc contra
Apollinarem hæreticum, & contra Valentinum ip-
sā negātes, propterea est de fide, cū habeatur apud
Cap. 26. Matthęum, quòd cępit tædere, & pauere, & alibi cę
pit contristari, & męstus esse, licet hæ passiones,
& affectiones aliter erant in Christo, & in nobis, &
primo, quo ad obiectum, quia in nobis plerunque
feruntur ad illicita, quod in Christo non fuit, secū
do quoad effectum, quia in nobis huiusmodi pas-
siones non sistunt in appetitus sensitiuo, sed tra-
hunt rationem, quod in Christo non fuit: tertio,
quo ad principium, quia istæ passiones in nobis
præueniunt iudicium rationis, sed in Christo om-
nes motus sensitiui appetitus oriebantur secundū
Cap. 26. dispositionem rationis, & ideo Hieronymus in
Matth. vocat affectus animę Christi, pro passiones,
& non passiones, quia pro passio est, passio inchoa
ta in appetitu sensitiuo, & vlterius non se extēdit,
passio verò perfecta dominatur animo, & rationi,
patet ergo, quomodo anima Christi subiiciebatur
istis passionibus, seu propassionibus, & sic anima
Christi dicebatur passibilis nedum passione cor-
porali, quia erat forma sui corporis quod quidem
erat passibile, & mortale, & perturbato corpore ne
cesse erat etiam animam perturbari quantum ad
esse, quod habebat in corpore, quod dicitur esse
per accidens non per se, sed etiam Christi anima

A passione animali dicebatur passibilis.

Decima conclusio. Anima Christi non dicitur
passibilis passione infernali ita, quod fuerit passa
dolorem inferni, hanc probat S. Tho. 3. p. quia do Quæst. 46.
lor Christi fuit maximus, & vehementissimus in- Ar. 6.
ter omnes dolores viatorum: ergo non dicitur pas
sibilis dolore, & passione infernali. Vbi nota, quòd
hęc ponitur contra Nicolaum Cusanum in quodā
sermone, quem fecit super illis verbis dauiticis in
dolore vita mea, propter hęc verba, & alia dicta sa
crę scripturę tenet hic uir Christum Dominū pas
sum fuisse dolorem inferni, quam opinionem an
notauit Augustinus Nebiensis Episcopus in scho-
liis Octapli ad hęc uerba appositis asserens se hu-
B ius eruditissimi uiri in omni scientia eminentissi-
mi opinionē nec amplecti nec aspernari, ut refert
Sixtus Senensis ordinis nostri in Bibliotheca san-
cta, de qua re superius etiam diximus, & lege tu Do
minum Marsilium hic. Quæst. 12.

DISTINCTIO XVIII.

Agit Magister in hac dist. de merito Christi
propter quosdam dicētes Christū non sibi,
sed tantum membris meruisse, pro cuius ex-
plicatione ponitur talis conclusio: nulla pura crea-
tura potuit sufficienter satisfacere pro tota natu-
C ra humana: probat istam. S. Tho. in pręsenti libro, Dist. 20. q.
quia ille solus reparare potuit, qui potuit condere, 1. ar. 2.
sed solus Deus humanam naturam cōdere potuit:
ergo ipse solus potuit reparare: igitur ad hoc, ut ali
quis satisfaciendo repararet naturam, oportet, ut
esset Deus, & sic conclusio uera, quòd nulla pura crea-
tura, siue humana, siue angelica, potuit satisfacere.
Vbi nota, hęc ponitur contra Scotum dicentem,
quarto libro sententiarum, quòd purus homo po- Distin. 15
test perfecte ad ęqualitatem Deo pro peccato satis Quæst. 1.
facere, quia Deus de potentia absoluta potuisset
dare peccatori post attritionem tanquam disposi
tionem, & meritum de congruo gratiam, per quā
D motus eius fieret contritio, & sic per satisfactionē
ęquiualentem deleuisset peccatum, quia per illum
actum redderetur Deo, ęqualens illi bono, quod
abstulit peccatum, & hunc Scotum, sequitur Anto
nius Andrea, Bassolus, Petrus de Cādia, & Tartare
tus, tanquam dilecti discipuli, & decipiuntur maxi
me, quia conclusio loquitur de satisfactione suffi-
cienti, & perfecta, quam talis homo non haberet,
quia si Deus de potentia sua, daret illi gratiā, illa es
set satisfactio ex misericordia Dei conferente gra-
tiam, & non ex propriis illius hominis, modo ille
homo satisfaceret ex alienis, & non ex propriis, vn-
de talis satisfactio esset ex parte Dei acceptantis, & 3. p. q. 1.
E non ex parte hominis satisfaciētis. opinionem D.
Thò. amplectitur Alex. Alensis, Albertus Magnus,
Bonauentura, Petrus de Palude, Dur. & cęteri ueri
scolastici: suo hanc ēt latius declarat Driedo, de
captiuitate & redemptione humani generis addu
cens Leonem Pontificem Tertium, in sermone pri Tract. 10.
mo, de Natiuitate Domini, dicentem, si non esset
verus homo, non præberet exemplum, si non es-
set uerus Deus nō afferret remedium, & est sermo
de remedio sufficienti ad ęqualitatem iustitię: pa-
tet, ergo, quòd pura creatura non solum sine gra-
tia, sed etiam cum gratia Dei non potest perfecte,

&

& sufficienter satisfacere Deo pro peccato, siue proprio, siue alieno, vide Petrũ de Palude hic qui elegantius tractat hanc materiam.

Distin. 18. Cap. 2. Secunda conclusio. Christus Dominus est ille, qui sibi, & nobis meruit: hanc probat S. Tho. 3. p. 1. ex authoritate Apostoli, ad Philip. vbi dicit factus obediens, vsq; ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum, ex quibus verbis habetur manifeste, qui obediens patri suo meruit suam exaltationem, & ita meruit sibi aliquid, quod meruerit nobis: est definita in concilio Tridentino dicẽte Christum Iesum fuisse causam meritoriam nostræ iustificationis. Sess. 6. Can. 7. Vbi nota conclusionem ipsam esse de fide, vt ostensum est, modus autem non cadit sub fide, sed sub opinionibus: secundum .n. doctrinam S. Tho. Christus meruit secundum legem ordinariam; hoc autem negat Antonins Andrea, & Petrus de Candia, Distin. 18. & Petrus de Aliaco, & Tartaretus, qui de mente sui magistri Scoti, volunt Christum Dominum meruisse præter legem ex priuilegio, & male dicunt, quia omnis homo viator meretur secundum legem ordinariam, Christus Dominus iuxta communem doctrinam, fuit uere viator: ergo meruit secundum legem ordinariam, uerum tamen est, quòd non meruit secundum diuinam naturam, quia secundum hanc erat æqualis patri, sed secundum naturam humanam, quia hæc est exaltata, & deificata usque ad unitatem diuinæ personæ, per quam est nobis gratia, remissio peccatorum, & iustitia communicata, ut habetur Ioannis Cap. 1. de plenitudine eius omnes accepimus: hanc ueritatem amplectũtur simul Græci, & Latini Doctores.

Tertia conclusio. Christus Dominus meruit in primo instanti suæ cõceptionis: hanc probat S. Th. vbi supra, quia si tunc non meruisset sequeretur, quòd potuisset proficere in meritis, quod est contra Augustinum super Exodum, dicentem, non habuit omnino Christus iuxtæ animæ meritum, quo potuisset proficere: consequentia patet, quia sicut crescebat ætate, ita crescere potuit in merito. Circa quam conclusionem nota ipsam non esse de fide, sed cadere sub opinionibus, vide Petrus de Palude, in hoc libro quatuor natrat opiniones quarũ Distin. 18. Quæst. 2. prima est Alex. Alensis. 3. p. & D. Bonauenturæ hic dicentium, quòd Christus in primo instanti suæ Quæst. 16. conceptionis non meruit, quo ad vsum virtutis seu actum, sed solum meruit in radice, scilicet in habitu charitatis, & aliarum virtutum. Secunda opinio videtur, quod sit Joannis de Bassolis, hic enim asserit, quòd ab instanti suæ conceptionis non potuit Distin. 18. mereri sicuti dicimus de Angelis, quòd non potuerunt peccare, in primo instanti suæ creationis secũdum Anselmum in libro de casu diaboli, quia tunc Deus esset causa peccati, sic & Christus si meruisset in illo primo instãti tunc meritum esset a Deo, & non a seipso, & sic Christus pure passiue, se habuisset ad meritum, quod esse non potest. Tertia videtur, quòd sit opinio Altisiodorensis, qui vult meritum esse actionem liberam, & studiosam, & in primo instanti Christus non habuit actionem liberã, sed necessariam, & naturalem, propterea mereri non potuit. Quarta est opinio S. Th. quam posuimus in conclusione, & hęc est sequenda, quia est conformis sacris literis: scribitur enim ab Apostolo in Epistola ad Heb. de Christo, quòd ingrediẽs Cap. 10.

A mũdum dixit, hostiam, & oblationem noluisti corpus autem adaptasti mihi, & subdit in qua voluntate sãctificati sumus, hoc est, quia voluit se offerre ĩ sanctificationem nostram, idest tunc meruit sanctificationem nobis, quando ingressus est mundum, sed ab instanti suæ conceptionis ingressus est mundum: igitur tunc meruit, & sic opinio D. Tho. est sequenda, & si Vdalricus, & Albertus, & Carthusianus hanc ueritatem non sectentur, sed cauillationes oppositas, vide apud Petrum de Palude.

Quarta conclusio. Christus Dominus meruit per omnes actus virtutum, scilicet charitatis, obedientiæ, humilitatis, &c. elicitur hęc ex S. Th. vbi supra, Quæst. 19. Ar. 3. B & ratio est, quia meritum est actus studiosus liber, siue internus, siue externus, cui iustitia merces debetur, sed actus oĩum virtutũ in Christo fuerũt studiosi, & liberi: igitur oẽs fuerunt meritorij. Vbi obseruandum est, ꝙ isti actus virtutũ fuerunt eliciti a parte intellectiua, & a parte sẽsitiua: de illis, qui prodierunt a parte intellectiua, vt dilectio Dei, & proximi, quæ prodiit a volũtate, non est dubium: de illis vero, qui prodierunt a parte sensitiua, vt famis, sitis, lacrimę, timor, mestitia, &c. patet ẽt, quia isti actus fuerunt voluntarij, & commensurati iudicio rationis, propterea meruit per oẽs hoĩes, nõ tamen meruit per visionem beatificam nec per dile C ctionem, aut fruitionem beatificam, vt optime ostendit Dur. vide ipsum in præsenti loco.

Quinta conclusio. Meritum Christi dicitur fuisse infinitum: hãc probat S. Th. vbi supra, quia illud Quæst. 19. opus, quod egreditur ab infinito supposito est infinitum, sed meritum Christi erat opus studiosum siue internum, siue externum, procedens a persona Christi, quæ est infinita: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Gulielmũ de Rubione hic, qui dicit, quòd si Deus nec de Distin. 1. Quæst. 2. potentia sua absoluta põt facere infinitũ extra sę, vt docet ipsemet Th. p. p. & meritũ Christi ponitur extra Deũ quõ potuit esse infinitũ? ẽt deceptus est D hic vir non intelligens sensum cõclusionis, ꝙ meritũ Christi non dicitur infinitũ in genere entis, sed est infinitũ personaliter eo, quòd est operatio elicita, & exercita a verbo incarnato, quod est persona infiniti valoris, & dignitatis, & virtutis: de qua re satis truncate loquutus est Georgius Bustus Vercellensis ex oppido Candeli, in quadã sua qõne de Georgius Bustus. indulgentiis, non explicans, quõ meritum Christi est infinitũ, quod aperte, & luce meridiana clarius haberi potest ex verbis Clementis. VI. in extrauaganti, quæ incipit vnigenitus Dei filius, &c. vbi dicit meritum Christi esse infinitum, & thesaurum meritorum Christi esse infinitum, & adducit locũ E Sap. infinitus est thesaurus, quo, qui vsi sũt participes facti sunt amicitiæ Dei, & subdit, ꝙ vna gutta sanguinis Christi sat fuisset pro redimendis hominibus infinitis: est ergo meritũ Christi infinitũ in genere meriti non aũt in genere entis, &c. vide etiã hic quomodo turpiter allucinatus est Tartaretus Distin. 19. asserens meritũ Christi esse formaliter finitũ, quia dependet essentialiter a causa finita.

Sexta conclusio. Christi Dominus non meruit beatitudinẽ aĩæ, elicitur hæc ex S. Th. in quolib. & Quolib. 9. Ar. 8. rõ est, quia Christo tribuẽdũ est in hac materia id, quod est pfectius, ac diuinius, sed habere beatitudinẽ ex vi filiationis naturalis pfectius est, quã hęc

cam

eam ex meritis, quia hoc ostendit, quasi filiatione adoptiuã:igitur conclusio vera. Vbi nota, φ hæc cõ Distin. 18. clusio ponitur contra Gulielmũ Altissiodorensem, & Bassolum, qui tenent in summa sua 3.lib.φ Chrs in oĩbus operibus suis meruit sibi vitã æternã, quę Quæst. 19. Ar. 3. opinio stare nõ põt, quia vt ait. S.Th. 3.p. Si meruit vitã beatã: ergo aliqñ caruit ea, nam & si Chrs habe ret p meritũ oẽ illud, quod ẽt alii sancti hñt, nisi sit tale cuius carentia magis dignitati, & pfectioni Chri repugnet, & præiudicet, q̃ p meritũ accrescat, ppea nec grãm, nec sciam nec beatitudinẽ aĩæ, nec vnionẽ hypostaticam nec continuationẽ gloriæ cõ tra Gabrielem plenitudinẽ aliarum virtutum meruit, quia hæc omnia habuit a primo suæ concep- B tionis instanti in virgine, lege Caiet. hic.

3. p. 4. 19. ar. 5. Sexta conclu. Chrs Dñs per suã actionẽ interiorem, & passionẽ exteriorẽ meruit gloriã corporis, & ea, quæ spectant ad exteriorẽ eius excellẽtiã: hãc probat S.Tho. 3.p. vbi supra, quia respectu istorum Chrs erat viator, igitur ea meruit. Vbi attẽde, φ ad meritũ tria videntur esse necessaria, primũ, φ agẽs nõ sit simpliciter in termino, quia coparat meritũ ad prẽmiũ sicut via ad terminũ, secundũ est, φ agẽs sit dñs suæ actionis, ita φ in potestate eius sit agere & nõ agere, nec agat ex necessitate, sed liberę, quia φ actio sit bona, vel mala hoc habet ex obiecto, & circunstantia obiecti, φ sit imputabilis ad laudem, C vel vituperiũ, meritũ, vel demeritũ hoc habet ex eo, φ est in potestate agentis, tertiũ est, φ actio propor tionẽ habeat ad præmiũ, quæ proportio attẽditur secundũ gratiã, & charitatẽ, ex quibus talis rõ cõsi ci põt, quicunq; non est simpliciter in suo termino & habet dñium sui actus, & est in statu gr̃æ, & chari tatis talis pt mereri aliqd per internos, & externos actus suos, sed Chrs Dñs ante resurrectionẽ nõ fuit simpliciter in suo termino, sed fuit quo ad aliqua viator, & habuit suã liberã actionem, sicut & cæteri hoies, fuit ẽt perfectissimus in gr̃a & charitate: igit meruit aliqua, hæc autẽ fuerunt exaltatio sui nõis ascensio, & veneratio, & alia huiusmodi, quæ p me- D ritũ habuit. lege Briedonem de merito Christi si la tius hæc desideras, quia multa dicit contra Caluinum, qui docuit Christum nihil sibi meruisse.

Septima cõcl. Chrs Dñs gloriã corporis directe meruit, & p se, & non amotionẽ impedimenti: elici Quæst. 19. Ar. 3. tur hæc ex D.Th. vbi supra, & rõ est, qa meritum pri mo, & p se, & directe respicit bonũ, qđ redditur tãquam merces, & illud respicit tanq̃ finẽ meriti, sed gloria corporis est collata Chro a patre æterno tanquã merces p p merita bonorum operũ, quæ Chrs Dñs operatus est: igitur cõclusio vera. Vbi nota φ Distin. 18. hæc conclusio põnit contra Antoniũ Andreã, & Pe trũ Tartaretũ, qui de mẽte sui magistri Scoti tenẽt E φ Chrs nihil meruit sibi directe, sicut nos meremur p se, & directe, vnde faciũt Chrm peioris con ditionis, q̃ nos, Chrs.n. habebat, vt gloria aię redũ daret in corpus, sed per miraculũ factũ est, vt nõ re dundaret, Chrs aũt modo ipsi meruit desitionẽ illius miraculi, & non est verum, quia cum esset viator respectu impassibilitatis corporis meruit illum directe, & per se, vt dictum est, &c.

Nona cõcl. Chrs Dñs non tm̃ meruit in sua passione, sed ab instãti incarnationis in sua cõceptione: elicitur hæc ex S.Tho. vbi supra, & rõ est, quia eo tpe Chrs meruit, quo fuit perfectus oĩ gr̃a, & virtu- A te ac meritoria operatione, sed ab instanti suæ con ceptionis fuit sic, vt patet per Hieramiam nouum Cap. 31. faciet Dñs mulier circundabit virũ, &c. sed p virũ non intelligitur ille, qui est perfectus ætate, & mem brorum quantitate, sed qui est perfectus virtute, & meritoriis operibus: igitur conclusio vera. Vbi nota, φ hæc conclusio vr̃ coincidere cũ tertia, non ta men est ita, quia hæc magis declarat illam, & in hac conuenit Scotus, & Gabriel.

Dist. 18. Decima concl. Non aliud secũdũ idem, qđ Christus Dñs meruit in passione prius meruerat in cõceptione: elicitur hæc ex S. Doctore, vbi supra, & rõ est, quia sicut aĩa Christi nõ creuit in vlla perfectio ne gratuita, & spirituali, ita nec in merito, cũ meritũ sit quædã pfectio gratuita, sed aĩa Christi ab instanti suę cõceptionis fuit perfecta, igitur nõ aliud meruit in passione, q̃ meruerat in cõceptione. Vbi nota, quòd mereri est facere aliquid sibi debitum, põt quis facere sibi debitũ pluribus actibus, sicut patet de Iacob, qui seruiuit aliquo tempore pro accipiẽda vxore, quæ sibi debebatur iam pro seruitute facta, tñ voluit etiam, & alio tpe seruire, vt pluribus actibus esset sibi debita: sic & Christus Dñs, & si esset sibi debitum, qđ meruerat in instanti conceptionis suæ, illud idem fecit sibi debitum aliis actibus quibus sẽper meruit, fecit ergo sibi debitã gloriã corporis pluribus modis, & sic, & oĩa alia, q̃ sibi, & nobis meruit. lege de hac re D.Th. in pñti libro. Distin. 18. Quæst. 1. Ar. 5.

DISTINCTIO XIX.

PRosequitur. Magister in hac distin. de merito Christi: quomodo per ipsum liberati sumus a Diabolo, a peccato, & a pæna, & pro explicatione huius negotij ponitur talis conclusio: meritum Christi extendit se ad oẽs hoĩes, ut membra eius: probat hanc S. Th. 3. p. quia actio capitis extendit Quæst. 19. se ad omnia eius membra, sed Christus Dominus Ar. 4. est caput oium hominum, vt habetur ad Ephes. ip sum dedit caput super oẽm ecclesiã, &c. Ergo actio Christi meritoria ad omnes hoies, vt eius mẽbra se extendit. Vbi nota, φ hæc conclusio ponitur con tra Pelagianos hæreticos, qui voluerunt meritum Christi sibi soli profuisse, quia venit in mundũ solummodo, ut demonstraret nobis viam salutis, & traderet documenta vitæ æternæ.

Secunda conclusio. Meritum Christi non deriuatur ad homines nisi per generationẽ spiritualem probat hanc S.Th. vbi supra, quia sicut se habet peccatum Adæ ad filios suos, ita meritum Christi ad membra sua, sed peccatum Adæ non deriuatur ad suos filios nisi per generationẽ carnalem: ergo & meritum Christi non põt ad sua membra deriuari nisi per generetionem spiritualem. Vbi nota, quòd hæc conclusio est adeo certa, ut oppositũ eius esset erroneum cum dicat Apostolus ad Galat. Quot- Cap 3. quot in Christo baptizati ęstis Christum induistis, & ponitur hæc conclusio contra Petrum Abialardum, de quo sermonem habet D. Benardus, in lib. Epist. 190. Epistolarum ad Innocentium Papam: hic Petrus docebat Christi meritum non applicari nobis aliquo pacto per spiritualem generationẽ, quia Christus venit in mundum tantummodo, vt suæ vitæ exemplo nos doceret virtutes, & alia quæ ducunt nos ad vitam beatam.

Tertia conclusio. Spectat ad priuilegiũ Christi, ꝙ omnibus hoibus eius meritũ cõicatur. elicitur hæc ex D.Th. vbi supra, & ẽt ratio est, quia solus Christus motus est a Deo per gratiam, vt non solum ipse perueniret ad gloriã vitæ æternæ, sed ẽt vt alios in eam adduceret inquantum est caput Ecclesiæ, & Author salutis humanæ: igitur conclusio vera. Vbi
Quæst. 19 Ar. 4 nota, ꝙ Caiet. in 3.p.S.Th. clarius exponit præsentẽ conclusionem, dicens, ꝙ priuilegiũ Christi est mereri aliis ex condigno ita, ꝙ sicut solus est caput Ecclesiæ, ita solus põt mereri ex condigno pro aliis merita aũt Sanctorum possunt prodesse aliis de cõgruo, quod etiam clarius Barth. Medina ostendit in suis Commentariis. 1.2.S.Thom.

Quarta conclu. Christus Dñs meruit nobis pri-
In resp. ad vltim. mam gratiã baptismalem. ponitur a D.Th. vbi sup. & rõ est, quia meruit nobis regenerari in ipso, sed sic est, ꝙ per gratiam baptismalem regeneramur in eo: igitur cõclusio vera. Vbi nota, ꝙ triplex est baptismus, s. flaminis, fluminis, & sanguinis, & in his tribus datur gratia virtute passionis Christi, tñ lata est differentia, quia in baptismo fluminis voluntas baptizati nullo modo cooperatur nisi in adultis, quia adulti debent habere aliquam deuotionem in receptione baptismi.

Quinta concl. Christus Dñs meruit nobis oẽ illud qđ aliquo pacto facit pro acquisitione vitæ æternæ: elicitur hæc ex S.Th. vbi sup. & rõ est, quia sicuti se habet demeritũ Adæ ad condemnationem ita meritũ Christi ad salutem æternam, iuxta illud
Cap. 5. Apost. ad Rom. sicut per vnius delictũ in oẽs hoĩes in condẽnationẽ, sic & per vnius iustitiã in oẽs homines in iustificationẽ vitæ, sed demeritũ Adæ deriuatur, & facit ad condemnationem aliorum: igitur, & meritum Christi complectitur oẽ, qđ aliquo pacto ducit in vitam æternam. Vbi nota, ꝙ Petrus
Dist. 19. Tartaretus, de mente sui magistri Scoti, in hoc lib. distinguit, ꝙ gratia ducẽs in vitã æternã, est triplex. quædam baptismalis, seu initiatiua, quædã pœnitentialis seu recuperatiua, quædã finalis, quæ datur in æterna vita, primã, & secundã meruit Iudæ, & multis aliis, sed finalẽ non meruit, quia dãnatus est: ad suscipiendã gratiam pœnitentialẽ, requiritur attritio, & displicentia peccati, & hæc est meritũ de cõgruo, qđ est a pœnitẽte, est ẽt contritio q̃ cadit sub merito Christi de cõdigno: hoc aũt ꝙ dicit, ꝙ meritũ de congruo non cadit sub merito Christi, nõ est oĩno tutũ &c. Capreolus in p̃senti loco ait, ꝙ dispositiones præcedentes ipsam gratiam, & fidẽ informẽ, timorẽ seruilem, vocationẽ, & alia huiusmo
Tract. 2. Cap. 2. di non cadunt sub merito Christi, sed sub gratuita volũtate Dei cooperante quandoque humana voluntate. quã opinionem ẽt amplexus est Driedo, lib. de captiuitate, & redẽptione humani generis, alij ex nostris Thomistis substinẽt contra Capreolũ, q̃ Christus Dñs meruit nobis oẽm gratiã, & oĩa dona Spiritus Sancti, & oĩa illa, quæ spectãt ad uitã rectam instituendam, & ad beatitudinem obtinendam, spem, fidem, charitatem, gratiam, inspirationem bonam, illuminationem, & omnem motũ bonum intellectus, & voluntatis, & oẽm dispositionẽ, & augmentum oĩum istorum præsertim gratiæ, & gloriæ, & gloriam corporis, & dotes eius, & vt vnico verbo dicam omne, quod facit pro acquirenda uita æterna, ut positũ est in conclusione, aliter nõ

A esset vniuersalis causa humanæ salutis, quod optimæ scripsit Apostolus, Ephes. qui benedixit nos in Cap. 1.
omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. quasi dicat omne, qđ spectat ad uitam spiritualem Deus pater nobis contulit per meritum Christi: lege de hac re Barth. Medinam in 3.p.S.Thom. Quæst. 19. Ar. 4.
si fusius id scire desideras.

Sexta conclu. Christus Dominus meruit nobis Quæst. 49. Ar. 5.
apertionem Ianuæ cœlestis probat hãc S. Docto. 3.p. quia clausio regni cœlorum erat peccatum, sed Christus Dñs abstulit peccatum iuxta illud ecce, q tollit peccata mũdi: igitur cõclusio vera, & ĩ signũ huius scribitur apud Matt. Christo baptizato aper- Cap. 3.
B ti sunt ei cœli. Vbi nota, ꝙ duplex peccatũ erat impediens nos ab ingressu regni cœlestis, vnum quidem cõe totius humanæ naturæ, quod est peccatũ primi hominis, aliud est peccatu speciale vniuscuiusque personæ, quod per proprium actum cuiuslibet hominis committitur, Christus Dominus liberauit nos ab vtroque peccato, quoad culpam, & quoad pœnam, propterea dicitur, quòd aperuit nobis ianuam regni cœlorum.

Septima cõcl. Christus Dñs meruit nobis liberatione a potestate Diaboli: probat hãc S. Doctor tali rõne, quin aliquis habens sufficientissimũ remediũ, quo põt tueri contra inimicũ, dr̃ liberari a po- Quæst. 49. Ar. 2.
C testate illius, sed nos ex dono Chr̃i habemus sufficientissimũ remediũ, quo possumus nosipsos tueri a potestate dæmonis: igitur cõclusio vera. Vbi aĩaduerte, ꝙ hæc potestas diaboli erat consistens in tribus quorũ primũ erat ex parte Dei, q offensus erat peccato hoĩs, Idcirco ad ostendendã suam iustitiã reliquerat ipsum hoĩem potestati dæmonis: secundũ erat ex parte hoĩs, qui suo peccato meruit, vt traderetur in potestate diaboli, per cuius tentationẽ iam fuerat superatus, tertiũ erat ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima voluntate hoĩem a consequutione salutis impediebat, & omnibus his tribus Christus dominus sua passione, & morte apud
D patrem æternum liberari meruit.

Octaua concl. Meritũ hoc & satisfactio Christi non hẽt vltimatam efficientiã nisi in illis, qui ipsi Christo vniuntur p̃ fidẽ formatã, & sacr̃a: hanc probat S. Doctor, qa oẽ suscipiens effectũ agentis vlti- Quæst. 49.
matum oportet esse dispositum ad suscipiendum illum aliter nõ posset suscipere, sed effectus vltimatus meriti, & satisfactionis Christi, est adeptio gloriæ, purgatio a peccato, gratiæ cõsumatio, & introductio ad gratiam: igitur suscipientes hunc effectũ oportet ipsos disponi, per fidem ex parte intellectus, & per charitatem ex parte effectus, & per imitationem operis suscipiendo baptismum ad delen
E dum peccatum originale, & pœnitentiam ad delendum actuale. Vbi nota, quòd Capreolus ponit istã conclusionem contra Scotum dicentem, ꝙ Christus non solum meruit secundum efficaciam gloriam dispositis ad recipiendum, sed etiam in dispositis, tamen Gulielmus de Rubione in præsenti distinctione, videtur dicere oppositum ad mentem Scoti, quia Christus Dominus non meruit damnatos paruulos pro reatu originali ab eo liberari, neque etiam meruit homines damnatos a pœna æterna liberari, licet multos eorum, vel fere omnes liberari, & præseruari ab aliquo gradu pœnæ, neque etiam Dæmones, meruit liberari a

pœna

A pœna aliqua, neq; ad hnc homines liberari meruit ab omni pœna sensus pro culpa inflicta, imò neque seipsum meruit liberari à pœna sensus, q̃ est mors, quæ horribilis pœna est, quam Christus passus est in cruce pro nostris peccatis; sed quicquid sit de hac re, vide ipsum Capreolum.

Nona concl. Meritum Christi eo modo est sufficiens pro infinitis hominibus, sicut & eius satisfactio, & eandem infinitatem habet, quã & eius satisfactio: q.59. art.7. hanc docet S.D. de veritate asserens, quia id quod se ad infinita indiuidua humanæ naturæ extendit, si infinita essent, est infinitum in valore, & dignitate aliquali infinitate, puta saltem extensiue, & materialiter, sed meritũ Christi, & satisfactio sunt B huiusmodi cum sit actio Dei, & hominis in quo humanitas est instrumentũ, & diuina persona principale agens: igitur cõcl. vera. Vbi nota hic, q̃ Petrus Distin. 19. Tartaretus de mente sui Magistri Scoti dicit vnum quòd non probatur. s. q̃ meritum, & passio Christi secundũ suam rationem formalẽ posset recompensari per aliquod bonum finitum, cuius oppositum supra diximus, quia passio Christi est infinita in genere meriti, licet nõ in genere entis, & ideo pro infinitis, & infinite, satisfecit ex se non tantum per acceptationẽ, vt ipse docet, quia pęna debita peccato est infinita extensiue, licet nõ intensiue, sed vide de hac re Petrum de Palude hic.

Decima concl. Meritũ Christi, & eius satisfactio non se extendit ad infinitos secũdũ efficaciã: hanc probat S. Doctor vbi supra, quia infiniti hoĩes non cõsequuti sunt effectũ redẽptionis, imò pauci, quia multi sunt vocati, & pauci electi. & spaciosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eã. Vbi nota, q̃ in doctr. S.Th. est vulgata satis, illa distinctio, q̃ meritũ Christi põt considerari dupliciter, vno mõ secũdum efficaciã, vt si Rex parasset prãdiũ pro mille hoĩbus, & nõ venisset nisi decem illud prandiũ esset sufficiens pro mille, & tamẽ non esset efficax nisi pro illis qui adessent, quia ad illud prandium non venerunt nisi decem, alio mõ D secundum sufficientiã, & hoc secũdo mõ Christus Dñs pro infinitis meruit remissionẽ culpæ, infusionẽ gratiæ, apertionẽ ianuę cęlestis, remissionem pęnæ pro peccatis, & gloriam: sed secundũ efficaciam non meruit nisi electis, & ꝓpterea dr̃ in canone in consecratione sanguinis, hic est enim calix sanguinis mei &c. qui pro vobis Apostolis, non pro Iuda, aut patricidis, & fratricidis, & socijs ingratis, non dicit Socios ingratos. hic pro oĩbus, sed solum pro multis. s. secũdum efficaciã, patet ergo quõ Christus meruit pro electis efficaciter, & pro infinitis sufficienter. Addit tamẽ Petrus de Nogento. hic Petrus de Nogento Scotista, q̃ Christus Dñs meruit etiã efficaciter gratiã pręseruatiuam B. Vir E ginis à peccato originali, & omnium illorum angelorũ, qui non fuerunt participes criminis cõmissi, & perpetrati à Lucifero: licet Caiet. in opusculo de sanctificatione B. Virginis, derideat hanc doctrinã Petri de Nogento de redẽptione præseruatiua, vel liberatiua quo ad hoĩes, addens esse reprobatã per determinationem Romanæ Ecclesiæ, quo ad Ange Serm. 22. los vero tribuit Deuotissimo Bernardo super canticis canticorum, de qua re vide ipsum cui concordat Vdalricus in sua summam p.p. & etiam Petrus Quæst. 10. de Tarantasia in præsenti distinctione, & Thomas de Argentina, licet Alexãder Alensis, & Riccardus sint ancipites in hac parte, vt est videre apud Dionysium Carthusianum.

DISTINCTIO XX.

ET si Magister quærat in præsenti distin. si alio modo potuerit Deus liberare hominem quã per mortem filij eius, nihilominus, quia asserit quoque voluntate multorum Christum Dñm nostrum passum fuisse, propterea de volũtate Christi erit noster sermo, & pro intellectione huius rei sit prima nostra cõclusio talis: In Christo Dño sunt duę volũtates diuina, & humana: ꝓbat hãc S. Tho. q.18. ar.1. B 3. par. quia vbicunq; sunt duæ perfectæ naturæ ibi sunt duæ perfectæ voluntates quandoquidem ad perfectionẽ naturæ pertinent eius potentiæ inter quas est ipsa volũtas, sed in Christo Dño sunt duæ perfectę naturę, videlicet diuina & humana: igitur conclu. vera. Vbi nota, q̃ hæc est de fide definita in Concilio Constantinopolitano quod sexta synodus appellatur sub Agathone Papa, contra monothelitas, ita dictos ab vna volũtate quam ponebãt in Christo, actione ergo decima septima illius Concilij, ita sancitur, iuxta quod olim Prophetæ de eo, & ipse Dñs noster Iesus Christus erudiuit, & Sanctorum Patrum nobis tradidit Symbolum, duas C naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes, indiuise, incõuertibiliter, inseparabiliter in Christo prędicamus &c. & hæc determinatio facta fuit cõtra multos hæreticos præsertim cõtra Apollinarem, & Eutichetem, & Macharium Patriarchã Monothelitę qui sunt. Antiochenum, & Ciprum Alexandrinum, & Sergiũ Cõstãtinopolitanum: hi & alij diuersis vijs moti dicebant in Christo esse tantum vnam voluntẽ &c.

Secunda conclusio. Christo Domino præter voluntatem diuinam, & humanam, quæ dicitur appetitus intellectiuus cum ratione liber, est voluntas, sensualitas, seu sensualitas ipsa quæ dicitur voluntas participatiue: hãc probat S. Doctor vbi supra; Articu. 2. D quia Christus Dominus cũ natura humana assumpsit ea quæ pertinent ad naturam animalis, sed appetitus sensitiuus, seu sensualitas ipsa, spectat ad naturã animalis: igitur & eum assumpsit: & quia ꝓut est in homine participat rationem, ideo voluntas participatiue dicitur. Vbi nota, quòd aliqui dicũt, quòd appetitus sensitiuus siue sensualitas ipsa est nomen vitij, & eius inclinatio est ad malum, & contra rationem ex quo motus fuit Auctor cõmentariorum Hieronymi in Paulũ, quòd in carne Chri- Anno. 244. sti fuerit inclinatio ad peccandum, vt notat Syxtus Senensis lib. 6. Bibliothecæ Sanctæ. Et decepti sunt isti, quia sensualitas est nomen potentiæ naturalis, E sequens naturam, & obediens rationi, & sic dicitur voluntas per participationem, & ponitur in Christo Domino.

Tertia conclusio. In Christo Domino est tãtum vna voluntas essentialiter: hanc probat S. Tho. vbi supra sic, quia in quolibet ordine est vnum primũ mouens, sed voluntas est vnum primum mouẽs in genere humanorum actuum, ergo in vno homine non est nisi vna voluntas essentialiter, Christus aũt est vnus hõ: ergo in Christo est tm̃ vna volũtas humana. Vbi no. q̃ Guliel. de Rubione in hoc lib. po- Distin. 1; nit olũtatẽ nõ distigui realiter ab aĩa, sed volũtas est ipsamet aĩa, sicuti etiã Martinus ab Azpilcueta

Doct. Nauarrus. Doctor Nauarrus, in tertio Præludio sui Manua-
lis tenet: idcirco dicunt isti, ꝙ uoluntas increata
non est in verbo diuino, nec voluntas creata in aĩa
humana, quia illud est in aliquo, ꝙ naturaliter ab
eo distinguitur: modo voluntas increata nõ distin
guitur a diuino verbo, nec voluntas creata ab aĩa:
igitur, non est verũ de rigore sermonis, ꝙ volũtas
increata sit in diuino verbo, & voluntas creata sit
in aĩa, & allucinantur isti primo, quia falsum est, ꝙ
voluntas non sit potentia distincta realiter ab aĩa,
vt aliàs ostendimus, secundo ad hoc, vt verificetur
ille sermo de diuino verbo, quòd in eo sit voluntas
increata, sufficit distinctio formalis. &c.

Quarta conclusio. In Christo Dño est võluntas, B
vt ratio: probat istam S. Tho. quia in Christo Dño
erat voluntas, consiliatiua: igitur erat voluntas, vt
rõ, consequentia patet, quia hęc dr̃ voluntas, vt rõ
a Doctoribus voluntas ipsa consiliatiua. Vbi nota,
ꝙ voluntas aliqñ accipitur, vt potentia aliqñ, pro
actu, si est sermo de potentia voluntatis, sic in Chri
sto est vna sola volũtas humana essentialiter, & nõ
participatiue dicta, si aũt sermo fiat de voluntate,
quæ est actus, sic distinguitur in Chr̃o volũtas, quę
est, vt natura, quæ dr̃ thelisis a Græcis, hæc. n. fertur
simpliciter, & absolute in finem, qui est secundũ se
volitus, alius est actus voluntatis, qui fertur in me-
dium, qđ non est secundũ se volitũ, sed in ordine C
ad aliud, vt sumptio medicinæ ordinat̃ ad sanita-
tẽ veluti ad finẽ, & talis actus volũtatię dr̃ volũtas,
vt rõ seu cõsiliatiua, q̃ a Gręcis appellat̃ bulisis, &c.

Quinta conclusio. In Chr̃o Dño fuit liberũ arbi
Quæst. 18 Ar.4. triũ: probat hanc S. Doctor, vbi supra, qa vbicunq;
est volũtas, vt rõ, & electio, ibi est liberũ arbitrium,
qñquidẽ electio est actus liberi arbitrij, sed in Chri
sto Dño est voluntas, vt ratio, & electio: igitur con
clusio vera. Vbi nota, ꝙ hæc conclusio est de fide
Cap.7. scribitur. n. Esai. de Christo, vt sciat reprobare ma-
lum, & eligere bonũ, reprobare, & eligere proprie
spectãt ad liberũ arbitriũ, & quia dictũ est in Chr̃o
Dño reperiri duplicem actũ voluntatis, alterũ qui D
dem, quo voluntas fertur in aliquid secundũ se vo
litum, quod pertinet ad rõnem finis, alterũ vero se
cundum quẽ eius voluntas ferebatur in aliquid p
ordinẽ ad aliud, qđ pertinet ad rõnem eius, qđ est
ad finem, electio in hoc differt a voluntate, ꝙ volũ-
tas per se loquendo est ipsius finis, electio autẽ est
eorum, quæ sunt ad finẽ, & sic simpliciter voluntas
per se est, idem qđ voluntas, vt natura, electio autẽ
est idem, quod voluntas, vt ratio, quæ est proprius
actus liberi arbitrij idcirco optime dictum est, ꝙ
cum in Christo Dño sit electio, & liberũ arbitriũ.

Sexta conclusio. Christus secundum volũtatem
sensualitatis, & secundum voluntatẽ rõnalem per E
modum naturæ poterat aliud velle, q̃ Deus probat
hanc S. Th. quia voluntas sensualitatis naturaliter
refugit lęsionem corporis, & dolores sensibiles, &
voluntas, vt natura repudiat, & cõtraria naturæ, &
secũdũ se mala, sed Deus volebat, vt Christus mor-
tem, & mala pateretur, non secundũ se, sed in ordi-
ne. s. ad finem redemptionis: igitur uera conclusio.
Cap.20. Vbi nota, ꝙ hæc conclusio est D. Aug. in lib. contra
Maximinum, vbi dicit in hoc, ꝙ Christus ait, non
ꝙ ego volo, sed ꝙ tu aliud se ostendit, quàm pater,
ꝙ si humano corde non posset cum infirmitatem
nostram in suũ non diuinũ, sed humanum transfi-
A guraret, affectum, vnde dici põt, ꝙ in Christo fuit
quædã rebellio sensualitatis contra rõnẽ, licet fue
rit beatior oĩbus aliis beatis, quo ad portionẽ su-
periorem tñ, quia eius beatitudo non redundabat
in vires inferiores, idcirco non fuit in eo perfecta,
quietatio sensuum inferiorũ, neque inferioris por
tionis rationis sicut in cæteris beatis, ideo potuit
esse in eo aliqua rebellio, non tamen sicut in nobis
in qb. sensualitas effrenate tẽdẽs in suũ volitũ mo
tũ rõnis retrahit, vel impedit ĩ toto, vel ĩ parte: hoc
aũt nõ erat in Chr̃o Dño de qua re lege Gabrielẽ. Distin. 17.

Septima conclusio. Christus Dñs secundũ volũ-
tatem rõnis semper voluit idem, qđ Deus: hãc pro
B bat S. Doctor, vbi supra, quia Christus voluit in oĩ- Quæst. 17. Ar.5.
bus adimpleri diuinã voluntatem, sed hoc spectat
ad voluntatem, ut ratio: igitur Christus secundum
voluntatẽ per modum rõnis, idest eligendo semp
voluit idem, quod Deus. Vbi nota, ꝙ per volunta-
tem per modum rõnis intelligit conclusio volunta
tem complete deliberatam, s. quæ sequitur delibe-
rationes secũdum rationem superiorem, & diuinã,
quia voluntas, quæ sequitur deliberationem secun
dum rationem inferiorem magis vr̃ esse voluntas,
vt natura, quã voluntas, vt rõ, & hinc est, ꝙ legimus
Chr̃m ex dispensatione quadam ante suã passionẽ
permittebat carni agere, & pati, quæ sũt ei propria,
C & similiter ẽt permittebat oĩbus viribus aiæ agere,
& pati, quæ erãt eis propria, hinc esuriuit secundũ
sensualitatem, vt habetur apud Matth. & in Cruce Cap.4.
sitiuit, vt scribitur Ioannis sitio, &c. Cap.19.

Octaua concl. Voluntas rõnalis volitione abso-
luta in Christo semper conformabatur voluntati
diuinæ in volito: probatur ista sic, uoluntas rectissi
ma semper est cõformis suæ regulæ in uolito scito
esse tale, sed voluntas rõnalis in Chr̃o fuit rectissi-
ma: igitur conclusio uera. Vbi nota, ꝙ uoluntas di-
uina est regula oĩum uoluntatũ rationabiliũ crea-
turarum, quanto magis uoluntatis ipsius Chr̃i, qui
nouit per intellectũ oĩa uolita a uerbo tã cognitio
D ne beatifica, q̃ infusa, ppea dictum est volitione ab
soluta in conclusione, quia volitione cõditionata,
& voluntas, vt natura, & voluntas sensualitatis, seu
vt sensui coniuncta non semper fuit cõformis volũ
tati diuinæ in re volita, & si quantum ad actum vo
lendi, seu in genere causæ efficientis, & quo ad om
nem modum sui actus, quo diuina volũtas, voluit,
voluntatem rationalem, & voluntatem, naturalẽ,
& voluntatem sensualitatis in Christo eas velle,
conformes fuisse diuinæ voluntati unanimi con-
sensu Doctores, tam morales, q̃ scolastici ostẽdũt. Albertus.
Vnde Albertus, ait quatruplex est conformitas,
qua nostra uoluntas uoluntati diuinę conformari
E debet, prima est in uolito, hoc est secundũ materiã,
& hæc nõ est semper, quia aliqñ homo, vult uitiose
quod Deus uult sancte, secũda est secundũ formã
uolendi, ut dum ex charitate volumus, quod uult
Deus, tertia est in causa uolendi efficiente, ut dum
uolo, id quod Deus uult me esse, quarta est in fine
uolẽdi, ut dum uolo, id quod Deus uult. s. propter
gloriam eius: sic etiam Petrus de Tarantasia, osten
dit in Christo quatuor uoluntates. s. diuinam, hu-
manam, ut ratio, & humanam, ut natura, & uolun-
tatem sensualitatis: concordant, & Richardus, &
D. Bonauentura, & Dur. & Scotus, & Tho. de Ar-
gẽtina, & oẽs fere Theologi, in doctrina exposita.

Nona

Nona cōclusio. Voluntas diuina, & humana, vt A rō in Christo, in nullo fuerunt contrariæ probat Quæst. 18. Ar. 6. hanc S. Th. 3. p. quia id, qđ semp mouetur beneplacito alicuius non contrariatur ei, sed humana voluntas, vt ratio, mouebatur semper beneplacito diuinæ voluntatis, igitur ei nō erat contraria, maior Cap. 18. patet, minor est Dam. 3. lib. fidei ortho. vbi dicit, ꝙ beneplacito diuinæ voluntatis propria voluntas in Christo motib. ꝓpriis mouebatur. Vbi attēdo, ꝙ hęc est de fide dōnnira 6. Synod. vbi dr̄ prædicamus duas naturales voluntates non contrarias in Christo iuxta ꝙ asserunt impiissimi hæretici, sed sequentem eius humanam voluntatem, & non resistentem, vel reluctantem, sed potius subiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati, &c. B

Decima concl. Voluntas humana, vt rō, & voluntas, vt natura, & voluntas sensualitatis non fuerūt Quæst. 18. contrariæ in Christo probat S. Th. quia contrarietas exigit oppositionē in eodē, & secundum idem, sed istę voluntates in Christo, & si vellent diuersa, non tamen erant, in eadem voluntate, & secundū idem: igitur conclusio vera. Vbi nota, ꝙ voluntas diuina, & voluntas rōnis in Christo volebāt mortē Christi, pro salute humani generis, voluntas verō naturaliter, vt sensualitatis naturaliter fugiebat mortem, & læsionem corporis, sed non ppea cōtrariæ dicebantur, sicuti qñ Rex vult suspendi latro- C nem pp bonum publicum, aliquis vero consanguineus eius nolit eum suspendi pp amorem priuatū ex hoc tñ voluntas regis, & voluntas consanguinei non sunt contrariæ, quia non versantur circa idem & in eodem, sic ēr est de his quatuor voluntatibus Christi, vñ dicere eas fuisse cōtrarias est erroneum in fide, quia si in eis esset aliqua contrarietas illa esset, vel pp culpā suppositi nolentis eas cōciliare, & concordare, vel pp infirmitatem, & impotentiam ad eas reconciliandas: vtrūque est erroneū dicere in Christo: de qua re lege Petrum de Palude hic, & Dionysium Carthusianum, & cæteros Doctores supracitatos, si maiorem notitiā habere desideras. D

DISTINCTIO XXI.

Disputauit Magister superiorib. distinctionibus de passione Dñica quantū ad eius initiū & progressū: in sequentibus agit de ipsa quātū ad eius terminū, & quia in morte Chri cōsummata est eius passio, mors vero est separatio aiæ a corpore, idcirco agit in præsenti distinctiō de huiuscemodi separatione, & pro explicatione huius rei ponitur prima conclusio talis in passione Christi aia realiter, & vere fuit separata a corpore: hāc probat. Quæst. 50. S. Th. 3. p. quia mors in hoc essentialiter cōsistit in E separatione aiæ a corpore, sed Christus Dñs in passione fuit vere mortuus: igit cōclusio vera. Vbi no- Cap. 19. ta, ꝙ conclusio est de fide, quia scribit Ioan. & inclinato capite, tradidit spiritu, & apud Matt. clamans voce magna emisit spiritum, hanc veritatem latius Cap. 27. Tract. 27. declarat August. super Ioannem dicens mors ad tempus animam, & corpus separauit, sed neutrum a uerbo, & in libro de gratia noui testamenti exponens verbā illa, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me, & D. Amb. in titulo de Commēdatione Spiritus Iesu dicit clamabat homo moriturus, quia diuinitas a morte libera est, &c.

Secunda conclusio. In separatione animæ Chri- Quæst. 50. sti a suo corpore, non solum humanitas Christi, & corpus, sed & ipse Christus dominus vere fuit mortuus. hanc probat S. Th. vbi supra, quia ille vere moritur, qui vita, quam habuit priuatur, sed tam humanitas Christi, quam corpus, & ipse Christus, in separatione animæ fuerunt priuata vita, quam habebant: igitur conclusio vera, maior, patet, minor probatur. primo de humanitate, quæ per separationem animæ desiit esse humanitas, & sic desiit habere vitam, quia quod nihil est in se non habet vitam, de corpore patet, quia remansit sine anima, ergo sine vita, de Christo Domino ad huc manifestum quoque est, quandoquidem de ipso vere prædicabatur hoc prædicatum esse mortuum per cōmunicationem idiomatum. Vbi nota, quod & si Christus Dominus sit fons vitæ, vt scribitur in Ps. Psal. 35. Apud te est fons vitæ, hoc dēr intelligi secundū, ꝙ Deus non secundum, quod homo, & sic est mortuus secundum ꝙ homo, non secundum ꝙ Deus, & hæc est doctrina Aug. contra Felicianum, vbi dicit, absit, ꝙ Christus sic senserit mortem, vt quantū Cap. 14. in se est vita, vitam perdiderit, si enim hoc ita esset vitæ fons aruisset, sensit ergo mortem participatione humani affectus, quem sponte susceperat nō naturæ suæ perdidit potentiam per quem cuncta vinificat, & mortuos perducit ad vitam.

Tertia concl. In morte Christi diuinitas nō fuit Quæst. 50. separata ab aia: hanc probat S. Th. 3. p. quia illud, ꝙ Ar. 2. per gratiā Dei cōcedit nunꝗ absq; culpa reuocatur iuxta dictū Apostoli sine pnia sūt dona Dei, sed ex ineffabili gr̄a Dei factū fuit, vt aia illa sanctissima fuerit vnita diuinitati verbi Dei, & nunꝗ peccato aliquo fuerit maculata: igit cōclusio vera. vbi nota ꝙ hæc cōclusio, est de fide cōtra Apollinaré, & eius sequentes, qui posuerunt in Chro non esse aiam rōnalé, sed loco illius erat ipsa diuinitas, & si in scripturis sanctis, aliqū mentio fiat de aia, vt est apud Ioannem potestatem habeo ponēdi aiam meā, &c. Cap. 10. dicebat ipse Apollinaris, ꝙ hæc verba sunt intelligēda Metaphorice, sicut intelligitur illud dictū Esaię Cap. 1. chalendas vestras odiuit aia mea: contra istū perfidū hæreticum inuehit B. Aug. lib. 83. q. non intelli- Quæst. 8. git Apollinaris inquit Aug. aliud esse, qđ Propheticę nunciat in figuris, & aliud, qđ secundū rerū proprietaté ab Euangelistis historicæ scribit, narrant .n. ipsi Euangelistæ, ꝙ miratus est Iesus, & iratus, & contristatus, & qđ esuriit, quæ quidem ita demonstrant eum veram aiam habuisse, sicut ex hoc, ꝙ comedit, & dormiuit, & fatigatus est, demonstratur eum habuisse verum corpus humanū, alioquin si hæc ad metaphoram referantur cum similia legantur in veteri testamento de Deo, peribit fides Euāgelicæ narrationis, &c.

Quarta conclusio. Diuinitas per mortem Chri- Quæst. 50. sti nō fuit separata a corpore hanc probat S. Doct. vbi supra, quia corpus Christi se excitauit a morte, vt scribitur apud Ioan. potestatem habeo ponēdi animam meam, & iterum sumēdi eam, & vt glosant Doctores facultatem habeo me excitandi a Cap. 10. mortuis, hęc autem potestas non erit corporis, sed diuinitatis: igitur corpus illud habuit diuinitatem sibi vnitam ex cōsequenti conclusio vera. Vbi nota, quod hæc conclusio ponitur aduersus illos, qui negant diuinum verbum posse assumere crea-

turam irrationalem in vnitate personæ, nam cor-
pus Christi remansit inanime, & irrationabile, &
erat vnitũ verbo Dei in ꝑsona, licet nõ fuerit noua
aſsũptio, ſed ex vi aſsũptionis, quæ facta fuit cũ to-
Cap. 27. ta natura humana, & hæc eſt doctrina Dam. 3. lib. ſi
dei orth. vbi dicit, ꝙ ſicut ante mortẽ caro Chri vni
ta fuit ſecũdũ ꝑſonã, & hypoſtaſim verbo Dei, ita
& remãſit vnita poſt mortẽ, vt. ſ. nõ eſſet alia hypo-
ſtaſis verbi Dei, & carnis Chriſti poſt mortem &c.

Quinta concl. Diuinitas in morte Chriſti nõ re-
mãſit vnita humanitati compoſitæ ex aĩa, & corpo
Quæſt. 50. re, quę eſt tertia entitas, hãc probat S. Th. vbi ſupra
quia illi rei diuinitas non remãſit vnita, quæ totali
ter fuit deſtructa, ſed humanitas, quæ eſt tertia en- B
titas totaliter fuit deſtructa in morte Chriſti: igit
concluſio vera. Vbi nota, ꝙ hæc concluſio verificat
ſecundum illos, qui ponũt tertiã entitatẽ diſtinctã
a partibus, non aũt ſecundũ illos, qui ponunt totũ
nihil aliud eſſe, quã ſuæ partes: vñ nr̃a ſit hæc cõclu
Diſtin. 21. ſio ſicuti, & præcedes, quã Dur. calũniare voluit di-
Quæſt. 1. cẽs, ꝙ poſt mortẽ Chriſti, diuinitas nõ remãſit vni-
ta corpori Chri, aut eius carni ſuppoſito, ꝙ vnica
ſit tm̃ forma ſubſtãtialis ĩ hoĩe, & male dicit ĩ hoc,
motiua eius ſoluunt a Capr. hic, & ã Cai. ĩ 3. p. S. T.

Sexta concl. Corpus Chriſti viuũ, & mortuũ fuit
Quæſt. 50. idẽ numero ſimpliciter hãc probat S. Th. vbi ſupra,
quia illud dr̃ ſimpliciter idem numero, quod eſt C
idem ſuppoſito, ſed corpus Chriſti viuum, & mor-
tuum fuit idem ſuppoſito, quia non habuit aliam
hypoſtaſim, qñ erat viuũ, & aliã qñ fuit mortuum
præter hypoſtaſim diuini verbi: igiẽ cõcluſio vera,
vbi nota, ꝙ ponitur contra Dur. dicente, ꝙ corpus
Chri viuũ, & mortũ non fuit idẽ numero eſſentia-
Diſtin. 21 liter, & deceptus eſt, quia S. Th. docet, ꝙ erat idẽ nu
Quæſt. 1. mero primo, rõne ſuppoſiti, qd̃ eſt idẽ ſcd̃a rõne eſ
ſe exiſtẽte, tertio rõne materiæ primæ, quę eſt eadẽ
quarto rõne accidẽtiũ ſimiliũ eiuſdẽ ſpeciei, quin-
to ꝑꝑ ordinẽ eiuſdẽ naturę ad eandẽ aĩam rõnalẽ,
Petrus Tartaretus, & Antonias Andrea de mente
Scoti dicũt corpus Chri viuũ, & mortuũ fuiſſe idẽ D
numero rõne eiuſdẽ quãtitatis coæuæ materiæ, q̃
fuit eadẽ numero, ſecũdo rõne accidentiũ, q̃ sũt ea
dẽ numero in viuo, & mortuo, tertio rõne eiuſdem
Quolib. 2. formę corporeitatis Hẽricus in quolib. ait corpus
q. 2. Chri viuũ, & mortuũ fuiſſe idẽ numero ab eadẽ for
ma mixti: ſed qcqd dicãt alij ſequẽda eſt opi: S. Th.

Septima concl. Ad conſtituendã identitatem nu
merale in corpore Chri, viuo, & mortuo nõ eſt ne-
ceſſaria forma corporeitatis, elicit hæc ex S. Th. vbi
Quæſt. 50. ſupra, & rõ eſt, quia forma generica non p̃t conſti-
Ar. 5. tuere identitatem numeralem, ſed neceſſe eſt, vt ſit
indiuidualis adhoc, vt cõſtituat idem numero, ſed
forma corporeitatis eſt generica cũ ſit eiuſdem rõ E
nis in oĩbus corporibus, imò ſecundũ Authores il
lius eſt coęua materiæ, & ſemꝑ illi cõiuncta, & eſt
incorruptibilis ſicuti materia prima: igiẽ ad cõſti-
tuendã identitatẽ numericã, non eſt neceſſaria hu-
iuſcemodi forma corporeitatis. Vbi nota, ꝙ hęc cõ
Diſtin. 11. cluſio ponit contra Scotũ, qui 4. lib. ſent. ait, ꝙ niſi
Quæſt. 3. ponat hęc forma nõ põt ſaluari identitas numeri-
ca corporis Chri viui, & mortui, & allucinatus eſt ĩ
hac, qa ſine ipſa nos ſaluamus hanc identitatẽ, vt di
ctũ eſt in cõcl. ſexta, igitur fruſtra ab eo talis forma
eſt inuenta, imò ponentes talem formã cogunẽ ne-
gare gñationẽ, ſimpliciterq; fit ex ente in potentia

A pura, qd̃ eſt materia prima, modo iſti ponũt genera
tionẽ fieri ex materia actuata, hæc forma corporei-
tatis, q̃ non eſt ens in pura potentia, qd̃ eſt materia
prima, & ſic velint nolint coguntur negare genera-
tionem ſimpliciter, vt dictũ eſt: de qua relatius di-
xim9 in noſtris dilucidationibus ſuper 7. Metap. Diluci. 17.

Octaua cõcl. Corpus Chri ĩ morte fuit corruptũ
non vltimata corruptione, ꝓbat hãc S. Th. qa illud
corrũpit vltimata corruptione, qd̃ diſſoluit in ele-
mẽta, ſed corpus Chri nõ fuit diſſolutũ in elemẽta:
igiẽ concluſio vera. Circa q̃ nota, ꝙ fuerũt qdã hę-
retici dicti Gaianitæ, vt narrat Iſidor. lib. 8. Etymo. Cap. 5.
qui dixerunt corpus Chri non fuiſſe corruptũ cor-
B ruptione mortis, ꝑpeã Dam. li. 3. fidei ortho. diſtin
xit, ꝙ nomẽ corruptionis duo ſignificat alterũ, qd̃
eſt ſeparatio aĩæ a corpore, alterũ vero qd̃ eſt perfe
cta diſſolutio in elementa, modo impiũ eſt dicere
corpus Dñi nr̃i eſſe incorruptibile ante reſurrectio
nẽ ſcd̃m primũ modũ corruptionis, vt dicebat Iu-
lianus, & Gaianus, qa tũc ſequeret, ꝙ nõ eſſet cõſub
ſtãtiale nobis, nec ĩ veritate mortuũ eſſet, nec ſcd̃m
veritatẽ ſaluati eſſemus, iuxta vero ſcd̃m modũ cor
pus Chri fuit ĩcorruptũ, qd̃ ĩ ſpiritu ꝓuidẽs Dauid Pſalm. 15.
dixit nõ dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ &c.

Nona concl. Corpus Chri ſuis naturalibus dere
lictũ potuit in elementa reſolui, ſi ꝑ reſũptionẽ aĩæ
C non fuiſſet reſuſcitatũ, elicit, hæc ex D. Th. loco ſu- Quæſt. 50.
perius citato, & rõ eſt, qa oẽ compoſitũ ex elemen-
tis eſt reſolubile in elementa, maxime ſi ſuis natura
libus fuerit derelictũ, ſed corpus Chri vere fuit cõ-
poſitũ ex elemẽtis, ſicut corpora cęterorũ hoium:
igiẽ concluſio vera. Vbi nota, ꝙ hæc cõcluſio eſt D.
Aug. lib. 19. de Ciuitate Dei, aſſerentis, ꝙ ſi corpus Cap. 52.
humanũ naturali curſui relinquatẽ tãdiu quodãmo
do trãſmutaẽ, donec cõueniat elementis, qñ quidẽ
Chriſtus Dñs habuit corpus humanũ vniuoce cũ
cæteris hoibus, modo cæteri hoĩes habent corpus
incinerabile, & reſolubile in elementa, ſi diu manet
ſeperatum anima: idcirco ita etiam eſſet de Chriſti
D corpore, ſi ſuis viribus relinqueretur, &c.

Decima cõcl. Corpus Chri nunq̃ fuiſſet incinera
tũ ſuppoſito, ꝙ deitati mãſerit ſemꝑ vnitũ, dato ẽt
ꝙ ꝑ reſurrectionẽ nunq̃ fuiſſet aĩæ ſuæ reunitũ: &
rõ eſt, qa agẽs nõ valẽs attingere quacũq; ſua actio
ne actualẽ ſubſiſtentiã alicuius corporis hoc nullo
modo põt ipſũ corrũpere ſeu incinerare, ſed nullũ
agẽs naturale p̃t attingere eſſe ſubſiſtẽtiæ corporis
Chri vniti deitati ꝑ aſſũptionẽ verbi, qa illud eſſe
eſt ꝑſonæ diuinæ, vt ſuperius oſtẽdimus: igiẽ cõclu
ſio vera. Circa q̃ nota, ꝙ merito potuiſſet dubitare
aliqs aduerſus iſtã cõcluſionẽ dicẽs ſtante veritate
huius cõcluſionis ſequiẽ, ꝙ Chr̃s a nullo agẽte vio
E lẽto occidi potuit, cõſequẽtia patet, qa nullũ agẽs
violẽtũ quacũq; actione ſua potuit ĩ ſubſtãtiã Chri,
qñ qdẽ exiſtẽtia Chri erat exiſtẽtia verbi Dei, & qd̃
agẽs eſt illud, qd̃ poterit lędere, & occidere exiſtẽtiã
Diuini verbi? Niſi dicamus ad hoc, ꝙ & ſi Chr̃s occi
di potuit a Iudæis hoc fuit ex diſpẽſatione diuinæ
volũtatis, qa ꝓſuppoſita ꝑſonali vnione ſui cũ ver-
bo, & ꝑ cõſequẽs fruitiõne ipſe nõ fuiſſet immorta
lis, q̃ qcũq; alius hõ beatus reſũpto ſuo corpore, ni
ſi interueniſſet ſingularis diſpẽſatio diuinę volũta
tis, vñ ad oſtẽdẽdã huiuſcemodi diſpẽſationẽ na-
turam corporalẽ in ſua fortitudine cõſeruauit, vt
ẽt in extremis poſitus voce magna clamaret, qd̃ in

teralia miracula mortis eius computatur, vnde A
Cap. 15. scribitur Marci videns autem centurio, qui ex ad-
uerso stabat, quia sic clamãs expirasset ait vere hic
homo filius Dei erat, &c. de hac re lege Petrum de
Distin. 21. Palude, & Thomam de Argentina, & D. Th. 3. p. vbi
Quæst. 47. exponit illa verba Saluatoris Ioannis, nemo tollit
Ar. 1. animã meam a me, sed ego pono eam, & dicit esse
Cap. 10. intelligẽda me, i. inuito, quod. n. aliquis ab inuito
aufert, qui resistere nõ põt, illud ꝓprie tolli dicitur.

DISTINCTIO XXII.

Agitur in præsenti dist. de his, quæ pertinent
ad mortem Christi, & pro solutione ipsorũ B
ponitur prima cõclusio talis: Christus in tri-
duo mortis simpliciter, & absolute loquendo non
fuit homo, hãc probat S. Th. 3. p. quia homo simpli
citer, & absolute ille dr̃, qui hẽt aiam vnitã corpori
Quæst. 50. tanquã perficientẽ; sed Christus Dñs in triduo suę
Ar. 4. mortis non habuit aiam vnitam corpori tanquam
formam perficientẽ; igitur, &c. Circa hãc cõclusio-
nẽ obseruãdũ est multas fuisse sñias Theologorũ,
quarum prima est magistri in præsenti loco asserẽ
tis, q̃ ista ꝓpositiõ est vera, Christus in triduo mor
tis est homo, quia hẽbat aiam, & corpus licet diuisa
p.p. cap. 1. ẽim, secunda sñia fuit Vgonis, lib. de Sacramentis,
hic q. dixit homo est aia rõnalis, & quia habebat C
aiam rationalẽ, ideo hæc fuit vera in triduo Chri
stus est homo, hanc opinionẽ est sequutus est Ioan
nes Vuiclephus alludens ad doctrinã Platonis, di-
centis hoĩem esse animã corpore vtentẽ; tertia fuit
sñia Alberti Magni dicentis, q̃ Christus Dñs in tri-
duo fuit homo, quia materia non est intrinseca rõ-
ne quidditatis, sed sola forma, ita, q̃ forma dicit
totũ esse qdditatiuũ, & sic ẽt aia intellectiua dicit
totam quidditatẽ hominis; quarta est sententia Au
reoli dicẽtis, q̃ hæc fuit vera, Christus est homo ex
natura terminorũ, & propositionis, loquendo logi
caliter nõ Physice Nominales, vt est Occhã, & Bru
lifer tenẽt, q̃ sicut ista est verá sorte nõ existente sor D
tes est homo, ita & ista Christo non existente Chri
stus est homo ad quod videt Scotus, q̃ non est par
rõ, q̃ quia Christus importat duplicẽ conceptũ cũ sit
Deus, & homo, Cęsar, seu fortes est homo impor-
tat simplicẽ conceptũ ꝓpterea prima est negãda
secũda est affirmanda, sed relictis huiusmodi so-
phisticis importunitatibus sequenda est cõclusio
præposita, quæ est D. Cirilli, & habetur in concilio
Cap. 12. Ephes. primo, vbi dicitur, siquis nõ cõfitetur Dei
verbum passum carne, & Crucifixũ carne, & q̃ mor
tem gustauit carne anathema sit, si ergo Christus
Dñs in triduo fuit vere mortuus, nõ est simpliciter,
& absolute dicendum, q̃ Christus in triduo est hõ. E
Secũda conclusio. Hęc propositio est cocedẽda
Quæst. 50. Christus Dñs in triduo fuit homo mortuus, ꝓbat
hãc S. Th. vbi supra, quia sicut vnio naturæ diuinæ,
& humanæ facit Deum esse hominem, ita vnio ani
mæ ad carnẽ facit hominẽ animatũ, & viuũ, igitur
cessãte vnione animæ ad carnẽ cessat esse animatũ
& viuum, & animal, & sic ẽt necessario cessat esse hõ
sed in triduo cessauit vnio animæ, & carnis Christi:
igitur cessauit vita, & sic remãsit hõ mortuus, & ex
consequenti cõclusio, est vera. Vbi nota, q̃ Christũ
vere fuisse mortuũ est articulus fidei, vñ asserere, ẽ
illud p qđ tollitur veritas mortis Christi, est error
cõtra fidẽ, & iõ qui ponit Christũ, in triduo esse ho
minẽ mortuũ loquitur secundũ fidẽ, catholicam,
quia hæc dictio mortuus, est conditio diminuens,
sicut cum dr̃ homo pictus, aut lapideus, & iõ vere
loquitur, qui aũt dicit absolute, & simpliciter Chri
stũ in triduo esse hominẽ loquitur contra fidẽ, &
non vere, quia vr̃ negare mortẽ Christi, neq; ex hoc
dñr heretici magister sentẽtiarũ, & Vgo de S. Victo
re, & Albertus, & Aureolus, quia dixerũt Christũ in
triduo esse hominẽ, quia protulerũt verba, sed nõ
habuerunt sensum erroris in fide, &c.

Tertia conclu. Christus Dñs veraciter descẽdit
ad inferos, hãc ꝓbat S. Th. 3. p. quia ille, qui veraci-
ter venerat saluare genus humanũ veraciter ẽt de-
bebat ostẽdere suã potestatẽ contra suũ inimicũ,
sed Christus Dñs veraciter saluauit humanũ genus
igitur veraciter debebat descendere in infernũ ad
ostendendũ suã ptãtẽ eripiẽdo illos, qui detinebã
tur i illis locis, quoad aliquẽ illorũ locorũ, & vt oẽs
flecterẽt genu in eius noie &c. Circa istã conclusio
nẽ nota, q̃ ponitur contra Dur. hic & cõtra Picum Distin. 22.
Mirandulanũ, hi. n. voluerunt, q̃ aia Christi nõ rea-
liter, & ꝑsonaliter secundũ suã substantiã, descẽdit
ad iferos, sed solũ secũdũ effectũ suę virtutis, quip-
pe, qui effectus fuit duplex alter fuit exhibitio visio
nis diuinæ, qua carebãt Sancti patres existentes in
limbo, alter, fuit illuminatio quædã per modũ agẽ
tis, de quibusdã misterijs, quæ docuit Sanctos An-
gelos, & sic formosi aias patrũ existentiũ in limbo, &
tũc huius duplicis effectus aia Christi dr̃, q̃ descẽ
dit ad inferos, & nõ realiter, dicebat Mirãdulanus
in quadã sua cõclusione Apologetica: quę quidẽ
sñia stare nõ põt, quia aperte habetur ex symbolo
Apostolorũ, q̃ Christus descẽdit ad inferos; & cũ
hæc veritas cõstituat inter alias de morte, & resur-
rectione Christ. facile, & vere itelligit, q̃ sicut Chri
stus vere mortuus est, & resurrexit, sic sane vere de-
scẽdit ad inferos, vñ in cõcilio Lateranẽsi sub Inn.
III. vt refert in c. firmiter, de suma Trinitate, & fide
catholica, hæc veritas sic declarata est, descẽdit ad
inferos resurrexit a mortuis, ascẽdit in cęlũ; sed de
scẽdit in aia, resurrexit i corpore, ascẽditq; pariter
in vtroq;, vbi cõcilium ait, qđ descẽdit in aia, & resur
rexit in corpore, s. veraciter, & nõ solũ i effectu, igit
sic ẽt descẽdit ad inferos, s. realiter, & veraciter, hãc
veritatẽ tuet Chrys. in Homelijs paschalibus, & D.
Hierony. exponens illa verba, tu es, qui venturus
es, an alium expectamus, ideo sequenda, &c.

Quarta cõclu. Tanto tpe aia Christi fuit in infer Quæst. 52.
no quãto tpe eius corpus fuit in sepulcro: probat Ar 4.
hãc S. Th. 3. p. quia tãdiu durauit pęnalitas aiæ quã
diu durauit pęnalitas corporis, sed pęnalitas cor-
poris fuit terminata in resurrectione, igit, & pęnali
tas aię: sic tãto tpe aia Christi stetit in inferno quã
to tpe stetit corpus in sepulchro. Vbi nota, q̃ sicut
Christus voluit suscipere volũtarie nr̃as pęnas, ita
voluit corpus suũ i sepulchro poni, & aiam suã de
scẽdere ad ifernũ, corpus ẽt eius mãsit i sepulchro
per diẽ integrũ, & duas noctes ad cõprobãdũ veri
tatẽ mortis suæ, vñ ẽt tantundẽ credendũ est aiam
eius fuisse in inferno, vt simul anima eius educe-
retur de inferno, & corpus de sepulchro, &c.

Quinta conclusio. Anima Christi post mortem Quæst. 52.
nullam passa est tristitiam aut pœnã, elicitur ex
S. Th. vbi supra, & rõ est quia anima perfecte beata

nullam pęnam aut tristitiam pati potest, sed anima Christi post mortē fuit perfecte beata: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc ponitur contra aliquos Thomistas volentes animā Christi post mortem passam fuisse, aliquam pœnam quæ terminata Actuū, c. 2. fuit in resurrectione, propterea dixit Petrus Apostolus quem Deus suscitauit à mortuis solutis inferni doloribus, quibus verbis volūt aliqui animā Christi etiam dolores inferni passam fuisse, & decepti sunt, quia isti dolores erant pœnæ nostri peccati, vt puta, quòd anima Christi erat separata à corpore per mortem, & quòd esset in inferno, tāquàm in loco vniuersali, & abiecto longe existēti à patria beatorum, & quod corpus iacebat ex anime in sepulcro, & ideo non dolores, sed potius pœnalitates intrinsece afficientes Christum dici debent, & non extrinsece, sic ergo intelligēda sunt verba Apostoli Petri solutis inferni doloribus, de qua re lege Caietanum in 3. par. S. Tho.

Sexta conclusio. Christus Dñs in triduo mortis q. 52. art. 3. suæ fuit totus in inferno: probat hanc S. Thom. vbi supra, quia vbicunque est tota persona Christi ibi est totus Christus, sed in triduo mortis tota persona Christi fuit in inferno: ergo conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Dur. volentem hanc propositionē nō posse verificari nisi Distin. 22. figuratiue per synecdochē accipiendo partem pro toto, quia Christus secūdū Diuinitatem est vbiq;, secundum humanitatem quando viuebat fuit in determinato loco, in triduo mortis fuit in sepulcro, secundum vero animam fuit in inferno, & non Cap. 1. vidit iste vir quomodo loquutus est contra Augu. in libro de Symbolo vbi dicit totus Filius apud Patrē, totus in cœlo, totus in terra, totus in vtero Virginis totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso, quo Latronem introduxit, & hæc est sentētia omnium Doctorum, nec sustineri potest glosula, quam tradit Duran. quòd ipsi sancti doctores non obseruauerunt proprium modum loquēdi in hac materia, quia hoc est voluntariæ, & non ratione aliqua dictum. &c.

Septima concl. Christus Domus descendens ad inferos nullum damnatum liberauit: hanc probat Quæst. 52. S. Doctor vbi supra, quia illis solis contulit fructum suæ passionis in descēsu ad inferos, qui erāt sibi cōiuncti per fidem, & charitatē, sed damnati non erāt sibi coniuncti per fidem, & charitatem: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur Cap. 9. contra Orig. in lib. Periarchon, vbi voluit etiā damnatos aliquando liberari saltem in die iudicij, quæ opinio est hæretica cum expresse aduersetur dictis Cap. 25. Christi apud Matth. Ite maledicti in ignē ęternū, qui paratus est diabolo &c. vnde damnatos Christus Dominus in suo descensu ad inferos visitauit ad eorum confutationem, & confusionem &c.

Octaua conclusio. Christus Dominus in descensu suo ad inferos, nullum puerorum, qui cum originali peccato decesserant illos liberauit: probat istam S. Doctor, quia illos tātum liberauit, qui admitten di erant ad gloriam diuinæ visionis, isti autem erāt Cap. 6 solummodo existentes in gratia, iuxta illud Rom. gratia Dei vita æterna, vnde pueri cū originali peccato decedentes gratiam non habuerunt, sequitur, nullum eorum liberatum fuisse à loco in quo detinebantur &c. Vbi consideranda est opinio Gulielmi Altisiodorensis lib. 4. suarum sententiarum, qui arbitratur multos mortuos fuisse resuscitatos ab Cap. 6. Apostolis, & à Christo inter quos facile poterit esse aliquis, ex illis pueris qui erant in limbo, vt erat forsitan filius viduæ ciuitatis Naim quem suscitauit Iesus, & etiam Traianus, qui erat inter damnatos: de hoc negocio longissimè disputat Abulensis super quartum librum Regum: nihilominus cōclu Cap. 4. siones nostræ intelligēdæ sunt regulariter, & secundum legem ordinariam non de potentia Dei absoluta, & ex priuilegio, vt fuit de Traiano, qui precibus B. Greg. fuit in vitā reuocatus ab inferno &c.

A

Nona conclusio. Christus Dominus in descensu suo ad inferos illos tantum liberauit à purgatorio qui sufficienter purgati erant à pœnis pro quibus ibi erant detenti: probat hanc S. Th. vbi supra, quia Quæst. 52. illos tantum Christus Dominus liberauit à purgatorio, qui de rigore iustitiæ liberandi erant, sed nō omnes erāt huiusmodi, quia multi ex debito proprio tenebātur luere pęnas illius ignis purgatorij: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod sunt duæ opiniones extremæ, altera est quā sustinet Diuus Bonauentura Cardinalis, & Ocham quem sequuntur Gabriel, & Thomas de Argentina, & San- Distin. 22. ctus Vincētius in sermonibus suis, hi omnes tenēt pie credendum esse, quòd Christus Dominus descendendo ad inferos sua liberatiua virtute liberauit omnes existentes in purgatorio, quia sacramentum Baptismi liberauit baptizatum à culpa & à pœna, à fortiori liberat passio Christi: quod patet ēt quia in aduentu nouo summi Principis, puta Imperatoris omnes captiui misericorditer liberantur, qui non sunt rei mortis, à fortiori Christus Dominus omnes captiuos suos amicos misericorditer liberauit: altera est opinio D. Tho. posita in conclusione, quòd illi in purgatorio existentes tunc tales quales sunt illi, qui nunc ibi detinētur non fuerunt per descensum Christi liberati, illi vero in purgatorio existentes, tales tunc quales sunt, qui nunc liberantur, fuerunt per Christi descēsum liberati, quia passio Christi nō habet transitoriam, sed sempiternam virtutem, ex consequenti non habuit tunc maiorem efficaciam, quam nunc, vide hanc rem apud Caiet. in 3. par. S. Thom. Quæst. 50.

B C D

Decima conclusio. Infernus est quatruplex: elicitur ex D. Th. hæc vbi supra, & declaratur sic, quia totuplex est infernus quotuplex est genus pœnarū, sed quatruplex est genus pœnarum: igitur conclusio vera: probatur minor, quia aut est pœna damni & sensus temporalis, & hæc cōstituit purgatorium in quo detinentur illi, qui decesserunt in gratia debitores alicuius pœnæ eo, quòd in præsenti vita nō satisfecerunt plene de culpis commissis, aut est pœna damni tantum, sed perpetua, & hæc constituit limbum puerorum in quo detinentur illi, qui decesserunt cum solo peccato originali, aut est pœna damni temporalis, & hæc constituit limbum Patrum, qui prohibebantur ante passionem Christi à visione Dei, eo quod non erat satisfactum pro peccato totius naturæ, quamuis hi non erant obnoxij alicui pœnæ, & omnia hæc loca, communiter apud Doctores vocantur infernus, de qua re lege Petrum de Aliaco, & Petrum de Tarantasia, & Carthusianum. Distin. 20.

E

DISTIN-

DISTINCTIO XXIII.

SVperius determinauit Magister de mysterio
Verbi incarnati, hic incipit declarare virtutes,
& dona quibus Christus Dominus plenus fuit,
& sibi coniunctos repleuit, & pro explicatione huius
rei ponitur prima conclusio talis: Habitus sunt ho-
q.49. art.4. mini necessarij: ponit hanc conclusionem D. Tho.
prima secundæ, & ratio est, quia perfectio est maxi-
me necessaria rei cum habeat rationē finis, sed ha-
Tex.22. bitus sunt perfectiones quædam vt habetur 7. Phy.
igitur conclusio vera. Vbi nota, quod habitus est
triplex alius qui dicitur vnum ex prædicamentis,
alius vero est habitus qui facit vnum ex post prædi- B
camentis, alius autem qui est determinata species
Tex.13. qualitatis de quo habitu dixit Arist. 7. Phys. quòd
est dispositio perfecti ad optimum. i. perfecti subie
cti, & perfectæ naturæ ad optimam operationem,
Tex.25. & 5. Metaph. voluit q habitus est dispositio qua be
ne, vel male, disponitur in ordine ad alios, vel ad
Cap.5. nos, & 2. Ethic. dixit, q potentia est qua possumus,
Commē.5. habitus vero quo bene, vel male possumus. Auer. 3.
de anima dixit, q habitus est quo quis agit cum vo
Cap.21. luerit, & Aug. in libro de bono coniugali quasi idē
expressit dicēs habitus est quo quis agit cum opus
fuerit. Alij vero dicūt, quòd habitus bonus est quo
bene afficimur, habitus malus est quo male affici- C
mur: & si variæ definitiones dantur, quomodocūq;
autem diffiniatur, semper est verum dicere, quod
habitus sunt perfectiones ex consequenti nobis ne
cessarij, quod quidem dicitur contra multos anti-
quos philosophos habitus ipsos negantes.

Secūda concl. Habitus est principium productiuum ipsius actus: hanc ponit S. Tho. prima secūdæ,
q.49. art.3. cuius ratio est, quia habitus ponitur in ipsa poten-
tia, sed potentia est principium agendi in aliud, vt
Tex.19. scribit Arist. 5. Metaph. igitur vera cōclusio. Vbi no
Dis.17.q.2. ta, quòd hæc ponitur contra Scotū volentem 1. sen.
quod habitus nullam habet rationē principij acti-
ui, quia potētia antequàm habeat habitum potest D
producere bonam, vel malam operationem: ergo
operatio tribuenda est potentiæ, & non habitui, &
loquor ait Scotus de habitu acquisito quicquid
sit de habitu infuso, & errat valde ipse Scotus in
Cap.5. hoc, quia Arist. 6. Ethic. docet artem esse habitum
factiuum in genere causæ effectiuæ, immo ex com-
muni consensu omnium hominum patet homines
vtēdo suis artibus esse causas operum adeo, quòd
carentes artibus carent facultate operandi, licet ha
beant potētiam et principium primum operandi,
sed non proximum, quia tale est ipse habitus.

Tertia concl. Habitus facit ad intēsionem actus:
hanc probat S. Tho. vbi supra, quia potētia perfecta E
per habitum causat intensiorem operationē, quàm
illa quæ est sine habitu, vt patet de intellectu philo-
sophi, qui est perfectus per habitus scientificos qui
celerius, & intensius operatur quàm intellectus ali-
cuius rustici: igitur habitus facit ad intensionem
habitus. Vbi nota, quod hæc cōclusio ponitur con
Distin.23. tra Dur. qui vult in præsenti loco, quòd habitus ac-
quesitus non facit per se ad intēsionē actus, & exem
plificat de scientia, & opinione, & fide acquisita, &
allucinatus est existimans habitū, & potentiam esse
veluti duas causas partiales, vel subordinatas, vel
tanquàm gradum remissum, & gradum intensum,

A & tamen non est ita, quia potentia, & habitus non
sunt duo agentia, sed vnum quod melius, & perfe-
ctius operatur, quàm ante, sicut homo cū est ado-
lescens potest generare, sed imperfecte, factus autē
vir, generat perfecte, & manus scribentis potest scri
bere, sed melius, & perfectius cū arte scribendi &c.
vnde negare hoc est negare sensum. ideo sequenda
est conclusio D. Thom.

Quarta concl. est omni habitui competit secun-
dum rationem habitus aliquo modo habere ordi-
nem ad actum, quod idem est dicere quod facit ad
determinationem actus. probat hanc S. Tho. vbi su Cap.5.
pra, quia vt ait Arist. 2. Ethic. potentia est, qua pos-
B sumus, habitus vero quo bene, vel male possumus,
sed bonum vel malum sunt determinationes actus
moralis: igitur habitus facit ad determinationem
actus in esse moris, & sic etiam omni habitui con-
uenit secundum rationem habitus habere aliquo
modo ordinem ad actum. Circa hanc conclusionē
nota, quòd est vna opinio quæ dicit, quòd aliter lo
quendum est de habitibus infusis, & aliter de habi
tibus acquisitis, nam habitus acquisiti nō sunt cau
sæ substantiæ actus, sed sunt causæ expeditionis in
actu, habitus autem infusi sunt totales causæ, tam
substantiæ actus, quàm etiam expeditionis in actu
morali, & hāc opinionem tuetur Henricus in Quo- Quolib.4.
C lib. secūda est opinio, quòd habitus est causa inten q.10.
sionis in actu, & potentia est causa substantiæ actus
ita quod duobus in effectu puta substātiæ, & inten
sioni correspondent duo in causa puta potentia &
actus, & hāc opinionem habet Godfredus in Quo- Quol.9.
lib. tertia est opinio, quæ dicit, quòd habitus nullā quæst.4.
actionem vel actiuitatem habet respectu actus, sed
tantummodo habet inclinare potentiam, vt eliciat
actum, & quòd habitus nō habet talem actiuitatē,
& hāc opinionem sustinere videtur Antonius An- Dis.17.q.2
drea primo senten. vbi dicit, quòd habitus non est
causa actus, sed tantummodo disponit potentiam,
qua recipitur ad facilius, & perfectius agendum.
D Quarta est opinio quam reprobauimus supra, hæc
enim dicit, quòd habitus est causa partialis respe-
ctu actus perfecti, ita quòd potētia, & habitus sunt
duæ causæ partiales integrantes vnam totalem, &
hanc opinionem docuit Petrus de Aquila cogno-
mēto Scotellus minorita, sed his omnibus reiectis
conclusio nostra est sequenda.

Quinta opinio habet rationem veri habitus: eli
citur hæc ex S. Tho. vbi supra, & ratio est, quia illud Quæst. 49.
cui competit definitio habitus est vere habitus, sed
opinioni conuenit definitio habitus: præsertim il-
la quam tradidit Auerr. 3. de anima, quòd habitus Cōmen. 5.
est quo quis agit cum voluerit: igitur &c. Vbi no-
E ta, quòd hæc conclusio ponitur contra Dominicū
de Soto doctorem Hispanum, qui in expositione Soto.
quam habet in prædicamento qualitatis, negat opi
nionem esse verum habitum, & allucinatus est val-
de in hoc, cum dicat Arist. 6. Topic. quòd opinio Cap.4.
ex vsu, & consuetudine firmitatem acquirit: ex con
sequenti habebit rationem habitus veri, sicut habi
tus vitiosus ex vsu roboratus, & firmatus &c.

Sexta conclu. In appetitu sensitiuo constituendi
sunt veri habitus: hanc ponit S. Thom. prima secun- Quæst.50.
dæ, cuius ratio est, quia potentia indifferens ad be
ne, & male operandum indiget habitu, qui ipsam
determinat ad studiosas operationes, sed appetitus
sensi-

sensitiuus, est indifferens ad obediendum rationi: A ergo indiget habitu per quem determinetur, vt rectè imperio rationis obtemperet. Circa hanc conclusioné nota, quòd sunt diuersæ opiniones inter Thomistas Scotistas. & Ochanistas. Thomistæ omnes tenent partem affirmatiuam, vt patet in conclusione pposita. Scotistę inter quos est Petrus de Aquila (Distin. 33.) cognomento Scotellus distinguũt, quòd aliud est loqui de virtutibus moralibus qui sunt propriè habitus, & aliud est loqui de eo, quod generatur ex his, primi habitus sunt tãtum in parte rationali, id verò quod generatur dicitur quidam habitus inclinatiuus ad ea quæ sunt cõsona rectę rationi, & talis potest poni in parte sensitiua. (Distin. 23.) Gabriel abbreuiator B ipsius Ocham in hoc libro absolute negat nostram conclusionem, sed amplectenda est sententia S. Tho. quæ est conformis omnibus philosophis, & veris theologis asserentibus appetitum sensitiuum esse capacem grauissimarum vitiorum: igitur & virtutum & habituum. de qua re lege D. Bonauenturam (Distin. 34.) Duran. Riccardum. & Ioãnem Bachon. in hoc lib.

Septima concl. Habitus primorum principiorũ est lumen à natura inditum ab intellectu distinctũ: elicitur hæc ex D. Th. par. 2. (q. 51. art. 1.) & ratio est, quia homo ex natura ipsa habet vt cognoscat prima principia; postquam enim cognouit quid sit totum, & quid sit pars, statim ergo scit quod omne totum est ma C ius sua parte, & hoc est vnum ex primis principijs, ergo &c. Circa istam conclusionem nota, quòd circumferuntur diuersę sententię Doctorum, nam aliqui dicũt, quòd habitus primorum principiorum, nihil aliud est quam species dispositę, & rectè constitutę, quibus rectè dispositis intellectus per seipsum absque aliquo habitu intermedio assentitur primis principijs; secunda est opinio quorundam dicẽtium, quòd habitus primorum principiorum non est qualitas addita intellectui, sed est ipsemet intellectus suapte natura ad assensum primorum principiorum satis inclinatus. tertia est opinio quã sequi videtur Caiet. in partem secundam S. Thom. (q. 51. art. 1.) D quòd habitus iste est qualitas ab intellectu distincta, & superaddita, sed nõ connata nostro intellectui, sed actibus nostris producta: rei tamen veritas est quam posuimus in conclusione, quòd habitus est, lumen illud quod quidem est qualitas addita intellectui non acquisita, sed a natura indita, & nobiscum nata, & non est neque intellectus agẽs, neq; intellectus possibilis, sed lumen illud quod est veluti seminarium omnium sciẽtiarum, & sicuti in intellectu practico est quidam habitus à natura insitus qui dicitur synderesis quo assentitur principijs practicis, ita etiam in intellectu speculatiuo est huiusmodi habitus, de qua re lege dilucidationes no- (Dilucid. 1.) E stras in secundo Metaph.

Octaua conclu. Virtutes humanæ sunt habitus: probat hanc S. Tho. prima secũdæ, (q. 53. art. 1.) sic quia id quod perfectè determinat potẽtiam rationalem ad perfectionem suam, & ad bonum actum suum est habitus, sed virtus humana est huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hic sunt tres opiniones prima est Scoti qui videtur dicere virtutem esse relationem, & non habitum, (Distin. 23.) secunda est Aureoli asserentis virtutem esse ens per accidens, quia constituitur ex diuersis prędicamentis. tertia est opinio S. Tho. asserẽtis virtutem esse habitum, qui habitus A non est purè absolutum, nec purè respectiuum, sed absolutum cum respectu, vnde est relatiuum secundum dici, vt sciẽtia quæ primo dicit absolutum secundario dicit respectum, &c.

Nona concl. Habitus non augetur per additionem: probat hanc S. Tho. (q. 52. art. 2.) quia animal non est perfectè sanum aut pulcrum, nisi secũdum omnes partes sit tale: ergo &c. Vbi nota, quòd cõclusio intelligitur de habitu corporali, puta de sanitate, & pulcritudine, hic non augetur per additionem, licet aliquis alios habitus sic augeatur, vt est sciẽtia quã aliquis dicitur magis habere modo quã prius, quia plures conclusiones scit modo quàm antea.

Decima cõcl. Habitus ex parte subiecti augetur B per maiorem radicationem in eo: probat hãc Sanctus Thomas, vbi supra, (Quæst. 52.) quia illud quod augetur in animis nostris ex assidua exercitatione dicitur augeri per maiorem radicationem in eis, sed habitus sunt huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi obseruandum est, quòd sunt tres opiniones, circa hanc conclusionem. prima est Scoti primo senten. (Distin. 17.) volentis augumentum fieri per aduentum nouæ qualitatis corrupta priori minus intensa: secunda est opinio Petri de Candia ibidem volentis augumentum fieri per additionem formæ ad formam præcedentem, & per additionem gradus ad gradũ C ita quòd si sit aliqua forma accidentalis, vt calor in aqua intenditur per hoc, quòd alia forma vel alius calor inducitur qui cum calore prius existente in eadem parte subiecti, & remissio fit opposito modo. tertia est opinio S. Tho. posita in conclusione, quod habitus augetur ex hoc quòd magis radicatur in subiecto, & magis ab eo participatur, licet habitus scientificus dicatur augeri intensiue, quãdo magis perficitur, & confirmatur circa eandem conclusionem, & extensiue quando ad plures conclusiones se extendit, nõ autẽ, quòd fit additio scientiæ ad scientiam, de qua re lege Caiet. in partem secundam Sancti Thomæ.

D

DISTINCTIO XXIII.

Agitur in præsenti distin. de fide de qua ponitur prima conclusio talis: Fides formata est virtus: probat hanc S. Tho. 2. 2. (q. 4. art. 5.) quia per virtutes homo iustificatur, vnde Arist. 5. Ethic. dixit quòd iustitia est tota virtus, sed per fidem formatam homo iustificatur, vt scribitur ad Rom. (Cap. 5.) Iustificati ergo ex fide pacem habemus &c. Ergo fides est virtus. Vbi nota quòd hæc cõclusio ponitur cõtra Dur. in hoc lib. (Dis. 23. q. 6.) in quo tenet fidem quãtumcunque formatam charitate nõ esse virtutem pro- E priè loquendo de virtute prout virtus dicitur habitus ponens potentiam in vltimo perfectionis debitę suo actui, sic enim virtus est vltimum de potentia. & deceptus est valde, quia si infidelitas ab omnibus prædicatur, & dicitur vitium, & maximum vitium. igitur per oppositum fides debet esse virtus præsertim cum sciamus præcepta non dari nisi de virtutibus, & Apostolus ad Hebr. (Cap. 11.) dat præceptũ de actu fidei dicens accedentem ad Deum oportet credere, quia est. igitur sequenda est opinio S. Tho. quòd fides sit virtus &c.

Secunda conclu. Actus fidei formatæ actualiter à charitate non potest esse peccatum, nec veniale quidem

quidem ex aliquo fine: elicitur hæc ex D. Tho. vbi supra, & ratio est, quia ille actus non potest esse peccatũ, qui actualiter est relatus in vltimum finẽ, sed actus fidei formatæ est actualiter relatus in Deum tanquam in vltimum finem: igitur non potest esse peccatum, sed erit simpliciter bonus. Circa quam conclusionem nota, quòd est triplex opinio: vna dicit, quòd fides siue informis, siue formata potest elicere talem actum, qui ab extrinseco potest esse malus, vt si aliquis catholicus confiteretur fidẽ coram aliquibus propter vanam gloriam, secunda opinio tenet totum oppositum, quòd fides neque informis, neque formata elicere potest aliquem actũ qui ab extrinseco possit esse malus, tertia est sententia media, quæ dicit quòd fides ex natura sua sibi vendicat vt non possit cõcurrere ad actum malum, nisi impediatur à volũtatis malitia, & hæc est
q.5.art 2. opinio Caiet. & sequenda: vnde neque actus fidei formatæ, neq; actus fidei informis potest esse malus per se loquendo, sed semper erit bonus. & illa confessio fidei per vanam gloriam non est actus fi-
q.4 art.5. dei infusæ, sed acquisitæ, lege Dominicum Bannes in secundam secundæ S. Tho.

Tertia concl. Fides informis nõ est vera virtus: probat hanc S. Tho. vbi supra, quia illa non est vera virtus quæ nõ habet debitam perfectionem ex parte volũtatis, sed fides informis est huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd opinio Durandi est temeraria, quia dicit quòd fides formata nõ habet maiorẽ rationem virtutis quàm fides informis, quãdoquidem fides formata habet perfectionẽ ex parte intellectus, quia infallibiliter adhæret vero, & habet perfectionẽ ex parte voluntatis, quia infallibiliter ordinatur in bonum, tanquàm in finem, ideo est perfecta virtus, fides autẽ informis, & si habeat debitam perfectionem ex parte intellectus non tamen habet debitã perfectionem ex parte voluntatis, sicut etiam si temperãtia esset in concupiscibili, & prudentia non esset in rationali, temperantia non esset virtus, quia ad actum temperantiæ requiritur actus rationis, & actus concupiscentiæ, sic ad actum fidei requiritur actus intellectus,
Distin. 24. & actus voluntatis, de qua re lege D. Bona. & Riccard. & Tarant.

Quarta concl. Fides formata, & informis infun-
q.6. art. 1. ditur homini à Deo: probat hanc S. Tho. vbi supra, quia ille habitus infunditur homini à Deo per cuius actum homo eleuatur supra naturam suam, sed fides tam formata quàm informis est huiusmodi: igitur conclu. vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Scotum, & Aureolum dicentes præter fidem acquisitam nõ esse necessariam aliam in-
Cap. 10. fusam, quia Apostolus ait ad Rom. fides est ex auditu, sed talis fides habita ex auditu est fides acquisita non infusa: ergo talis est necessaria, quia habitus est necessarius propter actum, actus aũt fidei est credere, modo æqualiter ego possum credere per fidem acquisitam, sicuti & per fidem infusam sicut patet de homine, qui nunquàm vidit Romam, & tamẽ credit Romam esse ex auditu, sed isti Doctores in hoc non bene dicunt, quia fides acquisita, & fides infusa sunt alterius rationis, immo differunt specie, quia actus fidei infusæ est credere diuinæ veritati propter se cui non subest aliquod falsum actus autem fidei acquisitæ est credere diuinæ ve-

A ritati propter signũ aliquod, & etiam tali fidei potest etiam aliquod falsum subesse: hinc sequẽda est conclusio nostra de qua legatur Thomas de Argẽ. Dist. 23.

Quinta cõcl. Necesse est ponere aliquos habitus infusos in homine Christiano: hanc probat S. Tho. q.51. art. 1. par. 2. quia homo Christianus disponitur ad finem excedentem facultatem humanæ naturæ, s. beatitudinem: igitur à Deo infundi debet habitus aliquis qui sit proportionatus tali fini. Vbi nota, quòd circa istam conclusionem sunt diuersæ sententiæ Theologorum, nam Petrus Tartaretus dicit non Dist. 23. q. 2. esse ponendum habitum fidei infusum in homine Christiano propter firmitatem assensus, neque B propter certitudinem, & si ponatur hoc est vt perficiat animam propter actum primũ. Gabriel de men- Distin. 23. te sui Magistri Ocham ait, quòd respectu illorum quorum est fides infusa, respectu eorundem poterit esse fides acquisita, quia si fide acquisita possũ credere historiographis gentilibus quanto magis veracibus Christianis vita probatissima: & quod isti dicunt de habitu fidei infusæ, idem dicunt de alijs habitibus: hanc sententiam videtur quoque sequi Dominus Marsilius, tamẽ Diuus Tho. arbitratur esse temerariũ negare habitus infusos, licet nõ sit hæresis, vel error expressus in fide negare hos habitus in nobis, vt qualitates permanentes animę su-C peradditas, quia si quis dicat diuinũ auxilium supernaturale Dei cum quadam relatione animæ ad Deum vt finem supernaturalem ordinate sufficere ad verificanda scripturæ testimonia, & decreta conciliorum, non poterit conuinci erroris contra fidẽ expresse, & si plurima sint vt Cõcilium Arausicanũ, & Viennense, & demum Concilium Tridentinum, Sess. 6. vt patet de iustificatione quam vult fieri per iustitiam homini, inhærentem de qua re legatur Medi- Quæst. 51. na in primam secundam S. Tho. & Caietanus.

Sexta concl. Necesse est, quòd ad actum charitatis in nobis existat aliqua habitualis forma superaddita potentiæ naturali: hanc probat S. Tho. 2. 2. q. 23. art. 2. D quia nulla potẽtia potest prompte, & delectabiliter operari nisi habeat aliquam formam sibi inhærentem per quã operetur, sed voluntas Christiani producens actum charitatis prompte, & delectabiliter operatur. igitur ad exercẽdum talem actum habet in se formam habitualem aliquam, & sic conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc ponitur contra Magistrũ sentẽtiarum qui in primo suo lib. posuit quòd cha- Distin. 17. ritas non est aliquid creatum in anima, sed est ipse Spiritus Sanctus mentem inhabitans, quæ opinio stare non potest, cum sancitum sit in Concilio Tridẽtino si quis dixerit hominem iustificari sola imputatione iustitiæ Christi exclusa gratia, & charita-E te quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffunditur, atq; illis inhæret, anathema sit, de qua re legatur D. Bonauentura, & Carthu. & Riccard. Distin. 17.

Septima cõcl. Nullus homo pertinaciter aliquẽ 1 senten. articulum fidei discredens habet habitum fidei infusæ: hanc probat S. Tho. 2. 2. quia sicut peccatum q.5. art. 3. mortale contrariatur charitati, ita discredere vnũ articulum cõtrariatur fidei, sed charitas non remanet in homine post vnum peccatum mortale: ergo neque fides postquàm discredit vnum articulum. Vbi nota, quòd hæc cõclusio ponitur contra Du- q 23 q.9. randũ docentem oppositum, quòd hæreticus qui discredit tantum vno articulo poterit habere fi-

dem

dem de alijs articulis, imò addit, quòd poterit tot actus infidelitatis multiplicare circa illum articulum, vt generetur habitus infidelitatis, circa illum articulum, & simul sit cum habitu fidei, circa alios articulos. Et errat valde iste vir, contra omnem philosophiam, quia sequeretur, quòd essent duo habitus cōtrarij simul in eodem subiecto, nempe in intellectu, quòd nullus sanę mentis compos dicit propterea relinquendus est, & sequenda est nostra conclusio, de qua legatur Dominicus Bannes.

Octaua concl. Hæretici possunt dici, & dicuntur
q.10.art.6. de facto infideles: hanc probat S. Tho. 2. 2. quia ille dicitur infidelis, qui aliquando professus est fidem Euangelij, & postea eam non obseruat sed corrumpit, hæretici autem sunt huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc cōclusio ponitur contra Glosam in rubrica de summa Trin. & fide cath. quæ sequuta est forsitan in hoc vestigia Duran. qui concedit hæreticos posse dici fideles respectu illorum articulorum quibus credūt, & est manifestus error cōtra sensum totius Ecclesiæ, nemo enim vocabit hæreticos fideles, nisi Lutheranus, qui credit aliquibus articulis, aliquibus autem discredit, imo hæc opinio si opinio dici potest est expresse cō
Sess.6.
Cap.15. tra Cōcilium Tridentinum dicens aduersus etiam hominum quorundam callida ingenia asserēdum est non modo infidelitate per quam, & ipsa fides amittitur &c. vbi docet Concilium quòd per peccatum infidelitatis perditur fides, & S. Tho. vbi supra ait, quòd simpliciter loquēdo infidelitas hæreticorum est pessima, & maior q̃ Iudæorum & Gentiliū.

Nona conclu. Fides est vna virtus, & non multæ, & vnus habitus, & non multi specie distincti: hanc
q.4.art 6. probat S. Th. 2. 2. quia ille habitus virtutis est vnus, qui habet vnum obiectum formale, & nō plura, sed fides est huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi no
Dist.23. ta, quòd hæc conclusio ponitur contra Scotum tenētem habitum fidei multiplicari iuxta credibilia, & sic possunt esse multi habitus fidei, sed hoc non est verum, quia fides ex parte obiecti nō est nisi vna
Cap.4. vt habet Apost. ad Ephes. vnus Dominus vna fides, licet ex parte subiecti diuersificetur numeraliter, prout etiam est habitus est vna virtus specie, & hæc
Tract.45. est doctrina August. super Ioānem, Exponens illud ego sum ostium, & citat dictum Pauli habentes autem eundem spiritum fidei &c.

Decima conclu. Ratio formalis obiecti fidei est
q.1.art.1. prima veritas: probat hanc S. Tho. 2. 2. quia illa est ratio formalis in obiecto fidei cui fidelis innititur, sed primæ veritati reuelanti innititur: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd ponitur hæc conclusio contra Aureolum dicētem, quòd potius Deus sub ratione diuinitatis est ratio formalis in obiecto fidei quàm prima veritas; & loquitur iste vir contra
Cap.7. Dion. lib. de diuinis nominibus, vbi dicit, quòd fides est circa simplicem, & semper existentem veritatem; vnde deceptus est Aureolus non distinguēs de veritate prima, quæ potest considerari in essendo, & in dicēdo: primo modo nō est obiectum formale specificatiuum fidei, sed secundo modo vt est veracitas, seu fidelitas Dei reuelantis aliquid certo, & obscure est ratio formalis specificatiua fidei ex parte rei creditę non ex parte credentis, de qua re legatur Caietanus, & Bannes in secundæ secun-
q.1.art.1.
Cap.6. dam Sācti Thomæ, & Melchior Cano libro secūdo de locis Theologicis, vbi elegātius declaratur hæc veritas reuelans.

DISTINCTIO XXV.

Agitur in pręsenti distin. de eadem fide quantum ad subiectum hoc est quantum ad credentes, & pro notitia huius rei ponitur talis cōclusio: necesse est dicere, quòd Angelus ante confirmationem, & ante casum habuerit fidem: hanc probat S. Tho. 2. 2. quia scribit Apostolus ad Hebr. Quæst.5.
accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia inquirentibus se remunerator sit: sed Angelus in prima sui conditione erat in statu accedendi ad Deum: ergo habuit fidē; vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur cōtra Gabrielem in hoc lib. qui ne- Distin.24.
gat eam, & loquitur contra Augustinū, qui in Ioannem aperte dicit Angelos fuisse creatos in gratia, Tract.49.
& nō habuisse manifestā visionem diuinæ essentiæ; igitur oportet dicere eos habuisse fidem per quam credebant posse peruenire ad consequendam beatitudinē, qua Deus ipse per essentiam videtur &c.

Secunda concl. Necesse est dicere hominem ante peccatum habuisse fidem: probat hanc S. Thom. vbi supra, quia in quocunque est inchoatio quædā speratæ beatitudinis in eius voluntate est spes, & intellectu fides, sed in homine ante peccatum fuit quædā inchoatio speratæ beatitudinis: igitur conclusio vera. hæc conclusio ponitur contra illos qui tenent primum hominem fuisse creatum in puris naturalibus; inter quos adest Romanus Aegidius qui audacter defendit hanc opinionem 2. lib. sent. Distin.5.
& tamen loquitur contra D. Aug. qui 12. lib. de Ci- Cap.9.
uitate Dei loquens de Angelis ait, bonam voluntatem quis fecit in Angelis, nisi ille qui eos cum sua voluntate. i. cū amore casto quo illi adhærent creauit, simul in eis cōdens naturam, & largiens gratiā, modo si Angeli fuerunt creati in gratia, pariformiter, & ipse homo, quia eadem est ratio de omnibus creaturis rationalibus quæ sunt capaces beatitudinis, cuius ratio seminalis fuit producta in eis &c.

Tertia conclu. In hominibus damnatis nulla est fides infusa: hanc probat S. Tho. 2. 2. quia fides in- q.5.art.2.
fusa est primum adiumētum viatorum quo viatores ipsi perueniunt ad terminum, iuxta illud Apostoli, per fidem enim ambulamus, sed damnati non deambulant, quia iam sunt in termino suo: ergo non habent fidem, quia hæc esset frustra. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Dur. qui vult, quòd in damnatis reponi debet fides infusa, quia in inferno debet esse aliquod signum distinctiuū eorum, qui fuerunt fideles ab ijs, qui non fuerunt fideles, sed non est aliud quo distinguuntur nisi fides quam receperunt fideles, & sic illa manet: sed errat hic vir sicut, & in cæteris dictis suis, nam damnati habent assensum cōtrarium fidei, & nullus affectus bonus manet eis circa supernaturalia, fideles quoque damnati distinguuntur ab infidelibus per characterem, & per maculam pollutę fidei, idcirco sequenda est conclusio præposita, & nullo pacto est audiendus Duran. vnde legendus hic Caietanus, & Bannes.

Quarta concl. In dæmonibus non est fides infu-
sa: hāc probat S. Tho. 2. 2. quia fides est quoddam q.5.art.2.
donum diuinæ gratiæ, vt habetur ad Ephes. Gratia Cap.2.

estis

estis saluati per fidem, donũ enim Dei est, sed dæ- A
mones dona gratuita amiserunt per peccatum, vt
Cap. 3. dicitur in glosa super illud Oseæ, ipsi respiciunt ad
Deos alienos, & diligũt vinatia vuarum: ergo fides
in dæmonibus post peccatum nõ remansit. Vbi no-
ta, quòd hęc etiam conclusio ponitur contra Dur.
qui tenet oppositum huius veritatis, quòd etiã do-
Cap. 2. cuit Ambr. Catharinus exponens illud Iacob: dæ-
mones credunt, & cõtremiscunt: & errant valde isti
doctores, quia illud credere dicitur esse coactum
ex euidentia signorum, non autem ex habitu fidei
infusæ, quia ad rationem fidei infusæ requiritur ali
qua pia affectio in ordine ad diuina, siue aliquo
modo conuincatur intellectus, siue non, sed ad ra- B
tionem fidei acquisitæ nõ est necessaria hæc pia af-
fectio, & ideo dæmones assentiuntur veritatibus no
stræ fidei, non ex aliqua pia affectione erga testifi-
cantes aut rem testificatam, quin potius nihil ma-
gis abhorrent Immo inde torquentur, & maxime
tristãtur: propterea in eis est fides coacta, & acqui-
sita &c.

Quinta concl. Fides non potest esse de visis: hãc
q. 1. art. 4. probat S. Tho. 2. 2. quia illa quæ videntur sufficien-
ter mouent intellectum nostrum, vel sensum ad sui
cognitionem, vt prima principia vel conclusio-
nes quarum est scientia, sed ea de quibus est fi-
des non sunt huiusmodi: igitur fides est de non C
visis. Circa quam conclusionem nota, quòd sunt di-
uersæ sententiæ Theologorum, Aureolus enim as-
serit, quòd enigma, vel ineuidẽtia non est de ratio-
Dis. 24. q. 2. ne obiecti formalis fidei, Dur. & quidam alij Mo-
derniores Theologi dicunt non visum siue obscu-
rum non pertinere ad rationem formalem obiecti
fidei, sed esse conditionem tantum ex parte subie-
q. 1 art. 6. cti fidei, Caiet. in secundam secundæ S. Thom. opi-
natur non visum esse rationem formalem obiecti
fidei non simpliciter, sed ex parte nostra quod
est esse rationem, formalem obiecti secundum
quid, rei tamen veritas est, quòd non visum intrin-
sece pertinet ad rationem formalem obiecti fidei D
quæ dicitur sub qua, vnde nõ est illa quæ attingitur
per fidem, ob hoc dixit Apostolus, quòd fides est
substantia sperandarum rerum argumentum non
apparentium, de qua re legatur Episcopus Cana-
Cap. 3. riẽsis Melchior Cano lib. 12. de locis Theologicis.

Sexta cõcl. Ad fidem necessaria est motio volun
q. 1. art. 4. tatis: elicitur hæc ex D. Tho. vbi supra, & ratio est,
quia prædicãte domino nostro, & miracula facien-
te, & similiter Apostolis eius prædicantibus quidã
credebant, Alij verò non credebant: igitur non co-
guntur homines ad credendum, sed requiritur vo
luntatis motio per se. Circa hanc conclusionem no
Dis. 25. q. 2. ta esse tres opiniones, prima est Scoti dicentis hic, E
quòd posito habitu infuso in intellectu non est ne-
cessarium, quòd voluntas moueat intellectum ad
credendum, dummodo nõ contra moueat, secun-
Quæst. 1. da est opinio olcot in 1. senten. opinantis, tam ne-
cessarium esse credere positis motiuis ad creden-
dũ, quam necessariũ est posita demonstratione as-
sentiri cõclusioni, tertia est opinio Caiet. in primã
q. 65. art. 4. secundam S. Tho. volentis non esse inconueniens,
vt quis assentiat per solam voluntatem, quæ absque
aliqua ratione determinet intellectũ ad assensum,
vt verbi gratia, potest quis propter electionẽ solius
voluntatis iudicare stellas esse pares: sed decipitur
Caietanus in hoc, quia semper ad credẽdum, & as-
sentiendum quomodolibet est necessaria ex parte
intellectus aliqua persuasio, siue rationabilis, siue
apparens sit: est etiam necessaria motio voluntatis,
vt intellectus assentiat rebus credẽdis, & hæc est do
ctrina Aug. super Ioannem exponẽtis illa verba, ne- Tract. 26.
mo potest venire ad me nisi Pater qui misit me tra-
xerit eum, vbi ait nemo credere potest nisi volens;
in Concilio Tridentino habetur, disponuntur ho- Sess. 6.
mines ad iustitiam dum excitati diuina gratia fidẽ Cap. 6.
ex auditu libere mouentur in Deum credentes ve-
re esse quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt: ad
hoc etiam facit Concilium Toletanum Quartum, Cap. 5.
& Concilium Arausicanum definit, quòd initium
fidei. s. credulitatis affectus quo in eum credimus,
qui iustificat impium datur nobis per Spiritus San
cti inspirationem corrigentem voluntatem nostrã
ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem.

Septima cõcl. Fides non est de scitis: probat hãc
S. Thom. quia ea quæ nõ videntur non possunt esse
scita, sed credibilia non videntur: igitur scita esse
non possunt ex consequenti fides non est de scitis.
Vbi nota quòd hęc conclusio ponitur contra Dur. Dis. 24. q. 2.
dicentem fidem extendere se ad omnia ad quæ se
extendit diuina reuelatio, hæc autem possunt esse
scita, vt puta, quòd Deus sit vnus, & quòd sit infini-
tus, & incorporeus, &c. de quibus multi habẽt de-
monstrationem, & decipitur hic Doctor in hac par-
te, quia non est verum, quòd fides sit de omnibus
à Deo reuelatis, sed solum de his reuelatis quibus
adhæret fidelis præcise per reuelationẽ, de illis au-
tem quibus adhæret non solum per reuelationem,
sed etiam per euidentem deductionem ex princi-
pijs per se notis non habet fidẽ, sed scientiam, quia
non est possibile; quòd idem sit scitum, & creditũ
ab eodem, quãdoquidem sciẽtia habetur per prin-
cipia per se nota, & per consequens visa, potest vtiq;
contingere, vt id quod est scitum vel visum ab vno
sit creditum ab alio, id autem quod communiter
omnibus hominibus præponitur, vt credẽdum, nõ
potest esse ab eis scitum, & hæc sunt illa quæ simpli-
citer subsunt fidei, vnde rationes quæ inducuntur
à sanctis ad probãdum ea quæ sunt fidei non sunt
demostrationes, sed persuasiones manifestãtes nõ
esse impossibile quod in fide præponitur &c. de
qua re legatur Dionysius Carthusianus cũ autho-
ribus quos ipse citat ad hoc propositum.

Octaua conclu. Fides est certior simpliciter ipsa
scientia: probat hanc S. Thom. quia illud est simpli q. 4. art. 8.
citer certius cuius proxima causa, & principalis est
efficacior, & certior, & ad oppositum impermuta-
bilior, sed causa proxima, & principalis assensus fi-
dei est efficacior, & determinatior, & certior, & ad
oppositum impermutabilior, quam causa assensus
scientiæ: igitur conclusio vera. Circa quam nota,
quòd turpiter errauit Dur. in hoc lib. volens virtu- Dis. 23. q. 7.
tes intellectuales omnes, vt est scientia sapientia, &
intellectus, esse simpliciter certiores fide, quæ opi-
nio temeraria est, & offendit pias aures, vt patet
per Augustinum lib. 7. confess. & etiam patet ex ver Cap. 10.
bis Christi Domini apud Lucam, cœlum, & terra Cap. 21.
transibunt verba autem mea non transibunt, quo-
rum sensus est condictionalis, quòd etiam si tota
natura deficeret, Euangelica tamẽ veritas deficere
nõ potest, & ideo quia fides est certior, & firmior,

quæ

quæ vincit, & captiuat intellectũ, de qua re legatur A
q.4.art 8. Caietanus, & Dominicus Bannes in secunda secun
q.66.art.3. dæ S. Thom. & Medina 1.2.

Nona concl. Fides quantum ad habitum, & actũ infundi potest homini sine gratia, & ante baptis-
mum, & etiam post baptismum: elicitur hæc ex Di
q.6.art.2. uo Thom. 2.2. & ratio est, quia fides in ratione sua essentiali non dependet à charitate: ergo sicut con- seruatur sine charitate sic etiam infundi potest sine charitate, vt puta si infidelis quis conuertatur per veram pœnitentiam, & contritionem, aut etiam si ne illa recipit fidem ante baptismum, & sine gratia: igitur conclusio vera. Vbi obseruandum est tres esse opiniones, circa hanc conclusionem, quarum B prima videtur, quòd sit ipsorum nominalium præ-
Distin 25. sertim Ocham, hi enim dicunt, quòd fides ita pen- det in sui infusione à gratia, & à baptismo, vt bapti- zatus in peccato mortali, si non sit attritus non re- cipit nisi solum characterem baptismalem: secūda
Cap.8. est opinio Fratris Dominici de Soto 2. lib. de natu- ra, & gratia dicentis, quòd actus fidei bene potest haberi sine gratia, & sine baptismo, habitus tamen fidei nunquam infunditur sine gratia ante baptis- mum, sed in baptismo bene potest infundi sine gra- tia, quia homo in peccato mortali existens ante ba- ptismum nō est Christianus, nec amicus Dei, & sic non habet fidem. tertia est opinio, quam sequitur C
q.62.art.4. Caietanus in 1.2. S. Thom. asserens, quòd fides non pēdet in sui infusione, nec à baptismo, nec à gratia, & ideo si est dispositus ante baptismum ad ipsam fidem puta, quòd habeat piam affectionem ex par te voluntatis, circa omnia quæ Deus per Ecclesiam suam reuelat, simul etiam & assensus intellectus, cir-
Cap.22. ca eadem in communi, & hæc est doctrina Augu- stini in libro de fide, & operibus, vbi asserit, quòd Cathecuminus etiam cōcubinarius potest habere fidem ante baptismum: idem etiam in libro 1. ad
Quæst.2. Simplicianum, & hoc etiam videtur esse definitum
Cap.25. in Concilio Arausicano, vbi dicitur hoc etiam salu briter profitemur, & credimus, quòd in omni ope- D re bono nos non incipimus, & postea per Dei mise ricordiam adiuuamur, sed ipse nobis nullis præce- dentibus bonis meritis fidem, & amorem sui prius inspirat, vt baptismi sacramentum fideliter requi-
Sess 6. ramus, &c. idem quoque habetur in Concil. Trid.
Cap.6. Decima conclu. Credere Deo, credere Deum, & credere in Deum non sunt diuersi actus, sed vnus, & idem habens diuersam relationem ad obiectum fidei: probat hanc S. Thom. 2.2. quia credere si est actus intellectualiter sic est credere Deum, si vero erit ipsius intellectus formaliter, sic ē credere Deo, si vero fuerit motum à voluntate, sic dicitur crede- re in Deum. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur E
Dis.23.q.4. aduersus Dur. oppositum huius negotij sentiētem, ait enim ipse, quod cum duplex sit habitus à quo procedūt isti actus, videlicet ab habitu fidei, & cha ritatis procedit credere in Deum, cæterum credere Deum, vel Deo, non procedit semper à charitate: igitur necesse est esse actus distinctos. sed allucina-
Tract.29. tus est hic doctor loquens contra D. August. lib. de verbis Domini, vbi explicatur hæc doctrina, quæ et tacta est in probatione conclusionis, actus alicuius potentiæ, vel habitus mensurandus est secundum ordinem ad obiectum, hoc autem tripliciter consi deratur, vno modo ex parte intellectus, alio modo ex parte voluntatis mouentis intellectum, si primo modo cōsideratur hoc dupliciter esse potest, quia vel cōsideratur id quod est materiale creditum, & sic dicitur credere Deum, vel cōsideratur ratio for malis obiecti, & sic ponitur actus fidei. Credere Deo, si autem tertio modo considerabitur, vt intel lectus mouetur à voluntate, sic ponitur credere in Deum: quod solis hominibus iustis perfecte com petit peccatoribus autem imperfecte, de qua re le- gatur Caiet. super Ioannem. Cap 12.

DISTINCTIO XXVI.

Svperius egit Magister de fide, hic agit de spe ip sa quo ad sui essentiā, quo ad subiectum, & quo ad obiectum, & pro eius notitia ponitur prima conclusio talis spes est virtus: hanc probat S. Tho. q.17. art.1. 2.2. quia ille habitus quo homo attingit Dēū, tan- quàm supremam regulam humanorum actuū est virtus, sed spes est huiusmodi: igitur conclusio ve- ra. Vbi nota, quòd hæc ponitur cōtra Duran. idem Dis.26.q.1 sentientem de spe quod, & de fide, quia virtus pro- prie est habitus ponens potentiam in vltimo perfe- ctionis debitæ suo actui, & quia fides non perficit intellectum circa verum, ita vt habeat actum perfe- ctum cognoscendo aperte ipsum, & spes circa bo- num non perficit volūtatem vltimate, sed est de fu- turo, & non possesso bono, idcirco & si hoc nomen spes aliquando sit in vsu loquētium pro quauis ex- pectatione futuri euētus siue boni, siue mali, vt do- cuit August. in Enchiridion. abusus est vocabuli, vt Cap.8. spes ad malum referatur, sed proprie dicitur respe- ctu boni, vnde non bene dixit Virgilius, hunc ego, si potui tātum sperare dolorem, respectu igitur bo ni ipsa spes duobus modis dicitur primo, vt signi- ficat passionem appetitus irascibilis cōuenientem etiam brutis, de qua dicitur, quòd est motus in bo- num futurum arduū possibile, in rationalibus au- tem creaturis dicitur motus voluntatis ad bonum intelligibile futurum arduum possibile cōsequen- dum per vires naturæ, & sic dicitur spes humana, si vero illud futurum bonū sit super naturale, & ac- quiritur per auxiliū, & lumē supernaturale dicitur spes theologica, quę quidem aliquando capitur pro habitu, vt est illud Iob. reposita est hæc spes mea in Cap.19. sinu meo, aliquando capitur pro actu, vt est illud Roman. Gloriamur in spe glorię filiorū Dei, in præ Cap.12. senti est sermo de spe, vt est habitus, & sic perficit potentiam ad optimum actum circa aliquod obie ctum formale specificū, quod includitur sub obie- cto adæquato potentię, & sic etiam fides perficit vl- timate intellectum respectu obiecti formalis, quia facit inhærere testimonio primæ veritatis: ex quo paret nullitas rationis Dnr. de qua re legatur D. Bo Dist.26. nauen. qui etiam, & ipse distinguit de nomine spei, & asserit quòd prout est habitus qui dirigit motū, & affectum animę in id quod expectandum est seu, sperandū, non solum est virtus gratuita, sed & theo logica, & gratuitarum virtutum sustentamentum, & anchora, virtus quidē gratuita, & theologica est, quia in hoc quòd facit animū expectare ea quæ sūt supra rationem, & omnem existimationem huma- nam, quæ nobis liberalitas promisit diuina, sicque facit hominem omnino cōfidere ac inniti summæ infinitæq; largitati quemadmodum fides facit as- sentire

sentire primæ veritati, & charitas facit adhærere summæ bonitati, cócordat etiá in hoc Alex. Alensi. & Riccardus, & cæteri.

Secúda concl. Spes est virtus theologica: probat hanc S.Tho. 2.2. quia illa est virtus theologica, quæ habet Deum pro obiecto, sub ratione summæ largitatis, sed spes est huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi nota, φ hæc ponitur etiá aduersus Duran. oppositum huius veritatis sentiétem, ait enim ipse nullam virtutem theologicam consistere in medio duorum vitiorum, sed spes cósistit in medio duorum vitiorum, népe præsumptionis, & desperationis: non ergo spes ipsa est dicenda virtus theologica, & fallitur hic vir, vt optime Caietanus digreditur contra ipsum in loco vnde sumpta est cóclusio, nam hoc nullus theologus negabit virtutes theologales in hoc conuenire habere Deum pro obiecto, differentia tamen inter ipsas consistit in hoc, quia Deitas secundum rationem aliter, & aliter cósideratur, nam charitas tendit in Deum secundum rationem summæ bonitatis, prout Deus in se bonus est, sed quia hęc bonitas est Deus essentialiter, dicitur quòd obiectum charitatis est Deus, fides similiter habet Deú pro obiecto immediato, sed sub ratione primæ veritatis, q essentialiter est Deus, spes habet Deum pro obiecto, sed sub ratione misericordiæ, cui innititur immediate, vt per eius actionem assequatur visionem, & fruitionem beatificá, & quia tam misericordiæ Dei, quàm etiam finis immediate intétus per spé est essentialiter Deus, ideo obiectum spei est ipse Deus non solum, vt principale obiectum, sed etiam vt immediatum quaniq sub ratione formali auxiliatricis, & bonitatis beatificantis argumentum Duran. soluit S.Thom. in loco vnde sumpta est conclusio, quia spes non habet medíú, & extrema ex parte principalis obiecti, sed per accidens ex parte confidentię, quod non diminuit rationem virtutis theologicę, vt optime ostédit Petrus de Aquila, & Petrus de Palude, de qua re legendos authores in hoc libr.

Tertia conclu. Obiectum spei proprium, & principale dicitur esse beatitudo æterna: hanc probat S.Tho. vbi supra, quia illud est obiectum spei quod nos speramus consequi, quandoquidé effectus debet proportionari suæ causæ, sed beatitudiné æternam, quę est bonum infinitum speramus cósequi: igitur cóclusio vera. Vbi nota, quòd est dubium de qua beatitudine intelligatur hæc conclusio, an de obiectiua an formali, & respondet Caiet. quòd de vtraq; loquitur, sed principaliter, de obiectiua con notáte formalem, quæ quidem formalis beatitudo est coniunctio ad ipsum Deum: de qua re legendus est Dominicus bannes, qui optime dicit obiectum spei nó esse nisi vnum. s. ipse Deus, & visio Dei, hinc vnum cum altero est integrú obiectum nostrę spei, visio enim speratur quatenus est Dei, & ipse Deus speratur vt videndus.

Quarta concl. Licitú est viro Christiano sperare de aliqua creatura: hanc probat S.Tho. vbi supra, quia de eo licitum est sperare viro Christiano per quod adiuuatur ad obtinédam beatitudinem, sed per creaturam adiuuatur Christianus ad optinendam beatitudinem: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio intelligitur sic, quòd licitú est sperare de aliqua creatura, tanquàm de secundario, & instrumentali agente, & hoc modo cóuertimur ad sanctos, & ad viros religiosos, à quibus aliqua petimus pro obtinenda gratia Dei, cotra Martinú Lutherum qui pessimè docuit nos iuuari non posse meritis, & orationibus Sanctorum contra id quod canit Ecclesia de Beata Virgine, quòd est regina, & mater misericordiæ, & vita, & spes, & nostra dulcedo: vnde bene verum est, quòd non licet sperare de aliqua creatura, sicut de prima causa mouéte ad beatitudinem, quia solus Deus est vltimus finis, & causa efficiens prima, cuius auxilio innititur nostra spes, & sic intelligitur illud dictum Ioannis, Maledictus qui confidit in homine, sed nó tanquàm de secundario, & instrumentali agente, vt dictum est, &c.

Quinta concl. Spes est in voluntate tanquàm in subiecto: probat istam S.Tho. vbi supra, quia in illa potentia ponitur spes, quæ potentia hēt pro obiecto bonum simpliciter, sed tale bonum est obiectú voluntatis: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio est D.Aug. lib. 14. de Trin. vbi dicit, quòd anima est capax Dei secúdum mentē in qua est memoria, intelligentia, & voluntas, sed dictum est supra, quòd spes est virtus Theologica habens Deum pro obiecto: cum ergo non sit, neque in memoria, neque in intelligentia, quæ pertinet ad vim cognoscitiuam relinquitur, quòd sit in voluntate, quæ est appetitus intellectiuus, de qua re legendus est Caietanus, & Petrus de Tarantasia.

Sexta conclu. Spes non est in beatis: hanc suadet D.Th. vbi supra, quia spes est expectatio futuræ beatitudinis, sed beati iam actu habent præsentem beatitudinem, & non amplius expectant ipsam futurá: igitur in eis non potest esse spes. Vbi nota vt dixit, Quidam Illustris, & Reuerendissimus Episcopus Sanctæ Erinę Fr. Angelus Calepius Ciprius nostri ordinis vir doctrina, & pietate insignis, & in cúctis morum maturitate cópositus, cum ad inuicem de hac conclusione disceptaremus, dicebat ipse, quod conclusio ista est de fide contra illos hæreticos qui dicebant animas non beari perfecte ante diem iudicij, & de facto ita postmodum ego inueni apud Alphonsum de Castro, quòd isti hæretici fuerunt Armeni, & Græci, contra quos latius disputat ipse Alphonsus non inueniri spem in ipsis beatis, quia vt dicit Apostolus ad Rom: quod enim videt quis quid sperat? quasi dicat nihil.

Septima concl. Spes non repetitur in damnatis: probat hanc S.Thom. quia si in eis esset spes consequendi beatitudinem, sequeretur, quòd pœna eorum non esset æterna contra id, quòd ait Iob. non credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucé. Vbi nota, quòd hæc est de méte Augustini lib. 11. super Gen. ad litterá, quòd ad perfectam beatitudinem, ait ipse, spectat vt aliquis sit certus de perpetuitate suæ beatitudinis, ita etiam ad conditionem miserię damnatorum pertinet vt ipsi sciant, quòd nullo modo possunt damnationem euadere, & ideo nec in beatis, nec in damnatis spes esse poterit.

Octaua conclu. In oíbus Christianis viatoribus & in existétibus in purgatorio reperitur spes: probat hanc S.Thom. quia in illis reperitur spes qui apprehendunt beatitudinem vt futurum possibile, sed viatores omnes & existétes in purgatorio sunt huiusmodi, ergo &c. Vbi nota, quòd hęc conclusio ponitur

ponitur contra quosdam negãtes reperiri spem in A illis qui sunt in purgatorio, aiunt.n. illos esse confirmatos in gratia, & esse certos de sua salute, propterea in eis spes non reperitur, sed hoc nihil est, quia etiam Beata Virgo certa erat se nec venialiter posse peccare adeo erat in gratia cõfirmata, & tamen habebat spem, sic etiam dicimus de existẽtibus in purgatorio, lege Riccardum, & Albertum circa hãc rẽ. Distin.26.

Nona concl. Spes non reperitur in hereticis: elicitur hæc ex S. Tho. vbi supra, & ratio est, quia in eis nõ est fides, quæ est radix Christianitatis: ergo neque spes theologica, vt habitus, neque vt actus eiusdem rationis. Vbi nota, quòd non est ita de peccatore Christiano, quia in eo non amittitur habitus B spei per quoduis peccatũ mortale, licet illa spes nõ sit simpliciter virtus, quia est sine charitate, potest tamen ipse peccator habere actum spei supernaturalem, sicut actum fidei, vtraq; tamẽ fides.s. & spes erit informis &c.

Decima concl. Spes est virtus distincta à fide, & charitate: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, q.17. art.6. quia illi habitus realiter distinguuntur, qui habent obiecta distincta formaliter, sed fides, spes, & charitas sunt huiusmodi, ergo &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Antonium Andr. qui de mente Scoti tenet has virtutes non distingui ex parte obiecti formaliter, & Capreo- C lus hic inducit opinionẽ Scoti, qui tenet, quòd spes nõ est tertius habitus distinctus à fide, & charitate. Lutherus quoque omnia cõfundit dicens non reperiri nisi quãdã fiduciam per quam iustificamur, Erasmus quoque errauit in hac cõclusione, sic etiã & Petrus de Aquila, Distin.26. tu autem sequere conclusionẽ propositam per quam errare nõ potes: de qua lege Dominicũ de Soto 2. lib. de natura, & gratia, & Petrũ de Palude D. Bonauen. Riccar. & Albertũ hic. Distin.26.

DISTINCTIO XXVII.

Expeditis duabus virtutibus, nẽpe fide, & spe D accedit ad tertiam, quæ est ipsa charitas, & ponitur prima conclusio talis: amicitia politica, seu moralis nõ est propriæ virtus: hanc probat Sanctus Thomas secunda secundæ, q.23. art.3. quia virtus est quæ bonum facit habentem, sed amicitia præsupponit habentem iam esse bonum; igitur ipsa non est virtus. Circa istam cõclusionem nota, quod sunt duæ opiniones, prima est, quam recitat Petrus de Palude hic Dis.27. q.1. asserens amicitiã esse virtutem: hanc opinionem tribuit Petrus Henrico de Gandauo, in Quol. Quol.10. quam etiam sequitur Guido Carm. & Aureolus, & Buridanus, Cap.13. & multi alij adducẽs multa dicta Arist. altera est opinio S. Tho. hic negans amicitiam esse E virtutem vniuoce dictam cum alijs virtutibus politicis, & hæc est sentẽtia Arist. in multis locis suæ doctrinæ, præsertim 8. Ethic. quòd amicitia virtuosa magis est aliquid cõsequens virtutem quàm sit virtus, de qua re legatur Dominicus Bannes in loco vnde sumpta est conclusio.

Secunda cõcl. est, charitas est virtus: probat hãc S. Tho. vbi supra, q.23. art.3. quia ille habitus est virtus, qui attingit Deum, qui est suprema regula actus virtutis, sed charitas est huiusmodi: igitur &c. Vbi nota, ꝙ in hac conclusione omnes conueniunt, vnde Albertus ait, quòd charitas est virtus ad quam natura nunquàm sufficit, item Petrus Tarantasius charitas ait est virtus, qua Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum, D. Bonauentura, dicit ꝙ Dis.27. p.4. charitas est virtus specialis: concordant his etiam Alensis, Gulielmus Parisiensis, Quest.17. membr.2. & est sententia Aug. in lib. de moribus Ecclesiæ dicentis charitas est virtus, quæ cum nostra affectio rectissima sit, coniungit nos Deo, qua eum diligimus &c.

Tertia cõcl. Obiectũ charitatis est Deus in quantum est beatificus creaturæ rationalis: probat istã S. Doctor vbi supra, quia illud est obiectum charitatis per quod distinguitur ab alijs virtutibus, sed per Deum, vt est bonum diuinum beatificans creaturam rationalem distinguitur charitas ab alijs virtutibus Theologicis: igitur conclusio vera. Vbi nota, quod circa istam conclusionem sunt multæ opiniones, nam aliqui tenent obiectum formale charitatis esse Deum sub ratione deitatis in se, aliqui dicunt quòd est Deus, vt est cõmodum ipsi amãti, Alij sustinent, quòd Deus ipse sub ratione deitatis, & vt est amanti commodum dicitur esse obiectum formale charitatis, Petrus Tartaretus de mẽte Scoti hic distinguit, Distin.27 quòd alia est ratio formalis obiectiua alia alliciens, alia finiẽs, prima est deitas secũda est redamatio, tertia vt finiens, & est quies, siue cõtentatio: his tamen omissis dicamus cum Diuo Thoma, quòd obiectũ formale charitatis, quia de hoc est sermo vt excludatur obiectũ materiale, est Deus sub rõne sũmi boni beatificãtis, & hęc est sententia B. Aug. lib. de pfectione humanæ iustitiæ &c. Cap.6.

Quarta cõclusio. Ex charitate homo plus debet diligere Deum quàm se ipsum: probat hanc S. Th. quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis, sed charitas quicquid diligit, diligit propter Deum: ergo primo, & principaliter, & maxime diligit ipsum Deum, & sic quilibet homo plus debet Deum diligere quàm seipsum. Circa hanc conclusionẽ nota, quòd est triplex opinio, prima est quæ dicit, quòd homo naturaliter amore concupiscentię diligit plus Deum, quàm seipsum, hanc opinionem videtur sequi Petrus de Aliaco, secũda est opinio Godofrensis, quàm sequitur Scotus, & Ioãnes Distin.23. de Bassolis, quòd homo ex puris naturalibus sine charitate potest extensiue, & intẽsiue diligere Deũ super omnia etiam in statu naturæ lapsæ, tertia est opinio S. Tho. quòd homo in natura lapsa non potest diligere Deum super omnia etiam dilectione naturali, quia talis dilectio continet vniuersalẽ obseruantiam omnium mandatorum Dei, & hæc veritas habetur ex Concilio Mileuitano, & Arausicano de qua re legendus est Medin. in primam secundæ S. Th. 119. art.3. & Dominicus Soto lib. 1. de natura, & gratia, & est decretum Concilij Mileuitani tale, placuit Cap.22. vt quicũq; dixerit ideo nobis dari gratiã, vt quod facere per liberum arbitriũ poteramus facilius faciamus, tanquàm & si gratia nõ daretur, possemus sine illa implere pcepta diuina anathema sit: quod decretum confirmauit Innocentius primus, & Cœlestinus Papa; legatur etiam Caiet. hic in primam secũdæ S. Tho. ex quo reprehẽdendus venit Petrus q.119. ar.3. de Aquila cognomento Scotellus, qui se opposuit conclusioni prædictæ S. Tho. in præsenti distin.

Quinta conclu. Charitas inclinat ad amandum Deum duplici amore.s. amicitię, & cõcupiscentiæ: elicitur hæc ex S. Th. 2. 2. & ratio huius est, quia per q.26. art.3.

fecta

fecta amicitia diligit amicum duplici amore.s.ami A citiæ volendo sibi bonum, & concupiscentiæ, desiderando eius præsentiam, sed charitas est perfecta amicitia hominis ad Deum: igitur conclusio vera.

Dis.27.q.a Vbi nota, quòd hæc ponitur contra Duran. hic qui vult quòd Deus secundum se non potest esse immediatum obiectum amoris concupiscentiæ ad nos, sed solum aliquis actus quo à nobis attingitur, & allucinatus est hic vir, quia existimauit, quod Deus ametur à nobis tantummodo amore concupiscentiæ excludente amorem amicitiæ, quod non est verum, quia homo prius diligit Deum amore amicitiæ, quàm amore concupiscētiæ, & hoc mandatum

Cap.14. habemus à Christo Domino vt habetur apud Lu- B cam, qui venit ad me, & non odit animam suam nō potest esse meus discipulus, & illud aliud, qui vult venire post me abneget semetipsum hoc est ,ppriā voluntatem, & ratio id ostēdit, quia ipsa inclinatio charitatis, est à Spiritu Sancto: igitur non potest magis ferri in creaturam quàm in creatorem, imò rapit secum creaturam ad creatorem iuxta dictum

Cap.6. August. lib. 10. confess. pondus meum amor meus

Cap.22. illuc feror quocunq; feror, & lib. primo de doctrina christiana dicit, si teipsum non propter te debes diligere, sed propter ipsum, vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est, non succenseat aliquis alius homo si & ipsum propter Deū diligas, in quibus verbis Aug. ostēdit hominem debere diligere Deum amore amicitiæ, vt etiam amore concupiscentiæ, vt dictum est in conclusione.

Sexta concl. In dilectione Dei potest haberi aliqualiter respectus ad mercedem: probat hanc Sanctus Tho. quia amicorum est, quod quærāt inuicē perfrui, sed nihil aliud est merces nostra quàm perfrui Deo videndo ipsum: igitur charitas non solū non excludit, sed facit habere oculum ad mercedē. Circa quam cōclusionem nota, quòd ponitur contra Duran. oppositum huius docentem, quia non est licitum alicui diligere plus ordinatum ad finē, quàm ipsum finem, si igitur in dilectione Dei quis D haberet oculum ad mercedem, tūc Deus non diligeretur propter se, sed propter aliud, nihilominus hic doctor est valde alienus à veritate, arbitratus est forsitan cōclusionem nostram debere intelligi forsitan quòd in dilectione Dei homo principaliter habeat respectum ad mercedē, sed non ita intelligit eam S. Th. quia merces nō est principaliter intenta, nec est finis rei amatę, sed secundariò intenta & finis amoris ex parte amantis, neque etiam vltimus, & hoc modo sancti homines dilexerunt Deū, vt patet de Dauide de quo dicitur in Psal. inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in E æternum propter retributionē, & glosa dicit super

Cap.15. illud Lucę Quanti mercenarij &c. boni mercenarij sunt qui Deo propter mercedem seruiunt.

q.27.art.6. Septima concl. In Dei dilectione non est aliquis modus adhibendus: probat hanc S. Tho. 2. 2. quia in mensura omnium humanarum actionum nō est accipiendus aliquis determinatus modus in operando, circa eam, sed dilectio Dei est mensura omnium humanarum actionū, cū sit finis omniū per quam maxime attingimus vltimum finem: igitur cōclusio vera. Vbi nota, quòd hęc conclusio ponē cōtra Dur. qui dicit, ꝙ nedū in dilectione Dei, sed in actu cuiuscunque virtutis est aliquis modus ex parte circumstantionatus, sed hic vir non intellexit, conclusionem S. Tho. quia quando dicitur quod dilectio Dei est sine modo intelligitur, quòd sit sine limitatione, quæ ,pueniat ex parte obiecti, sicut est in alijs virtutibus moralibus quæ habent modū in actibus suis ex parte obiecti quod ordinatur ad finem, sed ipsa dilectio Dei cū sit forma omnium virtutum imperat circūstantias, puta vt homo dormiat, comedat, loquatur quādo oportet, & quomodo oportet &c. & hæc doctrina est cōformis sacris litteris, habetur enim in canticis cant. ordinauit in me charitatem. s. ipse Deus solus ordinat ad se dilectionem inebrians animam in cella vinaria in secreto contemplationis, patet ergo, quomodo in dilectione Dei, tanquàm in re mensurata non est limitatio, licet in ea inueniatur modus, tanquàm in mensura in qua nō potest esse excessus, sed quanto plus attingitur regula tanto melius est, & quanto Deus plus diligitur, tanto melior est dilectio, lege Caiet. hic, & Petrum de Pal. Distin.27.

Octaua conclusio. Non omnes proximi sunt ex charitate æqualiter diligendi: probat hanc S. Tho. q.26.ar.7. 2. 2. quia melioribus, & sanctioribus viris meliora optare debemus, quia sunt magis Deo coniuncti, sed inter proximos sunt aliqui meliores, & sanctiores alijs: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc C conclusio defenditur contra Duran. qui sustinere Distin.29. conatur, quòd omnibus rationabilibus creaturis ad quas est charitas debemus optare æquale bonū gratiæ, & gloriæ: & errat valde hic vir nō agnoscēs, quòd ei qui est Deo propinquior maius bonum ex charitate debemus velle, & illos qui nobis sunt propinquiores inferiori affectu diligere debemus, vnde potest esse quod ex charitate velim, quòd ille qui est mihi coniunctior sit sanctior alijs, & ita ad maiorem gradum beatitudinis perueniat, nonne etiam pluribus modis diligimus eos, qui sunt nobis spiritualiter coniuncti? tanto magis, quòd nostra conclusio intelligēda venit de proximis in via, quia in patria voluntas nostra absolute erit conformata diuinæ voluntati inuolito ita. s. quòd homo velit illos habere maiorem gloriam qui habent maiora merita secūdum diuinam prædestinationem, & hæc doctrina est conformis sacris litteris, vt habetur 1. ad Timoth. si quis suorum, & maxime do- Cap.5. mesticorū curā nō hēt fidem negauit, & est infideli deterior, &c. legatur Caie. vnde sumpta est conclu.

Nona conclusio. Dilectio amici præeminet dilectioni inimici ex parte ,pximi: probat hāc S. Th. q.27.ar.7. quia peius est odire amicum quàm inimicū: ergo melius est diligere amicum, quàm inimicū. Vbi nota, ꝙ ex parte rationis, propter quam diligitur, dilectio inimici præeminet dilectioni amici, quia ratio qua diligitur inimicus est solus Deus, rō vero qua diligitur amicus poterit esse alia q̄ Deus, puta aliquod beneficiū præstitū, dilectio tn̄ amicorū secundū se cōsiderata est melior q̄ dilectio inimicorū, quia est feruentior cū sit in magis cōiuncto &c.

Decima cōclusio. Simpliciter, & absolute loquēdo magis meritoriū est diligere amicum, q̄ inimicum: probat hanc S. Thom. vbi supra, quia dilectio q.27.ar.7. amici est dilectio melioris obiecti: igit excellētior actus. igitur magis meritorius. Vbi nota ꝙ hic sunt duę opiniones, vnam Albertus Magnus Bonauent. Gabriel, Duran. & multi alij Doctores tenent: dile-

ctionem inimici esse magis meritoriam quàm dilectio amici, alia est opinio quam tenet Magister senten. & Altisiodorensis, & S. Tho. & multi Sancti dicunt quòd cæteris paribus semper dilectio amici est magis meritoria dilectione inimici, sed quando cætera non sunt paria puta quãdo dilectio inimici est ex intensiore charitate tunc est magis meritoria quàm dilectio amici ex charitate remissa, sed posita æquali charitate in diligente respectu vtriusque conclusio Sancti Thomæ est sequenda
Cap.12. cum sit intentio Beati Augustini lib.9. de ciuitate Dei; vbi habet diligere inimicum propter Deum bonum est, sed diligere amicum propter Deum cautius est &c.

DISTINCTIO XXVIII.

PRosequitur Magister in hac distinctione doctrinam de dilectione charitatis quo ad obiectum, & ponitur prima conclusio talis: virtutes non sunt diligendæ ex charitate: probat hanc
q.25.ar.1. Thom. quia illa sola sunt ex charitate diligẽda, quę nobiscum participãt beatitudine, sed virtutes non sunt capaces beatitudinis cum sint accidentia: igitur cõclusio vera. Vbi nota, quòd hic sunt duæ opi-
Marf.q 15. niones: prima dicit, quòd virtutes omnes, & præcipue charitas debent à nobis amari ex charitate, quia sunt bonum honestum, altera est opinio opposita propter rationem tactam, sed conciliantur istę duę opiniones, quòd virtutes omnes nõ amãtur amore amicitiæ, vt amicus qui aptus natus est reamare quod est agere, & pertinet ad substãtiam, sed amantur amore concupiscentiæ, sicut amicus dicitur amare sanitatem sui amici, & hęc est doctri
Cap.8. na B. Aug. 8. lib. de Trin. vbi habetur, quòd qui diligit fratrem, & dilectionem qua diligit, magis diligit, dilectio autem qua frater diligitur est virtus charitatis, & hinc sequitur, quòd virtus ex charitate diligenda venit, sed tanquàm quoddam bonum honestum quod optamus omnibus quos ex charitate diligimus &c.

Secunda conclusio. Creaturæ irrationales non
q.25.ar.2. sunt amãdæ ex charitate: probat hanc Sãctus Thomas secunda secundæ, quia dilectio charitatis solũ se extendit ad Deum, & proximum, sed creaturæ irrationales non sunt noster proximus, quia nõ communicant nobiscum in vita rationali: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd poterit quis sustinere creaturas irrationales amari ex charitate secũdum quandam metaphoram, quia sunt quædam bona quę alijs volumus, & quia ex charitate volumus eas conseruari ad honorem Dei, & vtilitatem hominum, & sic etiam Deus benedictus eas diligit, vt
Cap.11. habetur Sapien. Diligis omnia quæ sunt, & nihil
Distin. 28. eorum odisti quæ fecisti. D. Bonuentura ait, quòd debent diligi ex charitate imperatiue non elicitiue nam possumus illis vti meritorie, & per eas Deum laudare, & colere, & venerari, sicq; ex naturali quadam pietate circa eas homo afficitur, & tanto plus quo amplius ad innocentiæ statum propinquat, nam & iuxta hoc homini magis mansuescunt vt patebat in Sancto Francisco, qui circa eas mira pietate affluebat, innocentiam namque quodammodo recuperauit in cuius signum ei irrationales creatu-
Distin. 28 ræ obtemperabant mirabiliter, concordant his Pe-

A trus de Tar. Riccardus, & Carthusianus.

Tertia conclusio. Homo debet diligere seipsum ex charitate: hanc probat Sanctus Thomas vbi supra, quia habetur Leuitic. ex præcepto Dei, diliges Cap.19.
proximum tuum sicut teipsum, sed proximũ diligimus ex charitate, ergo & nos ipsos ex charitate debemus diligere, ex consequenti conclusio vera. Vbi nota, quòd charitas si consideretur, vt habet rationem amicitiæ non est ad seipsum, quia amicitia est ad alium, sed ad seipsum est aliquid maius quàm amicitia, nempe vnio quædam quæ est forma, & radix amicitiæ, si vero consideretur secundũ propriam rationem, prout est amicitia hominis ad
B Deum principaliter, & ex consequenti ad ea quæ sunt Dei, sic homo seipsum ex charitate diligit tanquàm amicum Dei, proximũ vero vt amicum Dei, & suum: vnde triplicia videntur esse obiecta charitatis, primum & principale quod est Deus gloriosus, secundum & tale est ipsemet homo, & proximus, tertium est accessorium, & occasionale, & tale vult Dominus Marsilius in hoc lib. quod est chari- q.15.ar.2.
tas, & aliæ virtutes, immo omnia quæ conferunt ad habendam amicitiam cum Deo, & sic nedum charitas creata diligitur ex charitate, sed etiam res inanimatæ, animalia irrationalia, & tentatio malorum Angelorum, & amissio bonorum, vt cõferunt ami-
C cis Dei, & vt congrua sunt debito regimini diuinæ maiestatis, vnde amissio filiorum, & bonorum Iob hoc modo diligẽda erat à Iob & ab eius amicis, & sic etiam dicimus de infirmitatibus, & morte amicorum &c. sed hæc dilectio est potius metaphorica dicenda quàm propria &c.

Quarta conclusio. Peccatores ex charitate diligendi sunt: probat istam Sãctus Doctor vbi supra, q.25.ar.6.
quia illi sunt à nobis ex charitate diligendi qui sũt capaces beatitudinis, sed peccatores sunt capaces beatitudinis: igitur conclusio vera. Vbi nota ne fallaris, quia in peccatoribus est natura, quę bona est, & à Deo creata, & quo ad hoc sunt ex charitate di-
D ligendi, vt docuit Augustinus primo libro de doctrina christiana, vbi ait quòd cum dicitur diliges Cap.30.
proximum tuum, manifestum est omnem hominẽ esse proximum deputãdum, & quia peccatores nõ desinunt esse homines quandoquidem peccatum non tollit naturam, & ideo peccatores quo ad naturam ex charitate diligendi veniunt, quantum autem ad culpam cum sit impedimentum beatitudinis, & ei aduersetur, potius sũt odio habẽdi quàm amandi etiam quòd fuerit pater & mater, & quicunque propinquus, immo debemus etiam fugere eorum consortia comedendo, aut colloquendo, & cõnegotiando cum eis, nisi fuerit aliquis perfectus
E de cuius corruptione non timetur &c.

Quinta conclusio. Inimici ex charitate diligendi sunt: probat hanc Sanctus Thomas, quia omnis q.25.ar.8.
homo ad imaginem Dei existẽs ex charitate est diligendus, sed inimicus est huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi nota sensum cõclusionis, quòd inimici formaliter inquantum inimici nõ sunt ex charitate diligendi, imò sic ipsos diligere esset contra ordinem charitatis, quia hoc esset approbare malũ culpę quod est charitati cõtrariũ, sed materialiter vt sunt nostri proximi diligi debent, nec etiam tenetur homo diligere inimicum in particulari, nisi in casu inquantum amat alios proximos quando occurrit

occurrit casus necessitatis, sed extra casum neces- A sitatis diligere inimicum est de perfectione charitatis, secundum tamen præparationem animi, scilicet habendo propositum habituale diligēdi inimicum in singulari si necessitas occurrerit, est de necessitate charitatis, & sic diuersimode possunt intelligi verba Saluatoris nostri apud Matthæum, Diligite inimicos vestros. s. materialiter, & formaliter, vt ait Caietanus.

Sexta conclusio. Angeli sunt diligendi, ex charitate: probatur hæc à Diuo Thoma vbi supra, quia illi diligendi sunt ex charitate qui participant nobiscum beatitudinem, sed angeli participant beatitudinem nobiscum, vt scribit Matthæus, Quòd B in resurrectione erunt homines sicut angeli in cœlo: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio est Beati Augustini primo libro de doctrina Christiana vbi ait, iam vero si vel cui præbendum à nobis est beneficium misericordiæ rectè proximus dicitur, manifestum est præcepto quo iubemur diligere proximum etiam sanctos angelos contineri à quibus multa nobis misericordiæ impenduntur officia, sic etiam beati, & electi à quibus misericordiæ officia petimus & impetramus ex charitate amandi sunt à nobis: existentes quoque in purgatorio, quia eis impendimus misericordiam ex charitate diligere debemus. de Christo etiam duplici- C ter loqui possumus vno modo vt dicit vnitatem personæ, & sic est diligendus super nos, alio modo vt dicit conditionem naturæ, & hoc vel conditionem naturæ vnitę verbo vel vt cōsideratur à verbo separata, primo modo etiam diligendus est etiam supra nos, quia est nostrum caput, secūdo vero modo non est diligendus supra nos, quia non est neq; nostrum caput, neque redemptor, hoe autem dico de mente Alberti, & Petri de Cand.

Septima conclusio. Dæmones non sunt ex charitate diligēdi: probat hanc Sanctus Thomas, quia illos ex charitate diligere debemus ad quos possumus habere amicitiam, sed ad dæmones non pos- D sumus habere amicitiam, quia non possumus eis optare beatitudinem: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd cum dæmonum natura sit deformata per peccatum, & nō sit capax beatitudinis, non possumus eam diligere nisi ad modum quo diligimus creaturas irrationales inquātum volumus eas permanere ad gloriam Dei, & vtilitatem hominum, hoc enim pacto vtique naturam dæmonum ex charitate diligere possumus, , pur volumus eos in suis naturalibus conseruari ad gloriam Dei, vel vt dicit Albertus, damnati & dæmones cum sint gratiæ incapaces non sunt ex charitate amandi, sed naturali possunt amore amari quantum ad id quòd habent E à Creatore, sic & Deus diligit cuncta quæ fecit.

Octaua conclusio. Rationabiliter vnus proximus ex charitate est magis diligēdus, quàm alius: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia tanto vnusquisque magis debet diligi quanto grauius peccat qui contra eius dilectionem operatur, sed grauius peccat, qui agit cōtra dilectionem aliquorum aliorum, vnde Leuit. scribitur sub præcepto quod qui maledixerit patri vel matri morte moriatur, quod non ponitur sub præcepto de his qui alios homines maledicunt: igitur quosdam proximorū magis diligere debemus quàm alios: sic con-

clusio vera. Vbi nota, quòd hic sunt duæ opiniones, vna est quæ dicit quòd omnes proximi sunt æqualiter diligendi: quam opinionem sequutus est Raymundus in summa, & Glosa c. 1. distin. 30. vt ait Syluester in summa titulo de eleemosina, alia est opinio Sancti Thomæ in conclusione proposita, quod oportet magis diligere vnum proximum, quàm alium etiam secundum affectum, quia vnus proximus habet maiorem propinquitatem ad Deum quàm alius, sed quantum ad bonum quod proximo optamus omnes æqualiter diligi debent, optamus enim eis idem bonum in genere nempe vitam æternam licet non per actū æqualiter intensum &c.

Nona conclusio. Homo tenetur diligere magis patrem quàm filium: probat hāc Sanctus Thomas vbi supra, quia id est magis diligendum quod habet maiorem rationem boni, & Deo similius, sed pater habet maiorem rationem boni, & Deo similioris: igitur cōclusio vera. Vbi nota, quòd hic sunt duæ opiniones prima est dicens, quòd dilectione naturali homo magis diligit filium quàm patrem quam opinionē sequitur Bonauentura, & Gabriel hic alia est opinio quam tenet Sanctus Thomas in cōclusione, & hęc est sequenda, quia est Diui Ambrosij libro primo officiorum, dicentis quòd primo Deus diligendus est secundo parentes inde filij post domestici & est Ar. 8. Ethic. quòd dijs parētibus, & magistris non possumus reddere æquiualens, & ideo in articulo necessitatis filius obligatus est maxime ex beneficijs susceptis vt parentibus valde prouideat, quia semper pater ex parte obiecti est magis diligendus, & si ex parte diligentis aliquando filius magis diligatur quàm pater.

Decima conclusio. Pater per se loquendo est magis diligendus quàm mater: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia tam pater quàm mater diliguntur à filio vt sunt principia eius naturalis originis, sed pater habet excellēt orem rationem principij quàm mater, quia pater est principium per modum agentis, mater autem per modum patientis, & materiæ: igitur cōclusio vera. Vbi nota, quòd conclusio est intelligenda per se, quia per accidens poterit esse contrarium, vt puta si mater contulerit magna beneficia filijs suis, & est virtutibus, & sanctitate plena, pater vero est vitiosus, & negligēs circa curam filiorum: hunc casum præposuit mihi Illustris Dominus Carolus Tapia Iuriscōsultus prudentissimus origine Hispanus ortu Neapolitanus probatissima vita, & doctrina præclarus, insignis forma magnæq; expectationis, qui adolescens nōdum vigesimum annum attingēs egregium commētarium in rubricam, & legem finalem. ff. de constitutionibus principum edidit, vbi totam ferè priuilegiorum materiam explicauit, vnde cum præposuisset mihi præsentem casum cōtra conclusionem dixi sibi, quòd conclusio est intelligenda per se, & ex parte obiecti, non autem ex aliqua circumstantia accidentali.

DISTINCTIO XXIX.

Disputat hic Magister de ordine charitatis quem ordinem declarat Gulielmus Altissiodorēsis in 3. lib. suæ summę de mēte D. Amb. dicens, quòd primo & super omnia debemus dili-

Marginalia: q.25.ar.10. — Cap.22. — Cap.30. — Albertus. — q.25.ar.11. — Cap.20. — q.25. art.9. — Distin.38. — Cap.6. — Cap.18. — Quest.26. — Carolus Tapia. — Tract.2.

gere Deum, secundo nos ipsos, tertio parentes, quarto filios ac filias, quinto domesticos, sexto extraneos, qui si boni sunt præponendi sunt filijs, atque domesticis prauis, septimo & vltimo inimicos: igitur pro notitia horum ponitur prima conclusio talis: In his quæ ex charitate diliguntur attenditur aliquis ordo: probat hac Sanctus Thomas secunda secundæ, quia vbicunque est inuenire aliquod principiū causans, & principiatū causatū ibi est adinuenire aliquē ordinē, sed in his quæ diliguntur ex charitate, est adinuenire principium causans, & principiatum causatum, quia dilectio charitatis tendit in Deum sicut in principium beatitudinis in cuius communicatione amicitia charitatis fundatur: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hic ordo magis inuenitur in charitate quā in alijs virtutibus, quia obiectū eius magis habet rationem principij, & hic ordo non inuenitur in charitate tanquam in ordinante quia ordinare est ipsius rationis, sed veluti in ordinata, & hæc doctrina est conformis sacris litteris. vt habetur in canticis canticorum introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.

q. 26. art. 1.

Cap. 2.

Secunda conclusio. Ordo charitatis remanebit in patria: probat hanc Sanctus Thomas, quia natura non tollitur per gloriam, sed perficitur, sed ordo charitatis procedit ex ipsa natura: igitur hic ordo remanebit in patria. Vbi nota, quòd sensus conclusionis est, quòd ordo charitatis manet in patria, sicut in via secundum intēsionem dilectionis, quia aliquis plus seipsum diligit quam proximum meliorem, quia intensio actus dilectionis pronenit ex parte subiecti diligentis, sed ordo charitatis suiipsius ad alios non eodem modo se habebit in patria, sicut in via: nam in patria simpliciter vnusplus diliget meliores quàm seipsum secūdum differentiam boni quod melioribus exoptat, volet. n. quilibet beatus vnumquemque habere quod sibi debetur secundum diuinam iustitiam, & hoc propter perfectam conformitatem humanæ volūtatis ad diuinam, vnde Diuus Bonauentura, ait quòd charitas est vinculum ligans, & vinculum perfectionis, & virtus vnitiua non quærens, quæ sua sunt propterea maximo gaudet ordine in via, & in patria. Magnus Albertus, scribit de ordine charitatis quòd sunt diuersę diuersorum opiniones, nam datur ordo naturæ tantum, ordo gratiæ tantum, & ordo gratiæ in natura innocenti, & liberata ab omni malo, & hic erit in patria. Petrus de Aquila ponit duos modos dicēdi seu duas opiniones, circa hāc conclusionem, vna est, quæ dicit quòd ordo charitatis in via non manet in patria, quia talis ordo in via est uerirorius, in patria non est meritorius, sed beatificus, idcirco talis ordo permanere nō potest sic etiam alia cognitio habetur in via, & alia in patria, in patria enim habetur cognitio in lumine gloriæ, in via autem habetur cognitio in lumine fidei, propterea sicuti sunt diuersi actus intellectus ita erunt diuersi actus voluntatis prouenientes ex charitate: alius est modus dicēdi seu alia opinio, quòd in patria remanebit idem ordo, quandoquidem habitus ille qui indifferenter respicit vnum obiectum præsens, & absens secundum omnes status viæ, & patriæ manet in omni statu, sed charitas indifferenter respicit obiectū suū præsens, & absens: igitur in oī statu manebit charitas, & sic eius ordo, sed his omnibus relictis nobis sequēda est conclusio præposita quæ est conformis sacris litteris, ait enim Apostolus primæ Corinth. Quòd charitas nunquàm excidit, & si ipsa remanet: igitur, & eius ordo vt supra declaratus est.

Distin. 29.

Petrus.

Tertia conclusio. Deus optimus maximus ex charitate totaliter est amandus: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia vltimus finis, & summe bonum totaliter est ex charitate diligendus, sed Deus est vltimus finis, & summe bonum: igitur cōclusio vera. Vbi nota, quòd hoc aduerbium totaliter dicit modum quendam, qui modus totalitatis potest referri ad rem dilectam, & sic Deus est totaliter diligendus, quia totum quod ad Deū pertinet, homo diligere debet, alio modo potest intelligi, quòd hic modus totalitatis referatur ad diligentem, & sic etiam Deus totaliter diligi debet, quia ex toto posse suo homo debet diligere Deum, & quicquid habet, ordinare debet ad Dei amorem, tertio potest intelligi vt hic modus sit secundum comparationem diligentis ad rem dilectam vt scilicet sit secundùm comparationem diligentis ad rem dilectam, vt scilicet modus diligentis adæquet modum rei dilectæ, & hoc non potest esse, quia vnumquodque intantum est diligibile inquantum est bonum, sed bonitas Dei est infinita, & infinite diligibilis, & virtus cuiuscunque creaturæ, siue naturalis, siue infusa est finita, propterea non potest hoc tertio modo intelligi cōclusio, sed intelligitur primo, & secundo modo, vel vt alij dicunt quòd Deus debet diligi totaliter, scilicet extensiue puta, quòd plus diligatur Deus quàm omnia alia ab ipso, & citius vellet homo omnia alia nō esse quàm Deum non esse, potest etiam intelligi cōclusio intensiue puta ex maiori affectu vult Deo bene esse quam alicui alteri, sed quomodocunque intelligatur conclusio, verus sensus est ille, quòd Deus totaliter ex parte diligētis, & rei dilectę amari debet, & est conformis hæc doctrina sacris litteris, nam dicitur Deuter. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.

Quæst. 27.

Totaliter dicit modum.

Cap. 6.

Quarta conclusio. Homo debet ex charitate magis diligere proximum quantum ad salutem animæ, quàm proprium corpus: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia illud est ex charitate magis diligendum quod habet pleniorem rationem diligibilis, sed proximus quo ad salutem animę est huiusmodi, magis quàm corpus: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd consociatio in plena participatione beatitudinis, quæ est ratio diligendi proximum est maior ratio quàm participatio beatitudinis per redundantiam, quæ est ratio diligendi proprium corpus, licet non sit de necessitate charitatis, quòd homo proprium corpus exponat pro salute proximi, nisi in casu quo tenetur eius saluti prouidere, sed quòd aliquis sponte ad hoc se offerat pertinet ad perfectionem charitatis: ex quo sequitur quòd Episcopi, & Curati tenentur cum periculo vitę, & rei familiaris succurrere subditis conferendo eis doctrinam, & sacramenta cum teneantur ex officio eis subuenire, vt optime fecit Illustrissimus Cardinalis Bonromeus Archiepiscopus Mediolanēsis tempore epidimiæ: audiebat enim confessiones illorum, qui peste laborabāt, ministrādo etiam

Quæst. 27.

etiam eis neceſſaria, tum ſpiritualia, tū corporalia, de qua e a tota Italia fuit maxime commendatus.

Quinta concluſio. Debet magis diligere parentes quàm vxorem: probat hanc Sanctus Thomas, (Quæſt. 28.) vbi ſupra, quia homo debet magis diligere quod habet maiorem rationem boni, ſed parentes habent maiorē rōnem boni, q̄ vxor: igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd gradus dilectionis poteſt attendi, & ſecūdum rationem boni, & ſecundum coniunctionem ad diligentem, ſecundum ergo rationem boni quod eſt obiectum dilectionis magis diligendus eſt pater, & mater, quàm vxor, quia pater, & mater diligūtur ſub ratione principij, & eminentioris cuiuſdam boni, & ſic intelligenda venit concluſio: ſi autem fiat ſermo ſecundum rationem cōiunctionis magis diligēda venit vxor, quia ipſa coniungitur viro, vt vna caro exiſtens, iuxta verba Saluatoris apud Matthæum, (Cap. 19.) Itaque iam non ſunt duo ſed vna caro, & ideo inteſius diligitur vxor, ſed maior reuerentia eſt parentibus exhibenda, vnde ratio carnalis coniunctionis non eſt finis amoris, ſed ſpecies vnionis cauſantis amorem, non enim principale bonum quod homo vult vxori eſt coniunctio carnalis cum hoc ſit bonum vtile ad generationem, & delectabile, vt velit bonum honeſtum, quod eſt maius, & hinc prouenit, quòd in extrema neceſsitatē tenetur homo magis ſubuenire parentibus quàm vxori: huic doctrinæ ſubſcribit ſe Albertus, (Diſtin. 29.) & Petrus de Tarantaſia, & Thomas de Argentina.

Sexta concluſio. Homo debet ſpernere omnia bona temporalia propter proximum: probat hanc Sāctus Thomas vbi ſupra, quia homo magis debet ſe diligere ſecundum mentem ſpiritualem quàm ſecundū corpus, ſed ponere omnia bona tēporalia pro vita proximi eſt diligere ſe ſecūdū ſpiritualem mentem, quia hoc pertinet ad perfectionem virtutis: igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd nomine proximi vt Magiſter ait quatuor veniunt intelligenda, primo conditione natiuitatis, & ſic proximus dicitur omnis homo, ſecundo ſpe conuerſionis, & ſic omnis peccator in via, tertio propinquitate cognationis, & ſic fratres, & ſorores dicuntur proximi: quarto beneficij exhibitione, vt fuit ille Samaritanus reſpectu illius, qui incidit in latrones tranſeuntibus ſacerdote, & leuita. Scotus vero ait, quòd proximus eſt ille cuius amicitia eſt grata dilecto.

Septima concluſio. Homo in aliquo euentu debet exponere vitam corporalem certo periculo pro ſalute amici æqualis conditionis: probat hanc Sanctus Thomas libro primo de regimine principum, (Cap. 8.) quia in caſu neceſsitatis vbi amicus neceſsitatur ille qui vitam pro ſuo amico æqualis conditionis amittit colit virtutem amicitiæ, quæ eſt valde neceſſaria reipublicæ: igitur licitum eſt mori pro ſeruanda vita amici, & ſic concluſio vera. Vbi nota, quòd hic ſunt duæ opiniones, vna eſt quæ tenet nunquàm eſſe licitum exponere certo periculo vitam propriam ad tuendam vitam amici bene tamen quando eſt ſpes euadendi periculum, & hanc opinionem ſequitur Durandus quarto libro ſententiarum: (Diſ. 57. q. 6) alia eſt opinio Sancti Thomæ, quàm poſuimus pro concluſione, & hanc opinionem tenuit Ariſtoteles libro 8. Ethic. & Cicero libro de amicitia de Scipione, & Lælio, apud Latinos, (Cap. 8.) & de Oreſte, & Pilade apud Græcos, qui pro patria, & amico expoſuerunt propriam vitam, hoc etiam tenet Lactantius libro quinto de diuinis inſtitutionibus, (Cap. 18.) & Beatus Auguſtinus libro quarto confeſſ. (Cap. 6.) videatur de hac re Dominicus Soto libro quinto de iuſtitia & iure, & Dominicus Bannes in ſecundā ſecundæ Sancti Thomæ. (q. 1. art. 6.)

Octaua concluſio. Poteſt homo abſque peccato pati aliquod detrimentum in profectu ſpirituali propter temporale commodum ſui proximi: elicitur hæc ex Sācto Thoma vbi ſupra, (Quæſt. 26.) & ratio eſt, quia homo poteſt abſque peccato non creſcere in charitate, non enim tenetur ſemper ex præcepto augere illam: igitur quòd hoc detrimentum patiatur vt placeat proximo in re licito non eſt peccatum. Vbi nota, quòd nō pro quouis proximo, & quauis neceſsitate hoc eſt faciendum: nam multis de cauſis hoc eſſet vitium, & eſſet ponere impedimentum ſpirituali vitæ, ſed charitas eſt illa quæ ponit normam in hoc negotio.

Nona concluſio. Homo per ſe loquendo nunquàm tenetur pati detrimentum in augmento charitatis propter bonum ſpirituale etiam totius mundi: elicitur hæc ex Sancto Thoma vbi ſupra, (Quæſt. 26.) & ratio eſt, quia ſi homo proficit in charitate implicat quòd teneatur facere aliud in quo minus proficiat aliàs peccaret, & ſimul proficeret, quod implicat contradictio: igitur &c. Vbi nota, quòd concluſio eſt intelligenda per ſe nam per accidens fieri poteſt, quòd teneatur homo relinquere aliquam occupationem vel ſtatum in quo ex natura ſtatus eſt maior commoditas ad profectum charitatis, ſed huic homini nō expedit hic, & nunc ob aliquā circumſtantiam, verbi gra: ita ſi habet parentes pauperes quos poteſt in ſæculo ſuſtētare, tunc tenetur pati detrimētum eius quod aliàs eſſet ſibi melius non in augumento charitatis, ſed circa ſtatum perfectiorem &c.

(An ſit melius manere in ſeculo quàm in religione.)

Decima concluſio. Poteſt eſſe vt homini melius ſit manere in ſæculo, quàm in religione: elicitur hæc ex locis ſupra citatis, & ratio eſt, quia poſſunt eſſe tales circumſtantiæ in religione reſpectu alicuius hominis, vt licet tutius ſit manere in religione ſimpliciter, & abſolute, tamen reſpectu circumſtantiarum alicuius, melius erit manere in ſæculo. Vbi nota, quòd aliquis poterit ſuſtentare multos pauperes, & facere magna opera pia, quæ in religione non poterit facere, & tunc ei expediret conſulere viros prudentes de profectu ſuę vitę ſpiritualis in ſeculo &c.

DISTINCTIO XXX.

SVperius determinauit Magiſter de ordine charitatis ſecundum diuerſum modum dilectionis: hic determinat de ordine charitatis ſecundum quantitatem meriti præſertim reſpectu inimicorum, pro cuius intelligentia ponitur prima concluſio: Diligere inimicos cadit ſub præcepto: elicitur hæc ex Sancto Thoma ſecunda ſecundæ, (Quæſt. 25.) & ratio eſt, quia diligere proximum cadit ſub præcepto iuxta illud, diliges proximum tuum ſicut teipſum, ſed inimici ſunt proximi iuxta parabolā quā dixit de Samaritano apud Lucam. (Cap. 10.) igitur cōcl. vera. Vbi nota, q̄ in hac cōcluſione oēs Doctores cōueniunt

niunt cum sit conformis, & rationi naturali & sa- ceris literis, ratio enim naturalis hoc dictat, quandoquidem proximus est capax beatitudinis, sed inimici dum sunt in hac vita sunt capaces gratiæ, & gloriæ siue beatitudinis: igitur &c. propterea dicunt aliqui Doctores, quòd non sunt in gratia Dei qui non diligunt inimicos cum dicat Saluator noster Christus apud Matth. Diligite Inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri, &c. & Paulus ad Romanos nõ reddentes malum pro malo, sed econtrario benedicentes, & infra si esurierit inimicus tuus ciba illũ, & si sitit potum da illi, ex quibus apparet conformitas conclusionis ad sacras literas, & quomodo odiẽtes inimicos non esse membra Christi, & hæc doctrina habetur ex communi consensu omnium Doctorum, & Sanctorum Ecclesiæ, vnde Augustinus in sermone Domini in monte super illa verba Diligite inimicos vestros. &c. apertis verbis ostendit hanc veritatem, idem habet D. Hieronymus expones illa verba, bene facite his qui oderunt vos, hoc idem docet Gregorius in homel. pent. dicẽs, quòd amor Dei non potest esse otiosus magna enim operatur si est, si operari desinit amor non est. hoc idem veritati effert Glosa exponens illa verba Apostoli ad Romanos comẽdat aũt charitatem suam in nobis &c.

Cap. 5. Cap. 12. Hom. 30. Cap. 5.

Secunda conclusio. Hoc præceptum de dilectione inimicorum pertinet ad legem naturalem: elicitur ex Sancto Thoma vbi supra, & ratio huius est, quia omnis homo naturaliter vult ne sibi fiat iniuria, & vult nõ sibi reddi malum pro malo, & vt subueniatur sibi existẽti in aliqua necessitate, sed hęc omnia spectant ad legem naturalem, igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd infideles solo lumine naturæ ducti hoc docuerunt, vt fuit Plato libr. Dialog. dixit nulli faciẽdum est malum etiam si ab illo passus sis iniuriam, item etiam Cicero lib. primo officiorum, & Salustius lib. de bello Iugurtino, patet etiam hoc ex ratione illa communi, quia præceptũ naturale est quod tibi non vis, alteri ne feceris, & quæcunque vultis, vt faciãt vobis homines eadem vos facite illis, & multa alia similia his adduci possent ad hoc propositum, sed pergamus ad alia.

Lib. 28.

Tertia conclusio. De necessitate præcepti est, vt homo exhibeat aliqua signa dilectionis suis inimicis: probat hanc Sanctus Thomas secunda secundæ, quia de præcepti necessitate est, vt nullum liuorem vindictæ habeat homo circa suos inimicos, vt habetur apud Leuiticum, Non quæres vltionem, & non eris memor iniuriæ ciuium tuorum, sed quando quis non exhibet signa aliqua dilectionis habet aliquem furorem vindictæ igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd effectus, & signa dilectionis procedunt ex interiori dilectione, & ei proportionãtur, & ista dilectio interior in hõmini est etiam de necessitate præcepti absolute, in speciali autẽ est non absolute, sed secundũ præparationẽ animi, vt alias diximus, sed de effectu, & signo dilectionis exterius exhibendo est etiã similis ratio, quia sunt quędam signa, & beneficia dilectionis, quæ exhibentur proximis in communi, puta cum aliquis orat pro omnibus fidelibus, vel pro toto populo, aut cũ aliquod beneficium impendit toti communitati &c. de his beneficijs est intelligenda conclusio, vt poteris videre apud Gerardum de Odonis, & Gerardum de Senis in præsenti distinctione.

q. 25. art. 9. Cap. 19. Distin. 30.

Quarta conclusio. Non est de necessitate præcepti exhibere signa dilectionis inimicis in particulari probatur, quia homo hoc non faciendo nullũ peccatum incurrit: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd ista beneficia, & signa dilectionis, quæ homo non exhibet particularibus personis, puta orare Deum particulariter pro sanitate alicuius, largiri aliqua munuscula, & cætera similia non tenetur exhibere suis inimicis, nisi secundum præparationem animi, vt subueniatur ei in articulo necessitatis, extra autem illum articulum non tenetur, & sic intelligit hanc conclusionem Vdalricus de Argentina, & Paulus de Perusio, & Ioãnes de Lutria, & quã plures alij Scholastici.

Quinta conclusio. De perfectione charitatis est exhibere signa dilectionis in particulari inimicis: probat hanc S. Tho. vbi supra, quia pertrahere ad sui amorem inimicos per exhibitionem beneficiorum non est de necessitate præcepti: igitur erit de perfectione charitatis &c. Vbi nota, quòd inimicus est multiplex aliquis dicitur inimicus legalis, vt turca respectu legis Christianæ, alius est inimicus personalis, vt vnus Christianus cum altero, tertius dicitur inimicus corriualis, vt quando sunt duo qui contendunt contra se inuicem propter aliquam dignitatem obtinẽdam: de omnibus his potest intelligi conclusio, quòd præter articulum necessitatis non tenetur homo de necessitate salutis, sed solum ad perfectionem charitatis spectat actu exhibere beneficia in particulari in his enim vult in bono vincere malum, vt optime ostendit Petrus de Perpiniano in præsenti loco, & Nicolaus de Susato, sic etiam Ioannes Noblet Doctor Parisiensis, & nõnulli alij tractantes hanc materiam de dilectione inimicorum. legatur hic Paulus de Palatio in expositione Matth. & Varratus, & Orbertus Carmelita, & Ioannes de Rupa scissa.

Quæst. 25. Inimicus triplex. Distin. 30. Cap. 5.

Sexta conclusio. Si inimicus alicuius hominis fit sibi obuius nõ tenetur illum salutare verbis neque signis: probatur ista, quia ad illa homo non tenetur respectu inimici ad quæ neque respectu cuiuscunque proximi ignoti tenetur, sed si occurreret aliquis proximus ignotus non tenetur eum salutare verbo, neque signo: ergo neque inimicum. Vbi nota, quòd hæc conclusio est intelligenda simpliciter, & per se quia per accidẽs respectu alicuius circumstantiæ aliter esse poterit, quandoquidem si homo ille ex illa salutatione poterit illum inimicũ reconciliare Deo & sibi, tenetur illum salutare, sic etiam si mos patriæ ita erit, & si illum non salutet oritur scandalum aliquod, sic etiam si ille inimicus est persona notabilis in dignitate constituta, puta vt sit prælatus, vel iudæus, ex omnibus his circumstantijs cogit charitas ipsa, vt ostẽdat talia particularia signa dilectionis: hanc veritatem declarat Guilelmus Guarronis Ioannes foreht, & Nicolaus de Gorra hic.

Distin. 30.

Septima conclusio. Homo si salutatur ab inimico tenetur, & illũ resalutare: probatur & ista quia si non resalutaret esset in contẽptum, & vituperium salutis, & scandalizaret circumstantes, & sic esset peccatum: igitur &c. Vbi nota, quòd conclusio intelligitur regulariter per se, qa per accidẽs poterit esse vt non teneatur, puta qñ est inferioris conditionis

ctionis, puta quia erit eius seruus, vel filius, aut subditus, & quia mos patriȩ hoc non requirit: quemadmodum etiam homo non tenetur conuersari, & colloqui cum inimico nisi quando non conuersando causaret scandalum apud astantes, & ille inimicus putaret se ab illo homine odio haberi, hoc
Distin. 30. docet Nicolaus Dorbellus, & Randulphus de Bruxella, & Rubertus Olchot in præsenti loco.

Octaua concl. Homo non debet quærere vindi-
q. 108. ar. 1. ctam de inimico suo, probat hanc S. Tho. 2. 2. quia delectari in malo alterius pertinet ad odium quod repugnat charitati, qua debemus omnes homines diligere, sed quærere, vel sumere vindictam de inimico est delectari in malo illius: ergo &c. Vbi nota, quòd nullus homo debet offendere alios, quia illi prius offenderunt ipsum, quia hoc esset vinci à malo, & non vincere malum in bono, contra quod
Cap. 3. scripsit Apostolus Romanis, vnde homo offensus non debet inferre aliquod malum suo inimico ex hoc, quia iniuste offensus est ab eo, quia in hoc peccabit, sicut peccat ille qui odit odientē se, licet possit adire iudicem sine rancore, vt puniat eum pœna pecuniaria, vel carceris, vel capitis ad emendationē illius peccantis, & ad cohibitionem eius, & ad quietem reipublicæ, & ad cōseruationem iustitiæ, & ad honorem Dei. hāc doctrinam sustinent multi Do-
Distin. 30. ctores. vt est S. Tho. vbi supra, & Iacobus de Altauilla, Haymo natione Anglicus, Anibaldus Romanus & quamplures alij.

Nona conclusio. Homo offensus ab aliquo inimico potest cogere iudicem ad exercendam vindictam de iniuria sibi illata ab suo inimico: probat
q. 108. ar. 1. istam Caietanus in secundam secundæ S. Tho. quia persona publica tenetur reddere malum pro malo ex debito legis, sed index est persona publica: igitur tenetur reddere malum pro malo, vt si quis occidit proximum suum punire illum, iuxta leges. & sic de alijs peccatis, & quando hoc non facit, potest cogi, vt faciat. Vbi nota hic, quòd vindicatio est vna ex virtutibus moralibus, sicut & gratitudo, vt
Cap. 5. docet Arist. 6. Ethic. sed actus vindicationis est reddere malum. s. pȩnæ pro malo culpæ, sicut actus gratitudinis est reddere bonum pro bono, nihilominus persona priuata poterit exercere virtutem gratitudinis, quia reddere bonum pro bono quilibet agere poterit. sed virtutem vindicationis non poterit exercere persona priuata, quia reddere malum ꝑ malo contrariatur charitati: spectat ergo ad personam publicam, quȩ est iudex siue capitaneus, aut gubernator; qui debet obseruare leges punitiuas, & emendatiuas, & castigare malos homines, & reddere iuxta demerita ipsorum, & vlcisci iniurias illatas bonis viris a discolis, & ab his, qui nō timent Deum, neque iustitiam punitiuam, & quia multoties reperiuntur negligentes iudices, & gubernatores reipublicæ possunt licite ipsæ personæ priuatæ, quæ non possunt exercere, & consumare actum huius virtutis vindicationis cogere ipsos iudices, vt exerceant, & cōsumēt ponantq; ipsam in actu exercito: hanc doctrinā docet Caiet. ad mentem S. Th. quæ aliquibus apparet difficilis, & scandalosa, quia ignorant virtutum moralium naturam, scientibus tamen ipsam hæc doctrina est verissima.

Decima concl. Petenti veniam parato emendari non tenetur offensus de necessitate salutis remittere. probatur quia offensus de necessitate salutis tenetur seruari iustitiam, sed non remittendo inimico parato emēdari, seruatur iustitia: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hic sunt duæ opiniones vna est quæ dicit, quod offensus non solum debet remitttre, sed etiam tenetur facere suo inimico instrumentum de remissione iniuriarum, secunda est opinio, quæ tenet quòd ex iniuria illata tria oriuntur. s. rancor & amaritudo in corde, signum rancoris in vultu. s. tortuositas oculorum, & actio contra iniuriantem, quæ meretur pȩnam pecuniariā, vel carceris, vel mutilationis, & huiusmodi: primum, & secundum tenetur homo offensus remittere inimico veniam veraciter postulanti. i. parato emendare pro posse, tertium vero nō tenetur remittere, & sic intelligitur cōclusio, & est doctrina Petri de Tarantasia, qui postea fuit Innocentius Tertius, quam etiā sequitur Carthusianus: Dominicus Ban- Distin. 30.
nes in secūdam secundȩ Sancti Thomæ dicit, quòd q. 25. art. 9.
est valde difficile, & vix moraliter loquendo vsu veniet, quòd quis velit condonare pœnam corporalem, & quòd careat odio, & appetitu vindictæ, Syl- §. quarto.
uester in summa verbo charitas ait hoc esse possibile, imò offensus poterit retinere etiam rancorem, & signū rancoris si bono fine hoc faciat. s. ad reprimēdam temeritatem inimici, ego autem dicerem, quòd prima opinio est de perfectione charitatis, secunda tamen est de rigore iuris, & vtraque est vera, prima tamen est præponenda pȩnitentibus.

DISTINCTIO XXXI.

AGit Magister in præsenti distinctione de duratione seu permanentia ipsius charitatis postquàm egit de ipsa charitate, & ponitur prima conclusio: actus fidei non manet in vita beata: probat hāc S. Th. 1. 2. quia cognitio imperfecta, q. 67. art. 5
& perfecta nō possunt esse simul, sed actus fidei est cognitio imperfecta, vita beata dicit cognitionem perfectā: igitur cōcl. vera. Vbi nota, ꝙ hic sunt duæ opiniones vna est quā sequitur Dur. hæc. n. dicit, ꝙ actus fidei manet in decorem, & in ornamentum beati, sicut cicatrices in corpore Christi, & in martiribus. Alia est opinio quæ dicit quòd ponere fidē remanere in patria est hæreticum, & nullo pacto as- Distin. 31.
serēdum. sed Dur. defendit se ab hac calumnia dicens, neque esse hæreticum, neque falsum: non hæreticum, quia nō est contra scripturas, neque contra traditiones patrum, neque contra concilia, sed his reiectis sequenda est conclusio S. Th. quæ licet non sit de fide, esset tamen periculosum tenere oppositum cum sit de intentione Sanctorum Patrum præ- Serm. 27.
sertim Augu. qui in sermone de verbis Apostoli, ait quid est fides nisi credere quod nō vides, & Diuus Hom. 26.
Greg. lib. hom. explicans verba illa Saluatoris, Quia vidisti me Thoma credidisti &c. est etiam hæc conclusio conformis sacris litteris, ait enim Apostolus Cap. 4.
2. Epist. ad Corinth. quandiu sumus in corpore peregrinamur a Dño, per fidem enim ambulamus quibus verbis aperte dicit Apostolus, quòd fides facit nos peregrinos vt exules à patria cœlesti, quia facit nos viatores: visio vero beata facit nos domesticos Dei, & cōpræhensores diuinæ visionis, hanc veritatē etiam tenet Albertus, D. Bonauen. Riccar. & Petrus de Palude, & Tarātasius, & Argētina hic.

Secūda cōcl. Habitus fidei non remanet nec re- manere potest cum visione beatifica: probat hanc
Distin.31. q.2.art.1.
S.Tho. in præsenti distin. quia lumen splendidissimum dissipat obscurum, & caliginosum, sed lumē gloriæ est splēdidissimum, lumen fidei est obscurū, & caliginosum quasi lucerna lucens in caliginoso loco: igitur adueniente lumine gloriæ visionis beatificæ dissipabitur lumen fidei. Vbi nota, quòd Petrus de Aquila cognomēto Scotellus minorita narrat duas opiniones, quas etiam recitat D.Bonauentur. quarū prima dicit, quòd in fide duo reperiuntur. s. illuminatio habitualis, & obscuritas ænigmatis, quantum ad habitum luminis fides non euacuatur, sed perficitur, & conseruatur in patria, quantū vero ad obscuritatem ænigmatis, fides cum sit ex
1.Cor.13.
parte simpliciter tollitur, iuxta quod dixit Apostolus cum venerit quod perfectum est euacuabitur quod imperfectum est, & hanc opinionē sequutus
Distin.32.
est Dur. & Dionysius Carth. vult, q Magnus etiam Albertus habuerit hāc phantasiā, quia dicit in præsenti loco, quædā manent in patria secundum substantiam non secūdum formam, & actum, vt fides, secūda opinio est, quę tenet quòd fides simpliciter tollitur, quia nullus habitus in patria debet poni frustra, aliàs aliqs habitus in patria erit superfluus, sed si fides poneretur in patria poneretur ibi frustra: & sic fides simpliciter ibi tollitur. & hæc est opinio quam nos proposuimus in conclusione, &
Cap.1.
est conformis sacris litteris, nam ait Apostolus ad Hebr. fides est substantia sperādarum rerum argumentum non apparētium, habet ergo pro obiecto ipsa fides non apparens, cum ergo apparuerit similes ei erimus, & videbimus sicuti est. quia videmus nunc per speculum in ænigmate tunc autem facie ad faciem, &c.

Tertia concl. Habitus spei non manet in patria:
q.67. art.4.
hanc probat S.Tho. 1.2. quia spes importat quēdā motum ad id quod non habetur, sed speratur, spes enim est expectatio futuræ beatitudinis, sed in patria non est amplius motus, sed terminus motus. s. fruitio, & diuina visio: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hic sunt tres opiniones, quarum prima
Distin.31.
est Fratris Ioannis de Bassolis minoritę in pręsenti loco qui ait mihi videtur, quòd absolute loquēdo habitus fidei, & spei possunt manere in patria, ita quòd nullam incompossibilitatem habent, nec repugnantiam formalem ad actum aliquem, vel habitum gloriæ, vel patriæ, quia scientia, & opinio, & fides omnia stant simul, non obstāte quòd opinio non faciat certitudinem, & aliæ faciant: ergo sic in proposito de spe, cum beata vita. secunda est opinio quam recitat Petrus de Aquila hæc enim distinguit dicens, quòd in spe est duo reperiri, alterū imperfectionis. s. expectatio quędam eorum, quæ non habentur, & alterum perfectionis. s. complementum quod est confidentia, & certitudo quæ facit nos uniti summæ bonitati: quantum ad primum spes simpliciter tollitur, non autem quantum ad secundum: tertia est opinio quam proposuimus in conclusione, quòd spes in patria non manet, quia talis habitus, & est incompossibilis, & esset superfluus si remaneret, quia cum talis habitus sit simplex ex consequenti totus tollitur, quia totus iam remanere non potest: & hæc opinio est conformis sacris litteris, ait enim Apostolus ad Romanos, quòd videt quis quid sperat quasi dicat nihil, huius sententiæ est Sanctus Thomas, Bonauētura, Petrus de Palude, Caietanus, Medina, & cæteri boni authores.

Quarta cōclusio. Charitas non euacuatur in patria, sed eadem numero manet: hanc probat Sanctus Thomas prima secundæ, quia actus charitatis est diligere Deum propter se, & super omnia, & ex toto corde, & ex tota anima, sed iste actus magis competit statui gloriæ quam viæ. ergo charitas maxime competit statui glorioso, & sic nō euacuatur in patria. Vbi nota, quòd hæc conclusio est de fide catholica, quia scribit Apostolus 1.Corinth. Cha-
Cap.13.
ritas nunquàm excidit, & exponit glosa, quòd fides, & spes euacuabuntur in patria, nō autem charitas, vnde siue gratia, & charitas sint idem, vt tenēt multi, & omnes ferè ex familia Scoti, aut se inuicem cōcomitantur, vt est rei veritas, si manet gratia manebit etiam & ipsa charitas: legatur hic Carth. qui multos Doctores citat, & omnes vnanimi consensu concordant in præsenti conclusione S.Thom.

Quinta conclusio. Scientia non destruitur, sed remanebit in patria: probat hanc Sanctus Thomas
Distin.32.
in præsenti distinctione, quia ideo anima est posita in corpore, vt perficiatur scientijs, sed frustra esset posita in corpore nisi post corruptionem corporis scientia ipsa remaneret: igitur conclusio vera &c. Vbi nota, quòd triplex est opinio, circa hanc conclusionem quarum prima dicit, quòd istę scientiæ, quæ acquirūtur in hoc mundo destruuntur in patria, quia eis succedit nobilior, & perfectior cognitio: secunda opinio distinguit, quòd scientiæ, quæ acquiruntur in hoc mundo habent duo. s. habitum, & vsum, & quòd in patria destruuntur quo ad vsum, sed remanēt quo ad habitum. tertia opinio dicit, quòd in scientia quam modo habemus tria considerantur scilicet habitus actus, & modus agendi, qui est intelligere per phantasmata, modo scientia remanet quo ad habitum, actus scientiæ, qui est discurrere perficietur, quia discursus habet duo nempe inquisitionem, & terminū inquisitionis, qui est certa cognitio: remanebit igitur hęc certa cognitio, modus vero tolletur, & scientia manebit quo ad habitum, quo ad actum mutabitur, quo ad modum destruetur. & hanc opinionem proposuimus in conclusione cui concordat Bonauentura Riccardus, & Tarantasius, & Petrus de Pa-
Distin.31.
lude hic.

Sexta conclusio. In damnatis remanet scientia, quam acquisierunt in hac vita: probat hāc Sanctus Thomas, vbi supra, quia scientia nō destruitur nisi aut propter corruptionem ex parte scibilis, aut ex parte medij, aut propter corruptionem ex parte subiecti, sed nihil horum corrumpitur in damnatis: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd damnati propter tot tantasque pœnas quas patiuntur, non possunt libere vti scientijs, quas hic acquisierunt, sed probabile est quod intelligāt discurrendo cognoscēdo cōclusiones, & resoluendo eas ad prima principia, nec ex hoc minuitur pœna ipsorum, imò potius hæc sciētia, quæ in eis remanet erit in dānū, detrimentum & pęnam, sicuti in beatis erit in gloriam accidentalem. & ideo B.Hieronymus ad Paulinum dicebat discamus in terris quorum scientia perseueret nobis in cœlo. &c.

Septima conclusio. Anima alicuius literati non A est beatior anima alicuius idiotę: probatur, quia il la anima est beatior, quę habet maiorem charitatem, sed anima idiotę poterit esse, vt habeat maiorem charitatem: igitur conclusio vera. Vbi nota, q᷑ facultas videndi Deū non competit intellectui creato secundum suam naturam, sed per lumen glorię, quod constituit intellectum in quadam deiformitate: vnde intellectus plus participās de lumine glorię perfectius Deum videbit, & sic beatior erit, ille vero plus participabit de lumine glorię, q plus habebit de charitate, quia vbi est maior charitas, ibi est maius desiderium, & desiderium quodammodo facit desiderantem aptum, & paratum ad susce B ptionem desiderati, vnde qui plus habebit de charitate perfectius Deum videbit, & beatior erit: nō ergo plenitudo, & abundantia scientiarum facit animam beatam, sed plenitudo charitatis, quam forsitan idiotę habebunt magis, quàm homines literatissimi in omni scientiarum genere. propterea Cap. 5. clamabat Aug. lib. 9. Confessionum surgunt indocti, & rapiūt nobis cęlum, & nos cum omnibus nostris doctrinis trahimur ad inferos: conetur ergo vnusquisque acquirere charitatem magis, quam scientiam si beatior esse cupit.

Octaua conclusio. Anima literati cognoscet idē pluribus modis, quod facere nō potest anima idio C tę probatur, quia hęc conclusio, verbi gratia homo est risibilis cognoscetur a literato hoc modo, quia homo est rationalis, & quia videt ipsam in verbo, sed anima idiotę cognoscet eam tantummodo in verbo: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd propterea nō superfluit sciētia acquisita in patria, ubi omnia cognoscuntur in verbo, quia vnum, & idem pluribus modis ac medijs agnosci potest, & hoc est valde iucundum, quemadmodum Angeli cognoscunt res in verbo cognitione matutina, & per species inditas seu infusas cognitione vespertina, & Christus Dominus vnum, & idem potuerat agnoscere per scientiam diuinam, per scientiam beatā, D & per scientiam infusam, & acquisitam, & vna, & eadem conclusio potest cognosci per mediū demonstratiuum, & probabile.

Nona conclusio. Respectu harum scientiarum quas animę separatę acquisierunt in hoc mundo non est studium aliquod, vel disputatio probatur. quia istę scientię non remanebunt quantum ad discursum, vt dictum est, sed quantum ad terminum certitudinis: igitur conclusio vera: cōsequētia probatur, quia studiū, & disputatio erit penes discursum Vbi nota, q᷑ in patria quantum ad bonos nō oportet, vt sit studiū, vel disceptatio, vel actus col- E latiuus, quia omnium illorum, quę cōsiderare velent, possunt accipere cognitione in verbo, vel habere per illuminationem superiorum, dānatis quoque non vacabit disputare, aut studere pęnarū pondere pressis, nisi forsitan alicui illorum concessum fuerit ex diuina permissione, vt legitur de multis in uitis patrū, qui apparuerunt eorū notis, sed hoc non est regulariter.

Decima conclusio. Scientia seu habitus scientifi cus non est computanda inter bona trāsitoria, pro Dist. 31. bat hanc S. Tho. in pręsenti loco, quia bonum trā Quaest. 2. sitorium cōputatur inter sollicitudines rerum tem Cap. 3. poraliū, sed sciētia nō est huiusmodi, ut scribitur, lib. Sap. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquā lutum existimabitur argentū: igitur conclusio vera. Vbi nota, q᷑ reprę hensibiles sunt, & stulti homines illi, qui diu noctuq; laborāt, vt acquirant diuitias, spernendo scientias: arbitrātur enim isti, quòd sint ęqualis conditionis vna vetula, & vnus rusticus sicuti vnus magnus Philosophus, & magnus Theologus, & quòd diuitię computentur inter ęterna, & sciētia inter trāsitoria, & tamen oppositum est verum hinc Auct. in Prologo primi Phys. dixit, quòd homo sciens differt ab idiota sicut homo verus ab homine picto, & Salomon dicit Beatus vir, qui inuenit Sapientiam, & qui affluit prudentia, & non dicit beatus, qui inuenit diuitias, &c.

DISTINCTIO XXXII.

Vperius ostendit Magister de charitate, qua nos diligimus Deum: hic determinauit de charitate, qua ipse Deus gloriosus diligit nos, & pro huius rei notitia sit prima cōclusio talis Deus ex charitate diligit omnem creaturam: probat hāc S. Thomas in pręsenti loco, quia amor diuinus, vt ait Dionys. in lib. de diuinis nominib. mouet supe Distin. 32 riora in prouidētiam inferiorum, sed Deus habet q. 1. ar. 2. prouidentiam de omnibus: ergo ipse omnia diligit ex charitate, scilicet in creata ex parte diligentis. Vbi nota, quòd charitas dicitur quinque modis vno modo vocatur charitas ipsa res amata per charitatem, quę est obiectum eius, & sic Deus est charitas, vt scribitur. 1. Ioan. Deus charitas est, secundo dicitur charitas ipse actus charitatis, & sic Cap. 4. etiam scribitur ibidem, qui manet in charitate in Deo manet, tertio dicitur de effectu charitatis, & sic habetur apud Ioan. maiorem charitatem nemo Cap. 15. habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis quarta charitas dicitur persona Trinitatis cui conuenit appropriate dare charitatem, & sic Spiritus sanctus dicitur charitas, vt exponit Aug. lib. 15. de Trini. 5. dicitur charitas habitus a Deo infusus in Cap. 44. clinans voluntatem ad Deum diligendum facile tanquam supernaturale bonum, & vltimum finem suum. primo modo, & quarto charitas non est virtus, sed est Deus dator omnium virtutum, qui etiā est obiectum virtutis charitatis, secūdo etiam modo est actus virtutis, tertio modo est effectus virtutis, sed quarto modo dicitur virtus de qua Apo Cap. 5. stolus ad Rom. charitas Dei diffusa est in cordib. vestris per Spiritum sanctū &c. Et sic diffinitur ab Aug. charitas est fons proprius, & singulorum bonorum, & alueus, habitus singularis beatorum cui non communicat alienus, dicitur etiam charitas vnus ex fructibus Spiritus Sancti de quo alijs dicemus. patet ergo, quis sit sensus conclusionis.

Secunda conclusio. Deus ęqualiter diligit omnes creaturas hanc ita probat S. Th. quia prouidentia est effectus amoris, vt docet Dion. lib. de diui- Cap. 6. nis nomin. b. sed Deus ęqualiter prouidet omni- Cap. 4 bus, vt dixit Salomon, lib. sapien. pusillum, & magnū ipse fecit, & ęqualiter est ei cura de omnibus: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd illud ęqualiter dupliciter intelligi potest, vno modo ratione principij, & sic dicitur magis amari illud ad quod amandum efficacius voluntas inclinatur, & sic intelligitur

telligitur conclusio, quòd Deus æqualiter omnia diligit, quia in dilectione sua respectu cuiuslibet rei habet infinitam efficaciam in diligendo, alio modo illud æqualiter posset capi ex parte obiecti, & sic non potest intelligi conclusio, quia sic Deus magis diligit vnam creaturam, quàm aliam prout vni vult maius bonum, quàm alteri, vel vt aliqui dicunt illud aduerbium æqualiter potest se tenere ex parte actus diuinæ voluntatis, vel ex parte boni amati: primo modo intelligitur conclusio non secundo, vel vt dicit Petrus de Aquila, Deus æqualiter diligit omnem creaturam secundum actum essentialem, non autem secundum effectum consequentem.

Tertia conclusio. Deus eadem dilectione diligit se, & creaturas: probat ista, quia ille eadem dilectione diligit se, & alia, qui purissima, & simplicissima dilectione diligit, sed Deus est huiusmodi, nam dilectio Dei est ipse Deus, idcirco cum ipse sit actus purus eadem dilectione diligit se, & creaturas. Vbi nota, quòd dilectio Dei potest dupliciter considerari primo quantum ad essentiam, secundo quantum ad productionem, vel efficientiam: primo modo eadem est dilectio, qua Deus diligit se, & omnē creaturam, sed non secundo modo, vel aliter sic dilectio Dei potest cōsiderari, quoad formale significatum, & sic etiam est eadem dilectio, quia est idē velle: vel potest considerari, quo ad connotatum, & sic nō est eadem dilectio, qua Deus & se, & creaturam diligit: omnibus his modis exponi potest ipsa conclusio.

Deus eadē dilectione diligit se, & alia.

Quarta conclusio. Deus ab æterno dilexit creaturas probatur, quia illa Deus ab æterno dilexit quibus ab æterno voluit bona, sed Deus ab æterno voluit creaturis bonum: igitur eas ab æterno dilexit. Vbi nota, quòd etiam hæc conclusio potest intelligi, quoad efficientiam, seu quo ad connotatum, siue dilexit creaturas ab æterno non autem pro æterno, quia duplex amor ponitur in Deo, alter simplicis cōplacentiæ, alter vero dicitur amor efficax: primo amore Deus ab æterno diligit omnia diligibilia, vel entia non solum illa, quæ aliquando fuerunt, uel sunt, vel erunt in actu, sed omnia possibilia, nam ab æterno intellexit omnia talia perfecte per rationem suæ essentiæ quantum ad entitates simplices eorum, vnde suæ voluntati complacuit in ipsis eadem ratione, qua dilexit suam essentiā nam talia eminenter, & perfectionaliter in sua essentia continentur, amore vero efficaci Deus non dilexit omnem creaturam ab eterno, sed solum illam, quę disposuit fiendam, & fore bonam bonitate reali pro aliqua differentia temporis, vnde respectu talis creaturæ dicitur amor efficax, vel efficaciæ, & est amor diuinus, quo voluit efficaciter creaturam ipsam produci in esse reali, & voluit hāc ab æterno licet non voluerit eam producere, vel produci pro ęterno, sed pro tempore: legatur circa hoc negotiū Nicolaus de Gorra, & Henricus de Harinaria, & Ioannes de Parma.

Deus ab æterno dilexit nos.

Amor duplex efficax, & cōplacentiæ.

Distin. 31. Quinta conclusio. Deus magis diligit Angelos, quàm homines: probat hāc S. Doctor, quia illa magis Deus diligit, quæ sunt illi similiora, sed Angeli sunt Deo similiores, quàm homines, sunt enim Angeli pure intellectuales, quòd non est ita de hominibus: igitur conclusio vera. Vbi nota, q̄d A quantum ad bonum naturæ plus Deus diligit Angelos, quam homines, sed quātum ad bonum gloriæ se habent, vt excedētia, & excessa, nam quidam homines habebunt maiorem gloriam, quā aliqui Angeli, aliqui vero Angeli habēt maiorem gloriā, quam aliqui homines, & quidam habebunt æqualē: propterea sunt gradus dilectionis respectu gloriæ, quoad effectum etiam reparationes etiā plus Deus dilexit homines, quam Angelos.

Sexta conclusio. Deus plus diligit Christum Dominum, quam totum genus humanum. probat hanc S. D. quia illum magis Deus diligit cui tribuit gratiam non ad mensuram, sed ipsi Christo B tribuit gratiā non ad mensuram, vt scribitur apud Ioan. datus est spiritus non ad mensuram, totum autem genus humanum de plenitudine eius accepit: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd Deus diligit Christum: nō solum plus, quam totum humanum genus, sed etiam magis, quam totam vniuersitatem creaturarum, quia scilicet ei maius bonū voluit, quia dedit ei nomen, quod est super omne nomen, vt verus Deus esset, & homo, nec eius excellentiæ deperiit ex hoc, quod Deus dedit eū in mortem pro salute humani generis, quinimo ex hoc factus est victor gloriosus, vt ait Esai. factus est principatus super humerum eius, & quia hoc nomen C Christus nominat personā in duabus naturis quarum vna est nobilitatis, & dignitatis infinitę, & ipsa persona in se, & natura vnita ratione psonæ habet quandam nobilitatem, & dignitatem singularem, & inæstimabilem, propterea absq; omni calumnia concedi potest, quòd Deus magis dilexerit, & diligat Christum, quam uniuersitatem creaturarum nedum humanum genus, & hæc est doctrina Beati Anselmi. in lib. Cur Deus homo, vbi ait, vita illius hominis præponderabat toti mundo imò etiam mille mundis: legatur hic Ioannes de Alerio, & Michael de Cæsena.

Distin. 32. Cap. 3. Cap. 9. Cap. 2. Distin. 3.

Septima conclusio. Absolute, & simpliciter loquendo Deus magis diligit peccatorem prædestinatum, quam iustum præscitum: probat hāc S. Th. quia ab æterno isti prædestinato voluit maius bonum: igitur cōclusio vera. Vbi nota, quod ly magis debet referri ad finalem gloriam ipsius prædestinati, aliter propositio nō esset vera: nam si in ea significetur, quòd amor Dei referatur ad tempus, quo aliquis est iustus, etiamsi aliās sit præscitus, & ad tēpus, quo alius est peccator etiam si aliās sit prædestinatus, propositio tunc erit falsa, quia pro illa tūc iustus præscitus est membrum Christi viuum, alter uero peccator prædestinatus est membrum diaboli, & ideo caute legenda est hæc conclusio, vt notat E Nicolaus de Gorra, & Brulifer.

Distin. 32.

Octaua conclusio. Deus magis diligit prædestinatum, quàm non prædestinatum: probatur hæc, quia prædestinato vult finalem gloriam, quàm nō vult illi, qui non est prædestinatus ergo &c. Nota hic, quod hæc conclusio etiam intelligenda est simpliciter, & absolute sicut ista, Deus magis diligit quemlibet iustum, quam quemlibet peccatorem, quia absolute loquendo significatur in his propositionibus, quod Deus sua dilectione respicit iustū pro illo tempore, quo iustus est, & peccatorem pro illo tempore quo peccatorem, & sic de prædestinato, & non prædestinato, vnde condemnatum est in concilio

Distin. 32.

Concilio Constantiensi quòd prædestinatus nunquàm est membrum diaboli, & hæc est doctrina Beati Augu. super Ioannem dicentis omnia diligit Deus quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, & illis ea amplius, quæ sunt mébra vnigeniti sui, & multo magis ipsum vnigenitũ Filium suum &c.

Sess. 15. Cap. 16.

Nona conclusio. Deus magis diligit innocentes quàm pœnitentes: probat hanc S. Tho. quia innocens est Deo similior, & ad huiusmodi innocentiam pœnitens, nunquàm peruenire poterit: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd pœnitentes, & innocentes se habent, sicut excedentia, & excessa, nã siue sint innocentes, siue pœnitẽtes illi sunt meliores, & magis dilecti qui plus habent de gratia, cæteris autem paribus innocentes sunt digniores, & magis dilecti, dicitur tamen apud Lucam dico autem vobis quòd maius gaudiũ erit in cœlo super vno peccatore pœnitente quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia, quia plerumque pœnitentes cautiores humiliores, & feruentiores resurgunt, & hæc est doctrina B. Greg. exponentis supra dicta verba, ait. n. ipse quòd Dux in prælio eũ militem plus diligit, qui post fugam conuersus fortiter hostem premit quàm qui nunquàm fugit nec vnquàm fortiter fecit. conclusio. tamẽ intelligi debet cæteris paribus vt dictũ est legatur hic, Baptista de Salis, & Alexander de Alexandria.

Cap. 15.

Decima conclusio. Præsumptuosum est ferre iudicium si Christus Dominus plus dilexerit Petrũ quàm Ioannem vel econuerso: ponit hanc S. Tho. p. p. & ratio est, quia certitudo huius maioris dilectionis non habetur ex sacris litteris, neq; ex Concilijs neque ex traditionibus, neque ex extrauagantibus summorum pontificum, neque ex reuelationibus, igitur conclusio vera, adde quia vt dicitur lib. Prouerb. spirituum ponderator est dominus & non alius. Nota tamen quòd circa hanc conclusionem fuerunt diuersę sentẽtię Theologorum, quarum prima est Aug. super Ioanne dicentis, quòd dilectione in affectu exteriori Christus Dominus magis dilexit Ioannem quàm Petrum, quia signa maioris familiaritatis ei ostendit, vnde super pectus domini in cœna recubuit: dilectione vero in affectu interiori magis dilexit Petrum, quia maius munus gratiæ sibi dedit. secunda est sententia aliquorum dicẽtium, quòd Christus plus dilexit Petrum quò ad donum charitatis, Ioannem vero quo ad donum intellectus, tertia est sententia, dicẽs quòd Christus plus dilexit Petrum in membris, vnde ei commisit regimen suæ Ecclesiæ, Ioãnem vero plus dilexit in seipso propter sui iuuentutem, & puritatem, unde ei cõmisit curam suæ matris. quarta est sententia quæ dicit quòd Christus Dominus plus dilexit Petrum in vita actiua, quæ per ipsum significatur, Ioannem vero in vita contemplatiua per eũ significata, quinta sententia est, dicens esse incertũ in ordine ad maiorem gloriam quem plus dilexerit, certum tamen est, quòd plus dilexerit Petrum quantum ad maiorem promptitudinem, & feruorem, quem Petrus ostẽdit in magistrum suum. sed cõclusio est sequenda relictis omnibus, quæ in hac materia à diuersis dicuntur, legatur hic Petrus de Perpiniano.

q. 20. art. 4. Cap. 16. Cap. 20.

DISTINCTIO XXXIII.

Expedita consideratione de virtutibus Theologicis accedunt sententiarij ad virtutes Cardinales seu principales & pro explicatione huius materię, ponitur prima cõclusio: Virtutes morales non insunt nobis à natura: probat hanc Sanctus Thomas prima secundæ, quia id quod est à natura est commune omnibus hominibus, & non tollitur per peccatum, & hinc dicitur quòd naturalia manserunt integra in dæmonibus post peccatũ, sed virtutes nõ sunt communes omnibus hominibus & tolluntur per peccatũ: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hic fuerunt varię sentẽtię Philosophorum nam Plato posuit omnes virtutes præexistere in anima, eas tamẽ grauitate corporis impediri ne in operationes suas exeant, secunda sententia opposita illi est Auicenæ dicentis omnes virtutes venire ab extrinseco ex influentia intelligentię agentis, tertia est sẽtẽtia Arist. quæ est media inter has ait enim 2. Ethi. virtutes inesse nobis à natura secũdũ inchoationem, & aptitudinẽ nõ autẽ secũdum perfectionem, quia in nobis reperitur seminarium quoddam omnium virtutum, de quo dicitur signatum est super nos lumen &c. conclusio ergo intelligenda venit de virtutibus quoad complementum, & perfectionem, non autem secundum inchoationem, & aptitudinem, & prout natura dicit rationẽ subiectiui principij materialis, & distinguitur contra liberum, legatur hic Simon de Spira, & Ilmannus Aquensis.

Quæst. 63. Cap. 2. Psal. 4. Distin. 33.

Secunda concl. est: aliquæ virtutes morales sunt subiectiue in appetitu sensitiuo qui diuiditur per irascibilem, & cõcupiscibilem, hanc probat S. Th. vbi supra, quia in illa potentia, quæ maxime deuia est à bono, & procliuis ad malũ debet poni virtus moralis rectificans ipsam, sed appetitus sensitiuus est huiusmodi igitur concl. vera. Circa quam nota, quòd sunt diuersę sententię Theologorum, vt recitat frater Ioãnes de Bassolis minorita, nam aliqui dicunt, quòd cum voluntas tripliciter considerretur primo vt natura, secũdo, vt deliberatiua, tertio vt arbitrio libera, & quod virtutes debent poni in voluntate non vt natura, sed vt est deliberatiua, & hanc opinionem tenet Vdalricus, quia propriũ & per se subiectum virtutis est ratio ipsa deliberatiua. aliqui vero dicũt quòd virtutes morales sunt in superiori parte animæ, per quandam vero redundantiam, & impressionem sunt in appetitu sensitiuo, & hãc opinionem docet Albertus Magnus. Aliqui asserunt, quod in appetitu sensitiuo nulla est propriè virtus, sed bene impropriè, & imperfecte, & secundum quid, & hanc opinionem sequitur Riccardus. Aliqui dicunt, quòd omnes virtutes morales quotquot sunt reponuntur essentialiter in appetitu intellectiuo, & hanc sequitur Petrus de Aquila Tartaretus, Antonius Andrea, Ocham Gabriel, & omnes ferè Scotistæ, & Ochanistæ. Aliqui vero dicunt hoc esse problema neutrum, & vtraq; pars est sustentabilis, & hanc opinionẽ sequitur Dionysius Carthusianus. rei tamẽ veritas est, quam proposuimus in conclusione, quia si in appetitu sensitiuo est verum vitium luxuriæ, & verum vitium pusillanimitatis; igitur in eo constituendæ sunt veræ virtutes, vt est temperantia, & fortitudo; & hæc est sententia Arist.

Riccard.

Cap.5. Aristo. 10.lib. Magnorum moralium, quòd in ap-
petitu sensitiuo, qui est rationalis non per essen-
tiam, sed per participationem collocantur virtu-
tes aliquę, & hæc sententia est conformis sacris lite-
Cap. 7. ris, ait enim Apostolus ad Rom. condelector legi
Dei secundum interiorem hominem, sed sentio
aliã legem in membris meis repugnantem legi mé
Cap.5. tis meæ, &c. & ad Galatas caro concupiscit ad uer
sus spiritum, vt non quæcunque uultis illa faciatis,
&c. legatur in hac materia Michael de Bononia
Carmelita, & Ioannes Balistarius, & Monacus Al-
bus, qui est manu scriptus in bibliotheca S. Domi-
nici de Neapoli.

Tertia conclusio. In viribus apprehẽsiuis sensiti
q 56.ar.5. uis non possunt esse uirtutes. hanc probat S.Th. vbi
supra, quia omnis virtus aut est intellectualis aut
Cap.1. moralis, vt scribitur. 6. Eth. sed neutra in eis reperi
tur: igitur cõclusio vera. Vbi nota, quòd virtus est
habitus perfectus, quo bonum operamur, propte
rea in ea facultate debet residere virtus, quæ est cõ
sumatiua boni operis, sed cognitio veri, non consu
matur in facultatibus aprehensiuis sensitiuis, quia
tales facultates potius præparant ad cognitionem
intellectiuam, quæ est cognitio veri, ob hoc in eis
non constituendæ sunt virtutes aliquę. legatur cir
Cap.3. ca conclusionem istam Burdanus. 6. Ethi.

Quarta conclusio. In sensibus exterioribus nul-
lus habitus ponitur. ratio huius est, quia habitus
est qualitas de diffici mobili, sed in sensibus exte-
rioribus non extat talis qualitas: igitur conclusio
vera. Vbi nota, quòd sensus exteriores nõ possunt
conseruare aliquam impressionem ab obiecto si-
cut neque recipere speciem nisi in præsentia obie-
cti, interiores vero sensus non solum recipiunt, sed
etiam cõseruant speciem in absentia obiecti, & ita
bene possunt esse capaces alicuius habitus, quæ est
qualitas permanens: ex quo sequitur, quòd neque
etiam in sensu communi potest esse habitus, quia
non potest conseruare spec es in absentia obiecti
quamuis sit sensus interior: hanc materiam latius
Distin. 33 tractant hic Ioannes Parisiensis, & Ioannes de
Parma.

Quinta conclusio. In voluntate sunt collocandę
virtutes: probat hanc S. Th. vbi supra, quia maior
perfectio requiritur in mouente, quam in moto,
sed voluntas mouet irascibilem, & concupiscibilẽ
in quibus iam sunt virtutes: igitur multo magis po
nendæ sunt in voluntate, & sic conclusio est vera.
Circa quam nota, quòd cum voluntas sola libera
sit, & primarium omnium actuum humanorum,
& cum illa sit, quæ moueat cæteras potentias, &
cui cæteræ resistere non valent, & cum ex ipsa volũ-
tate pendeat omne bonum, & malum nostrum ip-
sa sola est maxime ornanda, & perficienda virtuti-
bus: & hęc doctrina est conformis sacris literis, scri
bitur enim lib. Prouerb. omni custodia serua cor
Cap.5. tuum, quia ex ipso uita procedet, & apud Matth.
Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt,
& alibi ex corde exeunt cogitationes prauæ homi-
cidia furta, &c. & arbor mala non potest bonos fru
ctus facere, & multa alia, vt videre poteris apud
Dist. 33. Matthæum de Aqua sparta, & Ludouicũ Donatũ.

Sexta conclusio. Quatuor sunt virtutes principa
les, seu Cardinales, scilicet Prudentia, Iustitia, For-
titudo, Temperantia, hanc ponit S.Th. vbi supra, &
A rationem assignat, quia tot sunt virtutes Cardina-
les, quòd sunt subiecta perfectibilia per ipsas, sed
talia subiecta sunt quatuor ergo, &c. probatur mi-
nor, quia subiectum virtutis, vel est rationale per
essentiam, quod perficitur prudentia, vel est ratio-
nale per participationem, quod diuiditur in volun
tatem, quæ est subiectum iustitiæ, & concupiscibi-
lem, quæ est subiectum temperantiæ, & irascibilem
quæ est subiectum fortitudinis. Vbi nota, quòd sunt
diuersæ opiniones Doctorum circa assignationẽ
harum virtutum: nam sunt aliqui, qui dicunt, quòd si-
cuti quatuor fuerunt nobis inflicta per peccatum
ita oportet ponere quatuor virtutes, fuerunt no-
B bis inflicta ignorantia concupiscentia infirmitas,
& malitia, contra ignorantiam ponitur prudentia,
contra concupiscentiam ponitur temperantia, con
tra infirmitatem ponitur fortitudo, contra mali-
tiam, ponitur iustitia. Aliqui vero alia via incedũt
dicũt enim, quia aut virtus est circa passiones, aut
circa actiones, si circa passiones hoc contingit du-
pliciter, quia aut est circa passiones illatas, & sic po
nitur temperantia, si autem virtus ponitur circa
ãctiones hoc contingit dupliciter, quia aut est cir-
ca actiones intrinsecas, & tunc est prudentia, aut
est circa actiones extrinsecas, & tũc est iustitia, alij
vero dicunt, quia sicut virtutes Theologicæ ordi-
C nãt ad Deum, ita virtutes morales ordinantur ad
seipsum, & ad proximum, si ordinant ad seipsum
hoc contingit dupliciter, quia vel in eligendis, &
sic ponitur prudentia, vel in respuendis, & sic poni
tur temperantia, si autem ordinant ad proximum
hoc etiam contingit dupliciter, quia vel in redden
dis, & sic ponitur iustitia, vel in substinendis, & sic
ponitur fortitudo: sed his omnibus reiectis sequẽ
da est conclusio præposita, & videatur hic Petrus
de Aquila cognomento Scotellus minorita.

Septima conclusio. Aliquæ virtutes possunt ac- Distin. 33.
quiri in nobis ex assuetudine operum, & causari ex
actibus nostris: hanc probat S. Th. in disputatis de Art. 9.
D virtutibus, quia bonum est potentius malo, sed ex
malis actibus generantur aliqui habitus vitiosi: igi
tur ex actibus virtuosis generabuntur multo for-
tius habitus virtuosi, & sic cõclusio erit vera, quòd
virtutes acquiri possũt ex assuetudine, & ex nostris
actibus. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur cõ- Distin. 33.
tra Dur. in præscuti loco, qui tenet oppositum di-
cens de mente Augustini virtutes causari in nobis
ex dono Dei, est enim virtus bona qualitas mentis
qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quã Deus
in nobis sine nobis operatur, quomodo ergo vir-
tutis causatur ex nostris actibus, si Deus ipse eas in
nobis causat, & non considerauit Dur. quòd Aug.
E loquutus est de virtute secũdum, quod ordinatur
ad fęlicitatem æternam, conclusio nostra loquitur
de virtutibus acquisitis per quas homo non perue
nit ad fęlicitatem cęlestem, sed ad quandam fœ-
licitatem, quam homo natus est acquirere per pro
pria naturalia in hac vita secundum actum perfe-
ctæ virtutis, vt docuit Arist. 9. lib. Eth. alia motiua Cap.7.
Dur. soluit Capr.

Octaua conclusio. Præter virtutes morales hu-
manis actibus acquisitas sunt homini necessariæ
alię quędam virtutes morales diuinitus infusę: pro
bat hanc S.Th. 1. 2. quia per virtutes morales acqui q. 63. ar. 3.
sitas ordinatur homo ad finẽ naturalem: ergo sunt
necessa

necessariæ virtutes morales infusæ, per quas homo ordinetur ad finem supernaturalem: consequentia probatur, quia effectus debent proportionari suis causis, &c. Vbi nota, quod hæc cõclusio habet tres opiniones quarum prima est Dur. audacter negans ipsas, ait enim ipse esse ociosas, & de medio tollendas, quia nulla necessitas ipsarum est ad vitam
Distin. 33. Quæst. 6. christianam: secunda est opinio Scoti, qui reliquit quæstionem istam sub dubio ad neutram partem
Quolib. 6. q. 5. declinans. Tertia est opinio Henr. in quolib. dicentis non esse diuersam virtutem moralem acquisitã ab infusa. sed his relictis sequẽda est cõclusio, quia est consentanea sacris literis Concilliis, & sanctis patribus: vnde negare præsentem conclusionem non est tutum in fide, quia penitentia est virtus moralis & non potest haberi a natura aut exercitio, & assuetudine operum, sed ex Dei inspiratione: sic etiam prudentia, religio, continentia sunt virtutes infusæ
Cap. 8. de prudentia patet ex illo Rom. prudentia carnis mors est, prudentia spiritus vita est, & sic posse de aliis ostendere, sed breuitati studeo: legatur Bartolo. Medina hic.

Nona cõclusio. Virtutes intellectuales sunt prę-
Quæst. 6. Ar. 3. stantiores moralibus: probat hanc S. Tho. quia virtutes intellectuales perficiunt rationem, & intellectum: virtutes morales perficiunt appetitum, sed ratio est nobilior appetitu: igitur conclusio vera. Vbi nota, quod hic esset ventilanda illa quæstio an intellectus sit nobilior voluntate de qua S. Tho. di-
Quæst. 82. Ar. 3. sputat p. p. contra Scotum ibi eam poteris uidere: sufficiat modo scire, & quod ratione obiecti, & ratione subiecti virtutes intellectuales sunt nobiliores moralibus: legatur hic Petrus de Candia, & Ioannes de Neapoli.

Decima conclusio. Inter virtutes morales pru-
Distin. 33. dentia est nobilior: probat hãc S. T. vbi supra, quia prudentia se habet ad virtutes morales sicuti charitas ad virtutes Theologicas, sed ipsa charitas est nobilior cæteris virtutibus Theologicis: ergo cõclusio uera. Vbi nota, quod prudentia præstituit fi-
Quæst. 47. nem virtutibus moralibus humanitus acquisitis vide de hac re S. Tho. 2. 2.

DISTINCTIO XXXIIII.

Egit Magister de virtutibus Theologicis, & moralibus in præsentiarum agit de donis Spiritus Sancti, & prima conclusio sit hæc: dona
Quæst. 78. Ar. 2. Spiritus Sancti, sunt necessaria homini ad cõsequutionem vitæ æternæ: hanc probat S. Tho 1. 2. quia nulla creatura potest peruenire ad vitam æternam nisi moueatur, & deducatur a Spiritu Sancto, sed per eius dona mouetur, & deducitur: igitur cõclusio vera. Vbi nota, quod Deus, ut optimus rector, & prouisor vnicuique naturæ prouidet de mediis consentaneis quibus proprium consequatur finẽ, quia homo habet duos fines, videlicet naturalem, & supranaturalẽ, naturalis quidem, vt viuat secundum regulam, & normam rationis, ad consequendum hunc finem, sunt sibi necessariæ facultates naturales cum virtutibus intellectualibus, & moralibus: supernaturalis autem finis est visio Dei per essentiam, ad perfecte consequendum hunc finem sunt sibi necessariæ virtutes Theologicæ, morales infusæ, & dona, scilicet gratum facientia, de his-n. loquitur conclusio non de donis gratis datis, vt sunt genera linguarum, & virtus miraculorũ. quippe quę conclusio est conformis sacris literis, scribitur enim Rom. qui spiritu Dei agũtur hi sunt filij Cap. 8.
Dei, & hæredes, & in Psalm. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam, & multa alia adduci possent ad hoc propositum, ut videre poteris apud Nicolaum de Gorra &c.

Secunda conclusio. Dona Spiritus Sancti sunt septem, nec plura, nec pauciora: hanc probat S. Tho. 1. 2. quia dona perficiunt vires humanas, quæ sunt principia humanorum actuum. sed hę potentiæ septẽ modis possunt perfici: igitur, &c. probatur minor, quia tales humanæ vires, seu facultates sunt ratio, & vis appetitiua, ratio est speculatiua, & practica, in utraque est apprehẽsio veritatis, quę pertinet ad inuentionem, & ad iudicium de veritate, ratio speculatiua in hoc perficitur per donum intellectũ ratio practica per donum cõsilij, postea ad recte iudicandum ratio speculatiua perficitur per donum sapientiæ, practica per donum scientiæ, vis appetitiua perficitur in his, quæ sunt ad alterum per donũ pietatis, in his quæ sunt ad seipsum per donum timoris, contra concupiscentiam inordinatam delectabilium, per donum vero fortitudinis contra pericula imminentia, & sic dicuntur esse septẽ nec plura, nec pauciora. Vbi nota, quòd sunt tres opiniones quarum prima est dicẽs tot esse dona Spiritus Sancti, quod uitia capitalia, quia per illa uitia excluduntur, sed vitia principalia sunt septem: ergo similiter dona Spiritus Sancti, sunt septem, quæ sic ordinantur: nam sapientia, est contra luxuriã, scientia contra iram, intellectus contra gulam, consiliũ contra auaritiam, fortitudo contra accidiam, pietas contra inuidiam, timor domini contra superbiam: secunda opinio est, quæ aliter assignat hanc Opinio 2.
sufficientiam, quia dona ducunt nos expedite ad vltimum finem, hoc autem potest esse dupliciter, quia aut contra malum, & sic erit donum timoris, aut iuuant ad bonum, & hoc dupliciter esse poterit, quia aut promouent ad bonum, quod est finis, vel ad bonum, quod est ad finẽ: si primo modo, vel est per modũ videntis, & sic est donum intellectus, vel per modum gustantis, & sic erit donum sapientiæ: si autem iuuant ad bonum quod est ad finem vel tale erit super erogationis, vel necessitatis, si supererogationis, vel per modũ dirigentis, & sic erit donum consilij, vel per modũ exequentis, & sic erit donum fortitudinis: si autem illud donum ponatur esse necessitati hoc etiam contingit dupliciter, quia aut erit per modum regulantis, & sic erit donum scientiæ, aut per modum exequẽtis, & sic erit donum pietatis: tertia est opinio D. Greg. dicẽtis: 3. opinio.
q dona Spiritus Sancti, sunt contra particularia vi- 4. moraliũ. Cap. 6.
tia: nam donum sapientiæ est contra stultitiam, donum intellectus contra ebrietatem, consilij contra præcipitationem, fortitudinis contra pusillanimitatem, scientiæ contra ignorantiam, pietatis cõtra duritiam, timoris Domini contra superbiam. sed his omnibus reiectis sequenda est conclusio prępo- Cap. 11.
sita, quæ est conformis sacris literis apud Esai. requiescit super eum spiritus sapiẽ. & intellectus &c. & alibi acceperunt septem mulieres virum vnum, Glosa exponit de septem donis Spiritus Sancti, & per septem etiam filios Iob intelliguntur septẽ dona

tutes ordinantur ad recte agēdum in vita, dona vero sunt in adiutorium potentiarum animæ: quinta opinio, ait quòd distinguuntur, per respectum ad fines proximos, quia virtutes sunt ad agēdum simpliciter, dona vero sunt expeditiones virtutum, & sunt ad agendum expedite, ac ppterea Simon Tornacensis dixit, quòd dona non sunt virtutes, nec affectus virtutum, sed seminaria earundum, Petrus Tarantasius vult quòd cum sit triplex status iustitiæ. s. inchoatæ proficientis, & perfectæ, virtutes spectant ad primum statum, dona ad secundum, beatitudines ad tertium. D. Bonauent. etiam plurimas narrat opiniones, & postea videtur approbare, q virtutes dantur contra vitia, dona vero contra syntomata. i. reliquias seu sequelas vitiorum. Durand. postquam narrauit quatuor opiniones contentas supradictis ait ipse, quæ istarum opinionum sit verior nescio, an sit alicui notum per certitudinem Scotus vt sui moris est tenet contrarium cōclusionis S. Th. quòd virtutes, dona, beatitudines, & fructus non sunt habitus distincti: hunc sequūtur omnes Scotistæ, & Ochanistæ, de numero quorum est Gabriel, tu autem sequere conclusionem præpositam quæ est cōformis dictis Beati Greg. 1. Morali. vbi distinguit septem dona significata per septem filios Iob à tribus virtutibus theologicis significatis per tres filias Iob, & 2. Moral. distinguit eadem septem dona à quatuor virtutibus Cardinalibus q̄ dicit significari p quatuor angulos Domus &c.

Cap. 6.

Cap. 3.

DISTINCTIO XXXV.

Disputatur in hac distinctione de differentia quorundam donorum, quæ inter se connexa videntur, vt est donum sapientiæ, & intellectus, & pro cognitione huius negotij, ponitur prima conclusio: Vita sufficienter diuiditur per actiuam, & cōtemplatiuam: probat hanc Sanctus Thomas secunda secundæ, quia vita humana consistit in operatione intellectus, sed operatio intellectus non est nisi duplex, altera intellectus in se, & hæc dicitur contemplatiua, altera vero qua ordinat regit & imperat inferioribus, & hęc dicitur actiua: igitur sufficientissime humana vita per has duas vitas diuiditur. Vbi nota, quòd hęc conclusio ponitur contra Epicureos, qui vltra vitam actiuam, & cōtēplatiuam ponebant vitam voluptuosam, sed decepti sunt isti, quia talis vita cum ponat finem suum in delectatione corporali quæ est communis nobis & brutis, propterea hæc potius dicitur vita bestialis quàm humana: quæ quidē humana vita quādo est ordinata non est nisi actiua, & contemplatiua, sicut intellectus non est nisi practicus, & speculatiuus, & hæc est doctrina sanctorum patrum præsertim B. Greg. super Ezech. dicentis duæ sunt vitæ in quibus nos Deus omnipotens per sacrū eloquiū erudit, actiua videlicet, & contemplatiua legatur Ferrarien. 3. contra gent.

Vita dupl. q. 179. ar. 2.

Cap. 13 a.

Secunda conclusio: Vita contemplatiua essentialiter pertinet ad intellectum: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia nihil magis spectat ad intellectum, quàm eius actus, sed eius actus est contemplatio: igitur contemplatiua vita pertinet ad ipsum intellectum essentialiter, vbi nota, quòd voluntas est illa, quæ mouet omnes potentias etiam, & intellectum ad suum actum. propterea causaliter vita contemplatiua est in voluntate ratione motionis, & amoris, tum amicitiæ, tum concupiscentiæ etiam terminatiue hæc vita est in affectu secundum delectationem naturaliter cōsequentem, formaliter tamen est in intellectu, & ita est intelligenda conclusio quæ est conformis dictis B. Greg. super Ezech. dicentis, quòd vita contemplatiua calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui creatoris inardescit, legatur hic Caiet.

q. 180. ar. 1.

Cap. 6.

Tertia conclusio. Virtutes morales non pertinēt ad vitam contemplatiuam: probat istam Sanctus Thomas, quia virtutes morales ordinantur ad exteriores actiones, sed ad vitam contemplatiuā pertinet quiescere ab actionibus exterioribus, vt ait Greg. 6. Morali. igitur conclusio vera. Vbi nota, q ad vitam contemplatiuam aliquid potest pertinere dupliciter vno modo essentialiter, alio modo dispositiue: primo modo intelligitur conclusio non secundo, quia dispositiue pertinere possunt, quandoquidem actus contemplationis in quo consistit formaliter vita contemplatiua impeditur per vehementiam passionum per quam abstrahitur intentio animæ per tumultus exteriores, virtutes autem morales impediunt vehementiam passionum, & sedant tumultus exteriorum occupationum propterea dispositiue pertinere possunt non autem essentialiter: videatur hic Iacobus de Valentia super Magnificat.

Cap. 3.

Quarta cōclusio. Vita contemplatiua habet maximam delectationem: probat hanc Sanctus Thomas, quia vita contemplatiua præcipue consistit in contemplatione Dei ad quam mouet charitas, sed contemplatio Dei habet maximam delectationem tum ratione obiecti maxime amabilis, tum ratione ipsius contemplationis, quæ etiam maxime appetitur: igitur conclusio vera. Circa quam nota, q licet vita contemplatiua essentialiter cōsistat in intellectu tamen habet principium in affectu inquantum videlicet aliquis ex charitate ad cōtemplationem Dei incitatur, & quia finis correspondet principio inde est, quod etiam terminus, & finis contemplatiuę vitæ habetur in effectu dum. s. aliquis in visione rei amatæ delectatur, & ipsa delectatio rei visæ amplius excitat amorem, & hæc doctrina est cōformis dictis Beati Gregorij super Ezech. vbi ait ipse, quòd cum quis ipsum quem amat viderit in amorem ipsius amplius ignescit, & hæc est vltima perfectio vitæ contemplatiuæ, vt. s. non solum diuina veritas videatur, sed etiam ametur. lege de hac Vdalricum, & Nicolaum de Gorra.

q. 182. ar. 7.

Cap. 6.

Quinta conclusio. Vita contemplatiua est nobilior, & potior vita actiua: probat hanc Sāctus Thomas, quia illa vita est potior, quæ est secundum diuina, quàm illa quæ est secundum humana. sed vita actiua est secundum diuina, nam D. Augu. in lib. de verbis domini ait in principio erat verbum ecce quod Maria audiebat, Verbum caro factum est, ecce cui Martha ministrabat: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd istę duę vitæ significatæ sunt per duas vxores Iacob actiua quidem per liam contemplatiua per Rachel, & per duas mulieres quæ Dominum hospitio receperunt, contemplatiua quidē per Mariam, actiua vero per Martham, & per Petrū & Ioānem, & de Maria dicitur quòd optimām par

Vita contemplatiua nobilior actiua.

tem elegit quæ non auferetur ab ea, & de Rachel dicitur quod erat pulchrior lia, & de Ioanne, hic eſt diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, quæ omnia oſtendunt vitam contemplatiuam eſſe nobiliorem actiua, his tamen non obſtantibus fuerunt quidã dicentes vitam actiuam eſſe meliorem, & nobiliorem, quia pertinet ad maiores, ſcilicet ad prælatos qui ſunt in honore, & poteſtate conſtituti, contemplatiua vero ineſſe poteſt & his, qui nulla poteſtate fulgent, nihilominus iſti valde allucinati ſunt, quia prælati nedum exercent ſe in vita actiua, ſed etiam debent eſſe excellentes in vita contemplatiua, vt docet Beatus Greg. in paſtor. ſit rector actione præcipuus præcunctis in contemplatione ſuſpẽſus, legatur hic S. Tho. 2. 2. vbi per decem rationes probat hanc veritatem: legatur etiam Ioannes de Baſſolis, qui ponit duas opiniones contrarias circa hanc materiam.

Sexta concluſio. Vita contemplatiua ex ſuo genere eſt maioris meriti, quàm actiua: probat hanc
Quæſt. 182. S. Tho. quia id, quod pertinet directe ad dilectionem Dei, eſt magis meritoriũ, quam id, quod ſpectat ad dilectionem proximi, ſed vita contemplatiua directe, & immediate pertinet ad dilectionem Dei, actiua vero ad dilectionem proximi, igitur contemplatiua eſt maioris meriti, quã actiua. Vbi nota, quod hic sũt tres opiniones, prima dicit, quòd vita cõtemplatiua, & actiua poſſunt comparari ad inuicem, vel quantum ad eorum ſubſtantiam, vel quantum ad eorum vſum: primo modo dicunt cõtemplatiuam eſſe meliorẽ & perfectiorem, quam actiua, ſecundo vero modo eſt ecõuerſo, quia principale in vtraq; vita in præſenti eſt meritum, quod conſiſtit in vſu vtriuſque, ſed maius meritum eſt in vita actiua, quam in contemplatiua, quia per actiuam, quis eſt pluribus vtilis, & fructuoſior. ſecũda opinio dicit, quòd cõtemplatiua eſt melior, & quã tum ad ſubſtantiam, & quãtum ad vſum, in aliquo tamen caſu actiua poteſt eſſe melior, & maior, imò talis poſſet eſſe caſus, quòd inſiſtere contemplationi dimittendo actiuam non ſolũ non eſſet melius immo eſſet peccatum & imperfectionis, ſicut ſi aliqua communitas indigeret regimine perſonæ alicuius determinatæ, quod immineat detrimentum fidei, & morum ſuæ bonæ vitæ in iſta communitate, ſi iſte non recipit dictum regimẽ, talis in tali ca-
Casus. ſu inſiſtendo operationibus contemplatiuæ, & repudiando opera actiua in regimine talis communitatis peccaret, & in iſto caſu magis meretur, & melius facit intermittendo opera contemplatiuæ pro operationibus actiuæ. aliorum opinio quæ eſt tertia, vult quod ſimpliciter reſpectu conſequutionis gloriæ vita contemplatiua eſt maioris meriti, quam actina, reſpectu tamen alicuius hominis vita actiua poterit eſſe maioris meriti, puta ſi aliquis tepide inſiſtat operibus contemplatiuæ, alius autẽ feruenter inſiſtat operibus actiuæ propter Deum ita, quòd propter abundantiam diuini amoris, vt eius voluntas impleatur propter gloriam Dei ſubſtinet a dulcedine diuinæ contemplationis ad tempus ſeparari. hanc opinionem ſequitur Dur. verũ ſequenda eſt concluſio propoſita, quia radix merendi eſt charitas, vbi eſt maior charitas ibi maius meritum, legatur Petrus de Palnde, pro hac materia, &cæt.

A Septima concluſio. Vita actiua eſt prior vita cõ Distin. 35
templatiua: probat hanc S. Th. vbi ſupra, quia diſpo Quæst. 1.
ſitio eſt prior forma, ſed vita actiua eſt veluti diſpoſitio ad contemplatiuam: igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd aliquid dicitur eſſe prius aliquo dupliciter: vno modo ſecundum ſuam naturam, & hoc modo vita contemplatiua eſt prior actiua inquantum prioribus, & melioribus inſiſtit: vnde & actiuam vitã mouet, & dirigit, ratio enim ſuperior, quæ contemplationi deputatur, comparatur ad inferiorem, quæ deputatur actioni ſicut vir ad mulierem, quæ eſt regenda per virum, vt ſcripſit Auguſt. Cap. 10.
t 2. de Tri. alio modo eſt aliquid prius, quo ad nos,
B quod ſcilicet eſt prius in via generationis, & hoc modo intelligitur concluſio, quòd vita actiua eſt prior contemplatiua, quia diſponit ad contemplatiuam, & diſpoſitio via generationis præcedit formam, quæ ſimpliciter, & ſecundum naturam eſt prior, & hæc concluſio eſt conformis dictis Beati Hom. 3.
Greg. lib. Homel. in Ezechielem dicentis actiua vita prior eſt tempore, quam contemplatiua, quia ex bono opere itur ad contemplationem.

Octaua concluſio. Vita actiua dicitur ſerua vitæ contemplatiuæ, probat hanc S. Tho. quia vita contemplatiua verſatur circa incorruptibilia, & immobilia, actiua autem circa temporalia, ſed tempora-
C lia inſeruiunt æternis: igitur cõcluſio vera. Vbi nota, quòd vita actiua, vt dictum eſt diſponit ad vitã contemplatiuam, quippe quæ vita contemplatiua conſiſtit in quadam animi libertate, & hoc docuit Greg. ſuper Ezechiel dicens, quòd vita contempla Hom. 3.
tiua ad quandam libertatem mentis tranſit tẽpo-
ralia non cogitans, ſed æterna: & Boetius, ſcilicet Psalm. 5
de conſolat. ait humanas animas liberiores eſſe neceſſe eſt cum ſe in mentis diuinæ ſpeculatione conſeruent, minus vero cũ dilabuntur ad corpora: hæc autem non competunt actiuæ vitæ, ſed potius panem eſurienti tribuere, vnde aliquando turbatur, vt dixit Saluator noſter, Marta Marta ſolicita es, &
D turbaris erga plurima, &c.

Nona concluſio. Ad vitam actiuam ſpectant virtutes morales: probat hanc S. Th. quia virtutes morales ſunt ordinatæ ad operandum, ſed vita actiua principaliter eſt etiam ordinata ad operãdum: igitur ad ipſam ſpectant morales virtutes. Vbi nota, quòd vita actiua, & contemplatiua diſtinguũtur ſecundum diuerſa ſtudia hominum intendentiũ ad diuerſos fines, quorum vnus eſt conſideratio veritatis, quæ eſt finis vitæ contemplatiuæ, alius autem eſt exterior operatio ad quam ordinatur uita actiua, & quia in virtutibus moralibus non principaliter quæritur contemplatio veritatis, vnde Ari-
E ſto. 2. Eth. ait ſcire virtutẽ parum aut nihil prodeſt, Cap. 3.
quia virtus debet operari, propterea virtutes morales eſſentialiter pertinent ad vitam actiuam, &c. de qua re legatur Petrus de Palnde.

Decima concluſio. Vita actiua non manet poſt hanc vitam: probat hanc S. Tho. vbi ſupra, quia in
futura vita ceſſabit occupatio exteriorum actuũ, Distin. 35
ſed vita actiua conſiſtit circa actus exteriores: igitur ceſſabit, & ideo concluſio vera. Vbi nota, quod vita actiua habet finẽ in exterioribus actibus, qui ſi referantur ad quietem contemplationis iam pertinent ad uitam contemplatiuam in qua quidem nulla erit actio exterior, & ſi qua erit illa referetur

ad

ad finem contemplationis, vnde Aug. ait 25. de Ci-
Cap.9. uitate Dei, ibi. 5. in Deo vacabimus, & videbimus, videbimus, & amabimus, amabimus, & laudabimus, quia Deus, ibi sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur, hic munus, hic affectus, hic actus, erit in omnibus. hæc omnia etiam affirmat Beatus Grego. super Ezechielem,
Hom.3. vbi dicit cum in præsenti sæculo uita aufertur actiua, contemplatiua autem hic incipitur, vt in cœlesti patria perficiatur. legatur hic Nicolaus de Gorra.

DISTINCTIO XXXVI.

Agitur in hac distinct. de connexione virtutum, & ponitur prima conclusio talis: uirtutes morales sunt connexæ ad inuicem: probat hanc S. Tho. 1. 2. quia virtus est principium operādi delectabiliter, sed si aliquis haberet vnam virtutem, & non aliam aliquando operaretur cum tristitia: igitur habens vnam virtutem habet omnes, & sic sunt connexæ, & patet hoc expresse in auaro, & casto, quia si auarus, & castus contineat propter virtutem castitatis tunc hoc erit cum tristitia propter amorem pecuniæ. Circa istam conclusionem nota, quod fuit sub dubio apud antiquos Stoicos, & Platonicos, & adhuc sub iudice lis est aliter .n. sentiunt Thomistæ aliter Scotistæ, & aliter Ocanistæ, & ut ab istis incipiam Gabriel, qui fuit æmulator Occam. tenet de mente eius in præsenti loco conclusione sua prima virtutes morales in nullo gradu perfecto, vel imperfecto, sunt connexæ: hunc etiam sequitur Ioannes de Bassolis addens non esse necessarium virtutes esse connexas nec in suo acquiri nec in suo esse. Scotistæ fere omnes, vt Petrus de Aquila, Petrus Tartaretus, Antonius, Andrea, & cæteri dicunt virtutes non esse connexas, neq; prout ipsæ sunt habitus electiui, neq; ut sunt habitus dictatiui, quia potest esse affectus aliquis homo circa vnum eligibile, & non circa aliud Sāctus Thomas in tota sua doctrina sustinet conclusionem propositam, hanc etiam sequitur D. Bonauē. narrans, quomodo Stoici dixerunt virtutes necessario esse connexas ita, quod carens vna omnibus careat. Richardus quoque affirmat eandem conclusionem addens, quod quantum ad vsum poterit esse, vt ipsæ virtutes non sint connexæ: cōcordat quoque magnus Albertus in defendendo hanc veritatem sic Dur. Henricus Petrus de Palude Carthusianus, & cæteri boni Scholastici, nec mirū, qa hæc est sententia Sanctorum patrum, & omniū Philosophorum Augustinus, numero 6. libro de Trinitate ait virtutes, quæ in animo nostro sunt nullo pacto separantur ab inuicem. D. Hierony. 1. libro contra Pelagianos, dicit virtutes morales ita sibi cohærent, ut qui unam habuerint omnes habuerint, & qui vna caruerint cūctis careant. Diuus Ambrosius, super Lucam, dicit, quod connexæ sibi sūt & concatenatæ virtutes Aristo. 2. libro Ethi. eandem sententiam approbat, sic & Cicero in secunda Tusculana dicit, si vnam virtutem confessus es te nō habere nullam te habiturum necesse est: hāc etiam sentētiam tenuerunt Plutarchus, & Seneca, & cæteri boni authores: sed intellige tu de uirtutibus moralibus, quæ sunt habitus inclinantes ad

Margin: Quæst. 65. Ar.1. — Gabriel. — Bassolus. — Tartaretus — Cap.4. — Cap.12.

A opus bonum bene agendum non de uirtutibus imperfectis, quæ nihil aliud sunt, quam inclinatio quædam in nobis existens ad opus aliquod de genere bonorum faciendum.

Secunda conclusio. Virtutes morales acquisitæ possunt esse sine charitate: hanc probat S. Tho. vbi supra, quia illę virtutes, quæ humana industria acquirunt, sine charitate existere possunt, quia charitas non potest acquiri humana industria, sed virtutes morales acquisierūt Philosophi humana industria, igitur sine charitate esse possunt. Vbi nota, quod istæ virtutes fuerunt in gentilibus, & etiam in hæreticis, & christianis peccatoribus esse possunt nā cū perficiat hominem in ordine ad vltimū finem non simpliciter, sed in genere humani boni, qd' est beatitudo consistens in cognitione substantiarum separatarum, vt Arist. posuit 12. Metap. & 10. Eth. nō requirunt charitatem, quę dicit ad fruitionem diuinæ essentiæ, &c. legatur hic Caietanus. Quæst. 65. Ar.2.

Tertia conclu. Virtutes morales infusæ non possunt esse sine charitate probat hanc S. Th. quia illę virtutes, quę perficiūt hominem, & operari faciūt in ordine ad finem supernaturalē, quæ est beatitudo æterna, sine charitate esse non possunt, sed virtutes infusæ sunt huiusmodi: igitur conclusio vera. Tex.49. Cap.6. Quæst.65.

C Vbi nota, quod prudentia non potest esse sine aliis virtutibus moralibus, nec econuerso, & quia ad rectam rationem prudētiæ multo magis requiritur, vt homo recte se habeat circa vltimum finem, simpliciter, quod fit per charitatem, quam circa alios fines, quod fit per virtutes morales: vnde sicut prudentia infusa non potest esse sine charitate, ita nec aliæ virtutes infusæ sine prudentia, & sic nullo modo sine charitate esse possunt: lege in hac materia Magistrum Corradum.

Quarta conclusio. Virtutes morales acquisitæ, non sunt verę virtutes, sed secundum: quid hanc probat Sāctus Thomas, vbi supra, quia illę sunt verę virtutes, quæ perficiunt hominem ad finem supranaturalem, sed virtutes acquisitæ non perficiūt hominem ad finem supranaturalem: igitur, &cæt. Vbi nota, quod sunt duæ opiniones, vna est quam tenent omnes Scotistæ, & Ocanistæ nominales, quod sine charitate potest haberi vera virtus moralis, ex cōsequenti virtutes morales acquisitę sūt verę virtutes, quas habuerunt Philosophi gentiles, & hanc sententiam conatur defendere inter alios ipse Gabriel: secunda est opinio, quam proposuimus in conclusione, & hæc est sequenda, quæ intelligitur, secundum Theologos, & christianam veritatem, quod virtutes morales acquisitæ non sunt Quæst. 65. Ar.2.

E verę virtutes simpliciter, sunt autem verę in genere humani boni, & secundum Philosophos, & hæc doctrina est conformis sacris literis, ait enim Apostolus 1. Corinth. Si distribuero omnem meam substantiam, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem non habeam nihil sum. legatur hic Caieta.

Quinta conclusio. Nulla virtus moralis potest haberi sine prudentia: probat istam S. Tho. vbi supra, quia ad prudentiam spectat consiliari iudicare, & præcipere, sed uirtus moralis, ut recte operetur debet esse cū consilio & iudicio, igitur sine prudentia esse non potest. Vbi nota, quod Ioannes Bassolus tenet oppositum huius conclusionis di- Ar.4. Distin.

cens, quod uirtus moralis non necessario habeat conformitatem ad rationem rectam, quæ spectat ad prudentiam, & ideo potest acquiri habitus virtutis moralis sine prudentia: motiua sua sunt ipsius Scoti, quæ soluit hic Capreolus.

Sexta conclusio. Prudentia non potest esse sine virtute morali, probat hanc Sanctus Tho. vbi supra, quia prudentia est recta ratio agibilium non solum in vniuersali, sed etiam in particulari, sed talis ratio recta præexigit principia ex quibus ratio procedit, & rationem circa particularia oportet procedere non solum ex principiis vniuersalibus, sed etiam ex principiis particularibus ad quæ homo bene se habet per virtutem moralem: igitur cō B clusio vera. Vbi nota, quod circa principia vniuersalia agibilium homo recte, se habet per naturalem intellectum principiorum per quem homo cognoscit, quod nullum malum est agendum, vel etiam per aliquam scientiam practicam, sed hoc non sufficit ad recte ratiocinandum circa particularia, cō tingit enim quandoque, quod huiusmodi vniuersale principium cognitum per intellectum, uel scientiam corrumpitur in particulari per aliquam passionem sicut cōcupiscentiā, quando concupiscentia vincit videtur hoc esse bonum, quod concupiscit, licet sit contra vniuersale iudicium rationis, & ideo sicut homo disponitur ad recte se haben- C dum circa principia vniuersalia per intellectum naturalem, vel per habitum scientię, ita ad hoc, quod recte se habeat circa principia particularia agibilium, quæ sunt fines oportet, quòd perficiatur per aliquos habitus secundum, quod fiat quodammodo homini connaturale recte iudicare de fine, & hoc fit per virtutem, vt recte docet Sanctus Thom. & hoc est cōtra Scotum, qui nititur probare, quòd non necessario quælibet virtus est connexa cum sua prudentia. lege hic Magistrum Corradum, qui soluit motiua Scoti, clarius, quam faciat Capreolus.

(Quæst. 58. Ar. 5.)

Septima conclusio. Peccata non sunt connexa D probat hanc S. Tho. vbi supra, quia illa, quæ sunt sibiinuicem contraria non possunt esse connexa, sed aliqua peccata, sunt huiusmodi, vt docet Aristote. 2. Ethi. de auaritia, & prodigalitate: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quod peccata non sunt connexa, sed id a quo habent speciem, scilicet in obiectis, immo aliquādo sunt contraria secundum conuersionem ad ipsum, per quæ debetur eis pęna sensus, sed ex parte auersionis posset dici esse connexa, & concatenata inquantum homo peccando recedit a diuina lege, & ab incommutabili bono, & iuxta hoc dicebat Iacobus Apostolus, in sua canonica, quicunq; totam legem seruauerit offendat E autem in vno factus est omnium reus, quia scilicet vno peccato, peccando incurrit reatum pęnæ æternæ ex hoc, quòd cōtemnit Deum ex cuius contēptu pronenit omnium peccatorum reatus, licet sint & aliæ expositiones huius loci, vt videre poteris apud Bonauen. qui dat tres interpretationes huic authoritati, & apud Barth. Medin.

(Quæst. 73. Ar. 1. Cap. 3.)

Octaua concl. Peccata non sunt paria, sed inter ea alterum est altero maius: probat hanc S. Th. vbi supra, quia priuationes, quæ consistunt in priuari, seu in corrumpi, & non in corrupto esse, vna priuatio est maior altera, vt vna ægritudo est maior altera, sed peccata sunt priuationes, quæ consistunt in corrumpi, quia & si tollat gratiam non tamen tollit liberum arbitrium: igitur peccata nō sunt ęqualia. Vbi nota, quod hæc conclusio ponitur contra Stoicos, contrarium huius conclusionis asserentes & decepti sunt ex falso fundamento, quia priuatio non suscipit magis, & minus, cum ergo peccatum sit priuatio sequitur, q alterum non est altero maius, & non animaduerterunt, q priuatio est duplex altera pura, & simplex, vt mors, quæ est priuatio vitæ, & hæc non suscipit magis, & minus, altera non est simplex, sed retinens aliquid de habitu oppositio, quæ potius consistit in corrumpi, quam in cor- B rupto esse, vt est ægritudo, quæ priuat adæquationem humorum tamē remanet aliquid eius, modo peccatum est priuatio non primo modo, sed secunda, quia & si anima per peccatum priuatur gratia non tamen totaliter priuatur commensuratione rationis, quo ad ordinem ipsius, & hæc est rei veritas conformis sacris literis, dixit enim noster Saluator Pilato, qui me tradit tibi maius peccatū habet, & Apostolus 1. ad Cor. Omnino auditur inter vos fornicatio qualis, nec inter gentes, nam inter gentes erat fornicatio, sed non tam grauis, qualis erat illa, qua quidam tenebat vxorem fratris sui pa- C tet ergo, quomodo conclusio est de fide: legatur hic Thomas de Argentina.

(Quæst. 73. Ar. 2. — Duplex priuatio. — Cap. 3.)

Nona cōcl. Peccata spiritualia sunt maioris culpæ, q carnalia cæteris paribus, probat hanc S. Tho. vbi supra, quia illa peccata sunt minoris culpæ, quæ habent maiorem impulsum, & maius motiuum ad peccandum, sed peccata carnalia sunt huiusmodi propter concupiscētiam innatam, & propter fomitem: igitur conclusio vera. Vbi nota, q quādo homo peccat ex maiori causa impellēte extrinseca, & etiam ex fomite intrinseco leuius peccat, ut fuit de Dauide, qui deambulans in solario, vidit vxorē Vriæ, venustissima, & captus est amore illius, & pec- D cauit cum ea, ut scribitur Reg. & hinc sequitur, q quando quis peccat cum aliqua muliere pulchra cuius pulchritudine animus eius rapitur leuius peccat, quamquando quis cōmiscet se cum aliqua turpi, & fęda muliere: legatur hic Nauarrus in Manuali confessorum.

(Quæst. 73. Ar. 5. — Cap. 12.)

Decima conclusio. Peccata carnalia sunt maioris adhęsionis, & difficilioris curationis: suadet hanc S. Tho. vbi supra, quia consuetudo quasi transit in naturam, sed peccata carnalia consuetudine quadam committuntur, a quibusdam puta meretricibus, & militibus igitur quasi in eorum naturā transierunt, ex consequenti sunt maioris adhęsionis, & difficilioris curationis. Vbi nota, quòd hæc E maxima adhæsio, & difficultas curandi hæc peccata carnalia nascitur propter insatiabilitatem cōcupiscentiæ carnalis, & hinc etiam sequitur, q ducūt maiorem infamiam cum sint exprobrabilia, quia sunt circa illas delectationes, quæ sunt communes nobis, & brutis, unde quodammodo per dicta peccata homo redditur brutalis, & propterea Diabolus maxime gaudet de hoc peccato, sicuti etiam gaudet de peccato idolatriæ, propter superbiam suam, vnde delectatur honore, qui debetur Deo, & incitat homines diuersis viis, & modis promittendo diuitias, & honores, vt trahat ipsos ad idolatrandum: vide de hoc negotio Syluestrum libro

(Cap. 6.)

libro de Strigibus, & Pomponatium Mantuam libro de dæmonibus.

DISTINCTIO XXXVII.

Sancitum est superius de virtutibus, & donis, quę nos inclinent ad bene operandum, in præsenti loco tractat, de præceptis legis, qbus ad opera virtutum, & donorum dirigamur, etiā poni tut. prima conclusio talis: conuenienter præcepta decalogi enumerantur numero denario: robat
Quæst. 100 Ar. 1. hanc S. Th. 1. 2. quia illa præcepta cōuenienter enumerantur, quæ ordinant sufficienter ipsum hominem ad Deum, & ad proximum sub Deo, sed hæc B præcepta sunt huiusmodi: igitur &c. minor probatur, quia homo ordinatur ad Deum reddēdo sibi famulatum reuerentiam, & fidelitatē, fidelitas præcipitur in primo præcepto, non habebis Deos alienos, reuerētia redditur, quando nihil iniuriosum in eum committitur, & hoc præcipitur in secundo non assumes nomen Dei tui in vanum; famulatus redditur in recompensationem beneficiorum, & quantum ad hoc est tertium præceptum de sanctificatione sabbati, quantum ad proximum dupliciter ordinatur, vel specialiter, vel generaliter. si primo est præceptum de honoratione parentum, si secundo hoc poterit esse, vt nulli inferat nocumentū C opere ore, & corde si opere dupliciter, vel vt noceat proximū in propria persona, & sic præcipitur non occides, vel in persona coniuncta ad generandum, & præcipitur nō mœchaberis, vel quoad ad rē possessam, & sic præcipitur non furtum facies, si autem læsio fiat per os ponitur præceptum non loqueris contra proximum tuum falsum testimoniū læsio cordis prohibetur non concupisces, & sic patet minor. Vbi nota, quod Diuus Bonauentura aliter assignat hanc sufficientiam, aliter etiam Petrus de Aquila, & Dur. & Richardus, sed quasi om D nes conueniunt non est discrepantia nisi in voce, &cæt.

Secunda conclusio. Præcepta decalogi distinguuntur in tria primæ tabulæ, & septem secundæ ponit hanc S. Tho. vbi supra eandemque suadet,
Quæst. 100. Ar. 4. quia prima tabula est dilectio Dei, quæ requirit illa tria superius dicta, scilicet fidelitatem reuerentiam, & famulatum, secūda tabula est dilectio proximi requirēs illa septem superius etiam dicta: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hic sunt tres
Cap. 6. opiniones. prima est Iosephi libro tertio antiquitatum dicentis, quòd quinque præcepta erant in prima tabula, & quinque in secunda: est opinio origenis, qui dicit, quòd quatuor præcepta erant in prima tabula, & sex in secūda, tertia est opinio Au- E gust. præposita in conclusione, & hāc communiter sequuntur Doctores legatur hic Dominicus de
Quæst. 3 Ar. 4. Soto, lib. 2. de iustitia, & iure.

Tertia conclusio. Omnia præcepta moralia veteris legis reducuntur ad decem ipsius decalogi probat hanc S. Thō. vbi supra, quia conclusiones
Ar. 3. reduci possunt ad sua principia, sed præcepta decalogi se habent tanquam principia, cætera autem tanquam conclusiones: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd illa præcepta decalogi Deus benedictus docuit ministerio Angelorum, alia vero docuit ministerio sui famuli Moysi, & illa erant veluti principia, alia vero, vt puta coram cano capite consurge, vt scribitur apud Leuit. &cæt. talia vir- Cap. 19. tualiter continentur in illis: hoc enim præceptum morale coram cano capite consurge, quis non videt quomodo virtute reducitur ad illud, quod est honorare parentes, &cætera, lege hic Magistrum Corr.

Quarta conclusio. Præcepta moralia legis diuinæ sunt proposita de actibus omnium virtutum suadet hanc S. Thom. vbi supra, quia finis istorum præceptorum est, vt homo fiat Deo charus interne, & externe non solum in præsenti sæculo, sed etiam in futuro, sed hoc fieri non potest nisi per actiones omnium virtutum: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd leges humanæ primaria intentione dant sua præcepta de actibus solius iustitiæ, de actibus vero aliarum virtutum non nisi quatenus ad iustitiam referuntur, quia lex humana solum proponit humanum bonum, quod ad amicitiam inter homines spectat, sed diuina lex non solum intendit amicitiam inter homines, sed etiam ipsorum cum Deo: propterea præcipit de actibus omnium virtutum licet non eodem rigore, quia illos actus virtutum, qui spectant ad ordinem rationis iubet sub reatu culpę, illos vero, qui attinent ad cumulum perfectionis, & ad ornatum proponit sub forma consilii, vt videre poteris apud Dominicū Quæst. 2. de Soto lib. 2. de iustitia, & iure.

Quinta conclusio. Omnia præcepta moralia nō solum veteris legis, sed quæcunque alia sunt de lege naturæ: suadet hanc S. Tho. vbi supra, quia pro- Rom. c. 2. bitas morum spectat ad rationem naturalemque est proprium principium humanarum actionum, sed rationalis est de iure naturæ ergo, & ipsa pręcepta moralia omnia dicuntur esse de iure naturæ. Vbi nota, quòd præcepta moralia iubent mores esse probos, & non improbos, sed quando mores sunt probi tunc concordant iudicio naturali tam practico, quam speculatiuo, si autem sunt improbi tunc ab eo discordant, & sic cum præcepta dentur ad faciendum mores probos, sequitur ipsam esse de iure naturæ, hæc autem doctrina est conformis sacris literis, scribitur enim ab Apostolo gentes, quæ legem non habent, naturaliter quę legis sunt faciunt, sed hoc dictum intelligunt, & exponunt sancti de his, quæ spectant ab bonos mores tunc manifeste habetur omnia moralia præcepta legis esse de iure naturæ: legatur hic Magister Distin. 37. Corrad. & hæc doctrina est contra Tartaretum, & Bassolum omnesque Scotistas hic.

Sexta conclusio. Præcepta moralia iustificare q. 62. arb. non possunt; suadet hanc Sanctus Thomas, tertia parte, quia iustificatio est opus supernaturale, & excedit uigorem nostrorum operum, sed præcepta moralia non excedunt vigorem nostrorum operum: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd Quæst. 100. hæc conclusio ponitur contra pelagianos ponen- Ar. 1. tes hominem fieri iustum suis operibus, ut aliàs diximus, & non considerarunt, quod aliud est disponere ad iustificationem aliud est iustificare, idest iustitiam efficere, quæ est remissio peccatorum, possunt utique præcepta moralia iustificare, id est disponere ad iustitiam, quia adulti per proprias dispositiones, puta vel per voluntariam susceptionem baptismi, vel contri-

tionem, quæ licet non sit meritum gratiæ est ta A
men præparamentum absque quo nemini eam
Deus confert: non tamen iustificant, quia hoc est
contra Apostolum in Epistolis, tum ad Rom. tum
ad Galat. in quibus ostendit neminem consequi sa
lutem suis operibus, sed per fidem Iesu Christi le-
gatur hic Sotus 2. lib. de iustitia & iure, & 2. lib. de
natura, & gratia.

Cap. 6. Septima conclusio. Præcepta cerimonialia pro-
prie illa dicuntur, quæ pertinent ad cultum Dei:
probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia illud
quod determinat aliquid ad cultum Dei spectat
ad ipsum, sed præcepta cerimonialia determinant
moralia ad cultum Dei: igitur ipsa specialiter spe- B
ctant ad Dei cultum. Vbi nota, quòd cerimoniæ
dicuntur quasi regulæ salutis, quibus regulis vtun-
tur sacerdotes quando inseruiunt Deo offerendo
sacrificia: vtuntur enim quibusdam vestibus par-
ticularibus candelis, lucernis, oleo oliuarũ aliisq;
obseruantijs in ministratione ministrorum Dei, &
ex hoc etiã distinguuntur à præceptis iudicialibus,
quia præcepta iudicialia determinant moralia in
ordine ad proximum, cerimonialia vero in ordine
ad Deum &c.

Octaua conclusio. Vniuersa præcepta decalogi,
tam primæ quàm secundæ tabulæ sunt indispensa-
q. 100. ar. 8. bilia: suadet hanc Sanctus Thomas vbi supra sic, il- C
la præcepta quæ continent vniuersalem rationem
boni, & ordinem iustitiæ, sunt indispensabilia, sed
præcepta, tam primæ, quàm secũdæ tabulæ sunt hu
iusmodi: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd cir-
ca istam cõclusionẽ sunt quatuor opiniones: pri-
ma est ipsius Gabrielis quam tenet de mẽte Ochã,
illi sustinent omnia præcepta decalogi esse dispen-
sabilia, quia nullam amplificant contradictionem
Distin. 33. ipsa dispensari: secunda est opinio ipsius Scoti hic
dicẽtis quòd duo prima præcepta vnum cole Deũ
nec iures vana per ipsum, sunt indispensabilia cęte-
ra vero omnia possunt dispensari: addit Bassolus,
quia præcepta Decalogi non sunt de iure naturæ, D
nec vt principia, neque vt conclusiones necessario
ex eis deducibiles. tertia est opinio Durandi qui
dicit, quòd duo tantũ præcepta sunt à Deo dispen
sabilia, nempe quartum de honorandis parẽtibus,
& quintum de nõ occidendo: cætera vero omnia
sunt prorsus indispẽsabilia etiam a Deo: quarta est
opinio Sancti Thomæ proposita in cõclusione quę
Quæst. 5. fuit opinio Altisiodorensis lib. 3. tract. 7. hanc etiã
opinionem sequitur Riccardus dicens præcepta
Decalogi indispensabilia sunt, quia sunt præcepta
legis æternæ, & ideo in illis homo dispensare non
potest, immo nec Deus, quia vt ait Apostolus ad
Thim. seipsum negare nõ potest: concordat etiam E
his Petrus de Tarantasia dicens vbicunque concur
runt verba, & intentio Legislatoris dispensare non
licet, vbi vero apparet intentio Legislatoris in con-
trarium, dispẽsare licet, quia lex magis consistit in
intentione quam in verbis, & scire legem non est
scire verba, sed vim, & potestatem verborum, & om
nes alij boni authores sustinent hanc opinionem
q. 3. art. 8. legatur hic Caiet. qui soluit motiua aduersariorũ,
& Sotus 2. lib. de iustitia & iure, & Medina, & Cor-
radus in loco vnde sumpta est conclusio.

Nona cõclusio. Illa præcepta quæ sunt extra De-
calogum non contenta in eo implicite dispensabi-
lia sunt: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra,
quia illa præcepta quæ non continent ipsam ratio-
nem iustitiæ vt sic, sed speciales modos ipsam ser-
uandi dispẽsabilia sunt, sed illa quæ sunt extra De-
calogum, & in eo implicite, & explicite non conten
ta sunt huiusmodi: igitur talia dispensari possunt.
Vbi nota, quòd dispensare proprie est eximere ali- Quid est dispensare.
quem subditorum à lege stãte lege in rigore legis,
vt quando prælatus dispensat in gradu prohibito
matrimonij: abrogare legem est postquam vim ha-
bet in totum tollere, & sic abrogata est lex de cir-
cumcisione quæ durauit vsque ad præfinitum tem
pus: interpretari legem est declarare in tali casu nõ
habere locum, irritare legem est ipsam impedire,
vt maritus irritat votum suę vxoris, videatur hic
Sotus de iustitia & iure lib. 2. Quæst. 3.

Decima conclusio. Deus non dispensauit in fur
to quando iudæi abstulerunt vasa ab Aegyptijs,
neque in matrimonio Oseę cum muliere fornica-
ria, neque in homicidio Isac respectu Abraæ, pro-
batur, quia nec de potentia absoluta potest Deus
auferre ordinem suæ iustitię, sed si dispensaret in
istis auferret ordinem suæ iustitiæ, & negaret seip-
sum, quod nullo modo est dicendum: igitur con-
clusio vera. Vbi nota, quòd Deus habet duas pote-
states in vniuerso, alteram quia iure creationis est
dominus omnium vitę, & mortis, alteram quia est
Legislator, & iudex vniuersalis, si esset tantum Le-
gislator, & non Dominus Aegyptiorum non pos-
set auferre bona ab Aegyptijs, & dare Hebręis, sed
tãquam Dominus omnium inuitis Aegyptijs de-
dit eorum bona Hebręis, sicuti meus prælatus po-
test me inuito tradere meas vestes alijs ex meis
fratribus, sic etiam tanquam Dominus corporis
meretricis dedit Oseæ non dispensando in præce-
pto de fornicatione, vt Legislator, sic etiam, quia
Deus est Dominus vitæ Isaac dedit illam in pote-
statem Abraæ nõ dispẽsando in homicidio, quem-
admodum quando iudex tradit reũ carnifici non
dispensat in homicidio, quia occisio hominis pro-
hibetur in Decalogo secundum quòd habet ratio-
nem indibiti, hoc enim modo lex præceptiua con
tinet ipsam rationem iustitiæ, vnde lex humana nõ
potest cõcedere, quòd homo indebite occidatur,
sed occidi reum non est indebitum, patet igitur
quomodo Deus non potest dispensare in Decalo-
go, nec de potentia absoluta, de qua re legatur Ni-
colaus Gorra, & Franciscus de Alemania.

DISTINCTIO XXXVIII.

Agitur in hac distinctione de mendacio, &
ponitur prima conclusio talis: mendacium
est falsa vocis significatio cum intentione
fallendi .i. falsum dicendi: probat hãc Sãctus Tho- q. 1. 10. ar. 1
mas secunda secundæ, quia illud dicitur menda-
cium quod contra mentem vadit, sed falsa signifi-
catio vocis cum intentione fallendi vadit contra
mentem: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd
ad mendacium secundum completam rationem
duo concurrunt, vnum formale, scilicet intentio
falsum dicendi, nam mentiri est quando quis as-
serit esse, quod credit non esse, vel negat esse,
quod credit esse: alterum vero concurrit materia-
liter, quod est falsa significatio vocis, nam voces

sunt

sunt signa intellectuum, & ad hoc institutæ sunt, vt A
exprimant conceptus rerum, ideo falsa vocis signi
ficatio concurrens cum intentione falsum dicen-
di materialiter facit ad rationem mēdacij, dicens
ergo verum, quod credit esse falsum mentitur for
maliter, dicens autem falsum, quod credit verum
mentitur materialiter, & hoc est minimum in ra-
tione mendacij propter defectum formalis ratio-
nis, dicens vero falsum, quod credit esse falsum mē
titur, & formaliter, & materialiter, & hęc duo clau
dunt illa tria, quæ dicit S. Tho. scilicet, quod falsū
sit id, quod enūciatur, & quod assistit voluntas fal
sum enunciandi, & intentio fallendi, & hęc faciunt
perfectam rationem mendacij, & sic intelligenda B
Distin. 38. venit definitio mendacij. de qua lege Dur. qui in
Quæst. 1. hac parte declarat doctrinam S. Tho.

Secunda conclusio. Mendacium sufficienter di-
uiditur in tria membra nempe pernitiosum, ioco-
sum, & officiosum: probat hanc S. Tho. vbi supra;
quia omne mendacium aut habet finem malignū
scilicet nocumentum proximi, & sic est pernitio-
sum, aut habet finem delectabilem, & sic est ioco-
sum, aut finem vtilē, & sic est officiosum, & nō sunt
neque plura, neque pauciora istis: igitur conclusio
vera. Vbi nota, hic esse tres opiniones, quarum pri
Cap. 6. ma est Philosophi Arist. 4. lib. Ethi. volentis duo tā
tum esse mendacia, quia diuisio debet esse bimem C
bris, nam mendacium, vel trascendit veritatem in
maius, vel deficit a veritate in minus. primo modo
est mendacium spectans ad iactantiam, secundo
modo est mendacium spectans ad ironiam, mēda
cium enim ex se opponitur veritati, & ideo, vel in
Cap. 14 minus, secunda est opinio beati Augu. lib. de men-
dacio, vbi diuidit mendacium in octo membra, nā
est vnum mendaciū cōtra Deum in doctrina reli-
gionis, secundum est contra proximum, & est per-
nitiosum, tertium fit ratione placendi, vt iocosum
quartum ratione iuuandi, vt officiosum, quintum
dicitur, quod fit ratione delectationis in seipso,
sextum, quod fit ratione conseruandi pecuniam, D
septimum, quod fit ratione cōseruandi vitam cor
poralem, octauum quod fit pro cōseruatione ani-
mæ, vel salutis. tertia est opinio, quam posuimus in
conclusione, & est ipsius glosæ super illud Psalmi
perdes omnes, qui loquuntur mendacium, & hæc
est vera opinio, quia illa duo membra mendacij,
quę posuit Arist. reducuntur ad ista tria, & etiam
illa octo posita ab August. &c.

Tertia conclusio. Omne mendacium est pecca-
Quæst. 130. tum. probat hanc S. Tho. quia peccatum est illud;
Ar. 3. quod ex se, & suo genere est malum, sed mendaciū
est huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi nota, ꝙ
Distin. 38. Scotus hic cum suo discipulo Tartareto adducit
tres rationes, scilicet Petri de Taratansia. S. Thom.
& D. Bonauenturæ, & ait nullam illarum ratio-
num esse bonam, sed solūmodo suam, ratio Petri
est ista, omne quod necessario auertit a Deo est
peccatum, sed mēdacium auertit a Deo: igitur est
peccatum. ratio Bonauent. est ista omne dicens in
tentionem falsam est peccatum, sed mendaciū est
huiusmodi igitur, &c. ratio Scoti, vt ait Petrus Tar
taretus est ista, mendacium est contra præceptum
Dei, ergo est peccatum, sola hęc ratio cōcludit aliæ
vero sūt inutiles, vbi apparet, nescio, quid maligni-
tatis, cum. n. Scotus non potest impugnare conclu

sionem. S. Th. & aliorum Doctorum nititur inpu-
gnare rationes, & tamen si quis recte cōsiderat, ra
tio sua est nulla, & ratio S Th. & Bonauen. ac Taran
tasij est bona, quia ratio Scoti concludit tantū de
mendacio pernitioso, rō autem aliorum Doctorū
concludit de mendacio in communi, de quo erat
sermo, vnde ratio Scoti non est ad propositum cō
clusionis sicut est ratio Tarant. Bonauentur. & præ
sertim S. T. quæ fundatur super hoc, illud quod est
secundum se malum ex genere, nullo modo potest
esse bonū, & licitum, quia ad hoc quod aliquid sit
bonum requiritur, ꝙ omnia recta concurrant, bo-
num enim est ex integra causa malum vero ex sin-
gularibus defectibus, & quia mendacium est malū
ex genere, est enim actus cadens super immediatā
materiam, propterea est per se prauum, & fugiēdū
verum autē est bonum, & laudabile: vide ergo quo
modo ratio S. Tho. est fundata super doctrina ad
propositum conclusionis, quod dici non potest
de ratione Scoti.

Quarta conclusio. Mendacium pernitiosum est
peccatum mortale probat hanc S. Tho. quia illud, Ar. 4.
quod contrariatur dilectioni Dei, & proximi est
peccatum mortale, sed mēdacium pernitiosum est
huiusmodi: ergo. Vbi nota, ꝙ cum omnia pręcepta
decalogi ordinentur ad dilectionem Dei, & proxi
mi, in tantū mendacium dicitur esse contra præce
ptum Decalogi inquantum est contra dilectionē
Dei, & proximi, vnde signanter prohibetur contra
proximum falsum testimonium.

Quinta conclusio. Mendacium officiosum aut
iocosum est peccatum veniale, probat S. Tho. vbi
supra, quia illud, qđ nō fit nec in iniuriam Dei, nec
in nocumentum proximi non est peccatum mor-
tale, sed mendaciū officiosum aut iocosum est hu-
iusmodi, igitur conclusio vera. Vbi nota, ꝙ in men
dacio iocoso intenditur aliqua leuis delectatio, in
mendacio officioso intenditur vtilitas proximi, &
propterea in eis per se loquendo non est peccatum
mortale, per accidens tamē poterit interueniri pu
ta ratione scandali, vel cuiuscunque damni conse-
quentis, tunc enim quādo aliquis nō veretur pro-
pter scandalum publice mentiri peccat mortali-
ter, vnde conclusio intelligenda venit per se, & non
per accidens: legatur hic Petrus de Palude. Distin. 38.

Sexta cōcl. Mēdaciū quodlibet in viris perfectis
perfectione personæ, & perfectione status annexū
est mortale: hanc ponit Petrus de Palude, quam ita Distin. 38.
probat, quia illi, qui perfectæ adhærēt Deo nō pñt Quæst. 1.
ab eo auerti nisi per contēptū, sed contēptus semꝑ
est peccatum mortale: igitur conclusio vera, quam
etiam cōfirmat, quia Adam in statu innocentiæ ra
tione ꝑfectionis personalis, quā habuit nō potuit
primo peccare venialiter, de perfectione status ēt
probatur, quia perfectis rōne status, ut sunt ꝓlati,
& religiosi credit tanq̃ conseruatoribus veritatis,
sed si mentiendo a veritate deuient de cætero ijs
non creditur, qđ non pōt esse sine magno præiudi-
cio Ecclesiæ, & sui status, ergo mendaciū in eis est
graue, vel mortale peccatū. Vbi nota, ꝙ hæc cōclu.
non est ad mentem S. Th. imò ipse ēt Petrus eā im- Dist. 38.
pugnat similiter, & Dur. hic, qa nulla circunstantia Quæst. 2.
arguat in infinitū nisi, quę trāsfert in aliā spēm, cir
cūstātia aūt ꝑsonæ nō trāsfert in aliā spēm nisi for
te rōne alicuius annexi puta si fit cōtra votū ipsius

quod nõ p̃t dici de mẽdacio iocoſo, vel officioſo, & ideo tale mendacium non eſt, mortale peccatũ in viris perfectis niſi forte per accidens ratione ſcandali, & hoc eſt, quod dicebat Auguſt. perfectis eſt præceptum non ſolum non mentiri, ſed nec velle mentiri, nec obſtat de Adam, quia illud fuit ratione iuſtitiæ originalis, nec etiam valet, quia ipſi ponuntur in ſtatu conſeruandæ veritatis, quia veritatem tenentur conſeruare ex ſuo officio in iudicio, vel doctrina, contra quæ ſi mentiãtur tunc mẽdacium erit peccatum mortale, patet ergo quomodo concluſio eſt intelligenda ratione annexi, & nõ per ſe ad hoc, ut ſit vera de mente S. Tho.

Septima concluſio. Mendacium in iudicio genere B ſuo eſt peccatum mortale: hanc probat S. Tho. 2. 2. quia omne periurium eſt peccatum mortale, ſed mendacium in iudicio eſt periurium ergo eſt peccatum mortale. Vbi nota, quod Dominicus de Soto, lib. 5. de iuſtitia, & iure, citat Caietanum dicentem, ꝙ poteſt mendaciũ in iudicio eſſe veniale, ipſe etiam Sotus tenet, ꝙ mentiri in iudicio uiolãdo iuſtitiam etiam citra iuſiurandum genere ſuo eſt mortale: Petrus tamen de Palude diſtinguit de mendacio in iudicio, quia aut eſt in inquirẽdo veritatem, & ſeruatur forma iuris, & ſic homo interrogatus tenetur dicere veritatem, ſi vero nõ ſeruatur debitus ordo in requirenda veritate, ſed ſic p C uertitur, ꝙ mentiens non tenetur dicere veritatẽ, tunc mentiens officioſe pro ſe, vel pro alio, quòd nulli alij nocet nec ſibi, tantum tale mendaciũ erit veniale, & nihilominus ſequenda eſt concluſio propoſita de qua lege Sotum, vbi ſupra.

Quæſt. 98.
Quæſt. 7. Ar. 4.

Octaua concluſio. Iacob non eſt mentitus, quando dixit patri ſuo Iſac, ego ſum Eſau, primogenitus tuus: ſuadet hanc S. Th. quia primogenita illius de iure ei debebantur: propterea myſtice dixit ſe eſſe Eſau primogenitum Iſac. Vbi nota, quod inſtinctu Spiritus Sãcti, Iacob protulit illa verba, ego ſum Eſau, &c. Sic etiam, & mater ſua inſtinctu Spiritus Sancti, fecit eum ſic loqui, & ambo vſi ſunt quadam fraude, quæ non fuit peccatum, quandoquidem triplex eſt fraus, ſcilicet inſpirationis eruditionis, & nociuę deceptionis, prima fraus fuit i Iacob de qua dixit Iſac, Eſau venit frater tuus fraudulenter, & ſurripuit tibi benedictionem, hac etiam vſus fuit Ioſue, quando decepit habitatores hai, & Bethel, hac etiam vſi ſunt Iudæi, quando mutuo acceperunt ab Aegyptiis, precioſa, in exitu ab Aegypto ſecũda fraude, ſcilicet eruditionis vſus fuit Ioſeph quando circumuenit fratres ſuos ponendo Scyphum ſuum in ſaculo Beniamin, & ſic magiſtri per argumẽta ſophiſtica fallunt ſuos diſcipulos, tertia fraude vſus fuit Siba, quando decepit Dauid regẽ. E

Quæſt. 100 Ar. 3.
Fraus triplex.

Nona concluſio. Abraam, quando dixit de uxore ſua, ꝙ eſſet eius ſoror nullum mendacium cõmiſit: probat hanc S. Tho. quia attinebat ad eum ex parte patris: igitur verum dixit, & nullum mendacium commiſit. Vbi nota, quod Beatus Augu. ait, quod Abraam voluit celare ueritatem, & non dicere mendacium, non enim fuit ſicuti de obſtetricibus, quæ mentitæ ſunt coram Faraone, ut ſaluarẽt filios Iſraeliticos, licet peccauerint venialiter, ut ait Greg & Hieronymus, ſic etiam mentita fuit Iudith Oloferni, immo ait Scotus, quod pernitioſe mẽtita fuit, & multa alia exempla ſunt ad hoc propoſitum, quæ videre poteris apud Tartaretum in præſenti loco.

Gen. c. 1
Diſtin. 38.

Decima concluſio. Nunquam licitum eſt mentiri: probat hanc S. Th. vbi ſupra, quia nunquam licitum eſt opponere ſe veritati, ſed mentiri eſt opponere ſe veritati: igitur nunquam licet, &c. Vbi nota, quod Ioannes Caſsianus, ſub nomine Abbatis Ioſeph, in collatione ſua 17. dixit, quod licitum eſt mẽtiri pro vita hominis ſaluanda aut pro magno beneficio homini impendendo, nec ſolum hoc ſed etiam humilitatis cauſa, vt videlicet virtutes ſuas mendacio contegat, quæ opinio expreſſe contrariatur his, quæ a nobis ſupra dicta ſunt, & ideo tanquam erronea ne dicam vti hæretica eſt fugienda, vt erudite ſatis notat Alfonſus de Caſtro, lib. 10. aduerſus hæreſes; nam explicite aduerſatur ſacris literis, ſcribitur enim Eccleſiaſtici noli velle mentiri omne mendacium, qui omne genus mendacij prohibuit nullum permiſit, pro nulla ergo re mendacium aliquod dicere licet, vnde Aug. in Pſalmis ait ne quis arbitretur perfectum, & ſpiritualem hominem pro iſta temporali vita in cuius morte non occiditur anima, ſiue ſua, ſiue alterius, debere mentiri, ſed quoniam aliud eſt mentiri aliud eſt verum occultare, ſi quidem aliud eſt falſum dicere aliud eſt verum tacere, vel ſi quis forte, vel ad iſtam uiſibilem mortem non vult hominem prodere, paratus eſſe debet uerum occultare non falſum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur, ne occidat animam ſuam pro corpore alterius. vnde ſi opinio Caſsiani uera fuiſſet, ſequeretur illos non peccaſſe, qui Apoſtolus Chriſti occiderunt, quòd eſt hæreticum dicere, nam illi arbitrabantur ſe obſequium Deo præſtare, ſic etiam eripere hominem a morte eſt obſequium præſtare Deo, & ſic occiſores Apoſtolorum non peccarunt, ſed ut finem his imponamus adeſt determi- D natio Innocentij Tertij, vt patet in Epiſtola ad Archiepiſcopum Panormitanum. vbi ſcribitur, quod neque pro redimenda vita mendacium eſt dicendum, &cæt.

q. unica.
q. 110 ar. 1.
Cap. 15.
Her. unica Cap. 17.
Pſalm. 5.

DISTINCTIO XXXIX.

SVperiori diſtin. de mendacio egit magiſter in præſenti diſputat de periurio, & ponitur prima concluſio talis: iurare eſt Deum in teſtem aſſumere: ſuadet hanc S. Thom. 2. 2. quia quando non poteſt haberi certitudo in rebus humanis recurrendum eſt ad diuinum teſtimonium, ſed recurrere ad diuinum teſtimonium eſt Deum in teſtem aſſumere: igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd iurare variæ ſumitur apud Theologos aliquando enim iurare eſt aſſerere aliquid ſub atteſtatione alicuius rei ſacræ, quod his verbis faciebant in veteri teſtamento, viuit Dominus ideſt per Deum viuum, vel viuit anima mea, aut tua, ideſt per vitam animæ meæ, aut tuæ: in primitiua Eccleſia fuit hæc conſuetudo iurandi teſtis eſt mihi Deus, id eſt Deum inuoco teſtem, quo modo Apoſtolus frequenter iurauit, ſed Eccleſia modo vtitur hoc modo iurandi per Deum, vel per Sanctam Mariam, vel per Sanctum Petrum, aliquando dicimus, ſic Deus me adiuuet, ſed omnibus iſtis modis eſt Deum in teſtem aſſumere ſeu uocare, & dicitur iuramentũ

Quæſt. 89.

quaſi

quasi pro iure introductum, & ad hoc vt sit licitum requirit tres conditiones nempe veritatem, iudicium, & iustitiam, hoc est quod verũ sit quod iuratur, & quod sit iostum, & cum reuerentia debita Deo fiat: lege Diuum Antoninom secunda parte summe suę, & Martinum ab Azpilcueta doctorem Nauarrum in suo Manuali confessariorum. Titulo 10. Cap. 12.

Secunda conclusio est: Iuramentum est duplex assertorium, & promissorium: probat hanc Sanctus Thomas, quia iuramentum aliquando vocat Deum in testem respectu præteritorum, & præsentium, aliquando respectu futurorum: si primo modo tunc dicitur iuramentum assertorium: si secundo dicitur promissorium: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd aliquando dicitur iuramẽtum iudiciale.i.delatum in iudicio etiam coacte, aliquando extra iudiciale, & est quando fit extra iudicium ex conuentione partium exhibitum, & susceptum, vnde & conuentionale dicitur, dicitur etiam aliquando iuramentum de calũnia quo scilicet quis iurat se bona fide nõ animo calũniãdi causam mouisse, aliquando dr̃ iuramentum decisorium, quia præstatur ad litis decisionem, aliquando dicitur iuramentum confirmatorium, sicut cum filia renunciauit bonis maternis, & paternis, aliquando dicitur iuramentum execratorium, vt cum quis inuocat Deum non solum in testem, sed etiam vt iudicem punitorẽ, dicendo si nõ sic est nõ sit salus animæ meæ &c. sed hæc omnia reducuntur ad illa duo quæ dixit Sanctus Thomas scilicet assertoriũ, quo iuratur de pręterito, vel præsenti sic esse vel nõ esse, & promissorium seu obligatorium de futuro vt cum quis iurat aliquid se daturum, vel facturũ, aut non daturum, vel non facturum, de qua re lege Syluestrum in summa titulo de iuramento, & Gulielmum Altisiodorẽsem summę suę libro tertio, & Petrum de Palude, & Riccardum, Albertum Magnum qui omnes in hoc conueniunt. Titu.1. § 3.

Tertia conclusio. Iuramentum secundum se est licitum, & honestum: probat hanc Sãctus Thomas vbi supra, quia illud secundum se est licitum, & honestum, quod introductum est ex fide catholica, qua homines credunt Deum habere infallibilem veritatem, & vniuersalem cognitionem omnium, sed iuramentum est huiusmodi: igitur conclusio vera, patet etiam non solum ex origine, sed ex fine, quia iuramentum est introductum ad iustificandum homines, & ad finiendum controuersias, vt scribit Apostolus Hebr. igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Catharistas, & Pseudapóstolos, qui falso asserebant Christianis esse interdictũ iuramentum, sic vt nusquàm liceat iurare, & quamuis dicatur Deuteron. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis dicunt hoc fuisse permissum Iudæis in veteri lege, Christianis autem qui habent perfectiorem legem hoc non fuisse licitum affirmant, verum isti in hac parte toto aberrant cœlo, & expresse loqountur contra scripturam, nam non possunt negare Apostolum Paulum Pluties iurasse, vnde ad Romanos dixit testis est mihi Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi: non ergo Christiano viro prohibitum est iuramentum, quoniam aliàs Paulus iurans peccasset, adde quod Concilium Ephesinum, scribit Nestorio, vt recantet suas hæreses, & quia Concilium non fidebat verbis Nestorij exigit ab eo iuramentum: igitur iuramentum est licitum, deinde Concilium Constantiense damnauit quadragintaquinque assertiones Ioannis Vuicleph. inter quas ponitur hęc de iuramento, qua ait iuramenta illita sunt quæ fiunt ad roborandum humanos contractus, & commercia ciuilia &c. vnde patet opinionẽ illorum esse hæreticam, de qua re vide Alphonsum de Castro lib. 8. contra hæreses. Art. 2. Cap. 6. Cap. 10. Cap. 1. Sess. 8. Titu. de iuramento.

Quarta conclusio. Iuramentum est actus religionis, seu latriæ, quę est cultus, qui soli Deo debetur: probat hanc Sanctus Thomas, quia exhibere reuerentiam Deo spectat ad actum religionis, seu ad latriam, sed qui iurat exhibet maximam reuerentiam Deo, quia ex hoc quòd homo per Deum iurat profitetur Deum potiorem, vtpote cuius veritas est indefectibilis, & cognitio vniuersalis: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio est de fide, vt habetur Deuteron. Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies, & per nomen illius iurabis, & loquitur ibi de seruitute latriæ, vt exponunt sancti, quia in iuramento duo sunt, scilicet testimonium quod inducitur, & hoc est diuinum, & id super quod inducitur, quæ est materia super quam fertur iuramentum, quæ est humana necessitas: ratione materiæ, non spectat ad religionem ipsum iuramentum, sed ratione primi, hoc enim modo, vt dictum est propositio est de fide: legatur hic Sotus lib. 8. de iustitia & iure. Cap. 6.

Quinta conclusio. Licitum est iurare per creaturas relatas in Deum quatenus. s. in eis resplendet diuina virtus: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia per illa licet iurare de quibus debemus habere fidem, sed de creaturis secundario ad minus debemus habere fidem: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd duplex est iuramentum alterum quod fit per simplicem contestationem inquãtum scilicet testimonium Dei inuocatur, & hoc iuramentum innititur diuinæ veritati sicuti & fides, fides autẽ per se quidem, & principaliter est de Deo, qui est ipsa veritas, secundario autem de creaturis in quibus veritas Dei relucet, & similiter iuramentum principale refertur ad ipsum Deum cuius testimonium inuocatur, secũdario autem assumuntur ad iuramentum aliquę creaturæ non secundum se, sed inquantum in eis diuina veritas manifestatur, sicut iuramus per Euangelium idest per Deum cuius veritas in Euãgelio manifestatur & per sanctos, qui hanc veritatem crediderunt, & obseruauerunt, & hæc veritas est conformis sacris litteris, & consuetudini Christianorum, scribitur enim Gen. quòd Ioseph iurauit per salutem Pharaonis, Christiani etiam iurare solent per Christum, Beatam Virginem, per Sanctos eorumque reliquias, lege Sotum super hanc materiam lib. 8. de iustitia, & iure. q. 1. art. 4. Art. 6. Cap. 42. q. 1. art. 6.

Sexta conclusio. In iuramento cadit dispensatio: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia vinculum voti est artius quàm vinculum iuramenti, sed in voto cadit dispensatio: ergo & in iuramento. Vbi animaduertendum, quòd necessitas dispensationis, tam in lege quàm in voto est, propter hoc quod id quod in se, vel vniuersaliter consideratum est vtile, & honestum secũdum aliquem q. 9. art. 8.

par-

particularem euentum poteſt eſſe inhoneſtum, & nociuum quod non poteſt cadere ſub lege, nec ſub voto, quod autem aliquid ſit inhoneſtum, vel nociuum repugnat his quæ debent attẽdi in iuramento, nam ſi ſit inhoneſtum repugnat iuſtitiæ ſi ſit nociuum repugnat iudicio: neque diſpenſatio quę fit in iuramento ſe extendit ad hoc, quòd aliquid fiat contra iuramentum, hoc enim eſt impoſsibile cum obſeruatio iuramenti cadat ſub præcepto diuino, quod eſt indiſpenſabile, ſed ad hoc ſe extendit diſpenſatio iuramenti, vt id quod ſub iuramento cadebat ſub iuramento non cadat, quaſi non exiſtẽs debita materia iuramenti vti etiam de voto fieri ſolet &c.

Septima concluſio. In omni iuramento diſpenſabili dum fit intelligitur, niſi ſuperiori poteſtati rationabilis viſa fuerit diſpenſatio: hæc probatur ex cap. venientes extra de iureiurando, deinde quia eadem ratio eſt de voto qualis eſt de iuramẽto, ſed ſi aliquis iurat non petere diſpenſationem, neque illa vti poteſt, vbi ratio id plane popoſcerit prælato patefacere, & ſi ille voluerit diſpenſare, tam in voto quàm in iuramento. Vbi nota, quòd Papa cum habeat plenitudinem poteſtatis poteſt diſpẽſare cum cauſa legitima, & rationabili, quia ſi abſque legitima cauſa diſpenſaret diſpenſatio illa non tenetur, & nedum Papa hoc facere poteſt, ſed etiam Epiſcopus vbi expedire ſenſerit, diſpenſare poterit ſuper huiuſmodi iuramentis, niſi ſpecialiter ſint Papæ reſeruata.

Octaua concluſio. De intrinſeca ratione periurij eſt falſitas: probat hanc Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ, (q.98.ar.1.) quia periurium nihil aliud eſt, vt ait Magiſter ſententiarum, quàm mendacium iuramento firmatum, ſed de ratione mendacij eſt falſitas: igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd actus morales ſortiuntur ſpeciem ex fine, finis autem iuramenti eſt confirmatio dicti humani cui quidem cõfirmationi opponitur falſitas, per hoc enim confirmatur aliquod dictum quod oſtenditur firmiter eſſe verum quod quidem non poteſt contingere de eo, quod falſum eſt, vnde falſitas directe euacuat finem iuramenti, & propter hoc à falſitate præcipue ſpecificatur peruerſitas iuramenti, quæ periurium dicitur, de qua re lege Caietanum, & Doctorem Martinum Nauarrum in Manuali confeſſorum.

Nona concluſio. Omne periurium eſt peccatũ: probat hanc Sanctus Thomas, vbi ſupra, (Articu.2.) quia iuramentum eſt actus religionis, quo iurans fatetur Deum omnia ſcire, & prouidere omnibus, ſed committens periurium negat vtrumq; iſtorum: igitur peccat, & ſic ſequitur periurium eſſe peccatum. Vbi nota, quòd ad reuerẽtiam Dei pertinet, quòd aliquis eum teſtem veritatis inuocet, & per oppoſitum ad irreuerentiam ſpectat, quòd aliquis Deum teſtem falſitatis aſſumat, quia ex hoc dat intelligere, vel quòd Deus non cognoſcat veritatem, vel quòd falſitatem teſtificari velit, vt committẽs periurium maximã iniuriam Deo facit, quod pulchre oſtendit Auguſtinus in ſermone de verbis Apoſtoli Iacobi, dicens vedete quàm iſta deteſtanda ſit belua, & de rebus humanis exterminanda, & loquitur de periurio doloſo, quia ſicuti triplex eſt iuramentum, ita erit triplex periurium: eſt enim iu- A ramentum incautum, coactum, & doloſum, dicitur autem iuramentum incautum quando quis iurat de re illicita, puta ſi iurat interficere hominem, & tale quidem iuramentum non obligat ad faciendum, iuramentum coactum dicitur quod fit propter metum, & hoc dupliciter, quia vel propter metum qui cadit in conſtãtem virum, vel propter metum, qui non cadit in conſtantem virum, concluſio non loquitur de iſtis duobus iuramentis, & ſic Auguſtinus, ſed de tertio. ſ. doloſo, legatur hic Petrus de Aquila. (Diſtin.39.)

Decima concluſio. Publico iudici nullum eſt peccatum exigere iuramentum ab eo quem ſcit iu- B raturum falſum, ſuadet hanc Sanctus Thomas vbi ſupra, (Articu.4.) quia perſona publica debet miniſtrare iuſtitiam omnibus, & in hoc non peccat, ſed iudex eſt perſona publica, ergo in miniſtrãdo alijs iuſtitiam non peccat, nunc ſic quando exigit iuramentum ab eo quem ſcit falſum iuraturum miniſtrat iuſtitiam alijs: igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd iudex debet eſſe requiſitus ab alijs, & tunc iudex non eſt, qui cogit iuramentum, ſed alius eſt, qui implorat publicum eius officium, quia exigere priuatim, ſeu vt priuata perſona iuramentum ab aliquo, quem tu certo ſcis mendaciter iuraturum eſt graue, & mortale peccatum, vt ait Auguſtinus C in ſermone de verbis Iacobi, licet peierans de ſuo periurio ſe interimat tamen cogens ad iurandum manum interficientis impreſsit, & ideo homicida eſt, hoc eſt animam proximi occidit, at tamen petere iuramentum ab eo quem neſcis falſum iuraturum nullum peccatum eſt, tamen ſi humana ſit tentatio, & hoc eſt illud quod dixit Saluator noſter Chriſtus Matth. (Cap.5.) quod amplius eſt à malo eſt hoc eſt ab illa dubietatis plaga per quam originalem culpam contraximus prouenit, vt de veritate aliorum dubitemus. hæc omnia quæ in hac concluſione dicta ſunt ex ſincera doctrina beati Auguſtini deſumpta ſunt, de qua re vide Sotum vbi (q.3.8.lib.) D ſupra.

DISTINCTIO XL.

Agitur in hac diſtinctione de differentia legis veteris, & nouæ, & ponitur prima concluſio talis, lex vetus & noua non ſunt diuerſæ: probat hanc Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ, (q.107.ar.1.) quia illę leges ſunt diuerſæ, quæ ordinantur ad diuerſos fines, ſed lex noua, & antiqua ordinatæ ſunt ad eundem finem, ſcilicet vt homines ſubdantur Deo: igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd lex noua, neque prorſus eſt alia ab antiqua, quia Deus E qui eſt finis vtriuſque legis eſt vnus, & idem, vt ait Apoſtolus ad Romanos, (Cap.4.) vnus Deus eſt qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem, neque etiam eſt omnino eadem, ſed diſtans ab ea ex parte legiſlatoris, nam antiqua per Moyſen eſt diuulgata, noua per Chriſtum etiam ex parte ſubiecti, quia antiqua fuit ſcripta in tabulis lapideis, noua eſt diffuſa in cordibus noſtris, diſtat quoque ex parte vniuerſalitatis, quia antiqua fuit data tantum Iudæis, noua toti mundo, ratione etiam temporis, quia antiqua fuit temporalis vſq; ad aduentum Chriſti, noua vſque ad finem mundi ex parte etiam charitatis, quia antiqua erat vmbra, & figura,

& figura, noua est veritas ipsa ex parte iustificationis, quia antiqua non iustificabat coram Deo, noua iustificat, ex parte etiam cœli, quia antiqua non aperiebat cœlum, noua aperit ex parte rei promissæ, quæ erat temporalis in antiqua, in noua est æterna, & spiritualis: ex quibus apparet quomodo lex antiqua dicitur ab Apostolo ad Gal. Cap. 3. Pedagogus puerorum, lex autem noua est lex perfectionis, quia est lex charitatis, de qua Apostolus ait ad Colossenses Cap. 3. quòd est vinculum perfectionis, de qua re legatur Cano in relectione de sacramentis, & Sotus quarto lib. senten. Distin. 2.

Secunda conclusio. Lex noua fuit complementum legis antiquæ: probat hanc Sanctus Thomas, q. 1. art. 1. B quia perfectum est complementum rei imperfectæ, sed lex noua est perfecta, antiqua imperfecta: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd finis vtriusque legis est coniungere hominem Deo, sed antiqua faciebat imperfectè, noua autem facit perfectè, quia confert gratiam, & inducit ad gloriam, noua etiam lex fuit complemētum antiquæ quo ad omnia præcepta primò moralia, quæ explicatius, & copiosius traduntur in Euangelica lege superaddendo etiam consilia, secundo, quo ad iudicialia, quia tranquilliori modo, & magis pacifico inducunt homines ad Deum in noua lege, quàm in veteri. tertio, quo ad cerimonialia, quia figuris successit veritas, vnde C conclusio est de fide cum habeatur apud Matthæum Cap. 5. non veni soluere legem, sed adimplere, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant, de qua re legatur Magister Corradus vnde sumpta est conclusio.

Tertia conclusio. Lex noua continebatur in veteri non actu, sed virtute: q. 107. ar. 3. hanc probat Sāctus Thomas vbi supra, quia omne imperfectum continet perfectum non actu, sed virtute, sicut arbor continet fructus, & animal continet hominem, sed lex vetus est imperfecta, lex autem noua est perfecta: igitur continetur in veteri non actu, sed virtute. Vbi nota, quòd hæc conclusio est de fide, quia habetur D in Concilio Florentino, Sess. 10. in quo exprimitur doctrina Diui Chrisostomi exponentis illa verba, vltro terra fructificat, primo herbam, deinde spicam demum plenum fructum in spica, primo herbam fructificat in lege naturæ, postmodum spicas in lege Moysi, postea plenum fructum in Euangelio, & ideo lex noua est in veteri sicut frumentum in spica, & hoc in figura dixit Ezechiel, Cap. 1. Rota erat in rota idest nouum testamentum in veteri, vt exponit Beatus Gregorius.

Quarta conclusio. Lex vetus est multo grauior, quàm noua: Articu. 4 suadet hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia illa lex est grauior, quæ ad plures actus E exteriores obligat, sed lex vetus est huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd difficultas legis potest esse, vel ex parte obiecti, quod sunt præcepta primo moralia, sic cum eadem sint hic, & ibi quamuis in lege noua sint magis explicita, si autem fiat sermo de cerimonialibus, tunc lex antiqua longe grauior est, & quantum ad multitudinem, & quantum ad difficultatem obseruandi, vnde Augustinus ad Ianuarium Cap. 15. refert, quod Rabi Moyses numerauit in lege sexcenta præcepta, hinc habetur in actis Apostolorum, vt quid tentatis imponere super nos iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, in lege autem noua non est sic, quia in ea non sunt nisi septem sacramenta ad quæ etiam non omnes generaliter tenentur, puta ad matrimonium, vel ad susceptionem ordinis, si etiam fiat sermo de iudicialibus, tunc lex noua est leuissima, quia Chistus Dominus nullū ferè iudiciale imposuit, & si per alios fuerint aliqua declarata: ex parte vero modi agendi nostra videtur, quòd sit grauior, illis tamen, qui non sunt imbuti habitibus virtutum, quia circa opera virtutum in interioribus actibus, puta, quòd aliquis prompte, & delectabiliter operatur, & opus virtutis exercet, ratione cuius dicitur virtutem versari circa difficilia, sed circa hanc conclusionem, lege Sotum 2. lib. de iustitia, & iure. q. 8. art. 2.

Quinta conclusio. Lex noua non euacuat legem veterem nisi quantum ad obseruantiam cerimonialium: probat hanc Sanctus Thomas, quia lex q. 107. ar. 2. noua euacuauit veterem quoad figurā futuri, sed cerimonialia erant figura futurorum, sicut occisio agni figurabat mortem Christi, hæc occisio vlterius non est obseruanda, quia si obseruaretur adhuc, significaretur aliquid vt futurum, & non impletum: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur aduersus Cherintum, & Ebionem, & Nazareos hæreticos dicentes legem veterem, iuxta omnia illius præcepta esse seruandam simul cum lege noua, contra quos ait Apostolus Galatis qui eodem errore fuerūt infecti, Cap. 3. prius autem quàm veniret fides sub lege custodiabamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat, itaque lex Pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur, at vbi venit fides iam non sumus sub pædagogo. vnde patet conclusionem esse de fide, 9 lib. cōtra hæreses. lege Alphonsum de Castro.

Sexta conclusio. Lex vetus fuit bona: probat hac Sanctus Thomas prima secundæ, q. 98. art. 2. quia illa lex erat bona, quæ ordinabat homines ad Christum Saluatorem omnium, sed lex vetus erat huiusmodi: ergo &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio est de fide, & ponitur contra Manichæum, & contra Marcionem Ponticum, & Cerdonem hæreticos, qui asserebant legem veterem esse malam expresse contra sententiam Apostoli ad Romanos, Cap. 7. vbi obijcit sibiipsi quod infirmi sibi obijcere possent dicens, quid ergo dicemus lex peccatum est? absit, sed peccatum non cognoui nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret non concupisces, occasionem autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: quibus verbis Apostolus docet legem veterem non esse malam, sed bonam, quamuis illa non fuerit sufficiens ad salutem sine gratia, vnde lex vetus cum fuerit data à Deo, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, vt ipse Christus dixit apud Matthæum, Cap. 5. Loquēs iudæis quibus erat lex vetus data, irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras, & paulo ante præmiserat, Honora patrē tuum & matrem tuam quod manifeste in lege veteri continetur, pessime ergo existimarunt isti hæretici legem veterem non esse bonam, legatur hic Bartholomæus Medina. q. 106. ar. 5.

Septima conclusio. Nullus potest saluari nisi

per

mem in vmbra ſcientiæ direxiſti, cui quicquid veri hic ſcriptum eſt debeo, errores ambitio mea temeritasque, atque celeritas pepererunt, ignoſce mihi, & mentem meam illuminando pro tua indefeſſa liberalitate ad meliora dirige, atque ad ſtatum patriæ in ſequenti libro explicandum me, ſcribamque huius libri fratrem Ioannem Baptiſtam Portium Neapolitanum pro tanto labore Portius. ſuſcepto perducere digneris, vbi te laudabimus & amabimus in ſęcula ſęculorum. Amen.

Finis Tertij Libri ſententiarum Matth. Aquarij, pro defenſione doctrinæ S. Thomæ.

CONCLVSIONES SANCTI THOMAE, QVAS DEFENDIT CAPREOLVS in Quarto Libro Sententiarum.

Nuper castigatæ, & corroboratæ authoritatibus Sacræ Scripturæ Conciliorum, & Sanctorum Patrum, atque illustratæ quamplurimis alijs opinionibus Theologorum, tùm antiquorum, tùm neotericorum.

Authore F.Matth. Aquar. Ord. Prædicatorum Prouinciæ Regni.





VIA in præcedenti libro ostendit Magister quomodo sapientia Dei relucet in opere restaurationis hominis lapsi, consequens est in hoc vltimo, & quarto libro explicare quomodo bonitas eiusdem Dei gloriosi resplendeat, in curatione huius lapsi, & sauciati hominis, quippe quę curatio fit per sacramenta, idcirco agitur de sacramentis primo in genere, secundo in specie de vnoquoque sacramentorum, &c.

DISTINCTIO I.

CIrca istam distinctionem ponitur prima conclusio talis: Diffinitio sacramenti quam ponit Magister. s. sacramentũ est inuisibilis gratię, visibilis forma, ita vt eius imaginem gerat, & causa existat: est bene assignata, & compętẽs sacramentis nouæ legis: hanc scripsit S. Tho. in hoc lib. [Distin. 1. q. 1. ar. 1.] & ratio est, quia illa diffinitio est bene assignatã, & competens sacramentis nouæ legis, quæ explicat omnia quæ sunt de ratione talium sacramentorũ; sed dicta diffinitio est huiusmodi: ergo &c. Circa quam conclusionem nota, quòd diuersi Doctores diuersimode diffiniunt sacramẽtum, nam D. Aug. lib. de corpore Christi ita definit, sacramentum est in quo sub tegumento rerum sensibilium diuina virtus secretius operatur; & refertur 1. q. 1. can. multi. [Cap. 1.] Hugo lib. 1. de sacramentis dixit, quòd est materiale, siue sensibile elementum foris propositum ex institutione diuina significans, & ex sanctificatione spiritualem gratiam continens: hanc refert Riccardus in præsenti lib. [Dist. 1. q. 1.] summa confessorum lib. 3. tit. 24. q. 1. & summa sacram. de Eucharistia, §. primo, Scotus etiam ita definit sacramẽtum est signũ sensibile gratiam Dei, vel gratuitum effectum ex institutione diuina efficaciter significans ad salutẽ hominis viatoris ordinatũ. sed hæc definitio Scoti reprehendenda venit, quia arte definiendi caret [Cap. 6.] quum teste Cicerone 4. lib. Rhetoricorũ definitio debeat esse breuis rei explicatio nihil superfluum, neque diminutum cõtinẽs, veluti communis A animi conceptio omnibus disputantibus. quibus conditionibus caret definitio Scoti: propterea S. Tho. 3. par. ait sacramentum est sacræ rei signum, quam definitionem, ait Thomas Vualdensis Tom. 2. de sacramentis esse ab omnibus patribus receptam; [q. 60. ar. 1. Cap. 20.] tum quia nihil superfluum, nec diminutum continet, tum quia est breuissima continens genus duntaxat, & differentiam. sed legendus est Sotus, & Caietanus hic, & Franciscus de Victoria in relectione B de sacramentis, vbi dilucide exponit hanc definitionem asserens per rem sacrã debere intelligi principaliter gratia gratum faciens, vt sensus sit, sacramentum est signum practicum exterius rei sacræ. i. gratiæ sanctificantis nos homines in actu exercito formaliter. efficienter significatur Christus Dominus: finaliter vero ipsa gloria.

Secunda conclusio est, Sacramenta nouæ legis consistunt in rebus, & verbis: probat hanc S. Tho. [q. 60. art. 4.] C 3. par. quia effectus assimilatur suæ causæ proximæ quantum potest, sed proxima causa horum sacramentorum fuit passio Christi constantis ex verbo & carne: ergo & ipsa sacramenta ex verbis, & rebus constant. circa hanc conclusionem nota, quòd sunt opiniones diuersæ, nam Ocham in principio huius libri audacter sustinet in sacramentis nõ esse necessarias res sensibiles, Duran. quoque putat non esse [Distin. 1.] vniuersalem istam conclusionem, quia matrimonium D inquit sine verbis cõtrahi potest per litteras, & nutus. Scotus dubitat de sacramẽto pœnitentiæ, quia sine rebus, & materia fieri potest, sed tantum verbis, licet Ioseph Angles dicat, quòd falso Scotus [Distin. 14.] accusatur de hoc, & conatur liberare eum, sed frustra laborat, propterea sustinenda est conclusio pręsens omnia sacramenta nouæ legis constare ex rebus, tanquàm materia, & ex verbis, tãquàm forma, quæ definita est in Concilio Florentino sub Eugenio IIII. E & patet ex August. super Ioannem, [Hom. 8.] & habetur 1. q. 1. accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum.

Tertia conclusio est sacramenta nouæ legis sunt causæ gratiæ non solum per modum causę, sine qua non, immo per modum causæ per quam. docet hanc S. Tho. in præsenti lib. [Distin. 1. q. 1. art. 4.] cuius ratio est, quia omne instrumentum est causa sui effectus sine qua non, & per quam, sed sacramenta sunt instrumen-

ta: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd sunt variæ sentētiæ Theologorum, quarum prima est, quam sequitur Bonauent. Riccardus, Ocham, Marsilius, Gabriel, Duran. hæc enim dicit, quòd sacramenta sunt causa gratiæ sine qua non, & per accidens, quia ad eorum positionem causatur gratia sicuti ad positionem ignis super stuppam causatur commixtio. secunda sententia est Gulielmi lib. de sacramentis dicentis sacramenta esse causas gratiæ per modū imp̄cationis, & orationis vocalis, Deus enim inuocatur vt remittat peccata, & exaudit infallibiliter per sacramenta: tertia est sententia Petri de Aliaco dicentis sacramēta esse causas gratiæ ex pacto diuino, quia adhibitis sacramentis Deus operatur gratiam sicut canonicus inuestitur per librum, Abbas per baculum, Episcopus per anulum. quarta est sententia Scoti volentis sacramenta dici causas gratiæ, sed vere non esse causas, sed potius dici signa efficacia, & se habere vt effectus priores destinati ad effectus posteriores. s. ad gratiā, nam sicut notitia dicitur efficere volitionem, quia ad volitionem præsupponitur, nihil enim est volitum, quin sit præcognitum, ita sacramenta dicuntur gratiam efficere, quia ex lege diuina ad illam præsuponūtur. quinta sententia est Sancti Thomæ in hoc lib. Alens. Petri de Palude, Capreoli, Ferrariensis volentium sacramenta esse causas gratię dispositiue, quia aliqua eorum causant ornatum, aliqua vero characterem quemadmodū dicimus, quòd homo generat hominem, nō quia attingit animam rationalem, sed quia causat dispositionem ad illam. Sexta est Domici de Soto asserentis sacramenta esse causas gratiæ mediate, & consecutiue, sicut amicus conciliat sibi inimicum, quia ad istam reconciliationem sequitur amicitia, sic per sacramenta homines recōciliantur Deo. Septima est Melchioris Cano in relectione de sacramento pœnitentiæ docentis sacramēta esse causas morales gratiæ, quā sententiam sequitur bona pars Iesuitarum in suis lectionibus manu scriptis, aiunt enim certum est Christum Dominum fuisse causam moralem nostræ salutis, & redemptionis, sic etiam, & sacramenta, quia instruunt nos. Octaua est Henrici Quolibeto nono, volentis sacramenta esse causas gratiæ, quia Deus existēs in eis causat gratiam. sicut Christus dicitur fecisse miracula, quia Deus in eo operabatur miracula. Nona est Caietani Cardinalis volentis sacramenta esse causas instrumentales naturales gratiæ, sicut calamus est causa scripturæ, & securis est causa lecti. Decima est opinio Iosephi Angles Valentini, in floribus Theologicis dicentis sacramenta esse aliquo modo causas morales, quia moralis causa est quæ mouet efficientem mediante aliquo obsequio, & sacramenta mouent Deum ad dādū nobis gratiam: possunt ēt dici cā sine quibus non, & causæ instrumentales artificiosæ. sed his omnibus relictis sequēda est opinio Caietani, quæ est expressa sentētia Sancti Thomæ 3. par. & est conformis sacris litteris, ait enim Apostolus ad Titū per lauacrū regenerationis saluos nos fecit &c. est etiam hæc sententia conformis Concilio Tridentino sess. 6. etiam sanctis patribus Aug. Ambr. Basilio, Hieronymo, propterea Catechismus ex Decreto Concilij Tridētini ad parachos cōfectus, titulo de Sacramentis tenet hanc sententiam adducens dictum illud celebratum Aug. Aqua corpus tangit, & cor abluit, de quā re lege ipsum Caietanū 3. par. & Ledesimum.

Quæst. vlt. — q. 62. art. 1. — Cap. 7. — A — B — C — D — E

Quarta conclusio. In sacramentis nouæ legis est aliqua virtus gratiæ causatiua: scribit hanc S. Tho. in hoc lib. cuius ratio est, quia sacramenta nouæ legis agunt instrumentaliter respectu gratiæ, ergo habent aliquam virtutem actiuam. Circa hāc conclusionem nota, quòd sunt quatuor opiniones, prima est Alex. Alensis 3. par. volentis sacramenta non attingere gratiam, sed tantum dispositionem ad illā. Secunda est Henrici Quolibeto quarto, tenentis in sacramentis esse quādam virtutem quam dicit esse ipsam diuinitatē operantem in eis. tertia est ipsius Paludani ponētis in eis qualitatem quandam non permanentē, sed successiuam, & vult ipsam esse corpoream, Capreolus vero & Ferrariensis dicunt esse incorpoream. Quarta est opinio Caietani, & Dominici de Soto docentiū hanc virtutem nihil aliud esse quàm motum artificiosum quo sacramentum ipsum mouetur à Deo ad causandam gratiam in nobis: Quidam tamē thomista Magister Georgius Bustus Vercellēsis dicit opinionem Caiet. esse subtilem, & ingeniosam, sed non consentaneam D. Th. & veritati, assertionem quoque Capreoli dicit esse falsam, & repugnantem doctrinæ S. Tho. propterea ambas improbat quibusdam friuolis rationibus quas referre nolo, breuitatis causa, sed vide apud eum in peculiari quæsito suo de causa institutionis sacramentorum nouæ legis, & relinque omnes opiniones, & sequere opinionem Caiet. pro hac conclusione quam latius, lege in 3. par. S. Tho.

Distin. 1. — q. 2. art. 4. — q. 8. art. 3. — Quæst. vlt. — q. 3. art. 4. — q. 62. art. 4.

Quinta cōclusio est, Sacramenta veteris legis nō conferebant gratiam ex aliqua virtute eis inhærente: probat hanc S. Tho. 3. par. quia sacramenta veteris legis nō agebant in virtute passionis Christi, quæ nondum erat: ergo nō causabant gratiam per virtutem eis inhærentem &c. Circa istam cōclusionem nota diuersas esse opiniones, nam prima est Caluini lib. 4. institu. tenētis sacramenta vetera nō differre à sacramētis Euāgelicis nisi quia sunt aliæ cęrimoniæ, quæ opinio non opinio, sed hæresis dici debet, cum sit contra Apostolum ad Hebr. 10. lex enim vetus erat vmbra, nostra vero est corpus. Secunda est opinio Magistri sententiarum tenentis sacramenta vetera fuisse instituta solummodo ad sanctificationem carnis, & ad figurandum Christum. tertia est opinio Vgonis lib. 1. de sacramētis p. 9. volentis sacramenta illa fuisse instituta ad conferendum gratiam ex opere operato. Quarta est durandi opposita huic: vult enim Duran. sacramenta vetera cōferre gratiam ex opere operantis. quinta est Paludani, qui vult sacramenta illa conferre gratiam, tanquam causa sine qua non. Sexta est Sancti Thomæ, & Soto dicentium sacramenta vetera non conferre gratiam iustificantem per seipsa, idest virtute propria, sed esse quasdam protestationes illius fidei significantes passionem Christi, & effectus eius, & fidem per quam iustificabantur illi qui ea suscipiebant. lege Diuum Thomam 3. par. & sequere eius doctrinam.

q. 62. art. 6. — Cap. 14. — Cap. 2. — Quæst. 6. — q. 62. art. 6.

Sexta conclusio. In circuncisione conferebatur gratia, licet non virtute circuncisionis: probat hāc S. Th. 3. par. quia in eo cōfertur gratia per quod tollitur peccatū originale, & dātur effectus gratię positiui

q. 72. art. 4.

sitiui. sacere dignũ vita æterna, & priuatiui sicut pæ, & etiam reatus, sed per circũcisionem hæc omnia fiebant: igitur conclusio vera. Circa quam animaduerte, quòd sunt quatuor opiniones, quarum prima dicit circumcisionem non remisisse peccatũ sed tantum fuisse signum congregationis, vnde nõ dabatur fœminis, & hanc tenuit Iustinus martir in dialog. suis. Tertulianus lib. contra Iudæos: Innocentius l. b. 4. Epiphanius in Ebionitas hæresi 30.
Cap. 3. Hom. 37. Cap. 5. Cap. 4. Chrisost. in gentes Hieronym. in expos. ad Galatas, Ambr. in Epist. ad Rom. Damas. lib. 4. de fide orthod. secunda opinio, quæ est Magistri senten. in præsenti loco dicit, quòd per circumcisionem auferebatur peccatum originale, sed non conferebat gratiam. tertia opinio dicens, quòd per circumcisionem conferebatur gratia quantum ad effectus remissionis culpę, sed non quantum ad effectus po sitiuos, & hãc sequutus est Varro in præsenti loco.
Quæst. 2. Quæst. 6. quarta est opinio Scoti Alex. Alens. D. Bonauentu. Duran. Gabrielis, Ocham, Marsilij, & omniũ Scotistarum tenentium circumcisionem cõferre gratiã quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignum vita æterna, sed non quãtum ad omnes effectus, quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam fomitis, nec ad implendum mandata legis. & hoc nedum faciebat ex opere operantis. s. ex motu interiori, vt cæteræ cęrimoniæ, sed etiam ex virtute operis operati, & hãc opinionem tenuit
q. 2. art. 4. etiam D. Tho. in hoc lib. licet probabiliter, tamen in 3. par. tenet oppositum, & retractat seipsum asserens, quòd diligentius considerauit hanc rem dicens, quòd gratia conferebatur in circuncisione quo ad omnes effectus aliter tamẽ, quàm in baptismo, quia baptismus imprimit characterem, quem non imprimebat circumcisio, & copiosiorem gratiam etiam baptismus confert, quàm circumcisio, quia in ea conferebatur gratia non ex virtute circumcisionis, sed ex virtute fidei passionis Christi, propterea non ex opere operato, vt ait Scotus con-
Sess. 7. tra Concilium Tridentinum, sequenda igitur est opinio hæc vltima Sancti Thomæ 3. par. alijs omnibus relictis.

Septima cõclusio. Scientia seu notitia sacramen
q. 1. art. 3. torum est nobis necessaria: hanc ponit Diuus Thomas in præsenti distinctione, quia omnis religio habet aliqua signa exteriora in quibus conueniuut
Cap. 11. homines ad colendum Deum, vt ait Augu. lib. 19. contra faustum, sed in nobis Christianis est verissima religio: igitur conclusio vera, vbi nota, quòd sacramenta sunt signa sensibilia quibus docemur de rebus fidei, secũdo sunt quædam pharmaca spiritualia quibus sanamur à nostris infirmitatibus, tertio sunt præcipua pars cultus religionis Christianæ, quarto sunt quasi vincula Ecclesiæ, quinto sunt notæ ouium Christi, sexto sunt veluti fœdera, & pacta quibus Deus pollicetur se esse nostrum, & nos pollicemur ei obediẽtiam, septimo sunt quasi monimẽta diuinorum beneficiorum, octauo sunt veluti pignora diuinæ gloriæ futuræ, nono sunt veluti instrumenta diuina quibus Christus Dominus merita sua nobis contulit, vltimo sunt veluti crumena, vasa, & Gazophilatium templi in quo cõtinetur precium redemptionis nostræ.

Octaua conclusio. Sacramẽta sunt maxime pertinentia ad Theologos, hæc conclusio patet ex se, quia subiectum Theologiæ est Deus, sed sacramenta sunt instituta à Deo: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd sacramenta continentur implicite in articulis fidei, præsertim in illo, Credo sanctam Ecclesiam communionem sanctorum, remissionem peccatorum, licet aliqui dicant ea nõ contineri in symbolo, quod vtique verum est explicite, sed cõtinentur implicite, vt dictum est.

Nona conclusio. Sacramentum vniuoce dicitur de sacramẽtis nouæ, & veteris legis: probatur quia vtraque sunt signa practica, & religiosa: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd aliqui dixerunt differre genere, quia nostra sacramenta nedum sunt signa, sed etiam causa rei sacræ, sed hoc nihil est, quia esse causa rei sacræ est passio nostrorum sacramentorum, propter hoc nõ facit differre genericæ, sed tantum accidentaliter.

Decima cõclusio. Sacramenta Euãgelica in hoc præcipue differunt, quia nostra conferunt gratiam ex opere operato, illa vero ex opere operãtis: ista est de fide, quia habetur in Cõcilio Tridentino, si quis Sess. 7.
dixerit sacramenta nouæ legis ex opere operato Can. 8.
non cõferre gratiam anathema sit. Vbi nota, quòd quidã ex nostris thomistis, vt est Dominicus à So- q. 3. art. 2.
to in præsenti distinctione reprehẽdit hanc dictionem opus operatum asserens esse verbum barbarũ, quia non modo in sacra scriptura nõ extat, verum neque apud antiquos patres reperitur: quare, & si
D. Tho. in hoc lib. illius meminerit, quoniam tunc Distin. 1.
forte illud idioma serpere incipiebat, non tamen q. 1. art. 5.
quasi ex sua opinione, sed ait ipsum sacramentum à quibusdam dici opus operatum, hic vero in summa illud non vsurpat, operatum nãq; verius actionem, quàm passionẽ significat sicut operari, quare sacramentum exhibitum non potest subinde dici operatum, propterea melius dicitur sacramentum per se ipsum, seu virtute operis gratiam conferre. quæ opinio stare non potest, quia theologia præser tim Scholastica non debet vti verbis Ciceronianis cum dicat Hilarius 7. de Trinitate, quòd res non Cap. 4.
subduntur sermoni, sed sermo subditur rebus, vnde Theologi ad exprimenda sua secreta, & suas intentiones vtuntur quibusdam vocabulis, quæ nunquàm somniauit Cicero vt est materialiter, formaliter, cathegorematice, sincathegorematice, & similia quibus etiam ipse Dominicus sæpius vsus est in suis scriptis: igitur reprehendendus venit, quia his barbaris verbis vtitur. Adde quòd Ar. in præd. dixit oportet aliquando fingere nomina: Adde etiã, quod tota ferè cohors Theologorum vtitur hoc vocabulo præsertim S. Tho. in præsenti distinctione, & Concilium Tridentinum Sess. 7. falsum quoque est Can. 8.
illud aliud dictũ Dominici à Soto, quòd opus operatum verius actionem quàm passionẽ significat, quia operatum de rigore sermonis illud dicitur, quòd est constructum, & effectum ab aliquo operante, sicut domus, per artificem operantem effecta dicitur opus operatum, sic etiam sacramentum à ministro collatum perfectum, & completum dicitur opus operatum, tale autem dicit passionem, & non actionem, nisi quatenus causat, & confert gratiam in suscipiente, largo modo dicere possumus, quòd significat actionem. est ergo sensus propositionis, quòd sacramenta conferunt gratiam ex opere operato, idest ex hoc, quòd sunt colla-

tam perfectam, & completam à ministro in suscipiente, idcirco passionem significant propriè, & nō actionem, vel sacramenta cōferunt gratiam ex opere operato .i. ex passione Christi, quæ est operata, & producta, & perfecta per Christum. hoc etiā modo opus operatum passionem significat, & non actionem.

DISTINCTIO II.

IN hac distinctione agitur de legalibus. & ponitur prima conclusio talis: lex Moysi per legem Christi cessare debuit, & cessauit de facto: pro-
q.103.ar.4. bat hanc Sanctus Thomas prima secundæ, quia ad- B ueniente figurato cessat figura, sed lex Moysi erat figura legis Christi: igitur conclusio vera. Vbi no-
Cap.7. ta, quòd hæc est de fide, vt ait Apostolus ad Hebr. translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, & ibidem nouum testamētum veterauit prius;
Cap.8. quia hoc erat vmbraticum, & figurale, & non erat in perpetuum positum, sed donec veniret plenitudo temporis; ergo &c.

Secunda conclu. Lex Moysi non solum cessauit, quo ad cęrimonialia, & legalia, sed etiam quo ad
q.104.ar.3. vim obligandi, scribit hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia adueniente forma cessat dispositio. sed cęrimonialia, & iudicialia fuerunt instituta ad di- C sponendum statum illius populi qui ordinabatur ad Christum; ergo adueniente Christo cessarunt cęrimonialia & legalia. Vbi nota, quòd non cessauit lex quo ad moralia, quia talia nō spectabant ad legem Moysi, sed ad legem naturæ quæ obligat vniuersos mortales, non virtute legis Mosaycę, sed de iure naturæ, quo omnes gentes nedum Christiani tenentur obseruare Decalogum præceptorum moralium, & ideo dicitur, quòd lex non cessauit quo ad moralia præcepta.

Tertia concl. Obseruare nunc legalia, & cęrimonialia est peccatum mortale, & hæreticum: hanc
Dist.1.q.2. Articu.5. probat Sanctus Thomas in præsenti lib. quia men- D dacium in protestatione fidei catholicæ est peccatum mortale, sed obseruatio legalium, & cęrimoniallum inquantum huiusmodi præsenti tempore facta est mendacium circa protestationem fidei: ergo conclusio vera. Vbi nota, quòd hic grauiter errat Scotus eo, quòd existimat tunc obligari homines ad non seruāda cęrimonialia & legalia quādo hoc venit in notitiam subditorum, quæ opinio non probatur, quia lex tunc incipit obligare cum primum publico edicto à principe ponitur, prædicatio enim Apostolorū non fuit positio legis, quia ipsi non erant legislatores Euangelij, sed Christi promulgatores, vide de hac re Bartholomæum Me E dinam prima secundæ.

Quarta concl. Lex vetus ante mortē Christi erat
q 113 ar.3. in præcepto: probat hanc Sanctus Thomas, quia lex nunquàm expirat nisi promulgata fuerit eius cessatio, sed tantum in morte Christi. fuit promulgata talis cessatio quando Christus dixit vltimum verbum consummatum est: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd errat etiam Scotus in hac conclusione dum vult legem veterē in morte Christi non fuisse extinctam, imò ait obligasse, vsque ad sufficientem promulgationem Euangelij, quæ quidem promulgatio cępit inquit in pentecoste, & A durauit per aliquod tempus.

Quinta concl. Tria fuerunt tempora legis Moysi primum obligans .s. ante mortem Christi, secundū in quo mortua fuit nempe à morte Christi, vsque ad promulgationem Euangelij. tertium in quo est mortifera .s. à promulgatione Christi vsque ad finē mundi: hanc probat Sāctus Thomas solum authoritate Augu. Circa quam nota, quòd est controuersia nedum inter Scholasticos, sed etiā inter Patres Diuus enim Hier. ponit duo tantum tempora alterum in quo vetus lex fuit viua, alterum vero in quo fuit mortua, & mortifera, quem sequitur Andrianus in præsenti lib. sed conclusionem August. am- Quæst.1.
plectitur tota cohors Theologorum, & Concilium Florentinum: ideo sequenda est nostra conclusio, de qua lege Dominicum à Soto secundo libro de Quæst.5.
iustitia & iure.

Sexta concl. Si quis modo seruasset legalia non eo fine quo ordinauit lex Moysi non peccaret: hāc probat Caie. in 3. par. S. Th. in indis. subiectis presby- q.37.art.1.
tero Ioanni, hi enim circumcisionem accipiunt vltimo baptismum, vt cōforment se Christo qui fuit circumcisus, & baptizatus, & tamen non peccant: igitur &c. Circa quam nota, quòd Sotus vbi supra non approbat hanc conclusionem, quia hoc facere videtur habere speciem mali, sed Medina prima se- q.104.
cundæ defendit Caiet. adducens quendam Lusitanum nomine Damianum Gois, qui scripsit de ritibus indorum, & adducit pro eorum defensione in argumētum Ecclesiā Romanam, quæ scit hanc eorum consuetudinem, & non damnat quin potius admittit illos ad communionem, & habet illos, vt Christianos qui degunt in Ecclesia S. Stephani Ro- Antonius
mæ post basilicam S. Petri, & eorū protector apud Caraf. pro-
curiam Romanam est Hieronymus Card. Carafa. tector indorum.

Septima conclu. Licet iudicialia sint euacuata in se non tamē quo ad finem eorum: probatur, quia remansit finis eorum: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd finis iudicialium erat pacifica conuersatio hominum inter se, ita quòd iudicialia nō fuerunt facta nisi vt homines pacifice viuerent ad inuicem, quia si priuassem aliquem vna manu fuissem vna priuatus, & oculus pro oculo, & caput pro capite, per legem autem Euāgelicam magis seruatur pacifica cohabitatio hominum, quàm per iudicialia, nam magis pacificatur homo per aliquam punitionem, quàm habendo pœnam talionis, melius est enim, quòd si ego aufero oculum alicui, quòd soluam pœnam aliquam puta quātitatem pecuniæ, deponendo oculum pro oculo.

Octaua concl. Nullum iudiciale inquantum iudiciale illius legis obligat nos: probatur quia si aliqua lex esset, quæ obligaret ad pœnam eodem modo .s. talionis sicut tunc illa obligatio non obligat 1.2.q.104.
inquantum illius legis Mosaycæ, sed inquantū, aliquis dominus, siue Ecclesiasticus, siue temporalis acceptaret illā: ergo &c. Vbi nota, quòd si aliquis princeps ordinaret in regno suo illa iudicia obseruari tanquàm habētia vim obligandi ex institutione veteris legis, talis intentio obseruandi esset mortifera, non tamen si alia intentione hoc faceret puta, vt homines pacifice viuerent &c.

Nona cōcl. Licet cęrimonialia in se nō maneāt, tamen dicuntur remanere quo ad eorū signatum, 1.2.q.103.
probatur, quia per ista cęrimonialia fiebant purgationes,

gationes, sed tales perfectiori modo fiunt per nostra cerimonialia, quàm per illa: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd cerimonialia legis ad duo ordinabantur. s. ad cultum Dei, & ad figurandũ Christum, & quo ad vtrunque cessarũt. verum vltra hæc dubi etiam per ipsa fiebat quædã purgatio propter obedientiam, & deuotionem, & fidem rei præfiguratæ, qui est sanguis Christi per quem facta est purgatio, & sanctificatio animarum nostrarum &c.

Decima cõclusio. Circumcisio dicitur fuisse data Abrahæ à Deo in signũ fœderis sempiterni, probatur, quia Deus non dedit Abrahæ aliud signum ad tollẽdum peccatum originale nisi circumcisionem: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd scribitur libro Gen. (Cap. 17.) quãdo Deus dedit Abrahæ circumcisionẽ, & hoc erit signum inter me, & te in fœdus æternum, duplici de causa prima. s. non in se, sed in æquiualenti puta in baptismo, secunda causa est, quia non fuit datum Abrahæ aliud signum appropriatum, & speciale, sed fuit datum signum commune toti generi humano, quòd nõ esset sibi proprium, & hoc fuit melius, & diuinsus, & vberius. tale autem est baptismus &c.

DISTINCTIO III.

IN hac distinctione agitur de baptismo Ioannis, & pro eius explicatione sit prima cõclusio talis conueniens fuit, vt Ioannes vteretur aliquo baptismo: probat hanc D. Thom. 3. par. (q. 38. ar. 1.) quiá conueniens fuit, vt Ioãnes præpararet homines, ad digne suscipiendum baptismum Christi, hoc autem conuenientius fieri nõ poterat, nisi per quendam aliũ baptismum: ergo &c. Circa quam nota, quòd hæc cõclusio est de fide, quiá vt habetur Matth. (Cap. 3.) Exibãt multi ad eum, & baptizabantur in Iordane, proptetea Augustinus dicit super Ioannem; quia oportebat Christum à Ioãne baptizari, vt baptismum consecraret, & Chrisost. (Hom. 10.) etiam in Ioãne, ait concurrentibus enim turbis ad baptismum ipse Ioannes annunciabat Christum, quod quidem facilius sic factum est, quàm si per singulos discurrisset; item Basilius (Cap. 3.) in tractatu de baptismo ponit triplicem baptismum. s. Moysis, Ioannis, & Christi.

Secunda concl. est Baptismus Ioannis non erat per se sacramentum: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia talis baptismus non fuit sacramentum veteris legis, quia non erat cerimonia illius, nec fuit sacramentum nouæ legis: igitur cõclusio vera. Vbi nota, quòd Sanctus Thomas retractat seipsum dum in præsenti lib. tenet baptismum Ioannis esse sacramentum per se sicut sacramenta veteris legis, hic autem dicit oppositum, licet Bartholomæus Medina dicat ambas sentẽtias posse sustineri, in hoc tamẽ errat, quia si posset teneri opinio, q̃ dicit baptismũ Ioannis esse sacramentum, Diuus Thomas nõ retractasset se dicens baptismum Ioannis non esse per se sacramentum, sed sacramentale quoddam disponẽs ad baptismum Christi, & ideo aliqualiter pertinebat ad legem Christi non autem ad legem Moysi, & hæc determinatio est contra Dionys. Carthusianum. (q. 38. art. 2.)

Tertia conclu. Baptismus Ioannis fuit partim à Deo, partim à Ioanne: probat hanc Sanctus Thomas tertia parte, quia in baptismo Ioannis, erat ritus baptizãdi, & effectus eius. sed ritus erat a Deo effectus vero à Ioanne: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd Deus benedictus familiari reuelatione (Cap. 1.) Spiritus Sancti misit Ioannem ad baptizandum, propterea scribitur apud Ioannem, qui me misit baptizare in aqua ille mihi dixit super quem videris spiritum &c. effectus tamen huius baptismi erat mundatio corporis, vt scribitur apud Matthæum (Cap. 3.) Ego baptizo vos in aqua ille vos baptizabit Spiritu Sancto, quem vos nescitis, &c.

Quarta conclusio. Baptismus Ioannis gratiam non conferebat: probat S. Tho. 3. par. (q. 38. art. 3) quia tota doctrina, & operatio Ioannis erat præparatoria ad Christum per quem conferenda erat gratia: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio est Beati Gregorij lib. homiliarum suarum, vbi habet. (Hom. 4.) Ioannes non spiritu, sed aqua baptizat, quia peccata soluere non valebat, & cum negasset se esse messiam, interrogatus cur in aqua baptizaret respondit ego baptizo in aqua quasi dicat non in Spiritu, est etiam Augustini in Enchiridion, & refertur de consecra. dist. 4. dicentis non regenerantur, nec renascebantur, qui baptizabãtur baptismo Ioannis, sed præparabat viam Domino Christo in quo solo renasci poterant, qui præparabantur &c.

Quinta cõclusio. Effectus baptismi Ioannis erat præparatio ad gratiam per Christum conferẽdam: probat Sãctus Thomas, quia inducens homines ad fidem Christi præparat illos ad gratiã, sed baptismus Ioannis erat huiusmodi: igitur &c. Circa quã nota, quòd baptismus hic dicebatur baptismus pœnitentiæ, quia erat quædam protestatio, qua profitebantur homines se pœnitẽtiam acturos, & etiam inducebat mortales ad pœnitẽtiam per quam consequitur remissio peccatorum, & hinc Diuus Hieronymus ait quòd gratia quæ per baptismũ Christi danda erat quodammodo per paranymphum initiabatur.

Sexta cõcl. Conueniens fuit Christum baptizari baptismo Ioannis: probat hanc Sanctus Thomas, (Artic. 4.) quia id debebat Christus facere quod faciendum omnibus imperauit, sed omnibus imperauit baptizari: igitur, &c. Vbi attende, quòd quando Christus voluit baptizari à Ioanne dixit sic decet nos implere omnem iustitiam quam Iustitiam exponens Diuus Ambrosius super Lucam, ait hæc est iustitia, vt quod alterum facere velis prior ipse incipias, vt tuo alios horteris exemplo, vnde si circũmcidi se permisit, & offerri in templo, & alia etiã officia religionis exercuit; debuit etiam baptismum Ioannis suscipere ad quem multi iudæi conuolabant &c.

Septima conclusio. Antechristum, & post Christum decuit alios homines Ioannis baptismo baptizari: probat hanc Sanctus Thomas, quia si solus Christus fuisset baptizatus illo baptismate, aliquis posset existimare, quòd baptismus Ioãnis esset præstantior baptismate Christi, quia nemo præter illum fuisset dignus recipere talem baptismum: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc est de fide, nam scribitur apud Matthæum (Cap. 3.), quòd postquàm alij baptizarentur à Ioanne tunc venit Iesus vt baptizaretur, & apud Ioannem refertur, quòd (Cap.) baptizatus Iesus morabatur in Iudæa, & ibi baptizabat, & tunc Ioannes baptizabat in Aenon iuxta

Salim, hanc etiam veritatem docet Aug. super Ioan A ne D. Chrisost. & omnes Scholastici, vide Sotũ hic.

Octaua concl. Baptismus Ioannis nõ debuit cessare baptizato Christo: probat istam Diuus Thomas, (Dist. 2. q. 2. articu. 3.) quia præcursor non debuit cessare donec veritas manifestaretur, sed Ioannes erat præcursor, & baptismus eius erat adhuc sub vmbra legis: igitur, &c. Vbi nota, quòd hæc etiam conclusio est de fide, & docent eam omnes ferè patres præsertim venerabilis Beda, Chrisost. Augu. cõueniunt etiam in ea omnes Scholastici asserentes propterea præmissam fuisse mortem Ioannis, & eo sublato de medio Christum maxime prædicare cœpisse, vt omnis multitudinis affectio ad Christum trãsiret, & non B vltra his quæ de vtroq; erãt sententijs scinderẽtur.

Nona concl. Quotquot baptizati essent à Ioanne, erant postea baptismo Christi baptizãdi: probat hanc Sanctus Thomas, quia baptismus Ioannis non conferebat gratiam, nec imprimebat characterem; ergo &c. Vbi nota, quòd Magister sententiarum hic dicit, (Distin. 2.) quòd ponẽtes spem in baptismo Ioannis erant baptizandi baptismate Christi, sed illi qui non ponebant spem in baptismate Ioannis, & credebãt Trinitatem personarum, non erant baptizandi baptismate Christi, sed tantum per impositionem manuũ suscipiebãt spiritum sanctum. Scotus vero ait, quòd Ioannes potuit baptizare C forma baptismi Christi, quam forsitan sciuit ex discipulis Christi, & isti non fuerunt amplius rebaptizandi, sed si Ioannes baptizasset aliquos non forma baptismi Christi, hi tales debuerunt baptizari iterum, sed conclusio nostra est sequenda cui consonat Albertus Magnus, Alex. Bonauentura, Ricardus, Thomas de Argentina, Durandus, Carthusianus, & omnes boni Authores.

Decima concl. est, forma baptismi Ioannis erat ista, ego te baptizo in nomine Christi venturi: probat Sanctus Thomas ex actis Apostolorum vbi habetur, (Cap. 19.) Ioannes baptizabat baptismo pœnitentiæ populum dicens, vt in eum qui venturus esset post D ipsum crederent: igitur conclusio vera. Circa quã nota, quòd sunt duæ opiniones, prima est posita in conclusione, quam docuit D. Ambr. lib. de Spiritu Sancto, (Cap. 3.) Diuus Hieronymus super Ioelem, Vgo de Sancto Victore, Magister in præsenti distinctione (Cap. 2.) Alexan. Alensis quarta parte summę, (Quæst. 9.) Sanctus Thomas, & plures alij Scholastici: alia est opinio, quæ dicit Ioannem non vsum fuisse aliqua forma verborum in baptizando, & hanc opinionem docet Scotus, Ioannes de Bassolis, Durandus, & Dominicus de Soto, Bartholomæus Medina, ait quòd hæc opinio probabiliter sustineri potest sine præiudicio fidei, cum scriptura expresse non loquatur, qua E forma verborum fuerit vsus, ego tamen dicerẽ sequendam esse primam opinionem, cũ eam docuerint tot illustres Doctores &c.

DISTINCTIO IIII.

IN hac distinctione agitur de necessitate sacramentorum, & ponitur prima conclusio talis: nullum sacramentum fuit simpliciter necessarium ad humanam salutem; probat hanc Sanctus Thomas tertia parte, (q. 61. art. 1.) quia passio Christi ex qua sacramenta fluxerunt, & virtutem habent, non fuit simpliciter necessaria, ergo neq; ipsa sacramenta. Vbi nota, quòd necessarium est duplex, vno modo sine quo aliquid esse non potest sicut cibus est necessarius ad salutem humanam conseruandam. alio modo per quod melius, & conuenientius peruenitur ad finem, sicut equus necessarius ad iter; primo modo intelligitur conclusio non secundo, & est doctrina Augustini decimo libro de Trinitate (Cap. 13.) dicentis: Verum etiam ostendamus non alium modum possibilem Deo defuisse, cuius potestati omnia æqualiter subiacent, sed sanandæ miseriæ nostræ conuenientiorem alium modum non fuisse, & hæc est communis sententia omnium Theologorum, lege Vegam libro septimo super Concilium Tridentinum, (Cap. vlt.) Duran. Bonauent. Gabr. Alex. hic.

Secunda conclusio. In statu innocentiæ nullum fuisset sacramentum proprie dictum necessarium, probatur quia tale sacramentum est medicina contra morbum, & cum ibi nullus fuisset morbus; igitur &c. Vbi nota, quòd est communis sententia Theologorum de hac conclusione, verum Alex. & Durand. arbitrantur, quòd si in statu innocentiæ homines perstitissent, tenerentur aliqua sacrificia ad fidem sanctissimæ Trinitatis protestandam habere, & offerre, sed errant quia si non cecidissent satis fuisset eis verbotenus illam protestari, neque essent illa sacrificia necessaria ad distinctionem religionis, quia tunc vnus fuisset Dei cultus in toto terrarum orbe, neq; ad redimendam pœnam temporalem peccatis debitam, quia in illo statu nulla fuisset culpa, & Christus Redemptor noster dixit (Cap. 19.) apud Matthæum, non opus valentibus medico, sed male habentibus.

Tertia conclu. In lege naturæ nullum fuit sacramentum proprie dictum necessarium: probat hãc S. Tho. 3. par. (q. 70. art. 4.) quia tale sacramentum non habebat virtutem conferendæ gratiæ, neque figurabat Christum, nisi implicite, & valde obscure: ergo &c. Circa quã nota, quòd est duplex opinio prima est affirmans, quam defendit Ioseph Angles de mente Scoti in floribus Theologicarum quæst. (Quæst. 2.) quòd in lege naturæ fuit aliquod sacramentum proprie dictum quo paruulis originale peccatum remittebatur, alia est negans, quæ posita est in conclusione quia ante institutionem circumcisionis sola fides futuri Christi iustificabat tam pueros quàm adultos, probabile tamẽ est, quòd parentes fideles pro paruulis natis, & maxime in periculo existentibus aliquas preces Deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent, sicut adulti pro seipsis preces, & sacrificia offerebant, & hęc est sequenda quę est B. Greg. & refertur de consecratione dist. 4. can. quod autem apud nos &c.

Quarta concl. est pueris periclitantibus in vteris maternis nullum remedium adhiberi poterat, probatur quia tales non poterãt bene dici offerri: igitur &c. Vbi notã, quòd hic est duplex opinio prima affirmans, quam defendit Caiet. in 3. par. S. Th. (q. 68. ar. 11.) quòd in omni statu, tales periclitantes saluari possunt benedicendo ipsos, vel offerendo Deo, eo modo quo benedici, & offerri possunt, id tamẽ Caiet. sub correctione dicit, alia est opinio negans posita in cõclusione, de qua lege Dominicum de Soto in præsenti lib. distin. 5. (q. 61. art. 3.)

Quinta cõcl. In legis scriptę statu fuerũt necessa-

tia

ria sacramenta: probat hãc S.Th. 3.par. quia in illo A
q.61 ar.3. statu fuerunt necessaria quædã signa visibilia, quibus homo fidẽ suã protestaretur de futuro Saluatoris aduẽtu, sed huiusmodi signa dicuntur sacramenta: igitur &c. Vbi nota, quòd ante legem scriptam non fuit determinate præfixum hominibus, quibus sacramentis vterentur, sicut fuit per legem quod erat necessarium, & propter obtenebrationẽ legis naturalis, & vt esset determinate fidei significatio, & hæc est sententia D. Augustini lib. 19. contra faustum dicentis prima sacramenta quæ celebrabantur, & obseruebãtur ex lege prænuntia erãt Christi věturi, nam per incrementa temporum creuit diuinæ cognitionis augumentum, vnde necesse B fuit determinari præcepta in lege scripta, & cũ his quædam fidei sacramenta.
Cap.6.

Sexta concl. In statu nouæ legis sunt septem sacramenta: probat hanc Sanctus Thomas tertia parte, quia finis sacramentorum nouæ legis requirit numerum septenarium: ergo &c. Vbi nota, quòd hæc est de fide determinata in Concilio Florentino, & Trident. Sess. 7. & hoc conuenientissime, quia homo per inobedientiam septem spiritualibus infirmitatibus animæ subijciebatur. s. peccati originalis, & mortalis, venialis, malitiæ concupiscentiæ, ignorãtiæ, & impotentiæ, ac debilitatis ad bonum; propter hoc ad eripiendũ ipsum hominem ab his C infirmitatibus instituta sunt septem sacramẽta, nã ab originalis culpæ infirmitate eripit baptismus, à peccato mortali pœnitẽtia, à veniali extrema vnctio à malitia Eucharistia, à concupiscentia matrimonium, ab ignorantia ordo, ab impotentia cõfirmatio: hinc Petrus de Paludе hæc carmina confecit, ordinat, & iungit baptizat chrismat, & vngit, peccatum plangit, in altari sacra tangit, sunt plures aliæ rationes quare sacramenta sunt in numero septenario quas videre poteris apud Sãctum Thomam Diuum Antoninum tertia parte, Sotum, Riccardum, & cæteros Scholasticos &c.
q.65. art.1. — Cap.1. — Titu.14.

Septima conclu. Hæc septem sacramenta omnia D sũt instituta ab ipso Christo Domino nostro: probat hanc Sanctus Thomas, quia solus Christus operatur interiorem effectum horum sacramentorũ: ergo à solo Christo fuerunt instituta. Vbi nota, quòd hæc est de fide, & definita in Cõcilio Florentino, & Tridentino vbi ita dicitur, si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, aut pauciora, quàm septem anathema sit. ex qua determinatione habes, quàm turpiter errasse Alexan. Alẽs in quarta parte dicentem sacramentum confirmationis fuisse ab Ecclesia in Concilio Meldensi institutum, & Diuum Bonauenturã distin. 7. qui tenet E cum Alex. & Vgo. lib. de sacramentis par. 15. qui affirmat extremam vnctionem fuisse à Beato Iacobo institutam.
Sess 7. — Quæst.24. — Quæst.1. — Cap.2.

Octaua cõclusio. Christus Dominus potuit ministris suis communicare potestatem instituendi sacramenta: probat hanc Sanctus Thomas, quia instrumentum coniunctum quanto fuerit fortius tanto magis virtutem suam instrumento separato tribuere potest, vt manus baculo: igitur &c. Vbi nota, quòd hic sunt tres opiniones prima est Scoti dicentis solum Deum posse instituere sacramenta, quia solus dat gratiam, licet ex commissione sua A aliqua creatura etiam hoc agere posset, secunda est opinio Durandi in præsenti libro docentis potuisse Deum concedere Apostolis, vt eligerẽt quasdam res sensibiles, quæ essent sacramenta, non tamen potuisse illis conferre gratiam capitis. tertia est opinio Sancti Thomæ, quam posuimus in conclusione, quam sequuti sunt Alexan. & Bonauentura, & cæteri boni authores. quia cum Christus sit Deus, & homo, quatenus Deus habet potestatem authoritatis, & hanc nõ potuit communicare Apostolis, sicuti nec diuinam essentiam, quatenus vero homo habet potestatem excellentię, & hanc potuit ministris communicare dando. s. eis tantam gratiæ B plenitudinem, vt ad inuocationem nominum ipsorum sanctificarentur sacramenta, & vt ipsi possent instituere sacramenta &c.
Dis.1.q.3. — Dist.6.q.4.

Nona conclusio. Conuenientissime Christus fecit non communicando Apostolis potestatem instituendi sacramenta: probat hanc Sanctus Thomas tertia parte, quia si hoc fecisset tunc Christiani ponerent spem suam in hominibus: ergo &c. Vbi nota, quod aliqui hæretici dixerunt Christũ nõ communicasse talem authoritatem ex inuidia, & allucinati sunt valde, quia hoc fecit non propter inuidiam, sed propter vtilitatem fidelium, nam si Corinthij diuidebantur, quòd alij à Paulo, alij à C Cepha essent baptizati hinc dicebant ego sum Pauli alter vero ego sum Apollo, vt habetur, 1. Corinth. quanto maior occasio schismatis in Ecclesia fuisset, si Apostoli habuissent authoritatem instituẽdi sacramenta, ne igitur scismatis occasio præberetur talem potestatẽ cõferre haud decuit, vide Sotum, & D. Tho. vbi supra.
q.64. art.4. — Cap.1.

Decima conclusio. Soli homines possunt esse ministri sacramentorum: probat hanc Sãctus Thomas tertia parte, vbi supra, quia soli homines conformãtur Christo passo: ergo &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio intelligitur de potestate ordinaria, quia de potestate absoluta posset etiam angelis po D testatem ministrandi sacramenta tribuere, propterea si angeli boni aliquod sacramentalẽ ministerium facerent esset ratum habendum, quia hoc factum esset diuina voluntate, sicut templum montis gargani in apulia per angelum consecratum est, secus autem si dæmones qui sunt spiritus mendacij aliquod sacramentale ministerium exhiberẽt non esset ratum habendum, lege Diuum Thomam hic & Sotum.
Articu.7.

DISTINCTIO V.

Agitur in hac distinctione de charactere sacramentorum; pro cuius intelligentia ponitur talis conclusio, Aliqua sacramenta nouæ legis imprimunt characterem: hanc docet Sanctus Thomas in præsenti libr. Cuius ratio est, quia per sacramenta nouæ legis homo deputatur ad spiritualem militiam, ideo debet esse insignitus aliquo charactere habito per ipsamet sacramenta: igitur conclusio vera. Vbi nota, quod character est nomen Græcum, & significat idem, quod figura apud nos, seu nota vel signum, quòd patet ex Epistola ad Hebr. Vbi nos habemus figura substantiæ, ponitur character in Græco, & hoc modo dicimus characteres figuras, quibus litteræ scribũtur, eodẽ
Dist.4.q.1. articu.1. — Cap.1.

quoque modò nominamus characteres quasdam A
figuras protractas in quibusdam incãtationibus,
Cap. 13. sic etiam in Apoc. dicitur Character bestiæ figura
in fronte, vel manu, quæ significat ipsam pertinere
ad familiam bestiæ. Generalius autem accipitur
character pro signo, & hoc modo baptismus pôt
dici character, quia est quoddam signum, forma
etiam verborum in sacramento aliquo character
dici potest. sed in præsenti conclusione intelligitur
de charactere vt est, quoddã spirituale impressum
à Deo suscipienti sacramentum non iterabile, licet
hæretici, vt Vuiclef referente Vueldensi tom. 1. di-
cãt esse rem fictitiam, Lutherus vero irridet Theo-
Dis. 6. q. 9. logos Scholasticos de hac re Scotus in præsenti li- B
bro asserit talem characterem non posse probari,
q. 63. art. 3. nec ex scriptura, neq; ex patribus. Caiet. 3. par. vult
characterem incepisse ab Innocentio III. Pontifice
Maximo de Baptismo, & eius effectu cap. maiores.
Cap. 7. & deceptus est, quia Aug. 2. lib. contra Donatistas;
qui fuit ante Innocentium plusquàm octigentis an
nis multa scribit de hac veritate; quia à traditione
Apostolorum emanauit; & propterea vniuersalis
Ecclesia semper eam habuit, idcirco conclusio præ-
sens est tenenda de fide catholica; vt patet ex Con-
Sess. 7. cilio Florentino, & Tridentino. Vbi ita legitur si
Can. 9. quis dixerit in tribus sacramẽtis baptismo, scilicet
confirmatione, & ordine nõ imprimi characterem C
in anima, anathema sit.

Diuersę diffinitiones ponuntur de charactere à
diuersis doctoribus: probatur primo ex Dionysio
secundo cap. cælestis Hierarchiæ dicẽre character
est signum sanctum communionis fidei, & sanctæ
ordinationis datum ab Hierarcha. Aliqui dicũt, ꝙ
character est distinctio à charactere æterno impres
so animæ rationali secundum imaginem configu-
rans Trinitatem creatã Trinitati creanti, & recrean
ti, & distinguens à non configuratis secundum sta-
tũ fidei. S. Thomas ait, quòd character est quoddã
signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendũ,
vel alijs tradendum ea; quæ sunt diuini cultus. Ali- D
qui vero dicunt quod character est spiritualis po-
testas, quæ traditur alicui suscipienti sacramentum
non iterabile. Conc. verò Trident. docet, ꝙ est si-
gnum quoddã spirituale; & indelebile impressum
in anima nostra. Vbi nota, quod illa diffinitio; quę
Sess. 7. tribuitur Dionysio non expresse inuenitur ab eo
Can. 9. tradita, secũda vero diffinitio est Magistralis, quia
in eo ponuntur quatuor causę nempe formalis;
quando dicitur à charactere æterno. idest à filio,
qui est character patris: tangitur causa materialis
ibi animæ rationali secundum imaginem: tangitur
etiam causa finalis, ibi consignans Trinitatem; &
distinguens &c. Verum diffinitio Concilij Triden E
tini; quæ breuissima est, sequenda venit.

Tertia conclusio. Character est ens reale quod-
q. 63. art. 2. dam in anima impressum: hanc probat S. Thomas
tertia parte, quia illud quod reducitur ad secundã
speciem qualitatis est ens reale absolutum, sed cha
racter est huiusmodi: ergo &c. Circa quam nota, ꝙ
sunt diuersæ sententiæ Theologorum, nam aliqui
Dis. 4. q. 1. vt fuit Duran. hic voluit esse ens rationis. Scotus
est dubius in hoc negotio, sed dicit characterem
esse ens relatiuum. Riccardus scribit characterem
esse qualitatem, sed non in aliqua specie eius; quia
est diuini ordinis. Alexander Alensis, & D. Bona-
uentura, & Albertus dicũt esse in prima specie qua-
litatis, quia est dispositio ad gratiã. Marsilius. q. 4.
dicit esse ens reale, & in quarta specie qualitatis,
quia est figura; his tamen reiectis sequẽda est con-
clusio, quæ est S. Thom. Quia virtus, quæ est in sa-
cramentis non est per se in genere, vel in specie. sed
per reductionem: eo quòd est quoddam fluens, &
incompletum; sic etiam character non per se, sed
reductiue erit in specie.

Octaua conclusio. Character non est in essentia
animæ, tanquàm in subiecto, sed in potentia: hanc
docet S. Tho. 3. par. & ratio est, quia principium im 3. par. q. 63.
mediatum operationis est potentia animæ, & non articu. 4.
essentia; quia essentia ordinatur ad esse, & poten-
tia ad operari. sed character est ordinatum ad reci-
piendum, vel tradendum, quæ sunt operationes:
igitur conclusio vera. Sed aduerte hic, quod sunt
diuersæ opiniones Theologorum. Nam dominus
Marsilius dicit characterem esse in essentia animæ,
quia est cõfiguratio hominis Christiani ad ipsum
Christum. Riccardus docet characterem subijci in Dist. 5. q. 2.
intellectu, tanquàm in subiecto. Durãdus vult esse
in potentia executiua, vt in manu, & lingua. rei ta-
men veritas est, quam docuit Sanctus Thomas in
conclusione, quia sicut essentia animæ perficitur
per gratiam, qua anima spiritualiter viuit, Ita po-
tentia naturalis animæ perficitur per spiritualem
potentiam; quæ est character, & ideo non in essen-
tia, sed in potentia animæ subijci debet.

Quinta conclu. Character ponitur tanquàm in
subiecto in ipsa potentia intellectiua: hanc probat
Sanctus Thom. 3. par. quia subiectum characteris q. 63. art. 4.
debet esse superior pars animæ ad recipiendum vel
tradendum cultum protestantem fidem; sed talis
pars est potentia intellectiua, seu cognitiua in qua
est ipsa fides: igitur conclusio vera; nempe quod
character ponitur in intellectu, quia est potentia su
perior animæ, & cognitiua, & subiectum fidei. Vbi
nota, quod circa hanc conclusionem sunt duæ opi
niones, quarum prima est Scoti tenentis characte-
rem debere poni tanquàm in subiecto in ipsa vo-
luntate, quia iustitia ponitur in voluntate, & cha-
racter videtur pertinere ad iustitiam: igitur erit in
ipsa voluntate. & hanc opinionem sequitur Scotel
lus Petrus de Aquila, Ioseph Angles, & tota cohors
Scotistarum. secunda opinio est ipsius Ocham qui
tenet potentias animæ esse idem realiter cum ani-
ma, ex consequenti character indifferenter poni-
tur in anima, & in omnibus eius potẽtijs; his tamẽ
non obstantibus sequẽda est conclusio S. Thomæ,
quæ est conformis doctrinæ Concilij Tridentini Sess. 7.
definientis characterem imprimi in anima, non in Can. 9.
lingua, vel in manu, vt inquit Durandus, non in vo-
luntate, vt dicunt Scotistæ, non in omnibus poten-
tijs, vt inquit Ocham. sed in anima, per quam ra-
tionabiliter intelligitur pars intellectiua.

Sexta conclu. Character distinguitur realiter à
subiecto in quo ponitur: elicitur hæc ex S. Thoma
vbi supra, & ratio huius est, quia potentia spiritua-
lis ab extrinseco adueniens per Dei creationem in
ipso intellectu realiter distinguitur ab eo, sed cha-
racter est huiusmodi: igitur &c. Circa quam nota,
quòd Dominicus Soto errauit hic, quia tenet cha- Dist. 1. q. 4.
racterem non esse rem distinctam realiter à suo su- articu. 2.
biecto, licet probabiliter, quia nominales sustinẽt
rem

rem quantam, non distingui à quantitate, conso- A nantius tamen dictis sanctorum, & rationi tenendū est, quod character distinguitur realiter à suo subiecto, & hoc sequuntur omnes illustriores Thomistę, opinio autem nominalium, nec probabiliter sustinenda venit, quia sicut gratia, per quam homo acquirit diuinum esse, est qualitas distincta ab essentia animę, ita, & virtutes ab ipsis potētijs, & quia character se habet ad potentiam animæ sicut gratia ad essentiam, idcirco hæc est verior, & securior opinio, quæ posita est in conclusione.

Septima conclu. Character est potentia instrumentalis respectu sacramentorū: probat hanc San
Articu. 5. ctus Thomas vbi supra, quia virtus cognoscitur ex B natura subiecti, sed character est in ministro sacramentorum, quia est instrumentum quoddam: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd Scotus errauit hic dicens characterē esse respectū extrinsecus aduenientem, nam talis respectus non poterit esse virtus instrumentalis, quia respectus intuetur terminum, & fundamentum, virtus autem instrumentalis attenditur secundum conditionem principalis agentis, & ideo character indelebiliter inest animæ non propter sui perfectionē, sed propter perfectionem sacerdotij Christi à quo deriuatur character, sicut quædam virtus instrumentalis respectu exterioris cultus, quippe qui post hanc vitā nō remanet C remanet tñ finis illius cultus, & ideo in alio seculo remanet character in bonis ad gloriam eorum, & in malis ad ignominiā, sicut enim militaris character remanet in militibus post adeptam victoriā, & in his, qui vicerunt ad gloriam, & in his, qui victi sunt ad pœnam.

Octaua concl. Character sacramentalis speciali-
q. 63. art. 3. ter est character Christi: hanc docet S. Tho 3. par. & ratio est, quia character sacramentalis est ad recipiendū, & dādum ea quæ sunt cultus Christianı: igitur specialiter est character Christi, pa- tet consequentia, quia totus ritus Christianæ religionis deriuatur à sacerdotio Christi, cui configurantur fi- D deles. Vbi nota, quòd Christus habet multas prærogatiuas, est enim Rex noster, caput, & sacerdos, quatenus est Rex imposuit nobis leges reddituruſque est bonis, & malis, prout quisque gessit in corpore, prout vero est caput ab eo emanat virtus sacramentorum, prout autem est sacerdos verbis, & re constituit cultum sacrificiorum offerens se ip
Cap. 9. sum in cruce iuxta illud ad Hebræos Christus assistens Pontifex futurorum bonorum ęterna redemptione inuenta, & iuxta hanc prærogatiuam intelligitur præsens conclusio.

Nona conclusio. Character quo sancti deputantur in Ecclesia triumphanti non dicitur esse chara- E cter Christi, sed ipsius Dei: probat istā S. Tho. vbi supra, quia character alicuius principis est signum, quo milites redduntur similes illi in aliqua potestate, sed per gratiam Sācti efficiuntur similes Deo in potestate fruēdi diuina essentia, quia sicut Deus est Beatus in visione, & fruitione diuinæ essentiæ, ita homo, & sancti, in patria per gratiam acceptantur ad simile beatitudinem: igitur &c. Circa quam nota, quòd hæc conclusio fundatur in sacris litte-
Cap. 9. ris; scribitur enim apud Ezechielem signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium, &
Cap. 7. in Apoc. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus eorum quamuis; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum, quas authoritates, Thomas Vualden Cap. 110.
sis lib. 1. de sacramentis, vult esse intelligendas de charactere, & deceptus est, quia vniuersi doctores intelligunt eas de gratia, quæ seruos Dei proprie secernit à seruis diaboli, namque character poterit esse in seruis diaboli, & absque gratia, sed gratia poterit esse absque ipso charactere, vt in obseruantibus legem naturę, & legem scriptam; hi enim erant signati signo Thau, scilicet gratiæ, sed non characteris, qui est effectus sacramentalis; propterea dictum est, quod gratia est character ipsius Dei, & non Christi.

Decima cōcl. Malitia obstinatā damnatorum dicitur character Antichristi, vel diaboli: probat hāc S. Thom. vbi supra, quia sicut character Christi est, quo homo Christianus deputatur ad cultum Dei, ita obstinata malitia est, qua dānati deputātur ad pœnam æternam: igitur conclusio vera. Vbi nota, q; hæc conclusio est B. Aug. 15. lib. de Trinit. dicen- Cap. 6.
tis, quòd ipsi perditionis filij characterem bestiæ habere dicuntur, vt scribitur in Apoc. quandoqui- Cap. 13.
dem per characterē aliquis à cæteris distinguitur, sed filij perditionis distinguuntur à filijs regni per professionem illiciti cultus, & obstinatā malitiam, propterea talis quoquomodo character dici debet. adde quòd sicuti character sacramentalis, qui est quædam participatio sacerdotij Christi æterni indelebiliter manet in anima, ita obstinata malitia indelebiliter manet in obstinatis.

DISTINCTIO VI.

In hac distinctione disputat Capr. de suscipientibus baptismū, pro cuius intelligentia ponitur prima conclusio talis: Pueri infidelium filij ante vsum rationis non debēt baptizari inuitis parentibus: probat hanc S. Thom. 3. par. quia non debet q. 68. art. 10
baptismus dari alicui contra ius diuinum, vel naturale, sed pueri nondum habentes vsum rationis de iure diuino, & naturali sunt sub cura parentum: igitur eis inuitis baptizari non possunt. Vbi nota, quòd hic sunt tres opiniones, prima Scoti tenentis Dis. 4. q. 9.
paruulos infidelium Christianis principibus subditorum posse inuitis parentibus baptizari dummodo hoc caute fiat, ne scilicet post baptismū parentibus reddantur, sed religiose nutriantur, & ne parentes, hoc timētes trucident paruulos, vt a Christianis non baptizentur, quod quidem dicit non licere cuilibet, sed principi, qui est minister diuinę iustitiæ. secunda est opinio Durand. qui ait si pa- Dist. 4. q. 6.
rentes infidelium sunt Christianorum mancipia possunt baptizari, sin minus, hoc nō licet fieri, quia est periculosum quandoquidem de facili redirent ad infidelitatem propter naturalem affectum ad parentes. tertia est opinio S. Tho. posita in conclusione, quæ fundatur in decisione Concilij Thole- Distin. 45.
tani, vt habetur in decretis de Iudæis, pręcipit Sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre, non enim tales inuiti saluandi sunt sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ, & hæc est opinio sequenda, sic etiam habet cōsuetudo Ecclesiæ.

Secunda conclu. Pueri ante vsum rationis conuenientissime baptizari possunt: probat hanc S. Tho. Articu. 9.
vbi supra, quia contraxerunt ipsi pueri peccatum ori-

originale per qđ perpetuę pęnæ addicti sunt: igit A ad hanc fugiendam, & vt salurem consequantur renascendo conuenientissime baptizantur. Vbi nota, quòd hæc conclusio est de fide definita in multis Concilijs, & tãdem in Concilio Tridentino, ex qua conclusione refutantur variæ hæreses, quarum prima asserebat paruulis, nihil prodesse baptismũ, ante vsum rationis, quæ fuit cuiusdã Petri de Brutis, quam ab inferis reuocarũt Anabatistæ, quibus subscribere, visus est Erasmus in Prologo super Matth. dicens si placeret maioribus Ecclesiæ paruuli cum veniunt ad ætatem adultam essent interrogandi an vellent seruare legem Christi, qui si nollent suo arbitrio essent relinquendi. secunda B hæresis fuit Pelagij negantis paruulos habere originale peccatum, atque ita dicebat baptismo minime indigere. Tertia fuit Manicheorum, qui dixerunt baptismum paruulis esse vtilem, sed nõ necessarium, quia parentum precibus deficiete aqua saluari poterãt. quarta hæresis fuit cataphriguin, & Marchionistarum, qui mortuos baptizare tentarunt, de quibus omnibus lege Alphonsum de Castro hæresi 3. de baptismo.

Tertia concl. Omnes paruuli æqualem effectum
q.69. art.8. baptismi per se suscipiunt ex ipso baptismo, quando baptizantur: probat hanc S. Thom. 3. par. quia passa æqualiter disposita vel indisposita ad idem C actiuum æqualiter se habentia percipiunt æqualẽ effectum ab eodem actiuo, sed paruuli suscipiẽtes baptismum æqualiter sunt dispositi, vel indispositi ad recipiendum effectum per se baptismi, & æqualiter se habent ad passionem Christi operantem in sacramentis: igitur conclu. vera. Circa quam nota,
Dis. 4. q. 7. quòd sunt duæ opiniones, vna ipsius Scoti, & Gabrielis, & Marsilij volẽtium pueros baptizatos nõ æqualem effectũ gratiæ recipere in baptismo, quia cum recipiendi sint ad diuersas sedes Angelorum, qui ceciderunt necesse est, quod diuersos gradus gratiæ in baptismo recipere debeant, altera opinio est posita in conclusione ex doctrina S. Th. quæ est D conformis sacris litteris. habetur enim in Epistola
Cap. 4. ad Ephes. Vna fides, vnum baptisma &c. Sed vniformis causæ est vniformis effectus, habebit ergo baptismus æqualem effectum in omnibus pueris baptizatis, quæ conclusio debet intelligi de effectu per se, non autem de effectu per accidens, & de his qui baptizantur in fide Ecclesiæ nõ autem de adultis, qui per propriam fidẽ ad baptismum accedũt.

Quarta concl. Recipientes scienter baptismum à malis ministris ab Ecclesia Dei præcisis per hæresim, vel scisma, vel excommunicatione extra casum
Dis. 4. q. 2. articu. 2. necessitatis peccant, scribit hanc S. Thomas in præsenti libro, quia ille qui scienter extra casum neces- E sitatis participat in diuinis, & in peccato cum excommunicatis, vel præcisis ab Ecclesia peccat, sed recipiẽs scienter baptismum extra casum necessitatis à prædictis est huiusmodi: igitur conclusio vera. Vbi animaduerte, quòd hic sunt duę opiniones, vna est quã sequitur Petrus de Aquila cognomento Scotellus, & Petrus Tartaretus, & Ioãnes de Bassolis dicẽtes, quod tenetur quis à ministris præcisis ab Ecclesia recipere baptismum si non posset habere alium ministrum, quia baptismus est sacramentum necessitatis, alia opinio est S. Tho. explicata in conclusione; quãdoquidem baptizandus, aut est adultus, aut paruulus, si adultus sufficit baptismus flaminis, si non potest habere baptismum fluminis. Si autem baptizandus erit paruulus, ille qui habet talem paruulum baptizandum poterit baptizare si non potest habere alium ministrum magis idoneum, ne communicet pro paruulo suo in peccato cum præcisis ab Ecclesia. & hæc doctrina est B. Augustini libro de fide ad Petrum, vbi ait fir- Cap. 6. missime tene, & nullatenus dubites extra Ecclesiã baptizatis si ad Ecclesiam non redierint baptismũ cumulari ad perniciem. Eandem quoque doctrinam docuit Leo Papa in quadam epistola ad sedem Alexandrinam.

Quinta concl. Malus minister baptizans cum solẽnitate quasi minister Ecclesiæ, peccat mortaliter; probat hanc S. Tho. in præsenti libro, quia ille, qui Dis. 5. q. 2. articu. 2.
est in peccato mortali, & exhibet se ministrum Dei, & Ecclesiæ, peccat mortaliter, sed malus minister malitia peccati mortalis baptizans cum solemnitate est huiusmodi: igitur conclusio vera. Circa quã animaduerte, quod Durandus hic narrat duas opi Dis. 5. q. 2.
niones, quarum prima est S. Tho. quam explicauimus in conclusione, alia est, quam ipse sequi videtur, quòd malus minister in nullo casu potest baptizare, quin non peccet, nec excusar eum aliquis casus necessitatis, & errat, quia minister baptizando absque solẽnitate non peccat, & hoc in casu necessitatis, quia opus misericordiæ licitum laico, & alicui vetulæ erit etiam licitum malo ministro, sed baptizare in casu necessitatis sine solennitate est opus misericordiæ licitum laico. immo, & infideli ergo erit etiam licitum malo ministro, & ideo opinio S. Tho. est sequenda, de qua lege Petrum de Pa Distin. 4.
lúde, qui latius tractat materiam istam.

Sexta concl. Aqua naturalis non trãsmutata, sed existente, & saluata sua specie est propria materia baptismi: hanc docet S. Tho. 3. par. quia baptismus q. 66. art. 3.
est regeneratio in vita spirituali, talis autem regeneratio cõuenit aquæ existenti in sua propria specie, vt scribitur apud Ioãnem, Nisi quis renatus fuerit Cap. 3.
ex aqua, & Spiritu Sancto nõ potest introire regnũ Dei. Vbi nota, quòd hæc conclusio est de fide definita in Concilio Florentino, & Tridentino. Vbi ita Sess. 7.
legitur si quis dixerit aquam veram, & naturalẽ nõ Can. 2.
esse de necessitate baptismi ànathema sit. hinc sequitur, quod nec in gelu, nec in niue, aut grandine aut in aqua rosacea, & alijs aquis arte confectis potest fieri baptismus. in lixiuio vero, & aquis sulphureorum balneorum, & in iure carnium dummodo substantialiter non sit transmutata baptismus fieri potest, cõtra opinionem Innorum, qui dicunt materiam baptismi esse ignem, & hæc opinio etiã fuit error Seleuci Hermię, & Galatarum, contra etiam errorem Armenorum affirmãtiũ non solum aquã, verum etiam chrisma esse de necessitate baptismi, contra etiam errorem Vualdentium, qui voluerũt nõ debere vllo modo misceri oleum in baptismo, & contra errorem flagellãtium dicentium baptismum aquæ cessasse, mutatumque fuisset in baptismum sanguinis. hæc ergo conclusio aduersus omnes istos est sustinenda, & defendenda, de qua lege Alphonsum de Castro verbo baptismus.

Septima concl. Pręcisa forma baptismi sub qua perficitur baptismus est ista, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti: hanc probat

S. Tho.

Quæst. 66. Ar. 5. S. Tho. 3. p. quia in forma baptismi debet exprimi A causa principalis, & instrumentalis, sed causa principalis est Sancta Trinitas. Instrumentalis vero minister, sed de vtraque fit mentio in supradictis verbis, igitur conclusio vera. Vbi nota, quod hæc conclusio est de fide, & habetur primo, cap. de Baptismo, & eis effectu, & sumitur ex verbis Saluatoris apud Matth. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Cap. vlti. hinc sequitur nullũ posse seipsum, baptizare: ideo enim Christus, dixit baptizãtes eos, nã sicut in generatione naturali nemo potest seipsum generare, ita neque in spirituali regeneratione poterit, quis per baptismum, quia regeneratio est seipsum re- B generare.

Octaua conclusio. Baptismus datus sub his verbis, ego te baptizo, in nomine genitoris, geniti, & spirati, non est verus baptismus, hanc docet Sanct. Thom. vbi supra, quia in alijs nominibus, quę Christus Saluator noster nõ dixit, Sacramentum baptismi effici non potest, sed tantum hæc tria nomina dicit Apostolis, scilicet Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & non alia: igitur cõclusio vera. Vbi nota, quod sunt duæ extremę opiniones, altera ipsius Glosæ in Canone. Multi sunt de consecratione, distinct. 4. quam opinionem secutus est Caietanus, in ter- C tiam partem Sancti Thomæ, (Quæst. 66. Ar. 5.) asserens sub hac forma genitoris, geniti, & spirati conferri posse baptismum, quia non fit mutatio, quo ad materiale significatum, sed tantum, quoad formale, quia idẽ significat genitor, quod pater materialiter, genitor enim significat actum generandi, & vnus, & idẽ est generans, & pater. Alia est opinio cõmunis omnium Theologorum, quam posuimus in conclusione, eam secuti sunt Alexãder Ale. Dur. Bon. Scotus Thom. de Argentina, & cæteri Scolastici, quia licet genitor, & pater significent idem materialiter non tamen sunt nomina. idcirco est præsens conclusio sequenda.

Nona conclusio. Baptismus collatus, in nomine Christi tantum, non est verus baptismus, hanc probat Sanctus Thom. vbi supra, (Ar. 6.) quia Sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi, sed Christus Dominus non instituit baptismum, in nomine Christi, igitur cõclusio vera. Vbi nota, quod de hac conclusione extãt tres opiniones. prima est diui Ambrosij, quem citat, & sequitur Magister, cui (Distin. 3.) adhæserunt Andrianus, in materia de baptismo, & Caietanus, quod talis baptismus collatus, in nomine Christi, est verus, quia sic Apostoli baptizarunt, secunda est opinio Riccardi, & Scoti, qui in hac re ancipites esse videntur: ait enim Ricardus, baptis- E mum, sub tali forma collatum esse sub conditione reiterandum, tertia est opinio Sancti Thom. expressa in conclusione, quam sequitur Alensis diuus Bonauentura, Argentina declarantes baptismum modo in nomine Christi tantum, uel in nomine vnius personę tantum, uel totius Trinitatis implicite collatum non esse, verum baptismum, hæc conclusio constat ex diffinitione Zachariæ Papæ Canone in synodo Anglorum, de consecra. & licet Apostoli (Distin. 4.) in primitiua Ecclesia baptizassent, in nomine Christi, hoc fecerunt ex speciali reuelatione Spiritus Sancti, vt nomen Christi, quod erat odiosum Iudaeis, & gentibus honorabile redderetur.

A Decima conclusio. Baptismus sanguinis præualet, quoad infusionem gratiæ reliquis duobus baptismis, scilicet flaminis, & fluminis, hanc probat diuus Thom. 3. (Quæst. 66. Ar. 11.) Primo exemplo latronis non baptizati, baptismate fluminis, & ei dictum fuit a Christo, hodie mecum eris in Paradiso, ergo, &c. Vbi nota, quod sunt duę opiniones, quarum prima est Alexand. Alensis, & Diui Bonauen. & Durand. (Distin. 6.) affirmantium hæc tria baptismata habere se, sicut excedens, & excessum, & maioris meriti est baptismus flaminis quam aquæ, quia in baptismo, aquæ datur ęqualis gratia paruulis, sed gratia, quæ datur per baptismum flaminis respondet deuotioni su- B scipientis, uel operantis, altera est opinio posita in conclusione, & est diffinita ab Ecclesia, in Canone cum arte, de celebratione Missarum. vbi Ecclesia prohibet orare pro Martyre. Nam dicit iniuriam facere martyri, qui pro illo orat, non autem prohibet pro baptizatis aqua, & flamine orare, quare maiorem gratiam infundet baptisma sanguinis maiorisque mer iti iudicabitur, quia perfectiorem modum operandi habet, nempe per sanguinis effusionem, flaminis vero per dolorem, & amorem erga Deum, aquæ autem baptismus per solam exteriorem ablutionem idcirco conclusio præsens, est C sequen.

DISTINCTIO VII.

IN hac distinctione septima, agitur de Sacramento confirmationis, de quo ponitur prima conclusio, talis confirmatio est vere, & proprium Sacramentum: probat hanc S. Tho. 3. p. (Quæst. 72. Ar. 1.) quia per confirmationis Sacramentum habetur specialis effectus gratiæ, in baptismo regeneramur ad vitã, post baptismum cõfirmamur ad pugnam, in baptismo abluimur, post baptismum roboramur, ergo, &c. Vbi nota, quod hæc conclusio est de fide catholi- D ca definita in Concilio Florentino, sub Eug. IIII. (Sess. 7.) & in Concilio Tridentino, vbi dicitur, si quis dixerit confirmationis Sacramentum esse ociosam cærimoniam, & nõ potius verum Sacramentum, anathema sit. & hæc determinatio facta est cõtra Luterum negantem hanc veritatẽ, licet ante ipsum Nouatus, & eius sequaces quoque negassent, vt scribit, Optatius, lib. 2. contra Donatistas, & Theodorus, lib. 3. in Comp. Fabulatum hæreticorum, Armeni quoque cõtemnunt hoc Sacramentum, ut scribit, Armacanus, lib. 9. de quæst. armen: negauit etiam hanc veritatem Vuicleph tempore Concilii Con- (Cap. 12.) stantiensis, & nonnulli alij hæretici, de quibus lege E Alfons. de Castro, verb. confirm.

Secunda conclusio. Sacramentum confirmationis, fuit institutum a Christo, probat hanc S. Tho. (Quæst. 72. Ar. 1.) vbi supra, quia instituere sacramenta spectat ad auctoritatem excellentiæ, hæc autem potestas soli Christo cõpetit, ergo &c. Circa quam nota, quod sunt tres opiniones prima est Alex Alex. & D. Bo- (P. 4. q. 23.) uen. affirmantium hoc Sacramentum fuisse institutum ab Ecclesia, in Concilio Meldẽsi, secunda opinio est cuiusdam Doctoris Anglicani, quam recitat S. Tho. tacito nomine, hic enim voluit hoc Sacramentum institutum fuisse ab Apostolis, tertia est opinio in conclusio. expressa definita in Concilio Tridentino, vbi dicitur, si quis dixerit sacramen (Sess. 7.)

ta nouæ legis nō fuisse omnia instituta a Domino nostro Iesu Christo, &c. anathe ma sit, nec propterea il'ę opiniones sunt hæreticæ, quia non dicunt, vt ait Franciscus de Victoria in summa Sacramentorum confirmationem non esse Sacramentum, sed dicunt, quod Christus habuit potestatem condendi Sacramenta, illamque communicauit Apostolis, & Ecclesiæ, &c.

Tertia cōclusio. Chrisma est debita materia huius Sacramenti: probat S. Thom. istam 3. p. quia in hoc Sacramento datur plenitudo Spiritus Sancti, ad robur spirituale, sed talis plenitudo cōuenienter sime designatur, p chrisma, quod significat vnguentum cōpositum ex oleo, & balsamo: ergo, &c. Vbi animaduerte, quod chrisma est vocabulum Græcum, & Ecclesia accepit illud ex Diony. de Ecclesiastica Hierarchia, sed an balsamū sit de essentia confirmationis, sunt tres opiniones, prima affirmans, quæ est Petri de Palude, quam sequitur D. Antoninus, 3. p. titu. 14. & Chrysostomus Iauellus Canapitius. 5. p. Philosophiæ moralis diuinæ, atque christianæ tract. 3. vbi ait oleum oliuarum per se, & balsamum nisi simul mixta, & cōsecrata sint non posse esse materia Sacramenti confirmationis, secūda est opinio Petri Aureoli, vt refert Marsilius hic, quod nulla est materia huius Sacramenti, sed tantummodo confertur per manuum impositionem: tertia est opinio Caie. in expositione huius conclusionis, quod balsamum est necessarium in hoc Sacramento necessitate præcepti non Sacramenti, & hanc sequitur Soto, & Frācīscus de Victoria, & omnes boni authores, quia in sola Syria terra paganorum, reperitur verum balsamum, & non est uerisimile, quod Deus, tam arduam materiam voluerit esse de essentia huius Sacramenti, &c. lege ipsum 3. p. vbi supra.

Quęst. 72. A. 2. Cap. 4. Distin. 7. Quæst. 4. Cap. 13. Cap. 2. Quæst. 5.

Quarta conclusio. Tam chrisma, quam oleum sanctum infirmorum prius benedicuntur, quam adhibeantur ad vsum Sacramenti: probat hanc S. Tho. 3. p. quia Sacramentum sua actione sanctificat: igitur congruum est, vt ipsa materia habeat in se sanctificationē, quæ fit per benedictionem. Vbi nota, quod hic sunt duæ opiniones, vna est affirmans a solo Episcopo debere benedici materia Sacramenti confirmationis. & hanc sequitur Petrus de Palude, hic dicens, quod si confirmatio fiat ab Episcopo nullum erit Sacramentum. Secunda est opinio Caie. in expositione huius conclusionis dicēs, quod simplex sacerdos poterit benedicere materiam huius Sacramenti, & etiam conferre, ex cōmissione tamen sedis Apostolicæ, quia qui potest in maius potest in minus. Franciscus de Victoria, in summa Sacramentorum, quærit an Papa possit communicare consecrationem simplici sacerdoti, & ait se credere probabiliter, quod sic. Dominicus Soto videtur arguere hanc opinionem: nihilominus est verissima opinio, quod potestate ordinaria a solo Episcopo chrisma benedici potest, ex commissione Pontificis poterit etiam a simplici sacerdote benedici, & propterea definitum est in Concilio Tridentino, Episcopum solum esse ordinarium ministrum confirmationis, &c.

Quæst. 72. Ar. 3. Distin. 7. Quæst. 1. Sess. 7.

Quinta conclusio. Forma ordinaria Sacramenti confirmationis est hæc, signo te, signo Crucis, & cōfirmo te chrismate salutis, in nomine Patris Filii, & Spiritus Sancti amen. Probat hanc S. Tho. vbi supra, quia forma dat speciem rei, sed in his verbis continetur, quicquid spectat ad speciem huius Sacramēti: ergo, &c. Vbi nota, quod hæc conclusio, est de fide definita in concilio Florentino, tria enim continentur in hac forma, quorum primum est causa cōferēs plenitudinem roboris spiritualis, qui est sancta Trinitas, qui exprimitur cum dicitur, in nomine Patris, &c. Secundum est ipsum robur spirituale, quod homini confertur per Sacramentum materiæ visibilis ad salutem, quod tangitur ibi, confirmo te, chrismate salutis, tertium est signum, quod pugnatori datur, & hoc exprimitur ibi consigno te, signo Crucis, in quo scilicet Rex noster triumphauit, &cæt.

Sexta conclusio. In hoc Sacramento confirmationis imprimitur character, probat hanc S. Tho: vbi supra, quia in hoc Sacramento, hoc accipit potestatem ad agendum ea, quæ pertinēt ad pugnam spiritualem cōtra hostes fidei: igitur, &c. adde quia hoc Sacramentum non est iterabile: ergo imprimit characterem. Vbi nota, quod de pœna iterandi hoc Sacramentum est duplex opinio, prima est canonistarum dicentium, iterans hoc Sacramentum efficitur irregularis, sicuti qui iterat, & baptismum. secunda est Theologorum affirmantium non esse similem rationē in baptismo, & cōfirmatione, quia baptismus est regeneratio, non autem confirmatio dicitur generatio: propterea peccaret peccato sacrilegij, qui tale Sacramentum iteraret, & nulla pœna ei infligitur nisi, quod soli Deo seruiat in habitu monachali, vel clericali, vel habetur de cōs. quia de fide est, vt tale Sacramentum non iteretur definitum est in concilio Florentino, & Tridentino.

Quæst. 72. Ar. 5. Distin. 5. Cap. dictā.

Septima conclusio. In hoc Sacramento cōfirmationis confertur gratia gratum faciēs. probat hāc S. Tho. vbi supra, quia per hoc Sacramentum habetur plenitudo Spiritus Sācti ad robur, sed Spiritus Sanctus interne nō mittitur nisi per gratiam gratū facientem: igitur, &c. Vbi nota, quod hæc est de fide definita in concilio Tridentino, immo datur maior gratia, quam in baptismo, & est dignius Sacramentum, quam baptismus, ut habetur de cons. sed an sit sub præcepto vt recipiatur, sunt duę opiniones altera affirmans, quam substinet Duran. Petrus de Palude Ricardus, Siluester, verbo confirmatio, altera negans, quam tenet S. Tho. Adrianus, & nonnulli alij asserentes non esse nec sub præcepto diuino, nec Ecclesię: periculosum tamen est sine cōfirmatione mortem obire nō quia homo ille dānaretur nisi forte propter cōtemptum, sed quia detrimentum perfectionis pateretur.

Sess. 7. c. 6. Distin. 5.

Octaua conclusio. Hoc Sacramentum confirmationis est omnibus exhibendum: probat hanc Sanctus Tho. vbi supra, quia vt scribitur in actis Apostolorum Spiritus Sanctus adueniens repleuit totam domum, per quam significatur Ecclesia, & postea subditur, quod repleti sunt omnes Spiritu Sancto, ad quam plenitudinem consequendam datur Spiritus Sanctus, ergo omnibus existentibus in Ecclesia est exhibēdum. Vbi nota, quod sunt tres opiniones de tempore quo exhibendum est hoc Sacramentum, aliqui enim dicunt, debere exhiberi omnibus ante vsum rationis, vnde infantibus moritaris statim dari ita credit Alex. Ales. 4. p. Bonauentura

Ar. 8. Cap. 2. Quæst. 28

tura, Gabriel Ocham, alij vero dicunt esse exhibendum, quando pueri sunt duodecim annorum. ita videtur affirmare Thomas Vualdens. tertia opinio & securior, quam declarat Beatus Antoninus dicens bonum est expectare septennium pueri propter periculum reconfirmationis, vt scilicet confirmatus meminerit se esse confirmatum, & ad hoc alludit cathechismus Romanus docens confirmandos esse christianos, in ætate adulta, de qua re lege Sotum.

Nona conclusio. Fictio impedit effectum baptismi, & confirmationis, probat S. Tho. 3. p. quia gratia, quæ est vltimus effectus baptismi, & confirmationis nulli indisposito infunditur, sed omnis fictus est indispositus: ergo nulli tali gratia infunditur quamuis recipiat Sacramentum. Circa quam nota, quod sunt tres opiniones. prima est dicens, quod fictus baptizatus recipit remissionem originalis culpę absque infusione gratiæ, & hanc docet Gabriel 2. sent. Secunda est cuiusdam Glosæ super cap. maiores dicentis fictionem esse duplicem cum fictus dicatur ille, qui vnū prætendit interius, & aliud ostendit exterius, & potetit esse, vel respectu susceptionis Sacramenti, quia prætendit se velle suscipere Sacramentū, & tamen non suscepit, vel fictus dicitur respectu præparationis ad Sacramentum, quia cum velit suscipere Sacramentum, ipso facto ostendit se dispositum, & paratum, & tamen non est, cum sit in proposito peccandi, & quia Ecclesia iudicat de externis, propterea hoc nō potest iudicari si bene, vel reale fiat. tertia est opinio S. Th. quæ est Aug. lib. de baptismo, & recitatur de conse. tunc valere incipit baptismus ad salutem cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia perseuerante peccatorum absolutionem nō sinebat fieri, & hæc est sequenda.

Quæst. 69. Ar. 9. — B — Distin. 32. — Distin. 4.

Decima conclusio. Recedente fictione baptismus, uel confirmatio vltimum sortitur effectum, probat hanc S. Tho. in præsenti, lib. quia posita causa immediate disponente ad gratiam, & non impedita ponitur effectus, sed character, qui recipitur in baptismo a quocunque est causa immediate disponens ad gratiam, quæ impediebat perfectionem: ergo, &c. Vbi nota, quod hic etiam sunt tres opiniones, quarum prima est, Ioannis Andrea in apparatu de conse. dicentis, quod recedente fictione ab eo, qui ficte baptismum recepit, sequitur effectus non virtute baptismi, aut confirmationis, sed propter cordis contritionem, & humilitatem mentis, secunda est opinio Dur. volentis recedente fictione baptismum, & confirmationem habere suū effectum ex diuina pactione, & ordinatione, tertia est S. Thom. in conclusione posita, sed diuersimode intellecta a Thomistis, dumquidam, ut Soto vult ait intelligatur solummodo de baptismo, alij, vt Siluester, verbo baptismus intelligit eam vniuersaliter de omnibus Sacramentis, alij vero, & melius solummodo de illis tribus imprimētibus characterem, legé de hoc Marsillum & Ioannem de Bassolis, &cæt.

C — Distin. 4. Quęst 3. Ar. 12. — D — Distin. 4. — Distin. 6. Quæst. 1. — E

DISTINCTIO VIII.

IN hac dist. differit Magister de Sacramento Eucharistię vsq; ad 13. dist. inclusiue, & ibidem Scolastici Doctores, & ut resolute de hac re fiat sermo ponitur talis conclusio: Eucharistia est Sacramentum: probat hanc S. Tho. 3. p. quia omne signum sēsibile sanctificatiuum hominis est Sacramentum, sed Eucharistia est huiusmodi: ergo &c. Vbi nota, quod hæc est de fide catholica tenenda, & definita in concilio Florentino, & Trident. & Ecclesia canit hoc tuum Sacramentum, in collecta, & alibi tātum ergo Sacramentum veneremur cernui, &c. Guido Carmelita tribuit catharis maximum errorē, aiūt enim hoc Sacramentum non posse confici ex pane, quia dicunt Panem esse creaturam diaboli lege Alfons. de Castro, lib. 6.

A — Quæst. 73. Ar. 1. — Sess. 13. Cap. 13. — Hęr. 1.

Secunda cōclusio. Hoc Sacramentum est vnum hanc probat S. Tho. vbi supra, quia omne continēs plura ad integritatem vnius totius dicitur vnum perfectione, sed Eucharistia est huiusmodi, habet enim materiam, & formam, & ordinantur ad perfectam refectionem spiritualem: ergo cōcl. uera. Vbi nota, quod sunt duę opiniones vna est Gabriel affirmantis species vini constituere aliud Sacramentum a speciebus panis, secunda est opinio S. Tho. quam sequitur Alens. Bon. & Ricardus, quod species panis, & vini sunt vnum Sacramentum vnitate integritatis, & aggregationis, nam finis Sacramēti est reficere hominem spiritualiter, vt corporalis refectio corporaliter, sed talis refectio corporalis nō integratur solo cibo, aut potu, sed vtroque simul: igitur hoc Sacramentum ambabus speciebus integrari debet: idcirca opinio D. Tho. sequenda exposita in conclusione de qua vide Sotum.

Distin. 6. Quæst. 2.

Tertia conclusio. Hoc Sacramentum Eucharistiæ fuit a Christo Domino institutum: probat hāc S. Tho. 3. p. quia Christus in cœna comedit, & bibit suum corpus; & suum sanguinem, & deinde dedit Discipulis suis: igitur tūc instituit. Vbi nota, quod hæc est de fide definita in concilio Tridentino, & de cōsecratione san. quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & allaturus sideribus necessarium erat, vt in die cœnæ Sacramentum nobis corporis, & sanguinis consecraretur, vbi Glosa, ait necessarium, id est vtile, & congruum, & beatus Hieronymus scripsit ab Lesbiam Dominus Iesus Christus ipse cōuiua, & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur. quidā versificantes dixerūt Rex, sedet in cœna turba cinctus duodena se tenet in manib. se cibat ipse cibus lege D. Tho. hic.

Quæst. 81. Ar. 1. — Sess. 7. & 13. — Distin. 11. Quæst. 3.

Quarta conclusio. Hoc Sacramentum conueniēter pluribus figuris fuit significatum: probat hanc S. Tho. quia hoc Sacramentum producit in nobis plures effectus: igitur conclusio vera. Vbi attende, quod ex hac conclusione excluditur error Vuidef negantis veritatem corporis Christi in hoc Sacramento, & eiusdem figuras, vt scribit Thomas Vualdensis Tomo 2. de Sacramentis, cum enim ex hoc Sacramento reficiantur homines, propterea figurari debuit per panem, & vinum, quæ obtulit Melchisedech, habet etiam hoc Sacramentum suauitatem omnis saporis gratiæ, & virtutū, & ob hoc fuit figuratum, per māna, pręseuerat quoque nos a peccatis, & a tentationibus diaboli, & iuxta hunc effectum figuratum est per agnū paschalem, cuius sanguine protecti sunt filii Israel, a deuastante Angelo, & educti de Egyptiaca seruitute, &c.

Quæst. 73. Ar. 6. — Cap. 19.

Quinta conclusio. Propria materia huius Sacramenti

Quæst. 74. Ar.3. menti est panis triticeus. probat hanc S. Tho. 3.p. quia debita materia huius Sacramenti debet communis apud homines inueniri, talis autem est panis triticeus:ergo,&c. Vbi nota, quod hic sunt tres opiniones prima est Alberti Magni, Palud. Thomæ de Argentina, quos citat, & sequitur Gabriel super Canone. Missæ, enim volunt materiam esse panem
Lect.37. cuiuscunque frumenti per quod etiam intelligunt ordeum, secunda est opinio Caiet. in articulo, vnde desumpta est conclusio asserentis, hoc Sacramẽtum fieri posse in quocũque pane, qui absolute panis sit, & non in pane cum aliqua determinatione puta miliacio, ordeaceo, castaneaceo, &c. Tertia est opinio S.Th. posita in cõclusione, quę est definita in concilio Flor. & in concilio Cartag. quod solus panis triticeus, est materia vsualis huius Sacramenti, in siligine, spelta, & farre etiam tenet Paludanus, quod sic Anton. non tamen in ordeo, millio, vel borrea, vel marcio, amydo hi omnes panes sunt inhabilis materia huius Sacramẽti, de qua re lege Dominicum a Soro, & Franciscum de Victoria in summa Sacramentorum.

Sexta conclusio. Hoc Sacramentum Eucharistiæ indifferenter fieri potest in pane azimo, & in pane fermentato, probat hanc S.Tho. quia debita materia huius Sacramenti, est panis triticeus, sed esse azimum, vel fermentatum non mutat substantiam panis triticei: igitur conclusio vera. Vbi nota, quod Ecclesia Latina, habet ritum consecrandi in azimo, quia Christus, hoc pane instituit hoc Sa-
Cap.26. cramentum, vt scribitur apud Matth. prima die azimorum, &c. Ecclesia autem Græca habet ritum cõsecrandi in fermẽtato, & hoc in detestationem Nazareorum, qui putabant legalia simul esse obseruãda cum Euangelio, & quia in lege Iudæorum comedebantur panes azimi, ipsi elegerunt non consecrare in azimo: vnde hęc conclusio est de fide definita in concilio Florentino, vbi ita dicitur. Item in azimo, siue fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum corpus Domini conficere debere vnumquemque, scilicet iuxta suę Ecclesiæ ritum, siue Occidentalis, siue Orientalis, peccat tamen Sacerdos Latinus, si infermentato conficeret, ita & Græcus si in azimo contra Petrum de Palud. hic lege Sotum.

Distin. 11. Septima conclusio. Sacerdos potest consecrare quantumuis, quantitatem magnam panis, & vini,
Quæst. 74. probat S.Tho. vbi supra, quia in tali consecratione concurrunt omnia, quæ sunt de necessitate consecrationis, vt pote materia forma, & intentio ministri: igitur conclusio vera. Vbi nota, quod hic sunt
Distin. 10. tres opiniones, prima est D. Bonauẽ. qui tenet par-
Quæst. 14. tem negatiuam, quia in congruum esset consecrare immensam quantitatem panis, aut vini, puta totum panem, qui venditur in foro, aut totum vinum qui est in dolio, secunda opinio est Caiet. in expositione articu. vnde sumpta est conclusio, affirmantis non esse certum, sed probabile quęlibet quantitas panis, aut vini, posse consecrari, quia oportet, vt sit præsens, &c tertia est opinio S. Tho. quam communiter sequuntur omnes Theologi, præsertim
Distin.11. Palud. & Scotus, &c. de qua uide Ricardum.

Octaua conclusio. Quęlibet particula panis, quã
Quæst. 72. Ar. 2. tuncunque parua consecrari potest. probat S.Tho. 3.p. quia multum opponitur pauco, sed nulla est tã

A magna quãtitas panis, aut vini, quæ consecrari nõ possit, vt dictum est supra: igitur nulla est tam parua, quæ etiam non possit consecrari. Sed considera hic, quod sunt duæ opiniones, prima est Ioannis Dist. 10. Maioris, duo affirmantis, primum problema esse Quæst. 1. probabile an fracta hostia maneat corpus Christi, secundum est in minima panis parte seorsum sumpta consecrationem fieri non posse, quæ opinio est erronea: secunda est S.Tho. quam sequuntur omnes boni authores, expressa in conclusione: si quis tamen in contẽptũ voluisset immensam quantitatem panis, aut minimã sumam consecrare mortaliter peccaret, consecratio tamen fieret, &c.

B Nona conclusio. Materia consecranda oportet, vt sit præs. probat S. Tho. vbi supra, quia si materia Quæst. 74 non esset præsens illa forma, hoc est enim corpus Ar.2. meum, esset falsa: nam pronomẽ hoc, in forma collocatum non rem absentem, sed præsentem demõstrat: adde quod si materia non esset præsens, tunc sacerdos Neapoli existens posset consecrare panẽ Distin. 12. Romæ existẽtem, quod est absurdum. Nota, quod Quæst. 2. ex hac conclusione excluditur opinio Ioannis Maioris dicentis, posse a sacerdote consecrari materiam post parietem existentem est opinio est falsissima, quãdoquidem illud vocatur præsens, quod tangitur, vel videtur, vel tangi, vel videri potest, hoc
C docet communis vsus loquendi, illud autem quod est post pariete non videtur neq; tangitur. ergo &c. hinc vinum in vere, & panis in arca, quæ est coram sacerdote præsens sibi dicitur esse, &c.

Decima conclu. Materia consecranda debet esse intenta a sacerdote ita, quod super eam feratur intentio saltem virtualis: probat S.Th. vbi supra, quia Quæst. 74 illud dicitur consecrari, quod specialiter cadit sub Ar.2. intentione consecrantis, sed materia non intenta a sacerdote non cadit sub intentione consecrantis: ergo &c. Ex hac conclusione sequitur, primo quod si sacerdos habet intentionem consecrandi totam materiam, quam ante se habet, & si opinetur decẽ
D esse hostias, si vndecim fuerint repertę omnes erũt consecratæ: sequitur, secundo, quod si sacerdos ignorans numerum hostiarum habeatque intẽtionem consecrandi decem hostias, & facta consecratione fuerint vndecim inuente nulla illarum erit consecrata: sequitur tertio, quod si sacerdos mente signauerit decem hostias, quas intendit consecrare & repertę fuerint vndecim, decem signate erunt cõsecratæ: sequitur, quarto, quod guttulę vini inaduertẽter in pede calicis remanentes cõsecrato calice non erunt consecratæ: sequitur quinto, quod si sacerdos intendit determinate consecrare dimidiam partem hostiæ, illa tantum pars consecrata
E erit, sequitur vltimo, quod si sacerdos intendit cõsecrare alterã partem hostiæ indeterminate, nulla pars hostiæ erit consecrata, quia intentio actualis, vel saltem virtualis erit de necessitate consecrationis, &c.

DISTINCTIO IX.

IN hac distinct. prosequitur Magister de materia huius Sacramenti, ideo ponitur talis conclusio prima: nec panis tantum, nec vinum tantum, sed vtraque simul est conueniens materia huius Sa Quæst. 74 cramenti, probat S.Tho. quia ad corporalem refe- Ar. 5. ctionem

ctionem duo requiruntur, scilicet cibus, qui est ali-
mentum siccum, & potus, qui est alimentum humi-
dum: igitur ad integritatem huius Sacramenti duo
concurrunt, scilicet spiritualis cibus, & spiritualis
potus, & sic sequitur conclusionem esse veram. Cir-
ca quam nota, quod est de fide, & habetur apud
Cap.6. Ioan. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere
est potus: hinc euelluntur tres errores primus est
Artoritarũ, vt refert Aug. lib. de hæresibus: hi enim
offerebãt panem, & caseum dicentes a primis ho-
minibus oblationes de fructibus terræ, & ouium
fuisse celebratas: secundus error fuit cathaphrigũ
asserẽtium materiam integram esse panem sangui-
ne infantis coagulatum, quem variis punctioni- B
bus extorquebant, tertius fuit nefandissimus Ma-
nichęorum, qui affirmabant materiam esse panem
semine humano coagulatum: lege de hac re Alfon
sum de Castro verb. Eucharistia.

Secunda conclusio. Pasta cruda, seu incocta non
est legitima materia huius Sacramenti, probat D.
Quæst. 74. Tho. quia differt specie a pane cocto: igitur conclu
Ar.3. sio vera. Vbi nota, quod sunt duę opiniones prima
est Scoti asserentis pastam crudam, & coctam esse
Distin. 11. eiusdem speciei sicut caro cruda, & assa, & elissa: se-
cunda est opinio S. Tho. docentis massam crudam
differre specie essentiali nedum accidẽtali a pane,
quia sicut maturatio facit vuam differre specie ab C
agresta, ita pistor decoquendo pastam in clibano
mutat speciem applicando actiua passiuis, & sic pa-
sta cum differat specie a pane non poterit esse legi-
tima materia, vnde non potest edi neque nutrit,
sed nocet sanitati hominis, nec est par ratio demi
ca digitis compressa: lege Cai. hic, & Sotum.

Tertia conclusio. Qui solum panem consecraret
vere conficeret Sacramentum elicitur ex S. Th. vbi
supra, quia forma consecrationis panis non depen
det a forma consecratione calicis nec econuerso
igitur vere alter sine altero consecrari potest. Vbi
nota, quod si daretur casus, vt cõsecrata Hostia ab
aliquo sacerdote ille statim moreretur, illa hostia D
esset vere consecrata, & tamen vinum non esset con
secratum, licet Sacramentum, non existeret perfe-
ctum, & hinc est, quod si aliquis sacerdos deficien
te uino consecraret panem tantum, peccaret mor-
taliter, quia sacerdos conficiendo non sumit vt lai
cus, sed repręsentat Christum, qui sub vtraque spe
cie instituit, & sumpsit hoc Sacramentum: lege Pe
trum de Palude hic.

Quarta conclusio. De solo vino vitis potest con
Quæst. 74. fici hoc Sacramentum. probat D. Th. vbi supra, ta-
A.5. le uinum facit ad effectum huius Sacramẽti, quia
est spiritualis lętitia, unde scriptum est, quod uinũ
lætificat cor hominis. Nota hic, quod hæc est de E
fide definita in concillio Florentino his uerbis, ter
tium Sacramentum est Eucharistia cuius materia
est panis triticeus, & vinum de vite, & in concilio
Carthaginensi tertio: unde condemnatur error il-
lorum, qui dicebant solam aquam sufficere, & mo
uebantur sub specie sobrietatis propter quam in
hoc Sacramento offerebant aquam solam: istos hę
reticos uocat S. Th. hic Aquarios propter oblatio-
nem solius aquæ.

Quinta conclusio. Hoc Sacramentum nõ potest
Quæst. 74. fieri de aceto. probat D. Tho. vbi supra, quia acetũ
Ar.1. est uinum corruptum: igitur conclusio uera. Circa
A quam animaduerte, quod sicut de pane totaliter
corrupto non potest cõfici hoc Sacramentum, ita
nec de aceto: potest tamẽ confici de uino acescen-
ti sicut de pane, qui est uia ad corruptionem licet
peccet conficiens: ob hoc repræhendenda est Glo- Distin.2. can. sicut.
sa illa de consecr. dicens, quod acetum dummodo
factum sit ex vino potest esse materia legitima hu-
ius Sacramenti, & errat ualde quia talis consecra-
tio si fieret pro nulla esset habenda, quia sicut a pri
uatione ad habitum non est regressus, ita ab aceto
ad uinum, lege Albertum hic.

Sexta conclusio. Vua matura musto nondum ex Distin. 11.
presso, non potest esse legitima materia huius Sa-
B cramenti: probat S. Tho. quia talis vua differt spe-
cie a musto cum faciat diuersos effectus, multum
enim mustum inebriat, multæ vero vuæ nõ, & quia
ueluti succus oliuarum antequam exprimatur nõ
est oleum, ita succus uuarũ ante expressionem ne
que vinum, neque mustum dicitur. Vbi nota, quòd
Ricar. duas opiniones refert de hac conclusione al
teram tenentem partem affirmatiuam alteram ve-
ro negatiuam, quæ est S. Th. expressa in conclusio-
ne: hinc sequitur, quod neq; vinum congelatũ erit
legitima materia huius Sacramẽti cum non sit po-
tabile, neque in aliqua genera vini, quæ ex aroma-
tibus, & ex melle conficiuntur, in musto vero fit cõ
C secratio, quia hoc definitum est per Iulium Papam Distin.2.
de consecratione, ubi dicitur de expresso Botro, Can.6.
idest de uuarum granis, &c. sed si necessitas sit in
calice cõprimatur, & aqua misceatur, quia calix do-
minicus iuxta canonum præcepta vinum aqua per
mixtum debet offerre, &c.

Septima conclusio. Appositio aquæ, non est de
necessitate Sacramenti. probat hanc S. Th. quia po Quæst. 68.
nitur solummodo propter significationem, vt po-
pulus adunetur Christo: ergo conclusio vera. Vbi
attende, quod hæc conclusio habetur etiam de cõ
secration. ex verbis Cypriani asserentis, quod si ali Distin. 2.
quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel
D simpliciter non obseruauit, ut scilicet aquam vino
misceret in Sacramento, potest simplicitati eius ue
nia concedi, quod quidem si mixtio esset necessa-
ria non diceret, & in concilio Florentino, habetur
Græcos vere conficere, & tamẽ non miscent aquã,
peccaret tñ Sacerdos Latinus, qui in consecratio-
ne calicis aquam vino nõ apponeret, sic etiam pec-
caret, siquis apponeret aquam artificialem puta ro
saceam, quamuis conficeret, &c.

Octaua conclusio. Aqua, quæ vino commisce-
tur debet esse in modica quantitate. probat San-
ctus Thomas, ubi supra, quia si tanta fieret apposi- Ar.8.
tio aquæ, tunc solueret species uini, & sic non per-
E ficeretur Sacramentum: ergo, &cæ. Nota hic, quod
de consecra. referuntur tres opiniones, quarum pri Cap. cum
ma est, quæ dicebat, quod aqua adiuncta uino per Marty.
se manet vino conuerso in sanguine, secunda uole-
bat, quòd sicut vinum conuertitur in sanguinem,
ita aqua conuertitur in aquam, quæ de latere Chri
sti fluxit, tertia est volens aquã prius conuerti in
uinum, & vinum in sanguinem, propterea modi-
ca aqua debet apponi, ut conuertatur facilius, &
hoc in principio Missæ, & non in medio, vt est lau
dabilis consuetudo in nostro ordine, & hæc veri-
tas est sequenda, & obseruanda.

Nona conclusio. Aqua ex qua conficitur pa-
nis

nis, quę est legitima materia huius Sacramenti debet esse naturalis non autem artificialis puta rosacea, aut alia huiusmodi. elicitur ex Sancto Thoma, ubi supra, & ratio est, quia aqua quę fluxit de latere Christi fuit uera, & naturalis, & non artificialis, uel humor flegmaticus, vt quidam dixerunt ergo, &cæt. Vbi nota, quod hic sunt duæ opiniones

Quæst. 64. Ar. 8. vna Caie. affirmans, quod sufficit, vt sit aqua an naturalis, vel artificialis parum refert, quia aqua non est materia permanens in pane, sed calore ignis exhalatur, & ideo panis ex quacunque aqua fiat potterit esse legitima materia huius Sacramenti: alia est opinio negans, quod talis panis commassatus ex aqua artificiali non esset consecrabilis, & hanc tenet Palud. Sotus, & omnes boni authores ideo sequenda.

Decima conclusio. Si aliquis liquor misceatur vino consecrato ita, vt totaliter ad ipsum pertingat, & fiat permixtum, non permanebit ibi sanguis

Quæst. 77. Ar. 8. Christi. probat hanc Sanctus Thomas, quia tandiu est sanguis, quandiu species durant, sed in tali permixtione species non durarent: ergo conclusio vera. Vbi animaduerte hic esse duas opiniones, alte-

Distin. 11. Quæst. 4. rā Duran. cui adhæsit Ricard. volens, quod si dolio magno uini gutta sanguinis consecrari misceatur non corrumpitur, & ex consequenti manet ibi sanguis Christi, quia corruptio non fit a simili. alia est opinio Sancti Thomæ, explicata in conclusione, quæ est sequenda, licet sit quæstio difficillima in Philosophia, tamen fit perspicua considerando, quia uel ipsi vino consecrato, permiscetur vinum in maiori, vel æquali, vel minori quantitate, vel sit liquor alterius speciei, vt puta aqua, vel oleum, vel eiusdem speciei: si eiusdem speciei, & in magna quantitate, tunc resultatet aliud vinum numero, & eiusdem speciei, si alterius speciei, in æquali quantitate tunc neutrum miscibilium maneret, si in minori tunc sanguis non manet sub illa particula. lege in hac re Sotum, in præsenti libro, dist. 10. q. 2. ar. 8.

DISTINCTIO X.

Agitur in hac distinctione, de forma huius Sacramenti, hinc ponitur talis conclusio. forma consecrandi panem est hæc, hoc est corpus meum: probat Sanctus Thomas, tertia parte, il-

Quæst. 78. Ar. 1. la enim est completa, & præcisa forma consecrandi panem in Sacramento Eucharistiæ, qua Christus Dominus vsus est in cœna, sed hoc ordine uer-

Cap. 6. borum vsus est, ut patet Matth. ergo, &cætera. Vbi nota, quod Vualdenses non utebantur hac forma, sed dicebāt septem pater noster, vt ait Guido

Cap. 11. Carmillita, libro nono, de hæres. Erasmus in expositione, primæ Corinth. ait, quod nos non habemus ueram formā consecrandi panem, dicit enim utinam paulus nobis traderet, quibus uerbis facer ille panis consecrari deberet, Innocentius Tertius in officio Missæ, ait, quod forma consecrationis non est in his verbis, hoc est corpus meum, nec consecrauit in illis uerbis, sed in uerbis benedictionis, quando dicitur accipiens panem, be-

Distin. 8. Quæst. 1. nedixit, quam opinionem sequtus est Autor examinis ordinandorum. Scotus ait, quod si quis hæc uerba sola diceret sine præcedentibus, qui

A pridie, & cætera. Esset Sacramentum adorandum sub conditione, quia incertum est an per illa sola uerba panis sit transubstantiatus in corpus Christi: nihilominus conclusio posita uera, & determinata de celebratione Missarum, capitulo cum Martha. & in concilio Floren.

Secunda conclusio. In verbis formalibus huius Sacramenti, est quædam virtus creata ad eius conuersionem faciendam. probat hanc Sanctus Thomas, ubi supra, quia hæc uerba proferuntur ex persona Christi: ergo ex eius mandato consequuntur uirtutem instrumentalem a Deo, si cut & cætera eius facta, uel dicta habent instrumentaliter Quæst. 78. Ar. 4.

B salutiferam virtutem. Vbi nota, quod hic sunt tres opiniones. prima est negans, quam sequitur Duran. & Scotus, hi enim dicunt in uerbis formæ nulla esse virtutem cum ipsa sint tantum signa, & Deus facit conuersionem ad eorum præsentiam, secunda est opinio Capreoli, ponentis quendam ornatum in quatuor illis Sacramentis non imprimentibus characterem. tertia est opinio posita in conclusione, quæ est Beati Ambrosii, libro de Sacramentis asserentis si tanta est uis in sermone domini Iesu, ut inciperet esse, quod non erat, quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud cōmutentur, vnde talia uerba dicuntur esse

C practica, quia efficiunt, quod significant conuersionem scilicet panis in Christi corpus &c. Distin. 11. Distin. 1. Quæst. 1.

Tertia conclusio. Hæc propositio, hoc est corpus meum non est discreta, & singularis, sed indistincta ita, quod sensus est contemptum sub his speciebus est corpus meum: probat hanc Sanctus Thomas, ubi supra, quia per hæc verba dicta a sacerdote in persona Christi, nihil aliud fit nisi, quod sub speciebus panis existit corpus Christi: igitur conclusio uera. Sed nota, quod hic est triplex opinio. prima est Innocentij, libro quarto, de mysterio Missæ, quam sequitur Glosa decreti, de consecratione distinctione secunda, dicunt isti Ar. 5. Cap. 17. Cap. mine tem.

D quod sacerdos non vtitur illis uerbis enunciatiue, sed recitatiue sicuti quando Christus dixit ego sum uitis vera, & cætera. Vnde important hæc uerba demonstrationem, ue conceptam. Secunda est opinio, quam sequutus est Gabriel, super canon. Missæ, quod huiuscemodi verba faciunt demonstrationem non ad sensum, sed ad intellectum. Tertia est opinio, quam sequi uidetur Ricardus dicens uerba hæc facere demonstrationem ad sensum, sed his reiectis sequenda est opinio. Sancti Thomæ, posita in conclusione, quod talia uerba significant substantiam in communi sine qualitate, idest forma determinata. lege Sotum Lect. 48. Distin. 12.

E de hac re.

Quarta conclusio. Illa coniunctio enim non pertinet ad substantiam ipsius formæ Sacramenti Eucharistiæ. probat Sanctus Thomas, quia ponitur propter continuationem ad uerba præcedentia: igitur conclusio uera. Sed nota hic, quod Scotus errauit, quia vult hæc verba hoc est enim corpus meum non debere dici formā Sacramenti, sed consecrationis, quia Sacramentum est res permanens forma autem verborum est res successiua, & ideo non debet dici forma Sacramenti, sed bene consecrationis: & errat contra communem vsum loquēdi apud Theologos, nihilominus quomodocunque Ar. 3. Distin. 8. Quæst. 1.

que sit illa dictio, causalis enim apponitur in hac forma, secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ a Beato Petro Apostolo deriuatam, &cætera.

Quinta conclusio. Hoc signum demostratiuum non dicit indiuiduum entis, sed substantiæ: elicitur ex Sancto Thoma, ubi supra, & ratio est, quia demonstrando hanc substantiam, demonstratio est certissima, quoniam hæc substantia est Corpus Christi, sed si diceret ens, potuisset etiam intelligi de accidente: ergo, &cætera. Vbi nota, quòd hæc conclusio est contra Scotum, uolentem sensum propositionis esse istum hoc est Corpus meum, in hoc ens est corpus meum. Diuus Bonauentura ait hic panis fit corpus meum, ita, quod li hoc ostendit panem. Marsilius ait, sensum esse id in quod conuertitur panis, est corpus meum. Ocham uero ait, quod sensus est, hoc erit Corpus meum. Ioannes maior, sequitur Innocentium, quod hæc uerba fuerūt dicta post consecrationem, prius enim fuit consecratum, & deinde dictum fuit hoc est, &cætera. Sotus est dubius ait enim se nescire, quis sit uerus sensus propositionis huius. Caietanus, tamen assertiue, & sine timore affirmat hunc esse germanum sensum, hæc substantia est Corpus meum, & hæc opinio est sequenda, quia in tertia conclusione dimisimus, contentum sub speciebus panis est Corpus meum, hoc autem est hæc substantia: igitur, &cætera. Adde quod ly hoc est pronomen demonstratiuum substantię, &cætera.

Quæst. 78. Ar. 6.

Sexta conclusio. Verba ista quatuor, hic est sanguis meus seu hic est Calix sanguinis mei, sunt de essentia formæ consecrationis calicis: probat Sanctus Thomas, ubi supra, quia per illa uerba significatur totus effectus Sacramenti nempe conuersio vini in sanguinem: igitur conclusio uera. Vbi nota, quod hic sunt duæ opiniones prima est Ricardi asserentis omnia hæc uerba videlicet hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum, esse de necessitate consecrationis prætermissis aliis uerbis, quæ ab Ecclesia Romana adduntur, qua forma vtuntur Græci: alia est opinio Scoti, ubi supra uolentis nihil esse nobis certitudinaliter traditum de hoc negotio, ac proinde, qui non profert omnia illa uerba exponit se periculo non consecrandi, quare Scotus anceps esse videtur in hac quæstione, nihilominus conclusio Sancti Thomę, est sequenda, &c.

Quæst. 78. Ar 3. Distin. 11.

Septima conclusio. Alia uerba, scilicet noui, & æterni Testamenti mysterium fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, sunt de integritate formæ: probat Sanctus Thomas, ubi supra, quia hæc omnia Roma na Ecclesia, sub tenore vnius formæ iubet proferri super Calicem: igitur omnia ad consecrationem concurrunt tanquam de integritate. Sed attende hic, quod aliqui ut Durandus, reprehendit hanc distinctionem esse de essentia, & non de integritate, & econtra, quia Græci uere consecrant, & tamen non apponunt illa uerba, scilicet Calix æterni, misterium fidei, & hoc patet ex Missa Beati Basilij, quam fertur dictante Angelo excepisse in qua forma Calicis est hæc, hic est sanguis meus noui Testamenti in meo sanguine, qui pro nobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. hic Paludanus ait, quòd si Græci his tantum uerbis utuntur non uere consecrant, licet uere baptizent. Capreolus uero ait, quod conficiunt, sed hoc est ex speciali consilio, & uirtute Spiritus Sancti, sicut Apostoli aliquando baptizabant in nomine Christi. sed ne incidamus in tot ineptias melius est, ut dicamus illam distinctionem esse necessariam, quia uidemus, quod digitus est de integritate hominis non tamen de essentia, & sic redduntur ambę conclusiones ueræ, quas sequi debemus de mente Sancti Thomæ, de quibus legе Sotum.

Quæst. 8.

Distin. 11. Quæst. 5.

Octaua conclusio. Sola, & completa forma consecrationis sanguinis Christi est: hæc, hic est Calix sanguinis mei noui, & æterni Testamenti mysterium fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, probat Sāctus Thomas, ubi supra, quia in il is uerbis præcise, & adæquate consistit forma conueniens, & completa consecrationis sanguinis, quæ continet omnia, & singula pertinentia ad integritatem locutionis consecratiuę, quam Christus consecrando protulit, & quæ congruunt modo, & ritui sacerdotis consecrantis, secundum usum Apostolicum, & Romanum, sed prædicta uerba sunt huiusmodi: ergo, &cætera. Vbi nota prout ait Innocentius, in capitulo cum matte, hæc omnia uerba consentienter repetunt tres Euangelistę Matthæus, Marcus, & Lucas, licet in forma panis solus Lucas adiecerit, quod pro uobis datur, Paulus uero retulit, quod pro uobis tradetur, Ambrosius uero legit, iuxta Codicem Græcum, quod pro uobis frangitur, & sic refert ad oblationem in Cruce, & non ad dationem corporis consecrati. quomodocunque sit conclusio nostra est sequenda, quia esset grauissimum peccatum omittere aliquod ex istis uerbis, cum hæc ponat Concilium Florentinum, pro consecratione Calicis, & Romana Ecclesia faciat imprimi in Missali, & liturgiis eisdem caracteribus, & literis rubeis, &c.

3. parte.

Nona conclusio. Per hęc uerba consecrationis sanguinis exprimitur triplex effectus passionis Christi in nobis collatus. probat Sanctus Thomas, ubi supra, quia hic triplex effectus erat nobis necessarius: ergo, &cętera. Vbi nota, quod primus effectus est hæreditas æterna ad quam designandam dicitur noui, & ęterni Testamenti, secundus est nostra iustificatio habenda per fidem formatam ad quam significandam dicitur mysterium fidei, tertius effectus est remissio peccatorum propterea subditur, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. propterea optime dictum est in septima conclusione, quod illa uerba noui, & æterni, &cætera. sunt de substantia, & integritate formæ non autem de essentia, quia ea significatur effectus passionis collatus in nobis, in sexta autem conclusione, dictum est illa qua-

Quæst. 78.

tuor uerba, hic est sanguis meus, sunt de essentia formæ consecrationis Calicis, quia significant conuersionem uini in sanguinem, &c.

Decima conclusio. Si sacerdos haberet intentionem consecrandi solummodo per illa quatuor uerba, scilicet hic est sanguis meus, uere consecraret, peccaret tamen mortaliter. probat hanc Sanctus Thomas, quia tunc peruerteret ritum Ecclesiæ, quia & si illa quatuor sint de essentia formæ, sequentia tamen sunt de integritate, & substantia, igitur, &c. Vbi nota, quod ne sacerdos peccet, & exponat se periculo non consecrandi, debet proferre omnia uerba, & habere intentionem consecrandi sicut Christus instituit, & sic nullo se periculo exponit, præsertim etiam habendo intentionem faciendi, quod facit Ecclesia non dimidiando orationem, sed continuando usque ad remissionem peccatorum, & hoc insinuat Sãctus Thomas, in responsione ad secundum argumentum dicens, quod sanguis seorsum consecratus expresse passionem Christi repræsentat, ideo põtius in consecratione sanguinis fit mentio de effectu passionis, quam in consecratione corporis, quod est passionis subiectum, quod etiam designatur in hoc quod Dominus dicit, quod pro nobis tradetur, quasi diceret, quod pro nobis passioni subicietur, & hoc est ualde notandum.

Arti. 3. Quæst. 78.

DISTINCTIO XI.

AGitur in hac distinctione de existentia corporis Christi in Sacramento, idcirco ponitur prima cõclusio talis, verum corpus Christi in Sacramento Eucharistiæ secundum ueritatem, & non solum sicut in signo, vel secundum solam figuram: probat istam Sanctus Thomas, tertia parte, quia hoc competit perfectioni nouæ legis, perfectioni charitatis Christi, perfectioni fidei, & spei nostræ, & perfectæ vnionis capitis ad membra, & oppositum est hæresis condemnata: ergo conclusio uera. Vbi nota, quod ex hac conclusione excludũtur multę hæreses, prima est Brentij, qui ex ignorantia Philosophiæ, & Theologiæ dixit Christum secundum humanitatem esse ubique in Sacramento uero quodam modo peculiari: secunda est Ioingliani, & Ecolampadij dicentiũ Christum esse solum in cœlis non autem in hoc sacramento: tertia est ipsius beizæ dicentis Christũ solum ad esse in ipso usu, quando accipitur nõ autem postea, quarta est Luteri nolentis Christum esse præsentem uere, & realiter, sed negat tamen transubstantiationem, Quinta fuit Iudæ uenditoris, & capharnitarum arbitrantium carnem Christi debere manducari, ut manducatur caro in macello, & hæc fuit prima hæresis, ut habetur de cons. sexta fuit Nestorij ponentis carnem puri hominis non Dei in hoc Sacramento. septima fuit Berengarij ponentis Christum esse in hoc Sacramento tanquam in signo, & figura. quam hęresim pluries abiurauit, ut patet de consecrat. de quibus. uide Alf. de Castro, & Sotum.

Quæst. 75. Ar. 1.

Distin. 2. Cũ prima quidem ex. Distin. 2.

Secunda conclusio. Verum corpus Christi est simul in cœlo realiter, & in pluribus altaribus sacramentaliter, probat Sanctus Thomas, in præsenti libro, quia hoc nullam contradictionẽ, oppositionem repugnantiam incompossibilitatem habet, igitur conclusio uera. Vbi nota, quod Dur. habet malam opinionem circa istam conclusionem arbitratur enim corpus Christi, non esse in hoc Sacramento tanquam contentum, sed solum præsentem, quadam præsentialitate respectus: Caieta. quoque non uidetur benedicere in expositione hujus conclusionis, quod hæc uerba, hoc est corpus meum. per quæ fit, ut corpus Christi sit realiter in hoc Sacramento, licet Ecclesia realiter, & proprie illa intelligat, tamen ex Euangelio non apparet aliquod coactiuum ad intelligenda illa uerba proprie: & ideo nos debemus intelligere, & sequi conclusionem, ut Ecclesia sequitur, & intelligit. vide ipsum Caietanum, tertia parte, quæstione 75. articu. 1.

Capit. ego Bereng. Distin. 10. Quæst. 1. Articu. 11. Distin. 11. Quæst. 75. Artic. 1.

Tertia conclusio. Christus est totus, & totaliter in hoc Sacramento, quoad omnem sui substãtiam, probat hanc Sanctus Thomas, tertia parte, quia vbicunque est aliqua causata, & integra substantia Christi, est quęlibet substantia eius, sed in Eucharistia est aliqua causata, & integra substãtia puta caro, & sanguis, ergo ibi est quælibet substãtia Christi puta diuinitas, anima, & sic de aliis partibus humanæ naturæ. Circa quam nota, quod hic sunt multæ opiniones, quarum prima est Scoti uolentis totum corpus Christi esse in hoc Sacramento, sed nomine corporis intelligit materiam, & formam corporeitatis. secunda est Egidij volentis in Theorem. 26. de corpore Christi, quod nomine corporis est intelligenda materia prima, ut habet modum quendam quantitatiuum, prout a quantitate est extensa, & diuisibilis, & habet partes, & partes. tertia est Gabrielis, super Can. Missæ affirmantis nomine corporis debere intelligi materiã primã purã, in hanc enim primo conuertitur panis, & uinum, quia hæc eadem fuit in Christo uiuo, & mortuo. quarta est Henr. quolibeto quarto, affirmantis nomine corporis esse intelligendam materiam primam cum forma mixti. quinta est Sancti Thomæ, dicentis nomine corporis intelligi materiam primam prout habet esse corporeum ab ipsa anima rationali, non enim in homine ipso sunt plures formæ substantiales, sed tantum una, quæ est anima rationalis, & ita intelligenda uenit conclusio, &c.

Quæst. 76. Ar. 1. Distin. 11. Lect. 46. Quæst. 13.

Quarta conclusio. Christus est totus in Eucharistia, totalitate quantitatis dimensiuæ, sic quod tota quantitas dimensiua corporis Christi, est in hoc Sacramento: hanc probat tertia parte Sanctus Thomas, quia quantitas corporis Christi, naturaliter concomitatur eius substantiam: igitur conclusio vera. Vbi nota, quod hic sunt uariæ sententiæ Theologorum, prima est ipsius Vuicleph dicentis, nec de potentia absoluta Dei, posse fieri, ut tota quantitas Christi sit in tam parua Hostia, quæ non sententia, sed hæresis dici debet. Secunda est Durandi tenentis, quantitatem Corporis Christi, non posse esse hic, quia de ratione quantitatis est extendi, & habere partes, post partes, & occupare tantum locum. tertia

Quæst. 76. Ar. 4. Distin. 10. Quæst. 2.

Quæst. 4. tia est Ocham nolentis, quantitatem non distingui a substantia, propterea necessario ex ui Sacramenti est ibi. ultima est Sancti Thomæ, volentis quantitatem esse in hoc Sacramento, quoad naturalem concomitantiam, & per modum substantiæ, non ex ui Sacramenti, quandoquidem sic dicitur esse, scilicet ex ui Sacramenti, substantia corporis Christi, qui ad eam terminatur, substantia hanc panis, sequuntur sententiam omnes boni authores. lege hic Quæst. 76. Dominicum a Soto.

Quinta conclusio. Christus est totus, in tota Hostia, & totus in qualibet eius parte. probat hanc Sanctus Thomas, ubi supra, quia est ibi per modum substantiæ: igitur, &cætera. Vbi nota, quod hæc est de fide Catholica diffinita, in Concilio Florentino, & Tridentino, ubi dicitur si quis negauerit in uenerabili Sacramento Eucharistiæ, sub unaquaque specie, & singulis cuiuscunque speciei partibus separatione facta totum Christum contineri anathema sit: ex hoc sequitur, quod hæretica sit illa opinio, quam narrat Alexander, aiebat, enim illa opinio Christum ante fractionem non esse totum in qualibet parte Hostiæ, sed bene post fractionem, esse totum in qualibet particula, vt patet de Speculo: ex hac enim opinione plurima lequerentur absurda, proptera conclusio præposita est sequenda. Et lege Franci cum de Victoria hic.

Sess. 13. Can. 3. — Quæst. 40. — In summa de Sacram.

Sexta conclusio. Substantia coporis Christi realiter non denudatur a sua quantitate dimensiua, & ab aliis accidentibus: probat hanc Sanctus Thomas, tertia parte, quia quando sunt aliqua, quæ inseparabiliter, se habent vbi est unum, est & reliquum, sed substantia Corporis Christi, & quantitas dimensiua eiusque reliqua sua accidentia sunt huiusmodi: ergo, &cætera. Vbi nota, quod quantitas habet duo officia, unum est separare partem ex parte subiecti, itaquod caput sit extra pedes, & brachia extra crura, alterum est extendere partes in situ, in ordine, ad locum: quantitas ergo in Eucharistia exercet officium primum non tamen secundum, nam si Christi Corpus non esset in Hostia extensum, non esset organizatum, nec cum figura, & uiueret ibi uiolenter, ex quo sequitur, quòd corpus Christi in Eucharistia uere, & sine fictione quacunque potest a nobis imaginari cuiuscunque figuræ uoluerimus, & sic depingitur Crucifissus eo modo se habere sicut si esset vnus puer tantillus, sicuti est imago Crucifixi in Hostia, nam ubi sunt oculi imaginis, est oculus Christi, & ubi manus imaginis, ibi, & manus Christi, quomodocunque figurata sit imago: non enim membra Christi, in Hostia sunt simul, sed distincta, prout sunt in Cœlo, hunc ponunt modum omnes Doctores, Riccardus, Bonauenturas, Palud. & Alensis, &cæteri.

Quæst. 76. Articu. 4. — D

Septima conclusio. Christus prout est in Eucharistia non mouetur, probat Sanctus Thomas, quia tale Corpus habet esse indeficiens, & incorruptibile: igitur conclusio uera. Vbi nota, quod hic sunt tres opiniones, prima est Durandi, asserentis Corpus Christi, nec per se, nec per accidens moueri, ad motum Hostiæ, secunda est opinio Scoti, & Gabrielis uolentium non moueri a Sacerdote, sed bene a seipso, & a Deo: tertia est Sancti Thomæ, asserentis, quod motu locali non mouetur per se a Sacerdote, sed bene per accidens, ad motum ipsius Hostiæ, motu uero alterationis nec per se nec per accidens, lege Caiet. in expositione huius conclusi.

Quæst. 76. Ar. 6. — A — Distin. 10. — Quæst. 3. — Quæst. 6.

Octaua conclusio. Nullus oculus corporalis potest uidere Corpus Christi, existens in Eucharistia. probat Sanctus Thomas, ubi supra, quia Corpus Christi, ut est in Eucharistia non potest immutare medium, nec potentiam, ergo, &cætera. Nota hic esse tres opiniones, prima ipsius Ocham dicentis Christum uidere suis oculis corporeis; & nos uidere ipsum, si ipse uoluerit. hanc opinionem, multi sequuntur, inter quos est Ioannes maior: secunda est opinio Paludani uolentis nec de potentia, ordinaria nec absoluta hoc fieri posse: tertia est Sancti Thomæ, quod inter oculos corporales, solus oculus Christi In Sacramento, uidet seipsum sub Sacramento existentem non tamen potest uidere modum essendi, quo est sub Sacramento, quod pertinet ad solum intellectum, hic tamen modus potest intelligi ab intellectu supra naturali, scilicet Dei, uel Angeli, uel hominis beati, per uisionem diuinæ essentiæ, non tamen homo uiator, uel Angelus poterit per sua naturalia hunc modum existendi cognoscere nisi sola fide: ob hoc sequenda est conclusio præsens de qua lege Sotum, & caue a Tartareto volente oculum Christi non uidere seipsum in Eucharistia existentem: facit enim tam ipse Petrus Tartaret. quam omnes Scotistæ Christum cæcum in Euchatistia.

B — Ar. 7. — Quæst. 5. — Distin. 10. — Quæst. 9. — C — Distin. 10. — Quæst. 1. articu. 7.

Nona conclusio. Omnis operatio, quam Christus Dominus habet in cœlo potest etiam habere in Eucharistia, probatur, quia est idem corpus numero: igitur conclusio uera. Vbi nota, quod conclusio intelligitur de actionibus immanentibus quinque sensuum, quæ nihil extra efficiunt, neque enim actiones, sed passiones quædam sunt, propterea conueniunt Christo, sub modo Sacramentali concomitanter: de actionibus transeuntibus est, alia ratio, ut est locutio, & ambulatio, locutio enim efficit sonum in aere motus etiam localis præsupponit locum circunscriptiuum, operationes uero potentiarum sensitiuarum sunt formæ absolutę, & ubique uniformiter eidem corpori insunt, & licet in se sint quantæ, tamen in Hostia consecrata non habent modum quantitatiuum.

Distin. 10. — E

Decima conclusio est, operationes spirituales, ut intellectus, & voluntatis possunt conuenire Christo in Eucharistia, probatur ex eodem fundamento, quia est idem numeto corpus: igitur, &cætera. Vbi animaduerte, quod Christus in Sacramento intelligit, vult, & exercet omnes illas actiones quæ non dicunt ordinem seu respe-

ftium ad aliquod extrinsecum, unde non potest manu sua tenere manum sacerdotis ipsum eleuantis, ex qua ueritate arguendus est Ocham, qui uult Christum posse exercere omnem actionem, & passionem quæ competit ei existenti in aliquo loco circunscriptiue, quod quidem repugnat omni ueritati Theologicæ, & Philosophicæ, &cæt.

Quæst. 5.

DISTINCTIO XII.

AGITVR in hac distinctione, de transubstantiatione panis in corpus Christi, & ponitur prima conclusio talis, substantia panis, & uini non remanet post consecrationem in hoc Sacramento. probat Sanctus Thomas, tertia parte, quia contrariatur uenerationi huius Sacramenti, nam si remaneret substantia panis, tunc non posset hoc Sacramentum adorari, adoratione latriæ, vti facit Ecclesia: igitur conclusio uera. Vbi nota, quod hæc est de fide tenenda, & fuit determinata in Concilio Constanf. contra Vuicleff, & Concilio Lateranensi, & Tridentino, ubi dicitur, si quis dixerit in sacrosancto Sacramento Eucharistiæ remanere substantiam panis, & uini cum corpore, & sanguine, &cætera. anathema sit: ex qua conclusione excluduntur tres errores quorum primus fuit cuiusdam Valeriani ponentis in hoc Sacramento duo supposita omnino distincta, scilicet Christi, & panis: secundus fuit Ioannis Parisiensis, ponentis impanationem, quia sicut uerbum assumendo carnem in utero Virginis, dicitur incarnatum, ita assumendo panem, in hoc Sacramento dicitur impanatum: tertius est Luteri, Libro de captiuitate Babilonica, asserentis manere substantiam panis, & uini, quæ tamen significat corpus Christi, sicuti dicitur Petra autem erat Christus, &cætera. de quibus lege Sotum.

Quæst. 5. Ar. 2. — Sess. 13. Can. 2. — Distin. 9.

Secunda conclusio. Nec panis, nec uinum annihilatur, in hoc Sacramento. probat Sanctus Thomas, ubi supra, quia substantia panis, conuertitur in corpus Christi, & substantia uini in sanguinem: igitur conclusio uera. Circa quam nota, quod sunt quatuor opiniones prima Henrici dicentis panem non annihilare, & esse aliquid corporis Christi, post conuersionem: secunda est opinio Francisci Anglicani asserentis panem, & uinum non annihilari, sed resolui in præiacentem materiam: tertia est Scoti asserentis, tam panem, quam uinum annihilari: quarta est Sancti Thomæ, expressa in conclusione, quæ uidetur definita in Concilio Tridentino, nam annihilatio est desitio alicuius substantiæ, siue entis ita, ut nihil illi succedat tanquam terminus, ad quem per se illius actionis. Deus autem conuertit panem in corpus Christi, ita, ut dicatur transubstantiatio, & non annihilatio.

Quæst. 2. Ar. 2. Ar. 3. — Sess. 13. Can. 4.

Tertia conclusio. Virtute diuina, tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi, & tota substantia vini, in totam substantiam sanguinis Christi. probat Sanctus Thomas, authoritate Eusebii Emiseni, dicentis nouum tibi, & impossibile esse non debet, quod in Christi substantiam terrena, & mortalia conuertantur. Nota hic esse quatuor opiniones, prima est Durandi, affirmantis panem conuerti in corpus Christi, ut in nutritione cibus conuertitur in substantiam aliti, & ut in nutritione materia cibi forma aliti informatur, ita hic materia panis anima rationali Christi informatur, quibus verbis uidetur tollere transubstantiationem: secunda est opinio Henrici, uolentis terminum ad quem huius conuersionis non esse Corpus Christi absolute, sed hoc scilicet, quod erat panis est de no(uo) Corpus Christi, unde hæc opinio uidetur concedere rem, quæ erat panis manere, & esse Corpus Christi: tertia est opinio Scoti ponentis panem annihilari, quarta est opinio Sancti Thomæ, expressa in conclusione, & definita in Concilio Tridentino, ubi Ecclesia Catholica, aptissime transubstantiationem appellat, ut ait Sanctus Thomas, hic, quod hæc conuersio non est formalis, sed substantialis, nec continetur inter species motus naturalis, sed proprio nomine potest dici transubstantiatio.

3. p. q. 75. Articu. 4. — Distin. 11. Quæst. 3. — Quol. 4. — Distin. 11. — Sess. 13. Articu. 4.

Quarta conclusio. Hæc conuersio est instantanea: probat Sanctus Thomas, quia hæc conuersio perficitur diuina virtute cuius est subito operari: igitur conclusio vera. Circa quam attende, quod hic sunt quatuor errores: aliqui dicunt, quæ hæc conuersio fit in duobus instantibus propterea dicitur instantanea: secundus error quorundam volentium, quod ideo hæc conuersio est instantanea, quia fit actione Dei, quæ ex tempore non dependet: tertius error illorum, qui ideo volunt esse instantaneam, quia in toto tempore est unum instans: quartus error eorum, qui dicunt, quòd ideo est instantanea, quia omnia instantia sunt vnum re, differunt autem ratione, rei tamen ueritas est, quod ideo dicitur instantanea, quia substantia corporis Christi non suscipit magis, & minus, substantia quoque non præparatur successiue. tertio, quia agitur per agens infinitum, quod est Durandi, lege Franciscum Ferrariens. quarto contra Gent.

Quæst. 75. Articu. 7. — Cap. 73.

Quinta conclusio. Hæc propositio est propria, panis transit aut conuertitur, & transubstantiatur in corpus Christi. probat hanc Sanctus Thomas, tertia parte, quia panis non remanet, nec quo ad materiam, nec quo ad formam, & non annihilatur: igitur conclusio vera. Vbi attende, quòd sunt aliquæ propositiones dubitabiles uerbi gratia, panis fuit corpus Christi, secunda panis est corpus Christi, tertia panis fit Corpus Christi, quarta, panis potest esse corpus Christi, quinta panis mutatur in corpus Christi de istis propositionibus est duplex opinio vna affirmans omnes istas esse falsas cuius opinionis sunt omnes Scotistæ, altera est Sancti Thomæ, negans has esse falsas, sed uerificari posse secundum quandam simili-

Quæst. 75. Arti. 6. — Distin. 11. Quæst. 5.

multitudinem, ita, vt nomine panis non intelligatur substantia panis, sed in uniuersali hoc quod continetur, sub speciebus panis, sub quibus prius continetur substantia panis, & postea est Corpus Christi, hoc enim modo tales propositiones sunt ueræ, scilicet de pane fit corpus Christi, & de præsenti panis est corpus Christi, & de futuro panis erit corpus Christi, & cæteræ tales: hinc deceptus est Scotus in contemplatione harum locutionum.

Sexta conclusio. Accidentia panis, & uini in hoc Sacramento Eucharistiæ, manent sine subiecto, quod est substantia probat Sanctus Thomas, tertia parte, quia si facta consecratione accidentia haberent subiectum, tunc illud aut esset substantia panis, aut corporis Christi, aut aliqua alia, sed nullum istorum dici potest: ergo, &cætera. Circa quam nota, quòd sunt tres opiniones. prima est Alexandri Alensis, qui vult accidens ipsum, quando est in subiecto, non habere aliud esse a subiecto, præstare tamen Deum accidenti nouum esse, quando a subiecto separatur, secunda est opinio Henrici dicentis Deum accidenti separato præstare quandam super naturalem virtutem, qua possit per se existere: tertia opinio est Ioannis Parisiensis, affirmantis talia accidentia esse in aere circunstantæ tanquam in subiecto rei: tamen ueritas est quam docet Sanctus Thomas, & est de fide definita in Concilio Florentino, & Tridentino, nam & si secundum communem ordinem, & cursum naturæ sit vt accidens actualiter sit in subiecto, ex speciali tamé ratione secundum ordinem gratiæ, & ex speciali priuilegio accidentia sunt sine subiecto, &cætera.

Quæst.77. Ar.1.

Sess.13. Can.2.

Septima conclusio. Prædicta accidentia possunt immutare substantialiter aliquid extrinsecum, probat Sanctus Thomas, quarto contra Gentiles, quia vbicunque manet idem, & secundum idem esse principium actionis, ibi potest esse actio ad eundem terminum, sed in Eucharistia manet idem secundum essentiam, & secundum esse principium actionis productiuæ subiectæ, quod erat prius: ergo ab illo potest procedere eadem actio ad eundem terminum. Vbi nota, hic esse duas opiniones una negans, quæ est Scoti dicentis nullo pacto, talia accidentia posse immutare substantialiter aliquid extrinsecum, sed tantum accidentaliter, vt Hostia in æstate calefacit manum, & species vini guttur, in hieme uero non frigidat, altera est opinio Sancti Thomę, affirmans, quia cum datum sit speciebus Sacramentalibus diuina uirtute, ut remaneant in suo esse, quod habebant substantia panis, & uini existente, consequens est, quòd remaneant in suo agere omnem actionem quam poterant substantia panis, & uini existente propter fundamentum positum in conclusione, &c.

Cap.65.

Distin. 11.

Octaua conclusio. Prædicta accidentia possunt corrumpi, & ex eis sic corruptis potest generari substantia, quam ita probat Sanctus Thomas, quarto contra Gentiles, ex eo, quod retinet omnem uirtutem actiuam, & passiuam substantię potest generari omne, quod poterat generari ex tali substantia, sed accidentia Eucharistiæ sunt huiusmodi: ergo. circa, quam nota tres esse opiniones. prima Durandi, dicentis talia accidentia posse corrumpere formam substantialem in materia sibi applicata, sed tamen non posse formam nouam inducere, sed Deus substantiandum meritum fidei illam producet, secunda est opinio Scoti affirmantis nullo pacto accidens, siue in subiecto existens, siue ab eo separatum posse producere substantiam cum non possit esse causa eius uniuoca nec æquiuoca: tertia est opinio nostra, & Sancti Thomæ, dicens, quod cum inmutatio, quæ tendit in formam substantialem non fiat a forma substantiali immediate, sed mediantibus qualitatibus, quæ agunt in eius uirtute, & uirtus illa instrumentalis seruetur diuino munere in speciebus Sacramenti fit, ut eędem species possint agere usque ad productionem formæ substantialis.

Cap.66.

Distin. 11 Quæst.

Distin.12. Quæst.3.

Nona conclusio. Quantitas in Eucharistia naturaliter corrumpi potest: probat Sanctus Thomas, tertia parte, experimento quodam, nam si puluerizeretur panis, uel uinum in tam minutas partes, ut iam non remaneat species panis, uel uini corrumpitur tunc quantitas: ergo &cæ. Vbi nota duas esse hic opiniones, altera Durandi, negantis talem quantitatem corrumpi, quia nec per contrarium nec per diuisionem, nec per corruptionem subiecti, sed si corrumpitur, hoc est per diuinum miraculum. altera est opinio Sancti Thomæ, affirmantis talem quantitatem naturaliter corrumpi, quia non sunt multiplicanda miracula absque necessitate, quia & si quantitas, ut quantitas sit diuisibilis in infinitum, quantitas tamen naturalis habet terminum maximum, & minimum, propterea potest diuisione corrumpi, unde potest Hostia consecrata proiici in ignem potest putrefiori, & diminui, & in puluerem reduci, hoc enim negare est negare sensum, &c.

q.77.art.4

Decima conclusio. Accidentia Eucharistiæ nutriunt. probat hanc Sanctus Thomas, tertia parte, quia sicuti possunt conuerti in cineres, & in uermes, ita etiam possunt conuerti in corpus humanum: igitur, &cætera. Vbi nota, quòd hic sunt tres opiniones. prima est Baptistæ de Parma, asserentis corpus non nutriri, sed sensus tantum reficitur odore panis; sicuti homo confortatur ex odore cibi, & inebriatur ex odore uini, secunda opinio est Ioannis Parisiensis, nolentis species Sacramentales nutrire propter formam substantialem panis, & uini, quæ remanet tertia est opinio Sancti Thomæ, dicentis, quod istæ species Sacramentales vere nutri, quamuis non sint substantiæ habent tamen virtutem substantię, &cæte.

Quæst.77. Articu.7.

DISTINCTIO XIII.

AGitur in hac distinctione, de ministro huius Sacramenti pro cuius notitia ponitur prima conclusio talis: plures sacerdotes possent vnam, & eãdem Hostiam consecrare. [Quæst. 82. Ar. 2.] probat hanc Sanctus Thomas, tertia parte, quia sacerdotes conficiunt hoc Sacramentum in persona Christi, sed multi sunt simul vnum in Christo: igitur multi sacerdotes possunt simul conficere, & sic consecrare eandem Hostiam. Vbi nota hic esse quatuor opiniones. [Distin. 13.] prima est Duran. ex diametro contraria conclusioni, asserit enim conclusionem nostram esse periculosam, & abolendam. secunda est opinio Caietani, mediam viam affirmantis de nouis sacerdotibus concelebrantibus cum Episcopo. [Distin. 13. Quæst. 1. Ar. 2.] tertia est opinio Soti, qui Sotus asserens inter sacerdotes nouiter consecrantes solus consecrar, qui primo profert verba: quarta est opinio Sancti Thomæ, quæ est antiquorum Doctorum præsertim Innocentij Tertij asserentis esse consuetudinem quarundam Ecclesiarum, quòd sacerdotes cum de nouo ordinãtur celebrant Episcopo ord nanti sicut Apostoli Christo cenanti concænauerunt, & hæc est opinio sequenda.

Secunda conclusio. Ex speciebus Sacramentalibus aliquid generatur dum corrumpuntur. probat Sanctus Thomas, ex dicto Aristotelis, quia generatio vnius est corruptio alterius, & econtra, unde si species Sacramentales corrumpuntur necessario aliquid generatur, &cætera. Vbi attende esse diuersas opiniones Theologorum [Cap. 3.] quarum prima est Innocentij Tertij, de officio Missæ volentis, quando corrumpuntur accidentia, redit ipsa substantia panis, quæ erat conuersa in corpus Christi: secunda est Ricardi dicentis, quod quando generatur aliquid ex speciebus consecratis, illud est ex materia prima, quæ redit ad ipsas species, tertia est Bonauenturæ dicentis, quòd Deus creat de nouo aliquam substantiam sub illis accidentibus, ex qua generatur aliquid: vltima est Sancti Thomæ, affirmantis quicquid posse generari ex materia panis, si adesset totum, generari etiam posse ex quantitate dimensiua panis, vel uini non quidem nouo miraculo, sed ex ui miraculi prius facti.

Tertia conclusio. Species Sacramentales vere franguntur. [Quæst. 77. Ar. 7.] probat hanc Sanctus Thomas, tertia parte, quia fractio fit per diuisionem quanti, sed nullum quantum ibi diuiditur nisi species Sacramentales, quia neque corpus Christi, quod est incorruptibile, neque substantia panis, quæ non manet: igitur species Sacramentales uere franguntur, Vbi attende, quod ex hac conclusione refutantur duo errores. primus est affirmatium non esse veram fractionem specierum, sed tantum apparentem, ita, ut sensus decipiantur: secundus est eorum, qui volebant veram, quidem esse fractionem, nõ tantum esse aliquod subiectum fractionis, hi enim sunt maximi errores, quia est ibi vera fractio significans mortem Christi in qua anima fuit a corpore separata, &cæt.

Quarta conclusio. Quando miraculose apparet caro, vel puer, in hoc Sacramento, stante quantitate panis, & vini substantiæ conuersæ in corpus Christi, manet ibi corpus Christi Sacramentaliter. probat Sanctus Thomas, tertia parte, quia adoratur adoratione latriæ, sicut prius: ergo, &cætera. [Quæst. 76. Ar. 8.] Vbi nota, quod sunt tres opiniones vna Alexandri de Ales tenentis. quòd quando fit talis apparitio non est ibi Christus Sacramentaliter, sed sub modo naturali: [3. p. q. 53.] secunda est opinio Ocham, volentis in apparitione, quæ fit per mutationem circa species in Eucharistia non existere Christum neque sub modo naturali neque Sacramentaliter: tertia est Sancti Thomæ, asserentis, quod quando mutatio est in speciebus circa colorem tantum, & non circa quantitatem, & alia panis accidentia, Christus ibi Sacramentaliter continetur, præsertim si talis apparitio esset per modum transeuntis, ita quòd subito rediret Hostia ad suam pristinam formam, vt apparuit Gregorio, & Paschasio, lege de hac re Franciscum de Victoria, in relectione de Eucharistia.

Quinta conclusio. Quando fit talis apparitio sacerdos tenetur tunc aliam Hostiam consecrare, & sumere. probat hanc Sanctus Thomas, [Quæst. 77.] quia per hanc apparitionem sacerdos ab obligatione recipiendi Eucharistiam sub vtraque specie non liberatur, &cætera. Vbi nota, hic esse tres opiniones, quarum prima dicit, sufficit tunc spiritualem sumptionem: secunda opinio affirmat; quod si Hostia apparebit sanguinea, uel carnea, quia talis apparitio est tantum ex parte nostri, debeat ipsam sumere. tertia opinio est Sancti Thomæ, expressa in conclusione, quæ habetur de consecratione, ideo sequendo illicitum est nobis vesci humanis carnibus, esset tamen illa Hostia adoranda sicut antea. [Distin. 2. cap. relatũ.]

Sexta conclusio. Sacerdos non curatus, tenetur sub peccato mortali, celbrare in præcipuis festis. probat hanc Sanctus Thomas, quia in his festis consueuerunt communicare fideles laici: ergo a fortiori sacerdotes tenentur ad celebrandum. [Quæst. 82. Ar. 10.] Vbi nota, quòd hic sunt tres opiniones. prima est Alexandri tenentis, quòd sacerdos potest omnino a consecratione licite abstinere, nisi teneatur ex cura sibi commissa celebrare populo, & Sacramenta præbere, secunda est opinio Caietani, asserentis non esse peccatum ex genere dummodo ex hoc scandalum non oriatur, hæc enim negligentia non opponitur charitati, sed tantum eius feruori, propterea, si est peccatum illud erit veniale: tertia est opinio Sancti Thomæ, uolentis esse mortale, si non celebrat in die Natiuitatis, Paschatis, & Pentecostes, & hanc sequitur Durandus, [Distin. 13.] Palud. Ricardus, Syluester, & Sotus nam frustra esset character sacerdotalis, vide ipsum Sotum.

Septima conclusio. Hęretici, Scismatici uere consecrare possunt. probat Sanctus Thomas, [Quęst. 82. Ar 3.] tertia

tertia parte, quia in eis manet ordinatio integra, & character sacerdotalis in quo fundatur potestas consecrandi: igitur, &cætera. Vbi nota hic esse duas opiniones, altera fuit Magistri in præsenti libro, dicentis hæreticos scismaticos, & degradatos non consecrare, & deceptus fuit Magister ex verbis Cypriani, qui sine dubio fuit etiam illius sententiæ, quòd hæreticus nec poterat baptizare, nec Sacramenta conficere: secunda opinio est Diui Thomæ, quam sequitur tota cohors Theologorum nemine excepto, quia quis postquam est semel ordinatus semper potest consecrare ueram Eucharistiam, licet talis est hæreticus, & scismaticus tamen fructum eius non percipiat, quia non rectè facit, & propterea peccat faciens.

Quæst. 80. Ar. 6.

Octaua conclusio. Hostia non consecrata nullo modo debet dari loco Hostiæ consecratæ. probat Sanctus Tho. quia sacerdos hoc faciens quantum in se est facit idolatrare. ergo Hostia non consecrata dari non debet pro consecrata. Sed animaduerte hic duas esse sententias, altera D. Bonauenturæ, quem sequutus est Andrianus, & Ioseph Angles Valentinus in suis Floribus Theologicarum quæstionum, quòd in graui euentu, ubi grande periculum peccatori a communione abstinenti pe riculum immineret, præponenda est Hostia consecrata adoranda, & a tergo post illam non consecrata apponi debet ita, vt nec uideatur, nec adoretur, atque hoc ex consilio, & scientia peccatoris ne adoret Hostiam non consecratam, & ut peccatum & periculum euitet. secunda est sententia Sancti Thomæ, in conclusione posita dicentis nullo modo hoc esse faciendum, quia alias circunstantes eam adorabunt, & sic idolatrabunt, & Augustinus ait nemo carnem Christi manducet, nisi prius adoret, & extra de celebratione Missæ, habetur, licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignū, peccet grauiter si se ingerat, grauius tamen uidetur, offendere, qui fraudulenter illud præsumpserit simulare, &c.

Distin. 9. Quol. 9. Cap. de homine.

Quæst. 8. Ar. 6.

Nona conclusio. Sacerdos non potest peccatori occulto Sacram communionem negare. probat hanc Sanctus Thomas, quia quilibet christianus ex hoc ipso, quod est baptizatus admissus est ad cœnam dominicam: igitur non potest ab eo tolli nisi pro aliqua causa manifesta: ergo, &cætera. Vbi nota, quòd est hic duplex opinio, prima Duran. dicentis, quod conclusio est uera de sacerdote, qui est suis curatus, & hoc tempore Paschatis, & in mortis articulo, sed non de sacerdote, qui non est suis curatus, talis enim poterit etiam publice negare dicens, ego non sum tuus curatus, & ideo non teneor tibi sacram communionem dare: secunda opinio est Sancti Thomæ, quod publico peccatori concubinario, vsurario, meretrici, non est danda Eucharistia, & ille dicitur peccator publicus, qui damnatur a iudice per euidentiam facti, & si est publicus peccator in uno loco, & accedit ad locum distantem, in quo reputatur bonus, non est ei neganda, si autem peccator est occultus, & publico petit, non debet ei dari, si autem peccator est occultus, & publice petit, sacerdos tenetur ei dare sic Christus fecit cum Iuda, & sic intelligenda venit conclusio Diui Thomæ, de qua lege Franc. de Victoria, in sumula de Sacramentis.

Distin. 9.

3. p. q. 80. Ar. 11. Cap. 6.

Decima conclusio. Omnes fideles de iure diuino obligantur ad sumendam Eucharistiam: probat Sanctus Thomas, ex verbis Saluatoris apud Lucam, & Ioannem, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in uobis. Circa quam nota hic est triplex opinio. prima negans, quia sufficit manducatio spiritualis, unde non uidetur necessaria sacramentalis, secunda opinio ait, quod est necessaria etiam Sacramentalis, sed hoc non est ex præcepto diuino, sed Ecclesiæ: opinio Sancti Thomæ, est quòd sit ex diuino præcepto Ecclesię, postmodum determinauit tempus exequendi hoc præceptum singulis annis in die Paschatis, ut patet Canon. omnis vtriusque sexus. potest adimpleri hoc a Dominica in ramis Palmarum, usque ad Dominicam in albis, ut habetur in extrauagan. Eugenij Quarti, quam citat Cai. in sumula verbo communio &c.

DISTINCTIO XIIII.

De Pœnitentia.

Quæst. 84. Ar. 1. Cap. 18. Sess. 14

Agitur hic de Sacramento pęnitentię, de quo ponitur prima conclusio: pænitentia est Sacramentum: hanc probat Sanctus Thomas, in tertia parte, quia Sacramentum est signum sensibile a Deo institutum pro aliquo sacro, sed pœnitentia est huiusmodi, quia est instituta à Deo in remissione peccatorum, vt habetur apud Matthæ. igitur &cætera. Vbi nota, quòd hæc est conclusio de fide, vt patet extra de hæreticis, capitulo ad abolendam, & in Concilio Florentino, sub Eugenio Quarto, & in Concilio Tridentino, in quo habetur, si quis dixerit in catholica Ecclesia pœnitentiam non esse vere, & proprie sacramentum pro fidelibus quoties post baptismum in peccata labuntur ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum anathema sit: concurrunt enim in hoc peccator pœnitens, quia per ea quæ facit, & dicit ostendit cor suum à peccato recessisse, similiter etiam sacerdos, per ea quæ agit, & dicit circa pęnitentem significat opus remittentis peccata &c.

Distin. 16. Quæst. 1. Articu. 1. Dis. 14. q. 4. Dis. 17. q. 1.

Secunda conclusio. Hoc Sacramentum proprie nominatur, sacramentum penitentiæ: probat hanc Sanctus Thomas, in præsenti libro, quia principalis finis huius sacramenti est per pœnam punire peccatum, & peccantem ad satisfaciendum Deo, & ad abolendam eius offensam: igitur &cætera. Vbi nota varias esse sententias Theologorum, prima est Scoti dicentis hoc sacramentum debere dici Sacramentum absolutionis, quia eius essentia consistit in absolutione cum debita forma verborum, & debita intentione probata à sacerdote habente iurisdictionem: huius etiam sententiæ est Gabriel, Ioannes maior, Occham, & quam plures alij: secunda est Duran. dicentis, hoc sacramentum non debere dici pęnitentiæ, sed confessionis, & absolutionis, quia in his consistit eius essentia: tertia est sententia Francisci Coloniensis in suo tractatu de pœnitentia, vbi

vult tale ſacramentum dici actus exterior ſacerdotis, quia in eo proprie conſiſtit natura eius, quarta eſt ſententia D. Tho. explicata in concluſione, quam ſequitur Palud. hic Altiſiodorenſis, Albertus, Riccardus, & cæteri omnes affirmantes eſſentiam huius ſacramenti amplecti quatuor nempe confeſsionem, abſolutionem, ſatisfactionem materiam, & formam &c.

Tertia concl. Propria materia huius ſacramenti
q. 84. art. 2. ſunt peccata: probat hanc S. Tho. 3. par. quia ſicut ſe habet morbus ad Medicinã, ita peccata ad hoc ſacramentum pęnitentiæ, ſed morbus eſt materia medicinæ: ergo &c. Vbi nota hic eſſe duas opiniones, prima eſt Aureoli dicentis materiam huius ſacramenti eſſe pœnam, & non peccatum, quia hoc ſacramẽtum ſpectat ad iuſtitiam punitiuam, ſecunda eſt opinio S. Tho. prout in cõcluſione, quòd materia proxima ſunt actus pęnitentis, remota autem ſunt peccata non acceptãda ſed remouenda, & de-
Seſſ. 14. teſtanda, & hoc habetur in Concilio Florentino, & Tridentino, vbi dicitur ſi quis dixerit ad integram & perfectam peccatorum remiſsionem non requiri tres actus pœnitentiæ, quaſi materiam ſacramenti pęnitentiæ videlicet contritionem, ſatisfactionem confeſsionẽ &c. anathema ſit: ex quo ſequitur falſiſsimum eſſe quod quidam fingunt, quòd beata Virgo confitebatur beato Ioanni Euangeliſtæ, nam ſi nullum prorſus habebat peccatum, quid confitebatur?

Quarta concluſio. Conueniens forma huius ſa-
q. 84. art. 3. cramenti eſt iſta, ego te abſoluo: probat hãc S. Th. quia hoc ſacramentum conſiſtit in remotione cuiuſdam materiæ, ſ. peccati, ſed talis remotio ſignificatur à ſacerdote cum dicitur, ego te abſoluo: igitur &c. Vbi nota circa hanc concluſionem eſſe tres opiniones, quarum prima eſt Magiſtri hic, & quorundam aliorum affirmantium licere vti hac forma, ego te abſoluo nihilominus tamẽ ſacerdotem non abſoluere, ſed tantum oſtendere pœnitentem abſolutum, quæ ſententia eſt condemnata in Con-
Seſſ. 14. cilio Tridentino, ſecunda eſt opinio Orientalium præſertim Iacobitarum volẽtium formam eſſe deprecatiuam vt abſoluat te Deus. tertia eſt opinio
Cap. 6. Abulenſis in prima parte ſui defenſotij aſſerentis debere eſſe hãc formam, ego remitto tibi peccata, nihilominus concluſio noſtra eſt de fide determi-
Seſſ. 14. nata in Concilio Florentino, & expreſsius in Concilio Tridentino, & licet præmittãtur alia verba illa ſunt de congruitate non de neceſsitate &c.

Quinta concl. Pęnitẽtia eſt virtus ſpecialis nem-
Quæſt. 85. pe iuſtitia vindicatiua: probat hanc S. Tho. 3. par. pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta ſemper puniẽs in ſe quod dolet commiſiſſe, ſed vindictam facere pertinet ad iuſtitiam: igitur &c. Vbi nota
Diſtin. 14. hic eſſe quatuor opiniones, quarũ prima eſt Scoti affirmantis pęnitentiam pro nolitione peccatorũ eſſe generalem virtutem, quia peccator deteſtatur peccata propter amorem virtutum quibus peccata opponuntur, ſecũda eſt opinio Alex. de Ales quem ſequitur D. Bonauent. hic enim voluit pęnitẽtiam eſſe virtutem ſpecialem quę eſt prudẽtia, tertia eſt opinio Abulenſis qui affirmat pęnitentiam ſpectare ad religionem, quia pęnitens intendit reconciliare ſe Deo offenſo per recognitionem peccati, & ſubmiſsionem ſui iuxta illud, dixi cõfitebor aduer-
A ſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. quarta eſt opinio S. Tho. expreſſa in concluſione, & ſequenda, quòd pęnitentia eſt iuſtitia vindicatiua claudens in ſe iuſtitiam commutatiuã ſicut ſpes claudit in ſe genus, & hoc loquendo de actu ſecundario, qui eſt ſolutio pœnæ. lege Sotum hic.

Sexta concl. Pœnitentia vt dicit habitum eſt vir-
tus infuſa à Deo: probat hanc S. Tho. 3. par. quia il- q. 85. art. 5.
la virtus quæ ex ſuo genere ordinatur ad ſtatũ vitæ æternæ eſt infuſa à Deo, ſed pęnitẽtia eſt huiuſmodi: igitur &c. Circa quã nota hic eſſe tres opinio-
nes quarum prima eſt Scoti volentis pœnitentiam Diſt. 14. q. 3.
B eſſe virtutem acquiſitam, quia voluntas ex frequentatis actibus pœnitendi poteſt generare habitum inclinantem ad ſimiles actus, & ille erit vere virtus, ſecunda eſt opinio Duran. affirmãtis abſolute nullam eſſe virtutem infuſam præter theologicas, & quia pœnitentia non eſt virtus theologica, propterea ipſa non eſt dicenda infuſa &c. tertia eſt opinio S. Tho. dupliciter conſiderantis pœnitentiam vno modo quo ad habitum, & ſic immediate infunditur à Deo ſine nobis principaliter operãtibus non tamen ſine nobis diſpoſitiue cooperantibus per aliquos actus alio modo quo ad actus quib. Deo operanti in pęnitentia cooperamur, & ſic ponit ſex
C actus de quibus, vide ipſum vbi ſupra.

Septima concl. Pęnitentia eſt ſecũda tabula poſt
naufragium: probat hãc S. Tho. 3. par. ex ſententia q. 84. art. 6.
Beati Hieronymi. Vbi nota, quòd ex hac definitione facile patere poteſt quàm grauiter errauit Lutherus pœnitentiam definiens, ſic enim ea definiuit optima pœnitentia eſt noua vita: hic etenim latet ſub melle venenum, quoniam his verbis tertiam adimit pœnitẽtiæ partem nempe ſatisfactionem, propterea fugiẽda eſt hæc definitio, & amplectenda eſt noſtra, quæ metaphorice intelligitur, quia primum remedium mare tranſeuntibus eſt vt conſeruentur in naui integra, ſecundum autem reme-
D dium eſt poſt nauem fractam vt quis tabulæ adhæreat, ita etiam primum remedium in mari huius vitæ eſt, quòd homo integritatem ſeruet, ſecundum autem remedium eſt ſi per peccatum integritatem perdiderit quod per pęnitẽtiam redeat: propterea etiam definiri ſolet ita, pœnitentia eſt virtus qua commiſſa mala cum emẽdationis propoſito plangimus, & odimus, & plangenda vlterius committere nolumus, vel vt ait B. Ambr. vera pęnitentia eſt ceſſare à peccato cum eius diſplicentia, de qua re vide D. Tho. 3. par. vbi ſupra.

Octaua concl. Sacramentum pœnitentiæ quandoque tollit culpam, & totum reatum, quandoque
E vero tollit culpam remanẽte aliquo reatu: probat
S. Tho. 3. par. quia per ſacramentum pęnitentiæ tũc q. 86. art. 4.
ſolũ tollitur totaliter reatus, quando pęnitens perfecte recompenſat amicitiam, & iuſtitiã, circa Deũ, hæc duplex recompenſatio, quandoque concurrit in pęnitente, quãdoque vero concurrit prima ſine ſecunda: igitur concluſio vera. Vbi nota, quòd hic
eſt triplex opinio prima eſt Scoti volẽtis, quòd ceſ- Diſt. 4. q. 1.
ſante actu peccati nõ manet aliquis reatus, vel obligatio, quæ ſit aliquid relatiuũ, vel abſolutum, quia nulla relatio realis manet in anima ceſſante actu peccati, ſed eſt tãtum quædam relatio rationis inquantum eſt obiectũ intellectus, vel volũtatis Dei,

secunda

secunda est opinio Riccardi affirmantis, quòd ho
mo transacto actu peccati peccator adhuc deno-
minatur ab iniustitia actuali quam peccando com
misit: tertia est Sancti Thomæ ponentis in eo qui
peccat triplicem defectum nẽpe operationis, quæ
est priuata debita rectitudine gratiæ, qua anima ip
sa est priuata, & transgressionis ordinis diuinæ iu-
stitiæ, quia peccando abstulit à Deo honorẽ prout
plus amauit creaturam, quàm creatorem: & hanc
est, quòd Deus aliquando remittit culpam, & om-
nem obligationem ad pœnam &c. de qua re lege
Distin.42. S.Tho. 2.lib.sent.

Nona concl. Per pęnitẽtiam omnes virtutes re-
q.89. art.1. stituuntur: probat hanc S.Tho. 3.par. quia per pœ-
nitentiam infunditur gratia: sed ex gratia proce-
dunt omnes virtutes gratuitę sicuti ex essentia ani-
mæ fluunt omnes potentiæ: igitur conclusio vera.
Vbi nota hanc conclusionem fundari in sacris lit-
Cap.15. teris, vt scribitur apud Lucam de filio prodigo, cu-
ius pater mandauit, vt filius pęnitens indueretur
stola prima, quæ secundum Ambr. est amictus sa-
pientiæ, quam simul consequuntur omnes virtutes
Cap.8. secundum illud Sap. sobrietatem, & iustitiam do-
cet prudentiam, & virtutem quibus vtilius nihil est
in vita hominibus: ex quibus patet quomodo per
pœnitentiam omnes virtutes restituuntur, & est ser
mo de virtutibus infusis, quia acquisitæ non gene-
rantur nisi ex similibus actibus, & de pœnitentia
quæ est sacramentum, vel interna conuersio virtu-
tis pęnitentiæ, namque vniuersaliter, vbicunque in-
funditur gratia infundũtur virtutes quæ sunt pos-
sibiles restitui, quia virginitas simpliciter restitui
non potest sicut, & innocentia, &c.

Decima conclusio. Pœnitens quandoque resur-
git in maiori gratia, quàm prius habebat, quando-
que in æquali quandoque etiam in minori: hanc
q.89. art.2. probat S.Tho. 3. par. quia contritio proportiona-
tur gratiæ. sed pœnitens contingit habere maiorẽ
vel minorẽ contritionem: ergo &c. Vbi nota esse
Quæst. 23. quatuor opiniones, prima quidẽ fuit Henrici Gan
densis Quolib. 5. affirmans omnes resurgentes in
Distin.22. æquali gratia resurgere. secunda est opinio Scoti
2.lib.sent. dicentis, quòd omnis resurgens à pecca-
to resurgit ad maiorem gloriam quam fuerãt illa
ad quàm antequàm deliquerat erat ordinatus, ter-
Distin. 14. tia est opinio Ocham Gabrielis, & Almain, & Ma-
ioris, & omnium fere nominalium qui vno animi
consensu dicunt, quòd homo semper resurgit ad
maiorem gratiam & gloriã, quarta est opinio San-
cti Tho. asserentis gratiam, & virtutes pręteritas re-
stitui secundum quãtitatem, & proportionem con
tritionis, qua homo resurget, & hæc est opinio do
ctorum antiquissima, vt Alensis 4.par. summæ suæ
Quæst.55. Alberti Bonauen. Dur. hic: de qua re lege Domini-
Distin. 14 cum de Soto in hoc lib. distin. 16. q. 2.

DISTINCTIO XV.

AGitur in hac distinctione præsenti de pœni-
tentia quo ad sui integritatem pro cuius no
titia ponitur talis conclusio: sacramentum
pœnitentiæ necessario habet partes: hanc probat
q.90. art.1. S.Tho. 3.par. quia partes sunt ex quibus perfectio
alicuius integratur, sed perfectio pęnitentiæ inte-
gratur ex pluribus. s. contritione, confessione, & sa

A tisfactione: ergo pęnitẽtia habet partes. Vbi nota,
quod hæc cõclusio est de fide definita in Concilio
Florentino, & Tridentino, & hoc contra quintum Sess.14
articulum Lutheri cõdemnatum à Leone decimo,
aiebat enim ipse Lutherus, quòd hæc conclusio de
partibus pęnitentiæ non habet fundamẽtum, neq;
in sacra scriptura, neq; in sacris doctoribus, de qua
re vide Dom. de Soto in hoc lib. Distin. 17.

Secunda concl. Pœnitentia debet esse continua:
probat hanc S.Thom. quia homo pęnitens semper Quæst.84.
debet sibi displicere peccata præterita: igitur con
clusio vera. Circa quam nota, quòd pęnitentia est
duplex interior, & exterior, & vtraque dupliciter
B consideratur, vno modo secundum habitum, alio
modo secundum actum, primo modo intelligitur
conclusio, quòd homo cõtinue pęniteat, ita quòd
nunquàm aliquid contrariũ pęnitentiæ faciat per
hoc quòd habitualis dispositio pęnitentis tollatur
& gerere in proposito suo quòd semper sibi præte-
rita peccata displiceant, secũdum actum autem est
impossibile, quòd homo continue pęniteat, quia
necesse est quòd actus pęnitentis siue interior, siue
exterior interpolletur ad minus somno, & alijs, q̃
ad necessitatem corporis pertinent, & hæc conclu-
sio est D.August. lib. de pęnitentia vbi ait dolor in Cap.3.
pœnitentia continue custodiatur. s. habitualiter, le
C ge D.Tho. 3.par, q.84. art. 8.

Tertia cõcl. Pęnitentia est pluries iterabilis: hãc
probat S.Tho. 3.par. quia misericordia Dei per pœ q.84. ar. 10.
nitentiam præbet veniam peccantibus absque vllo
termino: ergo &c. Circa quam nota, quòd fuerunt
duæ hæreses, quarum prima fuit nouatianorũ, qui
post baptismum lapsis omnino regressum per pœ-
nitentiam occludebant, primus qui hanc hæresim
ab inferis vocauit fuit montanus à quo eam post
modũ nouatus presbyter hæreditauit, deinde ca-
thari, tamen hæc hæresis fuit primo condemnata
in Concilio Romano 60. Episcoporum, & Cõcilio Cap.8.
Nicæno, & Lateranensi, & postmodum in Cõcilio
D Florentino: secunda hæresis, fuit quorundam alio-
rum dicentium, pœnitentiam esse vtilem non tamẽ
pluries, sed semel tantum hic, hos recitat Augu. lib. Cap.18.
de pœnitentia: conclusio tamen est de fide tenenda
cum habeatur ex verbis Christi apud Matthæum
Petro loquentis, vt dimittat fratri suo non tantum
septies, sed septuagies septies &c.

Quarta concl. Pœnitentia ponitur in voluntate,
tanquàm in subiecto: hanc probat S.Thom. 3.par. q.85. art.3.
quia pœnitentia est sacrificium quoddam iuxta il-
lud, sacrificium Deo spiritus contribulatus, sed of-
ferre sacrificium est actus voluntatis, vt habetur in
Psal. voluntarie sacrificabo tibi: igitur pęnitentia
E est in voluntate subiectiue. Circa quam nota, quòd
de pœnitentia dupliciter possumus loqui vno mo-
do vt est quædam passio, & sic cũ sit species tristi-
tiæ erit in concupiscibili sicut in subiecto, alio mo-
do, prout est virtus, & sic est species iustitiæ, ipsa
enim iustitia habet pro subiecto appetitum ratio-
nis, qui est voluntas: hinc ergo pęnitentia prout est
virtus dicitur esse in volũtate subiectiue cum pro-
prius effectus eius sit propositum emẽdandi Deo,
quod contra eum commissum est, & hoc est, quòd
aliqui dicunt, quòd si pęnitentia sumatur pro no-
litione, & detestatione peccatorũ existit in volũta-
te, q͠a nolitio peccati est actus solius voluntatis &c.

Quinta

Quinta cōcl. Impossibile est aliquod peccatum remitti sine pœnitentia: probat S.Tho. 3.par. (q.86. art.2.) quia peccatum non potest alicui dimitti, nisi voluntas hominis conuertatur ad Deum cum detestatione illius peccati, sed talis detestatio est pœnitētiæ: igitur &c. Circa quā nota, quòd sunt duæ opiniones, (Dist.14.) prima est Scoti quem sequutus est Riccard. tenent enim isti, quòd per Dei potentiam peccatum possit remitti absq; pœnitentia: secunda est opinio Sancti Tho. volentis neminem rationem vtentem posse consequi remissionem peccatorum, quorum recordatur, nisi actuale odium, & peccatorum detestationē habeat, quia ad remissinem peccati duo motus liberi arbitrij requiruntur, primus in Deum illum amando, secundus in peccatum illud detestando, vt sancitum est in Concilio Tridentino (Sess.6. Cap.14 de pœnit.) contra Martinum Lutherum dicentem sufficere solam inchoationem nouæ vitæ &c. vide Franciscū de Vict.

Sexta concl. Homo non potest perfectè satisfacere Deo, nisi in virtute meriti Christi: probat hanc S.Th. 3.par. (q.1.art.2.) quia ad perfectam satisfactionem pro peccato requiritur ad æquatio satisfactionis ad offensam, sed talem, & tantam nō potest purus homo exhibere nisi coniuncto merito passionis Christi: igitur &c. Vbi nota hic esse tres opiniones, prima (Dis.15.q.1.) est Scoti probantis, quòd possibile sit de potentia Dei absoluta Deum accipere aliquem actum pœnitentis, tanquam satisfactionem iustā pro peccato non coniuncto merito passionis Christi: secunda (Distin.15.) est opinio Dur. asserentis, quòd & si homo ex se nō possit satisfacere reddēdo æquiualēs, nec ipse etiā Christus secundum, ꝙ homo potuit Deo reddere pro seipso æquiualens beneficijs acceptis: tertia est opinio S.Tho. declarātis satisfactionem esse duplicem alterā perfectam, quia est cōdigna per quādam adæquationem ad recompensationem culpæ commissæ, & sic satisfactio puri hominis sufficiens esse non potest pro peccato, alia est satisfactio hominis imperfecta, scilicet secūdum acceptationem eius, qui in ea est contentus, quamuis non sit condigna, & sic satisfactio puri hominis pōt dici sufficiens innixa satisfactioni Christi, quæ est perfectissima, quia imperfectum supponit perfectum, vide (q.1.art.2.) de hac re Cardinalem Caietanum, & Bartholomeū à Medina 3.par.

Septima concl. Nullus potest satisfacere Deo de vno peccato non satisfacēdo ei de alio, sed illud retinendo: (Dis.15.ar.3) probat hāc S.Tho. in præsenti libro, quia nullum opus insufficiēs ad restitutionem amicitiæ est Deo satisfactorium, sed omne opus factum cū retētione peccati mortalis ex affectu est huiusmodi: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd S.Bonauentura narrat antiquam fuisse opinionem quorundam Magistrorum dicentium satisfactionem fieri posse peccatore existente in vno, & pro alio quærere misericordiam, quia immensa Dei benignitas acceptat satisfactionem quātumlibet modicam. (Distin.15.) Scotus vero ait, quòd loquendo de satisfactione quantum ad actum interiorem, qui est contritio potest homo satisfacere, & dolere actualiter de vno peccato non habendo contritionem aut satisfactionem de alijs, quemadmodum potest cogitare de vno non de alijs. Petrus de Tarantasia, ait quòd loquendo de satisfactione quantum ad actū exteriorem temporalemq; pœnam homo potest satisfacere de vno peccato non de alijs implendo pœnam debitam vni peccato nō alijs, dummodo pro alijs satisfacere proponat tēpore opportuno: huic etiam doctrinæ adhæret Riccardus, Thomas de Argentina sequitur opinionem S.Tho. quia nullus carens gratia, & charitate potest Deo satisfacere, sed qui vult pro vno peccato satisfacere, & non pro alio caret gratia, & charitate; igitur &c. lege de hac re Dionys. Carthus.

Octaua concl. Potest homo satisfacere Deo per opera aliàs debita: elicitur hæc ex S.Tho. 3.par. & (q.99. art.5.) ratio est, quia Ecclesia instituit ieiunium quadragesimale, & alia vt pro peccatis satisfaciamus: ergo cōclusio vera. Circa quam nota, quòd hic sunt duæ opiniones extremæ, prima est Scoti quem sequuti (Distin. 15.) sunt Pal. Gabriel Syluester verbo satisfactio 5. octauo, quos etiam sequitur Ioannes maior, & Almaynus, qui vno animi consensu volunt neminem posse satisfacere per opera aliàs debita, & præcepta, vnde qui dat pauperi existenti in extrema necessitate omnia bona sua nō satisfecit, quia vnico precio nō possumus satisfacere duobus debitis. alia est opinio extrema in conclusione posita quam sequitur Duran. Caiet. in tractatu de satisfactione & Frāciscus de Victoria (Dis.15. q.1.) in summula de sacramentis, sic etiam, & Andrianus in quæst. quam de hoc facit, quòd absolute loquendo possumus satisfacere per opera aliàs debita, & dicere contrariū est erroneū, quia Ecclesia instituit ieiunium quadragesimale, & alia vt pro peccatis satisfaciamus, hinc reprehendendus venit Ioseph Angles, Valentinus Minorita in q. de satisfactione vbi ait, quòd si ieiunium fuerit aliquādo impositum alicui pro pœnitentia, hoc non debet esse quadragesimale, hoc dicere est negare tale ieiunium esse satisfactorium, sed tantum adimpletiuum præcepti, lege de hoc Franciscum de Victoria.

Nona conclu. Nullus post remissionem peccati mortalis sibi factam per contritionem, de nouo mortaliter peccans potest in statu illo satisfacere pro peccatis prius sibi dimissis: probat hanc S.Th. (Dis.15.q.2.) in præsenti libro, quia nullum opus Deo non acceptum est satisfactorium, sed omne opus extra charitatem factum est Deo non acceptum: igitur non poterit esse satisfactorium. Circa quā nota, quòd sunt duæ opiniones, quarum prima est affirmans, quòd post quam omnia peccata per pœnitentiam, & contritionem remissa sunt, si aliquis ante satisfactionem per actam in peccatum decidat, & in peccato existens satisfaciat, quòd satisfacio ei valeat, ita quòd si in peccato illo moreretur in inferno de peccatis illis non puniretur: secūda opinio est contraria, quòd cum habeatur in Prouerbijs, (Cap.10.) vniuersa delicta operit charitas, sed satisfactionis virtus est delere delicta, ergo sine charitate non habet suam virtutem, & cum videamus, quòd præcipuum opus in satisfaciēdo est eleemosyna, sed eleemosyna extra charitatem facta non valet, vt scribitur 1.cor. (Cap.13.) si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autē non habeam nihil sum &c. igitur nec satisfactio aliqua valet, & hæc est opinio sequenda, vt patet in conclusione, de qua lege Vegam in tractatu de satisfactione.

Decima cōcl. Opera extra charitatem facta sicut nō sunt satisfactoria, ita nec alicuius præmij etiam tem-

temporalis: hanc probat S.Tho. in præsenti distin. A rétiæ: igitur cõclusio vera. Circa quam nota, quòd

Art.3.q.4. quia ex nullo opere dicitur aliquis proprie mereri aliquod bonum per quod non acquirit debitum proprie dictum ex parte sibi aliquid bonum recipiedi, sed omnia opera hominis extra charitatem facta sunt huiusmodi in respectu ad Deum: ergo per talia nihil meretur apud Deum merito proprie dicto. Circa quam nota duas esse opiniones altera affirmās, quòd homo in peccato existens meretur per opera bona moralia triplex bonum. s. cõsequutionem temporalium, dispositionem ad gratiam, & assuetudinem bonorum operum, quia sicuti exi stens in statu gratiæ meretur ea, quæ spectant ad illum statum, ita existēs in statu naturæ meretur bo- B na quæ sunt ad conseruationem naturæ, altera opinio est, quæ negat esse meritum, nec de condigno, nec de congruo, & licet is qui est in puris naturalibus constitutus, bene crēdo illis naturalibus videatur dignus, vt conseruetur in illis, tamen ille, qui est in peccato mortali non est dignus pane, quo vescitur, & vita qua viuit, vt ait August. 25. de Ciui. Dei,

Cap.13. & hæc est veritas sectanda in conclusione præposita, de qua lege Carthusianum hic &c.

DISTINCTIO XVI.

Postquam Magister determinauit de penitentia generaliter, in præsenti distinctione distinguit ipsam penitentiam in partes suas dicens in perfectione penitentiæ tria obseruanda sunt. s. compunctio cordis, confessio oris, & satisfactio operis, pro cuius notitia ponitur prima conclusio talis: partes penitentiæ sunt illæ tres prænominatæ, scilicet cõtritio, confessio, & satisfactio: hanc pro-

q.90. art.2. bat S.Tho. 3. par. quia tot, & non plures sunt partes pœnitentiæ quot sunt actus penitentis requisiti ad recompensationem Deo fiendam, sed ad talem recompensationem requiruntur isti tres actus penitentis, & non plures, nec alij. s. contritio, confessio, satisfactio: ergo tot, & tales, & non plures, nec alij D sunt partes penitentiæ &c. Circa quam nota, esse

D.l.16. q.1. duas opiniones, quarum prima est Dur. affirmantis pœnitentiam, prout ipsa est sacramentum non habere partes, patet primo de cõtritione, quæ præexigitur ad pœnitentiam, & sic non est intrinseca pars eius, satisfactio quoque si deficit adhuc sacramentum penitentiæ est integrum, & sic concludit Duran. penitētiam non habere partes: secunda:

q.90. art.1. est opinio S.Tho. dicentis, quòd pœnitentia, prout est virtus non habet partes, quia actus humani, qui multiplicantur in penitentia non comparantur ad habitum virtutis sicut partes, sed sicut effectus, ideo circa pœnitentis habet partes, vt est sacramentum E quia sic ad eum humani actus comparantur, vt materia, in alijs autem sacramentis humani actus non sunt materia, sed aliqua res exterior vna siue simplex, vt aqua, vel oleum, siue composita, vt chrisma, & ideo in alijs sacramentis non assignantur partes, sicut in hoc.

q.90. art.3. Secunda conclusio. Prædictæ partes sunt, & dicuntur partes integrales penitentiæ, est S.Tho. 3. par. cuius rō est, quia illæ partes de quibus simul sumptis totum prædicatur in singulari numero, & non in plurali sunt integrales, sed contritio, confessio, & satisfactio sunt huiusmodi partes respectu peni-

sunt tres opiniones antiquæ, vt recitat S.Th. Aliqui enim dicebant has. s. contritionem, confessionem, & satisfactionem esse partes subiectiuas penitētiæ, & decepti sunt, quia pars subiectiua cõtinet totam perfectionem generis, vt species, sed nulla harum partium continet totum sacramentum penitentiæ: ergo &c. secunda opinio erat aliorum dicentium esse partes potentiales, & hi etiam allucinati sunt, quia pars potentialis est illa per quam totum operatur, vt intellectus memoria voluntas, &c. sed per nullam istarum partium solam tanquam per potentialem partem, penitentiæ sacramentum operatur: ergo &c. Tertia est opinio S.Tho. posita in conclusione, quæ est rei veritas, ideo sequenda &c. Vbi supra

Tertiā conclu. Contritio est detestatio peccatorum, quæ est in voluntate: probat hanc S.Thom. in præsenti lib. quia peccatum initium est peccatum in quātum est voluntarium: igitur destructio peccati etiam voluntaria esse debet, & sic conclusio vera. Vbi nota diuersas esse opiniones doctorum. Aliqui enim dicunt cõtritionem esse actualem nolitionem peccatorum non absolutā, sed per conditionē, vt nollem si fieri posset peccasse. Aliqui vero dicunt contritionem, esse dolorem voluntarium semper pro peccato punientem quod commissum C est. Alij volūt contritionem esse compunctionem, & humilitatem mentis cum lacrimis venientem de recordatione peccati, & timore iudicij. Aug. ait quod contritio est dolor remittens peccatum: Greg. asserit, quòd cõtritio est humilitas spiritus annihilans peccatum inter spem, & timorem: Magistralis definitio est hæc, contritio est detestatio peccati quatenus offensa Dei est cum emendandi vitam consi tendique, & satisfaciendi spe veniæ diuinitus obtinendæ, hæc magis declarat conclusionē præpositā. Dil.17.q.2. articu.1. Psal.73.

Quarta concl. Contritio est vera virtus: elicitur ex S.Th. vbi supra, & ratio est, quia contritio oritur ex humilitate, sed humilitas est vera virtus contraria superbiæ: igitur &c. Vbi nota hanc conclusionem esse contra Lutherum dicentem, quòd contritio facit hominem hipocritam, & magis peccatorē cum in suis. s. doloribus spem ponat, quam tamen in sola fide collocare deberet. verū maxime deceptus fuit Lutherus in hoc putās forsitan nos dicere contritionem esse propter gehennam, & propter timorem pœnæ temporalis pro peccatis infligendæ vt fecit Saul, Antiochus, & Esau, qui non cõsequuti sunt sua contritione, & penitentia peccatorū veniā, quia absque charitate, & solo timore penarum illos peccasse penitebat, imò nec penitentia illius quem solum penitet amore virtutis, aut propter gloriam amissam est sufficiēs ad iustificationem, vera enim penitentia debet proficisci non solum ex dilectione Dei, verum etiam ex timore gehennæ spe gloriæ, & ex fide, & hæc doctrina est definita in Concilio Triden. lege ibi vegam. Sess.6.

Quinta concl. Contritio respicit tantum peccatum præteritum, & ex consequenti futurum: probat hac S.Tho. in præsenti lib. quia contritio habet aliquid de actu prudentiæ adiunctum: igitur ille, qui conteritur dolet de peccato præterito, & cauet futurum. Vbi nota esse varias sentētias, nam Maior distin. 14. q. 1. Almain, & Bonauen. in expositione textus dist. 14. dicūt, quòd si penitens nihil cogitat de fu- Dist.7. q.2. articu 2.

de futuro nō opporteat quòd habeat propositum A cauendi à peccatis, sed sufficit quòd actualiter non habeat contrarium actum. Sanctus Thom. hic & prima secundæ, q. 113. art. 5. & 3. par. q. 85. art. 3, Cap. 158. & q. 90. art. 4. & 3. contra gentes, & etiam 4. contra Cap. 27. gent. & Andrianus Quolib. 5. ar. 3. volunt quod requiritur actuale propositum cauendi à peccatis futuris. idem tenet Albertus Magnus 4. dis. 14. ar. 10. & Alexander de Ales 4. par. memb. 9. & hanc sent. firmat Concilium Florent. asserens, quòd ad cōtritionem spectat dolere de peccatis commissis cum Sess. 14. proposito non peccandi deinceps, & Conciliū Tri- Cap. 4. dentiuum, quoque ait, contririo, quæ primum locum inter dictos actus pœnitētiæ habet, animi do- B lor, ac detestatio est de peccato cōmisso cum proposito nō peccandi de cætero, hoc propositum est cautio quæ est pars prudentiæ cōtritioni adiuncta lege de hac re S. Tho. in locis supra allegatis.

Sexta cōcl. Attritio nullo modo potest fieri con- Distin. 17. tritio: probat hanc S. Tho. in hoc lib. quia quorum q. 2. art. 1. principia sunt diuersa omnino eorum non potest fieri vnum id quod est alterū, sed attritionis principium est timor seruilis, cōtritionis autem timor initialis: ergo attritio non potest fieri contritio. Circa quam nota esse duas opiniones, quarum prima est affirmans, quia sicut fides informis potest fieri formata, ita attritio potest fieri contritio, al- C tera est negans quam habet S. Tho. & est rei veritas, quia attritio est dolor imperfectus, puta quando quis dolet de peccatis, quia turpia sunt, & infamia, vel propter infernum, cōtritio est dolor perfectus, vt puta quando quis dolet, quia offendit Deum Opt. Max. tanquam pijssimum patrem, quę contritio est cum gratia, & perfecta cōtritio, & de hac intelligitur conclusio, quia cum attritio, & contritio differant ex obiecto, quia vna est dolor propter Deū alia propter pœnas, hinc vna alia fieri nequit.

Septima concl. Dolor contritionis nō debet esse Distin. 17. nimis magnus: probat hanc S. Thom. quia omnis q. 2. art. 3. virtus moralis corrumpitur per super abundantiā, D & defectum, sed cōtritio est actus virtutis moralis scilicet pœnitentiæ quæ est pars iustitiæ, ergo si erit superfluus tunc dicetur vitiosus, & sic non erit vera contritio &c. Circa quam nota, quòd sunt diuersæ opiniones. nam Adrianus q. 2. de pęnitentia, & Quolib. 5. art. 3. ait contritionem debere esse maximum dolorem, ita vt totus conatus hominis ei apponatur, alioquin nō esset sufficiens ad delendum Dis. 14. q. 2. peccatum, Scotus vero ait quòd licet non summū conatum exigat tamen detestatio antequam fiat legitima contritio certā habere debet, tum gradualem intēsionem, tum subinde extensionem, & temporalem continuationem. opinio S. Tho. est, quòd E cōtritionis quæ est detestatio, & nolitio peccati nō debet esse nimis magnus dolor intensiue bene aūt applicatiue, quia peccator pro nulla re mūdi debet peccatum committere, & hoc loquēdo de dolore, qui est in parte intellectiua, ille autem qui est in parte sensitiua non debet esse ita nimis, vt sit vitio- Dist. 17. sus, lege de hac re Sotum.

Octaua concl. De singulis peccatis singulas con- q. 2. art. 3. tritiones habere debemus: probat hāc S. Tho. quia medicina debet esse proportionata morbo, sed vna medicina nō est contra omnes morbos: ergo vna contritio non potest esse contra omnia peccata, & sic de singulis peccatis debēt esse singulę contritiones. Circa quam nota, quòd hic sunt duæ opiniones, quarum prima est, quam sequitur Alexan. 4. par. Riccard. Duran. Palud. Caiet. Franciscus de Quæst. 69 Victoria in summula de sacram. isti enim affirmāt, quòd ad remissionem peccatorum sufficit dolor generalis, & non requiritur dolor in particulari, qa aliàs homo non posset consequi remissionem peccatorum, nisi aliquo certo, & determinato tempore, quod est falsum, & ridiculum, quia in quocunq; die idest momento ingemuerit hō peccata sua &c. Ezech. c. 33 alia est opinio S. Tho. posita in conclusione, quòd quando quis ad confessionem accedit debet recogitare omnes annos in amaritudine animi sui hoc est singula peccata per tempora, & loca indagare quibus memoriæ oblatis cōtritionē debet habere illorum, quando vero tempus nō suppetit, aut commoditas non datur, & opportunitas, tunc sufficit contritio generalis peccatorum in confuso quatenus sunt offensa Dei, non enim opus est meretrici vt sigillatim omnes suas turpitudines recēseat, sed satis est vt dicat decies aut centies peccaui &c.

Nona concl. Habens perfecte contritionem de peccatis suis consequitur remissionem peccatorum: elicitur hæc ex Sancto Thomā tertia parte, & q. 85. art. 5. ratio est, quia in hac contritione pęnitens conuertitur ad Deum, & Deus conuertitur ad pœnitentem. ergo consequitur gratiam &c. ait enim scriptura conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Circa quam nota, quòd sunt duæ opiniones, prima quam sequitur Caiet. q. 1. de contritione, ait enim hæc opinio, quòd stat quempiam dolere de peccatis perfecte, & perfecte proponere cauere ab illis in futurū, & perfecte diligere Deum super omnia, & non habere gratiam, ratio sua est, quia alias sequeretur, quòd posset quis habere euidentiam, quòd sit in gratia: contraria est opinio S. Tho. 1. 2. q. 112. art. 2. & in pluribus alijs locis volentis, quòd quam primum fecerit aliquis totum, quòd in se est statim habebit gratiam, nec valet ratio Caiet. quia ego non possum habere euidentiam, quòd doleo de peccato super omnia, vel quòd proponam perfecte cauere in futurū, sed pro certo tenemus, quòd ille qui sic dolet habebit gratiam, sed quis erit iste ignoramus, vt diximus in tractatu de certitudine gratiæ.

Decima cōcl. Expedit homini semper dolere de peccato commisso: probat hanc S. Tho. hic autho- Distin. 17. ritate Augu. in lib. de vera, & falsa pęnitentia dicen q. 2. art. 4. tis, semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat. Cap. 13. Circa quam nota, quòd sunt duæ opiniones, vna quam sequitur Franciscus de Victoria in relect. de sacramento pœnitentiæ, quòd nullum est præceptū de pœnitentia, aut contritione quod obliget sub nouo peccato quamuis peccatum mortale sine pœnitentia non possit deleri, ac proinde sit necessariū dolere seu pęnitere, sed qui nō pęnituerit damnabitur quidem propter peccata quæ commisit, sed non quia non pęnituit: alia est opinio contraria, quam sequitur Caiet. Quol. 2. asserens, quòd præce Quæst. 2. ptum contritionis partim est affirmatiuum, & partim est negatiuum, primo obligat semper. s. quando quis administrat, vel recipit sacramētum, vel in articulo mortis, secundo obligat semper, & ad semper sicut qui tenet alienum tenetur statim reddere

sic

sic qui est in statu inimicitiæ Dei tenetur statim ab illo exire: vnde qui dicit volo manere per annum, vel mensem in hoc statu peccat cōtra hoc præceptū nouo peccato, & hæc opinio est sequenda quæ est S.Tho. in conclusione.

DISTINCTIO XVII.

AGitur hic de secunda parte pœnitentiæ, quæ est confessio, & ponitur prima conclusio talis: confessio est necessaria ad salutem supposito peccato: probat hanc S.Tho. (Dist.17. q.3.art.1.) quia de necessitate salutis est, quòd homo de peccatis medicina accipiat, ergo de necessitate salutis est, quòd homo morbos, qui sunt peccata per cōfessionem detegat. Circa quam nota, quòd ex hac conclusione excluditur error Marsilianorum negantium necessitatem confessionis, vt ait Dam. lib. suo de hæres. excluditur etiam error Iacobitarum, qui etiā hanc veritatem negarūt, vt habet Guido Carmel. lib. suo de hæresibus, excluditur quoq; error Iuliani Apostatæ qui impudenter negauit fidem Christianam, & præsertim hunc articulū de cōfessione, vt narrat (Cap.138.) Thomas Vualdensis tom. 2. de sacramentis.

Secunda concl. Confessio sacramentalis non est de iure naturæ, sed diuino: probat S.Th. vbi supra, quia omnia sacramenta sunt de iure diuino, & non naturæ: igitur & hoc sacramētum. Circa quam nota, quòd confessio quędam est de lege naturæ, nam contritio quæ est interior confessio est de lege naturæ, dictat namq; ratio naturalis, vt pœniteat nos Deum offendisse, talis fuit confessio Adæ Genesis tertio, & Iob c. 31. confessio vero quæ fit ministris Ecclesiæ non fuit in lege naturæ, nam in lege tātum Euāgelica datæ sunt sacerdotibus claues regni cœlorum quibus sacramentaliter peccata remittant, in lege etiam scripta non erat sacramētalis confessio, quia claues ministerialiter ligandi, & absoluendi solum sacerdotibus Euangelicis concessæ fuerunt, erat vtique quędam generalis confessio omnium peccatorum nomine totius populi per sacerdotem dicētem peccauimus cum patribus nostris iniuste egimus, iniquitatem fecimus: fiebat quoq; quædam peculiaris confessio quorundam peccatorum publicorū, vt reus offerret diuersas hostias pro diuersis peccatis, sed non potest dici sacramentalis, (Cap.7.) vt est videre apud Leuiticum, ex hac veritate excluditur error Vualdensium affirmātium in lege veteri fuisse præceptum confessionis omnium peccatorum etiam in particulari.

Tertia conclu. Confessio sacramentalis est instituta à Christo: probat hanc S.Tho. in præsenti lib. (Dis.17.q.2.) ex verbis Saluatoris apud Ioannem (Cap.20.) quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Circa quam nota, quòd est de fide hæc cōclusio definita in cap. ad abolendam de hæreticis, & in Concilio Florētino, & Tridentino, (Sess.14.) ex qua veritate excluditur triplex error primus Glosatoris Decreti in principio dist. 5. asserentis hoc sacramentum fuisse institutum ab Ecclesia, secundus ipsius Vuiclef dicētis confessionem esse inutilem, & superfluam, propterea nō esse à Christo institutam, tertius Lutheri docentis sufficere soli Deo confiteri. lege de hac materia Alphonsum de Castro. verbo confessio.

Quarta conclu. Definitio data ab Augustino de confessione est conuenienter tradita: probat hanc S.Th. quia cōtinet omnia necessaria ad ipsam confessionem: igitur &c. (Distin 17. q.3.art.2.) Vbi nota, quod quinque requiruntur ad confessionem, primo ipsa substantia actus, siue genus eius quod est manifestatio quædam, secundo de quo fit. s. peccatū, tertio cui fiat. s. sacerdos. quarto causa cuius. s. spes veniæ, quinto effectus eius. s. absolutio à parte pęnæ, & obligatio ad aliam partem exoluendam. hæc omnia tanguntur in difinitione, quam dedit Augustinus in Psal (Psal.66.) mis, dicens confessio est per quam morbus latens spe veniæ aperitur, licet sint, & aliæ definitiones, vt illa Greg. (Hom.) confessio est peccatorum detestatio, & ruptio vulneris, & illa D. Ansel. confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio, & illa Damas. confessio est sacramentalis delinquens accusatio ex erubescētia, & per claues Ecclesiæ satisfactoriā obligans ad peragendam iniunctam.

Quinta concl. Soli fideles tenētur præcepto confessionis: probat hanc S.Th. hic, (Dis.17.q.3. art.1.) quia confessio est medicina illorum qui post baptismū peccauerunt: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd sunt variæ doctorum opiniones, Riccard. in præsenti (Dis.17.q.4) lib. ait omnes, tam infideles, quā fideles teneri præcepto confessionis non quatenus est pontificium, sed quatenus est ius diuinum: Scotus quoque eodem loco quo supra eandem sententiam sustinere videtur. opinio S.Tho. est, quòd ad hoc præceptum soli fideles tenētur, & hoc patet in cap. oīs vtriusq; sexus fidelis, & hoc capitulū est expressio, & determinatio diuini iuris, & ratio est, quia ius diuinum supernaturale solum obligat vniuersum orbem ad suscipiendum euangelicam fidem, obligatio autē ad alia pręcepta singularia sacramentorū non exurgit nisi ex ipsa ꝓfessione fidei quæ fit in baptismo, quēadmodum si quis fecit votū simplex religionis licet teneatur ad religionem, non tamen ad eius cęrimonias, & officia donec illam profiteatur: infideles ergo non tenentur immediata obligatione ad confessionem, sed dum baptismum susceperint.

Sexta concl. Nullus habens tantum veniale tenetur ex præcepto Ecclesiæ semel singulis annis confiteri elicitur hæc ex D.Tho. 3.par. (q.65. art.1.) quia ad delectionem peccati venialis nullum est directe institutum sacramentum: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd sunt duæ opiniones vna affirmās, & est Alex. 4.par.q. 77. D.Bonau. & Riccar. dis. 17. Altera S.Tho. in præsenti concl. quam sequutus est Scotus hic: Andrianus q. 4. de confess. Gabriel Caiet. & Dominicus de Soto dist. 18. q. 1. art. 3. quia cum non teneatur iure diuino, vt omnes fatentur, nec iure humano, quia canon non dicit simpliciter omnes Christi fidelis teneatur cōfiteri, sed restricte teneatur sua confiteri peccata: ergo eum qui peccata nō habet non obligat, & colligitur hoc ex Concilio Tridētino, (Sess.14. Cap.5,) poterit talis carens peccato mortali apparere corā pręlato, & dicere gratias ago Deo meo quòd non sum cōscius alicuius mortalis, vt pastor vultum pecoris sui agnoscat.

Septima concl. Confessio facta sine contritione non valet pro tempore quo fit ad remissionem peccati quo ad culpam, vel pœnam: probat hāc S.Th. in præsenti distin. quia peccatum non remittitur nisi adsit gratia, sed confessus incontritus caret gratia: ergo non consequitur remissionem pro tunc.

Vbi

Vbi nota, quòd ex hac conclusione potest de facili deduci quomodo peccatum veniale nō potest dimitti voluntate manente ad illud, talis erit incōtritus, & manente causa non potest tolli effectus, sed adhærentia voluntatis inordinata ad aliquid erat causa venialis peccati, ergo manente voluntate fixa in illo non potest remitti, vnum tamen peccatum veniale potest dimitti, sine alio, non tamen potest dimitti veniale sine mortali. hic arguendus venit Duran. qui dicit quòd aliquis puer potest esse cum originali, & veniali simul, & cis mori, dictū hoc est impossibile, quia puer ante vsum rationis, sicut à mortali excusatur, ita à veniali, sed postquàm habet vsum rōnis peccat mortaliter si non facit quod in se est ad acquirēdam salutem, si autem faciat, gratiam consequitur per quam erit immunis à peccato originali, &c.

Dist.17.q.2.

Octaua concl. Confessio factæ sine contritione, recedente fictione incipit esse fructifera confitenti: probat hanc S.Tho. in præsenti distin. quia non minoris efficaciæ est sacramentum pęnitentiæ quàm baptismi, sed fictus suscipiēs sacramentū baptismi recedente fictione consequitur vltimum effectum baptismi, & rem sacramenti: ergo & in sacramento pœnitentiæ. Vbi nota, quòd hic per fictionem intelligimus quādo aliquis intendit suscipere sacramentum, sed non vult peccatum mortale relinquere, immo est in eo obstinatus, propterea dicitur incōtritus, hæc tamen fictio non obstat in sacramentis imprimentibus characterem, quin suscipiens illa non consequatur ipsum characterem, & fidem informem, recedente tamen hac fictione consequitur ipsam gratiam, sic etiam in sacramento pœnitentiæ suscipiens ipsum cum hac fictione nō consequitur fructum huius sacramenti. ipsa tamen recedente incipit percipere, vnde non tenetur iterare confessionem, qui sic fictus accedit, sed postmodū confiteri solum suam fictionem &c.

Dist.17 q.3. articu.4.

Nona concl. Nullus tenetur de iure diuino statim post peccatum commissum confiteri: probat hanc S.Th. in præsenti loco, quia in decretali simul datur tempus determinatum de confessione, & de Eucharistiæ perceptione, sed aliquis non peccat si non percipiat Eucharistiam ante tempus a iure determinatum: ergo non peccat si non ante tempus illud confiteatur. Circa hanc conclusionem nota, quòd sunt duæ opiniones, quarum prima est Innocentij, & Archidiaconi super caput, omnis vtriusq; sexus fidelis, quos sequutus est Gulielmus Parisiensis in tractatu de pœnitentia, isti enim tenent partē affirmātem, quòd peccator, & si de iure pontificio teneatur semel in anno confiteri, tamen de iure diuino tenetur statim post peccatum commissum: secunda est opinio S.Tho. in conclusione posita, quā sequuntur omnes fere Theologi dicētes præceptū de cōfessione esse affirmatiuum quod obligat semper non autē ad semper, licet confessio in voto obliget de iure diuino, quia contritio est sub præcepto vt diximus supra, actualis tamen confessio obligat quando imminet certissimū periculum mortis naturalis, vel violētę, vnde qui ingressurus est bellum, & habet copiam confessoris, estq; conscius peccati mortalis, si ante congressum belli non confiteatur mortaliter peccat, sic cui iminet certissimum naufragium, & qui habet insidias mortis ab inimicis:

Dist.17.q.3. articu.1.

A sacramentalis postmodum cōfessio semper est necessaria quādo est accipienda Eucharistia, vt patet ex Concilio Tridentino, &c.

Decima cōcl. Confessio solum sacerdoti habenti claues Ecclesiæ fieri debet: probat hanc S.Tho. hic, quia confessio sacramentalis est fienda eius ministro, sed solus sacerdos est minister huius sacramenti pœnitentiæ: ergo &c. Nota hic esse tres opiniones prima est Magistri volentis, quòd semper quærendus est sacerdos, qui si defuerit cōfiteri debet laico, & mouetur ex verbis Aug. asserētis, quòd tanta vis confessionis est, vt si deest sacerdos confiteatur pximo, & recitātur hæc verba de pęn. dist. 1. B Alia est opinio Ioannis Parisiensis totaliter opposita volens pudenda non esse manifestāda laicis ne incidamus in errorem Lutheri, qui aiebat omnes laicos, sartores, piscatores, & omnes mulierculas sacerdotes esse, & potestatem absoluendi habere: tertia est opinio S.Tho. quam sequutus est Bonauentura, & Scotus, asserens, quòd deficiente sacerdote laude dignum erit aliquando ratione humilitatis, aut petendi consilij laico confiteri non non tamē necessarium, est enim talis manifestatio opus virtutis, & non sacramentalis confessio, quia gratia quæ in sacramentis datur à capite in mēbra descendit, & ideo solus est ille minister sacramen- C torum in quibus datur gratia, qui habet ministerium super corpus Christi verum, quod solius sacerdotis est, ideo ei soli est facienda sacramentalis confessio: potest autem, quis existens in periculo summersionis nauigij in mari laico manifestare sua peccata deficiente sacerdote, neque ex hoc incidimus in errorem Lutheri, vt dicebar secunda opinio.

Dist.17.q.3. articu.4.

DISTINCTIO XVIII.

AGitur in hac distinctione de potestate ministrorum pro cuius notitia ponitur talis conclusio: in Ecclesia Dei claues esse debēt: D probat hanc S.Tho. in præsenti distin. quia omnis dispēsator debet habere claues eorum quę dispensat, sed ministri Ecclesiæ sunt dispēsatores diuinorum ministeriorū, vt docuit Apostolus: igitur &c. Vbi nota, quòd in corporalibus dicitur clauis instrumentorum qua hostium aperitur, regni autem cœlorum hostium nobis clauditur per peccatum, & quantum ad maculam, & quantum ad reatum pœnæ, & ideo potestas qua tale obstaculum regni remouetur dicitur clauis, metaphorice propric autē dicitur potestas spiritualis, quæ quidem potestas spiritualis fuisset in statu innocentiæ non ad hunc E finem nempe ad tollēdum obstaculum regni, quia ibi nullum esset, sed quia in illo statu Ecclesia fuisset multo perfectior, & de ratione Ecclesiæ est, vt sint in ea diuersa officia, nam in triumphante, quidam Angeli sunt alijs in potestate superiores, ita in statu innocentiæ fuissent alij homines alijs superiores, alioquin enim non esset Ecclesia: in statu vero legis naturæ à lapsu primi parentis, vsque ad legem scriptam fuit potestas spiritualis habens spiritualē iurisdictionem in subditos coercēdi, & admonendi illos à peccatis propter eorundem spirituale bonum: tempore etiam legis scriptæ fuit potestas aliqua spiritualis, cui sub pœna mortalis peccati

Dist.18.q.1.

1.Cor. c.4.

subditi

subditi obedite tenebantur, non tamen in lege naturæ, vel scripta, pęnes aliquam potestatem claues regni cęlorum fuerunt, clauis.n.est potestas ligandi, atque soluēdi, qua iudex Ecclesiasticus dignos recipere, & indignos a regno cęlorū exeludere debet, per quam quidem, & peccata remittuntur, & gratia confertur &c.

Secunda cōcl. Hæc potestas spiritualis reperitur in ministris Ecclesiæ non propria virtute, sed Diuina, & passionis Christi: probat hanc S.Tho. vbi supra, (Dist.18.q.2. articu.1.) quia ex latere Christi dormientis in cruce sacramenta fluxerunt, quibus Ecclesia fabricata est, & in ipsis Ecclesiæ sacramentis efficacia passionis manet, sed ipsi ministri dispensant ipsa sacramenta in Ecclesia: igitur qua virtute est fabricata Ecclesia eadem ministri dispensant sacramenta: ergo &c. Vbi nota, quòd hęc potestas est in sanctissima Trinitate per propriā authoritatē, ideo dicitur, quòd Deus habet clauem authoritatis, in Christo homine fuit per meritum suæ passionis, & ideo dicitur, quòd habet claues excellentię, quas dedit Apostolis suis, illosque constituit totius orbis terrarum Episcopos, & authoritatem absoluendi quemlibet Christianum virtute sacramenti pęnitentiæ, & ligandi virtute excommunicationis tradidit, vt habetur apud Ioannem, (Cap.20.) Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, &c.

Tertia cōcl. Hæc potestas spiritualis fuit tātummodo promissa Apostolis ante mortē à Christo, sed post mortem fuit cōcessa, & data: probat hanc S.Tho. vbi supra (Dist.18.q.1. articu.1.) ex verbis Christi apud Matth. Tibi dabo claues regni cęlorum quo ad primam partē quo ad secundam, quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Circa hanc conclusionem sunt tres opiniones prima fuit Armachani, lib. 11. (Cap.15.) de quæstionibus Armenorū asserentium claues fuisse Apostolis traditas multo ante Iesu mortem. secunda est opinio Alex. Alēsis, (4.par.q.64.) qui vult datas fuisse post mortem, quæ opinio est totaliter opposita primæ opinioni. tertia est opinio S.Thom. quam declarat Franciscus de Victoria in relectione de potestate Ecclesiæ, quòd diuersis tēporibus diuersæ fuerunt traditæ potestates, nam potestatē in foro exteriori condendi leges, & ligādi per excommunicationē, & obedientium dedit omnibus simul quando dixit, (Matth.18.) quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata, &c. potestatem super corpus Christi verū quando dixit in cæna, (Lucæ 22.) hoc facite in meam commemorationem, potestatem remittēdi peccata in foro conscientiæ, quādo dixit accipite Spiritum Sanctū &c. (Ioānis 20.) & hæc opinio est sequenda.

Quarta concl. Huiuscemodi potestas fuit data à Christo Apostolis, vt esset duratura perpetuo in Ecclesia sua: elicitur hæc ex S.Tho. vbi supra, (Dist.18.q.2. articu.1.) & ratio est, quia Christus fundauit Ecclesiam, vsque ad consummationem sęculi duraturam: igitur cum omnibus rebus necessarijs, quibus debebat permanere, ergo cum hac potestate, quæ erat ei maxime necessaria. Circa quam nota, quòd hæc potestas est duratura in Ecclesia pęnes eius ministros, qui sunt sacerdotes, cōtra regem Angliæ, qui fuit Henricus Octauus, hic enim contra Romanum Pontificem insurrexit asserēs potestatem clauium permanere, & esse penes regem, & ita se regem in temporalibus & spiritualibus prædicauit Episcopos, & sacerdo- A tes creans, qui error infecit totum regnum Anglię, & bonam partem Germaniæ, propter quem etiam errorem innumera multitudo Christianorum gladijs ignibus, atq; alijs truculentis mortibus perijt.

Quinta conclu. Huiuscemodi potestas clauium nō est, nisi character sacerdotalis: elicitur ex D.Th. (Dist.19.q.1. articu.2.) in præsenti lib. & ratio est, quia hæc potestas clauiū est supra corpus Christi mysticum, sed character sacerdotalis est super corpus Christi verum, & mysticum: igitur cōclusio vera. Circa quam nota esse diuersas opiniones Theologorum, nam Scotus negat (Dist.19.q.3.) hanc conclusionem, quia character est potestas conficiendi corpus, & sanguinem Christi verum, B clauis vero est potestas ligandi, & soluēdi, hinc character sacerdotalis, potest esse sine claui, quandoquidem Apostoli in cęna receperunt characterem sacerdotalem, & post resurrectionem susceperunt potestatem clauium, vt patet apud Ioānem, vbi dicitur (Cap 20.) quorū remiseritis peccata remittūtur eis &c. Gabriel, & alij nominales dicunt characterem non distingui ab anima, sic etiam affirmant facultatem absoluendi, & ligandi esse ipsam essentiā ipsius animæ. Dominus Marsilius in præsenti lib. etiam ait, q (Quęst. 12.) potestas clauium sit in Ecclesia, est de fide catholica, quòd autem sit character non est nisi opinio: igitur character non pōt esse huiusmodi potestas.

C His tamen nō obstantibus sequenda est opinio Sancti Thomæ, quia cum character imprimatur in anima, & sit indelebilis potest habere diuersos respectus ad diuersa officia, & sic dici potest plures potestates, nempe conficiendi Eucharistiam, cognoscendique delicta, ac perinde soluendi, & ligandi, sicut idem ignis calefacit, rarefacit, & exiccat, nec est audiendus Marsilius, quia non est de fide, q sit character, vt patet in Conc. Trid. &c. (Sess.7.)

Sexta conclu. Sacerdos virtute clauium in sacramento pœnitentiæ, vt potest absoluere, ita & ligare: probat hāc S.Tho. hic, (Dist.18.q.1. articu.3.) quia sacerdos soluit, & ligat vt minister Dei, & pęnitens subijcitur ipsi sacerdoti D Dīs iudicio quo ad absolutionem à peccatis: igitur subijcitur quoque quantum ad ligationem quantum ad aliquā pęnam, & sic etiam sacerdos soluit & ligat &c. Circa istam conclusionem sunt tres opiniones prima est Scoti dicētis sacerdotem non habere (Dist.18.) authoritatē obligandi pęnitentem ad aliquā pœnitentiam nisi sua ipse sponte eam voluerit acceptare, & hanc opinionem plurimi sequuntur, vt Gabriel, Syluester verbo confessio, §. 27. & 28. (Distin.16.) in cuius etiam opinionem citat Hostiensem, & Panorm. in cap. significauit de pęn. & remiss. secūda est opinio Caiet. in tractatu de satisfactione dicentis, (Quæst.2.) quòd pęnitens non tenetur acceptare pęnitētiam datam E à confessario, immo quòd quamuis acceptet non tenetur sub reatu mortali adimplere illam. tertia est opinio S.Th. in cōclusione posita, & est antiqua opinio Magistri: quā sequitur Riccardus, & Palud. & nonnulli ex neotericis, vt Dominicus de Soto. (Distin.18.) hi conueniunt omnes in hoc, quòd cōfessarius sic potest pęnitentem ad aliquam pęnitentiam obligare, vt nisi manifestus appareat error teneatur eam acceptare, ac subinde implere sub reatu peccati mortalis, & hæc est opinio sequenda, &c.

Septima concl. Natura cōfessionis hoc exposcit vt omnia peccata cum suis circumstantijs eidem sacerdoti confitenda sint: probat hāc S.Tho. in hoc (Dist.17.) lib.

lib. ex verbis August. in sermone de verbis Domini diuidere cõfessionem spectat ad hypocrisim: igitur conclusio vera. Vbi nota hic esse duas opiniones, quarum altera est Dur. qui videtur tenere partem oppositam in dist. 17. q. 15. dicens non esse necessarium omnia peccata confiteri vni, & eidem, licet sit valde congruum: altera est opinio S. Tho. volentis esse necessarium, quia sicut necessarium est, vt medicum totam infirmi habitudinem agnoscat tum vt cuiuslibet morbi grauitatem perpẽdat, tum vt sic vni medeatur, vt nulli noceat, pari etiã ratione medicus spiritualis totam peccatoris habitudinem intelligere debet, quòd fieri non potest nisi pœnitens omnia peccata vni, & eidem sacerdoti confiteatur: quam opinionẽ sequuntur omnes Doctores præsertim Palud. & Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus in suo manuali confessorum, vbi ait quòd lex præcipiens, vt confessio sacramentalis sit integra est lex diuina posita à Christi redemptoris nostri, vt in Glosa summæ de pœn. distinctio. 5. ait se docuisse.

(margin: q. 3. art. 4. — Cap. 7. — Cap. 2.)

Octaua conclu. Si iudex superior & inferior sint præsentes, inferior non potest absoluere à non reseruatis nisi prius petatur facultas absoluendi à reseruatis: elicitur à S. Tho. vbi supra cuius ratio est, quia integritas confessionis est de iure diuino: ergo &c. Circa istam conclusionem sunt diuersæ sententiæ Doctorum, vt recitat Duran. vbi supra, prima est, quòd pœnitens debet omnia confiteri inferiori, qui eum ab omnibus absoluat, & mittere tamẽ ad superiorem, qui debet iterum audire, & absoluere, & ad inferiorem remittere: secũda opinio est quæ dicit, quòd post absolutionem inferioris tenetur se pœnitens superiori repræsentare nõ vt absoluatur, sed vt adimpleat præceptum manifestãdi illa peccata reseruata superiori: tertia opinio dicit, quòd homo dum peccata reseruata committit peccat in Deum, & in Ecclesia, & inferior absoluit in foro Dei, & superior in foro Ecclesiæ. quarta est vt pœnitens integre confiteatur inferiori, qui tamen absoluit à non reseruatis, & deinde adire ad superiorem per quẽ absoluatur à reseruatis. quinta est ipsius Duran. dicẽtis, quòd pœnitens sola peccata nõ reseruata confiteatur inferiori per quẽ ab ipsis absoluatur, deinde sola reseruata cõfiteatur superiori à quibus etiam est absoluendus. rei tamen veritas sequenda est hęc quam proposuimus in conclusione addẽdo, quòd superior debet recognoscere reseruata, & absoluere à cẽsuris, & dare facultatem inferiori, vt absoluat à culpis sacramentaliter, quando est præsens superior, quando vero est absens, & instat tempus celebrandi, tũc inferior potest absoluere à non reseruatis, nisi illis sit annexa aliqua censura, lege de hac re Sotum.

(margin: Dis. 17. q. 3. articu. 4. — Dis. 18. q. 2. articu. 6.)

Nona concl. Qui sine cõtritione confitetur, sed tantum, vt adimpleat præceptum, satisfacit illi præcepto, & ratio est, quia Ecclesia non obligat ad faciendum opera in gratia, sed tantum ad substantiã actus: ergo conclusio vera. Circa quam nota esse duas opiniones quarũ altera est Duran. in præsenti libro dicentis, quod in quocunque casu confessio non est iteranda, adimpletur præceptum de confessione, quando vero confessio est inualida veluti illa quæ fit sine contritione nõ adimpletur, altera est opinio posita in conclusione, quæ licet non sit expressa S. Thomæ tamẽ doctrinæ non repugnat, quia cum Ecclesia non obliget ad actum interiorem, & iste confiteatur omnia peccata sua etiam si non habeat dolorem, si confiteatur hoc ipsum, quòd non habet dolorem sine absoluatur, siue non, satisfacit præcepto Ecclesiæ, omnis vtriusque sexus.

(margin: Dis. 17. q. 14)

Decima conclu. Cõfessio non est iteranda propter pœnitẽtiam oblitam, vel ex malitia neglectam, & ratio est, quia hæc fuit valida, & per consequens fuerunt remissa peccata, ergo quicquid postea sequitur non potuit efficere eam inualidam, ac iterandam. Vbi nota esse duas opiniones quarum prima est Syluestri verbo confess. 1. §. 3. dicentis, quòd quãdo quis non adimpleuit pœnitentiã sibi iniunctam à confessore est iteranda talis cõfessio, secunda est opinio in conclusione expressa, quæ mihi magis placet, quia ita tenent Illustriores Theologi, de qua re lege Maiorem in hoc lib.

(margin: Dis. 17. q. 4.)

DISTINCTIO XIX.

Agitur hic de excommunicatione pro cuius intelligentia ponitur prima conclusio talis: Ecclesia habet authoritatem excõmunicandi excommunicatione maiori rebelles, & cõtumaces sibi inobedientes: probat hanc S. Tho. in præsenti libro authoritate Apostoli, 1. Cor. iam iudicaui vt præsens tradere huiusmodi hominem sathanæ in interitum carnis, & authoritate Matth. Si peccauerit in te frater tuus &c. & si Ecclesiam non audierit, sit tibi, &c. Vbi nota contra hæreticos, quòd excommunicatio, salutaris, & medicinalis pœna dicitur, vt diffinitum est per Concilium Lugdunense de excommun. vbi dicitur cum medicinalis sit excommunicatio nõ mortalis disciplinans non eradicans dum tamen in quem lata fuerit non contendat, &c. quibus verbis confutatur hæresis Vuiclef cui adhæsit Lutherus, qui asserebat Ecclesiam non habere potestatem excommunicandi, & priuandi aliquem bonis spiritualibus, &c.

(margin: Dis. 18. q. 2. articu. 1. — Cap. 5. — Cap. 18. — Cap. 2.)

Secunda conclu. Definitio excommunicationis maioris est cõuenientissima in qua dicitur, quòd est separatio à communicatione Ecclesiæ quo ad fructum, & suffragia generalia: elicitur hæc ex Sancto Thoma vbi supra, & ratio est, quia hęc definitio nihil superfluum, nec diminutum cõtinet, ergo est conuenientissima. Vbi nota, quòd excommunicatio nõ est peccatum, nam quodlibet peccatũ etiã veniale, est maius malum quàm excommunicatio, sed est pœna, pœna aũt est priuatio alicuius boni, & sic excommunicatio est priuatio cõmunionis Ecclesiæ, quę quidem est quoddam bonum. verum communicatio inter Christianos est quatruplex, prima est humana, quæ etiam reperitur inter infideles, vt comestio, & loquutio, secunda est connectere in Ecclesia ad recipienda sacramenta, tertia est suffragiorum, quæ offeruntur pro omnibus Christianis, quarta est habere partem cum bonis, & meritis aliorum fidelium. excommunicatio priuat hominẽ illis quatuor cõmunicationibus, vnde S. Tho. ait si pro delictis anathema, quis efficiatur, os, orare, valet, communio, mẽsa negatur: hinc solet etiam definiri excommunicatio est à qualibet licita communione legitimo actu separatio, de qua re vide Caiet. Quol. 1. & Syluest. verbo excommun. 1. §. 1. hinc

(margin: Dis. 18. q. 2. articu. 1. — Quæst. 12. — Dis. 18. q. 2.)

hinc repræhendẽdus venit Gabriel hic, qui vult hominem per quodcunque peccatum mortale esse excommunicatum.

Tertia conclu. Ignorans inuincibiliter ius commune, quo excommunicatio contrafacienti aliquid iure diuino prohibitum imponitur, quamuis illud efficiat, non erit excommunicatus: elicitur ex Diuo Thoma vbi supra, & ratio est, quia excommunicatio nõ infertur propter inobediẽtiã in Deum, sed in Ecclesiam, & qui ita excõmunicationem iuris ignorat, non est Ecclesię inobediens cum nõ sit admonitus, & ex consequenti non est excommunicatus. Vbi nota hic esse duas opiniones; quarum prima est Scoti in hoc lib. dicentis committentes aliquod delictũ mortale iure diuino prohibitum, propter quod à iure communi excommunicatio imponitur, incurrere in illam excõmunicationem posito etiam, quòd ipsam ignorant, vt costat de eo, qui percutit clericum, & ignorat canon. si quis suadente diabolo, & hæc est opinio etiã Glossæ in tex. c. à nobis. 1. de sent. excõmunicationis, quam etiã amplexus est Andrianus in tract. de clauibus, alia est opinio Syluestr. verbo excommu. 2. §. 3. & verbo excommunicatio vltimo. §. 4. vbi distinguit, quòd si ignorantia est affectata crassa vel supina, quæ est lata culpa, ligat taliter ignorantes, si autem non est affectata, nec crassa, aut supina, tunc non ligat, lege ibi, quia citantur varij doctores. conclusio tamen posita est sequenda.

Dis.18.q.2. articu.1. — Dis.6.q.8. — Quæst.3.

Quarta cõcl. Pro damno temporali illato Ecclesiæ aliquos excommunicare potest: probat hanc S.Tho. in præsenti lib. quia Petrus Ananiam, & Saphirã pro defraudatione precij agri sententia mortis damnauit: ergo & Ecclesiæ licet pro temporalibus excommunicare: igitur cõclusio vera. Vbi nota, quòd pro temporali damno non potest ferri excommunicatio nisi sit nimis graue, & quidem iudices pessime faciunt, & grauiter peccant concedendo excõmunicationes pro rebus leuibus pro vuis, & pomis, &c. & est vna de pessimis cõsuetudinibus quorundam ministrorum Ecclesiastica potestate abutentium, quia pro qualibet re etiam leuissima concedunt excõmunicationes, propterea eas multi irrident, cuius oppositum faciebant maiores nostri, maximo enim timore tremebant quando audiebant nomen anathematis. & ideo concludendum est, quòd id pro quo fertur excommunicatio debet esse, aut præsumi mortale, aliter non obligat, lege in hac materia Frãciscum de victoria in summula de sacramentis, &c.

Dis.18.q.2. articu.1. — Quæst.3.

Quinta concl. Excõmunicatio semper est timenda etiam iniusta: probat hanc S.Tho. vbi supra ex verbis Greg. quæ habẽtur, 1.q.3. præcepta pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda sunt, nõ autẽ essent timenda, nisi aliquid nocerẽt etiam iniusta: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd excommunicatio potest dici iniusta ex parte excommunicantis, qui quamuis peccet, quia odio excommunicat tamen tenet, potest etiam dici iniusta ex parte excõmunicationis, quia fertur sententia prætermisso ordine iuris, & tunc si continet intollerabilem errorem ita, quòd sit error ex parte sententiæ, tunc non habebit effectum, si autem non annullat sententiam, tunc habebit effectum, & excommunicatus debet humiliter obedire, & petere absolutionem, quãdo vero excõmunicationis causa nulla est tunc excommunicatio non valebit, hinc colligas aliud est sententiam excõmunicationis esse iniustam, & aliud esse nullam, legẽ de hac materia Syluestrum verbo excommunicatio, &c.

Dis.18.q.2. articu.1.

Sexta concl. Non omnis sacerdos excommunicare potest: probat hanc S.Thom. quia non omnis sacerdos habet authoritatem iurisdictionis: ergo conclusio vera. Circa quam nota esse duas opiniones prima affirmãs, quia cum excommunicatio sit actus clauium, & quilibet sacerdos habeat claues, hinc sequitur quemlibet sacerdotem posse excommunicare: altera est opinio negans quam sequitur S.Tho. quia cum excommunicatio nõ sit actus clauium directe, sed solum respectu iudicij exterioris contentiosi, & sic exigitur in excommunicante potestas iurisdictionis in eodem foro. & quidem soli Episcopi, & maiores Prælati, vt Papa, Archiepiscopi, vniuersale Concilium, aut Prouinciale legitime congregatum, & omnium religionum prælati generales, abbates, priores, guardiani sentẽtiam excõmunicationis in suos subditos ferre possunt, quia omnes isti habent iurisdictionem spiritualem in foro exteriori, parochiales vero non possunt nisi ex commissione eis facta, vel in certis casibus, sicut in furto, & rapina, & huiusmodi in quibus est eis à iure concessum, quòd excommunicare possunt, &c.

Dis.18.q.2. articu.2.

Septima conclusio. Excommunicatus, & suspensus à iurisdictione, vel ab ordine non potest excommunicare: probat hanc Sanctus Thomas, quia vinculum corporale est minus, quàm spirituale, sed ligatus corporaliter non potest alium ligare: ergo ligatus spiritualiter, vt est excommunicatus non potest alios ligare quod est excommunicare, &c. Vbi nota, quòd conclusio est manifesta ex se de excommunicato, qui est manifestus, sed an occulte excommunicatus possit excommunicare, ita vt talis sententia valeat, Paludanus tenet quòd sic, contrarium tenet Syluester verbo excõmunicatio. §. primo, sed Riccardus, & Caietanus in summa verb. absol. tenent cum Palud. hoc etiam patet ex Concilio Constant. in quo ad euitanda scandala, & multa pericula solum priuantur à communione excommunicatorum, qui sunt specialiter nominati, vel percussores clericorum. propterea prima opinio est sequenda, vt verior.

Art.2.q.2. — Dis.18.q.2. — Distin.18.

Octaua conclusio. Nullus potest seipsum, vel æqualem, vel superiorem excommunicare: probat hanc Sanctus Thomas vbi supra, quia excommunicatio est actus iurisdictionis, sed aliquis non habet in se iurisdictionem cum in eadem causa non potest quis esse reus, & iudex, nec iterum in superiorem, vel æqualem, aut se excommunicare. Vbi nota, quòd cum per iurisdictionem aliquis constituatur in gradu superioritatis respectu eius in quẽ habet iurisdictionem, quia est iudex eius. ideo nullus habet in seipsum, vel æqualem, aut superiorem iurisdictionem, & per consequens nullus potest seipsum, vel æqualem, aut superiorem excommunicare, & licet Apostolus Paulus videatur excommunicasse Angelum in Epistola ad Galath. ibi tamen Apostolus loquitur sub hypothesi, idest si poneretur Angelum peccare, sic enim Angelus non esset Apostolo superior, sed inferior: nec est incon-

Dis.18.q.2. art.3. — Cap.1.

ueniens, quòd in conditionalibus, quarum antecedentia poßibilia sunt, & consequentia impoßibilia sint.

Artic. 3. Cap. 3. Dist. 18. q. 3.

Nona concl. Vniuersitas, & collegium nõ debet excommunicari: probat hanc S. Tho. vbi supra ex August. in Matth. dicente, quòd princeps, & multitudo non est excommunicanda. Vbi nota hic esse duas opiniones, quarum prima est Riccardi, affirmantis vniuersitatem aliquã, & ciuitatem excõmunicari posse, secunda est opinio S. Tho. opposita volentis neminem posse excommunicari, nisi pro peccato mortali; peccatum autem consistit in actu, sed actus nõ est alicuius communitatis, sed singulariũ personarum, ideo singuli de communitate excommunicari possunt non autem ipsa communitas, quæ est res inanimata, lege Syluest. verbo excommu. 2. §. 3.

Dist. 18. q. 2. articu. 1.

Decima concl. Excommunicatio minor est censura Ecclesiastica qua homo excluditur à paßiua tantum participatione sacramẽtorum, & à paßiua electione canonica: elicitur hæc ex S. Tho. & ratio huius est, quia sic disponit ius extra de clerico excommunicato. Vbi nota, quòd non quilibet sacerdos potest absoluere ab excommunicatione minore, quia qualibet excommunicatio est vinculum fori contentiosi, propterea exigitur in absoluente potestas iurisdictionis in eodem foro, at simplex sacerdos non est iudex, nec habet nisi potestatem ordinis, & in cap. nuper de sententia excõmu. dicitur oportet ergo recurrere ad ministrum Ecclesiæ habentem potestatem iurisdictionis, & posset Diaconus, immo simplex clericus habẽs iurisdictionem absoluere à minore excommunicatione multo magis, quàm à maiore quoniam vtriusque absolutio non spectat ad potestatem ordinis, sed iurisdictionis, & hanc doctrinam communiter, sequuntur Doctores, vt est videre apud Caietanum verbo excommunicatio minor circa finẽ, & apud Syluest. verbo absolutio, 1. §. 2. & apud Illustrißimum Dominum Episcopum Scalensem de censuris sui enchiridion.

DISTINCTIO XX.

Dist. 20. q. 1. articu. 3. Cap. 2.

Disputatur in præsenti distinctione de indulgentijs pro cuius notitia ponitur prima conclusio: In Romana Ecclesia adest facultas cõcedendi indulgẽtias: probat hanc Sanctus Thomas in præsenti distinctione ex Apostolo 2. Corin. dicẽte, nam & ego quid donaui siquid propter vos donaui in persona Christi, sed Papa non est minoris potestatis quàm Paulus fuit, si igitur Paulus donauit. i. relaxauit, vt ait glosa, ergo & Papa. & sic conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc est de fide definita in multis Concilijs, præsertim Constantiensi contra Ioannem Vuicleff, & in Lateranensi, vbi præscribitur ablatis, & Episcopis modus elargiẽdi indulgentias, & numerus dierum, & habetur in capitulo cum ex eo de peniten. & remiss. & in Concilio Tridentino clarius in proprio Decreto de indulgentijs.

Sess. 23. Art. 3.

Secunda conclusio. Indulgẽtia Ecclesiastica est relaxatio pœnæ peccato debitæ, quæ fit extra sacramentum: elicitur hæc ex Diuo Thoma hic, cuius ratio est, quia Ecclesia generalis non potest errare, & per indulgentias relaxat pœnas peccatis debitas: ergo &c. Vbi nota, quòd aliqui aliter definiunt, dicunt enim, quòd indulgẽtia est remißio pœnæ temporalis debitæ pro peccato actuali iã dimisso concessa existenti in gratia data à prælato Ecclesiæ de Thesauro Ecclesiæ, propter rationabilem causam. Aliqui dicũt, quòd indulgentia est remißio pœnæ. Aliqui volunt, quòd est absolutio à pœna luenda in purgatorio, sed clarior est prima definitio in conclusione posita, ideo sequenda contra Martinum Lutherum, qui primus prædicauit indulgentias esse pias fraudes, & impijßimas imposturas sceleratißimorum Pontificum, qui error fuit damnatus à Leone Decimo.

Art. 3.

Tertia conclu. Suscipiens indulgentias non absoluitur simpliciter à debito pœnæ, sed datur sibi vnde debitum soluat: probat hanc S. Tho. vbi supra, quia effectus indulgentiarum non est effectus sacramẽtalis: ergo &c. Vbi nota hic esse varias sententias Theologorum, nam aliqui dicũt, quòd indulgentiæ valent quo ad Deum non tamen quo ad Ecclesiam, vt leuius puniatur. i. indulgentiæ non liberant hominem, à pœna iniuncta, aut iniũgenda, neque à totali pœna purgatorij, sed vt leuius in eo torqueatur, secunda est sententia aliorum dicentium indulgentias non liberare, nisi à residua pœnitentia quando. s. peccatori secundum iudicium Dei non fuit sufficiens satisfactio imposita, tertia est sentẽtia quod indulgẽtiæ valent ad remißionẽ pœnæ temporalis, hac tamen lege, vt obtinens illas tantam eleemosynam, totque preces effundat, vt æquiualeant penitentiæ in hac vita, vel in purgatorio soluendæ. quarta sententia est, dicens, quòd indulgentiæ solum valent ad relaxationem pœnitentiæ negligenter commissæ. quinta sententia indulgentiæ tantum liberãt à præcepto Ecclesiæ non autem à pœna in purgatorio infligẽda. sexta est quòd indulgentiæ tantum pœnæ temporalis relaxat quantum fuit expresse per indulgẽtias concessum, ita vt si annus concedatur, pœna in purgatorio luenda vnius anni remittitur, & hanc sequitur Innocẽtius in cap. quod autem, & etiam Andrianus in quæst. de indulg. Caiet. vero substinet in opuscul. suo de indulg. quòd licet Papa poßit cõcedere indulgentias liberantes à pœnitentijs iniungendis, & à tali pœnitentia peccatorum, tamen non liberabit nisi à pœnitentijs iniunctis peccatorum quo ad Deum, & quo ad Ecclesiam, his nõ obstantibus sequenda est nostra conclusio cum hac appendice, quòd indulgentiæ tantum valent quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis sit authoritas, ex parte recipientis charitas, ex parte causæ pietas, quæ comprehendit honorem Dei, & proximi vtilitate, &c.

Dist. 20. q. 1. articu. 3. Distin. 19. Dist. 20. q. 3.

Quarta conclusio. In Ecclesia est Thesaurus, tam Christi quàm Sanctorum, qui eius præsidio suffulti multa merita satisfaciendi, cumularunt: elicitur hæc ex Sancto Thoma in præsenti distinctione, cuius ratio est vnitas corporis mystici in qua Sancti multas tribulationes sustinuerunt, quæ excedunt pœnas debitas eorum peccatis: igitur conclusio vera. Circa quam nota, quòd errauit Franciscus de Maior. hic asserens nullum esse thesaurum Christi, & Sanctorum, quia singuli gloriam pro suis meritis vltra condignum susceperunt. Durandus quoque licet thesaurum Christi

non abnege: destruit ramē thesaurum Sanctorum, A sed sequere tu cōclusionem relictis erroribus aliorum, de quibus lege Sotum hic.

Quinta concl. Indulgentiæ possunt aliquando q.1.art.3. pro temporali subsidio elargiri: probat hanc S.Th. ex communi ecclesię consuetudine, quæ pro peregrinatiouibus, & eleemosynis faciendis indulgentias facit: ergo, &c. Vbi nota, quòd est duplex opinio: altera negans, quia dare spirituale pro temporali est simonia, sed indulgentia, est quoddam spirituale: ergo non debet dari per subsidio temporali: altera est affirmans, quia indulgentiæ nou dantur simpliciter pro temporalibus, sed in ordine ad spiritualia, puta pro ædificanda alicuius Sācti basilica, B vel in fauorem fidei ad redēptionem captiuorū expugnandamue machometi cani sectam, vel in publicam vtilitatem, puta ad ædificationem alicuius hospitalis, vel pontium, & aliarū eleemosynarū, &c. hinc non sequitur simonia, &c.

Sexta conclusio. Si forma, & bulla indulgentiarum non restringit sermonē ad iniunctas pęnitentias absolute intelligēda, venit etiam de non iniun- Distin.10. q.1.art.3. ctis: colligitur hæc ex D.Thom. hic, cuius ratio est, quia Papa potest extra sacramentum pęnas peccatorum remittere, quæ non sunt in sacramento impositæ: igitur si in bulla nulla fiat restrictio absolute intelligenda venit, & sic conclusio est vera. Vbi C Cap.7. nota hic esse duas opiniones: altera Cai. in tract. de indulgentijs, dicentis Papam non posse facere indulgentias de iniungendis, vt diximus in secunda conclus. altera est opinio S.Tho. in conclusione posita, qui cum indulgentia habeat gradus, nempe dicitur indulgentia plenaria, plenior, plenissima, & tot quatragenarum, & anni iubilei, & tot annorū, & tot dierū propterea prout in bulla fit restrictio ita intelligenda uenit, nam plenaria indulgentia, vt omnes fere summistæ dicunt est relaxatio pœna- Plen.ind. rum peccatorum mortalium remissorum, plenior, est ipsarum pęnarum peccatorum mortalium cum culpis venialium, plenissima absolute ab omni pę- D na, & veniali culpa in foro ecclesiæ, & Dei, annus iubilei dicit maximam exaggerationem indulgētiarum, quatragena est satisfactio tēporis vnius quadragesimę, ex numero.n. illarum dierum ortum habuit: hinc in Lateranēsi Cōcilio limitata est episcopalis potestas ad quatraginta dies: patet ergo quomodo nō intelligitur indulgētia tantum de iniunctis, sed etiam de iniungendis.

Septima concl. Solus summus Pontifex, & concilium, & cæteri prælati habentes iurisdictionem, vt legati, possunt indulgentias conferre: probat hanc Distin.20. q.1.art.4. S.Tho. vbi supra, quia conferre indulgentias est dispēsare Thesaurum Ecclesiæ, hoc autem spectat ad E prælatos iurisdictionem habentes: ergo, &c. Circa quam nota, quòd hæc conclusio est de iure Pontificio, vt patet de pęn. & remiss. in cap. cū ex eo, quia potestas conferendi indulgentias sequitur iurisdictionem: hinc diaconi, & alij nō sacerdotes possunt habere iurisdictionem, vel cōmissam, vt legati, vel ordinariam, sicut electi, & si non posit absoluere in foro pęnitentiali, possunt tamen indulgentias conferre, hinc Episcopus electus, & non consecratus, generales magistri ordinum, & prouinciales habent authoritatem concedendi indulgentias, vt patet ex concessionibus diuersorum Pontificum, A minores vero prælati, vt priori, & guardiani possunt opera satisfactoria superabundantia suorum subditorum applicare cui voluerint non tamen indulgentias conferre, &c.

Octaua cōclusio est, existētibus in peccato mortali indulgentiæ nihil prosunt: probat hanc San- Distin.20. q.1.art.5. ctus Thomas, quia membrum mortuum non suscipit influentiam ex alijs membris viuis, sed ille qui est in peccato mortali est quasi membrum mortuum: ergo per indulgentias non suscipit influentiam ex meritis viuorum membrorum. Vbi nota hic esse duas opiniones, quarum altera est Ioannis Dist.19.q.2 de Mayronis affirmantis indulgentias valere exi- B stentibus in peccato mortali, ait ipse satisfacere potest pro peccatis confessis alias iuxta opinionem Scoti: igitur Papa per indulgentias poterit remittere sibi illud de quo potest satisfacere: altera est opinio Sancti Thomæ, quam sequitur Sanctus Antoninus secunda parte, titulo secundo, hi Cap.3. enim dicunt, quòd indulgentiæ non valent, nisi verè pœnitentibus, & confessis, quia quandiu, quis est in peccato mortali est obligatus ad infernum, & ita est in alio foro, licet quis poterit, verbi gratia per totam septimanam ieiunare, & orare, & postea in die Dominico confiteri, & in gratia suscipere Eucharistiam, hoc sufficit, vt consequatur C Indulgentias, nō enim erit necessarium omnia contenta in diplomate facere in gratia, de qua re lege Sotum hic.

Dist.23.q.2. articu.3. Nona conclusio. Ille qui plenariam indulgentiam rite assequutus est, si eo Instāti moreretur statim volaret ad cœlum, colligitur hæc ex doctrina Sancti Thomæ vbi supra, & ratio est, quia plenaria Dist.20.q.1. articu.3. indulgentia est relaxatio omnium pęnarum: igitur non habet amplius de quo satisfacere potest in purgatorio, & sic conclusio vera. Vbi nota, quòd hic sunt duæ opiniones, quarū altera est Aug. de Anch. dicentis, quòd si datur indulgentia generalis de pęnis iniunctis, & maior fuerat iniungenda hanc su- D scipiens non statim volabit ad cœlum, similiter si oblitus fuerit aliqua peccata in confessione, vel si in affectu habebit aliquam culpam venialem, &c. altera opinio est Sancti Thomæ, quam sequutus est Hostiensis, dicens quòd absolute, quis in gratia existens suscipiens plenariam indulgentiam per quam relaxatę sunt omnes pęnæ debitę peccatis mortalibus, & venialibus ex thesauro Ecclesiæ, statim volabit ad cœlum si in tali dispositione moreretur.

Decima conclusio. Papa non potest dare indulgentiam liberantem à culpa: elicitur hæc ex Sancto Dist.10.q.3. articu.3. Thoma vbi supra, & ratio est, quia culpa est materia repugnans indulgentiæ, non enim remittitur, E nisi per contritionem, & confessionem, quorum neutrum est indulgentia: igitur est tantum pro pęna. Vbi nota, quòd si in aliquo diplomate dicitur indulgentia pro culpa etiam pœna debet intelligi præsuppositiue, scilicet, quòd indulgentia supponit culpam esse remissam per contritionem, & satisfacit pro pœna, vel intelligitur de culpa veniali, vel pro culpa in foro pœnitentiæ, quia Papa in tali foro potest absoluere à culpa, quia habet potestatē iniungendi pœnitentiam. & sic authoritate diuina per potestatē characteris Papa pōt super culpā, & dare ēt authoritatē sacerdotibus, vt absoluāt a qbusdam culpis quas sibi reseruauit, veluti casus

reseruatur in bulla cęnę Domini quando clargitur A indulgentias. tunc potest concedere illos casus, & pro eorum concessione, poterit dici in diplomate indulgentia plenaria pro culpa, & pęna, &c.

DISTINCTIO XXI.

Disputatur in hac dist. de expiatione peccatorum venialium, & ponitur prima conclusio talis: Culpa venialis in eo, qui cũ gratia decedit remittitur post hanc vitam in purgatorio: Dist.21. q.4. articu.3. probat hãc S.Tho.hic, quia ad remissionem venialis sufficit actus charitatis detestantis veniale peccatum propter Deum, sed talis actus potest esse in B purgatorio: ergo &c. Vbi nota esse duas opiniones, quarum prima dicit esse impossibile, quòd aliquis decedat cum veniali absque mortali, quia ipsa gratia finalis purgat culpam venialem, & si quis cum culpa mortali decedit damnatur, & non est capax remissionis. secunda opinio dicit veniale peccatum per ignẽ purgatorij expiari, vt patet de dormiente, qui moritur in gratia, sed habet peccatum veniale, iste.n. nõ debet damnari, igitur, saluabitur, expiata culpa veniali in purgatorio. & hæc doctri- Cap.39. na est Beati Greg. 4. dialog. vbi ait, quòd quædam culpæ leues in futuro remittuntur, hoc non potest intelligi quo ad culpam mortalem, sic omnes cul- C pæ quantumcunque graues remitterentur: igitur debet intelligi de culpis venialibus, quæ igne pur- Cap.3. gatorij expiãtur, quod etiam innuit Apost. 1. Cor. per lignum fęnum, & stipulam per quę intelliguntur peccata venialia, quæ in purgatorio consumuntur, ideo hæc secunda opinio est sequenda.

Secunda conclu. Peccatum veniale nullo modo in inferno expiari potest quo ad pęnã: probat hãc q.7. art.10. S.Tho.in quæst.de malo, quia veniale peccatum expiatur per fidem formatam, hæc autem non est in existentibus in inferno: igitur &c. Circa quam no- Dist.21. q.1. ta hic esse duas opiniones, quarum altera est Scoti hic affirmantis esse iniustum omnino infligere pœ- D nam æternam peccato veniali, cui secundum se debetur pęna temporalis. altera est opinio S.Tho. dicentis, quòd veniale peccatum, cum non sit contra charitatem non meretur pęnam æternam ex specie peccati, nec ex parte inhærentiæ ad subiectum per se loquendo, quia non priuat gratia, sed per accidens fit irremissibile peccato mortali coniunctum in quantum est in subiecto priuato gratia, & hæc est opinio amplectenda.

Tertia concl. Peccatum veniale in hac vita remittitur per aspersionem aquæ benedictæ: probat hãc Artic.11. S.Tho. vbi supra, quia nihil in obseruantijs Ecclesię agitur frustra, sed in benedictione aquæ fit mentio E de remissione culpæ: igitur aliqua culpa per aspersionem aquæ benedictæ remittitur, non autem culpa mortalis: ergo venialis. Vbi nota, quòd multis alijs modis remittitur peccatum veniale, vt declarant summistæ, præsertim Rosell. asserẽs, quòd per communionem, per eleemosynam, per orationem præcipue dominicam, per cõfessionem generalem per benedictionem Episcopalem per tunsionem pectoris per cordis contritionem, & breuiter quæcunque possunt excitare feruorem charitatis, &c.

Quarta conclusio. Primi motus in ipsis infidelibus non sunt peccata mortalia, sed venialia: probat hanc Sanctus Thomas in q. de mal. quia in actu peccati plus peccat Christianus, quàm infidelis cæ- q.7. art.8. teris paribus, sed Christianus in primis motibus non peccat mortaliter: ergo multo minus infidelis, & sic conclusio est vera. Circa quam nota esse duas opiniones, quarum prima est affirmans primos motus infideliũ esse peccata mortalia: altera est opinio negans, quia in ipso infideli primus motus prout est actus personalis, nõ potest esse peccatum mortale, ita vt habeat damnationem culpabilem, nisi prout deriuatur à peccato originali, quod nõ est deletum in ipso infideli, & ratione huius cõnexionis debetur sibi pęna æterna, licet non detur vt alias diximus contra Durandum, quòd aliquis decedat ab hac vita cũ originali, & veniali solũ, &c.

Quinta conclusio. Ad remissionem venialium sufficit displicentia virtualis: elicitur hæc ex doctrina Sancti Thomæ vbi supra, & ratio est, quia venia- q.7. de malo. lia non sunt de necessitate confessionis: ergo neq; de necessitate formalis contritionis, neque est necessaria aliqua eorum inquisitio: igitur conclusio vera. Circa quam nota esse duas opiniones, quarũ altera est Durandi, probantis ad deletionem ve- Dist.16. q.2. nialium requiri displicẽtiam, & contritionem formalem, & actualem: altera est opinio Sancti Tho- Cap.71. mę in conclusione posita, quæ est Augu. in Enchir. dicẽtis de quotidianis breuibus leuibus peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur quotidiana ora- Distin.3. tio fidelium satisfaciat. s. Pater noster, & recitantur Capitu. de quotid. hæc verba de pœn. vnde talia non possunt intelligi de actuali, & expressa, & diligenti displicentia, nec de habituali, quæ habetur per habitum charitatis vel pœnitentiæ virtutis, ergo de displicẽtia virtuali, quæ est opinio Sancti Thomę: ex quo repræhẽdendus venit etiam Scotus hic, qui vult venialia remit- Dist.23. q.2. ti in hac vita per actum Deo magis gratum, & acceptum, quàm peccatũ veniale ei displicebat, quãuis peccator nõ referat ipsum ad remissionem venialis, sed ad aliud opus, Deus enim ad eandem remissionem acceptabit. hæc opinio stare non potest, quia peccatum non tollitur nisi per suum contrarium, actus autem charitatis ordinatus ad aliud opus non contrariatur peccato veniali, quia potest, & de facto stat cum eo: igitur, &c. lege de hac re Sotum hic.

Sexta conclu. Nullum peccatum per pœnitentiã Dist.15. q.2. articu.1. semel dimissum, redit idem numero, quo ad identitatem culpæ, vel maculæ: probat hãc S.Th. in hoc q.1. art.1. lib. quia quod omnino in nihilũ decidit idem numero resumi nõ potest, sed peccatum per pœnitentiam dimissum, cessit in nihilum: igitur idem numero nunq̃ redire poterit. Circa quã nota, ꝙ fuit antiqua opinio, quæ volebat, ꝙ Deus non remittit peccata pœnitenti, postea peccaturo, quia præscit se æternaliter puniturum, quæ opinio est falsissima, quia quãdo causa absolute ponitur effectus quoq; ponitur absolute, sed per sacramenta absolute, ponitur remissio peccatorum, & nõ cum conditione quadam dependente in futurum: igitur absolute peccatum dimittitur per pęnitẽtiam, non ergo redit idem numero, &c.

Septima conclusio. Peccata dimissa redeunt in suo effectu, seu quantum ad ingratitudinem: probat Sanctus Thomas vbi supra, quia ibi maxima ingratitudo apparere videtur, vbi post dimissionem

nem

nem vnius peccati in aliud, vel in illudmet relabit A homo, sed Deus per pœnitentiam remittit peccata hominibus: igitur si relabuntur, aggrauabitur pęna propter ingratitudinem. Vbi nota, quòd peccatum mortale subsequens non facit redire peccata mortalia prius abolita ex parte conuersionis ad bonum commutabile, facit tamen redire ex parte auersionis, maculę, & reatus, non quòd sit eadē auersio, eadem macula, & idem reatus, quia sicuti sunt diuersæ conuersiones, ita etiam sunt diuersæ auersiones, & maculæ, & reatus: ex diuersis.n.causis diuersi oriuntur effectus, sed dicuntur redire, secūdū quid prout in ingratitudine postremi peccati priora peccata virtualiter continentur &c. B

q.1.art.1. Octaua cōcl. Per peccatum subsequens non redditur eadem pœna damni: elicitur hæc ex S.Tho. vbi supra, & ratio est, quia pęna damni correspondet maculæ peccatorum, vbi.n. maior est macula, maior est pęna, sed sic est, quòd non redeunt eædem maculæ, & reatus: igitur neq; eadē pęna damni. Vbi nota, ꝙ hic est controuersia inter Thomistas. nam Petrus de Palude, Dur. & Capreolus volunt ad mentem S.Tho. eandem pœnam damni redire, quia est infinita, & perpetua carentia diuinæ visionis: alij Thomistæ tenent oppositum, & est verior opinio, quia & si carentia illa visionis diuinæ sit infinita, tam ex parte obiecti, quàm ex parte dn- C rationis, recipit tamē magis, & minus respectu conuersionis a qua ortū habuit; nullus.n.vnquam sibi persuadere poterit tanta pęna damni puniri puerū in limbo quāta punitur Caim, & Pharao, & Antiochus, & Iudas in inferno, cum carētia diuinæ visionis non cruciet puerum, sicut cruciat istos &c. Distin. 22.

Nona concl. Hæc ingratitudo per quam redeūt peccata prius per pœnitentiam dimissa, non est speciale peccatū: probat hāc S.Doctor, quia circumstantia aggrauans peccatū non dicitur speciale peccatum, sed illa ingratitudo per quam redeunt peccata est huiusmodi: igitur &c. Vbi nota, ꝙ quatuor sunt modi ingratitudinis, primus est cum quis ef- D fectu pro beneficijs acceptis retribuere aliquid negligit. secundus est quando cum affectu contendit, tertius quando intellectu obliuiscitur, quartus & maximus, quando contra benefacientem aliquid operatur indebite. illi tres primi modi ingratitudinis dicuntur esse specia'e peccatum, quartus aūt est deformitas annexa peccato, quia ex hoc ipso quod ponitur aliquid indebite fieri ponitur peccatum esse, sed ex hoc ipso quod ponitur fieri contra benefacientem additur circumstantia aggrauans, & sic intelligenda venit conclusio. q.1.art.2. Quæst.2.

Decima conclu. Persequens peccatum redeunt etiam peccata venialia: probat hanc S.Tho. vbi su- E pra, quia peccata venialia inter debita computātur in oratione dominica, quæ specialiter cōtra venialia valet, sed vniuersum debitū exigitur ab eo qui recidiuat, ergo & venialia, quoque redeunt. Vbi nota, quod Rabanus loquens de seruo nequā qui in conseruum suum impius deprehensus est apud Matthæum Traditus est tortoribus quousque redderet vniuersum debitum, quia non solum peccata, quæ post baptismum homo egit reputabuntur ei ad pœnam, sed etiam originalia, quæ in baptismo sunt ei dimissa. Albert. exponit, quod non redeunt eadem numero, aut specie, nec æquali reatu, sed ex q.1.art.1. Cap.18.

ingratitudine sequentis peccati reuerti dicuntur, Altisiodorens. in summa, ait de hac re sunt duæ opiniones, vna quòd peccata redeant eadem secundū essentiam, alia quod per ingratitudinem, secunda opinio est sequenda. non prima Dionys. Carthus. aït, quòd de reditu peccatorum concordant Bonauentu. Petrus, Riccard. Scotus, Argenrinensis, Dur. cæteriq; communiter, doctrina tamen S.Th. est sequenda, quòd peccata dimissa nō redeunt in se, & secundum essentiam, sed quo ad suum effectum virtualiter, &c. Lib.4. Quæst.1. Dist.22.

DISTINCTIO XXII.

Pertractatur hic de sigillo confessionis pro cuius intelligentia sit prima conclusio: Sacerdos iure naturali, diuino, & ecclesiastico tenetur celare ea, quæ audiuit in confessione: elicitur hæc ex Sancto Thoma in hoc libro, cuius ratio est, quia cum hoc sacramentum sit de necessitate salutis, si aliquo modo liceret sacerdoti confessionem reuelare, pœnitentes, amplius non confiterentur, & sic perirent, &c. Vbi nota, quòd in hoc omnes Doctores conueniunt, & Albertus, Petrus de Palude, Riccard. Thomas de Argentina, Dur. Alijque communiter, & addit Riccard. quòd quando quis exhibet se ad audiendas confessiones statim promittit se tacite quæ audierit celaturum, hinc falsificatur ille versiculus, hæresis est crimen, quod nec con fess o celat, & quamuis vtile esset interdum confitenti, aut singulari personæ, quòd confessio panderetur non tamen expedit pro vtilitate communitatis, cui magis est prouidendum, quàm particularibus quibusque personis, vnde, & quod pro charitate institutum est, oportet aliquādo militare pro bono communi non obstante quod aliter expediret bono particulari, cui nihilominus alio modo consulere pôt, hinc sacerdos tenetur potius subire mortem quā confessionem reuelare. conclusio ergo est habēda, vt definita in c. omnis vtriusq;, &c. Dis.21.q.3. articu.1.

Secunda conclusio. Sacerdos tenetur habere sub sigillo peccata etiam impœnitentis: elicitur hæc ex locis supra citatis, & ratio est, quia confessio sacramentalis obligat necessario triplici iure ad sigillum confessionis, sed confessio impœnitentis est sacramentalis: ergo &c. Vbi nota hic esse duas opiniones, quarum altera est Alexan. dicentis, quòd quando peccator habet propositum committendi aliquod crimen, aut seminandi hæresim à quo non vult recedere, talē peccatum non cadit sub sigillo confessionis, & hanc opinionem sequitur Panormitanus in c. omnis vtriusque, &c. altera est opinio Sancti Thomæ in conclusione exposita, dicentis, quòd etiam si hæreticus fuerit impœnitens, & suum peccatum sacramentaliter dixerit confessori, illud sub sigillo est habendum etiam quòd periculum immineat Ecclesiæ, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona: poterit autem confessor in hoc casu dicere prælato, vt caueat diligenter, & vigilet ne in sua Ecclesia hæreses oriantur, habendo tamen semper peccatum, & peccatorem in confessione habitum sub sigillo &c. Dis.21.q.3. articu.1. 4 par. q.18.

Tertia concl. Nō frangit sigillum confessionis, qui ex licentia pœnitētis libere, & spōte, & ex iusta ca sibi cōcessa cōfessionē detegit: pbat hac S.Th. Dis.21.q.3. articu.1.

qui a in hoc casu nulli fit iniuria: ergo licite fieri potest. Vbi nota hic esse duas extremas opiniones Dist.21. q.1. quarũ prima est Scoti, Dur. & Summę Angelicę negantium, quia sigillum confessionis est de iure diuino: igitur nemini licebit illud violare, & sic pęnitens non potest dari licentiam, item nũc cessẽt magnum scandalum; altera est opinio S.Tho. in conclusione posita, qua pęnitẽs potest dare licentiam confessori tamen non potest accipere aut reuelare, confessionem in detrimentum pęnitentis, qui sibi talem facultatem dat, secus autem si non vergeret Cap.8. in illius damnum: lege Nauarrũ in suo manuali cōfess. qui eandem opinionem sequitur.

Quarta concl. Sigillum cōfessionis est obligatio quędam a lege diuina introducta ad occultãdum quod in sacramentali confessione auditur, elicitur Dist.21.q.3. artic.1. hæc conclusio ex locis supracitatis, & ratio est, quia sicut confessio, est de iure naturæ, diuino, & positiuo, ita & sigillum: ergo &c. patet cōsequentia, quia sigillũ inseparabiliter ipsam confessionẽ sequitur. Vbi nota, quòd hęc obligatio, & debitum occultãdi per quandam metaphoram, & similitudinem dicitur sigillum, quia sicut sigillum literarum continet occultam rem obsignatam, ita obligatio seruãdi aliquod secretũ efficit, ne id quod in sacramentali confessione habetur, manifestetur alicui, hinc confessarius qui directe, vel indirecte confessionẽ detegit, siue absoluat pœnitentem, siue secus semper peccat mortaliter, siue id faciat per timore etiã ipsius mortis, siue gratia vitãdi scandalum, aut cōmodum aliquod reportandi, vel propter quemcunque alium finem rectum aut prauum, lege de hac re Nauarrum vbi supra.

Quinta concl. Istud sigillum confessionis est maius quocũque alio sigillo & secreto, probatur, quia in hoc sigillo concurrit ius naturæ, ius diuinum, Distin.21. & ius pontificium: igitur &c. Vbi nota, quod quilibet homo tenetur effugere mortem quantum potest, nihilomi. si aliquis confessarius cogeretur ad mortẽ nisi reuelaret audita in cōfessione, talis potius debuisset pati mortem quã reuelare, id quod in cōfessione habuit, quia facere sacrilegium, & peccatum est peius, quam mori corporaliter, hinc efficitur regula vniuersalis, quòd homo citius debet mortem pati, quam quodcunque mortale peccatum cōmittere, vnde quidã iniquus homo in teutonica cępit quẽdã religiosum nostri ordinis, qui ad cōfessionem audierat vxorem suam stimulare, vt confessionem vxoris propalaret, ille religiosus vir pius, & doctus noluit propalare, fuit ab illo occisus. & pro hoc martyrium suscepit.

Sexta conclu. Summus Pontifex nullusque alius Dist.21.q.2. articu.1. prælatus potest cogere confessarium ad detegẽda audita in confessione: probatur quia super hoc nō cadit obedientia. Vbi nota, ꝙ confessarius in hoc nulli subiicitur nisi Deo, namque, vt minister Dei exercuit sacramentum confessionis, non autem, vt minister Papę, aut alicuius alterius plati, propterea si requiratur sub quacunque pœna, etiam ꝙ exhibeatur iuramentum licite, & sine scrupulo iurare posset se nescire, quia nescit, vt huiusmodi subiectus, & si nō reuelãdo immineret aliquod grauissimum malum, vt occisio regis, vel ciuitatis ruina, debet vtique, tamen si poterit sine reuelatione remediũ apponere dummodo nihil signo, verbo, nutu,

A aut motu aliquo audita in cōfessione reuelet, &c.

Septima concl. Sacerdos potest proponere in iudicio crimẽ, quod in cōfessione & extra nouit: elicitur ex S.Th. vbi supra, & ratio est, quia tale peccatum non reuelatur quatenus in confessione cognitum, sed prout agnoscitur alia via humana. Vbi Distin.21. nota sunt duę opiniones, quarum altera est Gul. q.de sigil. Altisiodor. 4.par. dicens, quòd sacerdos non potest sine sacrilegio reuelare crimen, quod duplici via agnoscit. s. per confessionem, & extra, altera est opinio affirmans, quam sequitur Dur. Bonau. Ricard. & cęteri boni auth. quòd si sacerdos extra cōfessionẽ audiuit aliquod crimẽ, siue ante, siue post B iure valet illud in publicum dicere, dummodo id secũdum leges faciat, quia ius quod homo de hac re habet extra confessionem non amittit per confessionem, adde quia alias lata via fraudibus aperiretur, vt si prædo coram sacerdote furtum faceret in ecclesia posset statim illud ad aures sacerdotis confiteri, vt os illi obseraret ne dicere posset: propterea hæc secunda via est tenenda.

Octaua concl. Si prelatus aliquis inuenerit peccata alicuius subditi scripta, nō poterit sine sacrilegio de eis inqsitionẽ facere: elicitur hæc ex doctr. Dist.21. superius habita, & ratio est, quia hic actus est ordinatus ad cōfessionem, & confessio est a Deo sacra C & diuina, & nullo modo, siue directe, siue indirecte licitum est eam violare. Vbi nota, ꝙ euenit hic casus in quodam monasterio, dum quidam frater satis imprudẽs, scripsit peccata sua, deinde ꝑdidit scriptũ, quod fortuito eius prælatus inuenit, quippe qui statim ad inquisitionem processit, at subditus habuit recursum ad superiorẽ, ã quo iure optimo ille prelatus punitus fuit: hinc etiam sequitur, quòd si aliqui duo vel tres cōfessarij scirẽt aliquod furtum alicuius latronis, & conuenirent ad inuicẽ deferre illud ad iudicem iudex ille non debet procedere ad inquisitionem, aliter processus ille esset sacrilegus: sicuti sacrilegium commiserunt illi confessarij deferendo ad iudicem quod in cōfessione habebant.

Nona cōcl. Si aliquis recipit aliquod sub sigillo secreti, interrogatus ã iudice cum iuramẽto, tenetur illud propalare: probatur, quia illa cerimonia non est confessio sacramentalis: ergo suscipiens illud secretum nō suscipit, vt minister Dei, ergo poterit illud detegere sine peccato &c. Vbi nota, ꝙ solent nonnulli ad commendãdum secretum dicere amico suo, hoc tibi dico sub sigillo confessionis, non tamen propterea est sigillum confessionis, sed humani secreti etiam si alter affirmet se illuc recipere sub sigillo cōfessionis, quoniam quicquid am- E bo dicant nunquam est confessio, vnde Petrus de Dist.21.q.2. Palude, ait iniuriam irrogari sacramẽto, si quis vel tradit, vel recipit aliquid extra sacramentum sub tam arto sigillo, ac si esset sacramentum,

Decima conclusio. Non solum sacerdos, sed etiam laicus, cui propter aliquam necessitatem fit confessio, tenetur seruare sigillum confessionis: elicitur hæc ex locis supracitatis, & ratio est, quia semper res transeunt cum onere suo cap. ex litteris, de pignor. cap. pastoralis, de decimis. l.2. & 3. Vbi nota, quòd omnes illi, qui confessionem sacramentalem audierunt, vel intellexerunt licite, vel illicite mediate, vel immediate, siue clerici, siue laici,

Laici, siue viri, siue fœminæ, casualiter, vel dolose quomodocunque intellexerunt etiam interpretes obligantur obseruare sigillum confessionis: hinc narratur quoddam miraculum, quòd dum quidã in naui timore mortis publice sua peccata coram omnibus esset confessus dum paulo post venissent ad portum nullus recordabatur, quid dixerat, nisi sacerdos, qui pœnitentiam iniunxit, tanta.n. vis est huius sigilli, quòd etiã durat post, quia spectat ad præceptu negatiuum, quod est semper, & ad séper.

DISTINCTIO XXIII.

De Sacramento extremæ vnctionis.

Disputatur in hac distinctione de extrema vnctione, de qua ponitur prima cõclusio talis: Extrema vnctio est vnũ ex septem sacramẽ-
Articu. 1. tis Ecclesiæ: probat hanc S.Tho. quia est inuisibilis gratiæ visibilis forma, cõfert.n. gratiam iuxta il-
Cap. 5. lud Iacobi, & si in peccatis sit dimittentur ei, est.n. spiritualis medicina: ergo &c. Vbi nota, ꝙ hæc est de fide, vt habetur in cap. ad abolendam de hæreticis, excommunicantur, qui aliter sentiunt de sacramentis, quàm sentit Romana Ecclesia, sed Ro-
Sess. 14. mana Ecclesia in Concilio Florentino, & Tridentino, definiuit extremam vnctionẽ esse vere sacramẽ-
Cap. 1. tum, contra Vuiclef, & Vnaldenses, & Lutheranos negantes hanc veritatem: igitur &c. Lege de hac materia Tho. Vualdensem tom. 2. de sacr. & Guid.
Cap. ult. Carmelitam lib. suo de hæres. & Aeneam Siluium,
Cap. 35. qui postea fuit Papa pius in lib. de orig. boemorũ.

Secunda conclu. Hoc sacramentum extremæ vnctionis est vnũ: probat S.Tho. quia sicut immersio se habet ad baptismum, ita se habet vnctio ad hoc sacramentum, sed plures immersiones sunt vnum sacramentum baptismi: ergo & plures vnctiones sunt vnum sacramentum extremæ vnctionis. Vbi nota, quòd vnum pluribus modis dicitur, indiuisibilitate, s. vt punctus, continuitate, vt linea, aut perfectione eo, quòd est res ex pluribus cõstans, vt domus, quæ ex pluribus materiebus vna forma perficitur, quando.n. vna actio sufficit ad perfectam significationem tunc vnitas sacramenti consistit tantum in illa actione, vt patet in confirmatione, quando autem significatio sacramenti potest esse in vna & in multis actionibus, sicut baptismus in vna immersione, & in tribus, quia ablutio, quæ significat in baptismo potest esse per vnã immersionem, vel per multas, quando vero perfecta significatio non potest esse nisi per plures actiones, tũc plures actiones sunt de perfectione sacramenti, vt patet de Eucharistia, quia refectio corporalis, quæ significat spiritualem nõ potest esse nisi per cibum & potum, & similiter est in hoc sacramento, quia curatio interiorum vulnerum non potest perfecte significari nisi per appositionem medicinæ ad diuersas vulnerum radices, hinc sequitur plures actiones esse de perfectione huius sacramenti, propterea est vnum vnitate perfectionis, vt Eucharistia quamuis duas formas duasque materias partiales habeat.

Tertia conclu. Hoc sacramentum est institutum à Christo: probat hanc S.Tho. quia sacramenta no uæ legis sunt digniora sacramẽtis veteris legis, sed illa mosayca fuerunt instituta à Deo: ergo & noua tra Euangelica sunt instituta à Christo. Vbi nota, ꝙ hic sunt duę opiniones, quarũ prima est Vgonis Par. 15.
lib. 2. de sacram. quę sequutus est Magister in hoc loco, & D. Bonauent. hi omnes affirmant Spiritum Sanctum per Apostolos instituisse hoc sacramentum, secunda est opinio S.Tho. in conclusione po- Art. 1. q. 2.
sita, quia instituere sacramenta spectat ad potestatem excellentiæ, quam solus Christus habuit, propterea ipse solus instituit, & sic est de fide tenendũ, vt habetur in Concil. Floren. & Trid. sed vbi legitur in sacra scriptura institutio huius sacramẽti, S.Th. & omnes alij dicunt, quod non est expressus locus vbi fuerit institutum, habemus tamen, ꝙ sit sacramẽtũ ex traditione Ecclesiæ, quia in his, quæ sunt fidei errare non potest, Euangelistæ.n. non curauerũt tradere nisi necessaria ad salutem, vt de baptismo pęnitentia, &c. de confirmatione vero, & extrema vnctione siluerunt, quia non sunt necessaria ad salutem, quamuis apud Marc. legamus de hoc sa- Cap. 6.
cramento mentionem fieri cum duodecim vngebant infirmos oleo.

Quarta conclu. Necessaria materia huius sacramenti est oleum oliuarũ: probat hanc S.Tho. quia Articu. 3.
spiritualis sanatio per olei inunctionẽ significatur, vt scribitur apud Esaiam plaga tumens non est cu- Cap. 1.
rata medicamine, neq; fota oleo: igitur necessaria materia est oleum in hoc sacramento. Vbi nota, ꝙ hæc conclusio est de fide sancita in Concilijs Flor. Sess. 4 c. 1.
& Trid. & est de necessitate huius sacramenti, vt sit benedictum, benedictio tamen fieri potest per Episcopum, aut per sacerdotem, qui habuerit facultatem à Papa, quia cum huiusceemodi benedictio facta ab Episcopo nõ sit de iure diuino, sed positiuo tantum, poterit per solum Romanum Pontificem presbytero committi.

Quinta conclu. Conueniens forma huius sacramẽti est deprecatiua, s. per istam vnctionem, & suã pijssimam misericordiã indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum auditum, &c. probat hãc S.Thom. ex vsu Romanæ Ecclesiæ, qui sic habet: er- Articu 4.
go &c. Vbi nota, quòd Riccardus in præsenti loco, Dis. 23. ar. 1.
ait quòd aliquæ Ecclesiæ vtuntur forma indicatiui modi dicendo vngo oculos tuos oleo in nomine Patris, &c. propterea non est de essentia huius: hinc alij dixerunt, vt refert S.Tho. hoc sacramentum nõ habere propriam formã: Capreolus hic asserit non esse probabile contra Petrum de Palude, ꝙ aliqua Ecclesia etiã Ambrosiana vtatur alia forma, quam ista, nihilominus conclusio est sequenda, tum quia omnia sacramenta consistunt ex materia, & forma, tum quia in hoc sacramento præcipue est deprecatiua, quia infirmus est destitutus à se, & eget aliorũ precatione, tum quia causa transit ad aliud forum, & hæc est determinatio Concilij Floren. & Triden. Sess. 4 c. 1.

Sexta concl. Minister huius sacramenti est solus sacerdos: probat hãc S.Doct. ex verbis Iacobi indu q. 2. ar. 1.
cat presbyteros Ecclesiæ: igitur &c. Vbi nota, ꝙ no Cap. 5.
mine sacerdotis intelligimus solũ illũ, qui ab Epõ est ordinatus sacerdos, & recepit characterẽ sacerdotalẽ, & ita iuxta fidem catholicã tenendum est, sic.n. diffinitur in Concilio Tridentino, si quis di- Sess. 14.
xerit presbyteros Ecclesiæ, quos B. Iacobus addi- Cap. 4.
cendos esse ad infirmum inungendũ hortatur, nõ esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quauis cõitate ob idq; ꝓpriũ extremæ

vnctionis ministrum non esse solum sacerdotem, anathema sit, & quia hoc ordinatur ad remissionē peccatorum, & omnis sacerdos potest peccata remittere, ac proinde quilibet sacerdos potest hoc sacramentum ministrare non ex commissione prælatorum, sed ex officio, quia hoc non pertinet ad iurisdictionem, de iure vero, & non de necessitate sacramenti requiritur, quòd sit proprius sacerdos, sed proprio sacerdote deficiēte quilibet sacerdos præter religiosos in necessitate potest et debet cōmunicare infirmum & vngere, si autem non erit casus necessitatis, tunc ministrans sine licentia curati peccabit mortaliter, & si erit religiosus, incurrit in excōmunicationem, ita definitur in clem. dudum de sepulturis, &c.

Septima concl. Soli infirmi qui sunt in periculo mortis sunt capaces huius sacramēti: probat S.Th. hanc in præsenti loco, quia hoc sacramentum est vltimum remediū quod Ecclesiam potest conferre immediate quasi disponens ad gloriam: igitur illis tātum infirmis exhiberi debet, qui sunt in statu exeuntium: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd nō omnes infirmi, qui sunt in tali periculo sunt vngendi, nam primo excipiuntur pueri, qui nondum habent annos discretionis, quia non indigent remedio contra peccata actualia, & contra tentationes, erit tamen administrandum pueris, qui annos discretionis attigerunt quamuis non sint capaces Eucharistiæ. non debet etiam ministrari sanis, nec damnatis ad mortem, aut in periculo mortis violentæ existentibus, quia isti non infirmantur, nec perpetuo amentibus, qui numquā ratione vsi sunt poterit tamen ministrari habentibus lucida interualla si illud in sanitate petierunt, quia tantum petentibus conferri debet, & his qui consilio medicorum spe vitæ destituti sunt &c.

Octaua concl. Sacramentum hoc pluries iterari
Articu.4 potest in diuersis infirmitatibus: probat hāc S.Th. quia hoc sacramentum est quædam spiritualis curatio per modum curationis corporalis exhibita, sed curatio corporalis iteratur: ergo & hoc sacramentum iterari potest. Vbi nota, quòd nullum sacramētale, nec sacramentum quod habet effectum perpetuum debet iterari, quia ostenderetur sacramentum non fuisse efficax ad faciendum istum effectum, & sic efficeretur iniuria illi sacramento, sacramentum autem quod habet effectum non perpetuum potest iterari sine iniuria, vt effectus deperditus iterato recuperetur, & quia sanitas corporis, & mentis, quæ sunt effectus huius sacramenti possunt amitti postquàm fuerunt per sacramētum effecta, ideo hoc sacramentum sine sui iniuria potest iterari.

Nona concl. Hoc sacramētum confertur ad abstergendum reliquias peccatorum exeuntium ab
Dist.23 q.1. articu.2. hac vita: probat hanc S.Tho. quia hoc sacramentū datur contra debilitatem, & ineptitudinem quæ in infirmis relinquitur ex peccato actuali, vel originali, hæc autē debilitas, & ineptitudo sunt reliquiæ peccatorum: igitur &c. Vbi nota hic esse duas opiniones, quarum primā sequūtur Scotus Dur. Ioannes Mainr, & tota Schola Scotistarū, hi volunt hoc sacramentum ordinari ad remissionem peccatorū venialium, quia ait Apostolus Iacob. & si in peccatis sit remittentur ei, altera est opinio S.Th. in con-

A clusione præposita, quòd sacramentum ordinatur ad reliquias peccatorum, quæ sunt debilitas potentiarum, tristitia, & alia quæ impediunt animam cogitare de Deo, quia contra venialia sunt multa remedia, & faciliora, vt aqua benedicta, oratio Dominica, tunsio pectoris, & confessio generalis, quæ sit ante susceptionem huius sacramenti, non negamus tamē quin remittat venialia, immo, & mortalia si inuenit, propterea Iacobus loquitur cōditionaliter si in peccatis sit, &c. sed principalis effectus est remissio peccatorum quo ad reliquias ex consequenti quo ad culpam si eam inueniat: secundus effectus est sanitas corporalis, si expedit īfirmo &c. Cap.5.

B Decima concl. De essentia huius sacramenti est, vt vnctio fiat in quinque sensibus, probatur ista ex vsu Ecclesiæ, quia per quinq; sensus mors spiritualis ad animā intrat. Vbi nota, quòd in medicationibus corporalibus applicātur medicinæ non omnibus partibus quæ dolēt, sed vbi est radix morbi, & quia tres sunt radices morbi spiritualis videlicet ratio dirigens, appetitus mouens, & prosequens, principium rationis sunt sensus ideo vnguntur sensus, principium mouēs est dilectio ideo vnguntur renes, sed nō in fœminis, propter honestatem, prosequens vero sunt pedes, & ideo ipsi etiam vnguntur, sed hoc est de integritate non autē de essentia.

C

DISTINCTIO XXIIII.

De Sacramento ordinis.

Disputatur hic de Sacramento ordinis, & pro eius notitia pronitur prima conclusio talis: In Ecclesia militāte debet esse ordo: probat hanc S.Tho. quia talis Ecclesia militans tenet medium inter statum naturæ, & gloriæ, sed in natura inuenitur ordo quo quædam alijs superiora sunt, & similiter in gloria, vt patet in angelis: ergo &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio est contra Vuicleff

D hæreticum qui talem veritatem abnegauit. ponitur etiam contra Lutherum, qui in libro de abrogāda missa priuata omnes ordines ecclesiasticos proster nit volens hierarchiam ecclesiasticam in qua constituitur summus sacerdos, deinde Episcopi, & sacerdotes, esse similem gentilitiæ constitutioni de sacerdotibus iouis, veneris, & saturni, & sic Lutherus facit Ecclesiam monstruosam sine capite, propterea definitū est de fide in Ecclesia esse ordinē, vt patet in Concilio Florent. & Trident. Sess. 23.

Secunda concl. Ordo est signaculū Ecclesiæ per quod spiritualis potestas traditur ordinato: probat hanc S.Tho. authoritate Magistri sent. Vbi no- Distin.24.

E ta, quòd Scotus errauit circa hanc definitionem ordinis, vult. n. ipse, quòd ordo est potestas spiritualis expresse contra definitionem Magistri, nam error iste est manifestus cum hoc sacramētum sit potius ordinatio per quā acquiritur spiritualis potestas, & licet Ioseph Angles Valentinus in floribus suis quæst. Theolog. velit ipsum defendere cū expresso mendacio, veritas tamen semper præualet, namq; aperta est sententia Scoti in præsenti loco, vbi ait Dist.24.q.1. circa quæst. hanc quatuor vidēda sunt primo quid sit ordo, secundo quot sunt ordines, tertio quomodo sunt sacramentum, quarto quomodo sunt vnum: de primo dicitur, quòd sacramentum ordinis

nis est potestas spiritualis ad aliquem actum exequendum in ecclesiastica hierarchia, ecce quomodo manifeste loquitur contra definitionem receptam ab omnibus theologis, idcirco relinquenda venit opinio sua, & conclusio Sancti Thomæ est sequenda.

Tertia concl. Ordo ecclesiasticus est sacramētū: Art.1.q.3. probat hac S.Th.quia propter quod vnūquodque, & illud magis, sed propter ordinē efficitur homo dispensator aliorum sacramentorum: ergo ordo habet magis rationē, quòd sit sacramentum, quàm alia. Vbi nota, quòd errauit etiam Scotus hic, & Petrus de Aquila, & omnis Schola Scotistarum insequens ipsum Scotū, ait.n. Art.3. Petrus de Aquila cognomento Scotellus, quòd loquēdo proprie de sacramento, ordo non est sacramentū proprie, quia omne sacramentum est signum sensibile, sed ordo est quidam gradus spiritualis, tamē accipiendo sacramentum pro signo inuisibili, sicut aliquid dicitur res & sacramētum, hoc modo potest dici sacramentum, quia est signum gratiæ cōuenientis executioni actus debiti: quę doctrina est expresse cōtra Cōcilium Tridentinum, dicens, si quis dixerit ordinē, siue sacram ordinationem non esse vere, & proprie sacramentum &c. anathema sit, adest quoque materia sensibilis, & forma, tāquam signum sensibile potestatis, & gratiæ, quæ conferuntur ordinato: quomodo igitur ordo est signum inuisibile &c. videant ipsi.

Quarta conclu. Omnes ordines sacri sunt sacramentum: Dis.24.q.1. articu.1. probat hanc S.Tho. quia omnes sunt signū rei sacræ: ergo &c. Vbi nota hic esse duas opin Dist.24. quarum altera est Duran. dicētis solum sacerdotiū per quod datur potestas spiritualis esse sacramentum, alios vero ordines esse sacramentalia, & hanc opinionem sequutus est Caiet. in q. quam fecit de ritu ordinis, secunda est opinio D.Bon. Richar. Alberti Almay maioris asserentium omnes septem ordines esse sacramenta, & in illis omnibus imprimi characterem, sed tertia quoque est opinio S.Tho. tenentis solum ordines sacros. s. sacerdotium, diaconatum, & subdiaconatū esse sacramenta, reliqui vero ordines esse sacramentalia hinc multi eos recipiunt, & nolunt deinde vlterius progredi, & hæc opinio est sequenda &c.

Quinta conclu. Dis.24.q.1. articu.2. Sacramentum ordinis fuit institutum à Christo: elicitur hæc ex locis supracitatis, & ratio est, quia instituere sacramenta pertinet ad potestatem excellētię, quam solus Christus habuit: igitur solus ipse instituit &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio est de fide, vt habetur in Cōcilio Tridentino Sess.23. Can.3. in quo ita dicitur, si quis dixerit ordinē, siue sacramenta ordinationem non esse vere, & proprie sacramētum institutum à Christo Domino, vel esse figmentum quoddam humanum excogitatum à viris ecclesiasticarum rerū imperitis, aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbi Dei, & sacramentorū anathema sit. & hæc institutio fuit facta tempora cœnæ, & post resurrectionem confirmata, & intelligenda est de omnibus septem ordinibus qui sunt antiquissimi in Ecclesia Dei, vt constat, aut horitate sanctorum patrum præsertim Anacleti Papæ, & Beati Ambrosij, & D.Hieron. lege Sotum hic. Dis.24.q.1. articu.3.

Septima concl. In sacramento ordinis imprimitur A character: probat hanc S.Th. quia in hoc sacramento datur potestas spiritualis conficiēdi corpus Christi: Dis.24 q. articu 3. igitur cōclusio vera. Vbi nota, quòd hæc est de fide definita in Concilio Tridentino his verbis, si Sess.24. Can 4. siquis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum aut per eam non imprimi characterem, vel eum qui sacerdos semel fuit laicum rursus fieri posse anathema sit: in eodem.n. pūcto quo infunditur gratia imprimitur character, & quo imprimitur character infunditur gratia nisi obex opponatur, momentum autem illud est quando sacramentum perficitur, perficitur autem quando materia, & forma applicantur, videlicet vbi Episcopus B calicem tradēs, & hostiam, ait accipe potestatem consecrādi &c. nec te moueat, quòd dixerit D.Tho. in ordine prius imprimi characterem, & postmodum gratiam conferri, quia hoc dixit insequēs opiniones aliorum doctorum, sed si de hoc sacramento scripsisset in summa, illud affirmasset, quia gratia sacramentalis non infunditur nisi dum applicatur materia, & forma sacramenti vbi character imprimitur &c.

Octaua cōcl. Licet sint plures ordines omnes tamē sunt vnus totalis, & perfectus ordo: probat hāc q.2. art.1. q.1. ad 2. S.Tho. quia ordo nō est totum integrale, vt domus quæ diuiditur in partes, nec totum vniuersale, vt C aīal quod prædicatur de speciebus subijcibilibus, sed totum potestatiuū, vt anima, quæ habet plures potentias: igitur &c. Vbi nota, quòd septem isti ordines possunt dici plura sacramenta materialiter, vnū aūt simpliciter formaliter, & perfectiue sicuti dicimus de sacramēto eucharistiæ, quod est plura, & vnum. vt habetur in quadam collecta purificent nos sacramenta quæ sumpsimus, vbi vides quomodo pluraliter loquitur, & deinde singulariter, hoc tuum sacramētum non sit nobis reatus ad pęnam, vnde est quodāmodo multa, & quodāmodo vnū, sic etiam dicēdum est de hoc sacramento ordinis.

Nona cōcl. In quatuor minoribus ordinibus nō D imprimitur character, ratio huius cōclusionis est, Distin. 24. quia habentes hos quatuor ordines non ita abdicantur à sæculari cętu quin absque vlla dispēsatione possunt contrahere matrimonia: igitur euidēs signum est in eis nullum characterem imprimi &c. Vbi nota hic esse varias sententias doctorum, nam prima sentētia fuit quam sequutus est Dur. hæc.n. q.2. huius distin. voluit in solo sacerdotio imprimi characterē, atq; adeo solum esse proprie sacramentum ordinis. secunda sententia fuit, quæ dixit omnes septem ordines vere esse sacramēta characterem imprimentia, & hanc sequutus est D.Bonauen. Riccardus, & etiā S.Thom. in resp. vltimi arg. tertij articuli, secundæ E quæst. huius distinctionis, vbi aperte dicit, quòd in datione vrceoli, imprimitur character virtute verborum ab Episcopo pronunciatorum, vnde in acolytatu, qui est vnus ex quatuor minoribus ordinibus imprimitur character, & sic in alijs tribus cum non sit maior ratio de vno, quàm de alijs: tertia est sententia verior, quòd solummodo in tribus ordinibus sacris imprimitur character, non autem in quatuor minoribus, & hæc est sequenda, vt proposuimus in conclusione, & licet S.Tho. sequutus fuerit secundam sententiam hoc fecit, quia de hoc sacramento ordinis nō scripsit in summa, hinc Concilium Florentinum loquēs de hac materia ita ait,

sextum

sextum sacramentum est ordinis cuius materia est illud per cuius traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenę cum pane porrectionem, diaconatus vero per libri Euangeliorum dationem, subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua supposita traditionem &c. ecce quomodo in istis tantum tribus imprimitur character: & hæc doctrina est cõtra Georgium Bustum Vercellensem in quodam quæsito suo de sacramento ordinis.

Decima conclu. Huiuscemodi ordines septem sunt ex diuina institutione; elicitur hæc conclu. ex locis supracitatis, & ratio est, quia isti ordines septé fuerunt à principio nascentis Ecclesiæ, & antiquis- B sima, & immemorabili consuetudine nascentis Ecclesiæ: igitur cõclusio vera. Vbi nota hic esse duas opiniones, quarum prima est dicens hos ordines non omnes esse ex diuina institutione, sed tantum tres sacros, & hãc opinionem sequitur Dominicus de Soto: secũda opinio est asserẽs omnes ordines, tam sacros, qui dicuntur tres maiores, quam non sacros, qui dicuntur quatuor minores institutos fuisse à Christo Domino, vt patet ex can. 43. Apostolorum, & testimonio Anacleti, qui successit clementi, & authoritate Concilij Tridẽtini, dicentis, si quis dixerit præter sacerdotium nõ esse in Ecclesia catholica alios ordines maiores, & minores per C quos velut per gradus quosdã in sacerdotium tendatur, anathema sit. hanc opinionem sequitur Paludanus, Archiepiscopus Florentinus, & etiã D. Th. ideo amplectenda.

DISTINCTIO XXV.

Disputatur hic à multis de ordine Episcopali, idcirco ponitur prima cõclusio talis: Episcopatus non est ordo. ponit hanc S. Tho. in prę- Dis. 24. q. 3. articu. 2. senti libro, & probat quia vnus ordo non depẽdet à præcedenti quantum ad necessitatem sacramenti, sed Episcopalis potestas dependet à sacerdotali, D quia nullus potest recipere Episcopalem, nisi prius habeat sacerdotalem: igitur Episcopatus non est ordo. Nota hic esse tres opiniones quarum prima absolute cõtendit defendere Episcopatum esse ordinem, quia ponit ordines in Ecclesia esse nouem. addendo etiam Cardinalatum posse dici ordinem iuxta nouem ordines Angelorum. secunda opinio asserit quæstionem istam an Episcopatus, vel Cardinalatus sit ordo esse potius nominalé quàm realem. tertia est opinio quam docet S. Tho. asserens omnem ordinem ordinari ad sacramẽtum Eucharistiæ, & quia Episcopus non habet superiorem potestatem respectu sacramenti Eucharistiæ quod est E corpus Christi, verum hinc sequitur, nec Episcopatum, nec Cardinalatum esse ordinem, & hęc est opinio sequẽda, cum sit fundata supra doctrinã patrũ.

Secũda concl. Potestas Episcopalis est dignitas, q. 3. art. 3. & gradus altior sacerdotio: probat hanc S. Th. vbi supra, quia potestati Episcopali sunt annexa aliqua officia eminentiora, quæ non competunt sacerdotio: igitur conclusio vera &c. Vbi nota, quòd sacerdos habet duos actus vnũ principalem. s. consecrare verum corpus Christi, alium secundarium. s. præparare populum ad susceptionẽ huius sacramenti, quantum ad primum actum, actus sacerdotij non A depẽdet ab aliqua superiori potestate, nisi diuina, sed quantum ad secundum dependet ab aliqua superiori potestate. s. humana, omnis enim potestas, quæ non potest exire in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus dependet ab illa potestate, quæ illas ordinationes facit, sacerdos autem nõ potest absoluere, & ligare, nisi præsupposita prælationis iurisdictione, qua sibi subdantur illi quos absoluit; potest autem consecrare quamlibet materiam à Christo determinatã, nec aliud requiritur quantum est de necessitate sacramẽti, quamuis ex quadam congruitate præsupponatur actus Episcopalis in consecratione altaris, & vestium eius, & sic B oportet esse supra sacerdotalem potestatẽ Episcopalem, quantum ad actum secundarium sacerdotis non quantum ad actum primum, &c.

Tertia concl. Episcopatus non confert characterem, nec imprimit: suadet S. Tho. & istam vbi supra q. 3. art. 2. Distin. 24. quia ille ordo imprimit characterẽ, qui specialiter ordinatur ad sacramentum Eucharistiæ in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur, sed Episcopatus non est huiusmodi: igitur &c. Vbi nota, quòd licet detur aliqua potestas spiritualis Episcopo in sui promotione respectu aliquorum sacramẽtorum, non tamen illa potestas habet rationẽ characteris, & propter C hoc Episcopatus non est ordo, secundum quòd ordo est quoddam sacramentũ, quamquam ipse idẽ character sacerdotalis dum sacerdos in Episcopũ consecratur sit extẽsior, & amplior, extẽditur enim ad aliqua munera exequenda, quæ antea nequiuerat, &c.

Quarta conclu. Discrimen quod reperitur inter Episcopatum, & sacerdotium est de iure diuino: probat hanc S. Tho. vbi supra, quia Episcopus mul- Art. 3. q. 3. Distin. 5. ta facere potest ad quæ sacerdotis facultas nõ pertingit: igitur conclusio vera: adde, ꝙ hoc habetur expresse de cõsecratione vbi dicitur, quòd Episco- Cap. manus. pi possunt confirmare, quod quidem si presbyteri D facerẽt sine licentia summi Pontificis illud totum esset irritũ, & inane, & inter Ecclesiastica sacramenta non reputaretur: ergo &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio est expressè contra Vuiclef, qui nullum discrimẽ posuit inter Episcopos, & sacerdotes, sed promiscue asseruit quemlibet sacerdotem posse confirmare, ordinare habereq; plenam iurisdictionem in sua parochia, vt notat Tho. Vualdensis to- Cap. 60. mo 2. de sacramentis, ponitur etiam hæc conclus. cõtra Lutherum volentem omnes etiam laicos esse sacerdotes, & Episcopos contra ius diuinum, & humanũ, imò aiebat, quòd omnes quos ciuilis respublica creat pastores esse presbyteros, & Episcopos, E contra omnes patres, propterea conclusio de fide catholica est tenenda cõtra omnes istos hæreticos.

Quinta concl. Inter summum Pontificem, & simplicem Episcopum, sunt alij gradus dignitatum: suadet hanc S. Tho. vbi supra sic, quia vna commu- Dis. 24. q. 3. articu. 2. nitas includit aliam: igitur inter summum Pontificem, qui est Papa, & simplicem Episcopũ inter medianr alij gradus dignitatum. Vbi nota, quòd communitas totius mũdi cui pręest Papa, includit cõmunitatẽ vnius regni cui præest Patriarcha, & communitas regni claudit in se communitatem, vnius prouinciæ, cui pręest Archiepiscopus, & communitas prouinciæ includit in se communitatem vnius

ciuitatis

ciuitatis cui præest Episcopus,&c.Papa dicitur Epi A scopus Romanus, & totius orbis, vt ait Caiet. de primatu Papæ, Patriarcha, Græce, dicitur summus patrum,vt Hierosolomitanus,Antiochenus,Alexádrinus, Constantinopolitanus, Archiepiscopus, Princeps Episcoporum dicitur, Archos Princeps Latine dicitur, Episcopus quasi super intendens dicitur.

Sexta conclusio. Toti Ecclesiæ debet præesse vna suprema potestas:probat hanc S.Th. vbi supra, toti corpori præest vna virtus regitiua, sed tota Ecclesia est vnum corpus mysticum: ergo conclusio vera.Vbi nota hanc conclusionem esse de fide definita in concilio Basiliensi, contra vuiclef ponen- B tem Papam habere æqualem potestatem cum cæteris Episcopis, quam hæresim suscitauit Luterus, rei tamen veritas est, quod vbicunque sunt multa regimina ordinata in vnum, oportet esse aliquod vniuersale regimen supra particularia regimina, quia in omnibus virtutibus, & artibus, ut dicitur 1.Eth.est ordo secudum ordinem finium, bonum autem commune est diuinius,quã bonum speciale,& ideo super potestatem regitiuam vniuersalem respectu boni specialis oportet esse aliam potestatem regitiuam vniuersalem respectu boni communis,alias non posset esse colligatio ad vnum, & hæc est potestas Papæ, & qui negant hanc potesta- C tem scismatici dicuntur, quasi diuisores Ecclesiasticæ vnitatis, & boni specialis a bono communi, hinc Beatus Cirillus Alex.in quadam sua Epist. ad Episcopos Egypti dixit, ut membra maneamus in capite nostro Apostolico trono Romanorum Pontificum,a quo nostrum est quærere quid credere, & quid tenere debeamus ipsum venerantes, ipsum rogantes præ omnibus,quoniam ipsius solius est reprehendere corrigere,statuere,disponere,soluere,& ligare loco illius, qui ipsum ædificauit,& nulli alij,quod suum est plenum,sed ipsi soli dedit,cui iure diuino caput inclinant,& primates mundi tãquam ipsi Domino Iesu Christo,obediunt,quæ ve D ritas etiam in concilio Constantinopol.primo habetur in quo dicitur,veneramur secundum scripturas, & canonum definitiones sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum primum esse, & maximum Episcoporum, & post ipsum Constantinopolitanum Episcopum,&c.

Distin. 24. Quæst. 3. articu. 2. Cap. 1. Can. 5.

Septima conclusio.Ad has dignitates solummo do virilis sexus est assumendus. probat hanc S. Th. hic, quia sexus fœmineus habet statum subiectionis igitur,&c.Vbi nota, quod hæc conclusio est de fide de necessitate Sacraméti,de necessitate præcepti,& de iure diuino, vt scribitur 1.Thimo.mulierem docere in Ecclesia,non permitto,nec domina E ri in uirum, hinc si aliqua mulier debuisset assumi ad has dignitates, maxime fuisset sacratissima mater Christi,tamen ipse in cæna solos viros ordinauit non autem mulieres.

Distin. 25. Quæst. 2. Articu. 1. Cap. 2.

Octaua conclusio.Ad suscipiendos minores ordines requiritur tempus discretionis de honestate non autem de necessitate præcepti,aut Sacramẽti.probat hanc S.Tho.quia quamuis tunc pueri nó sint idonei ad officia,quæ eis committuntur,tamẽ propter assuetudinem idonei reddi facile possent: ergo,&c.Vbi nota hic esse duas opiniones quarũ vna ait ante vsum rationis hominem nullos ordines posse suscipere, & hãc opinionem sequitur hic Duran. dicens vsum rationis esse de necessitate in suscipiente non solum præcepti verum,& Sacramenti ordinis itaque si quis quam illos prius reciperet nullos, putat esse ordines , alia est opinio Sancti Thomæ, expressa in conclusione definita in titulo, de clerico, per saltum promoto, vbi ille qui ante annos discretionis, ordines minores suscepit, censetur non iterum eisdem initiandus, sed ad pauperiores promouendus,& hæc est opinio sequenda,&c.

Distin. 25. Quæst. 2. Ar 1.

Nona conclusio.Ad suscipiendos maiores ordines requiritur vsus rõnis de honestate & de necessitate præcepti, probat hanc S. Tho.in præs.distin. quia tales ordines habẽt uotum cótinentiæ annexum: igitur, &c.Vbi nota hic esse duas opiniones, prima negans, quam sequitur Ricard.dicens votũ continentiæ non esse annexum ordinibus nisi spóte susceptis, & ideo de necessitate Sacramenti requiritur vsus rationis, altera est opinio S.Tho.expressa in conclu.quod talis vsus non requiritur de necessitate Sacramenti,sed tantum,ut dictum est, notum enim continentiæ, per se annectitur sacris ordinibus, &c.

Distin. 25. Quæst. 2. Ar. 1.

Decima conclusio. Ordo Cardinalium non est iure diuino institutus, ut distinctus a præsbiteris, & Episcopis:elicitur hæc ex D.Tho.ubi supra,& ratio est,quia de iure diuino,non sunt nisi septem ordines supradicti: igitur &c.Vbi nota hic esse duas opiniones altera affirmãs,quam sequut us est Turrecremata, qui fuit Cardinalis,& uoluit facere sibi ipsi,lib. 1.de summa Ecclesiæ propterea tenet Apostolos prius fuisse Cardinales,& postea Episcopos, nam prius fuerunt instituti consiliarij Christi, & deinde prædicatores,& pastores,& ideo prius fuerunt Cardinales orbis, quam Episcopi vrbium, & ob hoc ordo Cardinaliũ est de iure diuino,qa succedũt Apostolis. altera est opin. S. Th.in conclusione posita negans talem ordinem esse de iure diuino,sed potius iure Pontificio introductum,immo non ordinem, sed officium, & dignitatem Cardinalitiam fas nominari, quia tales dicuntur Cardinales,idest principales siue Episcopi sunt,siue Presbiteri, siue diaconi, siue subdiaconi,immo acolyti esse possunt eo, quia Romæ resident summo Pontifici assistentes , quasi Ecclesiæ Cardines, de qua re lege Domin. a Soto, qui plures Historias in hoc refert,&cæt.

Distin. 25. Quæst. 2. articu. 2. Cap. 80.

DISTINCTIO XXVI.

De Matrimonij Sacramento.

AB hac dist. vsque ad quadragesimãsecundã agunt sententiarij de Sacramento matrimonij, & pro notitia huius Sacramenti ponitur prima conclusio talis:matrimonium est de iure naturę, probat hanc S. Tho. hic anthoritate digestorum,ubi dicitur, quod ius naturale est maris,& fœminę coniunctio,quam nos matrimonium appellamus: ergo, &c. Vbi nota,quod naturale dupliciter primo,quod est ex principiis naturæ,vt moueri sursum igni,& deorsum terrę, sécũdo ad quod natura inclinat,sed completur libero arbitrio,ut actus virtutum dicuntur naturales, & hoc secundo modo matri-

Distin. 26. Quæst. 1. Articu. 1.

matrimonium dicitur naturale, tum, quia ratio na A
turalis dictat ad bonum prolis, quod est genera-
tio, & educatio, tamquam principalis finis matri-
monij, tum etiam ad finem secundarium, qui est as-
sociatio, & cohabitatio: hinc sequitur ualde errare
illos, qui dixerunt simplicem fornicationem non
esse peccatum, siquidem omnibus notum est for-
nicationem simplicem esse contra ius diuinum, &
naturale, sicuti non furtum facies, qua temeritate
ergo, dicere poterant non esse peccatum, eo magis,
quia per uagam copulam humana species destrue-
retur, ad cuius conseruationem homo naturaliter
inclinatur, ut uenenum sumere est contra ius natu
ræ, quia proprium indiuiduum destruit ad cuius B
cōseruationem homo suapte natura est procliuis,

Secunda conclusio. Matrimonium est institutū
Distin. 26. a Deo, & sic est de iure diuino: probat hanc S. Tho.
Quæst. 2. in præsenti loco, authoritate Christi apud Matth.
Ar. 2. non legistis, quòd ab initio, qui fecit homines ma-
sculum, & fœminam fecit illos, &c. igitur conclu-
Cap. 19. sio uera. Vbi nota, quod matrimonium in statu in-
nocentię ante lapsum fuit a Deo, in officium dun-
Cap. 1. taxat institutum, ut habetur Gen. crescite, & multi-
plicamini, &c. post lapsum uero eadem institutio
in officium, & remedium permāsit, ut constare po-
Cap. 7. test ex uerbis Apostoli. 1. Cor. Bonum est homini
mulierem non tangere, propter fornicationem au- C
tem unusquisque suam habeat uxorem. in statu in-
nocentiæ, fuit sub præcepto, nam obligat transgres
Cap. 1. sores ad mortale, ut patet ex illo loco Gen. Cresci-
te, & multiplicamini, & replete terram, &c.

Tertia conclusio. In lege Euangelica matrimo-
Distin. 26. nium non est sub præcepto. probat hanc S. Thom.
Quæst. 1. quia nulli debetur præmium pro trāsgressione præ
Articu. 2. cepti, sed virginibus debetur speciale præmium, sci
licet aureola: ergo matrimonium nunc non est sub
præcepto. Vbi nota hic esse duas opiniones, prima
est D. Bona. asserentis esse iam pręceptum nihilo-
minus est reuocatum per consilium virginitatis, ut
Cap. 7. habetur ex Apostolo 1. Cor. dicente solutus es ab D
uxore, noli quærere uxorem, dico autem non nu-
ptis, & uiduis, bonum est illis si permanserit sicut,
& ego. altera est opinio S. Tho. quòd in lege Euan-
gelica est præceptum non reuocatum aliquo pa-
cto, respectu multitudinis, unde solū obligat prin-
cipes Reipublicæ, si opus fuerit compellere subdi-
tos ad contrahendum matrimonium, vnde si ge-
nus humanum peste aliqua, vel calamitate alia ad
tantam hominum raritatem, ut tempore hoc, redi
geretur, essent Christiani compellendi ad contra-
hendum matrimonium, hinc si religiosi dumtaxat
essent in mundo superstites essent quoque ad ma
trimonium compellendi, quia votum solenne non
obligat, quando eius obseruatio est cum iure na- E
turali, & diuino incompossibilis, propterea con-
clusio intelligenda uenit respectu indiuiduorum
non autem multitudinis, &c.

Quarta conclusio. Hoc matrimonium tūc Deus
præcepit, quando dixit in statu innocentiæ cresci-
Dist. 26. te, & multiplicamini. probat hanc S. Thom. quia li-
Quæst. 2. cet, & alijs animalibus, eadem uerba dixerit non ta
Ar. 2. ad 4. men eodem modo erant adimplenda sicuti per ho
mines &c. Vbi nota, hic esse quatuor opiniones pri
ma est Magistri, quem sequutus est Scotus, quod
matrimonium fuit institutum in illis uerbis Adæ
hoc nunc os de ossibus meis, &c. secunda est opi-
nio Bon. asserētis matrimonium fuisse institutum
a Deo, & reuelatum Adæ, ut ipse esset promulga-
tor. tertia est Ricardi tenentis fuisse a Deo institu-
tum, quando produxit Euam de costa Adæ, quar-
ta est D. Tho. in conclusione posita, quod fuit im- Distin. 26.
mediate a Deo institutum, quādo benedicens pri Quæst. 2.
mis parentibus, dixit crescite, &c. & quia hæc est ve Articu. 1.
rior opinio ideo sequenda, &c.

Quinta conclusio. Matrimonium est Sacramen
tum: probat hanc S. Tho. ex uerbis Apostoli, ad Ef
fesios Sacramentum hoc magnum est: igitur, &cæ.
Vbi nota, quod hæc conclusio, est de fide definita
in concilio Floren. sub Eugenio IIII. & in concilio Cap. 5.
Tridentino, cuius uerba sunt siquis dixerit matri-
monium non esse uere, & proprie unum ex septem Sess. 24.
legis Euangelicæ Sacramentis a Christo Domino,
institutum, sed ab hominibus inuētum anathema
sit, & hæc determinatio est contra Luterum negan Can. 1.
tem hanc ueritatem, licet Guido Carmel. attribuat
hunc errorem etiam Armenis, hinc fugienda uenit
expositio Caiet. circa uerba Apostoli, Sacramentū
hoc magnum est, idest mysterium: unde ex his uer
bis non habetur matrimonium esse Sacramētum,
& sic reddit probationem S. Tho. ineptam, nos au
tem sequamur S. Thom. interpretationem, & illam
Caie. reprobamus, ut rationi obtemperemus.

Sexta conclusio. Matrimonium cōfert gratiam:
probat hanc S. Tho. in præs. dist. quia diffinitio, & Distin. 26.
diffinitum conuertuntur, sed in diffinitione Sacra Quæst. 2.
menti ponitur causalitas gratiæ: igitur cum matri Ar. 3.
monium sit Sacramētum erit causa gratiæ. Vbi no
ta hic esse quatuor opiniones, prima negans abso
lute, quia est tantum signum, & non causa gratiæ,
secunda asserit, quod confertur ibi gratia in ordi
ne ad recessum a malo, prout excusatur actus a pec
cato, qui sine matrimonio peccatum est. tertia est
opinio, quam sustinet Dur. affirmans citra pericu Distin. 26.
lum hæresis licitum esse opinari matrimonium nō Quæst. 3.
esse Sacramentum conferens gratiam, & hanc opi
nionem sequuti sunt multi alij, ut Gofredus in sum
ma sub titulo de Sacramentis non iterandis, & Ho
stiensis, sub eodem titulo, & Bernar. in appar. extra
de simonia, supra cap. cum in Ecclesiæ corpore, &
nonnulli alij. quarta opinio est S. Tho. in conclusio
ne posita, quæ nunc est de fide catholica, ut patet
ex concilio Flor. & Triden. cuius uerba sunt, siquis Can. 6.
dixerit per ipsa nouæ legis Sacramenta ex opere
operato non conferri gratiam, &c. anathema sit.

Septima conclusio. Matrimonium, quantum ad
id, quod est res, & Sacramentum essentialiter est
quædam relatio, probat hanc S. Tho. quia relatio Distin. 27.
est qua aliqua entia referuntur ad inuicem, sed ma Quæst. 1.
trimonium est huiusmodi, per ipsum enim dicitur Articu. 1.
maritus uxoris maritus, & econtra: igitur, &c. Cir-
ca quam notu esse tres opiniones, quarum prima
est Scoti uolentis, esse quendam habitum: habitus Distin. 26.
autem est in prædicamēto qualitatis de ordine ab- Quæst. 1.
solutorum, licet ueritate coactus, loquens in quin
ta cōclusio, sua dicat, quod est relatio realis extrin
secus adueniens, uel quod uerius uidetur relatio
rationis, unde satis uarie loquitur, &c. secunda est
opinio Palad. tenentis esse in prima specie quali-
tatis, tanquam dispositionem ad gratiam, tertia est
opinio S. Tho. in conclusione posita, quia cum ma-
trimonium

trimonium dicat dominium,& seruitutem,sed do A minium,& seruitus sunt relationis, quæ ex una parte possunt dici una, quia habent vnitatem In vtroque extremorum,scilicet ex parte causæ,quia ad eãdem numero generationem ordinãtur,sed ex parte subiecti habẽt diuersitatem,secundum numerũ, & ideo matrimonium est relatio una,& multiplex, prout est multiplex, ex parte subiecti significatur his nominibus uxor,& maritus,prout est vna significatur hoc nomine matrimonium,&c.

Distin. 2. Quæst. 3.

Octaua cõclusio.Materia,& forma matrimonij, sunt uerba vtriusque coniugis, uolo, & vis,&c.probat hanc S.Tho. quia hæc sunt de integritate Sacramenti:ergo,&c.Circa istam conclusionem sunt va- B riæ sententiæ Theologorum:Dur. enim fateri renuit propriæ in matrimonio materiam,& formam distingui posse,Petrus de Palud. ait, quod materia sunt ipsi contrahentes, Ricardus existimat, quòd prior consensus habet locum materiæ,secundus vero rationem formæ:opinio S. Tho. est posita in cõclusione,quæ intelligi debet de forma essentiali nã datur forma etiam accidentalis, quæ est benedictio sacerdotis, hinc sequitur falsam esse sententiam illorum,qui tenent uerba illa,quæ profert Parochus, ego vos coniũgo,&c. esse formam substantialem,nam hoc est contra S.Tho.dicentem,quod uerba, quæ primo proferunt sunt materia,quæ ue- C ro proferuntur vltimo sunt forma ,quia perficiũt Sacramentum,& hæc est ueritas sequenda, &c.

Distin. 26. Quæst. 2. Articu. 1.

Nona conclusio. Definitio matrimonij est optime tradita in qua dicitur, quod est uiri mulierisq; coniunctio maritalis inter legitimas personas indiuiduam uitæ consuetudinem retinens, probat hanc S.Tho.ex communi usu loquentium.Vbi nota,quod matrimonium,quo ad nomen dicitur ob hoc,quòd mulier non debeat ad aliud nubere nisi vt sit mater,uel dicitur,quasi matris munium,idest officium,quia fœminis incumbit educare prolem, uel quasi matrem muniens,quia habet,quo muniatur, scilicet uirum, vel vt dicunt iuristæ matrimo- D nium est consortium vitæ communis, & cõiunctio diuini, ac humani iuris, vel vt ait Vgo,est duarum idonearum personarum legitimus,de coniunctione consensus:sed in prima definitione notatur essẽtia matrimonij, scilicet coniunctio,in secunda uero causa,scilicet consensus, in tertia effectus, scilicet uita communis,lege de his Carthus.

Distin. 26.

Lib. de Sacramen.

Decima conclusio. Minister Sacramenti matrimonij sunt ipsi coniunges,probat hanc S. Th.quia per ipsos,eorumque cõsensus perficitur ipsum matrimonium:igitur &c.Vbi nota,esse tres opiniones prima est Guliel. Paris. qui affirmat ministrum Sacramenti matrimonij esse sacerdotem, alia opinio E secunda uolens nullum esse necessarium ministrũ in hoc Sacramento.tertia est S.Tho.in conclusione posita,quia forma Sacramenti est actio ministri, & cum actio contrahentium , scilicet accipio te in meam,&cæ.sit forma,hinc sequitur,quod non parochus,sed contrahentes erunt sibi inuicem ministri. Modo concilium Tridentinum dicit nullum esse matrimonium, nisi præsente parocho, &c. ex his etiam excluditur error Simonis magi, uolentis promiscuum fœminarum usum esse licitum ita, vt qui uis,qua vellet, sine peccato,uti posset &c.

Distin. 28. Quæst. 1. Articu. 3.

Sess. 24. Cap. 1.

DISTINCTIO XXVII.

SEquũtur Doctores de matrimonio; in hac distinctione,in qua ponitur talis conclusio:actus matrimonialis,est meritorius,probat hanc Sanctus Th. quia omnis actus uirtutis est meritorius, sed actus matrimonialis est huiusmodi cũ sit actus iustitiæ, quia est redditio debiti:ergo est meritorius.Vbi nota,quod hæc conclusio ponitur contra Tatianum,& Marcionem dicentes, nuptias esse illicitas omnesque illos peccare dicunt, qui nuptiarum fœdera inter se iungunt , & ualde allucinabantur, quia quando talis actus matrimonialis fit, & exercetur in officium,& in remedium,& coniuges in gratia existentes referunt illum actum in Deum nemini obscurum esse debet actum illum esse gratiæ,& gloriæ meritorium tum ratione iustitiæ tum ratione obedientię,tum ratione religionis, scilicet ad educandam prolem in Dei cultum, secus autem, quando oscula, complexusque maritalis ac carnalis copula fiunt solo animo explendi libidinem,ut bruta coeunt,tunc illi actus erunt ociosi,& aliquando cum peccato ueniali, aliquando cum mortali,&c.

Distin. 26. Quæst. 2. articu. 4.

Secunda conclusio. Cõmixtio carnalis non est de integritate matrimonij, probat hanc S.Th.quia in Paradiso terrestri fuit matrimonium, sed ibi nõ carnalis copula; igitur carnalis cõmixtio non est de integritate matrimonij.Vbi nota hanc esse positam contra vuicleff asserentem ante copulam carnalem non esse verum matrimonium, & sic inter beatissimã Virginem, & Ioseph non fuisse matrimonium, & in hoc ualde errauit non considerando integritatem esse duplicem,alteram,quę attenditur secundum perfectionem primam,quæ consistit In ipso esse rei, alteram uero, quæ attenditur secundum perfectionem secundam, quæ consistit in operatione,& quia copula carnalis,est quædã operatio siue usus matrimonij, ideo erit de perfectione accidentali ,non autem essentiali , ipsius matrimonij.

Distin. 26. Quæst. 2. articu. 4.

Tertia conclusio. Matrimonium post carnalem copulam est indissolubile,probat hanc S.Tho.quia nullus potest facere licite,quod est in pręiudicium alterius,sine eius uoluntate,sed dissolutio matrimonij est in præiudicium alterius,ergo non potest dissolui nisi de cõsensu utriusque.Vbi nota,quòd hęc conclusio ponitur contra Montanum hæreticum dicentem uinculum matrimonij, posse pro coniugum arbitrio dissolui, & contra Erasmum Roterodamum in annotationibus. 1.Episto. ad Corint.dicentem ex lege tãtum humana, & non diuina, prohibitum esse uiro innocenti, cuius vxor adulteriũ commisit, ne alteram posit ducere uxorem quãuis posit adulteram a thoro suo, & suo domicilio repellere,addit affirmando legem Euangelicam cõcedere huiusmodi uiro liberam potestatem, ducẽdi aliam uxorem, perinde repellendi adulterã,quẽ errorem Caiet.etiam noster uidetur bibisse, super Matth. exponens illa uerba quicunque dimiserit uxorem suam,nisi ob fornicationem,&c.ait ipse intelligi ex hac domini lege licitum esse Christiano dimittere uxorem ob eius fornicationem, & posse ducere aliam : quæ doctrina vltima, quod est contra S.Tho. & omnes Doctores est damnata in concilio

Distin. 27. Quæst. 1. Ar. 3.

Cap. 7.

Cap. 19.

Sess. 24.

S. 24. Can. 7. cilio Tridentino, propterea amplectenda est conclusio proposita, &c.

Quarta concl. Matrimonium ante carnalem copulam non est omnino indissolubile: probat hanc Dist 27.q.1. articu.3. S.Tho. quia tale matrimonium non est consummatum quantum ad actum secundum, qui est operatio: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd ante carnalem copulam nō est omnino translatum corpus vnius sub potestate alterius, quare si interea alter coniugum ad frugem melioris vitæ non conuolet, sed per carnalem copulam cōpletur dicta trāslatio, quia tunc intrat vterque in corporalem possessionem sibi traditæ potestatis, vnde etiam ante carnalem copulam nō statim tenetur reddere debitum B post matrimonium contractum per verba de præsenti, sed datur eis tempus duorum mensium, propter tria primo vt interim possint deliberare de transeundo ad religionem, secundo vt præparētur quæ sunt necessaria ad solennitatem nuptiarum, tertio ne vilem habeat maritus datam quam desiderauit in vxorem accipere, &c.

Quinta conclu. Ad matrimonium necessario requiritur mutuus consensus contrahentium: probat hanc S.Tho. quia in quolibet contractu, oportet esse expressionem verborum quibus se mutuo Dist.27.q.1. articu.2. homines obligēt, sed in matrimonio fit cōtractus inter virum, & mulierem: igitur in eo oportet esse C consensum per verba expressum. Vbi nota, quòd in omnibus sacramentis est aliqua spiritualis operatio mediante materiali operatione, quæ eam significat, sicut per ablutionem corporalē in baptismo fit ablutio interior spiritualis, vnde cum in matrimonio sit quædam spiritualis coniunctio inquantum matrimonium est sacramentum, & aliqua materialis secundum, quòd est in officium naturæ, & ciuilis vitæ, oportet, quòd mediante materiali fiat spiritualis virtute diuina, vnde cum coniunctiones materialium contractuum fiant per mutuum consensum, oportet, quòd hoc etiam modo fiat matrimonialis coniunctio, & hoc est, quòd Chrisost. ait D Hom 27. matrimonium non facit coitus, sed voluntas, & est doctrina definita in Cōcilio Floren. & habetur 27. q. 2. an Deus de potentia absoluta posset facere matrimonium inter aliquos sine consensu partium, Distin.27. credo quòd sic, lege Petrum de Aquila.

Sexta concl. Matrimonium est vinculum quo ligantur coniuges formaliter: probat hanc S.Tho. Dist 27.q.1. art.1.ad 1. quia matrimonium est quo ipsi coniuges ordinārur ad vitam domesticam, & ad generationem, & educationem prolis: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd matrimonium formaliter non est copula carnalis, nam inter mariam, & Ioseph fuit verum matrimonium sine tali copula, nec est formaliter consensus, quia matrimonium semper durat, E consensus vero non semper durat, nec formaliter, nec virtualiter, quia aliquando penitent ambo, & dolent de matrimonio, nec est ipse cōtractus, quia contractus non est nisi expresio consensus, consensus autem non est matrimonium: ergo nec expressio illius, restat ergo vt sit vinculum, & obligatio illa mutua inter virum, & feminam, quandoquidem matrimonium nihil aliud sonat quam organum quoddam, & instrumētū ordinatum ad procreandos liberos, sed vinculum istud quod ponimus ad copulam carnalem inter virum, & vxorem requiA ritur, & est necessarium, & sufficiēs ad procreationem liberorum, ac eorūdem instructionem: igitur optime dixit S.Th. in conclu. quæ est conformis sacris litteris, vt habetur 1. Corinth. Mulier potestatem sui corporis non habet sed vir, similiter, &c. Cap.7.

Septima concl. Expresio verborum sine interiori consensu matrimonium non facit: probat hanc Dist 27.q.1. articu.2. S.Tho. quia sicut se habet ablutio exterior ad baptismum, ita se habet expresio verborum ad hoc sacramentum, sed exterior ablutio sine intentione interiori facit matrimoniū. Vbi nota hic esse duas opiniones, quòd prima est Scoti quē sequuti sunt Dist.30.q. Andrianus, & Palud. dicit enim opinio hæc, quòd ille qui contraxit cum aliqua proferens exterius verba, & interius non habuit consensum tenetur eā ducere in vxorem, quia fecit illi iniuriam in illo contractu exteriori non cōsentiendo, alia est opinio S.Tho. vnde sumpta est conclusio asserens non teneri, & potest cum alia contrahere, & si Ecclesia compellit eum ad standum cum prima per excommunicationem, quia iudicat ea quæ foris sunt, ille talis si perfecte contraxit cum secunda debet potius sustinere excommunicationem, quàm redire ad primam, vel debet in alias regiones remotas fugere, & hæc est verior opinio sequenda.

Octaua concl. Consensum ipsum debet ipsi contrahentes exprimere vel aliquis alius loco eorum: elicitur hæc ex locis superius citatis, & ratio est, Distin.27. quia ille qui per alium facit, per seipsum facere vr: igitur vel ipsi vel alij loco eorū exprimere possent. Vbi nota esse duas opiniones, prima est Palud. in Dist.27. præsenti distin. asserentis patrem, aut tutorem pro puella debere respondere: altera est opinio, dicens satis esse, vt quilibet astantium respōdeat pro ipsa puella dummodo ipsa non contradicat quod quidem est verum in foro conscientiæ, cæterum in foro exteriori si respondens pro puella non sit pater, aut tutor, matrimonium nō censebitur, patet cap. primo, de despōsatione impuberum in 6. porro, & hæc est veritas sequenda.

Nona conclus. Matrimonium contractum per procuratores est verum sacramētum matrimonij: elicitur hæc ex locis supracitatis, & ratio est, quia Distin.27. Christus Dominus simpliciter, & absque vlla exceptione instituit sacramentum matrimonij: ergo potest immediate per coniuges, & mediate per litteras, & procuratores fieri, & sic conclusio vera. Vbi nota esse duas opiniones, quarum primam sequutus est Durán. & Caiet. in quæst. quadam speciali Distin.26. suorum opusculorum, asserit enim hæc opinio nullum sacramētum per procuratorem suscipi posse, quia requiritur actio personalis, cuius ministerio gratia confertur &c. Secunda est opinio quam sequutus est Dominicus à Soto affirmans tale matrimonium esse vere sacramētum, & confertur in eo Dist.27.q.1. articu.3. gratia propter idoneum eius vsum, & sic vel cōtrahatur immediate, vel mediate, vt fuit matrimoniū contractum per Eliazer seruum Abrahæ, & patrem Rebeccæ, &c. & hæc est verior opinio sequenda.

Decima concl. Si vir ante copulam carnalem ingreditur religionem, mulier poterit nubere alteri viro: probat hanc S.Tho. quia nullus potest alterū Distin.27. obligare ad ea quæ sunt perfectionis, sed continentia est de his quæ ad perfectionem pertinent, ergo mulier non artatur ad continentiam ex hoc, quòd vir

uir ad religionem ingreditur, & sic poteric nubere. Vbi nota, quod sicut corporalis mors uiri soluit uinculum matrimoniale, ut mulier nubat cui uoluerit, secundum sententiam Apostoli, ita etiã post mortem spiritualẽ viri ob ingressum religionis poterit cui uoluerit nubere, hæc autem mors spiritualis intelligitur post professionem, & ideo usque ad illud tempus tenetur eum expectare uxor sua, unde per ingressum religionis absolute, uir non intelligitur mortuus sæculo nisi postquam uotum solenne professionis emiserit, &c.

DISTINCTIO XXVIII.

AGitur in hac distin. de sponsalibus matrimonij idcirco ponitur. prima conclusio talis: consensus in coniugalem copulam per uerba de futuro non facit matrimonium, probat hanc S. Tho. quia promissio non est matrimonium, sed uerba de futuro sunt promissio: igitur &c. Vbi nota, quòd sponsalia sunt mutuę uiri, & fœminæ promissiones de matrimonio in futurum contrahendo, quia promissio non est præsentis, sed futuri euentus, nemo enim dicitur promittere, quod statim tradit, sed quod traditurus est, & in sponsalibus etymologia nominis declarat, quòd sunt spontaneæ, & mutuæ promissiones, unde sponsalia dicuntur a spondendo, quia ante usum tabularum matrimonii cautiones dabant, quibus spondebãt seinuicem consentire in iure matrimoniali, & fideiussores dabant, fit autem ista promissio dupliciter, scilicet absolute, & sub conditione, absolute quatuor modis. primo nuda promissione, vt cum dicitur accipiam te in meam, & econtrario: secundo datis arrhis sponsalitiis, vt pecunia, uel huiusmodi. tertia annuli subarrhatione. quarto interueniente iuramento, sub conditione potest esse aut, honeste, aut inhoneste. primo dicendo accipiam te in meam si parentibus placet, & tunc stante conditione stat promissio, & non stante non stat. secunda est dupliciter, quia aut conditio est contraria bonis matrimonij, ut si dicam accipiam te, si uenena sterilitatis procures, & tunc non contrahuntur sponsalia, aut non est contraria bonis matrimonij, vt si dicam accipiam te si furtis meis consentias, & tunc stat promissio, sed tollenda est conditio.

Distin. 27. Quæst. 2.

Secunda conclusio. Tempus permissum contrahendi sponsalia per seipsos est a septimo anno expleto, & non antea: probat hanc S. Tho. quia communiter tunc pueri incipiunt habere usum rationis, unde tunc temporis ad scolas ponuntur: ergo, &c. Vbi nota, quod homo ante primum septennium non utitur perfecto rationis iudicio, vt possit assensum alicui contractui præstare, & hoc patet in cap. literas, & in cap. accessit, & in cap. ad dissoluendum de dispensatione impuberum, & in c. unico eodem titulo, expleto uero primo, septennio incipit homo esse aptus ad aliqua promittendum in futurum præsertim de his ad quæ ratio naturalis inclinat magis, non autem ad obligandum se perpetuo uinculo, quia ad huc non habet firmã uoluntatem, & ideo possunt tali tempore contrahi sponsalia, sed in fine secundi septennij iam potest obligare se de his, quæ ad personam ipsius pertinẽt, uel ad religionem, vel ad coniugium. sed post tertium septennium etiam potest de aliis se obligare, & secundum leges constituitur ei potestas disponendi de rebus suis, &c.

Distin. 27. Quæst. 2. Articu. 2.

Tertia conclusio. Sponsalia iuramento firmata non faciunt matrimonium. probat S. Tho. quia futurum non est, sed iuramentum additum non facit, quin uerba de futuro, significẽt consensum de præsenti, igitur talia sponsalia nullum matrimonium efficiunt. Vbi nota, quòd in hac conclusione errauit Scotus asserens huiusmodi sponsalia, quando personæ sunt legitimæ, non posse dissolui nisi per dispensationem ex legitima causa: oppositum tamen est definitum in cap. 2. de sponsalibus, ubi dicitur per consensum partium dissolui posse, & confirmatur a simili natura, ut alij contractus iuramento firmati possunt solo partium consensu dissolui, ita & hic: nullum enim ibi est periurium nam utraque pars iuri suo cedit: adde etiam, quod iuramentum adhibetur pro confirmatione dictorum, unde illud tantum confirmat, quod in dictis significatur, nec significatum mutat, & ideo cum uerba de futuro ex ipsa significatione sua habeant, quod matrimonium non faciant, quia quod futurum promittitur nondum fit etiam si iuramentum adueniat, nondum est matrimonium factum, &c.

Distin. 28. Quæst. 1. Articu. 1.

Quarta conclusio. Iudex non potest compellere sponsum, ut adimpleat iuramentum, quo firmauit sponsalia. probat hanc S. Th. quia ibi nulla est obligatio, & iuramentum est illicitum, igitur sponsus a iudice compelli non potest, & sic conclusio est vera. Vbi nota, quod licet implere iuramẽtum sit de iure diuino, tamen in hoc casu non potest iudex sponsum inuitum compellere, ut cum sponsa per uerba de præsenti cõtrahat. & hæc doctrina expresse definita est in capit. requisiuit, & intelligitur de compulsione per carcerem, & etiam de compulsione, quæ fit a iudice ecclesiastico per censuram ecclesiasticam, ita enim fieri consueuit in curia Ecclesiæ: & licet in cap. ex literis. de sponsalibus dicatur compellendum esse per ecclesiasticam censuram, hoc autem cap. intelligẽdum uenit, quando publicum bonum futurum speratur, vt est alicuius regni conuersio ad fidem, tunc enim reus per censuram ecclesiasticam esset ad contrahendum compellendus, & ratione publici commodi iudici obedire teneretur.

Distin. 28. Quæst. 1. articu. 1.

Sexta conclusio. Copula carnalis consequens sponsalia facit matrimonium. probat hanc S. Tho. quia nihil potest expressius significare consensum, quam copula carnalis: igitur conclusio uera. Vbi nota, quòd de matrimonio dupliciter loqui possumus, primo in foro conscientiæ, & sic si consensus interior desit carnalis copula sequens sponsalia non perficit matrimonium, & ratio est, quia etiam matrimonium contractum est per uerba de præsenti, & si deest consensus mentis nõ est uerum matrimonium, quanto magis illud, quòd est cõtractum per uerba de futuro. alio modo loqui possumus in foro exteriori, & sic intelligitur cõclusio, quòd carnalis copula consequens sponsalia matrimonium facere iudicatur nisi aliqua signa expressa doli, uel fraudis appareant, & hæc doctrina intelligenda uenit de iure communi ante concilium Triden. quia post concilium, sponsalia de futuro per nullam subsequẽtem copulam uerum matrimonium efficiũt,

Distin. 28. Quæst. 1. Articu. 2.

Sess. 24. Cap. 1. ut patet in eodem concilio de reformatione matri- A monij, quia quando matrimonium sine præsentia parochi, aut alterius sacerdotis, & sine presẽtia aliorum duorum, uel trium testium fit, est clandestinũ, & ipso iure nullum, & ex consequenti subsequens copula sine tali solennitate contracta uerum matrimonium non facit: ante uero concilium Tridenti. sponsalia de futuro per copulam affectu maritali superuenientem uerum matrimonium efficiebant quando scilicet ambo actuali animo, & intentione consumandi per illam copulam coniungebantur, hoc enim erat olim ius commune, ut constat in c. is, qui fidem, & cap. de illis, & cap. per tuas, de sponsalibus, & sic est suscipienda conclusio S. Thom. per- B pende ipsum hic. Distin. 28. Quæst. 1. Ar. 1.

Distin. 28. Quæst. 1. Ar. 3. Sexta conclusio. Consensus in occulto factus facit verum matrimonium. probat hanc S. Tho. quia ubicunque est debita forma, & debita materia ibi est Sacramentum, sed in occulto matrimonio seruatur debita materia, quia sunt personæ legitimæ ad contrahendum, & debita forma, quia sunt uerba de præsenti consensum exprimentia: ergo est ibi uerum matrimonium. Vbi nota, quod hæc conclusio uerificabatur ante concilium Tridentinũ, quo tempore S. Th. & omnes fere Theologi affirmarũt hanc rem: uerum cum Sancta synodus Tridentina animaduertit prohibitiones de non sic contrahen- C do, propter omnium inobedientiam, iam non prodesse, & grauia peccata perpenderet, quæ ex eisdẽ clandestinis coniugiis habeant ortum, præsertim uero eorum, qui in statu damnationis permanerẽt dum priore uxore cum qua clam contraxerant relicta cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio uiuunt, cui malo cum ab Ecclesia, quę de occultis non iudicat succurri nõ possit, nisi efficacius aliud remedium adhibeatur, idcirco sacri Lateranensis concilij, sub Innocentio III. celebrati uestigiis inhærendo præcipitur in posterum antequam matrimonium contrahatur ter a proprio cõtrahentium parocho tribus continuis die- D bus festiuis in Ecclesia inter Missarum solennia publice denuncietur inter quos matrimonium sit cõtrahendum, quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur, ubi parochus uiro, & muliere interrogatis, & eorũ mutuo consensu intellecto, uel dicat ego uos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, uel aliis utatur uerbis iuxta receptum uniuscuiusque prouinciæ ritum: quibus uerbis patet, quod consensus in occulto factus, licet tempore S. Th. faceret uerum matrimoniũ non tamen nostro tempore, &c.

Distin. 28. Quæst. 1. Ar. 3. Septima conclusio. Matrimonium occultum ge- E nere suo denudatum ab iis inconmodis, quæ accidere solent, & prohibitione Ecclesiæ nullum peccatum est: elicitur hæc conclusio, ex loco superius citato cuius ratio est, quia sicuti homo potest sua bona alteri absque arbitris, & testibus tradere, ita, & se potest alteri cõiungere. ergo, &c. Vbi nota, quod Cap. 5. Vgo, lib. 2. de Sacramentis ait, quod ex quo consensus inter masculum, & fœminam, factus fuerit tunc statim coniugium est uerum, hinc fit, quod & si sacerdos addat, ego uos coniungo, &c. uerba illa nõ sunt forma Sacramenti matrimonij cum non sint accipienda in sensu, quem sonant, quasi per illa uerba coniungantur, quia illi per suos consensus fuerant coniuncti, sicuti tempore antiquo ante concilium Tridentinum, sed sensus illorum uerborum est, ego approbo, uel benedico coniunctionem uestram, &cæt.

Octaua conclusio. Matrimonium occultum ratione incommodorum subsequentium, & prohibitionis Ecclesiæ est peccatũ mortale: elicitur hæc ex locis supracitatis, & ratio est quia fit contra præceptum Ecclesiæ, sed agere contra præceptum Ecclesiæ est peccatum: igitur &c. Vbi nota, quòd in omnibus Sacramentis, quædam sunt de essentia Sacramenti quibus omissis non est Sacramẽtum, quædam autem pertinent ad sollenitatem Sacramenti, quibus omissis uerum perficitur Sacramentũ, quãuis peccet, qui omittit: ita etiam consensus expressus per uerba de præsenti inter personas legitimas ad contrahendum, matrimonium facit, quia hæc duo sunt de essentia matrimonii, alia autẽ omnia sunt de sollennitate, quia ad hoc adhibentur vt matrimonium conuenientius fiat, unde si omittãtur uerum matrimonium est, quamuis peccent sic contrahentes nisi per aliquam legitimam causam excusentur: propterea concilium Tridẽ. determinauit, quod qui aliter, quam præsente parocho, uel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus, uel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta synodus, ad sic contrahẽdum inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat, &c. Distin. 28.

Nona conclusio. Consultissime ab Ecclesiæ cautum est ne matrimonium in occulto celebretur, & fiat: ratio huius est, quia ex matrimonio sic contracto plurima mala oriri solent: igitur &c. Vbi nota, quod matrimonia clandestina sæpe consueuerunt priuatim dirimi: solent parentes filios, & filias, qui in contrahendis matrimonijs honori suo, & commodo minime consultũ curarunt, ad alias nuptias hortari, propterea nõnulli uiuũt in perpetuo adulterio, & habent illegitimos filios, solent etiam statim eos pœnitere, & contendere seinuicem, & contrahere etiã inter gradus prohibitos, & multa alia inconuenientia nasci constat, &c. Distin. 28.

Decima conclusio. Contrahentes in occulto ultra pœnas a canone positas arbitrio ordinarij etiã puniuntur. probat ista ex decreto concilij Tridentini, dicentis insuper parochum, uel alium sacerdotem, qui cum minori testium numero, & testes qui sine parocho, uel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes grauiter arbitrio ordinarij puniri præcipit. Vbi nota, quod præter peccatum mortale, quod illic cõmittitur, & parochus, qui illic interfuerit, suspenditur per triẽnium, & filii habiti per tale matrimonium clandestinum sunt habendi illegitimi, nec possunt esse legitimi hæredes, secũdum Paludanum, & Archidiaconum, licet alii aliter sentiant, plectuntur ad hoc arbitrio ordinarij, lege Syluest. uerbo. matrimonium, secundo §. ultimo, ubi multa de hac materia scribit, &c. Distin. 28.

DISTINCTIO XXIX.

DISPVTATVR in hac distinctione, de consensu libero, & coacto requisito in matrimonio, pro cuius notitia ponitur talis conclusio consensus coactus tollit matrimonium, probat hanc Sanctus Thomas, quia matrimonium significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, quæ facta est, secundum libertatem amoris: igitur fieri non potest per consensum coactum, & sic conclusio uera. Vbi nota, quod consensus coactus seu uiolentus est duplex, alter, qui absolutam infert necessitatem, ut dum, quis alterum uenientem loco depellit, & talis motus est a principio extrinseco passo non conferente uim, alius est consensus coactus mistus, ut dum quispiam in naufragio, ut uitam seruet, bona sua in fluctus eiicit, hic enim consensus, quamuis absolute consideratus non sit uoluntarius, sed uiolentus, nihilominus illa circunstantia, & qualitate uestitus, ut euadat mortem, quæ est grauius malum, fit per electionem uoluntarius, primus modus coactus seu uiolentus, reperitur tantummodo in rebus innanimatis, & in membris corporum animatorum non autem in appetitu rationali, aut sensitiuo, quo ad actus elicitos, secundus autem modus, & in uoluntate, & brutorum appetitu reperiri poterit, &c.

Distin. 29. Quæst. 1. Articu. 3.

Secunda conclusio. Voluntas non potest simpliciter cogi ad actum uolendi, cuius ratio esse potest, quia uiolentum est cuius principium est extra, passo non conferente uim, sed principium actus uolendi, non est totaliter ab extra, igitur uoluntas simpliciter cogi non potest: minor patet, quia uolitio est operatio immanens in ipsa uoluntate. Vbi nota, quod uoluntas potest considerari respectu trium ordinum hominum, primo eorum, qui sunt meticulosi, secundo eorum, qui sunt pertinacium, tertio respectu eorum, qui sunt constantes hoc est fortes; constantia enim est uirtus fortitudinis media inter inconstantiam, & pertinaciam ratio docet, ut ex duobus malis minus eligendum sit, & ex duobus bonis, eligendum est, id quod est melius: uoluntas inconstantis est, quæ peruerso rationis iudicio, ut minus caueat malum, in grauius impingit, ut si quis ne iacturam pecuniæ faceret detrimentum bonoris eligeret uoluntas pertinacis est illius, qui per alterum extremum etiam minus nocumentum renuit ad maius euitandum, ut si quis inuasus a latronibus potius appeteret mortem, quam perdere uiginti carlenos, uoluntas constantis est illius, qui ad cauendum periculum maioris mali minus eligit nunquam tamen econtrario ad cauendum minus optat maius, ut pro salute suæ uitæ proiicit merces in mare, & cætera. conclusio est intelligenda absolute, de quolibet ordine hominum.

Distin. 29. Quæst. 1.

Tertia conclusio. Habens uoluntatem potest cogi ad aliquam passionem, ut pote ligari, uel ad aliquam actionem instrumentalem, quæ tamen non est actio sua, ut pote, quod quis percutiat manu alterius utendo: probat hæc exemplo Beatæ Luciæ, nam hæc castissima uirgo, cum uariis multisque modis tentaretur, ut Christo relicto, gentilitios, & patrios Deos denuo sequeretur, etiam inter reliqua tormenta, & sæua tentamenta, a Pascasio uiro impio ferociter perterrebatur, quod eam castitatem, & uirginitatem, quam Christo suo, Domino, & Deo seruare se promiserat intactam, & decreuerat, faceret uiolare, & turpiter fœdare per homines libidinosos, & scortatores, propterea illa constantissimæ attendens uotum illum suum, quem dixit Pascasio, & si me inuitam uiolari feceris castitas mihi duplicabitur ad coronam. Vbi nota, quod aliqui arbitrantur, neque uoluntatem, neque intellectum, neque ullam apprehensiuam potentiam cogi posse, nam quocunque timore homo cogatur intelligere aut uidere, intellectio ipsa est inclinatio intellectus, & uisio inclinatio uisus, in qua, quidem re isti maxime allucinantur, nam uiolentiæ iudicium non sumitur ex inclinatione potentiæ, quæ actum elicit, sed ex inclinatione suppositi: actio enim & passio proprie suppositi esse dicuntur, ipsum est, quod proprie cogitur, propria autem inclinatio totius suppositi est appetitus naturalis in rebus inanimatis, & sensitiuis, in brutis, & rationalis in homine, hinc fit, quod quicquid homo contra suam uoluntatem patitur, proprie cogitur, licet fiat, secundum inclinationem apprehensiuæ potentiæ, obidque quispiam ad intelligendum cogitur, & ad uidendum, & cætera. immo damnati multa contra suam uoluntatem, intelligere compelluntur, & reassumptis corporibus sentire coguntur, & cætera.

Distin. 29.

Quarta conclusio. Habens uoluntatem potest cogi ad aliquam actionem humanam non simpliciter, sed secundum, quid scilicet metu maioris mali, quam sit ille actus probat, quia metu mortis, quis dicere cogitur officiosum mendacium: ergo, & cætera. Vbi nota, quod homo debet sustinere mortem potius, quam peccare mortaliter: aliquis tamen ad fugiendam mortem, poterit committere peccatum ueniale, quia tale peccatum non tollit gratiam, & rationem uirtutis, quia septies in die cadit iustus, & ideo huiusmodi leuis culpa constantiæ uiri, non obstat, neque si quis hoc faceret, argueretur de inconstantia, quamuis egregiæ laudi tribueretur, si potius mori eligeret, quam peccare ueniale, &cæt.

Eligitur potius mors, quam peccare.

Quinta conclusio. Matrimonium contractum per metum cadentem in constantem uirum est nullum, probatur, in Sacramento matrimonii, requiritur consensus liber ex parte utriusque coniugis: igitur conclusio uera. Vbi nota, quod præsens conclusio est expressa iniure, capitulo cum locum, & capitulo ueniens, & canone, de nuptiis, & canone, si uerum, trigesimaprima quæstione secunda, metus uero est duplex, quidam cadens in uirum con-

Constans, & incõstãs quomodo differant.

ftantem, quidam uero in inconftantem, conftans autem uir ab inconftanti in hoc diftat, quod conftans numquam inducitur aliquo timore, ad perdendum f mam, ut faluet omnes res fuas, quia plus ualet fama, quam res, at inconftans potius uult perdere famam, quam diuitias, & uult incurrere maius malum, vt euitet minus malum: item uir conftans non mouetur a paruo timore, fed a magno, ut a timore mortis, captiuitatis, feruitutis perpetuæ, & non a timore perdendi centum aureos: inconftans uero uir oppofito modo mouetur a paruo timore. eft ergo intelligenda conclufio de quatruplici illo timore, fcilicet, uel perpetuæ feruitutis, uel perpetui carceris, uel amifsionis ftatus, non autem de leui metu, quia talis non obftat, quin matrimonium non fit ratum. metus etiam cadens citra uirum conftantem in foro exteriori matrimonium non irritat, quia iura canonica hactenus folum declararunt matrimonium metu cadente in conftantem uirum contractum effe nullum, &c.

Sexta conclufio. Matrimonium contractum per metum cadentem inconftantem uirum non eft irritum tantummodo ex iure pofitiuo, fed naturali, & diuino: elicitur hæc ex Sancto Thoma, & ratio habetur Genefi, ubi dicitur Deo relinquet homo patrem, & matrem, & ad hærebit uxori fuæ, ipfe, fcilicet maritus adhærebit fua uoluntate, & libertate motus non autem coactus, ab alio: igitur conclufio uera, &cætera.

Distin. 19. Quæst. 1.

Vbi nota hic effe multas opiniones quarum prima eft Cardinalis, de Turre Cremata, in capitulo Abbas, de his, quæ ui metufve caufa fiunt afferentis tale matrimonium iure diuino, & humano effe ualidum, fed refcindendum effe per Ecclefiam, quia fit metus caufa. fecunda eft opinio Scoti, dicentis iure diuino, & naturali effe innalidum. tertia eft Ricardi, quem fequutus eft Paludanus, & nonnulli alij: hi omnes uolunt, tale matrimonium per folum decretum Ecclefiæ inualidari. quarta opinio eft Durandi, dicentis matrimonium non folum effe Sacramentum, fed effe quoque contractum ciuilem, & quamuis Ecclefia prout eft Sacramentum, neqneat mutare eius effentiam, quatenus uero eft ciuilis contractus poteft innalidare eius materiam, inter cognatos, ita, & irritare confenfum eius coactum per metum cadentem in conftantem uirum ad obuiandum incommodis maximis, quæ illo admiffo oborirentur, & in fauorem matrimonij alias caufationes leuiorum metuum repellere. fed his non obftantibus fequenda, eft conclufio noftra, quæ eft conformis facris literis, ut habetur Genefis, de feruo Abbtaæ, qui petiit Rebbeccam, & refponderunt parentes eius, & dixerunt, uocemus puellam, & quæramus uoluntatem eius patet ergo quomodo tempore legis naturæ, in matrimoniali contractu exigebatur libertas: propter cuius defectum iure naturæ in foro confcientiæ erat nullum fic etiam tenet Gabriel, Ioannes Maior, & Francifcus a Victoria, in fumma Sacramentorum.

Cap. 2.

Distin. 29. Articu. 2.

Cap. 24.

Septima conclufio. Nullus præcepto patris aut aliorum parentum compelli poteft ad matrimonium contrahendum. probat hanc Sanctus Thomas, quia patre imperante matrimonium filius poteft intrare fine peccato aliquam approbatam religionem: igitur conclufio uera. Vbi nota quod cum in matrimonio fit quædam quafi perpetua feruitus, pater non poteft cogere filium, per aliquod præceptum ad contrahendum matrimonium cum fit libere conditionis, fed poteft eum induce ex rationabili caufa, & tunc ficut fe habet filius ad caufam illam, ita fe habet ad præceptū patris, vt fi illa caufa cogat de necefsitate, uel de honeftate, & præceptum fimiliter cogat, alias non, &cætera.

Distin. 29. Quæst. 1. articu. 4.

Octaua conclufio. Matrimonium contractum per metum alicuius fuperioris, eft nullum: probat hanc Sanctus Thomas, quia matrimonium eft relatio æquiparentiæ, fed talis relatio eft æqualiter in utroque: ergo fi fit impedimentum ex parte unius non erit matrimonium ex parte alterius. Vbi nota, quòd fi iudex latroni damnato ad mortem promittat relaxationem pœnæ hac conditione, ut aliquam in uxorem ducat, tale matrimonium nullum eft, & fic eft regula generalis, quòd quotiefcunque metus iufte, uel iniufte hac intentione infertur, vt aliquid ad contrahendum inducatur matrimonium erit nullum. quia metus in hoc cafu eft caufa matrimonij, & uiolentus, quia tollit liberum confenfum, qui eft de effentia matrimonii: fecus autem erit, quando quis duceretur ad patibulum, & dicat fe uelle ducere meretricem in uxorem, ut mortem euadat, hoc matrimonium eft ualidum, quia hic metus mortis non eft caufa, fed occafio matrimonii, quandoquidem non hac intentione ducebatur ad mortem, unde nulla uiolentia fibi ab extrinfeco fuit illata, fed ipfe libere ex fe confenfit, & contraxit, &c.

Distin. 29. Ar. 3.

Nona conclufio. Princeps, uel iudex poterit aliquando fubditum fuum compellere, ad contrahendum matrimonium: elicitur hæc ex Diuo Thomo, & ratio eft, quia hoc a iure permittitur in aliquibus cafibus.

Distin. 29.

Vbi nota, quòd quando aliquis iuuenis uiolauit aliquam Virginem, quia promifit eam dotare, uel ducere in uxorem, uel defponfauit fibi aliquam, deinde penitet eum fecifse talia, tunc princeps, & iudex poteft compellere illum ad contrahendum matrimonium, præter hos & fimiles cafus non poteft, & hic compulfus fiue metus eft legitimus, quia fit a iudice habente authoritatem compellendi, neque tollit libertatem, quandoquidem ille fubditus amifit eam, quando commifit delictum, uoluntarie enim ac libere fe obligauit ad pœnam, &cætera. cum hoc tamen obferuari poffunt, quæ determinata funt ac fancita in Concilio Tridentino, circa denuntiationes in tribus continuis feftiuis diebus, &cætera.

Decima conclufio. Matrimonium graui metu

Sess. 24.

te contractum, & iuramento firmatum, non est uerum matrimonium, quia in matrimonio requititur maxime libertas, sed in tali matrimonio etiam iurato defuit libertas: ergo, &cætera. Vbi nota hic esse duas opiniones prima est affirmans, quod tale matrimonium est uerum in foro conscientiæ, unde si quis iurauit se aliquam ducturum in uxorem, tenetur implere, quo ad forum conscientiæ, quod iurauit, in foro tamen exteriori non reputaretur obligatus eo, quod Ecclesia præsumeret consensum interiorem non affuisse: alia est opinio negans, quod ipso iure nec in foro exteriori nec in foro conscientiæ tale matrimonium est legitimum, quia nec Deus, nec Ecclesia tale iuramentum uoluerunt obligatorium esse, unde professio in religione facta per metum mortis non obligat profitentem, extra de his, quæ ui metusue causa fiunt capitulo primo, & uigesimaquinta quæstione prima, lege de hac materia Ricar.

Distin.29. Articu.2.

DISTINCTIO XXX.

De matrimonio inter Ioseph, & Beatissimam Virginem Mariam.

DISPVTANT multa sententiarij de matrimonio inter Beatissimam Virginem, & Beatum Ioseph, idcirco, sit prima conclusio pro hac materia talis: decuit Beatam Virginem mouere uirginitatem: probat hanc Sanctus Thomas, quia in Matre Christi, debebat esse omnis perfectio, sed uotum uirginitatis est de maximis perfectionibus: igitur non debuit ei deesse, & sic conclusio est uera. Vbi nota de mente Augustini, libro de uoto castitatis, quod istud fuit decentissimum in matre Christi, quandoquidem ipsa fuit confinium ueteris testamenti, ac noui, sicut aurora diei ac noctis, propter quòd uotum eius sapit nouam legem inquantum uouit uirginitatem, & ueterem inquantum adiecit conditionem hinc, & perfectionem consiliorum Euangelicæ legis decuit inchoari in Virgine tanta quemadmodum quantum ad consumationem a Christo, & in Christo debuit inchoari, &cætera.

Distin.30. Quæst.2. Articu.1.

Cap.3.

Secunda conclusio. Sacratissima Virgo, emisit uotum Virginitatis sub conditione, non autem simpliciter. probat hanc Sanctus Thomas, quia tempore legis Moysi, matrimonium præferebatur Virginitati propter expectationem benedicti seminis, per uiam generationis uenturi. ergo non simpliciter uouit, sed sub honestissima conditione, scilicet nisi Deus aliter ordinaret, & sic conclusio est uera. Vbi nota, quod Scotus uidetur tenere oppositum huius conclusionis dicens, quod in omni uoto quantuncunque absoluto subintelligitur ista conditio, si Deo placet, quoniam nullus debet offerre aliquid Deo, si ipse nolit, uel uelit, & ideo absolute uouit, ut patet ex responsione, & interrogatione, qua dixit, quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco, &cætera. quæ quæstio fuit

Distin.30. Quæst.2. articu.1.

A de supernaturali insolitoque effectu, ideo nisi iam firmasset in corde suo nequaquam se cognoscendam a uiro, nulla fuisset interrogatio illa, & ad hunc intellectum, Angelus ei respondit, Spiritus Sanctus superueniet, &cætera. quomodo ergo potuit contrahere matrimonium? nihilominus hæc opinio Scoti, est contra Augustinum dicentem, quod sacratissima Virgo, promisit Virginitatem sub prætacta honestissima cōditione, quod utique decenter ac rationabiliter sonat, cumque obiiciatur, quod in omni uoto, quantunque absoluto intelligitur talis conditio, dici potest, quòd Sacratissima Virgo ex- B plicite, & formaliter conditionem illam apposuit saltem in corde suo, & constat, quod ita non additur in omnibus uotis, nec ex ratione Scoti aliud probatur, nisi quod plenissimo corde statuit omnem uirilem uitare amplexum, &cætera.

Tertia conclusio. Matrimonium hoc Beatę Virginis fuit rationi consentaneum. probat hanc Sanctus Thomas, Christus sua Natiuitate debuit ita Virginitatem commendare, quod nuptiis non derogaret, sed non potuit melius, quam utrunque approbare, quum de Virgine nupta nasceretur. Vbi nota, quod hæc congruitas ra- C tionis in Beatæ Virginis matrimonio apparet primo ex parte concepti, ut partus, scilicet Diabolo celaretur, secundo ex parte matris, ne lapidaretur, tertio ex parte Ioseph, ut obsequeretur Matri Virgini, ac filio eius, & testis esset Virginitatis illius. ueruntamen Diabolus cognitione naturali bene perpendisset Virginitatem Mariæ si permissus fuisset, habet enim naturalia lucida, & ualde acuta multo plus, quam homo, sed homo etiam sensu potest cognoscere de puella an sit uirgo: Diabolus quoque cognoscit eam Virginem esse, quæ nunquam coniuncta est uiro aliterve corrupta, quod de beatissima illa be- D ne nouisset nisi prohibitus esset.

Quarta conclusio. Conueniens fuit Beatam Virginem desponsatam fuisse: probat hanc Sanctus Thomas, quia per hoc significatur uniuersa Ecclesia, quæ cum Virgo sit desponsata tamen est uni uiro, scilicet Christo: ergo, &cætera. Vbi nota, quod hæc conclusio est de fide, ut habetur apud Matthæum, cum esset desponsata Mater eius Maria, Ioseph, & est posita contra Hæreticos Lamparianos, detrahentes matrimonio. & Spiritus Sanctus ordinauit hoc mysterium, ne ab infidelibus Christus tanquam illegitime natus abiiceretur, & ut ex consueto mo- E do eius genealogia per uirum describeretur, & ne Diabolus contra eum uehementius nocumenta procurasset, & ut Virginibus tolleretur excusatio: ipsę enim propter suam in cautelam non uitant infamiam: hinc Ambrosius ait, non decuit Virginibus sinistra opinione uiuentibus uelamen excusationis relinqui, quod infamata mater quoque Domini uideretur, propterea in persona castissimæ Matris Christi Virginitas & matrimonium honoratum est, &c.

3 p.q.29. Articu.2.

Cap.1.

Quinta conclusio. Matrimonium Beatæ Virginis cum Ioseph fuit perfectum. probat hanc

cens, quod accedere ad propriam uxorem, uel ad proprium nimium delectationis tantum causa est peccatum mortale, alia opinio est totaliter in extremo asserens nullum esse peccatum coniunctionem carnalem coniugum propter explendam libidinem. tertia est media quam sequitur Sanctus Thomas, quæ est Diui Augustini, libro de bono coniugali dicentis, quod accedere ad uxorem faciandæ concupiscentiæ causa uenialis culpa est, nisi adsit nimius excessus propter quem sequitur mors, aut longa infirmitas, & hæc est circunstantia faciens mortale, &c. (Cap.4.)

Decima conclusio. Senes, steriles, & prægnantes coeundo cum suis solo animo explendi libidinem ueniale peccatum est: probat authoritate Augustini, libro primo, de nuptiis, & concupiscen. ubi ait, quod huiusmodi concubitus sunt ex illo peccatorum genere quorum ueniam quotidie petimus dicentes, dimitte nobis debita nostra, & cætera. Vbi nota, quod hic sunt duæ opiniones, prima est Augustini, & Hierony. quos (Cap.4.) secuti sunt Diuus Thomas, Bonauentur. & Magister. hi uolunt omnem concubitum coniugalem esse peccatum saltem ueniale nisi fiat causa procreandi prolem, uel reddendi debitum: secunda opinio est, quam sequitur Scotus, Ricardus, Durandus, Caietanus, in sumula, hi asserunt nullũ esse peccatum: his tamen non obstantibus sequentes sunt conclusiones propositæ, quia in his actionibus considerandus est excessus.

DISTINCTIO XXXI.

DISPVTANT Theologi in hac distinctione de bonis matrimonium excusantibus, scilicet de fide, prole, & Sacramento, prout superius aliqualiter de his actum est, & pro maiori notitia ponitur prima conclusio talis: si aliquis per actum matrimonij intendat uitare fornicationem, in coniuge non est aliquod peccatum: probat hanc Sanctus Thomas, quia hic actus est (Distin. 31. Quæst. 2. Articu.2.) quædam redditio debiti, & spectat ad bonum fidei talis autem redditio cũ sit actus iustitiæ nullum est peccatum: ergo & cætera. Vbi nota, quod fornicatio simplex secundum omnes Doctores est peccatũ mortale, excludit enim a regno Dei, (Cap.5.) ut scribit Apostolus ad Galatas, nec in hoc excusat ignorantia, quia est contra legem naturalem nec potest. esse sine lata culpa addiscendi, quæ pertinent ad salutem, cum pene ab omnibus prædicetur, & sciatur, & est grauius peccatum in uiro, quam in fœmina, sed econtra est de adulterio, quia grauius est in fœmina, quam in uiro.

Secunda conclusio. Coniunx accedens ad suã intendens uitare fornicationem in se peccat ue(Distin.31. Quæst. 2. Articu.2.)nialiter, probat hanc Sanctus Thomas, quia ibi est aliqua superfluitas: igitur committitur ibi ueniale peccatum, addit etiam, quia matrimonium non est institutum ad hoc nisi secundum indulgentiam, quæ est de peccatis uenialibus: ergo, & cætera. Vbi nota hic esse tres opiniones qua(Distin. 31.)rum prima est Ricardi, asserentis nullum esse peccatum ad exigendum solum propter uitandam in seipsos fornicationem, quia matrimonium

A non solum est in officium naturæ, uerum etiam in remedium concupiscentiæ, & si actus charitatis est exigere debitũ propter uitandam in alio fornicationem multo magis erit propter uitandam in seipso: ordine namque charitatis potius nobis, quam aliis subuenire tenemur, secunda opinio est Altisiodorensis, libro quarto, uolentis, quod cognoscens uxorem causa uitandæ in (Cap.2.) continentiæ non peccat, sed qui illam cognoscit causa libidinis peccat: sic etiam tenet Vgo, super Ecclesiastico, in illo uerbo tempus amplexandi. tertia est opinio Sancti Thomæ, quæ est Diui (Capit.7. & 10.) Augustini, libro de bono coniugali, ubi sic

B ait, quod huius causa debitum reddere licet, ne alter coniugum fornicando damnabiliter peccet, exigere tamen non licet: & eodem libro etiam habet concubitus gratia concupiscentiæ satiandæ uenialis culpa est, & propterea Apostolus cupiebat omnes esse sicut ipse. propterea sequenda est sententia Sancti Thomæ, in conclusione posita nec ualet ratio Ricardi, quia ad euitandam (Cap.6.) fornicationem in uxore est redditio debiti, & cætera, sic est actus iustitiæ, in seipso uero est superfluitas, ob hoc non est par ratio.

Tertia conclusio. Accedens ad uxorem causa infirmitatis uitandæ peccat. probat hanc San-

C ctus Thomas, quia matrimonium de se non est (Distin.31. Quæst. 2. articu.2.) ad hoc ordinatum: igitur peruertitur eius finis: committitur peccatum saltem ueniale. Vbi nota, quod si quis Sacramentum baptismi quæreret tantum ob salutem corporalem, ut faciunt Turcæ, qui cogunt nostros sacerdotes ad baptizandum suos filios ad euitandum fœtorem, peccaret utique, quandoquidem sanitas corporalis aut ablatio fœtoris non est per se effectus baptismi, sed est quoddam miraculosum opus diuinæ prouidentiæ, ut legimus de Constantino, qui mundatus fuit lepra, quando recepit baptismum a Syluestro Papa: per se enim baptismus est or-

D dinatus ad regenerandum homines in spiritualem uitam sic etiam, & matrimonium non est institutum ad illum finem, sed ad generandam prolem, & in remedium concupiscentiæ, unde de quodam uiro iusto dicitur, ne se pollueret maluit ille mori, &c.

Quarta conclusio. Oscula, & amplexus inter coniuges possunt sine peccato fieri: probatur, quia hæc sunt inditia amoris, & nulla culpa notanda. Vbi nota, quod Diuus Hieronymus (Distin.31. Quæst.2. Articu.2.) exponens illud ad Ephes. uiri diligite uxores uestras, ait uoluptates, quæ de meretricum ample(Cap.5.)xibus capiuntur in uxore damnandæ sunt, sed non dicitur esse damnabile nisi peccatum, pro-

E pter ait Sanctus Thomas exponens uerba Hieronymi, quod tunc uoluptates meretricias uir in uxore quærit, quando nihil aliud in ea intendit, quam quod in meretrice attenderet, & hinc fit, quod quando tactus impudici amplexus, oscula fierent cum periculo molliciei essent peccatum mortale, quando uero honestæ, & sine scandalo, & superfluitate habẽtur nullum in eis peccatum interuenit, &c.

Quinta conclusio. Si uariatur modus natu(Distin. 31)ralis coeundi committitur peccatum. probatur,

talis uariatio deperdit finem matrimonij, qui est A generatio: igitur conclusio uera. Vbi nota quòd cum multi sint modi, quos humana delectatio adinuenit, si seruatur uas naturale, & mutetur modus ex rationabili causa puta maritus uadit a retro, quia est corpulentus, & similiter uxor habet magnum uentrem, & non possunt facialiter se commiscere, seruant tamen naturale uas tunc nullum iudicatur peccatum, si autem uarietur modus taliter quod obstare uidetur facultati concipiendi, ut si mulier supergreditur uirum ita, ut uir succumbat, & sic impeditur generatio, uel aliquo alio modo semper est peccatum, & sic intelligitur conclusio: quamquam B magnus Albertus dicat, hoc modo conceptum non impediri eo, quod matrix perinde atque stomachus uirtutem habet attractiuam, qua semen attrahit, sed hæc res non potest sic superficialiter iudicari, sequendæ sunt tamen conclusiones propositæ, &c.

Distin. 31. Sexta conclusio. Leprosus peccat petendo debitum ab uxore, & econtra: probatur, quia ex hoc imminet sibi periculum mortis, & infirmitatis incurabilis: igitur, & cætera. Vbi nota hic esse duas opiniones Doctorum altera affirmans, quod tenetur reddere, quia lepra non soluit matrimonium præcedens sicut sponsalia non ob- C stante, quod filius generetur leprosus, quia melius est sibi sic esse, quam non esse: nec alius prohibetur uti iure suo, quamuis malum alteri ex hoc proueniat temporale maxime si timeat sibi periculum spirituale, puta incidere in adulterium, quia leprosi propter interiorem calorem dicuntur multum appetere actum illum: alia est opinio negans, quia cum leprosus debeat manere extra ciuitatem, ut habetur Numeri, ne alii inficiantur illo morbo, sequitur, quod si alter coniux non tenetur cohabitare cum leproso minus tenetur ei reddere debitum. sed quicquid sit de his opinionibus conclusio nostra est D uera, præsertim quando, alter coniux laborat ultima specie lepræ Sancta Leonina, in qua est tanta Infectio, quòd partes corporis statim decidunt, & cætera. lege de hac re Paluda. quia hoc non est, qua secretum Alexander Tertius.

Cap. 5.

Distin. 31.

Septima conclusio. Mulier menstruata tenetur reddere debitum uiro poscenti. probat hanc Sanctus Thomas, quia mulier menstruata non debet esse uiro occasio peccandi, sed si uiro petenti debitum ipsa non redderet etiam tempore menstruorum esset uiro peccandi occasio, quia forte fornicaretur: ergo & cætera. Circa hanc E conclusionem est duplex opinio, altera negans, quia sicut non debet petere ita nec reddere: altera est affirmans, quia aut uir petit scienter, & tunc debet eum auertere precibus, & monitis, tamen non ita efficaciter, ut possit esse occasio in alias corruptelas damnabiles, aut petit ignoranter, & sic mulier potest aliquam occasionem prætendere, tamen si uir non desistit a petitione debet debitum reddere poscenti, & hæc est opinio sequenda.

Distin. 32. Quæst. 1. Articu. 2.

Distin. 31. Octaua conclusio. In magnis festiuitatibus nõ debent coniuges conuenire. probatur quia illis diebus debent uacare diuinis: ergo, & cætera. Circa hanc conclusionem nota esse duplicem opinionem, altera dicens, quòd in diebus, quæ festin antur a populo coniuges conuenire non debent, & quòd per tres dies debent ante communionem abstinere, & per tres post communionem receptam ob reuerentiam Sacramenti: altera est opinio affirmans in magnis tantum festiuitatibus tenentur ad inuicem non conuenire, si tamen de facto conueniant licet sit aliqua irreuerentia non tamen est mortale, & sancti consulunt, quod melius est, uir autem, qui habuit rem cum propria uxore nocte præcedente communionem melius faciet non communicando illo die, sed differat in alium diem, & idem de uxore, si autem communicent, non erit mortale, sed ueniale propter irreuerentiam, & cætera. lege de hac re Franciscum de Victoria in summa de Sacramentis.

Nona conclusio. Coniuges non debent conuenire in loco sacro: probatur, quia omnis effusio uoluntaria seminis humani, polluit locum sacrum: igitur si coniuges conueniunt, uel petendo, uel reddendo debitum committunt peccatum sacrilegii: ergo, & cætera. Vbi nota, quod hic sunt duæ opiniones. prima est dicens, quod in loco sacro puta Ecclesia, uel cimiterio benedicto est peccatum sacrilegii, & mortale petere, uel reddere debitum: si autem propter necessitatem bellorum exire non possent huiusmodi loca magno tempore, tunc non peccant exigendo, & reddendo: altera opinio est affirmans nullo tempore esse licitum etiam tempore obsidionis in Ecclesia uti matrimonio, sed abstinendum est, ut fecit Noe, & Filius eius, & omnia animalia existentia in archa, & hæc est uerior opinio, & sequenda. Distin. 32.

Decima conclusio. Tempore conceptus non licet petere debitum nec reddere, probatur, quia ex hoc poterit fieri abortus, & committeretur peccatum homicidii: ergo, & cætera. Vbi nota, quòd hæc conclusio intelligitur, quando probabiliter timetur, quia matrix propter delectationem, quandoque aperitur, & materia nondum perfecte coagulata dispergitur, & effunditur instante partu, ne puer opprimatur, esset peccatum mortale scienter petere, uel reddere, poterit mulieri esse ueniale, quando non timet de abortu præsentim cum prægnantes secundum medicos maxime appetant coitum, sed optime facerent si nec uir nec mulier peterent, ut ne fiant peiores animalibus brutis: ipsa enim bruta continent se, & Plinius ait decimo libro Historiæ animalium, quod Elephas ad impregnatam nunquam accedit, & huius quoque generis sunt nonnulla alia. Distin. 31.

Cap. 5.

DISTINCTIO XXXII.

Prosequûtur sententiarij disputando, de usu matrimonij, pro quo sit prima cõclusio, maritus, uel uxor, quando negat debitũ coniugale Distin. 32.

le ex suo genere, mortaliter peccat. probatur, quia A prælatus tenetur correctionis remedium contra peccata subditorum adhibere etiam eis contradicentibus, sed redditio debiti in uiro est contra peccata uxoris, & econtra: igitur tenetur uir debitum reddere quandoque etiam nô petenti, & econtra. Vbi nota, quod hæc conclusio est conformis sacris literis habetur enim ab Apostolo. 1. Cor. quod uir debitum uxori reddat, & uxor uiro, ueruntamen contingit, quod alter coniugum petat debitum expresse, ut quando uerbis alloquitur, aliquando autem interpretatiue, ut quando, scilicet uir percipit per aliqua signa, quod uxor uellet sibi debitũ reddi, sed propter uerecundiam tacet, & ita etiam si B non expresse uerbis debitum petat tamen uir tenetur reddere, quando expressa signa in uxore apparent uoluntatis debiti reddendi, & sic intelligenda uenit conclusio, scilicet tam expresse, quam interpretatiue.

Cap. 7.

Secunda conclusio. Vir, & uxor sunt æquales in actu matrimonij. probat hanc S. Tho. quia matrimonium est relatio æquiparantię cum sit coniunctio quædam: igitur cõclusio uera. Vbi nota, quod duplex est æqualitas, scilicet quantitatis, & proportionis: æqualitas quantitatis est, quæ attenditur inter duas quantitates eiusdem mensuræ sicut bicubiti ad bicubitum, sed æqualitas proportionis est, C quæ attenditur inter duas proportiones eiusdem speciei, sicut dupli ad duplum, loquendo ergo de prima æqualitate, vir & vxor non sunt æquales in matrimonio, neque quantum ad actum coniugalem, in quo id, quod nobilius est uiro debetur, neque quantum ad domus dispensationem, in qua uxor regitur, & uir regit, sed quantum ad secundã æqualitatem sunt æquales in utroque, quia sicut tenetur uir uxori, in actu coniugali, & dispensatione domus ad id, quod uiri est, ita uxor uiro ad id, quod uxoris est, & hoc modo intelligenda uenit conclusio, quod sunt æquales, scilicet in reddendo, & petendo debitum, &c.

Distin. 32.

Tertia conclusio. Coniugati si sine legitima causa diutius absunt ab uxoribus, peccant mortaliter. probatur, quia inuito Domino retinent alienum: ergo, & cæt. Vbi nota, quod causa legitima est, ut quando, quis accipit Crucem in subsidium terræ Sanctæ, uel quando propter ingens bellum, quod gerit Dominus temporalis, a quo feudum tenet ei in illo bello inseruit, in istis casibus poterit uir, absque consensu uxoris se facere absentem a domo, & uxor debet se continere ad tempus pro subueniendo necessitati Ecclesiæ generalis, & in fauorem sui Domini temporalis, quia in hoc non omnino subtrahitur mulieri ius suum, E quia uxor potest eum sequi, nec est simile de uxore ad uirum, quia cum uir debet regere uxorem, & non econuerso magis tenetur uxor sequi uirum, quam econtra, adde etiam quod uxor cum maiori periculo castitatis discurreret per terras, quã uir, & cum minori utilitate Ecclesiæ, & Domini temporalis, sed quando ob quamlibet leuem causam coniugati discurrunt per longas regiones relinquendo uxores solas domibus, grauissime peccant, & sunt in statu damnationis, &c.

Distin. 32.

Quarta conclusio. Vxor non tenetur reddere debitum fornicanti probatur, quia si maritus potest dimittere uxorem, quoad thorum causa fornicationis; igitur nec tenetur soluere. Vbi nota, quod si alter fornicatur, & hoc potest alter scire per signa probabilia, & per apertas coniecturas nec tenetur soluere, nec est ab Ecclesia cogendus si potest illud probare, si tamen ipse, uel ipsa non sit eiusdem criminis, quia si in eodem crimine nõ potest alter alteri obiicere, quod habet in se, si tamen petat debitum, priuat se libertate, & ex hoc obligat se ad reddendum, quia dum uult debitum sibi reddi a fornicante, & ipse se eidem obligat, & hæc est doctrina clara, cui astipulatur Diuus Bonauentura, Petrus de Tarantasia, & Ricardus, & magnus Albertus, qui addit, quod promittens non reddere debitum potest absolui ab Episcopo, & quod reddens debitum propter fidem thori atque iustitiam, uel exigens propter bonum prolis non sit a perceptione Eucharistiæ prohibendus, & cætera.

Quinta conclusio. Vir non tenetur reddere debitum uxori laboranti morbo gallico, probatur, quia neuter coniux tenetur alteri debitum reddere cum detrimento salutis conseruatricis proprij indiuidui: ergo, & cætera. Vbi nota, quod conclusio est intelligenda non de qualibet specie morbi gallici, sed de illa, quæ eneruat, & cruciat totum corpus, nedum quo ad carnem, sed quo ad ossa usque ad medullas cum quibusdam ulceribus ita, ut natura ipsa abominetur agressum, & amplexum, solet esse quædam species morbi gallici, quæ de facili sanatur, & hæc non impedit redditionem debiti sicut dictum est superiori distinctione de morbo lepræ, de quo habetur, capitulo quoniam, de coniugio leprosorum, & capitulo peruenit, quod Alexander Tertius cogit leprosi coniugem debitum ei reddere etiam sub anathematis communicatione si renuerit, hæc determinatio summi Pontificis non est intelligẽda de qua liber specie lepræ, ut est illa; quæ uocatur leonina, D sed de illa, quem horrorem non inducit nec frustatim corpus dissoluit, &c.

Distin. 32.

Sexta conclusio. Maritus, & uxor si plures filios habent, quam nutrire possent, de consensu utriusque licite abstinere possunt, probatur; quia nemini fit iniuria cum de communi consensu id fiat: igitur, & cætera. Vbi nota, quod quando aliqui maxima paupertate sunt depressi, ita ut tantam sobolem nequeant alere, quam habent, & ne amplius aliis liberis abundarent, firma uoluntate religiose educare intendunt, quos habent, ex hoc nullum peccatum committere uidentur, si uero alter peteret, habendo fidem apud Deum, qui potest, & habitos, & habendos superabundanter manutenere, alter quoque reddere tenetur: si autẽ extra vas funderet semẽ, detestabilem rem cum filio Iudæ operatur, vt habetur Genes. Si vero ante completionem actus se retrahit, nec semẽ emittit, eadem intentione non videtur mortaliter peccare, nisi ex hoc forte mulier ad seminandum prouocaretur. vide de hac re Petrum de Palud.

Distin. 32.

Cap. 38.

Dis. 32. q. 3.

Septima concl. Ante consumationem matrimonij vterq; coniugum, altero inuito potest licite intrare religionem, probatur quia nulli fit iniuria, non fini matrimonij, qui est prolis procreatio, nõ desertæ spõsæ, quia nihil decoris, aut honoris ami-

sit: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc con- A clusio ponitur contra Erasmum, qui ait expositio- Cap.7. ne 1.ep.cor. vnde oritur tantus error, qui propter professioné humani instituti, & ob mutatú palliú, legitimus sponsus sua fraudetur sponsa: & tamen in hac parte loquitur contra veritatem multis canonibus cóstitutam, vt patet cap. verum de cóuer. coniugatorum, & cap. ex publico, & 27.q.2. ex Eusebio Cano. desponsatam, & ex Greg. Cano. decreta, & ex Nicolao Cano. scripsit, & hoc rationabiliter factum est, quia status religionis, vt aperte docuit Apostolus, 1. Corinth. perfectior est statu coniuga- Cap.7. li, id autem quod perfectius est non debet per minus perfectum impediri: hinc sequitur quod vtriq; B cóiugum si citra alterius iniuriam fieri poterit, licitum est ad religionem se conferre, &c.

Octaua concl. Post cósummationem matrimonij neutri coniugum licitum est, altero inuito religionem intrare: probat hanc S.Th. quia nullus po- Dis.32. q.1. articu.4. test facere votum de alieno, sed vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor: ergo sine eius consensu non potest votum facere continentiæ, vel simpliciter, vel ad tempus. Vbi nota, quòd vouere voluntatis est, vt etiam ipsum nomé sonat, hinc de illis tantum bonis potest esse votum, quæ nostræ subiacent voluntati qualia nó sunt ea in quibus vnus alteri tenetur, & ideo in talibus non potest aliquis C votum emittere sine consensu eius cui tenetur, vnde cùm coniuges sibi inuicem teneantur in redditione debiti per quod continentia impeditur, non potest vnus absque consensu alterius cótinentiam vouere, & si vouerit peccat, nec debet seruare votú, sed agere pęnitentiam de voto male facto, &c.

Nona conclu. Quotiescunque alter coniugum ante cósummationem matrimonij religionem ingreditur, libere potest alter nuptias ducere. proba- Distin.32. tur, quia sicut matrimonium consummatum copula carnali dissoluitur per mortem naturalem. ita non consummatum dirimitur morte ciuili qualis est religionis professio: ergo, &c. Vbi nota, quòd D hæc conclusio est conformis sacris litteris, vt scribit Apostolus 1. Corin. quæ sub viro est mulier vi- Cap.7. uéte viro alligata est legi. s. connubij, si autem mortuus fuerit vir eius soluta est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cú alio viro, hoc etiam voluit Saluator noster, Matth. Quos Deus coniunxit homo Cap.19. non separet, nempe quousq; Deus eos per mortem disiungat, & ideo sicut per mortem temporalem viri potest mulier ducere alium virum, ita per mortem spiritualem seu ciuilem, &c.

Decima cócl. Alter coniugum non potest vouere, vt nunquàm petat debitum absque consensu al- Dis 32. q.1. articu.4. terius: probat hanc S.Th. quia tunc oporteret vnú E semper subire cófusioné debitú petendi: ergo &c. Circa quam nota esse duas opiniones, altera affirmans, quòd vnus absq; cósensu alterius potest vouere, quòd non petat debitum, non autem, quòd non reddat, quia in primo est vterque sui iuris, sed non in secundo, & hanc opinionem sequitur Ric- Art.2.q.1. cardus in præsenti distin. altera opinio est negans in conclusione posita, & est S.Tho. dicentis, quòd si alter nunquàm peteret debitum, ex hoc alteri matrimonium onerosum redderetur, & hanc opinio- Cap. 12. num.60. nem sequitur Dur. Petrus de Palud. Martinus Doctor Nauarrus in suo manuali confess.

A DISTINCTIO XXXIII.

Agitur in hac distin. de pluralitate vxorú, pro cuius notitia ponitur prima conclu. Habere plures vxores non est contra legem naturæ: probat hanc S.Tho. quia id est contra legem naturæ, per quod impeditur generatio prolis, vt vitium Dis.33. q.1. articu.1. sodomiticum, sed pluralitate vxorú nó impeditur prolis generatio: ergo &c. Vbi nota, quòd Dur. in præsenti loco duas narrat opiniones alteram affirmatiuam, quá sequi videtur Abulens. super Matth. Quod pluralitas vxorum semper fuit contra ius na- Cap.19. turę, alteram vero negatiuam, quæ est S.Th. in con- B clusione posita: quæ opinio intelligi debet de matrimonio quatenus est in officium, hoc enim modo non est aliqua ratione contra legem naturalem plures vxores habere, quia per hanc pluralitatem natura hominis consequitur suum finem. s. multiplicationem, & conseruationem humanæ speciei.

Secunda conclu. habere plures vxores per matrimonium consideratum in remedium concupiscentiæ est contra legem naturalem: probatur, quia fie- Distin.33. ret iniuria primæ vxori, cú vir quoties voluerit ab illa debitum petere, & quoties illa voluerit debitú reddere non posset, sunt enim secundum iustitiam communitatiuam in solutione debiti æquales: er- C go &c. Vbi nota, quòd ius naturæ dicitur primo, quod non opinio genuit, sed quædam inanimata vis inseruit, quia est à principio intrinseco, secúdo dicitur ius naturæ quod est à superiori mouente, puta Deo, & sic quæ sunt de iure naturali, dicuntur etiam de iure diuino quo pacto ait Isid. quòd ius naturale est quod in lege, & euangelio continetur, tertio dicitur ius naturale quod natura omnia animalia docuit, pluralitas vxorum est contra ius naturale, primo, & secundo modo dictum, nó autem tertio modo de qua loquitur S.Tho. hic.

Tertia cócl. Habere plures vxores per matrimo- Dis.33. q.1. articu.1. nium consideratú, vt est mutuú obsequiú vtriusq; D coniugis est contra legem naturalem. probatur, quia ex hoc nascitur inimicitia, odiú, inuidia pre nimio zelo: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd cú finis matrimonij sit triplex, primus est generatio, & educatio prolis, secundus est communicatio actionum, & officiorum in generádo, & fidem obseruando. tertius est significatio cóiúctionis Christi cum Ecclesia: quòd vnus vir habeat plures vxores non est contra primum finem matrimonij, impedit secundum finem, quia nó posset ille vnus vir satisfacere omnibus simul, quia ille actus debilitat & exhaurit vires. est expresse contra tertium finem de quo ait Apostolus, despondi vos vni viro virgi- E nem castam exhibere, Christo, &c. 1. Cor.7.

Quarta conclusio. Habere plures uxores est contra naturam hominis, ut est fidelis: probatur, quia homo cósideratur tripliciter, ut animal, ut homo, & ut fidelis Christianus, sed hoc tertio modo cósideratus debet colere unum Christum, & unam Ecclesiam: ergo, & habere unam uxorem. Vbi nota, quod Gulielmus Paris. in libro de fide, & legibus, Dist.33. ait quod nec licitum est nunc, nec unquam licuit uni uiro simul habere duas uxores, aut plures, & quod omnes, qui leguntur plures habuisse, nó nisi unam ueram habuerút uxorem, cæteræ omnes fuerunt concubinæ, &c. Petrus de Tarátasia ait, quod

concubinæ quas Sãcti habuisse leguntur, erant vxo A res quãtum ad thorum, quia matrimonialiter iunctæ, sed non quantum ad dignitatem, quoniam nõ habebant authoritatem matrum familias in regimine domus, & familiæ. Albertus vero concedit, quòd Patriarchæ fuerunt bigami, & si nunquàm licuit viro alicui ancillam, vel alienam cognoscere nisi ex instinctu Spiritus Sancti, vt fuerunt Patriarchæ. Bonauentura affirmat, quòd concubinæ illæ non fuerunt Sanctorum virorum vxores legitimæ, sic etiam Agar non fuit legitima Abrahæ vxor. sed quicquid sit de aliorũ opinionibus sequendæ sunt conclusiones propositæ, &c.

Quinta conclu. Habere concubinam est contra B legem naturæ: probat S.Tho. quia præcepta Decalogi ad legem naturæ pertinent, sed accedere ad concubinam est contra hoc præceptum Decalogi Non mœchaberis: ergo &c. Vbi nota, quòd natura in omnibus animalibus intendit non solum prolis generationem, sed etiam educationem, quæ si non posit fieri ab vno generãtium sufficienter requiritur, quod ambo conmaneant ad prolis educationem, vt etiam in quibusdam animalibus patet: homo autem super hoc indiget à parentibus instrui, quod longum tempus requirit vnde accedere ad mulierem quãcumque indifferẽter sine aliquo vinculo cum ea commorandi est cõtra legem naturę, C & licet Abraham, & Iacob habuissent concubinas, eas tamen vxorio affectu cognoscebant, & ideo aliquando vxores, aliquando concubinæ in scriptura dicuntur, ideo ipsi non fecerunt cõtra præceptum legis. lege D.Tho. hic.

33. ad Anibaldum.

In sent. ad Anibaldũ.

Sexta cõcl. Habere plures vxores fuit licitum, & in lege naturæ, & Moysi: probat hanc S.Tho. quia Deuter. fit mentio de pluralitate vxorum, sine aliqua prohibitione: igitur conclusio vera. Vbi nota hic esse duas opiniones alterã quam sequitur Abulens. super Matth. dicens, quòd Deus permisit vxores plures nõn tanquàm rem licitam, sed vt impune fieret, sicut illi genti permisit ab extraneis vsu- D ras accipere, & nunc permittitur meretricium ad euitãda maiora mala: alia est opinio S.Tho. in conclusione posita, quòd iure optimo ad propagandũ populũ Dei, & cultũ, pluribus vxoribus vsi sunt patres: & est opinio Beati August. 16. lib. de ciuit. Dei asserentis, quòd Iacob plures accepit vxores, quoniam eo tempore multiplicandæ posteritatis causa plures vxores accipere lex nulla prohibebat: & contra Faustum, tunc patres ait inculpabiliter plures habebant vxores, nunc autem quia mos nõ est crimen est.

Distin. 33.

Cap. 19.

Cap. 38.

Septima concl. Nũquàm fuit licitum habere plures vxores nisi ex aliqua interna inspiratione: pro- E bat hanc S.Tho. quia lex prohibens vxorum pluralitatem erat mentalis, & non scripta: ergo & dispensatio eius fuit à Deo per internã inspirationẽ, &c. Vbi nota, quòd tempore legis naturæ, nulla lex scripta erat, ideo currit ratio, tempore Moysi licet fuerit lex, tamen Dauid habuit plures vxores, vt habetur 2. Regum, & fuit Sanctissimus, vnde non est existimandum ipsum egisse contra legem, & hoc est, quòd ait Innocentius III. cap. Gaudemus de diuortijs, nulli vnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum, &c.

Dis. 33. ar. 2

Octaua conclu. Gentilibus non licuit vnquam habere plures vxores. probatur, quia dispensatio de pluralitate vxorum non fuit facta nisi ad propagandum populum circuncisionis: igitur hæc licentia nõ erat inter gentes. Vbi nota hic esse duas opiniones, alteram affirmantem omnibus infidelibus cuiuscunque nationis licitum fuisse habere plures vxores, & in veteri testamento fuit licita ipsa fornicatio, vt patet de Iuda cum Thamar, Scortum autẽ cum alienis fuit prohibitum: altera est opinio negans quam sequitur Paludanus, & Scotus, quòd gentibus non licebat, & si excusari poterãt, propter ignorantiam inuincibilem, tempore vero necessitatis fuit dispensatum in fornicatione, & adulterio & incestu quo ad rẽ vxoriã, vt videmus de Cayn qui habuit sororem suam in vxorem, & de Abrahã qui habuit sororem filiam fratris sui, nunquàm tamen fuit dispẽsatum, quòd filius haberet rem cum matre, aut pater cum filia: & si Loth concubuerit cum duabus filiabus suis hoc fecit, vt ebrius, & peccauit mortaliter, vt scribit August. libr. 22. contra faustum.

Distin. 33.

Deut. c. 23.

Cap. 9.

Nona conclu. Eunuchia est contra ius naturale. probatur, quia talis est mutilatio corporis, hæc autem est contra ius naturæ: igitur, &c. Vbi nota, ꝙ ex hoc, quòd aliquis fit Eunuchus non extinguitur in eo libido, sed tollitur potentia coeundi propter defectum partium genitalium, hæc autem inuenta est à principibus, vt mulieribus quas Eunuchi custodiebant nõ possent carnaliter copulari, sed non permittit hanc mutilationem lex Euangelica.

Distin. 33.

Decima cõcl. Bigamia quæ est vnius vxoris cum pluribus viris simul, nunquàm fuit licita. probatur quia ex hoc redditur incertitudo prolis: igitur &c.

Vbi nota, ꝙ hæc conclusio ponitur cõtra quosdam hæreticos, qui talem absurditatem suos filios perditionis docere ausi sunt, & contra etiam quosdam barbaros, qui nullũ matrimonium agnoscũt, sed promiscuo vagoque cõcubitu generant, vt recitat Solinus in polystore. veritas rei hæc est, quòd eãdem mulierem simul pluribus nubere abhorret natura, vt neque per dispensationem id nunquàm licuerit, quandoquidem inter alia incommoda sequitur illud quod Arist. obiecit politiæ Platonis de communitate vxorum, quòd vix possent parentes suos dignoscere liberos, nisi raro per effigiem, atque adeo nullus posset ea charitate, & amore suũ educare natum, qua deceret, lege de hac materia Zenonem Episcopum Veronẽsem in libello de pluralitate vxorum, &c.

DISTINCTIO XXXIIII.

Agitur in hac distinctione de impedimentis matrimonij pro cuius notitia sit prima conclusio: Matrimonium habet diuersa impedimenta, quia omnis effectus, qui constituitur ex diuersis causis impedibilibus habet diuersa impedimenta, sed matrimonium est huiusmodi, quia constituitur ex consensu contrahentium, in quo potest accidere multiplex impedimentum. ergo conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc cõclusio ponitur contra Lutheranos negantes Ecclesiam posse condere aliquam legem, quæ posset matrimonium impedire præter illam, quæ est de iure naturæ, vt filia non con-

Distin. 33.

contrahat cum patre, vel forte cum fratre, & illam quæ est de iure diuino, vt habetur in Leuitico, hinc sacerdotes, & religiosos dicunt posse matrimoniũ contrahere, alia enim impedimenta veteris legis erant cęrimonialia, & iam cessarunt, contra istos ergo dicitur, quòd impedimenta matrimonij sunt accipienda secũdum conditiones personarum, hæ autem sunt fere infinitæ, quamuis reducantur ad certum numerum, sic etiam talia impedimenta sũt in quodam certo numero, &c.

Dist.34.q.1. articu.1. Secunda concl. Impedimenta matrimonij sunt duplicis ordinis: probat hanc S.Thom. quia sacramentum matrimonij quædam habet, quæ spectant ad eius essentiam, quædam ad eius solennitatem, B sicut, & cætera sacramenta: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd impedimenta, quæ contrariantur his quæ sunt de essentia, & necessitate matrimonij dicuntur impedire ipsum matrimonium, nedum contrahendum, sed etiam dirimere contractum, ita ut non sit verum matrimonium, talia autem impedimenta continentur his uersibus, error conditio, uotum, cognatio crimen, cultus disparitas, vis, ordo ligamen, honestas, si sis affinis si forte coire ne qui bis hæc socianda uetant connubia facta retractant: illa autem impedimenta, quę aduersantur his, quę sunt de solennitate Sacramenti matrimonij non officiunt, quin sit uerum Sacramentũ, C & talia dicuntur impedire matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum, vt est prohibitio Ecclesiæ, & tempus feriatum, vnde versus Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum impediunt fieri permittunt cuncta teneri.

Distin.34. Tertia conclusio. Quicquid impedit matrimonium in vno coniugum impedit in alio, probatur, quia coniuges sunt æquales in matrimonio, vt dictum est supra: igitur &c. Vbi nota, quod matrimonium ex triplici causarum genere constat, nam quatenus in officium generandi est naturæ institutum, & quatenus sacramentum est institutum Dei, & quatenus ad cõuictum humanum attinet, & rei D publicæ pacem legibus humanis subditur, & omnes istæ causæ sunt variabiles, & impedibiles; nam iure naturæ constituitur per mutuum consensum ad finem generationis, cõsensus autem cum sit res humana, & errore impediri potest, & generatio per potentiam coeundi: significatio uero Sacramenti unionis Christi cum Ecclesia impeditur per bigamiam; conuictus autem pacificus impeditur per vxoricidia, & incestus, atque alia crimina, quæ ideo Ecclesia prudenter impedimenta esse voluit matrimonij, sed ornamentum; & ciuile decus matrimonij per hoc accedit, quòd cognatione propinqui à matrimonio propellantur, quo fit ut de E omnibus istis Ecclesia possit leges prohibitorias condere, quin uero principes, & ciuilis respublica, si modo id Ecclesia permittat facultatem habent huiusmodi ferendi leges, quibus matrimonia cohibeantur ex parte vtriusque coniugis, &c.

Dist.34.q.1. articu.2. Quarta conclu. Impotentia naturalis coeundi perpetua suapte natura impedit matrimonium cõtrahendum, & dirimit contractum: probat hanc S.Tho. quia contractus matrimonij in hoc consistit, quòd alterutrũ se cõiugentes obligent ad debitum soluendi, sed nullus potest se obligare ad impossibile: igitur frigiditas, hoc est talis potentia A coeundi impedit matrimonium, &c. Vbi nota, quod matrimonium est contractus quidam, quo unus alteri obligatur ad debitum carnale soluendum: sed sicut in alijs contractibus non est conueniens obligatio si aliquis se obliget ad hoc, quòd non potest dare, vel facere, ita non est conueniens matrimonio contractus si fiat ab aliquo, qui debitũ carnale soluere non possit, & hoc impedimentum vocatur impotentia coeundi nomine generali, quæ quidem potest esse, uel ex causa intrinseca, & naturali, uel ex causa extrinseca accidentali, sicut per maleficium, si autem fiat ex causa naturali, hoc potest esse dupliciter, quia vel est temporalis cui potest subueniri beneficio medicinæ, vel processu ætatis, & hanc non soluit matrimonium, uel est perpetua, & tunc soluit matrimonium, ita quòd ille ex cuius parte allegatur impedimẽtum perpetuo maneat absque spe coniugij, alius autem nubat cui vult in domino, &c.

Dist.34.q.1. articu.2. Quinta conclusio. Matrimonium impeditur, & dissoluitur per maleficium perpetuum: probat hãc S.Tho. authoritate decret. 33. q.1. si per sortiarias, uel maleficiis, & infra, si sanari non poterint separari valebunt, &c. Vbi nota hic esse tres opiniones. prima est, affirmans maleficiũ nihil esse in mundo nisi in æstimatione hominum, qui effectus naturales, quorum causæ sunt occultæ maleficijs imputabãt: secunda opinio est, quæ dicit, quòd per maleficia præstari potest impedimentum carnali copulæ, sed nullum tale est perpetuum, unde non dirimit matrimonium contractum, additque, quòd iura, quæ hoc dicebant esse reuocata. tertia opinio S. Tho. asserens maleficium dari vere, & realiter, & potest esse ad tempus, & perpetuum, primum non dirimit, sed bene secundum.

Distin.34. Sexta concl. Ecclesia præfixit tempus triennij ad agnoscendum num maleficium sit perpetuum, vel temporaneum, probat hanc S.Tho. ubi supra de frigidis, & maleficiatis, cap. cum dormierit. Vbi nota D quòd si coniuges per continuum triennium habitauerint, bonaque fide coniugali copulæ operam dederint, & se cognoscere non potuerint, & hoc nõ solum per propriũ iuramẽtum verum etiam propinquorum iurantium de fidelitate, probauerint maleficium esse perpetuum dignoscetur, sententiaue nullitatis proferenda, & danda vtrique nubendi cum alio facultas erit: sic definitum est in capit. finali de frigidis, & maleficiatis in canon si per sortiarias. 33. q.1. nam hoc est discrimen inter maleficium, & frigiditatẽ, quia frigidus sicut est impotẽs ad vnam, ita ad aliam, & ideo quando matrimoniũ dirimitur non datur ei licentia, vt alteri coniungatur, sed maleficiatus est impotens ad unam, & non ad aliam, & ideo quando iudicio Ecclesiæ matrimonium dirimitur vtrique datur licentia, quòd alteram copulam quærat, &c.

Dist.34.q.1. Septima conclusio. Nũquam licet vti opera diaboli ad maleficium auferendum; probatur ista ex. 26. q. 2. cano. qui sine Saluatore, &c. Vbi nota, quòd Petrus Aureolus in præs. dist. ait, quòd quamuis nõ liceat maleficium facere ad soluendum aliud, licet tamen uti maleficio alterius, qui paratus est non quidem mouendo illum, ut faciat, sed consentiendo si sua sponte vult facere, eandem quoque opinionem sequutus est Angelus in summa uerbo superstitio Distin.34.

perstitio,§.1 3.Scotus vero,& Caiet.Quol.2.q.2.dicunt,quòd potest quisque conuenire maleficum, & rogare,immo & pecuniam ei exhibere, vt illas ligaturas quas habet sepultas, aut suspensas, aut alicubi asseruatas inde dimoueat, quia hoc facere virtus est, & quicúque sciret, vbi sunt,posset illas inde subtrahere, quia hoc nó est maleficio vti,sed quod factum est destruere,nam tunc dæmon,licet non vi tamen ex seductorio pacto,quod pepigit eum malefico cessabit à maleficio nempe, vt arbitretur ille in illis inesse maleficiorum virtutem,&c.

Octaua conclu. Si contigerit aliquando, quòd Ecclesia separauerit aliquos, propter maleficium, eo sublato reparandum erit primú matrimoniú: probatur, quia maleficium temporale veritatem primi matrimonij nó abstulit, vt dictum est supra: ergo,&c. Vbi nota, quòd hic sunt duæ opiniones, prima est cuiusdam Glosæ, super illud cap. perfortiarias 33.q.1. dicentis nó esse reparandum primú matrimonium,postquam iudicio Ecclesiæ iam deletum est. secunda est opinio S.Tho. posita in conclusione, quam sequitur Riccard. & multi alij doctores.& ideo amplectenda tanquàm vera.

Distin.34.

Nona conclu.Matrimonium quod est opus Dei impediri potest opere diaboli quod est ipsum maleficium: probat hanc S.Thom.quia hoc non est ex hoc,quòd diabolus sit fortior Deo, sed quia Deus ita permittit: igitur &c. Vbi nota, quòd & si Diabolus impediat matrimonium, & Deus illud permittat ex aliqua causa nobis occulta nihilominus coniuges debent aliquibus spiritualibus remedijs vti veluti ieiunijs, peccatorum contritione,vel etiá medicamentis cótrarijs,vel destructione illius maleficij,vt dictum est supra de mente Caiet.his enim modis plerunq; destructum est maleficium,&c.

Dis.34.q.1. articu.3.

Decima concl.Perpetuo amentes sunt inhabiles ad matrimonium contrahendum, & si contrahant matrimoniú erit nullum: probat hanc S.Tho.quia plus tollit vsum rationis furia quàm error, sed error impedit matrimoniú: ergo & furia seu amentia. Vbi nota, quòd si furia, vel amentia matrimonium sequatur,siue consummatum, siue solum ratum illud non dirimit, vt patet per canon. Hi qui 32.quest.7.quia verum matrimonium per nullum impedimentum dirimi potest nisi per solam religionis professionem: si vero ratum furia antecessit, tunc furiosus vel perpetuus est, vel lucidis vtitur interuallis, si perpetuus nullatenus matrimonium contrahit,attentet nullum est,quia nó potest habere legitimum cósensum,qui est de essentia matrimonij, immo vero nullum contractum ciuilem perficere poterit, eadem etiam ratione, nec si habens lucida interualla eo tempore, quo ratio illa ecclipsatur contrahere potest, eo tamen temporis articulo quo rationis luce fungitur si contrahat,solidum quidem fit matrimonium, sed tamen nonnihil iniuriæ eidem matrimonio irrogat, quia non est satis idoneus ad educandam prolem, &c.

Dis.34.q.1. articu.4.

DISTINCTIO XXXV.

Disputatur in hac distinctione de separatione viri ab vxore,& ecótra propter peccatum fornicationis pro cuius notitia,ponitur talis cóclusio: Licitum est viro propter peccatum fornicationis vxorem dimittere: probat hanc S.Tho.quia illi qui frangit fidem non tenetur aliquis fidem seruare, sed coniux fornicando frangit fidem quam alteri cóiugi debet: ergo alter potest alterum propter fornicationis peccatum dimittere. Vbi nota, quòd hæc conclusio intelligenda venit quo ad thorum, & est definita à Christo Redemptore nostro, apud Matth.dicens qui dimiserit vxorem,&c. vnde D.Augu.super Deuter.ait, quòd cum multæ essent in lege causæ dimittédi vxores,Christus solam fornicationem excepit,cæteras molestias iubet pro fide,& castitate sustinere,& D.Hieron.ait vxoris vincit affectum can.dixit dominus 32.q.1.quia charitati naturali consentaneum est, vt pudicus coniux impudicam nó habeat, ne eius crimini consentire videatur,sed illa per infamiam castigata emédetur, & vt vulgo dici solet frágenti fidem fides frangetur eidem:& sic hæc cóclusio est fundata,nedum in iure humano,sed etiam diuino, & naturali,&c.

Distin.35. Cap.19. Cap.24.

Secunda conclu. Vir potest dimittere vxorem si fecerit se agnosci ab alio propter vitium contra naturam: probat hanc S.Tho. quia nomine fornicationis omnis illicitus coitus intelligitur, sed vitiú contra naturam est illicitissimus: ergo,&c. Vbi nota,quòd hic sunt duæ opiniones. prima est Glosæ in cap.omnes 33.q.7.& Innocen.in cap.Maritus de adulter,& Panorm.eodem cap. negans,quia coniuges sola legitima membra, & vsum ad generationé videntur, sub fide coniugij sibi mutuo obligare, vnde cum vitium contra naturam nó impediat matrimonium,nec eius vsum,quia ad affinitatem non pertinet, nó videtur sub illa lege claudi hoc peccatum. altera est opinio S.Tho. affirmans in conclusione expressa, nam propter vitium cótra naturam potest procedi ad diuortium,sed tamen non fit ita mentio de ipso,tum quia est passio innominabilis, tum quia rarius accidit, tum quia non ita causat incertitudinem prolis, & licet per illum vsum non contrahatur affinitas, tamen coniuges non solum per legitimum vsum,sed etiam per illegitimum extra vas perpetratum carnem suá diuidere poterunt non tamen propter tactus impudicos, aut seminationem extra vas,quia hic actus non est fornicatio, neque adulterium,&c.

Dis.35.q.1. articu.1.

Tertia concl. Propter cósuetudinem spiritualis fornicationis etiam ad diuortium procedi potest: probat hanc S.Tho. quia talis cósuetudo ostendit pertinatiá in qua perficitur infidelitas: igitur &c. Vbi nota, quòd discrimen est inter fornicationem carnalem,& spiritualem, quòd propter vnú actum fornicationis carnalis potest procedi ad diuortiú, sed non propter vnum actum fornicationis spiritualis,quæ est infidelitas, licet in fornicatione carnali excipiantur septem casus in quibus vir non licet dimittere vxoré fornicariam, primus est quando vir quoque adulterio se deturpauerit,secundus si ipse vxorem prostituerit, tertius si vxor virú suú defunctum bonis coniecturis propter diuturnam eius absentiam existimans alteri nupserit, quartus si latenti fraude ab eo cognita fuerit qui sub specie mariti se in eius lectú insinuauit, quintus, si vi oppressa fuerit,sextus si post commissum adulterium eam vir suo thoro susceptam reconciliauerit, septimus, & vltimus si in infidelitare vxor cui maritus libellum repudij dederat alteri nupserit, tunc.n.si

Distin.35.

a nbo

ambo sacro fonte abluantur tenetur vir eam in matrimonium resumere,&c.

Quarta concl. Vir non tenetur sub præcepto statim dimittere vxorem fornicantem: probat hanc
Distin.35. S.Th quia vnusquisq; potest dimittere alteri, quod in se peccauit, sed vxor fornicãdo peccat in virum: ergo vir potest ei parcere, vt non dimittat eam, & sic non tenetur aliquo præcepto, vt statim dimittat,&c. Vbi nota, quòd quãdo vxor non perseuerat in crimine eam dimittere non tenetur, nam verba Christi, qui dimiserit vxoré,&c. non insinuant præ-
Cap.7. ceptum, sed permissionem, vt ait Glosa, 1. Corinth. dimissio. n. vxoris fornicãtis introducta est ad corrigendum vxoris crimen per talem pœnam, pœna B autem corrigens non requiritur vbi emẽdatio iam præcessit, & ideo si mulier de peccato pœniteat vir non tenetur eam dimittere, si autem non pœniteat tenetur, ne peccato eius consentire videatur, dum correctionem debitam non apponit.

Quinta concl. Vir propria authoritate poterit
Distin.35. vxorem fornicantem dimittere: probatur, quia sententiam à iudice latam absque alio iudicio exequi licet, sed Deus iustus iudex dedit hãc sententiam, vt vir possit dimittere vxorem propter fornicationem: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd dimittere vxoré aliquis maritus tripliciter intelligi potest, primo quantum ad thorum, secundo quantũ C ad cohabitationé, tertio quatum ad totale diuortium: cõclusio intelligitur primo modo, quia quã cito sibi constat de fornicatione vxoris proprio arbitrio non tenetur reddere debitum exigenti, nisi per Ecclesiam compellatur, & tũc reddens nullum sibi præiudicium facit, quantum vero ad cohabitationem non licet, sine iudicio Ecclesiæ vxorem adulteram à domo expellere, nec minus quo ad diuortium nisi publica authoritate Ecclesiæ,&c.

Sexta cõcl. Vir & vxor in causa diuortij ad paria
Distin.35. iudicantur: probat hanc S.Thom. quia quòd est licitum, aut illicitũ vni est licitum, & illicitum alteri: igitur concl. vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio est D determinata ab Ecclesia 32. q. 7. canon. Apostolus, & can. vxor à viro, & ex Cõcilio Mileuitano can. placuit, par enim facultas cõceditur vxori dimittendi virum, & viro dimittendi vxorem, licet non sit par causa abscedẽdi in vtroq;: hinc consuetum est dici ad paria se habere, sed nõ pariter, quia & si quo ad fidem æqualiter peccent vir, & vxor adulterãdo, tamẽ quo ad prolem plus peccat vxor quàm vir, propterea in hoc est maior causa diuortij in vxore, quàm in viro,&c.

Septima conclu. Facto diuortio per fornicationem neutri coniugum licitum est transire ad secun
Distin.35. das nuptias: probatur, quia vinculum matrimonij E legitime contractum est perpetuum: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hæc conclusio est defi-
Sess.24. nita in Concilio Trident. dicente si quis dixerit Ec-
Can.7. clesiam errare cum docuit, & docet iuxta Euangelicam, & Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum nõ posse dissolui, & vtrumque, vel etiam innocentem, quũ causam adulterio non dedit, non posse altero viuente coniuge aliud matrimonium contrahere mœcharique eum qui dimissa adultera aliam duxerit, & eã quæ dimisso adultero alij nupserit, ana-
Cap.19. thema sit. ex hoc autẽ legẽdus est Caietanus super A Matth. qui oppositum huius cõclusionis sustinuit addendo quoque Christum Dominum non id ius vxoribus cõcessisse quod viris, quod est ipsos non pari iure in causa diuortij gaudere.

Octaua cõcl. Vxor potest dimittere virum adul- Distin.35. terum quo ad thorum: probatur, quia licite potest ei debitum negare: ergo,&c. Vbi nota, quòd hæc conclusio est definita in canone Christiana, & ex Concilio Mileuitano cano. placuit 32. q. 5. vxor nihilominus propter honestatem debet cedere iuri suo, vt virum à concubina detineat. hinc ius ciuile nõ cõcedit actionem vxoribus in viros adulteros, vt quo ad habitationem separẽtur bene tamen ius canonicum, quia authoritate iudicis ecclesiastici vxor recedere potest à cohabitatione viri adulteri, vir quoque non potest recedere ab vxore adultera, nisi per iudicis sententiam, quia nullus in causa propria est iudex, & accusator, propterea authoritate iudicis debet fieri talis separatio.

Nona concl. Vir potest reconciliare sibi vxorem adulteram: probat hanc S.Tho. quia vir post adul- Dis.35.q.1. terium poterit non dimittere vxorem adulteram: ergo eadem ratione poterit eam sibi reconciliare. Vbi nota, quòd licet possit non tamen tenetur Artic.6. de iure, licet etiam pœnitentiã agat de peccato suo & emendata fuerit, immo & coniux repudiata tenebitur redire si innocens petat, cum non amiserit ius petendi debitum, nocens semper obligatur, & tenetur reddere debitum etiam si votum continentiæ emiserit, si tamẽ fuerit votum simplex, quia per diuortiũ cõceditur repudiato facultas ingrediendi religionem, à qua facta professione extrahi non potest,&c.

Decima concl. Vir, & vxor possunt separari quo ad thorum non interueniẽte aliquo fornicationis crimine: probatur quia alter coniugum habet ius Dis.35.q.1. in corpus alterius, & potest iuramento suo cedere: igitur,&c. Vbi nota, quòd hæc conclusio intelligitur quando nõ cogitur minis aut, alio quouis modo, & hoc sine licentia Episcopi quo ad tempus in perpetuũ vero cum Episcopi licentia, & si forte for tuna vir fuerit adulter occulte repudiãdo vxorem adulterã peccabit, quia ex hoc amisit ius repudiandi, & hoc consonat dictis Apostoli ad Roman. di- Cap.2. centis, non mechandum mecharis,&c.

DISTINCTIO XXXVI.

Disputatur in hac distin. de impedimento seruitutis, num cõditio seruitutis matrimoniũ impediat, & ponitur prima conclusio: conditio seruitutis ignorata impedit matrimonium: probat hanc S.Thom. quia matrimonium est de bonis Distin.36. per se expectandis inquantum habet honestatem, sed seruitus est de per se fugiendis: ergo matrimonium, & seruitus sunt cõtraria, & sic conditio seruitutis ignorata matrimoniũ impedit. Vbi nota, quòd conclusio nõ est intelligẽda de seruitute naturali, sed legali, vt quãdo quis bello capitur aut seipsum vendidit, hic enim seruus dicitur heri mancipium, & possessio, & est introductum hoc de iure gentiũ post peccatum, cum in primæua hominum conditione omnes fuerint liberi conditi, si ergo coniux liber cum serua ignorantia inuincibili contrahat matrimonium, tali seruitute matrimonium est nul

lum

lum expresse, ita definitur in cap. proposuit, & in cap.ad nostram de coniugio seruorum,impedit.n. seruitus debiti rationem, quia seruus potest impediri ne debitũ reddat,& prolẽ educare posit,&c.

Secũda concl. Conditio seruitutis scita non impedit matrimonium cõtractum,neque contrahendum : Dis.35.ar.2. probat hanc S.Tho. quia quilibet potest in eo quod sibi debetur sponte det riuiẽtum aliquod subire: ergo,&c. Vbi nota, quòd quando coniux liber contrahit cum ancilla aliqua cognita iam seruitute, ei nulla fit iniuria, quia iam ipse voluit, & consentit,& propterea matrimonium est validum, vt definitum est in cap.proposuisti, ad nostram, & hinc reprehendendi sunt illi, qui dixerunt inter li- B berum,& ancillã non posse fieri coniugia,quia hoc est verum solum de seruitute ignorata non autem scita,&c.

Tertia concl. Dominus non potest vendere seruum coniugatum in extraneas regiones absq; eius Distin.36. licentia: probatur ista, quia sic transmissus priuatur redditione,& petitione debiti necessario requisiti in matrimonio : ergo, &c. Vbi nota hic esse duas opiniones,alteram affirmantem,quam sequitur Scotus, & Iosephus Angles Valentinus in floribus suis quæstionum theologicarum, quòd Dominus poterit in locis semotissimis vendere seruũ coniugatum ne debitum soluere debeat, quia per C tale matrimonium ius domini nõ est extenuatum, & ita vt ante matrimonium, ita etiam, & post matrimonium poterit illum vendere ad quamcunq; regionem voluerit: alia est opinio S.Thom.in conclusione posita,negans, quia talis venditio aduersatur charitati,& iustitiæ, quia est in perniciem naturalis iuris matrimonij,& propterea est prohibenda eo magis,quia non deest facultas vendendi seruum illum iusto precio in propria patria: nec valet ratio Iosephi, quia & si per matrimonium non sit extenuatum ius quod dominus habebat in seruũ verum est simpliciter,sed est extenuatum quantum ad hoc,vt non posit eum vendere in longissimam D regionem in perniciem iuris matrimonij, quamq; in aliquo casu id licite fieri poterit, vt puta si bona fide dominus compulsus id faceret, quia peregre profectus est vel ad bellum,vel aliqua alia de causa, & duxit secum seruum, & illic egestate pressus coactus est illum vendere: tunc vero si maritus commode posset illuc vxorem transferre tenetur quidem illa obedire,si tamen ipsa sine graui detrimento eum sequi nõ posset certe iure matrimonij non cogeretur, teneretur tamen viuente marito caste viuere,nec vlla ei irrogaretur iniuria postquã sciens, & prudens seruo se adiunxit,& copulauit,&c.

Quarta concl.Seruus potest matrimonium con- E trahere etiam inuito domino suo: probat hãc San Dis.36.ar.2 ctus Tho.quia seruitus est de iure positiuo, sed matrimonium est de iure diuino, & naturali, cum ergo ius positiuum non præiudicet iuri naturali, aut diuino,videtur,quòd seruus absq; domini consensu matrimonium cõtrahere posit.Vbi nota,quòd hæc conclusio est definita in can. omnibus 29.q.2. & in cap. 1. de coniugio seruorum,quandoquidem circa redditionem debiti, cum sit actio ex naturæ inclinatione fluens, nec precio extimabilis, seruus sui iuris est,& licet sit seruus quãtum ad ea quæ naturalibus superadduntur,sed quantum ad ipsa na- A turalia omnes sunt pares, vnde in his quæ ad actus naturales pertinent seruus potest alteri inuito domino sui corporis potestatem per matrimonium præbere.

Quinta concl.Seruus vel serua contrahens matri Distin.36. monium de licentia sui heri non tenetur, nec obligatur post cõtractum matrimonium', hero suo ad aliquod seruitium quod sit repugnans matrimonio: probatur ex S.Tho. quia per hoc quod Domi Articu.2. nus concessit seruo suo, vt matrimonium contraheret, intelligitur ei concessisse omnia, quæ matrimoniũ requirit: ergo,&c. Vbi nota,quòd quicũq; licentiat aliquem ad se alicui alteri obligãdum eo B ipso licentiat ipsum ad illud, ad quod se obligat adimplendum,sed dominus licentians seruum, vel seruam ad matrimonium contrahendum dat ipsi licentiam se obligandi alteri ad debitum ipsi reddendum quandocunq; fuerit requisitus,vel requisita dat ipsi licentiam recipiendi ab alio cum quo contrahit obligationem consimilem ipsi factam: ergo licentiat talẽ ad hoc ad quod se obligat adimplendum, & etiam ad exigendum ab alio illud ad quod ipse est sibi cõsimiliter obligatus, sed hoc matrimonium contrahenti esset impossibile videlicet debitum alteri reddere, & ab alio petere,si ipse domino teneretur ad aliqua matrimonio repu- C gnantia quæ tenebatur, propterea sequitur conclusionem esse verissimam.

Sexta concl.Si liber ancillam ducat quam credit esse liberam, vel si libera seruo nubat quem credit liberum matrimonium nullum est: probatur,quia Distin.36. sicuti ignorantia potentiæ coeundi annullat matrimonium, ita ignorantia seruitutis: ergo,&c. Vbi nota hic esse duas opiniones, alteram affirmãtem quam sequitur Riccard. in præsenti distin.asserens matrimonium valere, quia in hoc casu nullus censetur esse error, altera est opinio negans in conclusione proposita quã sequitur Sotus, & habetur.29. quæst.2.can.si fęmina, & can.siquis liber.patet etiã D hæc conclusio ex ratione contractus cõiugalis, qui vim habet,vt alterutrum se coniuges obligent,tum debitum sibi inuicem reddere,tum in eadẽ domo, & proles educare,& gubernare familiã, si ergo aut vir,aut fœmina impotens est hæc munera persolue re ignorantia eiusmodi personę cõtractum vitiat, atque matrimonium tollit,adde quòd huiusmodi contractus non censetur volũtarius, quia ignorantia libertatem tollit, vt ait Philosophus 10. Ethic. nec est verum,quod ait Riccardus in hoc casu nul- Cap.2. lum esse errorem,&c.

Septima concl. Si liber ignoranter cõtraxerit cũ Distin.36. ancilla, & post aliquod dies dominus eius manu- E miserit eam, illud non erit verum matrimonium: probatur, quia ibi fuit ignorantia seruitutis: ergo,&c. Vbi nota, quòd Petrus de Palude recitat hic duas opiniones,alteram affirmãtem matrimonium illud esse legitimum, quia & si ante cõtractũ matrimonium illa erat serua nihilominus postea effecta est manumissa,& libera. idcirco non requiritur aliud pro illius validatione, altera est opinio negans illud esse verum matrimonium propterea quod defuit verus consensus, nam præteritus fuit nullus,& nouus non habetur, & hæc est verior opinio,quam sequitur glossa 29.q.2. canon.si quis ingenuus, hinc nõ valebit etiam si eam secreto manu

missam

nisset carnaliter cognouerit, quia primus consensus fuit nullus, & adhuc ignorantia perseuerat, lege de hac materia ipsum Petrum de Palude.

Dist.36.q.1. articu.3. Octaua concl. Vir facultate vxoris nō expectata potest se in seruum vendere, & redigere: probatur, quia seruus potest nolēte domino ducere vxorem: igitur eadem ratione vir potest domino se subdere nolente vxore, &c. Vbi nota, quòd vir subditur vxori solum in his, quæ ad actum naturæ pertinent in quibus sūt æquales ad quæ seruitutis subiectio se non extendit, & ideo vir nolente vxore potest se alteri in seruum dare, non tamen ex hoc matrimonium dissoluetur, quia nullum matrimonio impedimētum superueniens potest dissoluere ipsum, vnde Glossa 29. q. 2. canon. perlatū est ad sanctam synodū ait, quòd quidam ingenuus ingenuam habens vxorem se fecit seruum cuiusdam, vt hac occasione diuerteret ab vxore, quare quæsitū fuit in Concilio Tiburiensi vtrum illam tenere debeat, & si tenuerit vtrum illa redigatur in seruitutem, & respondet Concilium, quòd propter hoc non potest, quo ad thorum, nec illa ancilla efficitur, &c. Concilium Tibur.

Dist.36 q.1. artic.4. Nona concl. Filius sequitur cōditionem matris quo ad seruitutem, & libertatē: probat S.Tho. quia si quis seminat in terra aliena, fructus sunt eius cuius est terra, sed venter mulieris respectu seminis viri est sicut terra respectu seuentis: ergo, &c.

Vbi nota, quòd natus ex matre serua, & patre libero, filius est seruus, & natus ex patre seruo, & matre libera natus est liber, quia partus sequitur ventrem, & hoc rationabiliter, quia filius habet à patre complementum formale, sed à matre substantiam corporis, seruitus autem est conditio corporalis, in his autem quæ spectant ad dignitatem, sequitur patrem, vt in honoribus, municipijs, & hæreditate, &c.

Dist.36.q.1. articu.5. Decima cōcl. Defectus ætatis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: probat S.Tho. quia talis defectus facit cōtractum non liberum: ergo, &c. Vbi nota, quòd matrimonium ante duodecim annos in fœmina, & quatuordecim in viro est nullum, vt definitum est in cap. attestationes de desponsatione impuberum, & tunc dicitur vir impleuisse annos pubertatis quando attingit decimum tertium annum cum dimidio, & fœmina vndecimum cum dimidio expleto tamen vt habetur in cap. continebatur, quando autem ante pubertatem malitia, idest concupiscentia supplet ætatem, quo ad coeundi potentiam, & prudētiam atque discretionem, tunc matrimonium si fuerit consummatum erit validū, hinc si vir decem annorum consumauerit matrimonium cum puella pubere, aut impubere, erit verum inter illos matrimonium, quia malitia supplet ætatem, lege de hac materia Palud. & Dominicum a Soto. Distin.36.

DISTINCTIO XXXVII.

Disputatur in hac distin. de impedimento ordinis, pro cuius notitia, ponitur conclusio talis: Minores ordines non impediunt matrimonium contrahendum, nec dirimunt contractū: probat hanc S.Tho. quia initiati talibus ordinibus non habent immediate accessum ad tradendum sacra: igitur, &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio est definita in Concilio Carthaginensi canon. placuit à Leone Pontifice cōtra Epistolam Nicetæ Abbatis canon. omniū, & canon. seriatim dist. 32. hāc etiam veritatem docuit Albertus Magnus hic asserens, quòd ordines minores non impediunt matrimonium cum non sint tantæ eminentiæ, nec tantam exigant sanctitatem, vt sacri ordines, &c. Distin.37.

Dist.37.q.1. articu.1. Secunda concl. Ordines sacri impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum: probat hanc S.Tho. quia nullus vouens cōtinentiā potest cōtrahere matrimonium, sed ordines sacri habent votum continetiæ annexum: ergo tales ordines matrimonium impediunt, &c. Vbi notandū est conclusionem istam esse contra Lutherum, qui voluit sacerdotes omnes, & monachos ducere vxorem asserens castitatem, sicut omne aliud opus bonum, esse liberam, & non coactam, quia non placet Deo coacta seruitia, at Ecclesia ipsa cogit sacerdotes ad castitatem, non ergo benefacit illos cogendo, & mentitur in caput suum, quia Ecclesia neminem cogit ad castitatem, sed ipsemet qui consecratur sacerdos seipsum obligat ad castitatis obseruationem, Ecclesia autem neminem cogit ad ordinis sacri susceptionem, bene autē dicit suscipienti ordines sacros animaduerte, quòd istis ordinibus est annexum votum continentiæ: ex quo reprehendendus quoque venit Ioānes Caluinus, qui in suo opere de institutione Christianæ religionis, ait monachi per votum castitatis Deo perpetuam virginitatem promittunt, quasi cum Deo autē pepigerint, vt se à coniugij necessitate liberarent: quibus verbis reprehendere intendit cælibatum, &c. Cap.4.

Dist.37. q.1. articu.2. Tertia concl. Ordines sacri in Ecclesia occidentali impediūt matrimonium, & matrimonij vsum: probat S.Tho. hic. quia ordines sacri habent quandam repugnātiam ad matrimonium ratione suorum actuum, qui sunt spirituales: ergo, &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio intelligitur secūdum ritum Ecclesiæ Latinæ, cui summopere expedit, vt eius ministri in sacris constituti perpetuum obseruent cœlibatum, debent enim pro populo orare, & peccata populi lugere, & patres pauperum esse, & præ cæteris honorari, quæ omnia matrimoniali vsu interueniente nō possent, vt decet exerceri, vt patet ex Apostolo 1. Corin. & experientia rei familiaris demonstrat, & demum si essent coniugati vilesceret eorū persona, & doctrina, non. n. in maiori honore, & precio, quàm cæteri populares haberentur, immo hæreticum est affirmare licite posse sacerdotes latinos vxores ducere, vt cōstat ex Concilio Nicæno, & Arelatēsi, & refertur dist. 28. cap. 1. & 2. qui clerici vel vouentes, &c. Cap.7.

Dist.37.q.1. articu.1. Quarta concl. in Ecclesia orientali sacri ordines impediunt matrimonium contrahendum non tamen vsum matrimonij prius cōtracti: probat hāc S.Tho. quia sic habet ritus illius Ecclesiæ ex vi ordinum sacrorum. Vbi nota, quòd apud Græcos ordo sacer solum ex vi ordinis matrimonium impedit, & ideo post susceptos ordines neminem nuptias conciliare permittunt, non tamē habet votū continentiæ annexū, vt Innocentius cap. cum olim de cler. coniugatis, & ideo non solum coniugatos sacris initiant, verum & initiatos in vsu coniugali viuere sinunt exceptis hebdomatibus quibus altari ministerio vacant, vnde in sexta Græcorum synodo

nodo dist. 32.canon.si quis habetur eorum, qui ad clericatum accedunt vouerint mulieri nuptiali inre copulari, hoc ante ordinationem diaconatus faciat. latini vero non solum ex vi ordinis, sed ex voto continentiæ etiam, quòd verbotenus non emittant, prohibentur à matrimonio cõtrahendo, &c.

Quinta conclu. Temporibus Apostolorum multi coniugati assumebantur ad sacerdotium, & ad episcopatũ: probatur ex Paulo Apostolo, qui constituit Dionysium Areopagitam Episcopum Atheniensis Ecclesiæ: ergo, &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio est definita dist. 32. canon. si quis, ait. n. Apostolus, Episcopus sit vnius vxoris vir, nunquàm tamen licuit vt aliquis post receptum sacrum ordinẽ matrimonium contraheret, vt habetur in Concilio Neocæsariensi vbi dicitur, si presbyter vxorem duxerit ab ordine deponi statuimus debere, vide etiã dist. 28. can. siracusana. Distin.37.

Sexta cõcl. Ecclesia latina tolerat duritiem Græcorum in hoc, quòd sacerdotes habeant vxores: probatur, quia votum castitatis annexum ordinibus non est de iure diuino, sed pontificio tantum: igitur summus Pontifex potest cum illis dispensare, &c. Vbi nota, quòd Græci cum sint schismatici pia mater Ecclesia, quæ neminẽ vult perire, sed omnes viam salutis ingredi, consuluit potius abusum istum vti matrimonio ante ordinem sacrum contracto esse permittendum quàm deturbare totam nationem Græcorum, ex permissione Ecclesiæ hoc habent Græci nõ autem ex iure naturæ, aut diuino hinc reprehendendi sunt illi qui dicũt, hoc esse de iure diuino propter verbum Apostoli, oportet Episcopum esse vnius vxoris virum, & dicunt illud verbum oportet inducere præceptũ, quod nefas est asserere, vt patet ex interpretatione omnium sanctorum, &c. Distin.37.

Septima concl. Coniugatus non consentiente, & reclamante vxore potest ordinem sacrum etiam sacerdotium suscipere: probat hanc S. Tho. quia aliquis coniugatus potest fieri seruus hominum non consentiente, & reclamante vxore: ergo multo magis seruus Dei per susceptionem ordinis, &c. Vbi nota, ꝙ hoc est commune Græcis, & Latinis, quòd post matrimonium siue annuente, siue renuente vxore ordines suscepti sunt vere sacramentum, nihilominus inscia, vel inuita vxore suscipere ordines sacros est graue peccatum, & sacrilegium, & licet suscipiat characterem non tamen poterit exercere ordinem, quia caret eius executione, si autem volente, vel ipsa defuncta ordinem sacrum accipiat tunc recipit ordinem, & executionem, &c. Dist.37.q.1. articu.2.

Octaua cõcl. Viro non licet authoritate priuata vxorem quantumuis in fragranti crimine adulterij deprehensam occidere: probat hanc S. Tho. quia vir, & vxor ad paria iudicantur, sed vxori non licet interficere virum in adulterio deprehensum: ergo nec viro vxorem. Vbi nota, quòd hæc conclusio habetur definita 33. q. 2. canon. interfectores, & canon. quicunque propriam, nemini enim priuata authoritate vindicare se licet nisi vim vi cũ moderamine inculpatæ tutelę repellere, nam cum homo sit sui ipsius amantissimus iniquus esset sui ipsius vindex, vt supra, qa par esset supplicium de hoste sumere, hinc Apostolus scribens ad Rom. ait non vos defendentes id est vindicantes charissimi, nam scriptum est mihi vindictam, & ego retribuam: quapropter maleficiorum vltio ad publicum iudicem spectat, qui nullo corrupto affectu ex lege agat in reum, vnde idẽ Apostolus Rom. ait de publico iudice, Dei minister est nec sine causa gladium portat, vindex in iram ei, qui malum agit, &c. Dist.37.q.2. articu.1. Cap.12. Cap.13.

Nona concl. Maritus si propria authoritate occidit vxorem in adulterio deprehẽsam peccat mortaliter: probat hanc S. Tho. quia facit contra præceptum decalogi non occides: ergo &c. Vbi nota, ꝙ & si occidenti vxorem sic deprehensam, simulque, & adulterum nullum est decretum supplicium publicum, iure quidem antiquo cõmuni, id de adultero tantum permittebatur, qui esset vilis cõditionis, modo. n. indiscriminatim etiam si fuerit nobilis impune occidi permittitur, vt patet. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adulter. & l. marito. ff. eodem titulo, quinimo, & patri olim licebat filium in adulterio occidere. l. patri, & l. neq; in ea. ff. eodem, & leg. castitati. C. eodem titul. cum hoc tantum incurrit pœnam iuris ecclesiastici, propterea in nullo casu, licet viro vxorem occidere, &c. Dis.37.q.2

Decima concl. Vxoricidium ex statuto Ecclesiæ matrimonium impedit: probat hanc S. Tho. quia in eo in quo quis peccat debet etiã puniri, sed peccat contra matrimonium, qui vxorem occidit: ergo debet puniri, vt matrimonio priuetur. Vbi nota, quòd vxoricidium quãdoque impedit contrahendum, & non dirimit contractum, quando. s. vir ptopter adulterium, aut propter odiũ occidit vxorem, tamen si timetur de incõtinentia eius, potest cum eo dispẽsari per Ecclesiam, vt licite matrimonium contrahat, quandoque etiam dirimit cõtractum, vt quando aliquis interficit vxorem suam, vt ducat eam cum qua mœchatur, tunc. n. efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cũ illa, ita quòd si de facto cum ea contraxerit, matrimonium dirimitur, sed ex hoc non efficitur persona simpliciter illegitima respectu aliarum mulierũ, vnde si cum alia contraxerit, quamuis peccet contra statutum Ecclesiæ faciẽs tamen matrimonium contractum non dirimitur prop: et hoc, &c. Dis.37.q.2. articu.2.

DISTINCTIO XXXVIII.

Agitur in hac distinctione de impedimento matrimonij per votum, idcirco ponitur talis conclusio: Contrahens matrimonium post votum simplex castitatis, religionis, aut sacri ordinis mortaliter peccat: probatur, quia frangit fidem Deo: ergo, &c. Vbi nota, quòd hæc est definita dist. 27. cap. si nupserit, & in cap. rursus, qui clerici, vel vouentes, quia vt ait B. Hierony. non solum nubere, sed velle nubere damnabile est, & eadẽ dist. annectitur, si nupserit virgo non peccat. nõ aũt illa. s. virgo, quæ semet cultui, diuino dedicauit, qꝫ si ista nupserit habebit damnationem, quia primã fidem irritam fecit, & hoc intelligitur etiam de voto simplici. hinc Apostolus ait, 1. ad Timoth. Adolescentiores viduas deuita cum enim luxuriatę fuerint in Christo nubere volunt, &c. Distin.38. Cap.5.

Secunda concl. Matrimonium contractum post votũ simplex, siue castitatis, siue religionis, aut ordinis, est vere, & legitimum matrimonium: probat hanc S. Th. quia post votum simplex homo ad huc remanet Dis.38.q.1. articu.1.

remanet dominus sui corporis: igitur poterit ipsum A dare cui voluerit: ergo,&c. Vbi nota, q duæ sunt opinioues, circa differẽtiam existentem inter votum simplex, & solẽne, prima est Scoti, & Palud. quos sequutus est Caiet. asserẽs votum simplex differre à voto solenni ex solo statuto Ecclesiæ, vt solemne votum emittatur coram tribus testibus etiã quòd non fiat in manu superioris, votũ autem simplex nihil aliud est, quàm promissio, qua homo se Deo pollicetur continenter viuere, & ex hoc nascitur, quòd huiusmodi votum simplex impedit matrimonium cõtrahendum, quia peccat sic contrahens, non tamen dirimit contractum etiam quòd fuerit tale votum iureiurando confirmatum: alia B est opinio S.Th. quam sequitur Riccard. Bonauen. Alex. & cæteri boni authores, dicens essentialẽ differentiam inter votum simplex, & solemne non esse ex statuto Ecclesiæ, sed iure diuino, quia simplex votum est promissio quædam, solẽne vero est traditio in possessionem alterius. s. Dei, cui se tanquã mancipium perpetuum se tradidit, & ex hac radice prouenit Papam posse dispensare in voto simplici non autem in solemni, iuxta opinionem S.Tho. secũdum autem primam opinionem Papa potest dispensare in vtroque voto,&c.

Tertia concl. Cõtrahens matrimonium post votum simplex non potest petere debitum, tenetur ta C men reddere: probat hanc D.Tho. quia ipse sponte se obligauit per copulam carnalem præcedentẽ: ergo, &c. Vbi nota hic esse duas opiniones, quarũ prima est Host. & Cardin. dist. 37. super cap. Rursus dicens prima vice peccare mortaliter eum, qui exigendo debitum, deinde vero, nunquàm, neq; mortaliter, neque venialiter, siue petẽdo, siue reddẽdo. secunda est opinio S.Tho. quam sequutus est Riccard. Gabriel Marsilius, & omnium Theologorum schola, asserens, quòd nedum prima vice, sed in omni actu quãdo petit debitum frangit votum, & peccat mortaliter, vnde si ille, qui vouit, fiat vxore viduus, tenetur castitatẽ perpetuo seruare, quia nun- D quàm obligatio extinguitur, nisi fiat super ea dispensatio, reddere tamen ob id tenetur quod ex natura matrimonij, exurgit obligatoria illa iustitia, nam vt ait Paulus Apostolus vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & vice versa, &c. ideo cum hæc sit rei veritas, sequenda est.

Dis. 38. q. 1. articu. 1.

Quarta concl. Nullus potest vouere, qui non sit sui iuris: probatur, quia ex quo est alteri obligatus non potest se vlterius obligare: ergo, &c. Vbi nota, quòd filius familias, qui venit ad annos pubertatis si sit libere conditionis est suæ potestatis quantum ad ea quæ pertinent ad suam personam, puta, quòd obliget se religioni per votum, vel quòd matrimo- E nium contrahat, nõ autem est suæ potestatis quantum ad rem domesticum, vnde quantũ ad hoc non potest vouere quod sit ratum sine consensu patris, seruus etiam, quia est in potestate domini quãtum ad personales operationes, non potest se voto obligare ad religionem per quam ab obsequio domini sui abstraheretur, sic vxor nõ potest nisi de licentia sui viri aliquid vouere: quilibet etiã religiosus non est idoneus facere aliquod votum nisi de licẽtia sui prælati, pariformiter subditus clericus non potest vouere sine licentia superioris quãtum ad illa quæ pertinent ad ministerium Ecclesiæ,&c.

Distin. 38.

Quinta concl. Votum est de meritoria re seu q idem est votum est, actus meritorius: probat hanc S.Tho. 2. 2. quia votum non potest esse de malo, sed de meliori bono: ergo, &c. Vbi nota, quòd votum non potest fieri de re necessaria, nec de re mala, nec de neutra, sicuti ire spatiatum, quandoquidem eorum quæ nostræ subsunt voluntati septem sunt genera, quædam necessaria simpliciter, vt mori, quædam necessaria ad finem æternæ salutis, vt præcepta decalogi, quædam expedientia ad æternam salutẽ, vt cõsilia, vt seruire infirmis, &c. quædã bona quæ neque sunt de præcepto, neque de consilio, vt nubere, quædam indifferentia vt vti veste alba vel nigra, quædam impediẽtia viam salutis, vt peccata venialia, puta dicere verbum ociosum, quædam contraria æternę saluti vt peccata mortalia, puta homicidium, &c. proprie autem cadunt sub voto, genera consiliorum, quia hæc proprie spectant ad opus super erogationis.

q. 88. art. 2.

Sexta concl. Episcopus nõ potest vouere religionem, vel longam peregrinationem sine licentia Papæ probatur, quia non potest renũciare, & tenetur residere: ergo, &c. Vbi nota, q hæc conclusio clauditur in definitionibus voti, definitur enim votũ, primo sic ab Vgõne de Sancto Victore. votum est sponsio animi voluntaria, & Deo facta pollicitatio, secundo definitur ab alijs sic, votum est conceptio boni propositi cum deliberatione, qua quis ad aliquid faciendum, vel nõ faciendum Deo se obligat, vel tertio sic, votum est alicuius rei licite faciendæ, vel non faciendæ cum deliberatione animi Deo tacita pollicitatio, vel votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, & de his, quæ Dei sunt proprie fieri debet, vel votum est promissio melioris boni animi deliberatione firmata, vel votum est propositũ, deliberatum ratione, orisq; pronunciatione, atq; testimonio confirmatum: in quibus omnibus definitionibus clauditur libertas, quę in Episcopo respectu renunciationis, sine licentia Papæ non inuenitur, &c.

Distin. 38.

Libro 2. de sacr. p. 2.

Septima concl. In voto cadit dispẽsatio: probat hanc S.Tho. quia nullum votum est licitum quod vergit in periculũ psonæ, sed aliquod votũ poterit esse huiusmodi: ergo, &c. Vbi nota hic esse varias sentẽtias Theologorum, Aliqui. n. dicũt quodlibet votum posse per prælatos Ecclesiæ dispensationem habere pro libito prælati: Aliqui vero ãffirmãt nullum votum dispensari posse prout dispẽsatio est iuris relaxatio, non autẽ vt est iuris declaratio: Aliqũi autem existimãt votum quodlibet dispẽsationem accipere, etiam vt est relaxatio iuris, sed ex causa aliqua legitima, &c.

Dis. 38 q. 2. articu. 3.

Octaua concl. Votum temporale potest dispensari per Episcopum: probat hãc S.Tho. quia sicuti non omnia vota sunt æqualia, ita nõ omnes dispensatores sunt æquales: igitur aliqua possunt per Episcopum dispensari: ergo, &c. Vbi nota, quod licet plenitudo potestatis dispensandi votum resideat poenes summum Põtificem, alij tamen participant hanc potestatem quantũ eis concessum est: & quia omnes ad eum recurrere non possunt, propter aliqua vota temporalia, sicut peregrinationum, & ieiuniorum, & huiusmodi, possunt per Episcopum dispensari, nisi aliquod horum sibi Papa reseruanerit sicut dispensatio in voto terræ sanctæ, &c.

Distin. 38.

Nona

Nona conclu. in voto solemnizato per professionem religionis non potest per Ecclesiam dispensari: probat hanc, quia sicut Papa non potest facere vt qui se per matrimonium dedit vni vxori ab illa se moueatur quantũ ad vinculum, ita multo minus amouere potest religiosum, qui perpetuo se Deo consecrauit, & dedit vt mancipium per solennem professionem: ergo &c. Vbi nota hic esse duas opiniones, altera Scoti, Dur. & Ricardi, quos sequutus est Caietanus in quæstione quadam suorum Quodlib. inquirit si summus Pontifex potest dispensare cum sacerdote occidentalis Ecclesiæ, vt matrimonio copuletur, &c. tenent enim isti doctores partẽ affirmantem præsertim quando Ecclesiæ vtilitati maximè conuenit, vt sacerdos occidentalis, & religiosus aliquis matrimoniũ contraheret, vt constat exemplo Cęlestini III. qui dispensauit cum Constãtia Sanctimoniali filia Regis Rogerij, vt cum Henrico VI. contraheret, & exemplo alterius Pontificis qui, vt refert Petrus de Palud. dispẽsauit cũ quodam Monacho filio regis Aragoniæ Ramyro nomine, propterea, quod bonũ particulare bono totius Ecclesiæ præferre esset contra charitatem, propter bonum vero peculiare vouentis non potest Papa dispensare in voto solemni, &c. Alia est opinio S.Tho. Alex. D. Bonau. & aliorum multorũ Theologorũ asserẽtiũ in nullo casu posse summũ Põtificẽ in voto solẽni dispensare, & exẽpla adducta sunt apocripha, & dato, & nõ cõcesso illa esse vera, tamẽ non sunt tanquam leges Canonicæ habendę, &c.

Decima concl. licet aliquis Pontifex dispensauerit in voto religionis, hoc non de iure fecit, sed de plenitudine potestatis: probatur, quia traditio voluntatis per votum solemne religionis non pendet a iure Pontificio, sed a iure diuino: igitur si aliquis id fecerit nõ de suo iure id egit: ergo de plenitudine potestatis. Vbi nota, ꝙ hęc cõclusio intelligit vniuersaliter de omnibus trib. votis s. castitatis paupertatis, & obedientiæ, nã castitas est annexa regulę monachali, paupertas quoque, namque illi qui assumuntur in statum prælationis non dispensantur in voto paupertatis, quia illa, quæ possidere videntur non suo nomine, sed Ecclesię possident, vnde nihil per hoc præiudicatur voto paupertatis, similiter nec voto obedientia, quia obedientia respicit statum prælationis in altero, cui obedire tenetur, & ideo ille, qui sub prælato esse desistit, quòd non teneatur obedire alicui non est ex hoc, quòd obligatio voti deficiat ex parte vouentis, sed quia subtrahitur prælatio ex parte altera cui obedire tenebatur, vnde monachus, qui Abbati obedientiam promisit, si ipse fiat Abbas non tenetur obedire alteri Abbati, quia iam nõ hẽt Abbatẽ, &c.

DISTINCTIO XXXIX.

TRactatur in hac distin. de cultus disparitate matrimonium impediente, idcirco ponitur prima conclusio: disparitas cultus præcedens matrimonium impedit ipsum ne contrahi possit: probat hanc S.Tho. quia scribitur 2.Cor. quæ conuentio lucis ad tenebras, sed maxima cõuentio inter virum, & vxorem: ergo ille qui est in luce fidei non potest cõtrahere matrimonium cum illa, quæ est in tenebris infidelitatis. Vbi nota, ꝙ hic distinguũtur quatuor tempora primum legis naturæ, & in illo licitum fuit, ꝙ fidelis contraheret cũ infideli sicut Ioseph fecit in Aegypto, nec etiam reprehenditur Abraham cum Agar, quam sibi in matrimonium copulauit, licet aliqui negent eam sibi fuisse vxorẽ, propterea fuit expulsa ex instinctu suæ mentis, quia Ysmael adorabat idola, secũdũ fuit tempus legis scriptæ in quo simpliciter fuit prohibitũ: tertius fuit tempus legis Euangelicæ primitiuę Ecclesiæ, & fuit etiam sicut tempore legis scriptæ: est quartum tempus Ecclesiæ pro nunc in quo simpliciter est prohibitũ, ex quo patet quomodo in his temporibus intelligenda venit conclusio.

Secunda concl. inter infideles est perfectum matrimonium, sed nõ vltima perfectione: probat hãc S.Thom. quia remoto posteriori non remouetur prius, sed matrimoniũ pertinet ad officium naturæ, quæ præcedit statũ gratiæ, cuius principium est fides: ergo infidelitas non facit, quin sit inter infideles matrimoniũ, &c. Vbi nota, ꝙ matrimonium principaliter institutum est ad bonum prolis, non tm̃ generandę, quia hoc fine matrimonio fieri posset, sed etiam promouendæ ad perfectum statum, quia quælibet res intẽdit effectum suũ naturaliter producere ad statũ perfectũ: est aũt in prole duplex perfectio consideranda, s. perfectio naturæ nõ solũ quantũ ad corpus, sed etiã quãtũ ad animã per ea, quæ sunt de lege naturæ, & perfectio gratiæ, prima aũt perfectio est materialis, & imperfecta respectu secũdæ, & ideo cum res, quæ sunt propter finẽ sint proportionatæ fini, matrimoniũ quod tẽdit ad primã perfectionẽ est imperfectũ, & materiale respectu illius, quod tẽdit ad perfectionẽ secũda, & quia prima perfectio cõis esse põt fidelibus, & infidelibus, secunda aũt est tm̃ fidelium, ideo dicit conclusio, ꝙ inter infideles est quidẽ matrimonium, sed non perfectum vltima perfectione, sicut est inter fideles, & hoc voluit Apost. 1.Cor. si quis frater hẽt vxorẽ infidelẽ, & hęc consentit habitare cũ illo non dimittat illã, sed vxor nõ dr̃ nisi pp matrimoniũ, sequitur inde inter infideles esse vere matrimoniũ.

Tertia concl. Matrimonium quatenus est sacramentum nouæ legis conferens gratia non est inter infideles: probat hanc. S. Tho. quia actu tale matrimonium non contrahitur extra Ecclesię: ergo &c. Vbi nota; vt habetur 28.q.1. Can. si quis, ꝙ tres sunt species matrimonij, est enim matrimonium legitimum sed non ratum, vt inter infideles, quia secundũ leges naturales, & mores prouincię contrahitur non tamen est ratum, quia dissolubile est per repudium, secundũ est vice versa ratũ sed nõ legitimum vt matrimonium clandestinũ inter fideles, quia indissolubile est sed præter leges, & iuris solemnitates: tertium est ratum, & legitimum, vt Sacramentum matrimonij solemniter celebratum, hoc autem modo intelligenda venit conclusio, quia, vt supra explicatum est, matrimonium, vt erat naturæ contractus, & concupiscentiæ remedium inter ipsos infideles esse potest, &c.

Quarta concl. matrimonium inter infideles legitime contractũ per conuersionem ad fidẽ catholicã vtriusque coniugis simul, vel vnius tantum, non necessario dirimitur: probat hanc. Sanct. Tho. quia nullum impedimentum supra veniens matrimonio tollit ipsum, sed matrimoniũ erat verum cum

vterque infidelis erat: ergo quando alter conuertitur non dirimitur matrimonium, & multo magis, si vterque conuertitur, &c. Vbi nota, ꝙ hæc conclusio est Augu. in lib. contra Pollentium de adulterinis coniugi. qui contrarium asserebat, hinc scripsit Innocentius cap. Gaudemus de diuortijs, per sacramentum baptismi non soluuntur coniugia, sed crimina diluuntur, quia fides naturam non tollit, neque eius iura, sed perficit, & siquis dicat omne quod non est eqfide peccatum est, vt ait Apost.
Cap.14. ad Rom. sed coniunctio infidelium nó est ex fide: ergo est peccatum, & sic nedum dirimetur, sed nec etiam verũ matrimonium dici poterit, &c. nisi dicamus sensum Apostoli non esse omnia opera infidelium esse peccata, sed illa quę ex infidelitate procedunt, immo sensus eius legitimus est vocare fidẽ conscientiam, quod enim fit contra conscientiam peccatum est, & ideo neque contractus matrimonij inter infideles, neque eius vsus si fiat causa procreandæ prolis, seruandæque fidei vxoris peccatũ est, sed est actus moraliter bonus, &c.

Quinta cõcl. Fidelis conuersus potest cum vxore infideli manere cũ spe conuersionis: probat hãc
Dist.39.q.1. S.Tho. ex similitudine adulterij & infidelitatis quę
articu.3. pari passu currunt: igitur, &c. Vbi nota, quòd sicut vir se habet in potestate dimittendi adulteram, vel commanendi cum ea, ita etiam se habet in potestate dimittendi infidelem, vel commanendi cum ea, potest enim vir innocens libere cum adultera commanere spe correctionis, non autẽ si obstinata fuerit in peccato adulterij, ne videatur patronus turpitudinis, similiter si fidelis vxorem infidelem obstinatam non viderit, benefacit commanẽdo, tamen non tenetur, & quia in primitiua Ecclesia tempore Apostolorum passim conuertebantur ad fidem, & iudæi, & gentiles, & ideo tunc vir fidelis poterat habere probabilem spem de conuersione vxoris etiã si conuersionem non promitteret, postmodum autem tempore procedente iudæi sunt magis obstinati, & gentes ad huc intrabant fidem, sed nũc pari passu ambulant vtrique. s. gentiles, & iudæi, quia obstinati sũt, & ideo nisi vxor infidelis cõuerti velit nõ permittitur ei cohabitare, siue gẽtilis, siue iudæa sit, ꝓpterea Paulus nõ ꝓcepit, sed cõsuluit, &c.

Sexta concl. Si vir infidelis voluerit cohabitare cum vxore sua fideli sine iniuria Creatoris matrimonium inter ipsos non dissoluitur: probat hanc
Dist.39.q.1. S.Tho. quia ista cohabitatio sine iniuria Creatoris
articu.5. est probabilis spes de conuersione illius: ergo &c. Vbi nota, quòd si infidelis omnino renuat cum fideli habitare, vel nolit sine iniuria Creatoris, quia blasphemat Christum, vel conatur fidelem subuertere, vel odio in Ecclesiam Christianorum maledicta ingerat, tunc maritus potest aliã ducere. hæc do
Cap.7. ctrina est contra Caiet. exponentem primam Epistolam Corinth. super illa verba siquis frater vxorẽ habet infidelem, & hæc cõsentit habitare cum illo non dimittat illã, sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem, ait enim Caiet. quòd Christus Dominus dedit libertatem viris dimittendi vxo
Cõtra Caietanum. res ob solam fornicationis causam, Paulus autem docet his verbis vinculum coniugale non solui per conuersionem vnius coniugis ad fidem, sicuti non soluitur vinculum filiale, aut paternum, propterea subdit ipse, & non solum miror, sed stupeo, quòd

A Christo clare excipiente causam fornicationis torrens doctorum non admittit illam mariti libertatem, Paulo autem nõ clare dicente interpretata sit solutio coniugij ex causa alia explicata à Christo, & sola excepta. sed ista sua admiratio nõ est admittẽda, quia sacra scriptura est interpretanda, vt Sancti Patres eam exponunt, & quia hæc veritas definita est in cap. Gaudemus, & in cap. Quinto de diuortijs, propterea ita sentiendũ est, & non, vt Caiet. ait.

Septima conclu. Vir fidelis videns vxorem suam ostinatam in perfidia infidelitatis potest aliam ducere vxorem: probat hanc S.Th. quia hoc datur in Distin.39
pęnam ipsius vxoris: ergo, &c. Vbi nota, quòd hic
B sunt duæ opiniones, prima est Riccard. volẽtis vinculum matrimonij statim dissolui quando infidelis cum fideli habitare rennit, secunda est opinio S.Tho. asserentis non dissolui donec fidelis secundas nuptias contrahat & hãc opinionem sequitur quoque Paln. & Dur. quia hæc est clara doctrina, ꝙ per solam susceptionem baptismi matrimonium non dirimitur, sed si alter admonitus conuersionẽ pollicetur expectandus est, dum non est in mora, & si cõuertatur matrimonium antiquum perseuerat & fit simpliciter insolubile, si vero alter duntaxat conuertatur, tunc aut infidelis vult sine contumelia creatoris cohabitare cum illo, & tũc potest qui-
C dem fidelis facere diuortium, quo ad thorum non tamen sic infidrlem coniugem repudiare, vt possit illo, vel illa viuente ad alias transire nuptias, vt si infidelis manere rennit cum fideli sine iniuria fidei, ita quòd vel est in fidem iniurius, vel in Christũ blasphemus, vel in coniugẽ scandalosus, quia illũ conatur peruertere, in tali casu fidelis potest, & dẽt ab infideli discedere, & sic põt eũ repudiare, vt ipso viuẽte possit ad alias nuptias cõmigrare, &c.

Octaua concl. Si infidelis anteqã cõuerteretur cõtraheret, si postea cõtingat simul cũ secunda vxore conuerti, erit priori vxori conuersæ tradendus: probat hanc S.Tho. quia matrimoniũ non erat so- Distin.39.
D lutũ: ergo, &c. Vbi nota, ꝙ hæc definita est expresse art.5.
in c. Gaudemus, & ex hoc etiã prouenit, ꝙ si fidelis contraxit cum altera fideli, & prior vxor infidelis, quæ remansit in infidelitate cõuertatur, postea concedi ei põt dispẽsatiue, vt alteri nubat, quia primus vir fuit solutus ab eius seruitute ꝑ copulã eius, &c.

Nona concl. Infidelis accedens ad vxorẽ suã nõ peccat: probat hãc S.Th. quia talis actus est ipsius iustitiæ: ergo, &c. Vbi nota, ꝙ hic sunt duę opiniones, altera Riccard. asserentis carnalem concupitũ infidelium vxoratorum esse peccatũ, quia quãuis ibi sit susceptio prolis, tamen non educatur ad cultum diuinum. alia est opinio S.Tho. volentis talem Distin.39.
E concubitum factum cũ intentione generandi prolẽ, & soluẽdi debitum nullũ esse peccatũ, dũmodo nihil cogitetur de educatione in cultu infidelitatis, quia talis cõcubitus est solutio debiti, & actus iustitiæ, ex consequenti opus moraliter bonũ, &c.

Decima conclu. Catholicus potest in uita vxore hæretica religionem, & sacros ordines suscipere: Dist.39.q.1.
probatur, quia hoc datur in pœnam ipsius vxoris, articu.4.
quæ lapsa est in hæresim: igitur, &c. Vbi nota, quòd hic sunt duæ opiniones, prima est dicens, quòd so- Scoti.
lum conceditur ingressus ad monachalẽ religionẽ non autem susceptio ordinum sacrorum. secunda opinio affirmat vtrumque fieri posse, quia facta est

facultas

facultas tali catholico in perpetuo diuortio permanere per votū cōtinētiæ annexū sacris ordinib.

DISTINCTIO XL.

Agitur hic de impedimento cōsanguinitatis, & primo ponitur cōclusio hæc: consanguinitas, est uinculum aliquarum personarū ab eodem stipite descendentium carnali ꝓpagatione contractum: probat hanc S. Tho. quia omnis amicitia in aliqua cōmunicatione consistit: ergo &c. Vbi nota, quòd Riccardus vult hanc esse prædicationem causalem, vt sit sensus cōsanguinitas est causa vinculi, & errat, quia melius est dicere vinculum esse causam consanguinitatis, cognatorum enim vinculum est idem sanguis, & consanguinitas est cōmunio plurium in eodē sanguine, quæ nihil aliud est, quam relatio quædam & habitudo realis ad eūdem sanguinem quandoquidem sanguis est uinculum & glutinum quo plures colliguntur: consanguinitas etiam idem est, quòd communicatio in sanguine.i. habere eundem sanguinem communē inter se, vt sūt illi, qui ab eodem stipite, id est patre generantur, vel immediate, vt fratres, vel mediate, vt nepotes eiusdem aui, &c. generantur, & ideo secundum quamlibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati ad inuicem, sicut dicuntur conciues qui habent politicam communicationem adinuicem, & commilitones, qui conueniunt in militari negotio, & eodem modo illi, qui cōueniūt in naturali cōicatione dīr cōsanguinei, q. nō solū cōueniūt i naturali speciei, sed ēt in virtute propria ipsius indiuidui ex vno in multos traducta, ex qua contingit quandoque, quòd filius non solum assimilatur patri, sed auo, vel remotis parentibus, vt dicitur lib. 4. de generatione animalium.


Dist.40.q.1. articu.1. — B — C — Cap.3.

Secunda conclu. Consanguinitas rationabiliter distinguēda venit per lineas, & gradus: probat hāc. S. Tho. quia consanguinitas est, relatio quædam aliquarum personarum adinuicem: gitur, &c. Vbi nota, quòd consanguinitas est, quædam propinquitas in naturali communicatione fundata secundum actum generationis qua natura propagatur, & quia communicatio est triplex, vna secūdum habitudinem principij ad principiatum, & hęc est cōsanguinitas patris ad filium, hinc dicitur, quòd parentes diligunt filios, vt sui ipsorum aliquid existētes: alia est secundum habitudinem principiati ad principium, & hec est filij ad patrem: hinc dicitur, filij diligūt parentes, vt ab illis existentes. tertia est secūdū habitudinē eorū, quæ sūt ab vno principio ad inuicē, sicut fratres dicūtur ex eisdem nasci, &c.

Distin.40.

Tertia concl. Linea est congregatio, & collectio personarū consanguinitate coniunctarū ab eodē stipite descendentium diuersos continens gradus, hæc patet ex cōi consensu doctorum. Vbi nota, q̄ sicuti est triplex cognatio. s. carnalis, spiritualis, & legalis, carnalis est, quæ nomine consanguinitatis designatur, & per carnalē generationē deriuatur, spiritualis vero est, quæ per generationem in sacro fonte baptismatis contrahitur: legalis autem, quæ per adoptionem, lege acquiritur: ita etiam triplex linea ponitur à doctoribus. s. descēdentiū, & ascendentiū, & transuersalium, seu transuersalis, quæ est collateralium, sed illæ duæ primæ lineæ, non sunt re A diuersæ, sed sola ratione, & consideratione, nā per eandem schalam descēditur, & ascēditur. tertia est linea trāsuersalis, quæ ad collaterales trāsuertitur, qualis est inter duos fratres, & inter duos fratrueles, qui sunt filij fratrum, & inter patruum, qui est frater patris, & filium fratris, &c.

Quarta concl. Duæ lineæ, ab eodē stipite cadentes quatuor causant gradus: patet hæc etiam conclūsio ex communi descriptione, quam depingunt doctores hac figura: Distin.40.



Vbi nota, quòd aliqui maximam confusionem faciunt indescribendo hanc arborem consanguinitatis, vt est videre apud Syluestrum verbo matrimonium VIII. nos autem posuimus sub breuitate quatuor gradus prohibitos, quia gradus est determinata propinquitas personæ ad personam secundum cōsanguinitatem, verbi gratia, pater respectu filij est in primo gradu. i. in prima propinquitate, respectu nepotis est in secūdo gradu, idest per vnū medium. s. filiū respectu pronepotis, in tertio gra D du. i. per duo media, respectu ab nepotis, in quarto scilicet per tria media, & sic descendēdo, per quintum, & sextum, & cęteros.

Quinta conclusio. Consanguinitas impedit matrimonium vsque ad quartū gradum: probat hanc S. Thom. quia si consanguinitas prohiberet vltra quartum gradū ipsum matrimonium esset inutile & periculosum. Vbi nota, quòd secundum diuersa tempora inuenitur consanguinitas secundū diuersos gradus matrimoniū impedisse, in principio. n. humani generis solus pater, & mater a matrimonio repellebantur, quia tunc tēporis erat pancitas hominū, & oportebat propagationi humani gene- E ris maximam curā impendere, vnde non erant remouendæ nisi illæ personæ quæ matrimonio in cōpetentes erant, etiā quantum ad principalē finem matrimonij qui est bonum prolis: post modū tempore Moysi plures aliæ personæ fuerunt exceptæ, licet permissum fuit, vt vnusquisque de cognatione sua vxorē acciperet ne successionū confusio esset, postmodū in lege noua facta fuit ꝓhibitio vsq; ad septimū gradū cōsāguinitatis, postmodū restrictū est interdictū Ecclesiæ, vt ꝓhibeatur matrimoniū cōtrahi inter cōsanguineos vsq; ad quartū gradū. Dist.40.ar.4 quæst.1.

Sexta concl. Nullus gradus in Leuitico prohibitus modo in Euangelio prohibetur eo, quòd tunc

proh bitus: probatur, quia lex vetus modo non A
obligat quatenus lex vetus est: igitur, &c. Vbi no-
ta, quòd hic sunt duæ opiniones, prima est volens
omnes gradus in Leuitico prohibitos esse nūc etiā
iure diuino prohibitos, & hanc opinionem sequi-
tur Bonauent. Riccardus, & Dur. Secūda est dicēs
illos gradus non esse iure diuino, sed naturali tan-
tum prohibitos, & non omnes, sed aliquos dunta-
xat, & hanc sequitur Beatus Anton. Caiet. & Fran-
Cap. 18. ciscus de Victoria addentes gradus, qui in Leuiti-
co prohibebātur, olim matrimonium impediebāt,
non tamen omnes dirimebant, vt gradus affinita-
tis, quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta
tenerent, nam & si prohibeantur nō tamen irritan- B
tur, quia illi tantum gradus matrimonium nullum
reddebāt, qui lege naturali, vt in linea recta ꝓhibe-
bātur, licitū nāq; erat, tūc accedere ad vxorē fratris
defuncti absq; liberis, causa suscitandi semen, &c.

Septima concl. Matrimonium in primo gradu
Distin. 40. lineæ rectæ etiam si nulla lex scripta illud irritaret
esset iure naturali nullum: probatur, quia talis con
tractus est contra ius naturæ: ergo, &c. Vbi nota, ꝙ
hic est duplex opinio, prima tenet matrimonium
inter ascendentes, & descendentes, vsque in infini-
tum esse iure naturali prohibitum taliter, vt in eo
Papa dispensare non possit, & sic posito casu, quòd
Adam, vel Noe resurgeret, & vellet ducere vxorem C
non haberet eum qua contraheret, & hanc opinio-
nem sequuntur iuris consulti, Scotus, & Riccard.
Secunda opinio vult solum primum gradum in li-
nea recta esse iure naturali prohibitum, & sic Papa
posset dispensare, vt auus ducat neptem, & auia ne-
poti nubat, primus enim gradus est contra pudo-
rem, & honorem, quem filius iure naturæ adhibere
tenetur, & contractus contra ius naturæ est ipso fa-
cto nullus, propterea Apostolus 1. Cor. dicebat, au-
Cap. 5. ditur inter vos talis fornicatio qualis nec inter gen
tes, ita ut vxorem patris sui aliquis habeat, &c.

Octaua conclu. Matrimonium inter fratrem, &
Distin. 40. sororem est iure naturali nullum: probatur exem- D
plo Pharaonis nolentis credere Saram fuisse vxorē
Abrahæ, quia dixit esse suam sororem: ergo, &c.

Vbi nota, quòd hic sunt duæ opiniones, prima
est Thom. de Argentina volentis tale matrimoniū
esse solum contra ius canonicum, propterea Papa
in hoc dispēsare potest, & si aliquis infidelis habue
rit propriam sororem pro vxore, & cōuerterentur
ad fidem tale matrimonium non esse soluendū ab
Ecclesia. Secunda opinio est volens matrimonia in
primo gradu laterali, lege naturali esse prohibita,
q. 154 ar. 9. lege Caiet. 2. 2. & Soto in hac distin.

Nona conclu. Matrimonium in secundo gradu
consanguinitatis in linea laterali non est iure diui- E
Cap. 11. no prohibitum: probatur, quia habetur Gen. Tha-
re genuisse Abraham, Nachor, & Aram, & tamen
Nachor duxit consobrinam suam filiam Aram:
ergo, &c. Vbi nota hic esse duas opiniones, prima
est Glo. in cap. litteras de restitutione spoliatorum
asserens talem gradum esse iure diuino prohibitū,
Cap. 18. quia ita habetur apud Leuit. alia est opinio opposi
ta volens in hoc Papam posse dispensare, & sancitū
Sess. 24. c. 5. esse hoc in Concil. Trid. vbi dicitur in contrahēdis
matrimonijs, vel nulla oīno detur dispensatio, vel
raro, & id ex causa, & gratis cōcedatur, in secundo
gradu nunquam dispēsetur, nisi inter magnos prin
cipes, & ob publicam causam, &c.

Decima concl. In aliquo casu pater tenetur du-
cere filiam, vt mater nubere filio: probatur, quia Distin. 40.
homo plus tenetur diligere rem publicam quàm
parentes: igitur conclusio vera. Vbi nota, quòd hic
sunt duę opiniones prima est Caiet. 2. 2. volentis q. 154. ar. 9.
matrimonium patris cum filia esse indispensabile,
vt ob nullam penitus necessitaté etiam propagan-
di humani generis posset fieri licite, & sic nec Deus
dispensaret: alia est opinio quam sequitur Soto, ꝙ
si in orbe non esset nisi pater, & filia, & mater, & fi-
lius cōpelli possent, vt inter eos matrimoniū con-
traheret, & fieret, & natura, & author eius in tali ca
su dispensaret, vt multiplicaret genus humanū, &c.

DISTINCTIO XLI.

SVperiori dist. actum est de impedimēto matri-
monij proueniente ex consanguinitate, hic a-
gitur de impedimēto proueniente ex affinita-
te, & ponitur prima conclusio, Per matrimonium
contrahitur affinitas inter vnū coniugem, & con-
sanguineos alterius, & contra: probat hanc S. Th.
quia vir, & vxor efficitur vna caro per copulam car-
nalem: igitur sanguis vnius attingit sanguinem al-
terius, & econtra: igitur consanguinei vnius effi-
C ciuntur affines alteri: ergo &c. Vbi nota quòd affi-
nitas est personarum propinquitas ex carnali co-
pula proueniens omni parentela carens: ponitur
hæc vltima particula, vt distinguatur a consangui-
nitate quæ propriè dicitur parentela, & vt clarius
intelligatur ponitur hoc exemplum, Socrates du-
xit vxorem mariam, vel illam illicite cognouit ex
tali matrimonio seu copula, cum consanguineis
Mariæ affinitatem contraxit etiam si aliàs consan-
guineus non esset, si autem consanguineus erat,
duplex impedimentum cum consanguineis vxoris
habebit, alterum consanguinitatis ex parte sua, al-
terum affinitatis ex parte vxoris, &c.

D Secunda concl. Affinitas non extinguitur si mo-
ritur persona ratione cuius est contracta: probat Dis. 41. q. 1.
hanc S. Tho. quia affinitas causatur ex consangui- articu. 1.
nitate, sed cōsanguinitas est perpetuum vinculum
quandiu personæ viuunt, inter quos est consangui
nitas, ergo & affinitas, & sic non soluitur soluto ma
trimonio per mortem illius ratione cuius est con-
tracta, &c. Vbi nota, quòd affinitas causatur ex
hoc quòd aliqui coniuncti sunt, non ex hoc, quòd
coniunguntur, propterea non dirimitur non ma-
nentibus illis personis, inter quas affinitas est con-
tracta, hinc Apost. ad Rom. dicebat mortuo viro Cap. 7.
vxor soluitur à lege viri, non tamen ab affinitate
E eius consanguineorum, qui sunt superstites, immo
quamuis ipsa moreretur, & postea resurgeret non
posset inter cōsanguineos viri matrimonium con-
trahere, nam affinitas, vt cum moriente moritur,
ita cum resurgente resurget, &c.

Tertia concl. Per concubitum contra naturam
non causatur aliqua affinitas: probat hanc S. Tho. Dis. 41. q. 2.
quia talis concubitus non habet commistionem se art. q. 3.
minū, quæ possit esse causa generationis: ergo, &c.
Vbi nota, ꝙ per huiusmodi cōcubitū carnalē cōtra
naturā cum muliere, per seminationē extra vas na-
turale affinitas nō cōtrahi aliquo pacto dr̄, qūqui-
dem affinitas ipsa per illā carnalē copulā efficitur

qua

qua vir, & vxor vna caro esse dicuntur, sed per talē copulam, & seminationem extra vas non cōmiscentur, nec vna caro efficiuntur, propterea hæc est veritas firma, & ab omnibus sequenda.

Quarta concl. Per sponsalia impedimentum contrahitur, quod matrimonium impedit, & cōtractū dirimit: probat hac S. Tho. ex decreto Alex. Tertij, cap. ad audiētiā in quo prohibuit mulierem quandam cuidam viro coniungi in matrimonium, quia fratri sun fuerat desponsata: igitur, &c. Vbi nota, quòd sicut sponsalia non habent perfectam rationem matrimonij, sed sunt quædam præparatio ad matrimonium, ita ex sponsalibus non causatur affinitas, sicut ex matrimonio, sed aliquid affinitati simile quod dicitur publicę honestatis iustitia quæ impedit matrimonium, sicut affinitas, & consanguinitas, & secūdum eosdem gradus: & dicitur publicę honestatis iustitia propinquitas quædam ex sponsalibus proueniens robur trahens ab institutione Ecclesię, propter eius honestatem, & sicut matrimonium est perpetuum vinculum, ita & prædictus modus affinitatis, &c. Distin. 41.

B

Quinta conclu. Affinitas contracta per copulam carnalem impedit matrimonium, vsque ad secundum gradum tantum: patet hæc ex Concilio Tridentino: igitur, &c. Vbi nota, quòd olim erat triplex genus affinitatis, vt habetur ex capitulo nō debet de consanguinitate, & affinitate, primum quod in vsu esse dicitur, vt solus vir habēs vxorem affinis omnibus consanguineis vxoris intra quartum gradum efficiatur, ita vt intra illum gradum mortua vxore aliquam illius consanguineam ducere non possit, atque eodem modo de vxore mortuo viro cēsendum est, & hoc genus olim, vsque ad septimū gradum extendebatur. secundum est affinitas affinitatis, & tertium affinitas huius secundæ affinitatis: verum modò secundum, & tertium sunt renocata his verbis, præterea statuit sancta synodus impedimētum quod propter affinitatem ex fornicatione cōtractū inducitur, & matrimoniū postea factum dirimit, ad eos tantum qui in primo, & secundo gradu coniunguntur: restringi in vlterioribus vero gradibus statuit huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere. & sic etiam intelligenda venit conclusio quarta de sponsalibus, vt idem Concilium Tridentinum vbi supra statuit his verbis, iustitiæ publicæ honestatis impedimentum vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta synodus prorsus tollit, vbi autem valida fuerunt primum gradum non excedant, quoniam in vlterioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispēdio obseruari. & verba illius nntabilis quartæ cōclusionis intelligenda sunt ante Concilium Triden. &c. Distin. 41. Sess. 24. c. 4. C Sess. 24. c. 4. D Cap. 3.

Sexta conclusio. Papa dispensare potest in omni gradu publicæ honestatis iustitiæ, quę sumitur secundum gradum consanguinitatis non autem aliquis inferior, qui non est supra ius: probatur, quia hoc non est prohibitum, nec lege naturali, nec diuina: ergo, &c. Vbi nota, quòd Adonias petiuit in vxorem Abisaac sunamitem virginem à patre relictam, quòd nō fecisset si fuisset affinis, quia in lege prohibitum erat contrahere cum nouerca, sed iustitia publicæ honestatis nondum erat introducta, quia trahit robur ex institutione Ecclesiæ, propte- Distin 41. E

A rea dispensari potest, quòd quis contraheret cum sponsa vel vxore non cognita patris, vel fratris, immo effectus affinitatis præcedentis matrimonium per copulam illicite contractam est, vt in primo & secundo gradu tantū impediat & dirimat matrimonium contrahendum: si autem per copulam licitam. s. coniugalem vsque ad quartum gradū impedit ita, vt mortua vxore non possit vir cum consanguinea illius, vsque ad quartum gradum contrahere, vt definitum est in cap. non debet, Papa tamē in his dispensare potest.

Septima concl. Inter cognatos coniugum nulla est affinitas: probatur, quia affinitas nō causat affinitatē: ergo, &c. Vbi nota, quòd non sequitur sum affinis tibi, ergo sum affinis affinibus tuis, & præsertim tenet de affinitate, quæ nascitur ex veris, & legitimis sponsalibus, quod est impedimentum, vsque ad primum gradum, vt dictū est ex determinatione Concilij Tridentini. dixi ex veris, & legitimis, quia olim hoc impedimētum erat ex quibuscunque sponsalibus etiam illegitimis, dūmodo non essent illegitima ex defectu consensus, sed aliunde. s. propter consanguinitatem, aut impotentiā, &c. nunc vero ex legitimis, & veris tantum emanat, vt definitum est à Concilio Tridentino. Distin. 41. Sess. 24. c. 3.

Octaua concl. Inter raptorem, & raptam matrimonium nullum esse dicitur: probatur, quia tale matrimoniū non habet liberum assensum, sed coactum: ergo, &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio est definita expresse in Concilio Tridentino assentiente decernit sancta synodus inter raptorem, & raptā quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullū posse consistere matrimonium, quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, & omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes sint ipso iure excommunicati ac perpetuo infames omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint de proprio gradu decidant: teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam in vxorem duxerit, siue non duxerit decenter arbitrio iudicis dotare, raptus enim est quādo per violētiā puellæ, aut eius patri factā aliquis illā e domo patris rapit, &c. Cap. 6.

Nona concl. Omnes filij, qui nascuntur extra verum matrimoniū sunt illegitimi: probat hanc Sanctus Thomas, quia illegitimū dicitur quod est contra legem, sed illi qui nascuntur cōtra legem matrimonium nascuntur cōtra legem: ergo, &c. Vbi nota, quòd quatuor sunt genera filiorum, quidā enim sunt legitimi, & non naturales, vt adoptiui, & arrogati, alij sunt legitimi, & naturales, vt illi qui nascuntur de legitimis matrimonijs, quę sunt legitima secundum rem, vel secundum Ecclesiæ approbationem, & cōtrahentium reputationem, vel vtriusque vel saltem alterius. Alij vero nec sunt naturales, nec legitimi, vt illi, qui nascuntur ex adulterio, vel incestu, qui dicūtur spurij, & etiam in naturales vocantur, quia ratio naturalis talem concubitū damnat, Alij sunt qui nascuntur ex legitimo matrimonio quo ad vinculum, soluto tamē quo ad thorum per sacrum ordinē, vel religionis ingressum, illi enim dici possunt legitimi quo ad spiritualia, sed non quo ad ciuilia, vnde legitur de Genebaldo Laudunensi, qui habuit in vxorem neptem Sancti Remi- Dis. 41. q. 1. articu. 3.

gij,& causa religionis mutuo se absoluerunt,& Episcopus factus,& post votum solēne occulte genuerunt filium, qui ob hoc vocatus est latro,& successit ei in Episcopatum, licet non inueniatur, quod Papa dispensauerit,&c.

Decima cōcl. Filij illegitimi legitimari possunt: Dist.41.ar.3 probat hanc Sanctus Thom. quia quod per legem introducitur per legem reuocari potest, sed illegitimitas filiorum est per legem positiuam introducta: ergo potest filius illegitimus legitimari ab eo, qui habet authoritatē legis. Vbi nota, quòd filius illegitimus dicitur legitimari, non quòd fiat de legitimo coitu natus, quia coitus ille illegitimus iā transiuit, sed dicitur legitimari inquantum damna quę filius illegitimus incurrit, subtrahuntur per authoritatem legis, & sunt sex modi legitimandi duo secundum canones, primus dum aliqui soluti ex simplici fornicatione filium susceperūt, post modum in faciem Ecclesiæ contrahunt matrimonium, secundus est per dispensationem Pontificis, alij quatuor sunt secundum leges imperiales. & primus est quando pater filium naturalem curię imperatoris offert, secundus est quando pater nominat eum legitimum hæredem. tertius est si deficiente alio legitimo filius ipse se curiæ Cæsaris offerat, quartus est si pater in publico instrumento cum trium testium subscriptione eum legitimum nominet, lege de hac re Paludanum.

DISTINCTIO XLII.

SVperius determinatum est de impedimento matrimonij quo ad carnalē propinquitatem, hic determinat de impedimento matrimonij quo ad spiritualem propinquitatem, & ponitur prima cōclusio pro explicatione huius distinctionis: cognatio spiritualis est impedimentum matrimonij: probat hanc S.Tho. quia quanto aliquod vinculum est sanctius tanto est magis custodiēdū, sed vinculum spirituale est sanctius quàm corporale. ergo cum vinculum propinquitatis corporalis matrimoniū impediat spiritualis cognatio idē facere videtur: ergo,&c. Vbi nota, quòd sicut per carnis propagationem homo accipit esse naturæ, ita per sacramenta accipit esse spirituale gratiæ, vnde sicut vinculū quod ex carnis propagatione cōtrahitur est naturale homini inquantum est quædam res naturæ, ita vinculum quod contrahitur ex sacramentorum susceptione est quodammodo naturale alicui inquantum est membrum Ecclesiæ, & ideo sicut carnalis cognatio impedit ipsum matrimonium, ita spiritualis ex statuto Ecclesiæ,&c.

Secunda concl. Si spiritualis cognatio antecedit matrimonium, tunc impedit contrahendum, & dirimit contractum: hæc conclu. est definita 30. q. 1. Dist.42.q.1. articu.1. cap. si vir de cognatione spirituali,& can. dictum,& ad limina: ergo,&c. Vbi nota, quòd spiritualis cognatio est propinquitas personarum proueniens ex sacramēti datione, vel ad id tentione, fit enim baptizās, ac subinde susceptor quem patrinum appellant pater spiritualis pueri baptizati dans enim sacramentum repręsentat personam Dei, ideo efficitur pater spiritualis, queādmodum Deus est pater omnium: tenētes vero illum, qui suscipit sacramentum repręsentant matrem spiritualem.s.Ecclesiam: illud ergo vinculū patris spiritualis, & matris spiritualis dicitur cognatio spiritualis, & hæc doctrina habetur manifeste extra de cognatione spirituali, cap. veniens vbi dicitur si constiterit B. mulierem. C. viri filiū de sacro fonte leuasse antequām desponsasset vxorem inter eos diuortium appellatione postposita celebretis. qua propter ex illis palam fit quomodo cognatio spiritualis non tantum impedit matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit contractum, si antecedit,&c.

Tertia concl. Si cognatio spiritualis sequitur matrimonium non dirimit vinculū matrimonij: probatur, quia nihil dirimit matrimoniū, quo ad vinculum nisi mors: ergo,&c. Vbi nota, quòd hic est considerandus actus matrimonij, postponēdo vinculum: quādoquidem spiritualis cognatio, aut inducitur causa necessitatis, sicut cū pater baptizat puerum in articulo mortis, & tūc non impedit matrimonium quo ad actū ipsum ex neutra parte, aut inducitur extra casum necessitatis ex ignorantia tamen,& tūc si ille ex cuius actu inducitur diligentiam adhibuit est eadem ratio, sicut & de primo, aut ex industria extra casum necessitatis, & tunc ille ex cuius actu inducitur, amittit ius petendi debitum, sed tamen debet reddere, quia ex culpa eius non debet aliquod incōmodū alius reportare,&c. Dist.42.q.1. articu.1.

Quarta concl. Cognatio hæc spiritualis originē habet ex statuto Ecclesiæ: probatur, quia talis cognatio spiritualis nō erat in lege naturę, nec Moysi: ergo,&c. Vbi nota, quòd baptizans, & suscipiens, seu tenens patres spirituales declarantur per Ecclesiam, eo quod per sacramentum gratia infunditur quæ animæ vitam tribuit æternam, iuxta verbum Christi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei, & licet in circuncisione gratia conferebatur, tamen quia non conferebatur ratione sacramenti, sed fidei, nulla contrahebatur cognatio,&c. Dist.42. q.1.

Quinta cōcl. Cognatio spiritualis solummodo per duo sacramenta.s. baptismi, & confirmationis contrahitur: probat hanc S.Th. quia per hæc duo sacramenta significatur duplex illa generatio.s. in vtero Ecclesiæ per baptismum, & extra vterum per confirmationem: ergo,&c. Vbi nota hic esse tres opiniones, prima est dicēs spiritualem generationem effici per septem actiones incipiendo à primo pabulo salis sacramenti vsque ad confirmationem factam per Episcopum, sicuti per septiformem datur gratia Spiritus Sācti, & sic per quamlibet harū actionum contrahitur cognatio spiritualis: pabulū salis nominatur dum inter catechizandū cathecuminū sal eius ori apponitur, & hæc opinio refertur 30.q.1.cap. peruenit quæ opinio non probatur. secunda est opinio asserens cognationem spirituale cōtrahi per tria.s. baptismum, catechismum, & confirmationem, quę etiam opinio reprobatur, prout numerat Cathechismum inter sacramēta: est ergo tertia opi. S.Th. in conclu. posita vera, & sequenda. Dist.42. q.1. articu.2.

Sexta conclusio. Per Cathechismum non contrahitur cognatio spiritualis, quia Cathechismus, seu exorcismus non generat Christianum, nec in vtero materno, nec extra vterum: ergo,&c. Vbi nota hic esse tres opiniones, prima est cuiusdam Glosæ volentis etiam per Catechismum cōtrahi spiritualem cognationē, & mouetur ex quodā decreto

Bonifacij

Bonifacij VIII. lib.6. de cognatione spirituali, vbi dicitur quòd per Catechisinũ qui præcedit baptismum, contrahẽdum matrimonium impediri: alia est opinio dicens, quòd in Cathechismo fit quædã professio futuri baptismi, sicut in sponsalibus fit quædam sponsio futurarum nuptiarum, vnde sicut in sponsalibus contrahitur quidam motus propinquitatis, ita & in Cathechismo ad minus impediẽs contrahẽdum: tertia est opinio in conclusione posita, quæ fundatur in Concilio Trid. ponente tantum per baptismum, & confirmationem contrahi spiritualem cognationem, &c.

Septima concl. Tempus, quo talis spiritualis cognatio cõtrahitur est, quado quis tenet infantem
Distin.42. dum sacerdos infundit aquã super puerum: probatur: quia tunc proprie generatur Christianus: ergo, &c. Vbi nota ne decipiaris, vt communiter decipiuntur nõnulli, arbitratur enim vulgus, quòd qui ducunt infantem, cumque in Ecclesiam comitantur patrini quos ipsi nominant existant, quod quidem rationi absonũ est, quia neque illi qui puerum ad valuas Ecclesiæ, vel super fontem ad Cathechismos, & exorcismos, & vnctiones tenet, vllã contrahit cognationem, quia nec sacerdos illam contrahit, saltem quæ matrimonium dirimat: vnde si contingeret, vt Titius puerũ baptizandum ad omnes illas cerimonias teneret, sed eo tempore quo baptizandus est alter infantem acciperet, qui eum dum aqua infunditur, teneret vel de fonte leuaret, solus ille secundus cognationem contraheret non autem Titius. & ex hoc excluduntur multi errores, solent enim fœminæ esse auidæ vt dicantur comatres, & ideo tangunt puerum. & tamen ridiculum est dicere, quòd tãgere digito, aut manu sufficiat, quia requiritur, quod sic eum, quis tãgat vt teneat vel leuet ex sacro fonte.

Octaua concl. Cognatio spiritualis non contra-
Distin.42. hitur per procuratorem: probatur, quia actio susceptoris, & patrini consistit in actione personali: igitur, &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio fundatur
Sess.24.c.2. super Concilium Tridentinum determinans, vt vnus tantum siue vir, siue mulier, baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, & baptizatum ipsum & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum baptizatique patrem, ac matrẽ tantum spiritualis cognatio contrahatur, & sic decipiuntur omnes illi qui mittunt procuratorem, & nuncium ad contrahẽdum cognationem spiritualem, licet canonistę oppositum teneant, quia etiam matrimonium per procuratorem contrahitur, tamen allucinãtur, quia matrimonium est quiddam contractus, non est ita baptismus, & sacramentum confessionis, hinc nullus potest confiteri, & sacramentaliter absolui per procuratorem, ita etiam spiritualem cognationem contrahere. quęstio tamen hæc fuit valde agitata in publica cõgregatione Illustrissimi Cardinalis Sanctæ Seuerinæ Romæ 1583. in qua tractabatur de rituali curatorum, & cum essent varij doctores ex vtraque parte consuluerunt sanctissimum D. Gregor. 13. vt veritatem decideret, ipse tamen noluit propter magnos principes, qui mittunt procuratorem multoties ad tale opus peragendum, &c.

D.f.42.q.2. artic.2. Nona conclu. Cognatio legalis matrimonium impedit: probat hanc Sanctus Thomas ex eius de-
A finitione, quia cognatio legalis est quædam proximitas proueniens ex adoptione: ergo, &c. Vbi nota, quòd lex diuina illas personas à matrimonio exclusit, quas necesse erat habitare simul, & quia filius adoptatus conuersatur in domo patris adoptãtis, sicut filius naturalis, ideo lege humana prohibitum est ne inter eos fiat matrimonium, & talis prohibitio est confirmata per Ecclesiam, &c.

Decima concl. Nuptiæ secundæ licitę sunt: probat hanc Sanctus Thomas, quia Abraham secun- Dis.43.ar 1 das nuptias contraxit: ergo, &c. Vbi nota, quòd Gen.c 25. hæc conclusio ponitur contra Montanum hæreticum damnatem secundas nuptias, & errabat Mon-
B tanus, quia vinculum matrimoniale durat vsque ad mortem ideo moriente altero coniugũ, superstes potest adire secundas nuptias, & tertias, & sic deinceps, &c.

DISTINCTIO XLIII.

IAm superius Magistri sententiarij, quæ omnes determinarunt de sacramẽtis quæ pertinent ad statum Ecclesiæ militantis, in hoc loco incipiunt disputare, & disserere de vltimo termino pertinente ad Ecclesiam, scilicet de resurrectione, & de remuneratione, & pro notitia tanti negotij,
C ponitur prima conclusio talis: Nullum corruptum potest per agens naturale idem numero reparari: probat hanc Sanctus Thomas quarto Quolibeto, Dis.43.q.1. quia alietas motus, & mutationis infert alietatem q 5.artic.3. eorum, quæ per motũ, & mutationẽ producuntur, sed quod bis producitur per agens naturale, duplici motu vel mutatione producitur: igitur non idem numero, sed specie producitur. Vbi nota hanc conclusionem esse positam contra philosophos asserentes maxime Platonicos per circuitus temporum eadem redire, quia post 36. millia annorum omnia eadem redeunt, ratio eorum erat, quia redeunte causa redibit idem effectus, tunc au-
D tem omnia corpora cœlestia redibunt ad eundem situm, quia supponendo illud Ptolomæi in Almagesto quod cęlum stellatum moueatur in centum annis vno gradu contra motum diurnum, sequitur quòd complebitur motus ille ab oriẽte in occidentem in 36. millibus annorum, quam opinionem Beatus Augustinus reprobat duodecimo libro de Cap.13. ciuitate Dei: ex quo loco suscepit Sanctus Thomas suam hanc conclusionem.

Secunda conclusio. Per diuinam potentiam res permanens si fuerit corrupta, vel annihilata potest eadem numero reparari: probat hanc Sanctus Tho- Quolib.4. mas vbi supra, quia omne non implicans contradi- q.5.art.3.
E ctionem est Deo possibile, sed permanens corruptum, vel annihilatum, idem numero reparari sine motu & mutatione, nullam implicat contradictionem: ergo, &c. Vbi nota conclusionem istam esse positam contra Duradum in pręsenti libro dicen- Dis.43.q.3. tem saluo meliori iudicio, & salua reuerentia diui- articu.2. næ potentiæ, cui subest omne quod est possibile, quod nullum permanens corruptum potest idem numero reparari, & in hac parte valde repræhendendus est hic doctor, tanquàm male sentiens de potentia, scribitur enim Sap. Tu es domine, qui vi- Cap.16. tæ, & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis: & Christus in Euangelio di-

xit potens est Deus de lapidibus his suscitare filios Abrahæ, lege de hac conclusione Franc. Ferrarien.

Tertia conclu. Nulla res successiua corrupta, vel annihilata potest quacunque potentia eadem nu- 4. cõt. gent. mero reparari: probat hanc S. Tho. vbi supra, quia Cap. 81. implicans contradictionem est Deo possibile, sed successiuum annihilatum, vel corruptum, idem numero reparari implicat contradictionem in se: ergo, &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Aureolum tenentem hic Deum posse omnem rem successiuam corruptam præter tempus eãdem numero reparare, siue illa sit motus, siue actio, siue relatio, & in hoc nulla implicatur contradictio. & allucinatus est hic vir non intelligens conclusionis mentem quæ non intendit rem annihilatam non posse eandem numero redire per diuinam potentiam absolute, sed quòd non potest redire per diuinam potentiam regulatam sua sapientia, non. n. decet Deum, vt rem annihilatam iterum ad esse reducat, nam cum annihilatio ad hoc tendat, vt res omniuo non sit, superflue videretur Deus aliquid annihilare, si iterum illud vellet in esse restituere. argumenta, quæ fiunt contra has conclusiones, vide optime soluta à Capreolo in prima quæst. &c.

Quarta concl. Resurrectio mortuorum non solum fide tenetur, sed etiam naturali ratione proba- Cap. 79. biliter cõuincitur: hanc probat S. Tho. quarto contra gent. quia illud quod est secũdum naturam animæ dicitur esse probabile quod aliquãdo retineat, sed esse coniunctum corpori est secundum naturã animæ separatę, & immortalis: ergo probabiliter conuincitur quod ipsa aliquando reunietur corpori, &c. Vbi nota, quòd de fide tenendum est fu- Cap. 19. turam resurrectionem mortuorum, vt ait Iob, scio quod redemptor meus viuit, & in carne mea videbo, &c. rationibus naturalibus nullo pacto probari potest, quia à priuatione ad habitũ non est regressus, tamẽ similitudinibus, & rationibus topicis de- Cap. 15. claratur, vt facit Apostolus 1. Corinth. si in hac vita tantum sperantes inquit sumus in Christo miserabiliores sumus omnibus hominibus, &c. & hoc Distin. 43. est contra Scotum hic volentem oppositum huius veritatis, suas tamen rationes quæ nullius roboris q. 75. art. 6. sunt soluit Capreo. hic, & Caiet. p. p. vt clare intueri poteris.

Quinta concl. Licet resurrectio sola diuina virtute perficiatur, tamen Angeli cooperabuntur ad aliquid præambulum resurrectioni: probat hanc San- Dis. 43. q. 1. articu. 1. ctus Thomas, quia in omni trasmutatione diuinitus facta Deus vtitur ministerio Angelorum, sed resurrectio mortuorum est huiusmodi: ergo, &c. Vbi nota, quòd opus est particulas, & reliquias corporum in vnum locũ congregare: vbi reficienda sunt corpora, opus autem illud manifestum est esse ministrandum per Angelos, quippe qui non possunt in instanti corpus mouere, tum quia actio quæcunque corporea facta in instanti arguit virtutem infinitam, vt patet in creatione quam Angeli non habent, tum quia motum præsertim locale fieri in instanti implicat cõtradictionẽ, vnde scribitur apud Cap. 24. Matth. & mittet Angelos suos cũ tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, &c. cõgregatis ergo illis particulis, & cineribus, corpus organizabitur, & ei anima vnietur diuina virtute in istanti, & hoc est contra Petrum Aureolũ

A Minoritam male intelligentem hanc veritatem, vt videre poteris apud Capreolum in solutione suorum argumentorum.

Sexta cõcl. In resurrectione aliquid fit in instanti, & aliquid fit in tempore: probatur, quia quod operatur virtute diuina fiet in instãti, quod autem ministerio angelorum fit in tempore: igitur &c. Vbi nota, quòd Deus sua operatione à motu causæ secũdæ, tempore, & loco, quæ sunt indiuidualos non dependet, potest enim sua omnipotẽtia in instanti operari, quia nulla causa naturalis cum Deo ad mortuorum resurrectionem concurret quo ad organizationem, & animationem, collectio autem

B puluerũ fit ab angelis in tempore. sĩ imperceptibili à nobis, & hoc est quod ait Apostolus in momẽto, 1. Cor. c. 15. & in ictu oculi mortui resurgent, &c.

Septima concl. Omnes homines resurgent simul in eodem instanti: probat S. Tho. quia Deus cuius virtute fit resurrectio, operatur in instãti: ergo, &c. Vbi nota, quòd sicut Deus in istanti creauit cęlum & terrã, & omnia alia iuxta illud, qui manet in æternum creauit omnia simul, sic erit, & in resurrectione, nõ enim requiritur ibi tempus ratione subiecti, quia corpus illic non pręstat nisi obedientiam causæ supranaturali cui resistere nõ potest, quo minus formam quemadmodũ diuina virtus intulerit su-

C scipiat. est difficultas maxima in verbis Apostoli Cap. 4. 1. ad Thes. sed vide ibi S. Tho. & Caiet.

Octaua concl. Resurrectio fienda erit de nocte: probat hãc S. Th. quia resurrectio Christi est exem- Dis. 43. q. 1. plar nostræ resurrectionis, sed resurrectio Christi articu. 3. fuit de nocte, vt ait B. Greg. in Homilia Paschali: Hom. 23. ergo, & nostra resurrectio erit de nocte. Vbi nota hic esse duas opiniones: altera est Cassiodori super illud Psalmi media nocte surgebam ad confitendũ Psal. 108. tibi, vult enim hic Doctor, quòd resurrectio est fiẽda in media nocte, iuxta etiam illud Matth. media Cap. 25. nocte clamor factus est: etiã quia Dominus ad eripiendũ populum de Aegypto in noctis medio per- Exod. 12.

D cussit omne primogenitum. alia est opinio S. Tho. affirmantis horam tẽporis qua fiet resurrectio pro certo sciri non posse, tamen satis probabiliter dicitur, quòd fiet in crepusculo, sole existẽte in oriente, & luna in occidente, quia in tali dispositione sol & luna creduntur creata, vt sic eorum circulatio compleatur penitus per reditum ad eundem punctum, vnde de Christo dicitur quod resurrectio tali hora, &c.

Nona concl. Omnes resurgẽt in locis in quibus fuerũt sepulti, probatur ex verbis Ezechielis dicen- Distin. 43. Cap. 37. tis ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulcris vostris popule meus: igitur &c. Vbi nota,

E quòd mortui resurgent in illis locis in quibus tempore resurrectionis erit pars principalior corporis, siue ibi à principio fuerint sepulta eorum corpora, siue non. Alij dicũt, quòd nõ est maior ratio, quòd quis resurgat in loco vbi fuerit aliqua pars corporis illius, quàm alia, quia cõtingit, quòd mediatas erit in vno loco, & medietas in alio, Alij volunt resurrectionem omnium fieri in valle Iosaphat, ubi erit futurũ iudiciũ. Alij & melius, quòd ubi Deus uoluerit: sed probabilius ubi fuerint sepulta, &c. lege Riccardum hic.

Decima concl. Corpora eorum qui reperti fue- Dis. 43. q. 1. rint uiui in die iudicij corrumpentur, & postea statim

tium reſurgent cum alijs: probatur ex verbis Apo-
ſtoli ſtatutū eſt hominibus ſemel mori: ergo, &c.
Vbi nota, quòd hæc eſt pęna.ſ.mors, quæ impoſita
fuit propter culpam originalem, cinis es, & in cine-
rem reuerteris, quam pęnam omnes contraxerunt
pręter Chriſtum dominum, qui & ipſe mori voluit
ad delenda peccata cæteri autē omnes moriuntur
propter peccatum quod traxerunt à primis paren-
tibus, &c.

DISTINCTIO XLIII.

SVperiori diſtinctione diſputatum eſt de reſur-
rectione ipſa, in præſenti agitur de conditioni- B
bus reſurgentium, & ponitur prima concluſio
talis: ad veritatem reſurrectionis requiritur, quòd
anima reſumat idem corpus numero quod prius
Diſ.42.q.1. habuit: probat hanc S.Tho. ex dicto Iob quem vi-
articu.1. ſurus ſum ego ipſe, & nō alius, & loquitur de viſio-
ne poſt reſurrectionem: ergo idem numero homo
reſurget. Circa quam nota, quòd fuerunt varię opi
Cap.19. niones, nam quidam Philoſophi poſuerunt ani-
mas à corpore ſeparatas iterato corporibus con-
iungi per viam generationis, & iſta coniunctio nō
erat ad idem corpus numero: quidam autem po-
ſuerunt animas iterato coniungi corporibus cœ-
leſtibus vel etiā corporibus ſubtilibus in modum C
Quæſt.6. venti. Quidam vero, vt eſt Durādus, & Ioannes de
Neapoli Quolib.6. negant quòd idem corpus nem
pe illud cadauer, quod anima ſeparata reliquit, re-
diturum, immo affirmant, neque per abſolutam
Dei omnipotentiam fieri poſſe, vt illa res cuius
eſſentia totaliter perijt, rurſus reparetur ſiue ſuc-
ceſsiua ſit, ſiue permanens: & addit Ioannes, quòd
ſi anima Petri vniretur materiæ Pauli, vel lapidis
eſſet idem Petrus numero, qui fuit, rei tamen ve-
ritas poſita eſt in concluſione, quòd idem ipſe ho-
mo qui per mortem cecidit, eſt in vitam reſurrectu
Cap.5. rus, & eſt propoſitio de fide, vt ait Augu.8.de Trin.
quòd reſurgere idem eſt, quod reuiuiſcere, nemo D
autē reuiuiſcit, niſi qui mortuus eſt rurſum viuat,
ſi enim nō idem Lazarus, qui obierat reſurrexiſſet
non fuiſſet illa Lazari reſurrectio, ſed ſubſtitutiò
Cap.5. vnius pro alio, & hoc expreſſe docet Apoſt.2.Cor.
omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chri
ſti vt referat vnuſquiſque propria corporis prout
geſſit: ſi autem non idem homo qui natus, & mor-
tuus eſt reſurgeret, nemo propria corporis recipe-
ret prout geſsit, &c.

Secunda concl. Ad identitatem reſurgentis re-
quiritur, quòd habeat eandem materiam numero
q.1.ar.2.q.1. quam prius habuit: probat hanc S.Tho. quia iden
titas totius requirit identitatem partium eſſentia- E
lium: ergo, &c. Vbi nota, quòd hæc concluſio fun-
Cap.15. datur in doctrina Pauli, 1.Cor. dicētis de corpore,
ſeminatur in corruptione ſurget in incorruptio-
ne, ſeminatur in ignobilitate ſurget in gloria, &c.
Cap.19. & etiam in verbis Iob. & rurſum circundabor pelle
mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorē meū,
oculi.ſ.mei corporis conſpecturi ſunt, &c.

Tertia concl. Si anima vnius hominis puta Beati
Petri informaret corpus, vel materiam alterius, vt
puta Pauli nō eſſet idem Petrus, qui prius: probat
Cap.82. hanc S.Tho. 2.contra gentes, quia diuerſitas ſecun
dum numerum eſt ex diuerſitate materiæ, ſed Pe-
A trus, & Paulus diſtinguuntur numero, &c. Vbi no-
ta, quòd hoc eſt principium in doctrina S.Thomæ
nempe diſtinctionē numeralem prouenire ex ma- q.50. art 4.
teria ipſa, vnde p.p. volens probare Angelos differ-
re ſpecie contra Scotum aiebat, ea quæ conueniūt
ſpecie, & differunt numero, conueniunt in forma,
& diſtinguuntur materialiter, ſed Angeli non ſunt
compoſiti ex materia, & forma, ergo nō ſunt eiuſ-
dem ſpeciei: vbi vides materiam eſſe cauſam diſtin
ctionis numeralis, & principium indiuiduationis,
patet ergo, quòd ſi Paulus haberet aliam materiā
in reſurrectione ab illa quam habuit in uita, non
eſſet idem numero, &c.

B Quarta concl. Corpora Sanctorum poſt reſurre-
ctionem erunt paſsibilia paſsione communiter di-
cta: probat hanc S.Tho. quia ſenſus beatorum ſen- Diſ.44 q.2.
tiunt obiecta ſibi conuenientia: ergo, &c. Vbi no- articu.1.
ta, quòd omnis receptio paſsio aliquo modo dici-
tur, & omne receptiuum formæ conuenientis eſt
etiam aliqualiter paſsiuum, & ſenſus cōiuncti acti-
bus ſuis ſunt perfectiores, quàm non coniuncti. &
quia beati habebūt ſenſus in maxima perfectione,
propterea omnes eorū ſenſus erunt in ſuis actibus,
& cum hæc paſsio cōmuniter dicta ſit paſsio perfe
ctiua, nihil autem perfectionis a beatis eſt auferen-
dum, hinc optime dictum eſt beatorum corpora
C hac paſsione eſſe paſsibilia, &c.

Quinta concl. Corpora beatorum poſt reſurre-
ctionem non erunt paſsibilia paſsione proprie di-
cta: probat hanc S.Tho. quia talis paſsio importat Diſtin.44.
uiolentiam, & inordinationem naturæ: ergo, &c.
Vbi nota, quòd paſsio proprie dicta eſt motus præ
ter naturam, ut ait Dam.2.lib. fidei orthod. eſt etiā Cap.22.
abiectio alicuius conuenientis, & receptio diſcon-
uenientis, quæ omnia longe ſunt à corporibus bea
torum, &c.

Sexta concl. Hæc impaſsibilitas conueniens cor
poribus beatorū prouenit ex pleno dominio ani-
mæ ſupra corpus: probat hanc S.Tho. quia anima Diſtin.44.
D beata perfectiſsime perficit ſuū corpus poſt reſur-
rectionem, ergo excludit omne agens contrarium:
ergo ex pleno dñio quod habet ſupra corpus, &c.
Vbi nota hic eſſe uarias opiniones theologorum,
nam aliqui uolunt hanc impaſsibilitatē prouenire
ex conditione elemētorum, quæ aliter ſe habebūt,
tunc in corpore quàm modo ſe habēt. Aliqui uero
dicunt hoc prouenire ex natura quinti corporis,
quam ponunt uenire in compoſitionem humani
corporis ad conciliandum elemēta in quadā har-
monia. Aliqui affirmant id eſſe ex ceſſatione mo-
tus diurni. Aliqui autem vt Scotus ſcribūt, id pro- Diſ.49.q.13
uenire ex diuina voluntate non coagente cauſæ ſe-
E cundæ corruptiuę, ſed impediente, vt fuit de igne
in camino, qui non egit ad conſumptionem trium
puerorum. Aliqui ſunt etiam qui docent id proue-
nire ex carentia potentiæ paſsiuę, ſed opinio S.Th.
eſt, quòd talis impaſsibilitas prouenit non ex cau-
ſa extrinſeca, ſed intrinſeca, quia corpus humanū
beati erit perfecte ſubiectū animæ rationali, ſicut
etiam ipſa perfecte erit Deo ſubiecta, & ideo in cor
pore glorioſo non poterit eſſe aliqua mutatio con
tra diſpoſitionem illam qua perficitur ab anima, &
ideo corpus illud erit impaſsibile, &c.

Septima concl. Corpora beatorum erunt ſubti- Diſ.44.q.2.
lia propter plenum dominiū animæ ſuper corpus: articu.2.
probatur

probat,quia corpus dicitur subtile,uel ex paruita- te quantitatis,uel ex paucitate materiæ,uel ex com pletissima sui perfectione per formam,sed nõ pos sunt talia corpora dici subtilia primo, & secundo, modo:ergo tertio modo. Vbi nota, hic esse etiam diuersas sententias Doctorum, nam aliqui dixe- rũt corpora beatorum dici subtilia,eo modo quo substantiæ spirituales subtiles uocantur: quia post resurrectionem corpora uertũtur in spiritum: alii uero dicebant corpora talia dici subtilia admodũ rarefactionis,quia erunt similia aeri,uel uento:sed tam prima, quam secunda,sententia est hæretica,ut Cap.20. est uidere apud Augustinum 13. libro de Ciuitate Dei,& opinio S. Tho. est secundum ueritatẽ,quod talis subtilitas est ex dominio animæ supra corpus rõne cuius animæ corpus dicitur spirituale, quia est omnino spiritui subiectum,&c.

Distin.44. Octaua conclusio. Talis subtilitas dicitur dos corporis, & est per aliquam formam inhærentem corpori glorioso:probatur ex difinitione dotis q̃ est perpetuus ornatus animæ, & corporis, uitæ suf- ficiens in æterna beatitudine iugiter perseuerans: Quæst.5. ergo, &c. Vbi nota, quod hæc conclusio ponitur contra Dur.volentẽ hic dotem subtilitatis non es- se qualitatem inhærentem corpori glorioso: & al- lucinatus est Duran. non considerans beatitudinẽ corporis gloriosi, & eius dotes proportionari bea titudini animæ gloriosæ, & eius dotibus,sed bea- titudo animæ, & eius dotes sunt quædam formæ positiuæ inhærentes animæ beatæ: igitur simile iu- dicium facere debuit Durã. de dotibus corporis glorificati,quod tamen non considerauit, &c.

Nona conclusio. Corpus gloriosum non habet ratione subtilitatis,quod possit esse cum alio cor- Distin.44. pore in eodem loco localiter:hanc probat S. Tho. Quæst.2. hic,quia manẽte causa manet effectus,sed cum do Articu.2. te subtilitatis manet causa incõpossibilitatis duo- rum corporum ad simul existendum in eodem lo- co: ergo cum illa dote manet effectus, &c. Vbi no- Cap. de vacuo. ta,quod ut docet Arist.& Auer.4.Phys.impossibili- tas essendi duo corpora in eodem loco ex eorum terminis Mathematicis prouenit, idest ex dimen- sionibus quantitatis,unde si cubus nempe quadra ta quantitas absque Physico corpore esset in loco, non posset secum aliud corpus ibidem compati,se cus si sint duo corpora unicã habentia quantita- tem, ut materia, & forma ligni in eodem sunt loco adæquato: hinc ergo lumine naturali colligitur, duo corpora non posse penetratiue in eodem exi stere loco,&c.

Decima conclusio. Diuina uirtute duo corpo- Distin.44. ra possunt esse simul in eodem loco: probat hanc Quæst.2. D.Tho.quia Beata Virgo miraculose filium suum Articu.2. peperit, sed in illo partu oportuit duo corpora es- se simul in eodem loco, quia corpus pueri exiens claustra pudoris non fregit: igitur, &c.addit quo- Ioan. 20. que quando Christus intrauit ianuis clausis ad di- scipulos suos.Vbi nota, quod hic sunt tres opinio- nes.prima est Palud. & Dur. asserentium per nullã potentiam fieri posse,ut duo corpora sint simul in Quæst. 6. eodem loco,secunda est opinio Scoti hic uolentis duo corpora posse esse simul ratione dotis subtili Quæst. 16. tatis.tertia est opinio S. Tho. in conclusione posi- ta,& sequenda, & est de fide secundum communẽ interpretationem sacræ scripturæ,quia Christus na

A tus est clausis claustris uirgineis,surrexit clauso se- pulcro,& ascẽdit ad patrem penetrando cęlos, &c.

Vndecima conclusio. Ignis inferni affliget cor- pora damnatorum.probat hanc S. Tho. quia sicut Distin.44. Quæst 3. Articu.1. corpus beati præmiabitur in Paradiso, ita & corpo ra damnatorum cruciabuntur in inferno per ignẽ: &c. Vbi nota, quod hæc conclusio ponitur contra Dur.Aureol. & Henricum uolentes non esse ibi pas sionem afflictiuam realem,sed est ibi sola apprehẽ- sio sine immutatione reali, quæ causat dolorem,& maiorem, quam si esset ibi realis immutatio,quia ignis non immutabit corpora eorum comburen- B do,&c.& allucinãtur isti, quia tangibile impropor tionatum harmoniæ tactus approximatum sẽsui, & corpori non omnino subiecto dominio naturæ natum est affligere sensum,sed ignis inferni taliter se habebit ad corpora damnatorum,& tactum illo rum,ideo necesse est ea realiter affligere: uerum ta men est, quia non alterabit ea a sua naturali quali- tate, quãdoquidem cessante primo motu cessabit omnis motus corporum alternatiuus a sua natura li dispositione,sed post resurrectionem cessabit pri mus motus, qui est primi mobilis, propterea non alterabit ea a sua naturali qualitate, sed patienter sine mutatione naturalis dispositionis, & sic erunt C passibilia,& incorruptibilia,&c.

Duodecima conclusio. Anima separata potest pati,& affligi ab igne corporeo.probat hanc S.Th. Distin. 44. Quæst.3. articu.1. hic,omne illud, quod impeditur a proprio motu, uel inclinatione ab aliquo patitur ab illo, sed ani- ma separata impeditur ab igne inferni, a sua natu- rali,& propria inclinatione: ergo,&c.Vbi nota esse uarias sententias theologorum circa hanc conclu sionem. Quidam dicũt animam recedentem a cor pore trahere secum sensum, scilicet imaginationẽ, & quod ex imaginatione illa, & concupiscibilitate afficitur anima beata ad lætitiam, & damnata ad tristitiam: quidam uero affirmant animas pati ab D igne corporeo per intellectualẽ uisum illius ignis, quia cremari se aspicit crematur:alij scribũt, quod sola appræhensio, qua anima appræhendit ignem, ut sibi nocentem sufficit ad nocumentum, & tristi tiam,alij autem existimant ignem dupliciter posse considerari, primo ut est quædam res corporea,& sic non agit in animam, secundo, ut est instrumen tum uindicis iustitiæ Dei, & sic eam affligit:alij ar bitrantur, ut est Caie.in quodam suo sermone ani mam pati ab igne,quia ibi cum dæmonibus est pri uata libertate,& quasi igneis catenis ligata: hoc au tẽ maxime derogat suę naturali dignitati. alij exi- stimãt,ut Dominicus a Soto,animam ibi hoc mo E do pati,quia quemadmodum anima dum corpus quod in hac uita uiuificat,exuritur,suspẽditur,suf focatur,uerberatur, &c.patitur peculiarẽ afflictio- nem,& tristitiam,ita in inferno exuta a corpore eã dem tristitiam, & afflictionem sentit, quam passu- ra est dum corpus, quod resumpserit, sensualẽ do lorem patitur,&c.Ego autem dicerem opinionem S.Th. esse animam pati in inferno per detentionẽ, detinetur enim ibi tanquam in ergastulo fœtido, existente instrumento diuinæ iustitiæ,&c.

Decimatertia conclusio. Priuatio diuinæ uisio- nis est principalis pęna damnatorum:hanc probat S.Tho. 3. contra gentiles,quia illa pœna est maxi- Cap.141. ma pęna damnati,per quam priuatur ultimo fine Distin.44. summæ

summę desiderato, sed priuari diuina uisione, & fruitione est huiusmodi ergo,&c. Vbi nota, quod hæc conclusio est contra Aur.hic dicentem principalem pęnam, & miseriam damnatorum principalius, & essentialius, & formalius consistere in æterna displicentia,quam habent de Deo,quam in priuatione diuinæ uisionis, quia illa habet maiorem rationem detestabilis,& deceptus est ualde nō animaduertens pęnam damni nō solum esse in se malam,uerum etiam esse causam omnium aliarum pęnarum scilicet,& pęnæ sensus,& displicētiæ,& odii & combustionis,& detentionis in inferno,& breuiter omnium malorum, quæ patiuntur damnati, B nam ut uisio diuina, & fruitio est omnium bonorum radix, ita & priuatio eiusdem uisionis est omnium malorum fons,& origo,&c.

DISTINCTIO XLV.

SVperius determinatum est de his,quæ spectant ad resurrectionem, in hac præsenti dist. agitur de his,quæ pertinent ad remunerationem, uel punitionem resurgentium, & ponitur prima conclusio talis:beati uident in uerbo. orationes uocales eis directas,probat hanc S.Th. quia hæc cognitio spectat ad eorum gloriam,ut auxilium indigentibus præbeat ad salutem:ergo &c. Vbi nota,quod C quilibet beatus uidet omnia,quæ ad ipsum spectāt idest,quæ suæ curæ mandata,& commissa sunt,sicuti anima Christi uidet omnia indiuidua præterita præsentia,& futura, cuiuscunque speciei,& omniū hominum cogitationes, & actiones, quia est futurus iudex uiuorum, & mortuorum, & usus omniū rerū,quæ sub sole sunt, sic Beatus Petrus uidet in uerbo omnia singularia pertinētia ad Ecclesię ministerium,quia illi mandata fuit Ecclesia, sic & Beatus noster Patriarcha Dominicus intuetur in diuina essentia, quæ spectant ad statum sui ordinis, sic & Beatus Franciscus, & B.Apolonia uidet omnes orationes uocales ei a suis deuotis exhibitas, &c. D

Distin. 45. Quæst. 3. Articu. 1.

Secunda conclusio. Beati uident in uerbo,deuotiones mentales, & cogitationes eorum,qui eis afficiūtur.probat hanc S. Th.quia diuina essentia est sufficiens medium cognoscendi omnia: igitur uidens eam,uidet,quæ ad ipsum attinent:ergo &cæt. Vbi nota, quod hæc conclusio ponitur cōtra Duran. & aliquos Doctores anglicos, qui nullō modo esse potest,ut uerificetur hæc conclusio asserūt, quandoquidem beati nō cognitione naturali, nec beatifica, nec reuelata mentales cogitationes uidere ualet, hinc talis conclusio, est omni ex parte falsa,& decepti, sūt quia has mentales cogitationes uisione beatifica non formaliter, sed causaliter uident, quia ex hoc ipso, quod uidēt ipsi beati uerbum,seu diuinam essentiā, debetur eis,quod suo tempore innotescāt ipsis spectantia ad ipsos,inter quæ sunt deuotiones mentales,& cogitationes eorum,qui eis afficiuntur,aliter uisio illa non substātialiter constitueret illos beatos, beatitudo enim est status omnium aggregatione bonorum perfectus,&cæt.

Distin. 45. Quæst. 3. Ar.2.

Tertia conclusio. Debemus interpellare sanctos ut orent pro nobis. probat hanc S. Tho. ex uerbis Iob,uoca ergo si est,qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum cōuertere, uocare autem nostrū, A ut Gregorius ibidem dicit est humili corde,& prece deposcere:igitur cum uolumus orare Deum,debemus ad sanctos conuerti, ut orent pro nobis ad Deum.Vbi nota,quod hæc conclusio ponitur contra hæreticos negantes hanc ueritatem, quorum primus fuit Eustachius quidam propter hūc errorem,& multos alios in concilio Gangrensi damnatus, sed postea eundem errorem suscitauit Vigilantius Gallus Barchinonensis Ecclesiæ presbiter aduersus quem bis de hac re scripsit Beatus Hierony. eundem errorem postmodum tutati sunt Vualdēses, qui omnium sanctorum festiuitates ab Ecclesia auferre conati sunt,sic &Martinus Luterus Ioānes Oecolampadius,& multi alii sequaces Martini hac hæresi detinentur,dum prædicarent suis populis sanctos non esse ab hominibus honorandos, neque oportet illos orare, & tamen sic docentes destruunt totam scripturam sacram tum ueteris tum noui testamenti,scribitur enim Exodi,quod Moyses orauit pro peccato populi dicens, quiescat ira tua,&esto placabis super nequitia populi tui,recordare Abraam,Isaac,& Iacob,& Israel seruorū tuorum, &c. & sequitur infra,placatusq; est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suū, si ergo licuit Moysi offerre Deo merita patrum, quare, & ipsimet patres non poterunt multo melius offerre merita sua?in nouo etiam testamento habemus de diuite epulone, qui positus in tormentis orauit pro fratribus suis in hac uita existentibus, multomagis credēdum est sanctorū animas in cœlo positas, quæ ardentiori flagrant charitate,orare Deum pro salute fratrum in hoc sęculo manētium,nam si diues ille, qui dum uiueret nullam salutis fratrum curam habuit, pro salute illorum mortuus intercedit,multo iustius est credere sanctos, qui dum uiuerent pro hominibus orabant,hoc ipsum post mortem,quando iam Dei uisione fruuntur,feruentius facturos. multa alia ad hoc propositum adduci possent, sed breuitati studens ad grauiora negotia progredi cogor,&c.

Lib.5. moralium. Cap.30.

Cap.32.

Quarta conclusio. Sanctorum orationes suapte natura semper exaudiuntur.probat hanc S.Thom. hic ex 2.lib.Machab. hic est, qui multū orat pro populo, & pro uniuersa Ciuitate, Hieremias Propheta Dei, & quod eius oratio sit exaudita paret per hoc, quod sequitur, quod extendit Hieremias dexteram, & dedit Iudæ gladium dicēs accipe sanctum gladium munus a Deo,&c.quasi exaudita esset eius oratio.Vbi nota,quod beati semper habēt suam uoluntatem conformem diuinæ uoluntati, neque petunt aliquid a Deo,nisi quod iustum esse noscunt, & quod ipsemet Deus uult,& quia illud, quod Deus uult uoluntate consequenti etiam be- E neplaciti, illud necessario, & infallibiliter fit, propterea sequitur, quod omne illud,quod beati hac ratione postulant,dum diuinam uolūtatem agnoscunt impetrant, & siue oratione expressa dum uotis suis aures diuinæ clementiæ pro nobis pulsant, siue oratione interpretatiua,scilicet per eorum merita,quæ existentia in conspectu Dei,non solum cedunt eis ad gloriam,sed sunt nobis etiam suffragia & orationes quædam,sicut etiam sanguis Christi, pro nobis effusus dicitur ueniam petere, utroque autem modo orationes sanctorum, quantum est in ipsis sunt efficaces ad impetrandum, quod petunt,

Distin. 45. Quæst. 3. Ar.3. Cap. ulti.

Distin. 45. Quæst. 3. Ar 2. Cap.5.

runt,& ideo semper exaudiuntur,&c.

Quinta concl. Orationes sanctorum aliquando non semper exaudiuntur circa nos: probat hanc S.Tho. quia poteruut esse circa voluntatem antecedentem ipsius Dei: ergo, &c. Vbi nota, quòd non quicquid vult Deus voluntate antecedenti adimpletur, quia vult oës homines saluos fieri ad quod assequendum prouidit nobis leges, & consilia, &. cætera requisita, & tamen non omnes salui fiunt, quia in nostra volũtate, & arbitrio positũ est eisdẽ diuinis auxilijs nõ vti: eadem ergo ratione possunt Sancti aliquid erga nos velle nobisq; optare quod non impleatur, propterea non est mirum si quod Sancti,& beati volunt per hunc modum voluntatis interdum non exaudiantur circa nos, quia supponitur vt vtamur requisitis medijs ad illud cõsequẽdũ,& quia nos non amplectimur talia media, propterea vtraque conclusio veritatem habet,&c. *(Distin. 45.)*

Sexta concl. Beati non orant pro his qui sunt in purgatorio: probat hanc S.Th. quia beati nõ sunt in statu satisfaciẽdi: ergo,&c. Vbi nota quòd suffragia Ecclesiæ sunt pro defunctis quasi quædã satisfactiones viuentium vice mortuorum, & secundũ hoc mortuos a pœna absoluunt, quam non soluerunt. Sancti,qui sunt in patria, non orant pro existentibus in purgatorio, quia tunc pro omnibus orarent, & non pro quibusdam tantũ: & cum orationes eorum exaudiantur, & nullum est impedimentum ex parte existentium in purgatorio, sequitur quòd euacueretur totum purgatorium, quod diuina iustitia non permittit, &c. *(Dis.45 q.3. art.3.)*

Septima cõcl. Suffragia Ecclesiæ nõ prosunt aliquo pacto existẽtibus in inferno: probat hãc S. Th. quia non habent charitatẽ: igitur,&c. Vbi nota hic etiam varias sententias Theologorum, quarum prima fuit Origenis dicentis pœnam inferni esse finitam,& ideo multiplicatis suffragijs finitur, quæ sententia est hæretica. secunda fuit Præpositiui affirmantis pœnam extingui per suffragia nõ imperpetuum, sed vsq; ad diem iudicij. tertia est Porretani existimantis nostra suffragia iuuare non omnibus existentibus in inferno, sed tñ illis qui decesserũt in fide Christi mortua. quarta Altisiodorensis arbitrãtis suffragia valere damnatis in hoc, quia minus sentiunt pœnas. quinta est quorundam aliorum dicentium suffragia iuuare damnatis in hoc, quia videntes se non esse derelictos ab amicis, habẽt aliquod refrigerium. compendium Theologiæ Albert. Magni dicit, quòd suffragia omnibus prosunt, nam valent existentibus in purgatorio per modum purgationis, his qui sunt in cęlo per modum coniunctionis, valent damnatis per modum diminutionis rei tamẽ ueritas est quod de lege ordinaria nullo modo prosunt. *(Distin. 45.)* *(Lib.7.c.6.)*

Octaua conclu. Quatuor sunt suffragiorum genera: probat hanc Sãctus Thomas ex cõsuetudine Ecclesiæ, quæ sic habet: ergo, &c. Vbi nota, quòd hęc conclusio est definita 17.q.2. can. Animæ, vbi dicit Beatus Gregorius, Animę defunctorum, quatuor modis soluuntur, vel oblationibus sacerdotum, id est per missæ sacrificium, vel orationibus Sanctorum, vel amicorum eleemosinis, vel ieiunijs cognatorum, sunt enim satisfactoria opera, sepultura per se nuda quamuis rationẽ suffragij nõ induat, exequiæ tamẽ quibus funus curatur, suffra- *(Dis.45. q.2. articu.3.)*

A gia sunt, quia in sepultura tria sunt, officium pompę & ornamenta, & exequię ratione horum sepultura potest quoque aliquo pacto inter suffragia numerari &c.

Nona conclu. Indulgentię valent defunctis per modum suffragij satisfactorij: probatur, quia hac forma Ecclesia vtitur in bullis, quando elargitur indulgentias defunctis: ergo, &c. Vbi nota, q indulgentiæ prosunt viuis per modũ absolutionis, quia sicut prælatus in sacramento absoluit a culpis, & a pœnis aliquando in totum aliquando in partem, ita & Summus Põtifex pro pia causa extra sacramẽtum potest relaxare pœnas remissarum culparum B per indulgentias: hoc.n. modo non prosunt defunctis, sed quia applicat illis thesaurum Ecclesiæ quo defuncti ipsi cen. entur debitum soluere, vt expientur sicut si personę priuatę pro illis satisfacerent, & hoc est illis indulgentias suffragari per modum suffragij quod est dictu non per viam iustitiæ, sed per viã gratiæ, seu misericordiæ, nec omnibus prosunt, sed tantum illis defunctis qui in hac vita meruerũt, vt in purgatorio hæ illis prodessent, propterea non potest à nobis sciri si anima liberatur per indulgentiam plenariam, quia nõ constat si huiusmodi indulgẽtia plenaria per modum suffragij sit coram Deo acceptata pro illa anima. lege Caiet. de C effectu indulgent. in peculiari suo opusculo,&c. *(Distin. 45.)* *(Quæst. 5.)*

Decima cõcl. Suffragia oblata pro singulari defuncto valẽt omnibus: probatur, quia omnes fideles vniti sunt per charitatem in vno corpore mystico, sed vnum mẽbrũ iuuatur per alterum: ergo,&c. Vbi nota, quòd omnes existẽtes in purgatorio, qui vident suffragia, & beneficia oblata vni eorum in particulari oblectantur, & gaudent, immo etiam, & viui delectantur de beneficio quod frater suus accipit, licet in ratione satisfactionis soli illi auxilian tur pro quo offeruntur, siue sint indulgentiæ Ecclesiasticæ, siue priuatę eleemosynæ, quia cum sint finitę satisfactionis, si pro vno offerantur, tota satisfD factio non proderit alteri quãtum ad extensionẽ, bene autem quantum ad intentionem, & diminutionem pœnæ: sacrificia tamen communia Ecclesię oblata etiam singulari defuncto pro alijs satisfaciunt aliquo pacto, propterea intermiscentur collectæ, & orationes communes,&c. *(Dis.45.q.2. articu.1.)*

DISTINCTIO XLIIII.

Agitur in hac distinctione de iustitia, & misericordia Dei in ordine ad diuina suffragia, sed determinandum nobis est primo de receptaculis animarum post mortẽ, pro quorum notitia ponitur prima conclusio talis: animabus sepa E ratis necesse est assignare aliqua receptacula: probat hanc S.Tho. dist. 45. quia cœlum empiteum est locus corporalis, & tamen ipsum factum mox Sanctis Angelis est repletum: igitur & animabus separatis sunt certa receptacula assignanda,&c. Vbi nota, quòd à principio mundi fuerunt quinque receptacula. s. cęlum empireum, infernus, purgatorium limbus puerorum, & limbus patrũ, duo prima sunt extrema receptacula alterum summa fęlicitate, alterum vero summa miseria plenũ, tria alia post peccatum, Adde quia aliqui ab hac luce decedunt, qui nullum actuale peccatum commiserit, sed tantum originali *(41.art.1.)*

originali detinebantur istis datum est tertium receptaculum quod dicitur limbus puerorũ, in quo existunt qui priuati sunt diuino conspectu, & ignẽ inferni non sentiunt, & quia aliqui decedunt sine originali peccato, tamen cõmiserũt aliquid actuale, de quo pœnitentiã egerunt, sed non satisfecerũt pro eius pœna istis assignatur aliud receptaculum quod dicitur purgatorium, aliqui vero patres, tam legis naturæ, quàm scriptæ, defuncti sunt in maxima amicitia Dei purgatis omnibus eorum peccatis, istis datum est aliud receptaculum, tãquam depositum quoddam quod quidem dicitur limbus patrum, & sinus Abrahæ, &c.

Cap.5. Dist.45. Secunda concl. Post mortem Christi aliquæ animæ statim volant ad cælum: probat hanc S. Tho. ex verbis Apostoli 2. Cor. Si terrena nostra habitatio dissoluatur domum habemus nõ manu factã conseruatam in cęlis: igitur dissoluta carne anima habet mansionem, quæ in cœlis fuerat ei conseruata: ergo, &c. Vbi nota, quòd sicut in corporibus est grauitas, vel leuitas qua feruntur in locum suum, qui est finis motus ipsorum, ita etiam in animabus est meritum vel demeritum quibus perueniũt animæ ad præmium vel pœnã, quæ sunt fines actionũ ipsarum, vnde sicut corpus per grauitatem, vel leuitatem statim fertur in locum suũ nisi prohibeatur, ita statim aïæ soluto vinculo carnis per quod in statu viæ detinebantur præmiũ consequuntur, vel pœnam, nisi aliquid impediat, sicut interdũ impedit consequutionem præmij veniale peccatum quod prius purgari oportet, ex quo sequitur quod præmiũ differatur, & quia locus deputatur animabus secundum congruentiam præmij vel pœnæ, statim vt anima à corpore absoluitur, vel in infernum demergitur, vel ad cœlum euolat, nisi impediatur aliquo reatu quo oportuit euolationem differri, vt

Cap.28. prius anima purgetur, lege de hac re D. Greg. quarto dialogorum, &c.

Tertia concl. Infernus est in cẽtro grauitatis terræ: probatur ex nomẽclatura eius, nam ideo infernus dicitur, quia inferius iacet: ergo, &c. Vbi nota, quòd beati, & damnati meritis, & præmiis è diametro distant, conueniens est etiam vt loco sint, quàm maxime semoti, & diuersi, cum ergo beati sint in supremo cœlo, sequitur vt damnati sint deorsum in puncto inde longissime distanti, illud autem est centrum grauitatis terræ, quippe quæ nõ est æqualiter vndequaque ponderosa, nam qua parte aquas tangit ponderosior est, & qua vsui nostro patet leuior, non idem est punctum quantitatis medium, & grauitatis, hoc autem quo grauia feruntur maxime à lunari orbe remotum est, licet aliqui velint infernum esse in valle Iosaph. propterea quòd campus illic patens dicebatur gehenna, & Christus Dominus appellat infernum gehennam ignis, sed hoc nihil est, quia idolatræ filij Ennon illic dæmonibus filios sacrificãtes igne cõcremabãt, vsu venit apud Hebræos, vt infernum appellarent gehẽnam, quod est vallis Ennon: non defuerunt alij existimantes infernum habere poni in sfera ignis, quia si animę in inferno cruciantur igne: igitur infernus erit in sphera ignis: istis tamen non obstantibus cõclusio posita sequenda venit, &c.

Quarta cõclusio. Anima separata potest seipsam

Distin.45. localiter mouere: probatur, quia anima separata saltem ex diuina permissione potest ex suis receptaculis exire, & viuis apparere, vt ait Aug. de cura pro mortuis agenda: ergo, &c. Vbi nota, quòd hęc conclusio nõ est credita, sed naturali ratione scita, & cognita, quia anima humana est per se subsistẽs, sua enim natura est potens separata subsistere cui per se competit intelligere, & velle, dato per possibile, quòd anima sine culpa, & gratia fuerit à corpore separata, vt si homo in puris naturalibus conditus moueretur, qui negaret animam se posse mouere, fateri teneretur, quòd eodem loco quo corpus egreditur deberet perpetuo manere, cõsequẽs tamen videtur absurdum, quia posset illa anima, alia à se distantia loca agnoscere, ac subinde appetere, cum ergo suapte natura corpore non indigeat vt sit, videtur eadem natura ei tribuisse, vt possit de loco in locum migrare, & ideo conclusio est naturaliter cognita, &c.

Quinta concl. Licet anima possit seipsam localiter mouere, tamen aliquando ab angelis bonis vel malis deferri potest: probatur, quia scribitur apud Distin.46.
Lucam factum esse, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ: ergo, &c. Vbi Cap.16.
nota, quòd hæc conclusio non est intelligenda de necessitate quo ad secundam partem, ita quòd anima nequeat se cõferre ad suum receptaculum, propterea defertur ab angelis, sed ex alijs causis, s. honoris gratia, & ad cumulum suorum meritorum, vt legitur de diuo Benedicto, Antonio, & Martino, ac cæteris, qui fuerunt valde dilecti à Deo, animæ vero damnatorum, quia sunt rebelles, & Deo inobedientes, propterea ad instar secularis iustitiæ ligantur, & portantur ad infernum per malos Angelos, quippe qui etiam animas puerorum cum peccato originali decedentium asportant ad limbum ibique relinquunt, quia non possunt eas torquere pœna sensus. Animæ vero deputandæ in purgatorio cum fuerint obedientes diuinis mãdatis sponte proficiscuntur ad illum locum, quia sciunt debere per purgatorium trãsire ad patriam æternam rationi cõsentaneum tamen est, vt angeli custodes eas comitentur consolando ipsas, vt amicus consolari solet amicum suum, hoc tamẽ verissimum puto quòd eodem momẽto quo anima corpus exuit eodem loco iudicari, nam illas quæ vel purgatorio vel puerorum limbo sunt adigendæ, non est putandum in cœlum ad tribunal Christi prius aduolare, vt sententiam audiant, sed ex corporibus recta in sua quæque receptacula mittuntur, cum ergo missio illa sit iudicij sententiæque exequutio, & sententia debet exequutionem antecedere, tanquam causa effectũ iuxta illud Matth. quia dedistis mihi mandu- Cap.25.
care, ite benedicti, &c. Et quia non dedistis, ite maledicti, &c. cõsequitur, vt eodem protinus loco quo quæuis anima à corpore separat iudicetur: fit autẽ iudiciũ illud mentaliter: reuelatur enim cuiq; animæ, idque virtute Christi, aut per angelum custodem, aut per infusionem specierum, aut cognitionis quo statu quibusq; meritis decedat, adiecta sententia, quam inde statim anima exequi pergit, quæ omnia fiũt authoritate Christi, cui datum est iudicium facere, vt scribitur apud Ioannem Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, &c.

Sexta conclu. Non licet de lege ordinaria nrræ Distin.46.
pro

pro paruulis in limbo existentibus probatur, quia sunt extra charitatem: ergo, &c. Vbi nota, quod orationes, preces, & suffragia non sunt exhibenda nisi pro his, qui existunt in purgatorio, non autem pro his, qui sunt in limbo, neq in inferno, neque in paradiso: patet hoc in cap. maiores extra de baptismo, vbi dicit Innocentius iniuriam facit martiri, qui pro illo orat, animæ enim, quæ sine omni labe peccati, aut reatus pœnæ ab hac vita discedunt, statim volant ad perennem illam beatitudinem, in qua non indigent nostris suffragijs, & ex hoc confutatur error Armenorum, qui nullam animam ante diem iudicij esse beatam asseruerũt quem etiam errorem amplexi sunt Beatus Irenæus martyr in calce libri. 5. aduersus hæreses, &
Cap. 11. Theophylatus exponens locũ Beati Pau. ad Hebr. & bi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt &c. & Beatus Bernard. Serm. 3. & 4. in festo omnium Sãctorum, qui omnes Sanctissimi Patres cũ se iudicio sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ, subiecerint, non hæretici iudicantur, &c.

Septima concl. Animæ in purgatorio existentes cognoscunt, quæ apud nos in hac vita geruntur:
Distin. 46. probatur authoritate Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda: ergo, &c. Vbi nota, quòd animæ illæ multis modis hoc agnoscere valent, primo per effectus, quia sibi tormenta minui sentiunt. secundo per animas illas, quæ a nobis ad purgatorium migrãt: tertio, per diuinam reuelationem. quarto per reuelationem Angelorum, non tamẽ uidẽt ea in verbo neque cognitione naturali, vt Quidã dixerunt, & male &c.

Octaua concl. Pœna dęmonum in inferno exi-
Distin. 46. stentium numquam finietur: probat hanc S. Tho. hic, quia beatitudo bonorum Angelorum nunquam finietur: ergo neque miseria, & pęna malorum. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur con
Cap. 17. tra Origenem, qui, vt ait Beatus Pater Aug. lib. 21 de Ciuitate Dei, voluit dæmones quandoque per misericordiam Dei fore liberandos a pęnis infer-
Cap. 11. ni, præsertim cũ habebatur Sap. misereris omniũ Domine quoniam omnia potes, sed inter omnia etiam dæmones continentur, qui sunt Dei creaturæ, & ex hoc voluit pęnam dæmonum, aliquando terminari, & deceptus fuit valde non considerans
Cap. 25. quod habetur apud Matth. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, vnde clare colligitur eos æternaliter puniri, quod
Cap. 9. etiam manifestantur ex verbis Apocalip. diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi bestia, & pseudo Prophetæ cruciabũtur die ac nocte in sæcula sæculorum, quibus verbis æternitas significatur, nec valet, id quod addu
Cap. 11. citur ex Sapientia, quia illud intelligitur ꝙ Deus in quantũ in ipso est miseretur omnibus, sed quia eius misericordia sapientiæ ordine regulatur, inde est quòd ad quosdam non se extendit, qui se fecerunt misericordiæ indignos, sicut illi, qui sunt obstinati in malitia, &c.

Nona conclus. Animæ hominum quæ sine charitate ab hac vita decesserunt perpetuo in inferno
Distin. 46. cruciandæ sunt: probat hanc S. Tho. ex Damas. 2.
Cap. 4. lib. fidei orthodoxæ, dicente hoc est hominibus mors quod angelis casus, sed angelis post casum fuerũt irreparabiles: ergo similiter homines post mortem, &c. Vbi nota, quòd hic sunt diuersę opiniones, quidam enim dixerunt pęnam dæmonum esse æternam, sed non ipsorum hominum etiam infidelium, quidam autem existimauerunt etiam infideles perpetuo puniri, sed nõ christianos: qui dam vero docuerunt hoc esse verum de christianis catholicis non hæreticis, quantumcũque alijs criminibus inuoluantur, istis tamen non obstantibus conclus. intelligenda venit vniuersaliter, vt iacet, &c.

Decima conclus. est, Locus proprius beatorum est cœlum empireum: probatur, quia locus & loca Distin. 46.
tum debet proportionari: ergo, &c. Vbi nota, ꝙ hæc conclusio de fide tenenda beatorum receptaculum esse cœlum, iuxta illud Matth. Merces vestra copiosa est in cęlo, quamuis beatitudo in visione & fruitione diuinæ essentiæ consistat, & vbique locorum homo beatificari possit, nam angeli ad nos descendentes, semper vident faciem patris, & animæ Sanctorum Patrum in limbo descẽdente anima Christi ad eas fuerunt beatæ sicut anima latronis, cui dictum fuit hodie mecũ eris in paradiso, tamen conclusio intelligitur regulariter de propria sede beatorum quę est cęlum empireũ, scilicet splendissimum, &c.

DISTINCTIO XLVII.

Agitur in hac dist. de iudicio generali pro cuius notitia ponitur prima cõcl. talis: Christus in vltimo iudicio iudicabit nõ solum, secundum naturam humanã, sed etiam secundum naturam diuinã: probat hanc S. Tho. 3. parte, quia q. 59. ar. 2.
secundum vtranque naturam Christus habet potestatem introducendi homines in regnum cęlorum, & excludendi ab eo: igitur, &c. Vbi nota, ꝙ hæc conclusio ponitur contra Scotum volentem iudiciariam potestatem conuenire Christo tantummodo secundum diuinam naturam, quia filius Dei est coniungere animam obiecto beatifico, & ad hoc suadendum adducit multas friuolas rationes, & inanes, sed quia conclusio nostra est clarissima, ꝙ Christus ea ratione qua filius Dei est habet per essentiam, ac per æternam generationẽ iudicij potestatem, cæterum, vt homo, siue secundum humanam naturam non habet eam, nisi donatione siue cõstitutione Dei Patris: hinc Petrus Cap. 10.
in actis Apostolorum sic loquitur, qui cõstitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum: si constitutus: ergo non ex naturæ qualitate, sed a constituente habet iudicij potestatem, & sic ratione diuinitatis tantum hæc authoritas ei non competit, sed habet per constitutionem ratione naturæ humanæ assumptæ: hæc veritas patet ex illo Psal. 2. postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem, & possessionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea, &c. quibus verbis duo insinuare videtur Propheta, alterum est Christum esse cõstitutũ iudicem a patre, alterum vero hanc iudicandi potestatem Christo competere secundum humanitatem, &c.

Secunda conclusio: Iudiciũ vniuersale erit mentaliter habendum: probat hanc S. Tho. quia sentẽ Dis. 47. q. 1.
tia proportionaliter debet testmonio respõdere, sed testimonium, & accusatio vel excusatio mentalis

talis erit, unde ad Roman. testimonium illis red- A Cap.2. dente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiã defendentium in die, cum iudicabit Deus occulta hominum: & sic videtur quòd illa sententia, & totum iudicium mentaliter explicatur. Vbi est notandũ, quòd quid verum sit circa hanc rem pro certo difiniri nõ potest, tamen probabilius existimatur, quod totum illud iudiciũ, quo ad discusionẽ, & quo ad accusationem malorum, & commendationem bonorũ & quo ad sententiam de vtrisque mentaliter perficietur, si enim vocaliter singulorum dicta, & facta narrarentur inęstimabilis magnitudo temporis ad Cap.6. hoc exigeretur, sic etiam Aug. 20. de Ciuitate Dei, B ait, si liber ex cuius scriptura omnes iudicabuntur, Cap.9. vt dicitur in Apocalip. carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem, aut longitudinem valear existimare, aut quanto tempore legi poterit liber ille in quo scriptæ sunt vniuersæ vitę vniuersorum, non autem minus tempus requiritur ad narrandũ oretenus singulorum facta, quam ad legendũ si essent in libro materiali scripta, vnde probabile est, quòd Cap.25. illa, quæ dicuntur apud Matth. non vocaliter, sed mentaliter sunt esse perficienda contra Dur. hic.

Tertia concl. Tempus futuri iudicij est omnino incertum: probat hanc S. Tho. ex verbis Apost. ad Cap.5. Thes. 1. Dies Domini sicut fur in nocte ita venier, C sed aduentus furis in nocte est omnino incertus: ergo, &c. Vbi nota hic esse quatuor opiniones quarũ prima est, dicens futurũ iudiciũ esse ab orbe condito post triginta sex milia annos, quia hoc tempore complet suum motum, ipsum firmamentum. secunda opinio dicit, quòd iudiciũ debet esse completis sex milia annis a creatione mundi, & quia duo millia transierunt sub lege naturæ, duo millia sub lege scripta, & duo millia debent compleri sub lege euangelica, quibus completis erit iudicium, tertia opinio ait, ꝙ cũ prædicatum fuerit euangelium in toto orbe, tunc fiet iudicium, & quia apparet temporibus nostris hoc esse cõpletum apud D Indos: igitur, &c. Quarta opinio est S. Tho. volentis quòd sicut mundus in cœpit per solam notitiã Dei, ita etiam, & finietur, & hoc voluit Christus in Cap.1. actis Apostol. non est vestrum nosce tempora, vel momenta quæ pater posuit in sua potestate, quasi dicat soli suę potestati reseruata sunt hæc, &c.

Quarta concl. Iudicare causaliter in iudicio vniuersali cõuenit bonis, & malis: probat hanc S. Th. quia tale iudicium est iudicium comparationis: er Dis.47.q.2. articu.2. go, &c. Vbi nota, quòd illud dicitur iudicare causaliter vnde apparet aliquis iudicandus, & secundũ hoc aliqui dicuntur iudicare cõparatione in quantum ex comparatione aliorum aliqui iudicãdi o- E Cap.12. stenduntur, vt patet apud Matth. viri Niniuitæ surgẽt in iudicio, &c. & sic venit intelligenda conclus.

Quinta conclus. Iudicare interpretatiue conuenit solis electis: probat hanc S. Tho. quia soli electi consentiunt Christo iudici: ergo &c. Vbi nota, ꝙ tunc aliquis aliquem interpretari dicitur quando ei consentit, vnde illi qui consentiunt Christo iudici eius sententiam approbando iudicare dicuntur & hoc est, proprie electis de quibus dicitur indica Cap.3. bunt Sãcti nationes. Sap. iudicare per similitudinẽ tanquam assessores conuenit Apostolis de quibus dicitur, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus, &c. iudicare. i. in alios sententiam ferre ex propria authoritate est solius Dni: iudicare ex datione & constitutione conuenit soli Christo: iudicare. i. ꝓnũciare sñiam latã cõuenit oib. viris pfectis, &c.

Sexta conclus. Omnes in iudicio vniuersali comparebunt: probat hanc S. Tho. quia habetur in a- Dis.47.q.1. ctis Apostolicis, ꝙ Christus est constitutus iudex articu.3. a Deo viuorũ, & mortuorum, sed sub istis differẽ Cap.10. rijs comprehenduntur omnes homines: ergo, &c. Vbi nota, quòd potestas iudiciaria Christo homini collata est in præmium humilitatis, quam in passione exhibuit, ipse autẽ in sua passione sanguinem pro omnibus fudit quãtum ad sufficientiam, B licet non in omnibus effectum habuerit propter impedimentum in aliquibus inuentum, & ideo cõgruum est, vt omnes homines in iudicio congregentur ad videndum eius exaltationem in humana natura secundum quam constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum, & hinc scribitur in Apoc. ecce veniet cum nubibus, & videbit eum om Cap.1. nis oculus, hoc autem non esset nisi omnes homines in iudicio comparerent, &c.

Septima concl. Tam boni quam mali iudicabuntur in iudicio vniuersali: probat hanc. S. Tho. ex ver Dis.49.q.1. bis Apostoli 2. Cor. omnes nos manifestari opor- articu.3. tet ante Tribunal Christi, vt referat vnusquisque Cap.5. C ꝓpria corporis, quę gessit siue bona, siue mala: igitur, &c. Vbi nota. quòd ad iudicium duo pertinet scilicet discusio meritorum, & retributio præmiorum. quantum ergo ad receptionem præmiorum omnes iudicabuntur etiam boni in eo, quod vnusquisque recipiet ex diuina sententia præmium correspondens merito, sic etiam quantum ad discusionem meritorum, quæ quidem nõ fit nisi vbi est quædam meritorum commistio bonorum cũ malis, pueri quoque ante ætatem perfectam decedentes in iudicio comparebunt, non vt iudicentur sed vt videant gloriam humanitatis iudicis, & sic etiã impij, & infideles comparere debent ad intuendã D Maiestatem iudicis Christi.

Octaua conclus. Angeli boni vel mali nullo modo iudicabuntur: probat hanc. S. Tho. Quia Deus non iudicat bis in ipsum: ergo, &c. Vbi nota, quòd iudicium discusionis nullo modo habet locum neque in bonis Angelis, neque in malis, quia neque in bonis potest aliquid mali inueniri, neque in malis aliquid boni ad iudicium pertinens, & licet dicat Apostolus, 1. Corint. nescitis quoniam ange- Cap.5. los iudicabimus, hæc verba intelligenda sunt de iudicio comparationis, quia quidam homines quibusdam Angelis superiores inuenientur, & sic directe loquendo iudicium hoc generale, nec ex parte E iudicantium nec ex parte iudicandorum respiciet angelos, sed tantum homines, licet indirecte quodammodo respiciet angelos inquantũ actibus hominum fuerunt commisti, &c.

Nona concl. electi resurgent cum omnibus mẽbris, quæ sunt de integritate humani corporis etiã si in vita illis caruerint: probatur ex S. Tho. Dei per- Dis.47. fecta sunt opera, sed resurrectio fiet opere diuino: ergo homo reparabitur perfectus in omnibus mẽbris. Vbi nota, quòd hæc conclusio est de mente Apostoli ad Ephes. vbi ait donec occurramus om- Cap.5. nes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & alibi idem Apostolus ait, resur- 1.Cor.15.

gent

gent incorrupti, vbi dicit glossa sine aliqua lęsione
membrorum, non tamen resurgent cum omnibus
partibus carnis, & materię, quas per totam vitã ha-
buerunt, quia si homo centum annos uixisset eius
corpus vel esset immoderatæ quantitatis si partes
non condensarentur, vel si condensarentur essent
immoderatæ qualitatis, quorum vtrũq; est super-
fluum, & deforme, & tamen corpora gloriosa nul-
lam habebũt deformitatem, præsertim cũ ex eisdẽ
verbis Pauli habeamus, quòd homines resurgent
cum tanta quantitate quantam habebant, vel ha-
buissent vsque ad trigesimum annum si ad illam vs
que ætatem uixissent, resurgent enim cum capillis,
Cap.19. & vnguibus, quatenus sunt ornamentum naturę, vt
docet Beatus Aug. 22. lib. de Ciuitate Dei: capilli e-
nim licet sint naturæ superfluitates sunt nihilomi-
nus eius ornaméta, vnde sunt de secũda perfectio-
ne corporis humani quamuis nõ de prima, & quia
homines resurgent in omni perfectione suæ natu-
ræ, propterea oportet, vt capilli, & vngues resurgãt
in ipsis, non tamen omnes capilli, & vngues erant re
parandi, &c.

Distin.47. Decima concl. Reprobi resurgent cum integri-
tate membrorum: probatur ex Apostolo dicente
Cap.15. mortui resurgẽt incorrupti, & nos immutabimur
1. ad Cor. vbi ait glossa pœnes integritatem corpo
rum non posuisse Apostolum, inter reprobos, & ele
ctos discrimen, sed solum pœnes impassibilitatem
Dis.44.q.3 quam verbo illo, & nos immutabimur indicauit.
Vbi nota, quòd Dur. narrat tres opiniones de re-
probis, quarum prima est Aug. dicentis corpora
sanctorũ sine vlla deformitate esse resurgenda, cor
pora vero reproborũ dubitari solet, vnde dubius
fuit Aug. de reprobis: secunda opinio existimat re
probos resurgere cum deformitatibus quas habue
runt a natiuitate, & hanc sequitur ipse tertia est o-
pinio S. Tho. in concl. posita, & sequenda quia, istæ
propositiones sunt vniuersales tam de bonis quam
de malis, omnes. n. resurgent in ætate iuuenili, & in
eadem statura corporis, & viri in sexum uirili, & fę
minæ in sexu fęmineo cõtra aliquos, qui oppositũ
huius tenuerunt arbitrantes pudenda fęminarum
tunc esse ad libidinem, & decepti sunt quia: sicut
Adam, & Eua in statu innocentiæ non erubescebãt
cum essent nudi, sic erit quoque in resurrectione.

DISTINCTIO XLVIII.

Agitur in hac dist. de mũdi innouatione pro
cuius notitia ponitur conclusio talis: In Die
Dis.48.q.2. articu.1. iudicij mũdus simul innouabitur, & homo
glorificabitur: probat hanc S. Tho. Quia habitatio
debet habitatori congruere, sed mũdus factus est,
vt sit habitatio hominis, sed homo innouabitur:
ergo, & mundus quoque simul innouari debet.
Cap.21. Vbi nota, quòd hęc conclusio habet fundamentũ
in Apocalypsi vbi legitur uidi cęlum nouum, & ter
ram nouam, primum. n. cœlum & prima terra abijt
& mare iam non est, & loquitur de vltima mundi
consumatione, omnis. n. rei innouatio fit per ali-
Cap.7. quam purgationem, vt conspicitur in purificatio-
ne metallorum, cui alludit Apostol. 2. Cor. vbi ait,
præterit figura huius mundi: præterire namque fi-
Cap.1. guram est per purgationẽ immutari, & licet dicat
Salomon Eccl. quid est quod fuit? ipsum quod fu-
turum est, quibus verbis insinuare videtur semper
eadem fuisse in mundo eademque futura esse, & nũ
quam aliquod innouari, verum qui bene conside
raret verba Salom. non est ille eorum sensus, quan-
doquidem loquitur ibi de cursu naturaliũ, quod
patet ex hoc quod subditur nihil sub sole nouum
cũ enim sol circulariter moueatur oportet ea, quæ
solis virtuti subsunt circulationem aliquam habe-
re, quæ cõsistit in hoc quia illa quæ priora fuerunt
iterum redeunt specie eadem numero diuersa, vt Circa finẽ.
scribit Philosoph. 1. de gener. ea vero quæ ad statũ
gloriæ pertinent Solis virtuti non subijciũtur, &c.

Secunda conclu. Illa noua mundi purgatio per
ignem est facienda: probatur ex illo Psal. ignis in Psal.49.
conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempe
stas valida: igitur, &c. Vbi nota, quòd authoritas
adducta expresse loquitur de extremo iudicio, q
patet ex verbis præcedentibus, & subsequentibus,
ait. n. Deus noster manifeste veniet, idest non oc-
culte sicut in primo aduentu, & sequitur ignis in
cospectu eius exardescet, &c. aduocauit cęlum de
sursum hoc est angeli, & animæ de superno cęlo de
scendant, & terram decernere populum suum. i. vt
iudicet populum suum, quamuis Aug. 10. lib. de Cap.9.
Ciuitate Dei legat aduocauit cęlum sursum, idest,
vt sursum ascendat: quare nomine cœli intelligit
iustos, q, vt ait Paulus ascẽsuri sunt Christo obuiã
in aera, & noíe terræ intelligit damnatos, sed prior
lectio congruentior est, & super illud 1. Cor. præte- Cap.7.
rit figura huius mundi, ait Augu. 20. de Ciuitate Cap.16.
Dei, pulchritudo huius mundi mũdanorum igniũ
cõflagratione peribit, sicut factum est in mundana
rum aquarum inundatione diluuij, & subdit infe-
rius, vt. s. mundus in melius innouatus aperte acco
modetur hominibus etiam carne in melius inno-
uatis, & 2. Pet. scribitur, mundus aqua inundatus Cap.3.
perijt, cœli autem, qui nunc sunt, & terra eodẽ ver-
bo (hoc est eadem sententia) repositi sunt igni re-
seruati in die iudicij, & perditionis hominum, &
subiungit verba illa quæ iam supra citata sunt. s. q
elementa, & cœli ardentes soluentur, nouos autem
cęlos, & nouam terram, & promissa expectamus in
quibus iustitia habitat, &c.

Tertia conclu. Ignis ille erit eiusdem speciei cũ Dis.48.
elementari nostro: probatur, quia aqua per quam
factum est, diluuium tempore Noe fuit eiusdem
speciei cum aquis nostris: ergo &c. Vbi nota hic
esse tres opiniones quarum prima est, quòd elemẽ-
tum ipsum tunc sit ascensurum in illud officium
non, quòd locum suum debeat vacuum relinque-
re, quia hoc rerũ naturę aduersatur, sed quod per
cõbustionẽ aeris, multiplicabitur vsq; ad terram
propter exerescentem tunc eius virtutem, &c. Secũ
da opinio cogitat ignem illum vehementibus solis
radijs in nubes densas congestis gignẽdum, quem-
admodum in speculo eorum reuerberatione solet
ignis accendi. tertia est opinio S. Th. in conclusio-
ne posita, & sequenda nàm quemadmodum tem-
pore diluuij tot multitudo aquarũ genita fuit per
causas naturales, licet fuerint aquæ illæ virtute Dei
supernaturali coadunatæ, ita erit de illo igne tem-
pore iudicij causis naturalibus generabitur, & vir-
tute Dei supernaturali congregabitur, & sicuti qui-
libet ignis genitus ex quauis materia eandem reti-
net naturã specificam, vt ignis genitus ab alio igne

& ignis

& ignis proiectus ex ferro,& silice,& ignis accensus in carbone,& in palea,omnes sunt eiusdem speciei, sic etiam, & ille ignis per quem mūdus purgandus erit, & ignis infernalis, & ignis purgatorius eiusdē erunt speciei,&c.

Quarta conclu. Orbes cęlestes non attingentur ab illo igne,neque per ipsum purgabuntur: probat hanc S.Thom. quia orbes illi cęlestes non sunt receptiui peregrinarum impressionum: ergo, &c. Vbi nota, quòd purgatio mundi, ideo fienda est,vt remoueatur à corporibus dispositio contraria perfectioni gloriæ, quæ quidem perfectio est vltima rerum cōsumatio, & hæc quidem indispositio in omnibus corporibus inuenitur, sed diuersimode in diuersis:in quibusdā inuenitur indispositio secundum aliquid inhærens substantiæ ipsorum,sicut in istis corporibus inferioribus, quæ per mutuam mistionem decidunt à propria puritate;in quibusdā vero corporibus inuenitur indispositio non per aliud eorum substantiæ inhærens,vt in corporibus cęlestibus, in quibus nihil inuenitur repugnans vltimæ perfectioni vniuersi nisi motus, qui est via ad perfectionem,& ideo orbes cęlestes,nec per ignem nec per alicuius creaturæ actionem purgabuntur, sed ipsa eorum quietatio sola voluntate diuina accidens cis loco purgationis erit.hinc optime dictū est in conclusione quòd per ignem non purgabuntur,&c.

Dist.47.q.2. articu.2.

Quinta conclu. Ille ignis præcedet iudicium, & faciem aduenientis iudicis: probat hanc S.Thom. ex Psal. Ignis ante ipsum præcedet, &c. Vbi nota, quòd ille ignis habebit duos effectus, quorū alter præcedet iudicium,alter vero subsequetur sententiam iudicis, quia erit eiusdem sententiæ exequutio, quòd autem prior effectus antecedat, patet ex hoc, quia resurrectio mortuorum præcedit iudicium,vt scribit Apostolus 1. ad Thes. quòd illi qui tunc reperientur viui rapiētur obuiam Christo venienti, atque adeo iam tunc mortui eruut,& excitati: beati vero resurgent in gloria: itaq; terminus, & finis resurrectionis erit gloria animarum, & corporum, & ignis per virtutem suam naturalem resoluet corpora in cineres, & hoc quantum ad bonos,& malos, vt vero est instrumentum iudicis vindicantis diuersimode aget in diuersos quantum ad sensum pœnę,mali enim per actionem ignis cruciabuntur, boni vero in quibus nihil purgandum inuenitur sentient cruciatum doloris ex illo igne plus vel minus pro meritorū diuersitate, sed quantum ad actum quem post iudicium ille ignis habebit,in damnatos tantum aget,quia omnes boni habebūt corpora impassibilia, & hic est alter effectus qui sequitur iudicium.

Dist.47. Psal.96. Cap.4.

Sexta conclu. Ignis conflagratione tria elementa, scilicet terra aqua, & aer purgabuntur: probat hanc Sanctus Thomas ex Beato Petro dicente dies Domini sicut fur in quo elementa calore soluētur: ergo,&c. Vbi nota, quòd sunt de hac conclusione tres opiniones, quarum prima dicit, quòd omnia elementa retinebunt suam materiam, & mutanda erunt quo ad suam imperfectionem, secunda opinio vult omnia elementa esse permansura secundū substantiam, sed mutabuntur in hoc, quòd remouendæ sunt ab illis qualitates actiuę,& passiuę.tertia est opinio dicens,quod elementa,& in suis sub-

A stantijs,& cum suis qualitatibus perdurabūt,expurgabuntur tamen ab alienis naturis quæ fuerunt cū ipsis commistę, videlicet ab impuritate,quam per mutuam actionem, & passionem contraxerant, vt puta per vapores, & exhalationes,per quæ rigorem æstus, & frigoris habebant,cessante enim motu cęli omnia quoque illa cessabunt,& sic purgabuntur per ignem ab impuritate, & infectione nostrorum delictorum, namque hæc purgatio nihil aliud erit quàm quædam recōciliatio,vt Deo homine reconciliato mundus etiam sit ei gratus, atque adeo statui beatorum idoneus, quemadmodum, quæ immunda sunt aqua, & igne,& hyssopo lustrantur, vt

B antiquitus vasa,& nunc violata templa,&c.

Septima concl. Paradisus terrestris non erit purgandus: probat hanc S.Thom.quia ille non est locus peccantium:ergo,&c.Vbi nota,quòd quamuis peccatum primi hominis in terrestri paradiso fuerit commissum, tamen quia ex illo loco homo fuit ereptus subito sicuti diabolus ex cœlo empireo,ob id nec etiam cœlū empyreum purgatione indiget, immo nec elementum ignis in sua propria sphæra purgabitur,quia ibi nō est pollutum nostris vsibus nec subditum aliquibus commistionibus, cum sit remotissimū ab iniquitatibus nostris,nam vt Aug. ait 2.lib.de Ciuit.Dei purgatio mundi in die iudi-

Dist.47.q.2. articu.2. Cap.18.

C cij perueniet per ignem ad illum locum ad quem peruenerūt aquæ diluuij,illæ autem aquæ nō ascenderunt nisi cubitis quindecim super montium cacumina,vt habetur apud Genesim, & sic fit,vt neq; ignis ille altius sit progressurus, vt ait Glossa super illud Thes. 1.in flamma ignis dantis vindictam:mixta,& animalia non purgabuntur,sed consumentur illo igne, quia generationes omnium cessabūt cessante motu cœli,& Sol remanebit in Oriente, & Luna in Occidente, quia in his locis fuerunt condita, vel vt opinatur Riccardus persistent in illo loco in quo magis elementis expediet, lux vero corporū cœlestium augebitur,vt legitur apud Esai.erit tunc

Cap.7. Cap.30.

D lux Lunæ,sicut lux Solis,&c.vt Sancti magis Deum collaudent,sic & elementa habebūt maiorem splendorem, quam nunc habent quandoquidem sicuti cęli erunt splendidiores, ita & elementa quæ illis subijciuntur:verum vnumquodque iuxta proportionem suæ naturæ,nam ignis vt Luna fulgebit,aer vt ignis,aqua vero erit crystallina,terra autem vt vitrū, vt colligitur ex Esai.& ex Apoc. Ecce ego creo cœlos nouos,& terram nouam,&c.

Cap.65. Cap.21.

Octaua conclusio. Diuinitas Christi in iudicio à solis bonis videbitur: probat hanc Sanctus Thomas,quia si reprobi viderent, vtique gauderent, & tamen videndo Christum non gaudebunt, sed

Dist.48.

E tristabuntur: ergo, &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Scotum, præsertim quo ad rationem probantem, existimat enim ipse Scotus, quòd diuina essentia potest videri sine hoc, quòd videns eam gaudeat, & non aduertit hic vir, quòd loquitur contra Aug. 1. de Trin.dicētē, ꝙ cū boni, & mali visuri sint iudicem bonorū, & mortuorum mali tñ eum uidere non poterūt nisi secundū formam qua filius hominis est, cæterū illā Dei formā in qua æqualis est Patri proculdubio nō uidebūt, non.n.sunt mundi corde, & tamen beati mūdi corde quoniam ipsi Deum uidebunt,& gaudebunt, & in lib. de verbis Dñi ait rectum erat, vt iudican-

Cap.13. Cap.5.

di viderent iudicem, iudicandi autem erunt boni, & mali, restat vt in iudicio forma serui, & bonis, & malis ostenderetur, forma vero Dei solis bonis reseruaretur, intellectu.n. videtur non sensu. quibus verbis aperte ostenditur, quòd diuinitas, quæ est bonitas per essentiam impossibile est, vt visa non delectet, si aliqua est visio non semper delectabilis conuenit eam quãdoque esse tristabilem, sed visio intellectiua, nunquam est contristabilis, quia delectationi, quæ est in intelligendo non opponitur aliqua tristitia: cum ergo diuinitas non possit videri, nisi per intellectum, sine maximo gaudio, & summa delectatione videri nequit, &c.

Dist. 48. Nona conclu. Separatio bonorum à malis, & electorum à reprobis metaphorice intelligẽda venit: probatur, quia Apostolus loquẽs 1. ad The. de electis, ait, nos, qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum Christo in aera, & sic semper cum domino erimus, quibus verbis clarissime indicauit electos in aere, reprobos vero in terra futuros esse: igitur à dextris, & à sinistris non localiter intelligenda venit, cum electi sursum reprobi deorsum intra futuri sunt. Vbi nota, quòd non defuerunt dicentes separationem electorũ à reprobis debere esse localiter intelligendam à dextris, & à sinistris, & male intelligunt, quia nomine dextræ intelligenda est misericordia Dei, nomine autem sinistræ iustitia, sunt qui per dextram prosperitatem, atq; sempiternam fœlicitatem intelligere autumant, per sinistram extremã miseriam. Origenes super Matth. vt refert Abulens. opinatus est per dextram electorum intelligendam esse notitiam quam electi suæ salutis habebunt, & per sinistram notitiam reproborum qua se iuste damnatos esse intelligunt. quomodocunque intelligatur, cõclusio ex se patet, &c.

Cap. 4.

Cap. 25.

Decima conclu. Christus Dominus venturus est in forma humana ad iudicandum: probatur ex illo Matth. Cum venerit filius hominis in sede Maiestatis suæ: ergo, &c. Vbi nota, quia dominorũ proprie est iudicare seruos suos, dicente Apostolo tu quis es, qui iudicas alienũ seruum, qui iudicat me Dominus est, Christus, autẽ inquãtum homo post passionem suam cœli, & terræ Dominiũ consequutus est, vt idem Apostolus scribit, Christus in hoc mortuus est, & resurrexit, vt viuorum, & mortuorũ dominaretur, apparebit enim in corpore glorioso, vt in mõte Tabor apparuit, nam vt in primo aduentu non vt iudicaret mũdum, sed vt saluaretur mundus p ipsum in forma humana passibili apparuit, ita in secundo aduentu adueniet in forma immortali, & gloriosa ad iudicandum omnes, &c.

Distin. 48.

DISTINCTIO XLVIII.

Agitur in hac distinctione de beatitudine electorum, pro cuius notitia sit prima conclusio talis: Beatitudo est actus, & non habitus: probat hanc Sanctus Thomas, quia homo secundum hoc beatus est, quod ad Dei similitudinem maxime pertingit, sed secundum hoc quod actu agit maxime Deo assimilatur, quia sic est maxime in actu remotus à potentialitate: igitur, &c. Vbi nota, quòd hæc conclusio ponitur contra Scotum hic adducentem plurimas rationes futiles contra hãc veritatem, quia si beatitudo esset actus

q. 1. art. 1.

A tunc homo esset causa suæ beatitudinis, & deceptio tenuit ipsum in hoc, quia homo non est causa actus prout est beatificus, licet sit causa quantum ad eius substantiam ex quo reprobantur errores multi in hac materia, quorum primus fuit illorum qui dixerunt beatitudinem consistere in affluentia, & possessione diuitiarum, secundus fuit illorum qui volebant beatitudinem consistere in honore, & reuerentia, tertius fuit existimantium beatitudinem esse in fama, & gloria. quartus eorum, qui cogitabant talem beatitudinem esse in potestate imperandi alijs, quintus eorum, qui docebãt beatitudinem reponi debere in bonis corporis, vt

B in pulchritudine, fortitudine, & sanitate: sextus est error Saracenorum ponentium beatitudinem in affluentia deliciarũm, hi omnes errores excludantur, ex hoc, quia si beatitudo est actus, seu operatio immanens sequitur, quòd non est aliquid eorũ. de qua re lege Barthol. de Medina p. 2. &c. In princip. per multas quæst.

Secunda cõclusio. Beatitudo hominis non consistit essentialiter in aliquo actu voluntatis: probat hanc Sanctus Thomas h c ex Arist. 10. Ethic. ponentе fœlicitatem in contemplatione virtutis, contemplatio autem non spectat ad voluntatem: ergo, &c. Vbi nota hic esse diuersas sentẽtias Theologorum, nam Henricus Gandensis vult beatitudinem consistere in quodam illapsu Dei ad animam, quem vocat circum incessionem, idest intimam Dei præsentialitatem ad essentiam animæ Beati: Riccardus vero in hac distinctione existimat beatitudinem amplecti simul actum intellectus, & actum voluntatis, quem omnes nominales sequuntur, præsertim Marsilius, & Ioannes Maior, Durandus vero ait, quòd beatitudo accipitur pro eo, quòd omnem beati perfectionẽ includit, supponit enim aggregatiue pro omnibus perfectionibus animæ, & corporis, quæ sunt in ipso iuxta illud Augustini decimotertio de Trinitate, Beatus est ille, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult; Scotus scripsit beatitudinem consistere in amore, qui est actus voluntatis, quem ipse putat esse fruitionem, hinc longam disputationem facit num beatitudo consistat in visione an in fruitione. Aureolus existimat beatitudinem esse collocandam in gaudio, & delectatione, cum dicat Augustinus decimo cõfessionum quòd beata vita est gaudium de veritate: sententia Sancti Thomæ est beatitudinem consistere in actu intellectus, quia hoc dixit Christus Ioãnis, hæc est vita æterna, vt cognoscãt te solum verum Deũ, &c. & adest quoque ratio demostratiua, quia beatitudo consistit in consequutione vltimi finis, hæc autem sit per actum intellectus. lege de hac re Caietanum, & Med. p. 2. & Sotum hic.

q. 1. art. 1.

Cap. 4.

C

Quæst. 6.

Quæst. 4.

Cap. 5.

D Quæst. 4.

Cap. 1.

Cap. 17.

q. 3. art. 4.

E Tertia concl. Beatitudo hominis est actus æternitate mensuratus: probat hãc S. Tho. quia esse diuinæ substantiæ in æternitate consistit, vel magis est ipsa æternitas: ergo visio eius in participatione æternitatis consistit, quia per obiecta specificatur actus. Vbi nota, quòd hic sunt duæ opiniones, altera est Scoti volentis beatitudinem mensurari æuo, alteram D. Thom. in conclusione posita, & hæc est rei veritas, quia operatio beata est diuini ordinis, propterea debet mẽsurari æternitate non essentiali, quę est tota simul, & perfecta possessio vitæ interminabilis, hęc enim mensuratur ipse Deus

3. cont. gẽt. Cap. 61.

ergo

ergo æternitate participata, quæ etiam est ordinis diuini, non potest enim mensurari æuo, quia æuum est mensura esse immutabilis ordinis naturalis, non potest mensurari tempore cótinuo, quia tale est mensura primi motus secundum prius, & posterius, non potest mensurari tempore discreto, quia tempus discretum nihil aliud est nisi numerus prioris, & posterioris in motu qui est successio operationis spiritualis ad aliam operationem spiritualem, quales sunt duæ operationes, seu intellectiones, sine phantasmatum seruitio, lege Caietanum p.p. & Franciscum Ferrariensem tertio contra gentiles, &c.

q.10. art.5. Cap.6.

Quarta conclusio. Vltima fęlicitas hominis essentialiter consistit in actu intellectus: probat hác Sanctus Thomas, quia beatitudo est bonum perfectum intellectualis naturæ; ergo est perfectissimú in intellectuali natura: igitur consistit in actu intellectus, &c. Vbi nota, quòd circa conclusionem istã, an beatitudo sit actus intellectus potius, quàm voluntatis, tres extant solemnes opiniones, quarú prima est Diui Bonauenturæ, dicentis beatitudiné non esse actum, vnius dũtaxat potẽtiæ, sed vtriusq; nimirum intellectus, & voluntatis: secunda est opinio Scoti affirmantis perfectã esse beatitudiné est volũtatis operationem, scilicet amorem erga Deũ clare visum: tertia est opinio Beati Thomæ in conclusione posita, & hæc est veritas sequenda habita ex verbis Philippi Apostoli dicentis Christo, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis: hinc apertissime colligitur beatitudinem esse solam Dei cognitionem, quæ est intellectus operatio: ex qua veritate excluditur hæresis Armenorum dicentium beatos non videre essentiam Dei, sed claritatem quanda ipsius essentiæ, & hæresis Begardorum volentium hominem in hac vita posse consequi beatitudiné, secundum omnem gradum perfectionis, & hæresis Beguinorum asserentium omnem intellectualem naturam in se ipsa naturaliter posse beatificari, & error quoque Græcorum existimantium nullam animam ante diem iudicij posse beatificari: de quibus erroribus, lege Guid. Carmel. & Alphonsum de Castro libro de hæresibus, &c.

Quæst.6. Ioan.14.

Quinta conclusio. Vltima beatitudo non consistit in operatione intellectus practici, sed speculatiui: probat hác Sanctus Thomas prima secundæ, quia contemplatio maxime requiritur propter seipsam, actus vero practicus propter actiones, quæ ad aliquem finem ordinantur: igitur operatio intellectus practici non est vltimus finis: ergo, &c. Vbi notà hic esse duas opiniones. prima est Scoti, & Riccardi dicentium intellectum beati magis esse practicum siue effectiuum quam speculatiuum, quia contemplatur Deum nó solum propter scientiam, sed vt ipsum diligat, quæ dilectio est operatio circa Deum. secunda est opinio Sancti Thomæ in conclusione posita, & sequenda, intellectus enim beati est simpliciter speculatiuus. & sic beatitudo in speculatione, & non praxi consistit, sicuti, & fruitio quoque est actus intellectus, qui est delectatio contra Scotum, & Riccardum, dicentes fruitioné esse actum elicitum à voluntate, nempe amorem amicitiæ, &c.

q.3. art.5.

Sexta conclusio. Beatitudo à quolibet appetitur aliqua necessitate: probat hanc Sanctus Thomas prima secundæ, quia beatitudo est bonum secundum quamlibet considerationem: igitur, &c. Vbi nota hic esse tres opiniones, prima est Henrici volentis quemlibet hominem necessario velle beatitudinem in generali, quæ beatitudo nihil aliud est, quàm velle bonum sufficiens, & hoc quoad specificationem, & exercitium actus. secunda est opinio Scoti hic dicentis hominem appetere beatitudinem nedum in vniuersali, sed etiam in particulari quo ad specificationem actus, non autem quo ad exercitium. tertia est Sancti Thomæ, qui duo dicit, primum est, quòd homo vult beatitudinem in communi appetitu elicito quantum ad specificationem actus, non tamen quo ad exercitium, nulla enim creatura rationalis est quæ naturaliter non appetat beatitudinem, secundum est, quòd circa beatitudinem in particulari homo potest habere nolitionem, quia potest dicere nolo videre Deũ, sed frui semper vita præsenti, de qua re lege Caietanum prima secunda, & p.p.

q.10. art.2. A B Quæst.9. q.10. art.2.

Septima conclusio. Intellectus creatus ad videndam diuinam essentiam indiget adiutorio luminis glorię: probat hác Sanctus Thomas prima parte quia nulla potest, potest eleuari ad eliciendũ actum supernaturalem nisi addita sibi virtute supernaturali, sed intellectus creatus est huiusmodi: ergo, &c. Vbi nota, quòd hic sunt tres opiniones, vt citat Durandus, quarum prima dicit intellectum creatum videre diuinam essentiam per speciẽ ex parte obiecti, & per lumen gloriæ ex parte potentiæ, & hanc videtur sequi Aureolus. secũda opinio tenet, quòd ad videndum diuinam essentiam clare, & nude, nõ requiritur nec species ex parte obiecti, nec lumen aliquod ex parte potentiæ, & hanc sequitur Durandus ipse. tertia est opinio Sancti Thomæ in conclusione posita, quòd nulla species requiritur ex parte obiecti, sed tantum lumen gloriæ ex parte potentiæ: & hæc est sequenda cum definita sit in Cócilio Viennensi, & in clementina ad nostrum de hæreticis, vbi condemnatur error dicentium, quòd anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum, & ipso beate fruendum. Scotus in hac materia fuit dubius, quia tertio sententiarum voluit intellectum creatum respectu visionis diuinæ tantum passiue cócurrere, & sic nõ indiget lumine gloriæ, hic autem vult, quòd si actiue concurrit indiget. non desunt Scotistæ dicentes, quòd Scotus negauit lumen gloriæ de possibili, non autem de facto, & de potentia ordinaria. sed videant ipsi.

Quæst.82. C Quæst.2. D Dis.14.q.2. Distin.49.

Octaua conclusio. Diuina essentia per nullam creatam similitudinem ipsam reprę sentantem videri potest: probat hanc Sanctus Thomas prima parte, quia diuina essentia est infinita: igitur, &c. nam qualibet similitudo creata est finita, & infinitum per finitum reprę sentari non potest. Vbi nota hic esse quatuor opiniones, prima est Durandi, & Henrici dicẽtium hanc quæstionem esse vanam, quia non damnatur species, propterea quæstio est de nihilo, secunda est opinio Ocham 1. sent. existimantis beatificam uisionem esse à Deo supranaturalé, vt arbitretur à solo Deo produci, & sine lumine gloriæ, & specie infundi seu illabi in intellectu creato. tertia est opinio Scoti, & Aureoli tenentiũ de facto Deum per speciem posse uideri. quarta

E q.12. ar.2. Dis.1. q.2.

est opinio Sancti Thomæ asserentis Deum in hac nita posse uideri per similitudinem, in alia uita (Cap. 1.) hoc esse impossibile, & hæc est sequenda, quia est Diuus Dionysius libro de Diuis nominibus, vbi ait per similitudines inferioris ordinis rerum nullo modo superiora cognosci possunt, &c.

Nona concl. Ad videndam diuinam essentiam requiritur, quòd vniat intellectui nostro, vt forma (Cap. 52.) intelligibilis: probat hanc Sanctus Thomas 3. contra gent. quia essentia diuina est ipsa actualitas in genere intelligibilium, & omne esse: ergo, &c. Vbi nota hic esse duas opiniones, quarũ prima est Du-(Quæst. 2.)randi hic volentis Deum imitari hunc ordinem, & fieri præsentem intellectui in ratione obiecti, nõ autem speciei intelligibilis remoto omni impedimẽto, & sic clare videtur ipse Deus in patria. secunda est opinio Sancti Thomę in conclusione posita, (q. 12. ar. 2.) & sequenda, de qua lege Caietan. p. p. & Frãciscum (Cap. 51.) Ferr. 3. contra gen. &c.

Decima concl. Nullus intellectus creatus videt in diuina essentia omnia, quæ Deus facere potest: (q. 12. art. 8.) probat hanc S. Tho. 1. p. quia nullus creatus intellectus potest compræhendere Deum: ergo, &c. Vbi (Quolib. 6. quæst. 4.) nota hic esse quinque opiniones prima Henrici asserẽtis beatum videre in verbo omnia contenta in eo formaliter, & eminenter, secunda est Aureoli dicentis beatum videre non omnia in verbo, sed quæ vult ipsum verbum, quia est speculum voluntariũ, tertia est opinio Dur. existimantis beatum videre in verbo omnes quidditates naturales, & supernaturales, & singulare aliquod solum in proprio gñe. (Dist. 14. q. 2.) quarta est Scoti 3. senten. volentis solum animam Christi habitualiter nõ actualiter, simul videre omnes creaturas, sed successiue, nunc plures, nunc pauciores, alij autem beati nõ cognoscunt omnes creaturas, sed aliquas. vltima est opinio Sancti Thomæ docentis beatos omnes videntes diuinam essentiam aliquo modo videre in ea omnia, aliquo modo non, vident enim omnia genera, & species, & ordinem omnium rerum, & quæ spectant ad eorum beatitudinem, aliquo vero modo non cognoscunt quia cum videant creaturas in Deo, tanquam in causa aliqui plures, aliqui pauciores vident iuxta modum videndi ipsum Deum. hinc in patria non est æqualis gloria beatorum, & definitũ est in Concilio Florentino, sub Eugenio IIII. contra Armenos, & Iouinianum, & contra Lutherum: scriptum est enim in domo Patris mei mãsiones multę sunt, (q. 14. art. 8.) lege de hac re Caietanum p. p. & Sotum hic, & Dionysium Carthusianum, &c.

DISTINCTIO L.

AGitur in hac vltima distinctione de pœnis impiorum, pro cuius intellectu ponitur hæc cõclusio: voluntas damnatorum semper est (Dist. 50. q. 2. articu. 1.) mala: probat hanc S. Thom. quia obstinata voluntas nũquã flecti potest, nisi in malum, sed damnati erunt obstinati: igitur voluntas eorum nunquàm bona esse potest. Vbi nota, quòd in damnatis potest duplex voluntas considerari, altera deliberatiua, altera verò naturalis: prima est in eis ex seipsis prout in potestate eorum est inclinari per affectũ ad hoc vel illud, & talis voluntas est mala, quia perfectè auersi sunt ab vltimo fine voluntatis rectæ A cùm nulla voluntas bona esse possit nisi per ordinem ad prædictum finem, vnde si aliquod bonum velint, non tamen volunt illud bene, vt ex hoc voluntas illa bona dici possit, naturalis vero voluntas cum sit in eis non ex seipsis, sed ex authore naturæ qui in natura hanc inclinationem posuit, quæ naturalis voluntas dicitur, & quia natura in eis remansit, propterea talis voluntas bona in eis esse poterit, &c.

Secunda conclusio. Damnati numquam pœnitent de peccatis, quæ commiserunt: probat hanc Sanctus Thomas, quia Bernardus ait in cant. canti- (Dist. 50. q. ...) B corum, quòd damnati semper volunt iniquitatem quam fecerũt, & numquam de peccato commisso pœnitent: igitur, &c. Vbi nota, quòd pœnitere de peccato dupliciter intelligi potest, vno modo per se, alio modo per accidẽs: per se quidem de peccato pęnitet quis qui peccatum in eo quod est peccatum abominatur: per accidens vero, qui illud odit ratione alicuius adiuncti, vt pùta pœnæ uel alicuius huiusmodi mali: igitur non pœnitebunt per se loquẽdo de peccatis, quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet: pœnitebunt autem per accidẽs inquantum affligẽtur de pœna quam pro peccato sustinent, & sic etiam intelligitur dictum Bernar- C di, quòd damnati iniquitatem uolunt, sed pœnam refugiũt, & sic per accidens de iniquitate commissa pœnitent, &c.

Tertia conclusio, Damnati uellent non esse: probat hanc Sanctus Thomas ex Apocalip. in die (Cap. 5.) illa desiderant mori, & mors fugiet ab eis. Vbi nota, quòd non esse dupliciter cõsiderari potest, vno modo per se, & sic nullo modo est appetibile, cum nullam habeat rationem boni, sed est mera priuatio, alio modo ut est ablatiuum pœnæ, & terminatiuum miseriæ uitæ, & sic uidetur sortiri quandam rationem boni apparentis, & sic damnati possunt eligere, & appetere non esse etiam deliberatiua ratione, &c. Addit Petrus de Tarantasia, quòd dam- D nati uoluntate absoluta non cupiunt non esse, sed uoluntate conditionata. Riccardus, ait uoluntate naturali non uolunt, nec uelle possunt non esse, sed uoluntate deliberatiua, sed non per se primo, nec per se secũdo, sed per accidens inquantum ad non esse sequitur carentia mali. Diuus Bonauentura, ait quòd damnati appetunt non esse, scilicet appetitu indiscreto, inordinato, & phantastico quoniã appetunt quod sibiipsis nociuum est, sed non appetunt illud appetitu recto, & rationali, Henricus dicit, quòd esse potest considerari annexum culpę, uel annexum pœnæ, primo modo non solum damnati, sed quilibet homo debet appetere non esse, E quia ut ait Philosophus homo uirtuosus magis debet eligere mori, quàm in uitio uiuere. secundo uero modo non, quia homo in pœna existens iam est de qua re legendus est Augustinus in libro (Cap. 9.) de lib. arbitrio, Scotus uero scribit, quòd nullus (q. 2. huius distin.) debet appetere non esse, siue propter culpam, siue propter pęnam. quia sicuti pœna est à uoluntate diuina, ita & culpa: licet permissiue appetere non esse est appetere annihilationem, & sic est peccare, & de Iuda ait, quòd loquitur de natiuitate extra uterum, de qua dicitur melius est si natus non fuisset homo ille. sed sequere tu primam determinationem, quæ est S. Tho. &c.

Quarta

Quarta conclusio. Damnati vellent omnes ho- A
mines esse damnatos: probat hanc Sanctus Tho-
Cap.14. mas ex Glossa super illud Esai. surrexerût de solijs,
ait Gloss. Solatium est malorum multos socios ha-
bere pœnarum. Vbi nota, quòd sicuti in beatis in
patria erit perfectissima charitas ita in dãnatis erit
perfectissimum odium, vnde sicut Sancti gaude-
bunt de omnibus bonis, ita etiam mali de omni-
bus malis dolebunt, vnde & fœlicitas Sanctorum
considerata eos maxime affligit: hinc dicitur apud
Cap.26. Esai. videant, & confundantur zelantes populi, &
ignis hostes tuos deuoret: vellent igitur dãnati om
nes bonos esse damnandos, &c.

Quinta conclusio. Damnati odio habent Deũ, B
sicuti, & pęnas quas sustinẽt: probat hanc Sanctus
Psal.73. Thomas ex dicto Psal. superbia eorum, qui te ode-
runt ascendit semper: ergo, &c. Vbi nota, quòd
affectus mouetur ex bono vel malo apprehenso,
Deus autem apprehenditur dupliciter in se sicut à
beatis qui eum per essentiam vident, & per effectus
sicut à nobis, & damnatis: ipso igitur in seipso cum
sit per essentiam bonitas non potest alicui volun-
tati displicere, vnde quicunque eum per essentiam
videt, eum odio habere non potest, sed aliqui effe-
ctuum eius sunt voluntati repugnantes inquãtum
contrariantur alicui volito, & secũdum hoc aliquis
non in seipso, sed ratione effectuum Deum odire C
potest, hinc damnati Deum percipientes in effectu
iustitiæ, qui est pęna, eum odio habent, vt eorum
pęnas, &c.

Dist.50.q.2. articu.2. Sexta conclusio. Damnati vtuntur scientiã quã
in hoc mundo acquisierint: probat hanc Sanctus
Thomas, quia Abraham dixit diuiti damnato re-
cordare, quia recepisti bona in vita tua: ergo, &c.
Vbi nota, quòd hic est duplex opinio vna negans,
quia vsus scientiæ semper est delectabilis, si ergo
damnati habuissent vsum scientiæ acquisitæ, habe-
rent aliquam delectationem. & ex hoc aliqui, vt ait
Riccardus concederunt damnatos habere dele-
ctationem aliquam quamuis debilem: alia est opi- D
nio affirmans damnatos vti posse scientia hic ac-
quisita, & cũ hoc stat, quòd nulla delectatio in eis
reperitur, quia sicut propter perfectam Sanctorum
beatitudinem nihil erit in eis quod non sit gaudij
materia, ita nihil erit in dãnatis quod nõ sit mate-
ria, & causa tristitię, nec aliquid quod ad tristitiam
posit pertinere deerit, vt sit eorum materia consu-
mata, vnde si in eis erit actualis cõsideratio eorum
quæ prius sciuerunt, erit etiam, vt materia tristitiæ,
non autem vt delectationis causa, considerabunt
& mala quæ gesserunt ex quibus damnati sunt; &
bona delectabilia quæ amiserunt, & ex vtroque tor
quebuntur, de hoc quod considerabunt notitiam
quam de rebus speculabilibus habuerunt imperfe-
ctam esse, & amisisse summam eius perfectionem,
quam poterant adipisci, &c.

Dist.50.q.2. Septima conclusio. Damnati aliquando cogi-
tabunt de Deo: probat hanc Sãctus Thomas, quia
non potest haberi odio actu nisi id de quo cogita-
tur, sed damnati Deum odio habebunt: igitur de
Deo aliquando cogitabunt. Vbi nota, quòd Deus
potest considerari dupliciter vno modo secũdum
se. & secũdum id quod est ei proprium, scilicet esse
totius bonitatis principium, & sic nullo modo co-
gitari potest sine delectatione: vnde sic nullo mo-
A do à damnatis cogitatur; alio modo secundum
aliquid quod est ei quasi accidentale in effectibus
eius, vtpote punire, vel aliquid huiusmodi, & secun
dum hoc consideratio de Deo potest tristitiam in-
ducere. hinc habes quomodo allucinatus est Dio- Artic.3.
nysius Carthusianus, qui in præsenti distinctione
non intelligens doctrinam Sancti Thomæ vult mul
tos cogitare Deum secundum primum membrum
distinctionis positæ, & in se non delectari, neq; dul
cedinem experiri, vt sunt multi boni viri, & timo-
rosi, qui etiam ad hoc conãtur orando, psallendo,
& meditando ipsum Deum, & non animaduertit
Dionys. Sanctum Thomam loqui hic de his, qui co
B gitant de Deo in alia vita; non autem in hac præ-
senti, vt superius latius ostendimus, &c.

Octaua conclusio. Damnati cognoscunt ea, quę
fiunt, circa nos: probat hãc Sanctus Thomas, quia Dist.50.q.2.
si aliquid impediret, tunc esset distantia localis, ta-
lis autem non impedit cognitionem intellectualẽ:
ergo, &c. Vbi nota damnatos cognoscere ea, quæ
circa nos fiunt tripliciter intelligi potest, s. aut per
scientiam, aut per coniecturam, aut per reuelatio-
nem, primo modo non cognoscunt ea, quæ circa
nos fiunt, quia cognoscere sic non possent nisi ac-
cipiendo similitudines à rebus ad quas accipien-
das requiritur proportionata propinquitas intel-
C lectus vtentis phantasmatibus, quæ quidem phan-
tasmata nõ possunt esse sine viribus sensitiuis quip
pe quæ non remanent in animabus separatis, ideo
hanc opinionem impugnat Sãctus Thomas prima q.89. art.7.
parte, vbi ex professo quærit num distantia localis
impediat cognitionem animæ separatæ: secũdo au
tem modo damnati cognoscunt multa quæ fiunt
circa nos, ex statu enim præterito in quo homines
vixerunt, postea coniecturant multa quæ accidunt
circa eos, & sic cognoscebat ille diues damnatus
suos fratres viuere adhuc, quia eos in tormentis
secum non videbat, nec cum requiescentibus in si-
nu Abrahæ, tertio modo cognoscunt aliqua quæ
D fiunt circa viuos per reuelationem dæmonum, vel
animarum ad eos descendentium, vel etiam per re-
uelationem Dei, nunquam tamen eis fit aliqua re-
uelatio nisi vnde tristentur: lege de hac materia Ca
ietanum p.p. &c. q.69. art.8.

Nona conclusio. Damnati habẽt voluntatẽ pec
candi si possent: probatur quia Aug. ait lib. de fide
ad Petrum damnatos bonam voluntatem nullate-
nus habere possunt: igitur, &c. Vbi nota, quòd ma-
la uoluntas dicitur dupliciter, s. actus, & habitus;
est communis sentẽtia Theologorum, quòd timor
seruilis in damnatis non aufert habitum malę vo-
luntatis, sed aufert tantũ actum, iste enim non uult
E committere aliquod peccatum, puta luxuriæ, aut
furti vel homicidij, &c. quia timet puniri de ipsa
uoluntate, tamen habitum non aufert quod patet;
quia si speraretur impunitas uellet utique peccatũ
committere: sic ergo intelligendum est, quòd do-
lor pœnalis damnatorum aufert à uoluntate ipso-
rum actum uolendi peccare, quia reuera damnati
non appetunt peccare, & aliæ delicta committere,
propter pœnas, quas illis actibus peccatorum sen-
tiunt se incurrisse, tamẽ habitum uoluntatis malę
per quã appetunt peccare si non crederẽt se puniri
non amittunt. si quis ergo quærat nũ dãnati noliñt
peccasse, facile dici põt q nolũt, non pp hoc q puni

eis displiceat, quia iniustum, sed quia eis displicet pœna iusta, & ideo malam habent voluntatem hoc nolendo, niuit enim semper in eis habitualiter uoluntas peccandi, licet dolore pęnarum impediatur A ne exeat in actum suum, lege de hac materia Ioannem de Neapoli hic.

Dist.50.q.2. Cap.16. Decima conclu. Damnati vident gloriam beatorum: probat hanc Sanctus Thomas ex Luc. narrante quomodo diues in tormentis positus, vidit Abraham, & Lazarum in sinu eius: ergo, &c. Vbi nota, quòd damnati ante diem iudicij vident bonos in gloria non hoc modo, quòd gloriam eorũ qualis sit cognoscant, sed solũ cognoscunt eos esse B in gloria quadam inęstimabili, & ex hoc turbãtur, tum propter inuidiam dolentes de felicitate eorũ, tum propter hoc, quòd ipsi talem gloriam amiserunt, vnde scribitur Sapien. Cap.5. de impijs, videntes turbabuntur timore horribili, sed post diem iudicij omnino bonorum visione priuabuntur, nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur, sed augebitur, quia memoriam habent gloriæ bonorum quam in iudicio, vel ante iudicium videbant, & ex hoc erit eis in tormẽtũ, sed vlterius affligẽtur in hoc quod videbunt se indignos reputari etiam videre gloriã, Distin.50. quã Sancti merẽtur habere D. Bonau. ait dãnatos intueri gloriam beatorum, tãquam amissam, & eis C iuste ablatam, electos quoque videre miserias reproborum, vt iustam vltionem, atque perpetuam calamitatem, quam misericorditer euaserunt. Petrus de Tarantasia dicit gloriam beatorum videri intelligi potest dupliciter, primo in vniuersali, ita quòd videant illos esse in gloria magna, & taliter vident damnati gloriam electorum, secũdo in particulari, vt noscant quanta sit gloria, tanta & ita nõ Quæst.3. videbunt. Scotus hic fatetur se non stare quomodo Deus, & beati se habeant ad penas damnatorũ, an ratio huiusmodi cognoscendi sit diuina essentia, vel proprietas personalis, & vtrum illa supplicia habeant ideam in ipso Deo, quomodo etiam ipsi D damnati videant gloriam, & felicitatem electorũ magna est dubitatio, &c. Riccardus asserit Damnatos proprie loquendo non videre gloriam electorum, cum visio proprie sit cognitio intuitiua, & clara, in generali tamen, & partim in speciali agnoscunt, quasi intra se arguendo, quoniam nullum in istorum secum conspiciunt, tu autem sequere primam determinationem quæ est Sanctua Tho. &c. Et hæc de præsenti distinctione, quam pro huius operis termino, cõstituo, in quo si quid dixi quod non solida authoritate, vel ratione confirmatum sit, id volo accipi; vt sine pertinaci assertione, & sine præiudicio melioris sententiæ, sit à me dictum, E offerensque meipsum, & vniuersa hic, vel vbicũque dicta, vel dicenda, correctioni omniũ eorum, quorum inter est errantes corrigere, & ad viam veritatis reducere, obnixe rogans Deum Optimum Maximum Patrem misericordiarum, & totius consolationis, vt ipse dignetur meritis Beatissimæ eius genitricis Mariæ, & Sãcti Thomæ de Aquino, Apostolique Matthiæ mei protectoris, me omnesque Christi fideles ad perennem illam gloriam deducere in secula. Amen.

Datum Neapoli in Conuentu Sancti Dominici 1587. die 4. Septembris, sub Pontificatu Sanctissimi Patris nostri Sixti Quinti.

A *Conclusiones has sustinuit Fr. Matthias Aquarius, dum esset Regens in Studio Sancti Eustorgij Mediolanensis Romæ in Comitijs Generalibus in quibus assumptus fuit in magistrum ordinis Fr. Seraphynus Caballi. 1569.*

EST Deus in cœlo reuelans mysteria, Danielis secundo Cap.

E S T

1 Quippe proprium solius Dei esse.
2 Atque omnium esse propterea perhibetur.
3 Quin etiã omniũ mensura peculiariter existit.
4 Non substãtiarũ solum, uerũ accidẽtiũ quoq;
5 Quod infinitum cũ sit, à nullo nisi à seipso cõpræhenditur. B
6 Quamuis hoc esse sit per se notum.
7 Demostrari tamen, non reputatur absurdum.
8 In rebus siquidem creatis, constat esse eius uirtutem.
9 Quippe quæ multifariam, nobis exhibetur.
10 Licet in eo nulla diuersitas reperiatur.
11 Proprie enim in seipso subsistit.
12 Et si ubique esse sibi maxime conueniat.
13 Nec ulli alij rite attribui possit.
14 Nec propterea tñ id sibi ab æterno ascribitur.
15 Quandoquidem à nullo alio esse dependet. C
16 Immo omne aliud esse, ab eo ortum ducit.
17 Hinc propterea parũ esse necesse est, cũ in alio non accipiatur.
18 Quin per se existit, oĩ solutum imperfectione.
19 Vnde nequaquam multiplicari potest.
20 Quandoquidem multiplicatio secundum esse collit simplicitatem.

D E V S

21 Omnino simplex constantissime asseritur.
22 A quo quidẽ omnis realis negatur cõpositio.
23 Materiæ nempe, & formæ, immutabilis siquidem est.
24 Virtutis quoque, & substantiæ, hæ namque in eo, re minime differunt. D
25 Esse perinde, ac essentiæ, cum eius quidditas haud distet ab esse.
26 Generis demum, ac differentiæ, cum in eo speciei ratio sumi nequeat.
27 Pluralitas tamẽ perfectionũ ei uere ascribitur.
28 Cui sanè ut fundamentum proximum diuina correspondet essentia.
29 Atque eius intacta unitas perseuerat.
30 Cui tamẽ suppositorũ pluralitas nõ repugnat.
31 Id vero nobis fidei lumine diuinitus ĩnotescit.
32 At ipse perfecte se duntaxat nouit.
33 Alia quoq; à se distincte, & proprie cognoscit. E
34 Inde etiam vult se, & alia à se.
35 Nec tamen de necessitate uult, quicquid uult.
36 Neque rebus omnibus necessitatem imponit.
37 Quippe qui nihil ex necessitate naturę operat.
38 A cunctis tamen prædicatur omnipotens.
39 Vnde propterea potest facere, quæ non facit.
40 Optima tamen semper facit.

I N C O E L O

41 Scilicet empyreo spiritus angelici pducti fuere
42 Vt uniuersum omni ex parte perficeretur.
43 In magna siquidẽ multitudine, à primo rerum conditore producti.
44 Ad instar numerorũ specie mutuò differẽtiũ.

45 Tametsi

45 Tametsi essentialiter indiuisibiles in natura permanere.
46 Hinc infinitæ essentiæ, atque virtutes elementari huic mundo se exhibent.
47 simplicior tamen est, alter, altero qua propter in materiales iudicantur.
48 Atque completæ substantiæ ab omnibus ferme existimantur.
29 Qui etiam præstantia voluntatis, perspicacitateque intellectus exornati fuerunt.
50 Non tamen agentis, possibilisue intellectus beneficio, cognitionem acquirunt.
51 Quamquàm nõ oĩs ab eis adimitur discursus.
52 Ordinis nempe, atque operationis præsentia locum sortiuntur.
53 Quippe qui indiuisibilis, & quantus, diuisibilisque eis assignatur.
54 Plures tamen in eodem vbi esse nequeant.
55 Et si multi vnà simul empyreum hoc cęlum incolant.
56 Quod quidem Cœlum, cum materia, & forma constitutum est.
57 Ab his tamen corruptibilibus longe distat.
98 Nequaquàm cũ his, in materia formaue communicat.
59 Specie quoque, & genere, à cœlestibus sphæris segregatur.
60 Ob hoc præstantiori pollet natura, & diuinioribus proprietatibus.

R E V E L A N S.

61 Diuina nempe fidei sacramenta.
62 Ad quæ naturali lumine peruenire non licet.
63 Quamuis, & alia reuelauit, & potest.
64 Quæ naturali lumine consequi intellectus humanus valet.
65 Et si plura, & excellentius, reuelata sunt Apostolis, quam Prophetis.
66 Nihil tamen pro temporũ exigentia subticuit.
67 Quod ad salutem adipiscendam esset summopere necessarium.
68 Licet non omnia quæ ad Ecclesiam suam instituẽdã valde profutura erãt simul reuelauerit.
69 Sponsa siquidem eius Ecclesia in dies quasi aurora consurgit magisque proficit.
70 Secundum quod sibi opportunum occurrit.
71 Inde quædam aliquando prohibuit.
72 Quę postea cessante occasione recepta fuere.
73 Numquam tamen propterea demonstrat se habere mutabilem voluntatem.
74 Quæ vero hactenus reuelauit, non potuit non reuelasse.
75 Sed nũquid damnationem impij reuelare potest? quid ni?
76 At vero facta tali reuelatione, numquid desperatio subsequitur?
77 Nunquid certus de tali reuelatione pro sua ipsius salute valeret orare?
78 Tenetur enim orare, vt tollatur talis dãnatio, ne eueniat, vt credit.
79 Quemadmodum, & qui scit se habere gratiam facere debeat.
80 Licet firmum, & ratum sit, quod Deus reuelat.

M Y S T E R I A.

81 Redemptionis haud ignota fuere antiquis patribus.
82 Quibus eadem planè extitit fides.
83 Quam etiam Neoterici proprio sanguine protestati sunt.
84 Huius itaque formam charitatem esse non ambigitur.
85 Quippe quæ sanctissimis sacramentis acquiritur, & augetur.
86 Quæ sacramenta non nisi post peccatum ad salutem hominis necessaria esse creduntur.
87 Vnde sicut ante Christi aduentum sacramenta quædam præcesserunt.
88 Ita post nonnulla exiguntur, quibus dona, & virtutes consequimur.
89 Quę quidem eò præstantiora veteris legis sacramentis esse videntur.
90 Quò præstantiorẽ effectũ in nobis producunt.
91 Effectus itaque sacramentalis gratia verè nuncupatur.
92 Quæ super gratiam virtutum, & donorum nõ nihil addere dicitur.
93 Inde enim sacramentalis dicitur, quia sacramentis continetur.
94 Quibus etiam vt illius causæ sint, virtus quædã inesse comprobatur.
95 Quæ quidem virtus, vsus, motusque virtuosus vere nuncupatur.
96 A sacramentis tamen veteris legis penitus remouetur.
97 Hæc siquidem gratiam minime conferebant.
98 Verumtamen cum sacramenta omnia, ex institutione diuina omnino pendeant,
99 Deum solũ eorũ authorem prorsus fatẽdũ est.
100 A quo gratiam, & gloriam, religionisque augmentum expectamus.

Has alias conclusiones sustinuit idem F. Matth. Aquarius Venetijs 1567. cum esset Regens in Conuentu Sanctorum Ioannis & Pauli, præsente Illustriss. Reuerendiss. Antistite, Nicastrense Apostolicę sedis Legatò apud Venetã Republicã qui modo est Cardinalis Fachinettus Tituli SS. Quatuor Coronatorum.

Ex sacris Litteris.

SAnctissimæ Trinitatis, & vnitatis fidem veteris ac noui testamenti haberi testimonijs aduersus garrulos, & uerbosos clarissimè ipsa legis exordia ostendunt, ubi Legislator Moses, ait audi Israel Dominus Deus tuus unus est: si distinctionẽ personarum scire cupis perpende quæso, in principio creauit Deus cęlum, & terram, & Spiritus Domini ferebatur super aquas, & Euangelista Ioannes, quid in Epistola canonica explicat considera, tres sunt qui testimonium dant in cęlo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt, &c.

Ex Diuo Augu. 11. de Ciuitate Dei.

Nec humana nec diuina aliqua ratio est, quæ persuadeat ex arbitrio in rationalibus creaturis inæqualitatem fuisse exortam, ut Origenes finxit. quid enim magis absonum quàm illum solem, ut in uno mundo unum esset, non decori pulchritudini uel saluti rerum corporalium consuluisse artificem Deum, sed potius euenisse? quia vna anima sic peccauerat, ac per hoc si cẽtũ animæ peccassent

centum soles haberet hic mundus, est, vtique inæqualitas, & in Angelis, & nostris animabus; vt vniuersitas Parisina sanciuit aliunde exorta.

Ex D. Ambr. in lib. Officiorum.

Humana quidem mens indicium Dei prosequitur, nam licet natura inuisibilis sit ipse Optimus Deus, opus tamen fecit, quod opificem visibilitate sui manifestauit, vt per certum incertum posset sciri, & ille omnium esse crederetur, qui hoc fecit qđ ab homine impossibile est fieri, accedat ergo quęcumque vis creata, & faciet tale cęlum, & talem terram; & dicam, quia Deus est, erit forsan instrumentaria facultas? absit, taceat hoc quisque loquens.

Ex D. Hieronymo ad Galatas.

Quæ inter August. Hieronymumq; disputata est, q̄stio de Petri Pauliq; altercatione ad Galatas relata luculenter profecto magnaque verborum opportunitate digesta ab ipso, & explicata est, vbi, & Petrum, & Paulum alto Sacramento demonstrauit, quæstionem illam habuisse; nec inde quid falsum in canonica scriptura miseri ostendemus, nec refellimus distinctionem temporum tam de legalibus obseruādis quam iudicialibus, ac cærimonijs, sed caueat ne quis erret in his, &c.

Ex D. Gregorio super Iob.

Administrat Deus per Angelos vniuersum hunc globum, inferius inferendis torquendisque hominibus ministros dęmones præsertim hēt in inferno, circa nos quoque, & in caliginoso aere; nullus sit igitur qui in alterum suā culpam refundere debeat quasi, quod ipso lædi contingat, siquidē vnusquisque nostrum est, qui læsionem sibi propriam parat, & perficit liber à primo rerum opifice effectus est.

Ex D. Thoma.

Huius præstantissima doctrina securus, audeo id totum in disputationem reuocare, quod in tribus partibus summę suæ Theologiæ nempe in prima, s. parte, & prima secundæ, & secunda secundæ, & tertia parte amplissimè digessit. suscipiant tamē lectores tanquam mediocritate mea moderate cōsultoque dictum, vt si alia sint perlecturi, quæ discrepare ab hac doctrina, prorsus videantur arbitrentur me etiam id animaduertisse.

Ex Scoto.

Commodius etiam arbitratus sum me facturū si odiosa prolixitate repulsa omnem illam doctrinam, quam in quatuor sententiarum libris subtilis doctor conformem S. Tho. dictis docuit, vti veram, & sinceram esse accipiendam, aliam denique his oppugnantem exteram à sanctorum dictis, ac canonum manibus contractari faciam.

Ex Platone.

In phedone mihi visum est, quantum ad verisimilem rationem faciat recte naturalem omnē suā philosophiam complecti, quòd si aliquis suspicatus fuerit me voluisse ea, quę ab Apostolo dissidēt, simul miscere, primū is audiat conaturum quo ad potero, vt Platoni nulla in re præsertim in negotio idearum Platoni contrarium Aristotelem defendam, deinde hanc esse rerum mortalium humanique ingenij naturam, vt aperto quoque officio discordiam excitare valeat.

Ex Aristotile.

Cum plurima uolumina istius peripateticorū principis sæpius intuitus essem, nullius equidē doctrinam honorabiliorem, melioremque me reperisse fateor ea, quam tribus in libris de anima, & in quatuor de cœlo & mundo perstrinxit, quam pro vnico theoremate proponendam audeo, & quòd eius interpretes de communi consensu ea ui quam cogitatiuam appellant pro discrimine hominis à beluis dissidere voluerunt, non video ego quid in causa, hæc contraria commenta finxerunt, stupidissimum quippe philosophiæ, ac graue nimis tradi videtur.

Ex Auerroe.

Quæstiones omnes, e medio naturalis philosophiæ tollit ille vir communes causas omnibus rebus naturalibus pro subiecto totius naturalis sciētiæ adæquato, s. materiam primam formam, finē & agentem in ea intueri, necnon existimans cœlestia corpora esse animata, & mētes illas diuinas eorum formas, vt dicunt esse substātiales, rationi consentaneum ad eius aures moderate, consultoque cum Balduino defendam, in hoc autem quamplurimum eum delirasse ostendam, materiam vehiculum quidditatis fuisse in rebus, primam quoque spheram centro locum sortiri; formam corporeitatis dari, & perfectam cognitionem de abstractis à nobis haberi.

Ex Lucidissimo Themistio.

Plane scilicet in generationibus constituendis materia opus sit quæ ad suam essentiam constituendam potestatis nullius indigeat, eum primum res quædam in se sit, ac actu existat, quibus verbis nonnulli actum entitatiuum in prima materia reponūt, quā rem, & ego amplector, nec in Apice quidem doctrinæ S. Tho. Aquinatis, aduersor: scio tamen hoc perdifficile esse sustinere, attamen ad quascunque res materiam communicari ad easdem referendā, & communicādam rationem potestatis venire accipiendum mihi est, vt ex Alex. in quæstionibus naturalibus habetur.

Ex Zimara.

Quam ingeniosum se protulit Philosophus iste in visione theorematis Auer. in lib. destructionum in disp. 3. quod omne compositum est nouum quę tamē affert de materia intelligibili theoremate 81. contra D. Thom. & Romanum Aegidium imaginatione potius quàm ratione suscipienda sunt, pari quoque ratione spernenda veniunt, quæ scripsit theoremate 5. contra D. Tho. quòd accidentia solo numero differentia in eodem.

Conclusiones has subsequentes, sustinuit idem Fr. Matthias Aquarius in publica Academia Thaurinensi Serenissimi Ducis Sabaudiæ, cum esset ibi publicus Theologus, præsente Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopo Thaurinensi, Hieronymo à Ruere, nunc autem Cardinali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ amplissimo, &c. 1567.

1 DEVS Optimus Maximus, vbique est, qui in nullo loco est.

2 Deus nihil extra se intuetur, quia omnia extra se cognoscit.

3 Deus totus in seipso est, qui totus in rebus reperitur.

4 Deus

4 Deus rerum perfectiones cōtinet, haud tamen rerum nobilitates.

5 Deus lumine gloriæ videtur non, tamen gloriæ luce beati ipsum intuentur.

6 Deus nulla similitudine manifestatur similitudine tamen indigent ipsum respicientes.

7 Deus in genere ponitur, in nullo autem prædicamento locatur.

8 Deus naturaliter non cognoscitur, finis tamen naturalis nostræ animæ existit.

9 Deus suâ scientia causa rerum est pleraque tamen scit non causata, nec vnquam causanda.

10 Deus nullius sciētię subiectum ponitur, Theologiæ vero subiectum est.

11 Actus est, qui separat, & distinguit, non tamen omnis distinctio est ab actu.

12 Omne ens aut substātia aut accidēs est, aliquid vero ponitur, quod nec substantia, nec accidens existit.

13 Nulla res agit vltra speciem; aliquid tamē agēs distinctum specie ab eo producat.

14 Sensus & si particularia agnoscat vniuersalis tamen est.

15 Homo vniuersale quoddā ponitur, eius uero definitio, nec uniuersalis, nec particularis iudicatur.

16 Licet Vnus tantum possit esse Deus realis tamē distinctio est Patris, Filij, & Spiritus Sācti.

17 Licet Filium suū ab æterno genuerit Deus, eundem tamen semper generare constabit.

18 Licet Deus generet Deum, & generet alium à se, haud tamen se vel alium Deum generabit.

19 Licet pater à diuina essentia non distinguatur realiter, nequit tamen ipsa diuina essentia dici generans.

20 Licet in omni perfecta intellectione producatur Verbum Filius tamen, & si perfectissime intelligat nullum ab eo erit Verbum.

21 Licet totum quod est in Patre sit in Filio communicatum, potentia tamen generandi, quæ est in Patre non erit in Filio ponenda.

22 Licet diuina volūtas immutabilis vsquequaq; existat, contingentiam tamen à rebus minime tollit.

23 Licet idem sit velle, quod Dei esse, non tamen Deus quod vult esse dicetur.

24 Licet immutabilis sit ipse Deus omnino, nihil vero obstat si mutabilis esse dicatur.

25 Licet omne quod est in Deo, Deus sit, & in Deo nullum sit accidens, non tamen est substantia omne quod est in Deo.

26 Nec ens mobile, nec corpus mobile, nec substantia mobilis, vel naturalis subiectum philosophiæ ponitur, eius tamen aliquod istorum subiectum est.

27 Materia prima expers potentiæ, & capax corruptionis est ipsam tū esse, ita est, ac si contradictoria esse dicamus.

28 Naturam principium motus, & quietis esse negamus, & si initium, & causa motus existat.

29 Sensus circa proprium obiectum, numquā decipitur, & si aliquando decipiatur.

30 Omne compositum est nouum, & si æternum sit ipsum compositum.

Illud etiam operæ precium me facturum sum arbitratus, si molesta omissa prolixitate, omnia quæ Doctor Sāctus eo libro amplissime digessit quem aduersus gentes conscripsit, vnico duntaxat theoremate complecterer, atque ad disserendū proponerem, animaduersos tamen lectores velim id à me modeste, ac breuitatis potius, quàm ostentandæ doctrinæ gratia actum fuisse, sciantque si quid in eiusdem scriptis ab ipsis ad inuentū fuerit quod à contradictione minime fuerit alienū, id etiam à me quoque adnotatum fuisse.

Sub illius etiā theorematis serie mihi visum est in disputātium gratia in certamen adducere illud omne quod in subtilissimis, ac exquisitissimis disputatis quæstionibus eiusdem doctoris contineatur, nec quempiam mirari velim me theologorum infimum talem subijsse prouinciā, ad id enim eius aureæ, ac vberrimæ doctrinæ, quam profiteor, me excitauit ardor: tū vero magis quod in ijs, tanquā firmissimis fundamētis tota nititur fides orthod.

Ne autem cuiq̄ disputandi aditus sit præclusus neue quis ab hac nostra litterarum palęstra quacunque tergiuersatione se eximere queat, omnia quæ in duodecim metaphysicorum libris à Diuo Thoma in lucem edita, vnà cum textu Aristotelis ad ipsius mentem, atque gernanum sensum dicta fuisse pro viribus sustinere conabimur, &c.

Disserendi facultatem, quæ logica communiter appellatur, optime Aristotelem decem summis generibus prædicamentalibus complexum fuisse dicimus, neque id tanquàm paradoxon quoddam à me dictum quispiam putet, siquidem ab Aristotelis doctrina haudquamquam alienum fore quantum in nobis tuebimur, quæ vero à porphirio in quinque prædicabilibus habentur Platonicam potius quā peripateticā disciplinā redolere vidētur.

Conclusiones quas posuit Ioānnes Picus Mirandulanus de Cabala, & secreta magia de rigore sermonis, vti vanas, & friuolas suscipiendas esse affirmamus, sic etiam & hymnos Orphei, eorumq; numerū, & vnitatem veneris in Trinitatem gratiarū, & vnitatem fatalem in Trinitatem parcarum, & vnitatem Saturniam in Trinitatem Iouis Nepeuni, & Plutonis, nullum fundamentum rationi inhærens habere facile ostendemus.

Conclusiones quoque quas ad mentem Alpharabij proposuit de summo hominis bono, & de accidenti diffinitio in abstracto non intelligendo subiectum, decemq; specierum in medio, atque de actuali cognitione sensus communis appręhendentis phantasmata, vt sensibile, de eo quoq; quod Arist. dixit oēm doctrinā, & oēm disciplinā fieri ex præexistenti cognitione, per doctrinam, & disciplinam debere intelligi cognitionem diffinitiuam, & argumentatiuam non esse iuxta dogmata Alpharabij aperta fronte defendemus.

Quæ etiam defendit ad aures Plotini Aegyptij, de primo intelligibili non existente extra primum intellectum, & q̄ non tota anima descendit cum descendit omnisque vita est immortalis, atque anima illa, quæ peccauit vel in terreno, vel in aereo corpore post mortē bruti vitam viuit, animaq; irrationalis est idolum animæ rationalis ab ea dependens sicut lumen à sole non sunt ad eius mentem, nec illa somniauit Plotinus.

Catalogus librorum Sacræ Scripturæ, Conciliorum, cæterorumq; authorum, quorum authoritas passim allegatur pro confirmatione doctrinæ S. Thomæ in quatuor libris sententiarum.

LIBRI SACRAE SCRIPTVRAE.

IN primis Testamenti veteris quinque libri Moysis, idest Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus, & secundus qui dicitur Neemias, Tobias, Iudith, Hester, Iob, Psalterium Dauidicum, centumquinquaginta Psalmorum, parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias, cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, idest Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus, & secundus. Testamenti noui quatuor Euangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti, quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheũ, ad Titum, ad Philomonem ad Hebræos, Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna, Apocalipsis Ioannis Apostoli, & Euangelistæ. Hi omnes sunt libri Canonici sacræ scripturæ, vt patet, sess. 4 ex decreto Concilij Tridentini.

LIBRI CONCILIORVM.

Ex Tomo primo.

COncilium Hierosolymitanum primum de Electione Matthiæ, vt habetur in actis Apostolorum. Cap. 1.

Secundum de septem Diaconorum electione, vt habetur in actis Apostolorum. Cap. 6.

Tertium de Circumcisione gentibus non imponenda, vt habetur in actis Apostolorũ. Cap. 15.

Quartum de legalium ad tempus permissione, donec Synagoga cum honore sepeliretur, vt scribitur etiam in actis Apostolorum. Cap. 21.

Concilium Cartaginense de hæreticis rebaptizandis sub Cipriano Episcopo Cartaginense, & Martyre, ad Stephanum primum Papam, & Martyrem, pertinens celebratum anno domini 260.

Concilium Antiochenum contra Paulum Samosatenum celebratum anno domini 264. sub Dionysio primo Martyre, qui sedit annos nouem, menses 4. dies 5.

Concilium Sinuessanum in caussa Marcellini Papæ, qui sinuessam, quæ distat à suessa miliaria circiter septem, & omnino perijt, ad quod quidẽ Concilium venit 180. Episcoporum, & de thuræ simulacris adhibito metu persequutionis penituit, deinde Martyrij coronam sub Diocletiano suscepit.

Concilium Romanum 60. Episcoporum celebratum anno domini 252. contra Nouatum, qui acceptauit hæresim de apostatis, pænitentibus non amplius recipiendis &c.

Concilium Ancyranum, primum Ancyra Ciuitate Prouinciæ Galatię celebratũ anno domini 308.

Concilium Neocæsariense celebratum anno Domini 316. sub Eusebio Martyre.

Concilium Nicænum primum Generale celebratum anno Domini 322. Cui affuit Cõstantinus Pijssimus, & Magnus, qui à beato Siluestro Papa Romæ baptizatus fuit.

Concilium Romanum Secundum sub eodem Siluestro 284. Episcopis intra Thermas Domitianas contra Arrium, Photinum, & Sabellium.

Concilium Elibertinum in Elliberi Hispaniæ Ciuitate sub eodem etiam Siluestro celebratum.

Concilium Arelatense idest in Arelate Galliæ Narbon. Vrbe, etiam tempore eiusdem Siluestri celebratum.

Concilium Arelatense secundum eiusdem Siluestri Tempore anno 328.

Concilium Cartaginense primum eiusdem Siluestri tempore anno 330.

Concilium Romanum aliud 116. Episcoporum. Contra Arium etiam coactum.

Concilium Coloniense contra Eufratem blasfemum, & hæretiorum, qui negabat Christum esse Deum, celebratum sub Constantio, & Iulio primo, anno Domini 346.

Concilium Antiochænum 90. Episcoporũ celebratum anno Domini 347.

Concilium Sardicense œcumenicum, & toto orbe receptum, sub Constantio Imperatore, & sub Iulio primo, anno Domini 351.

Concilium Hierosolymitanum celebratũ per Maximum eiusdem Ciuitatis Episcopum temporibus Cõstantij, & Iulij primi, anno Domini 352.

Concilium Sirmiẽse contra Arium sub eisdem Cõstantio, & Iulio anno Domini. 353.

Concilium Laodicęnum in Laodicęa Syrię vrbe in fine Liberij Papæ anno Domini 351.

Concilium Aquileiense in Aquilea vrbe ab Aquilegẽdis dicta in decima Italiæ regione anno Domini 381. tempore Damasi Papæ.

Concilium Constantinopolitanum quod est secũda Sinodus Generalis 150. Patrum, celebratum contra Macedonium, qui negabat spiritum sanctum esse Deum, anno Domini 381.

Concilium Valentinum in Valentia Gallię transalpinę vrbe non procul à Vicenna celebratum sub Damaso Papa anno Domini 373.

Concilium Telense in Tela ciuitate sub Zosimo primo Papa celebratum anno Domini 383.

Concilium Taurinense in Taurino ciuitate, celebratum tẽpore S. Ambrosij anno Domini 395.

Concilium Cartaginense secũdum, & tertium sub Syritio anno Domini 395. & 961.

Concilium Cartaginẽse quartum celebratum sub Anastio Papa anno Domini 398.

Concilium Cartaginense secundum celebratum tempore Innocentij primi anno Domini 406.

Concilium Toletanum primum celebratum temporibus Anastasij, & Innocentij anno Dni. 403.

Concilium meliuitanum in Ciuitate Melita, quam vulgo maltam dicunt tempore Innocentij primi contra Pelagium anno Domini 408.

Conci-

Concilium Cartaginense sextum celebratum sub Zosimo Papa anno Domini 418.

Concilium Africanū tempore Bonifacij primi celebratum anno Domini 422.

Concilium Cartaginense septimum celebratū sub celestino Papę anno Domini 429.

Concilium Elphesinum primū in Elphesina Ioniæ Vrbe celebratum anno Domini 430. sub Theodosio Secundo Imperatore contra Nestorium Episcopum Constantinopolitanum ponentem aliam personam carnis, & aliā Deitatis in Xpo.

Concilium Rhegiense in Rhegio Galliæ Cisalpinę oppido celebratum sub Sixto tertio anno Domini 439.

Concilium Agatense in Agatha Galliæ Ciuitate celebratum tēpore Simachi, anno Domini 498.

Concilium Aquileiense celebratum tempore Sixti tertij, & Theodosij secundi Imperatoris, anno Domini 439. contra Palladium, & Secundinum Arrianos.

Concilium Aurasicanum, in Aurisia ciuitate Narbonense tempore Leonis magni Papæ celebratum anno Domini 440.

Ex Tomo Secundo.

Concilium quartum seu quarta Synodus Generalis Calcedonensis sub Martiano Imperatore, & Leone magno primo Papa celebratum contra Euthicen Abb. & Dioscorum Episcopum Alexādrinum anno Domini 451.

Concilium Veneticum in Venetia Galliæ Narbonensis Vrbe celebratum sub eodem Leone Magno 460.

Concilium Turonicū, vel Turonense in Turone ciuitate Metropolitica Hilario Papa celebratum anno Domini 461.

Concilium Romanum celebratum sub eodem Hilario anno Domini 462.

Concilium Taraconēse in Taracone citerioris Hispaniæ ciuitate celebratum sub felice tertio 486.

Concilium Epaunense celebratum sub Gelasio Papa anno Domini 494.

Concilia quinque Romana celebrata sub Symaco Papa anno Domini 494.

Concilium Hilerdense in Hilerdā citerioris Hispaniæ ciuitate tempore Hormisdæ Papę anno Domini 507.

Concilium Valentinum in Hispaniæ ciuitate circa tēpora eiusdē Hormisdæ Papæ anno Dñi 567.

Concilium Aurelianense primum celebratum in Aurelia Galliæ Celticæ vrbe, tempore eiusdem Hormisdæ Papæ anno Domini 512.

Concilium Gerundense in Gerundā citerioris Hispanię ciuitate celebratum anno Domini 516.

Concilium Cęsar Augustanum in Cęsar Augusta vrbe celebratum sub Bonifacio vndecimo anno Domini 518.

Concilium Toletanum Vndecimū in Toleto Hispaniæ Ciuitate celebratum sub Ioanne vndecimo anno Domini 515.

Concilium Constantinopolitanum secundum celebratum sub Siluerio Papa anno Domini 553. contra Seuerum, & alios hæreticos qui dicebant Trinitatē fuisse crucifixam asserentes in hymno Trisagio dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui Crucifixus est pro nobis.

Concilium Aurelianense secundum, & tertium celebratum sub vigilio Papa anno Domini 560.

Concilium Auernense in aquitania celebratum sub eodem Pontifice ad recuperandam Terram Sanctam.

Concilium Aurelianēse quartum celebratum sub Pelagio Papa primo anno Domini 555.

Concilium Turonicum secūdum celebratum sub eodem Pelagio Papa.

Concilium Parisiense primum celebratum Parisiis sub eodem Pontifice anno Domini 557.

Concilium Aurelianense secundum celebratum sub eodem Pontifice.

Concilium Hispalense in Hispali Bethicæ Hispanię ciuitate, quę vulgo dicitur Siuiglia celebratum sub Pelagio secundo Papa anno Domini 584.

Concilium Lugdunēse celebratum in ciuitate lugduno sub eodem Pelagio anno Domini 584.

Concilium Matisconense primum celebratum sub eodem Pontifice anno Domini 583. & etiā aliud Concilium secundum in eadem ciuitate, & sub eodem Pontifice Pelagio anno Domini 587.

Concilium Valentinum, Galliæ secūdum celebratum sub eodem Pontifice, & eodem fere tēpore.

Concilium Toletanum tertium celebratum sub eodem Pelagio anno Domini 595.

Concilium Romanum celebratum sub Gregorio magno primo anno Domini 596.

Concilium Lateranense celebratum eodem fere tempore.

Concilium Antisiodorense in Antisiodoro Galliæ Lugdunēsi ciuitate celebratū anno Domini 615

Concilium Hispalense secundum celebratum tempore Lisibuti Regis anno Domini 634.

Concilium Toletanum, quartum, quintum, & sextum, celebratum sub Honorio, primo Papa, anno Domini 622.

Concilium Bracharense, primum in Bracharo citerioris Hispaniæ ciuitate, quæ vulgo braga dicitur celebratum sub Bonifacio quarto, anno domini 610.

Concilium Bracharense, secundum celebratum anno domini 646.

Concilium Toletanum septimum, sub Martino primo anno domini 647.

Concilium Lateranense, aliud celebratum sub eodem Martino primo Papa, contra Monothelitas anno domini 651.

Concilium Toletanum, octauum celebratum sub Eugenio, anno domini 656.

Concilium Toletanum, nonum sub eodem Eugenio Papa anno domini 659.

Concilium Gabilonense, in Gabellonium ciuitate Galliæ Celticæ celebratum sub eodem Eugenio anno domini 653.

Concilium Toletanum decimum, & vndecimum, celebratum sub Vitelliano Papa, anno domini 657.

Concilium Constantinopolitanum tertium, contra Monotelitas, & Monophysitas, idest contra ponentes in Christo vnam tantum voluntatem, & vnam naturam, celebratum sub Agathone Papa anno domini 670.

Ex Tomo tertio.

Concilium Toletanum duodecimo, celebratum

sub

sub eodem Agatone Papa, anno Domini 683.
Concilium Toletanum trigesimũ celebratum Sysinnio Papa, anno Domini 705.
Concilium Romanum celebratum sub Gregorio secundo, anno Domini 716.
Concilium Francicum celebratum sub Zacccharia primo Papa, & sub Carlo Magno, Francorum, Rege, anno Domini 742.
Concilium Suessionẽse celebratum sub Stephano secundo Papa, anno Domini 752.
Concilium Vernense celebratum eiusdem Pontificis, & Pipini Regis, anno Domini 781.
Concilium Nicenum secundum septimæ Synodus Generalis celebratum sub Constantino septimo & matre Irene Imperantibus sub Adriano primo, anno Domini 789.
Concilium Francfordiense in Francfordia ciuitate celebratum tempore eiusdem Hadriani, anno Domini 794.
Cõcilium Foroiulense, in Foroiuli Metropoli aquilegiensium ciuitate celebratum sub Pipino, & Carolo Magno, anno Domini 765.
Concilium Arelatense quartum celebratum tempore Eugenij secundi.
Concilium Turonense tertium celebratum sub eodem Pontifice.
Concilium Gabilonense secũdum celebratum sub eodem Pontifice.
Concilium Mugontinum primo celebratum sub Leone tertio, anno Domini 813.
Concilium Remense celebratum sub Carolo Magno, & Paschali, & Valentino Pontificibus.
Concilium Aquisgranense primo in Aquisgrano, quòd aquas Tearanas vocabant, tempore Ludouici, primi Imperatoris, anno Domini 816.
Concilium Parisiense celebratum sub Gregorio, quarto, anno Domini 829.
Concilium Aquigranense secundum celebratum tempore Leonis, quarti anno Domini 830.
Concilium Maguntinum, secundum celebratum sub Ludouico Rege, anno Domini 834.
Concilium Aquense celebratum eodem tempore.
Concilium Meldonense celebratum sub Carolo, Iuniore Francorum Rege anno Domini 845.
Concilium Suessionense celebratum eodem tempore, anno Domini 846.
Concilium Valentinum celebratum sub Benedicto tertio Pontifice anno Domini 855.
Concilium Ticinense seu Papiense, celebratum sub Ludouico secundo Imperatore, & sub Nicolao primo Pontifice, anno Domii, 855.
Concilium Pistense celebratum sub eodem Pontifice Nicolao, primo anno Domini 863.
Concilium Vuormaciense celebratum sub Adriano, secundo, anno Domini 868.
Concilium Coustantinopolitanum, quartum octaua Synodus Generalis celebratum sub Adriano secundo, anno Domini 870.
Concilium Coloniense, celebratum sub Ioanne octauo Pontifice, anno Domini 874.
Concilium Muguntiacense celebratum sub Stephano septimo Pontifice, anno Domini 888.
Concilium Metense, & Triburiense, celebratum Stephano Sexto Pontifice, anno Domini 895.
Concilium Hannetense celebratum sub Benedicto quarto, anno Domini 905.
Concilium Salegunstandiense celebratum sub Benedicto octauo, anno Domini 101.
Concilium Lateranẽse celebratum sub Alexandro tertio, anno Domini 1818.
Concilium Lateranense secundum, secundæ Synodus Generalis celeberrime celebratum sub Innocentio tertio, anno Domini 1215.
Concilium Alemanicum celebratum sub Honorio tertio, anno Domini 1224.
Concilium Osomẽse celebratum in Anglia sub eodem Pontifice, & eodem tempore.
Concilium Lugdunẽse celebratum sub Gregorio decimo 1274.
Concilium Viennense Generale, celebratum sub Clemente quinto, anno Domini 1376.
Concilium Constantiense celebratum sub Iulio secundo, & sub Ioanne vigesimo tertio Pontificibus, & Martino, quinto anno Dom. 1418.
Concilium Basiliense celebratum sub eodem Martino quinto, & Eugenio quarto, anno Dñi 1432.
Concilium Tridentinum generale, & œchumenicũ celebratũ sub Marcello secundo, & Paulo quarto, & Pio quarto, anno Domini 1550.

Patres eorumq; pracipue opera, & libri quibus vsus sum in hoc labore.

In primis opera Patris Augustini, distincta in vndecim Tomos.
Opera Diui Ambrosij, distincta in sex Tomos Romæ edita, ac mirabiliter illustrata 1583.
Opera Diui Hieronymi, discipuli Gregorij Nazanzeni, distincta in nouem Tomos.
Opera Diui Cipriani Cartaginensis, distincta in sexdecim libros.
Opera Origenis Adamantij, distincta in quattuor Tomos.
Opera Didimi, in duos Tomos.
Opera Athanasij in octo libros.
Opera Basilij Magni, distincta in octo libros.
Opera Gregorij Episcopi, Nisseni Fratris Basilij Magni, distincta in duodecim libros.
Opera Ioannis Chrysostomi Antiocheni, distincta in quinque Tomos.
Opera Cirilli Alexãdrini, distincta in duos Tomos
Opera Theodoreti in duos Tomos.
Opera Ioan. Damasceni, distincta in duos Tomos.
Opera Venerabilis Bedæ, distincta in duos Tomos.
Opera Rabani Archiepiscopi Moguntini, ordinis Sancti Benedicti, distincta in octo libros.
Opera Remigij Monachi Benedictini Episcopi Antisiodorensis, distincta in quinque libros.
Opera Theophylacti, distincta in duos Tomos.
Opera Diui Anselmi, distincta in tres Tomos.
Opera Ruberti Abbatis, distincta in tres Tomos.
Opera Vgonis de Sancto Victore distincta in tres Tomos.
Opera Bernardi Cisterciensis, distincta in duos Tomos.
Opera Innocentij Tertij Pontificis Maximi, distincta in decem libros.
Opera Petri Bercorij natione Galli ordinis Benedictini, distincta in quattuor libros.
Opera Vgonis de Sancto Caro, Cardinalis ordinis Prædi-

prædicatorum distincta in septem Tomos.
Opera Alfonsi Iostati Madrigalensis Episcopi Abulensis distincta in tres,& viginti Tomos.
Opera Francisci Titelmani Franciscani distincta in duos Tomos.
Opera Sancti Paganini Lucensis ordinis Prædicatorum distincta in nouem libros.
Opera Aloysij Lippomani Veneti Episcopi Veronæ distincta in quatuor Tomos.
Opera Sixti Senensis Dominicani presertim Bibliotecæ Sanctæ distincta in octo libros.
Opera Cornelij Iansenij distincta in duos Tomos
Opera Iulij Rugerij Protonotarij,& secretarij Apostolici Abbatis Iamularum mei familiarissimi distincta in duos Tomos.
Opera Dionysii, Cartusiani, distincta in decem Tomos.
Opus pulcherrimum, Antonij Marsilij Columnæ, Bononiensis Archiepiscopi Salernitani Hydragiologia nuncupatum siue de Aqua benedicta.
Opus Augustini,Triumphi Anconitani ordinis Eremitarum,distinctum in plures partiales libros.

Varij Authores,qui in hoc opere Citantur ordine Alphabetico positi.

A

Abbas Panormitanus.
Adrianus Pontifex.
Alanus Copus.
Albericus.
Albertus Phignius.
Albinus Flaccus.
Alexander Anglus.
Alexander Papa, & Martir.
Alphonsus de Castro.
Alanus Fortunatus.
Ambrosius Catherinus ordinis prædicat.
Andreas Alciatus.
Andreas Baccius,
Andreas Tiraquellus.
Angelus de Clauasio ordinis minorum.
Angelus Roccha ordinis Sancti Augustini.
Angelus pienrinus ordinis,Prædicatorum.
Antonius Campanus.
Antonius Posseuinus societatis Iesu.
Archangelus, à Bargonouo ordinis minorum.
Asconius Pedianus.
Arnobius.
Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis ordinis Prædicatorum.
Auicennas.
Aulus Gellius.
Aurelianus Lemouicentium Episcopus.
Aurelius Prudentius.
Ausonius.

B

Berengarius Cardinalis Episcopus.
Bartholomæus Georgius.
Bartholomeus de Angelis ordinis pdicatorū
Sanctus Benedictus.
Benedictus Arias Montanus.
Sanctus Bernardinus.
Bernardinus Bustus.
Bernardinus Scorius.
Bernardinus Scordeorius.
Bernardus de Lucemburgo.
Burchardus.

C

CAElius Pannonius.
Cælius Rhodiginus.
Cæsar Baronius.
Carolus Bouius Episcopus Ostumensis.
Carolus Sigonius.
Cardinalis Varmiensis.
Cassiodorus.
Cathechesis Neapolitana Ioannis Baptistæ Antonutij ordinis Sancti Augustini.
Christophorus Landinus.
Cicero.
Corradus Chilugbius ordinis prædicatorum.
Constantinus Imperator.
Cornelius Mussus Episcopus Bituntinus ordinis minorum.
Cosmus Philiarchus.
Cosmus Tursianus.
Crispinus.

D

Didacus Couarruuius.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laertius.
Dioscorides.
Directorium Inquisitorum,
Domitius Vlpianus.

E

ELmanuelis Acosta societatis Iesu.
Eluagrius.
Sanctus Eluaristus Pontifex.
Beatus Elurherius.
Euripides.
Eusebius.
Eustathius.
Eutennus.
Euthicliannus Pontifex
Euthinnius.

F

FElicianus Capitonus Archiepiscopus Auinionensis.
Festus Pompeius.
Flauius Iosephus de Antiquitatibus Iudaicis.
Franciscus Aluarez.
Franciscus Alumnus.
Franciscus Teuardentius.
Franciscus Georgius ordinis minorum.
Franciscus Luisinus
Franciscus Begna.
Franciscus Rasalencius.
Franciscus Turrianus societatis Iesu.
Franciscus Scorilli Sancti Petrinatis.

G

GAbriel Prateolus,
Galenus.
Georgius Cedrenus.
Georgius Edecus.
Gilibertus Genebrardus.
Georgius Vercellensis.
Gratianus.
Guido Fabritius.
Gullielmus.
Gullielmus Redoanus.

Gulielmus Martinus.
Gulielmus Barletta.

H

Hubertus de monte claro.
Honorius Papa tertius.
Hugo Abbas.
Henricus Cardinalis hostiensis.
Hugo Monacus.
Hieronymus Cardanus.
Hector Pinctus.
Hieronymus Paphius.

I

Iacobus Archiepiscopus Genuensis ordinis prędicatorum ex oppido Voraginis.
Iacobus Lopis stunica.
Iacobus cognomento magnus patria Toletanus.
Ioannes Turrecremata Cardinalis ordinis prædicatorum.
Ioannes Viquerius ordinis prædicatorum.
Ioannes Baptista Folengus Mantuanus Monacus Benedictinus.
Ioannes Eclius natione Germanus.
Ioannes Ferus Teutonicus.
Ioannes Christophori Dominicanus.
Ioannes Franciscus Picus Mirandolanus.
Ioannes Cagneus Parisiensis.
Ioannes Gerson natione Gallus.
Ioannes Iustus Chartusianus.
Ioannes Nider Dominicanus.
Ioannes de Sancta fide Anglus.
Iulianus Celanensis.

L

Lactantius Firmianus.
Landinus.
Landulfus.
Laurentius Surius.
Laurentius Villauincentius ordinis S. Augustini.
Ludouicus Blosius.
Ludouicus Maioranus.
Leander Bononiensis.
Lucas Monacus ex instituto Diui Basilij.
Ludouicus Iunior Bariscus.

M

Marcellus Francolinus.
Marianus Monacus Benedictinus.
Mattheus de Aqua sparta ordinis minorũ.
Melchior Cano Hispanus Episcopus.
Michael Adam Iudæus.
Michael natione Etruscus.
Michael Medina.

N

Niceforus Calistus.
Nicolaus de Cusa Cardinalis.
Nicolaus Eymericus ordinis prædicatorũ.
Nicolaus Longanus.
Nicolaus Anahus Patriarcha Ierosolimitanus ex ordine prædicatorum.
Nicolaus Todescus.
Nicolaus de Lira.
Nicolaus Gorranus Dominicanus.
Nicolaus Gorranus ordinis prædicatorum.

O

Oddo Cancellarius Parisiensis.
Odo primus Abas cluniacensis.
Olimpiadorus Monachus.
Orosius presbiter Cardinalis.
Otherdus natione Germanus Monachus benedictinus.
Othomarus Lusinius Germanus patria Argẽtinus

P

Paschasius ratabertus Abbas cobriensis.
Pagninus Lucensis ordinis Predicatorum.
Petrus Bercorius benedictinus.
Petrus Damianus Cardinalis.
Petrus Comestor.
Petrus Galatinus.
Petrus Sotus de Sacramentis.
Plutarchus.
Philibertus Aresches Augustinianus.
Philippus Abbas Vornaciensis.
Philippus presbiter Monachus Sancti Basilii.
Philo Iudeus Patria Alexandrinus.
Placitus Parmensis ex ordine prædicatorum.
Proeus Constantinopolitanus Episcopus.
Psellus author Græcus.

R

Rabanus Maurus.
Rabi Salomon.
Radulfus Monacus Benedictinus.
Rainaldus Bipernas ordinis prędicatorum.
Remigius Antisiodorensis Episcopus.
Reginaldus Accetta Neapolitanus dominicanus.
Renoraldus Archiepiscopus Salentianus.
Ricardus Monachus Augustinianus.
Radolfus Lancius Germanus.

S

Sanctes Paganinus.
Saluianus Masiliensis Ecclesiæ Episcopus.
Sanctius de porta ordinis prædicatorum.
Simon de Casia ordinis Heremitarum.
Simon Maiolus Episcopus Vulturaniensis.
Simon Portius Neapolitanus.
Sixtus Vicedominus ordinis prædicatorum.
Stanisiaus Gosis Cardinalis Varmiensis.
Stephanus Iuliacus.
Suetonius.
Summa Angelica.
Summa Antonina.
Summa Astensis.
Summa Armilla.
Summa Caietana.
Summa Conciliorum.
Summa Exemplorum.
Summa Confessorum.
Summa Pisanella.
Summa Rosella.
Summa Silvestrina.
Summa Tabiena.
Synodus Neapolitana.
Synodus Moguntina.
Synodus Cartaginensis.
Synodus Nicena.
Strabus Monachus natione Germanus.

T

Tertulianus.
Theodoretus.
Thomas Cisterciensis.
Theodorus de Appoldia.
Theodorus Balsamon.
Theofilatus.

Thomas

Thomas Vandensis Carmelita.
Titus Liuius.
Turrecremata Cardinalis ordinis prædicatorum.
Titelmanus Aquensis Germanus Carmelita.
Titus Episcopus in Arabia.
Thiconius natione Afer.
Triphilius Episcopus Ciprius.

V

VIctorinus Pitabionensis Episcopus,&martir
Venarius Honorius Clementianus.
Varro.
Victor Vticensis.
Vincentius de Neapoli.
Vincentius de Valentia.
Vitruuius.
Vmbertus Carnotensis Episcopus.
Vincentius presbiter natione Gallus.
Victorinus Masiliensis.
Vincentius Belluacensis Episcopus ordinis Prædicatorum.
Vincentius Valentinus.
Vuolfangus, & Reimonius.
Vuolfangus Larius.

Z

ZOar Hebræus.
Zeno Episcopus Veronæ.
Zonaras Germanus.
Zonaras Vbertinus.
Zoroastes.

Propositiones Magistri Sententiarum, quæ communiter non tenentur à Theologis omnibus.

Ex primo libro.

1 PRima proposirio habetur distinctione 17. Quod spiritus Sanctus est, charitas qua diligimus Deum,& proximum,&c.

2 Secunda habetur in eadem distinctione,quod charitas non augeatur.

3 Tertia habetur distinctione 21. Quod dictio exclusia non additur vni personæ sed toti Trinitati, vnde secundum ipsum non bene dicitur solus Pater, sed sola Trinitas.

4 Quarta habetur in distinctione 24. Hęc nomina numeralia, Trinus, & Trinitas non dicunt positionem, sed priuationem tantum.

5 Quinta habetur distinctione 31. Quod nomina æqualitatis, vel similitudinis non ponunt aliquid in numero,sed remouent tātūmodo.

6 Sexta habetur in dist. 44. Quod Deus semper potest quidquid aliquādo potuit, & vult quidquid aliquando voluit, & scit quidquid aliquando sciuit.

Ex Secundo libro.

1 PRima propositio habetur in dist. 5. Quod Angeli meruerūt beatitudinem per obsequia fidelibus exhibita, & quod præmium præcessit meritum.

2 Secunda propositio habetur in dist. 11. Quod Angeli in merito respectu præmij essentialis,& in ipso pręmio proficiūt vsque ad iudicium in cognitione,& dilectione.

3 Tertia Propositio habetur in dist. 30. Quod nihil de Extrinseco transit in veritatē humana natura, nec per generationem,nec per nutritionem,sed quod ab Adam descēdit per propagationem auctum, & multiplicatum resurget in iudicio.

Ex Tertio libro.

1 PRima propositio habetur in dist. 5. Quod anima absoluta à corpore est persona sicut Angelus.

2 Secunda propositio habetur in dist. 6. Quod filius Dei assumpsit humanā naturā, vt habitū.

3 Tertia propositio habetur in dist. 21. Quod sanè dici potest,quod Deus est mortuus, & nō mortuus, passus est filius Dei, & non passus passa est tertia persona,& non passa. Verbum est crucifixum,& non crucifixum.

4 Quarta propositio habetur in dist. 22. Quod Christus in triduo mortuus fuit homo.

Ex Quarto libro.

1 PRima propositio habetur in dist. 1. Quod Sacramēta legalia etiam in charitate facta,& cum fide,& deuotione non iustificabant.

2 Secunda Propositio habetur in eadem distin. Quod homo sine medio videbat Deum ante peccatum.

3 Tertia propositio habetur eadem distin. Quod Circumcisio non conferebat gratiam ad bene operandum, nec virtutes ad Augmentum sed solum valebat ad dimittenda peccata.

4 Quarta propositio habetur eadem distinctione,Quod paruuli morientes ante octauū diē incircumcisi peribant,& causa necessitatis poterant ante circumcidi.

5 Quinta propositio habetur in distinctione 2. Quod quædam Sacramenta nouę Legis sunt instituta in remediū tantū,vt Matrimonium.

6 Sexta propositio habetur in eadem distinctione Quod baptismo Ioannis non ponētes spē in illo non erant baptizandi baptismo Christi,vel Aliter baptismus Ioannis cum impositione manuum ęquipollebat baptismo Christi, ita quod baptizati baptismo Ioannis nō erat amplius baptizandi baptismo Christi.

7 Septima propositio habetur in distinctione qđ Deus poterat dare potstatem alijs baptizandi interius,poteratque similiter creandi potestatem creaturæ communicare, & creare per creaturam tamquam per ministrum.

8 Octaua proposirio habetur in distinctione 13. Quod excommunicati, vel hæresi manifeste notari, non videntur posse conficere corpus Christi.

9 Nona proposirio habetur in eadem distinctione.Quod à Brutis animalibus corpus Christi non sumitur,& si videatur sumi.

10 Decima propositio habetur in distinctione 19 Quod scientia discernendi,vt notat habitum Scientiæ,sit clauis.

11 Vndecima propositio habetur in distinctione 25.Quod

11. Quod Episcopi Simoniaci, degradati, nõ possunt conferre ordines.

12 Duodecima propositio habetur in distinctione 27. Quod secundus maritus alicuius mulieris etiam non cognitæ carnaliter à primo sit bigamus per cognitionem illius, & prohibetur ab ordinibus.

13 Decima tertia propositio habetur in dist. 24. Quod cognoscens sororem vxoris suæ non tenetur vxori petenti debitum reddere.

14 Decimaquarta habetur in distinct. 38. Quod ille, qui vxore viuente duxit aliam in aliena patria, & rediens ad conscientiam vult eam dimittere, & non potest, si cogitur ab Ecclesia remanere, & debitum reddere, quia sibi non creditur, dicit magister, quod incipit excusari per obedientiam, & timorem, & tenetur reddere debitum si petatur.

15 Vltima propositio habetur in dist. 43. Quod peccata deleta non patefiant alijs in iudicio.

Totus hic labor assumptus est ad Gloriã Dei omnipotẽtis, & Beatæ Virginis, & Diui Thomæ de Aquino, qui fuit ordinis prædicatorum ex Illustri familia de Aquino in Confinibus Campaniæ splendidissimis parentibus ortus. Alberti Ratisponensis Archiepiscopi Doctoris cognomento Magni maior ipse discipulus, maximo, & altissimo ingenio Vir, cui ad plenam absolutamque totius tam diuinæ quam humanæ eruditionis gloriam solus defuit linguarum, & eloquentiæ vsus, quem eruditi illius sceculi vtpote sublimioribus studijs intenti neglexere, Theologorum fuit ac Philosophorum omnium quos in hãc vsque diẽ scolasticorum Achademia protulit, sine vlla controuersia princeps, quippe qui primus omnium latinorum Philosophorum non minus incredibili, quam felici ausu omnem Aristotelis philosophiã commentarijs lucidissimis illustrauit; in sacris verò sincerioris Theologiæ studijs ita sapientissimo Augustino proximus incessit, atque ità mentẽ eius & omnes reconditos sensus introspexit, vt omniũ Doctissimorum Adagio dici soleat Thomam animam fuisse Augustini. In Scholasticis quoque mistæ Thelogiæ disputationibus, ita cæteris Academiarum Ducibus antecelluit, vt vniuersali Scholarum omnium consensu receptũ sit Thomã scholasticæ Theologiæ instauratorem, quatuor inter se implacabiliter pugnantia indissolubili pacis fœdere coniunxisse, videlicet copiam, breuitatem, facilitatem, & securitatem, quas nulli vnquam literarum professori vel ante, vel post eum contigit simul potuisse connectere: ac primum tanta inest ei rerum omnium copiosa vbertas, vt nihil ferè ex vniuerso Theologiæ, ac Philosophiæ ambitu desiderari queat, quod non ipse ditissimis scriptis suis fuerit copiosissima varietate complexus. Breuitas deinde cuius exiguis angustijs copiæ amplitudo contineri non potest, ea est, vt quæ tot veteres ac recentes authores vix innumeris, & immensis voluminibus comprehendere potuerũt, hic intra vnius strictę Epitomes hoc est summæ Thelogiæ compẽdium iocupletissima breuitate plenissime strictissimeque concluserit: breuitati verò, quæ obscuritatis mater est, & comes indiuidua, ita facilitatem omni seclusa difficultate copulauit, vt ordinis dispositione, sententiarum perspicuitate, & verborũ splendida claritate scriptores omnes longo post se reliquerint interuallo, & quod multo admirabilius est, cum in scriptis ecclesiasticis multorum magni nominis Patrum, cautè, ac suspenso pede legentibus progrediendum sit, ne in sententia, quasdã parum tutas imprudenter impingant, huic vni vero diuino viro tanta assertionum sententiarumq; securitas diuinitus obtigit, vt in lectione eius lector omni suspicione erroris liber citra vllã offensam tutus, & securus expedito gradu ex patiari possit veluti per viam Regiam communi Ecclesiasticorum patrum incessu tritam longe à deuijs illis particularium sectarum semitis ac diuerticulis, quæ sæpe incautos abducunt in ambages inextricabiles, & errores inremeabiles, hinc diuinitus factum est, vt Angelici doctoris nomen iure fuerit adeptus & Neapoli cum ad imaginem Crucifixi, qui nunc in Ecclesia Sancti Dominici maxima deuotione vicitur, vehementius oraret, hanc vocem audiuit, bene scripsisti de me Thoma, quam ergo mercedem accipies? cui ille, non aliam Domine nisi te ipsum: extat adhuc cellula in eodem Cęnobio Sancti Dominici de Neapoli, quę in oratorium conuersa est in medio fere Dormitorii fratrum, in qua cellula ipse diu vixit, habitauit, & multa scripsit, & videtur adhuc quandam sanctitatem redolere. Obijt hic Sanctus quinquagenarius, alii verò dicunt, quod vixerit annis 48. à Christi verò natiuitate 1274. In Monasterio seu Abbatia Fossænouę ordinis Cistercienfium dum iret ad Cõcilium Lugdunense missus à Gregorio decimo, & à Ioanne 22. in Sanctorum numero relatus est, anno à Christi natiuitate 1323. Sacrum verò corpus eius post annos ferè cẽtum Tolosam summo Antistite Vrbano 5. disponente delatum, & in Ecclesia prædicatorum eius nomini dedicata honotificentissime collocatum ueneratur, & colitur. Libri quos scripsit in decẽ, & octo Tomos sunt distincti iussu Pij Quinti Pontificis Max mi Romæ impressi 1571. Primus Tomus continet vitam Diui Thomæ ex varijs authoribus collectam & expositionem in libros perihermenias, & posteriorum, cum quibusdam alijs tractatibus. Secundus Tomus continet octo libros physicorum, quatuor libros de cælo, & mundo, & duos de generatione, & corruptione. Tertius Tomus complectitur quatuor libros meteororũ, tres libros de Anima, & omnia parua naturalia. quartus Tomus continet expositionem in duodecim libros Metaphysices, libellum de Ente, & Essentia & libellum de causis. Quintus Tomus continet decem libros Ethicorum, & Octo politicorum, Sextus Tomus continet primum & secundum lib. sententiarum Petri Lumbardi: Septimus Tomus continet tertium, & quartum Octauus Tomus continet quęstiones disputatas, & quæstiones quolibetales. Nonus Tomus continet summam contra gentiles cum Commentarijs Francisci Ferrariensis: Decimus Tomus continet primã partem summæ Theologiæ, & librum Dionysij de diuinis nominibus. Vndecimus Tomus continet primam secundæ, & secundam secundæ. Duodecimus continet tertiam partem. tertius decimus continet Commentaria in Iob, & primam quinquagesimam

ſimam Dauidis, Canticum canticorum, Eſaiam, Hieremiam, & lamentationes; Quartusdecimus continet Commentaria in Matthæum, & in Ioannem. Quintusdecimus amplectitur Catenam Auream, & quatuor Euangelia. Decimusſextus continet Commentaria in omnes Diui Pauli Epiſtolas, & ſermones pro diebus Dominicis, & feſtiuitatibus per annum ante hac nunquam impreſſos. Decimusſeptimus cõtinet opuſcula omnia, & quatuor libros ſententiarum ad Anibaldum. Vltimus continet Tabulam Auream, in omni opere Diui Thomæ, & Concordantias illorum locorum in quibus aliquando viſus eſt ſibi contradicere editam per magiſtrum Petrum de Bergamo ordinis prædicatorum. Summa verò vniuerſæ Theologiæ cum Commentarijs Thomæ de Vio Caietani Cardinalis eſt diſtincta in quatuor libros, primus liber continet decem, & nouem quæſtiones in quibus veluti in Pomario omnes fructus ſpirituales reperies, quandoquidem in prima quæſtione habes quomodo præter phyſicas diſciplinas eſt neceſſaria alia doctrina per reuelationem ad humanam ſalutem conſequendam, & quomodo hæc doctrina eſt ſcientia; & eſt vna ſpeculatiua, & practica, & dignior omnibus alijs ſcientijs, eſt etiam ſapientia inter omnes humanas ſapientias non quidem in aliquo genere tantum ſed ſimpliciter, habet pro adæquato ſubiecto formali Deum ſub ratione Deitatis reuelatæ, eſt etiam argumentatiua, & vtitur Metaphoricis, & Symbolicis locutionibus. in ſecunda quæſtione, quæ eſt principium tractatus de abſolutis, vſque ad vigeſimam ſextam quæſtionem excluſiue diſputat, num Deum eſſe ſit per ſe notum, & an ſit quæſitum demonſtrabile, & qua demonſtratione, & quibus vijs probari poteſt ipſum eſſe. in tertia quæſtione diſputat de ſimplicitate Dei, Nùm ſit corpus, num compoſitum ex materia & forma, & an ſit idem quod ſua eſſentia vel natura, Nùm etiam in eo identificetur eſſentia cum eſſe, Nùm ſit in aliquo genere, an ſint in ipſo accidentia aliqua, num ſit omnino ſimplex, & an in compoſitione aliorum. In quarta quæſtione diſſerit Nùm Deus ſit perfectus, an contineat perfectiones rerum omnium, & vtrum creaturæ poſsint eſſe Deo ſimiles, vt annuere videtur Ioannes Euangeliſta in prima ſua Canonica, Cum apparuerit ſimiles ei erimus. in quinta quæſtione diſputat de bono in communi, ſi bonum differt ſecũdum rem ab ipſo ente, & ſi ſecundum rationem ſit prius quã ens, & num omne ens ſit bonum, & ſi habet rationem cauſſæ finalis, & ſi ratio eius conſiſtat in modo, ſpecie, & ordine, & ſi conuenienter diuiditur per bonum honeſtum, vtile, & delectabile. in ſexta quæſtione diſputat de bonitate Dei, ſi eſſe bonum conueniat ipſi Deo, & ſi eſt ſummum bonum, & ſi eſt proprium eius eſſe bonum per eſſentiam, & ſi omnia ſunt bona diuina bonitate. In ſeptima quæſtione agitur de infinitate Dei, Num Deus ſit infinitus, & ſi aliquid aliud quam Deus poſsit eſſe infinitum per eſſentiam, & ſi detur aliquid infinitum actu ſecundum magnitudinem, vel ſecundum multitudinem, vt puta infinitudo. Angelorum vel animarum, cum omnia ſint in pondere, numero & menſura diſpoſita, vt ſcribitur Sapientiæ. In octaua quæſtione diſſeritur de exiſtentia Dei in rebus,

Cap. 3.

Cap. 11.

A num Deus ſit in omnibus, rebus ſitque vbique, & vt Hieremias canere videtur, cœlum, & terram ego impleo, & ſi hoc ſibi conuenit per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, vt ſcripſit moralis Gregorius ſuper Cantica Canticorum, atque ſi ei proprium ſit vbique eſſe, vt voluit Diuus Ambroſius in libro de Spiritu Sancto, quis audeat creaturam dicere Spiritum Sanctum, qui in omnibus, & vbiq; & ſemper eſt, quod vtiq; diuinitatis eſt proprium. Nona quæſtio amplectitur immutabilitatem ipſius Dei iuxta dictum Malachiæ, cap. 3. Ego Deus, & non mutor; & ſi eſſe immutabile ſit proprietas ipſius Dei, vt docet Auguſtinus in libro de natura

B boni, ſolus Deus eſt immutabilis, quæ autem fecit, quis ex nihilo ſunt, mutabilia ſunt. In decima quæſtione diſputatur de æternitate Dei, & primo ſi æternitas eſt perfecta poſſeſsio tota ſimul vitę interminabilis, & ſi Deus eſt æternus, ſitque ei proprium ęternum eſſe, vt ſcripſit Auguſtinus ad Marcellam, Deus ſolus eſt, qui exordium non habet, & ſic ſolus æternus eſt, & quomodo æternitas ab æuo, & tempore differat, atque qua ratione æuum diſcriminetur à tempore, vt canit Boetius, qui tempus ab æuo ire iubes, & ſi eſt vnum tantum æuum, ſicuti vnicum eſt tempus. In quæſtione vndecima diſſeritur de vnitate diuina, & primo ſi vnũ addit

C aliquod ſupra ens, & ſi vnum & multa opponãtur, & ſi Deus eſt vnus, atque maxime vnus, vt docet Boetius, quod inter omnia quæ vnum dicuntur arcem tenet vnitas diuinæ Trinitatis. In quæſtione duodecima agitur de cognitione Dei, Num creatus intellectus poſsit Deum per eſſentiam videre, & ſi ipſa diuina eſſentia per ſimilitudinem aliquã ab ipſo producta intellectu videatur, & ſi oculis corporalibus aliquãdo cernatur, & ſi ipſemet creatus intellectus per ſua naturalia diuinam eſſentiã videre poſsit an lumine creato aliquo indigeat, atque ſi inter videntes Dei eſſentiam alter altero perfectius videat, ſi etiam uidentes Deum per eſſen-

D tiam ipſum compræhendant, & omnia in eo uideant, & ea quæ in ipſo Deo uidentur à videntibus diuinam eſſentiam ſi per ſimilitudines aliquas videantur, & ſi ſimul vident omnia, quæ in ipſo Deo relucent, & ſi aliquis in hac vita poſsit Deum per eſſentiam videre, atque ſi per rationem naturalem ipſum agnoſcere valeat, & num cognitio Dei, quæ per gratiam habetur ſit altior illa quæ habetur per rationem naturalem. In quæſtione tertiadecima diſcutitur de diuinis nominibus, ſi Deo aliquod nomẽ cõueniat, & ſi illud dicatur de Deo ſubſtantialiter, & proprie, & ſi nomina dicta de Deo ſint ſinonima, atq; illa quæ de Deo, & creaturis dicuntur

E ſi vniuoce de eis verificentur, vel prius de creaturis, quam de Deo dicantur, & ſi ea quæ important relationem ad creaturas dicantur de Deo ex tempore, & ſi hoc nomen Deus ſit nomen naturæ, vel operationis, & ſi eſt communicabile alijs, ſi etiam vniuoce dicitur de Deo per participationem, & ſecundum naturam, & ſecundum opinionem, & vtrũ hoc nomen, qui eſt ſit, maxime nomen Dei proprium, atque ſi propoſitiones affirmatiuæ poſsint formari de Deo. In quæſtione quartadecima diſſerit Sanctus Thomas de ſcientia Dei, & primo ſi in Deo eſt ſcientia, & ſi intelligit ſe ipſum, atque compræhendat. ſi ipſum intelligere Dei, ſit eius

Cap. 23.

Cap. 3.

substãtia, & num cognoscat alia à se propria cognitione, & si per discursum, & si scientia sua sit rerum caussa, & cognoscat non entia iuxta dictum Apo-
Cap.4 stoli ad Romanos, qui vocat ea quæ nõ sunt, tanquam ea quæ sunt, & num cognoscat mala, & singularia, & infinita, & futura contingentia, & enunciabilia, & si scientia sua sit variabilis, & speculatiua, vel practica. In quæstione quintadecima Agitur de ideis, si ideæ sunt, vt docet August. lib. 8 quæstionũ tanta vis in ideis constituitur, vt nisi his intellectis, sapiens esse nemo possit, & si sint plures ideæ, & omnium, quæ cognoscit Deus sint Ideę ipsæ. In quæstione Decimasexta agitur de veritate an veritas sit tantum in intellectu, & hoc componento, & diuidente, & verum, & ens conuertantur, & si bonum secundum rationem sit prius quam verum, & si Deus ipse sit veritas, vt scribitur apud Ioannem,
Cap.14 Ego sum via, veritas, & vita, & si sit vna sola veritas secundum quam omnia sint vera, & si veritas creata sit ęterna, & immutabilis. In quæstione Decimaseptima disputatur de opposito veritatis nempe de falsitate, Num falsitas sit in rebus, num in sensu, num in intellectu, & si verum, & falsum sunt contraria. In quæstione decimaoctaua, differitur de vita Dei, & primo si rerum naturalium omnium sit viuere, si vita sit quædam operatio, & si Deo conueniat vita, iuxta illud cor meum, & caro mea exultauerunt Deum viuum, & si omnia sunt vita in Deo. In quæstione Decimanona agitur de volũtate Dei si in Deo sit voluntas, si Deus velit alia à se, & si ex necessitate, & si voluntas Dei sit causa rerum, & si ipsius diuinæ voluntatis sit assignare aliquam caussam, & si voluntas Dei semper adimpleatur, & si sit mutabilis, & si necessitatem rebus volitis imponat si etiam sit ipsorum malorum, & si Deus habeat liberum arbitrium, si etiam in ipso Deo voluntas signi distinguenda veniat. In quęstione vigesima, disputat de his quæ absolutè spectant ad Dei voluntatem, vt puta si in Deo sit amor, vt scribitur prima
Cap.4 Canonica Ioannis Deus charitas est, & si Deus om-
Cap.2. nia diligit iuxta dictum Sapientiæ diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, & si æqualiter illa diligat, & si meliora semper magis diligat. In quæstione 21. Agitur de Dei iustitia, & misericordia, primo nũm iustitia sit in ipso Deo, vt habetur in psalmis iustus dominus, & iustitias dilexit, & nũm hæc iustitia sit veritas, & postmodum si misericordia conueniat Deo, atque si in omnibus operibus eius misericordia, & veritas apparet iuxta illud omnes viæ Domini misericordia, & veritas: In quæstione 22. Disputat de prouidẽtia Dei Num in ipso Deo prouidentia ponenda sit, & si huic diuinæ prouidentiæ omnia subijciantur, & si Deus ipse immediate omnibus prouideat, atque necessitatem rebus ipsis pronisis imponat, vel secũdum naturas ipsarum deducat ad finem. In quęstione 23. Agitur de diuina prędestinatione, si homines prædestinantur à Deo, & prædestinatio ponat aliquid in prædestinato, & si Deus aliquem hominem reprobat, atque si prædestinatus ipse eligat
Cap.1. iuxta illud ad Ephesios. Elegit nos Deus ante mundi constitutionem, & si præscientia meritorum sit caussa prædestinationis, & nũm prædestinatio sit certa, & si numerus prædestinatorum quoque certus sit, atque prędestinatio si iuuari potest sanctorum præcibus. In quæstione 24. consideratur de libro vitæ, num liber vitæ sit idem, quod prædestinatio, & si liber vitæ sit solum respectu vitæ gloriæ prædestinatorum, & si aliquis deleri potest de libro vitæ iuxta illud deleantur de libro viuentium. In quæstione vigesimaquinta. Disputatur de potentia Dei, si in eo sit potentia, & si sit infinita, & si dici possit omnipotentia per quam etiam prę sentia fieri possit, vt non fuerint, & si ipse Deus facere possit quę non facit, & si meliora his quæ fecit iuxta dictum Apostoli ad Ephesios, quod Cap.3.
Deus potest omnia facere abundantius quam petimus aut intelligimus. In quæstione 26. Disputatur de Dei beatitudine, & felicitate, nũm ipsi Deo beatitudo conueniat, & si sit beatus secundum intellectum, vel secundum voluntatem, & an sit beatitudo obiectiua beatorum omnium, & si beatitudo sua amplectatur omnem aliam beatitudinem, tam actiuam, quam contemplatiuam, sicuti sua perfectiò cõplectitur omnem perfectionẽ.

Sequitur quæstio 27. quæ est initium tractatus de respectiuis, quia hucusque in quæstionibus prę cedentibus disputauit Sanctus Thomas de perfectionibus absolutis, quæ conueniunt ipsi Deo, nunc autem ab hac præsenti quęstione 27. vsque ad 44. Exclusiue disputat de prædicatis relatiuis quæ conueniunt ipsi Deo ad intra, & primo de radice horum prædicatorum nempe de processionibus, si in diuinis inueniatur formaliter processio aliqua realis, si hæc processio generatio dici possit, quæ est viuentis à viuente coniuncto secundum similitudinem eiusdem naturæ, & num sit alia aliqua processio ab hac processione, & si hæc alia processio, quæ est ipsius amoris generatio nominari posit, necne, & si vltra has duas processiones nempe verbi, & amoris sint aliæ processiones in Deo, vel sicuti sunt tantum duo procedentes nempe filius, & spiritus sanctus, ita etiam sint duæ tantum processiones. In quæstione 28. Agitur de diuinis relationibus si in Deo sint aliquæ relationes reales, & si sunt idem, quod sua essentia, & si distinguantur adinuicem, & si sint quatuor tantum his nominibus appellatæ, Paternitas, filiatio, spiratio & processio. In quæstione 29. Disputatur de personis, & primo de diffinitione personæ quam assignat Boetius in libro de duabus naturis, & vna persona Christi, si talis: ergo definitio in qua dicitur persona est rationalis naturæ indiuidua substantia sit rectè assignata, & si personæ idem sit, quod hypostesis subsistentia, & essentia, & si competit hoc nomen persona ipsi Deo, & significat relationem vel absolutum simpliciter, vel absolutum per modum relati, siue relationem per modum substantiæ in diuina natura. In quæstione 30. Agitur de pluralitate personarum: Num in Deo sint plures personæ, vel tantum tres, vt scribit Ioannes in prima sua Canonica tres sunt, qui testimonium Cap. vlt.
dant in cælo pater, verbum, & spiritus sanctus, & num termini numerales ponant aliquid in diuinis vel remoueant tantum, & si hoc nomen persona sit commune tribus personis per modum generis vel speciei, aut vagi indiuidui. In quæstione 31. Disputatur de his, quæ spectant ad vnitatem vel pluralitatem in Deo, vt puta si hoc nomen Trinitas sit Deo attribuendum, & si filius sit alius à padre, vel aliud,

aliud, vt male intellexit Arrius, & si hęc dictio exclusiua solis addēda sit termino essentiali in Deo
Cap. 1. vt tangere videtur Apostolus prima ad Timotheū Regi sęculorum immortali, inuisibili soli Deo, &c. & si etiam dictio exclusiua adiūgatur termino per-
Cap. 14. sonali: vt colligere videtur apud Mattheum Nemo nouit filium nisi pater, &c. In quęstione trigesimasecunda, Agitur de cognitione diuinarum personarum, si rationibus naturalibus agnosci possint, vel ponēdæ sint notiones aliquæ quibus agnoscantur, & hæc sint quinque tantum. s. innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio, vel addenda sit etiam sexta, vt arbitratur Scotus ponens inspirabilitatem communem Patri, & Filio, & si quis contrarium de his notionibus opinaretur de hæresi inquiri possit, vel absque periculo hæresis contrariam opinionem sustinere valeat. In quęstione trigesimatertia, Agitur de persona Patris si ei conuenit esse principium, vt docet Augustinus
Cap. 6. quarto de Trinitate, Pater est principium totius Deitatis, & si hoc nomen Pater sit proprium nomen diuinæ personę, vel metaphoricum, siue extraneum, aut commune, & si prius Pater personaliter dicatur de Deo quam Pater essentialiter, & si esse ingenitum sit proprium ipsi patri, vel commune filii, & alteri personæ diuinæ. in quæstione trigesimaquarta, Agitur de persona Filij, si verbum dicatur nomē personale, & si sit proprium nomen Filij,
Quæst. 30. & si dicat respectum ad creaturas, vt docet Augustinus libro 83. quæstionum dicens quod in nomine verbi significatur non solum respectus ad patrē, sed etiam ad illa quę per Verbum facta sunt operatiua potentia, quæ verba sunt contra Scotum in
Quæst. 14. Quolibetis Tenentem Verbum Dei ex vi productionis suæ non procedere ex sciētia creaturarum, sed tātum diuinæ essentiæ personarum autem concomitanter, &c. In quæstione trigesimaquinta disputatur de imagine si sit nomen personale cum dicat respectum, & si sit proprium nomen ipsius Filij,
Cap. 6. vt docet Augustinus septimo de Trinitate quod Filius solus est imago Patris, vt scribit Apostolus ad
Cap. 1. Colossenses, qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ, vel etiam hoc nomen imago conueniat Spiritui Sancto, vt doctores Græci, & præsertim Damascenus sentire videntur. In quęstione trigesimasexta, Agitur de persona Spiritus Sancti, si hoc nomen Spiritus Sanctus sit proprium nomen alicuius diuinæ personæ, sicuti hoc nomen Pater, & Verbum, & si procedit à Patre tantum, vt doctores Græci sustinere videntur, vel à Patre, & Filio, sicuti in Concilio Florentino fuit statutum, & si procedit à Patre per Filium, vel à Filio per Patrem, & si dici possint Pater, & Filius vnū principium Spiritus Sācti, vt docet Augustinus se-
Cap. 6. ptimo de Trinitate, Pater, & Filius non sunt duo principia, sed vnum principium Spiritus Sancti. In quæstione trigesimaseptima, Agitur de Amore, si amor dicatur esse propriū nomen, vt docet Gregorius in Homelia Pentecostes ipse Spiritus Sanctus, est amor, & si Pater, & Filius diligant se Spiritu San-
Cap. 5. cto, vt vult Augustinus sexto de Trinitate quod Spiritus Sanctus est quo genitus à generāte diligitur, genitoremque suum, & ipse diligit. In quæstione trigesimaoctaua, Disputatur de dono, Num sit nomen personale, & si sit proprium nomen Spiritus

A Sancti, vt scribit Augustinus quarto de Trinitate, sicut natum esse est Filio à Patre esse, ita Spiritum Cap. 5.
Sanctum donum Dei esse, est à Patre, & Filio procedere, sed Spiritus Sanctus sortitur proprium nomē inquantum procedit à Patre, & Filio, igitur, & donum est proprium nomen Spiritus Sancti. In quæstione trigesimanona, Disputatur de personis in comparatione ad essentiam, si in Deo essentia sit idem quod persona, & si dici possit tres personas esse vnius essentiæ, vt dicit Augustinus in secundo libro contra Maximum quod hoc nomen homousyon, quod in Concilio Niceno aduersus Arrianos
B formatum est, idem significat quod tres personas esse vnius essentiæ, & si nomina essentialia singulariter prædicentur de tribus personis, ita vt aliter dici non possit, nisi vt habetur Deuteronomij Cap. 6.
Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est, & si nomina essentialia concreta ex se supponere possint pro essentia, vel pro persona, vel pro vtroque, & si etiam significata in abstracto supponant etiam pro persona, vt dixit Abbas Ioachim, asserens quod sicut dicitur Deus genuit Deum, ita dici possit essentia generat essentiam (quāquam in hoc errauit errore maximo) & si personæ prædicari possint de nominibus essentialibus, atque nomina ipsa essen-
C tialia sint approprianda personis, vt docet Apostolus primæ Corinthiorum, Christum Dei virtutem, Cap. 1.
& Dei sapientiam, & si talia nomina essentialia conuenienter attributa sint diuinis personis à sacris Doctoribus. In quadragesima, Agitur de personis in comparatione ad relationes, siue proprietates, & primo si relatio sit idem quod persona, & si personæ distinguatur per relationes, vt docet Boetius in libro de Trinitate, quod sola relatio multiplicat Trinitatem diuinarum personarum, & si abstractis per intellectū relationibus ipsis à personis ad huc remaneat ipsę hypostases, & actus notionales præintelligantur proprietatibus, ita vt prius sit generatio, quā paternitas. In quadragesimaprima, con-
D sideratur de personis in comparatione ad actus notionales, puta si actus notionales. s. dicere, generare, & spirare tribuendi sunt personis, & si sunt voluntarij, vel naturales, & necessarij, & si sint de aliquo, vel de nihilo, & si respectu horum actuum notionalium sit aliqua potentia, vt voluit Augustinus contra Maximum hæreticum dicens, si Deus Pater non potuit generare Filium sibi æqualem, vbi est omnipotentia Dei Patris, & si potentia generandi significat relationem vel essentiam, & naturam diuinam, vel vtrumque, vt puta alterum in recto, & alterum in obliquo, & si actus notionalis ad plures
E personas terminari possit, ita vt sint plures filij, & plures Spiritus Sancti. In quadragesimasecunda, Agitur de comparatione personarum ad inuicem, & primo si æqualitas locum habeat in diuinis, & si persona procedens sit coæterna suo principio, vt Filius Patri, & si in diuinis personis reperiatur ordo naturæ sine prioritate contra Scotum in primo Dist. 28.
sententiarum uolentem unam personam esse priorem alia, & nō posse reperiri ordinem in aliquibus sine prioritate, & si Filius sit æqualis Patri secundum magnitudinem, & etiam secūdum potentiā, & si alter sit in altero, & e conuerso, iuxta illud Io- Cap. 14.
annis, ego in patre, & pater in me est. In quadragesimatertia Agitur de Missione diuinarum per-

sonarum, & primo si alicui personæ diuinæ conue-
niat missio, & si hæc missio sit temporalis vel æter-
na tantum, & si missio inuisibilis diuinæ personæ
sit solum secundum donum gratiæ gratum facien-
tis, & si patri conueniat mitti, & si filio coueniat
etiam missio inuisibilis, vel visibilis tantum, vt sen-
Cap. 4. tire videtur Apostolus scribens ad Galathas, cum
venit plenitudo tēporis, misit Deus filium suū, &c.
& si missio inuisibilis fiat ad omnes, qui sunt par-
ticipes gratiæ, & si etiam spiritui sancto conue-
Cap. 3. niat missio visibilis, vt habetur apud Matthęum,
quod spiritus sanctus descendit super Dominum
baptizatum in specie columbæ, & si aliqua diuina
persona mittatur nisi ab ea à qua æternaliter pro-
cedat, vel etiam ab ea à qua non procedit, vt scribit
Augustinus secundo de Trinitate, quod filius mit-
titur, & à se, & à Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus
etiam mittitur, & à se, & à filio, & sic terminatur à
diuo Thoma tractatus de prędicatis respectiuis ad
intra, seu de Trinitate.

In quadragesimaquarta quæstione incipit tra-
ctare de prædicatis respectiuis ad extra, nempe re-
spectu creaturarum, & primo in communi, secun-
do in particulari, in communi querit si necessa-
rium sit omne ens esse à Deo creatum, cum ipse
Cap. 11. Deus sit ens per essentiam, de quo Apostolus ad
Romanos ait ex ipso per ipsum, & in ipso sunt o-
mnia, deinde, quærit, si materia prima est creata à
Deo, iuxta dictum Augustini, duo fecisti Domine
vnum prope te, s. Angelum, aliud prope nihil, s.
materiam primam, & si Deus sit prima causa exem-
plaris omnium rerum, & finalis sicuti est causa effi-
ciens, scribitur. n. in prouerbijs vniuersa propter
semetipsum operatus est Deus. In quæstione qua-
Genes. 1. dragesimaquinta, Agitur de modo Emanationis
rerum à primo principio, num creare sit aliquid
ex nihilo facere, vt dicit glosa super illis verbis in
principio creauit Deus cælum, & terram, & si Deus
potest aliquid creare, & si creatio sit aliquid in crea
tura, & si sit rerum compositarum subsistentium
& si sit proprium ipsius Dei creare, ita quod nulli
alteri creaturæ conueniat hæc actio, neque etiam
instrumentaliter, vt voluit magister sententiarum
qui errauit in hoc loco dicendo, creaturam con-
currere instrumentaliter ad creationem, & si sit pro
prium alicuius personæ diuinæ, vel sit opus com-
mune toti Trinitati, & si vestigium huius sanctissi-
mæ Trinitatis in omnibus creaturis inueniatur, &
si in omnibus operibus naturæ, & artis creatio ad-
misceatur, vel præsupponatur aliquid tantummo-
do ad operationem naturæ. & In quadragesima-
sexta quæstione, agitur de principio durationis, si
Cap. 83. vniuersitas creaturarum omnium semper fuerit, &
si mundum incępisse sit fidei Articulus, vel demō-
Cap. 1. stratiuis rationibus suaderi possit, & si creatio re-
rum fuerit in principio temporis, vel in filio, vel in
aliquo momento antecedente omnia, videtur tan
gere Augustinus, quod in principio creauit Deus
cælum, & terram quibus verbis intelliguntur qua
tuor coęua, simul creata, s. cælum empireum, ma-
teria corporalis, tempus, & natura angelica. In
quadragesimaseptima quæstione Agitur de distin
ctione creaturarum, & primo si multitudo, & di-
stinctio sit ab ipso Deo, & si inæqualitas rerum ab
ipso etiam proueniat, vt dicitur in Ecclesiastico,

A quare Dies diem superant, & iterum lux lucem, &
annus annum à Domini scientia separata sunt, si
etiam sit vnus tantum mundus vel plures, propter
verba Ioannis, mundus per ipsum factus est, & mun
dus eum non cognouit, quibus verbis mundum
singulariter nominauit. In quadragesimaoctaua
quæstione consideratur de distinctione rerum in
particulari si malum sit natura quædam positiua,
& si inueniatur in rebus, & si sit in bono tamquam
in subiecto, & si totum bonum ipsum corrumpat;
& si sufficienter diuiditur per malum penæ, & ma-
lum culpæ, & quid sit illud malum, quod plus de
ratione mali retineat, num malum pœnę, vel ma-
B lum culpæ; In 49. quæstione disputatur de cau-
sa mali, Num bonum ipsum possit malum causa-
re, & si summum bonum, quod est Deus sit causa
ipsorum malorum, vel etiam detur vnum sum-
mum malum, quod sit caussa omnis mali, sicuti
summum bonum est caussa omnis boni, & quia si
datur vnum contrariorum natura debet dari, &
reliquum. hucusque Sanctus Thomas in generali
tantum tractauit de prędicatis respectiuis respe-
ctu creaturarum, nunc autem descendit ad specia-
les creaturas, nempè ad Angelos, & ideo in quæ-
stione quinquagesima quęrit si Angelus sit omni-
no incorporeus, & si est compositus ex materia, &
C forma, & si reperiatur magnus numerus Angelo-
rum, propterea, quòd Daniel asserit millia mil-
lium ministrabant ei, & decies cētena millia assiste Cap. 7.
bant, & si ipsi Angeli in tanto numero existentes
conueniant sub eadem specie, vt docere videtur
Scotus; vel differant secundum naturam specifi-
cam, vt sentit Sanctus Thomas, & sint etiam incor
ruptibiles, vt docet beatus Dionysius libro de di- Cap. 4.
uinis nominibus, quòd intellectuales substantiæ
habent vitam indeficiētem ab vniuersa corruptio-
ne, morte, & materia, & generatione mundę exi-
stentes. In quæstione quinquagesima prima Con- Dist. 3.
sideratur de Angelis in ordine ad corpora, si ha-
D bent corpora naturaliter sibi vnita, vel sint separa-
ti à corporibus; & si aliquando assumunt corpora
vt habetur de illis Angelis, qui apparuerunt Abra-
hæ, & Loth, atq; Thobiæ, & si in corporibus assum
ptis exerceant opera vitę, vt est comedere deambu
lare, & cætera talia. In quæstione quinquagesima-
secunda disputatur de comparatione ipsorum An
gelorum ad locum, si sunt in loco per substantiam,
vt sentire videtur Scotus, vel per præsentiam ordi-
nis, & operationis, & si vnus Angelus possit esse im
pluribus locis simul, atque plures simul etiā in eo-
dem loco, vel vtrumque habetur pro impossibili,
vt doctrina Angelica fatetur. In quæstione quin-
E quagesimatertia Agitur de motu locali Angelorū
si Angelus possit moueri localiter, vel motu con-
tinuo, vel discreto, & si transit per medium quan-
do mouetur, & si etiam in instanti moueri possit,
cū omnis motus fiat in tēpore, est. n. in eo prius, &
posterius. In quæstione quinquagesimaquarta
Consideratur de Intellectione ipsorum Angelo-
rum, & primo si intelligere sit eorum substantia,
vel esse, & si potentia intellectiua sit eorū essentia,
si etiam in illis reperitur intellectus Agens, & possi
bilis, vt male Scotus sentire videtur, secundo sen-
tentiarum, & si solummodo cognitio intellectiua Dist. ult.
in eis repeatur, vel etiam, & sensitiua, vt quidam

Platonici

Platonici imaginati sunt. In quæstione quinqua-
gesimaquinta disputatur de medio quo Angeli co
gnoscunt, num per eorum substantiam, vel per ali-
quas species superadditas, & si istæ species sunt re-
Distin.3. ceptæ a rebus, vt Gabriel, & Durandus scribunt se-
cundo sententiarum, & si superiores Angeli per spe
cies magis vniuersales quam inferiores intelligant.
In quæstione quinquagesimasexta, Consideratur
de cognitione Angeloru ex parte rerum, & primo
si agnoscunt se ipsos per se ipsos, & si alter alterum,
& si agnoscunt Deum viribus naturæ proprijs, vel
per aliquam cognitionem gratuitam. In quæstio-
ne quinquagesimaseptima, Si Angeli cognoscunt
naturas rerum materialium, & res ipsas singulares,
& particulares, & si cognoscūt futura, quemadmo-
dum præterita, & præsentia intuentur, si etiam co-
gitata cordium, atque mysteria gratiæ. In quæstio-
ne quinquagesimaoctaua, Consideratur de modo
Angelicæ cognitionis, si intellectus Angeli semper
sit actu intelligens, vel quandoque sit etiam in po-
tentia ad intelligendum, & si multa simul intellige-
re possit, & si componendo, & diuidendo, & discur
rendo, & si falsitas aliquando admisceatur in intel-
lectu Angeli, & si per cognitionem matutinam, &
vespertinam agnoscat, atque si vna sit matutina, &
vespertina cognitio, vel duæ ex propria natura di-
stinctæ. In quæstione quinguagesimanona, Tracta-
tur de voluntate Angelorū, si in Angelis sit volūtas,
& si differat ab intellectu, si etiam sit liberum arbi-
trium, atque irascibilis, & concupiscibilis. In quæ-
stione sexagesima Disputatur de actu voluntatis,
qui est amor, num in Angelis sit amor naturalis, &
etiam electiuus, & si vtroq; amore diligat seipsum,
& plus seipsum quam Deum, & si alter alterum etiā
amore naturali diligat. In quęstione sexagesima-
prima Agitur de Angelis si habeant caussam sui ip-
sorum, & si fuerint producti à Deo ab æterno, atq;
ante mundum corporeum, vt Gregorius Nazanze-
nus sentire videtur, & si fuerint creati in cœlo em-
pyreo, vt Strabus Doctor antiquus docuit. In quæ-
stione sexagesimasecunda, Inuestigatur de gratia,
& gloria Angelorum, num fuerint creati beati, sal-
tem beatitudinem naturali, vel indiguerint gratia
ad hoc vt in Deum Optimum Maximum conuer-
terentur, vel fuerint conditi in gratia, vt docet Bea-
tus Augustinus, aut in puris naturalibus, vt Roma-
Dis.5.q.2. nus Aegidius contra suum Magistrum secūdo sen-
tentiarum scripsit, & si meruerit suam beatitudi-
nem, si etiam post vnicum actum meritorium bea-
titudinem habuerint, & iuxta mensuram suorum
naturalium gratiam, & gloriam consequuti sint, &
si postquam beatitudinem habuerint remaneat in
eis cognitio naturalis, si adhuc existente in beatitu
dine peccare possint, atque proficere in beatitudi-
ne. In quæstione sexagesimatertia, Consideratur
de malitia Angelorum, si in Angelis malum culpæ
Cap.4. esse possit, iuxta illud Iob in Angelis suis reperit
prauitatem, & si tale malum culpæ fuerit superbia,
vel peccatum inuidiæ, vel luxuriæ, vt quidam ine-
pte de hac re loquuti sunt, & si appetierint esse, vt
Deus, & aliqui dæmones sint naturaliter mali, &
num diabolus fuerit malus in primo instanti suæ
creationis per culpam propriæ voluntatis, & si fue-
rit aliqua mora inter creationem, & lapsum Ange-
lorum, num etiam supremus inter peccantes fuerit

A supremus inter omnes, si etiam peccatum primi
Angeli fuerit alijs caussa peccandi, & si tot pecca-
uerunt quot permanserunt, vel plures remanserint
iuxta dictum quarti Regum, plures nobiscum sunt Cap.6.
quam cum illis. In quæstione sexagesimaquarta,
Concluditur de pœna dæmonum, & primo si intel
lectus eorum sit obtenebratus per priuationem co
gnitionis omnis veritatis, si voluntas dæmonū sit
ostinata in malo, & si in eis reperiatur dolor, atq;
aer iste caliginosus sit locus pœnalis dæmonum. In
quæstione sexagesimaquinta, Agitur de creatura
corporali num sit facta à Deo, atque propter sui
bonitatem, & si producta fuerit per medios Ange-
B los, si etiam formę corporum sint ab ipsis Angelis,
vt quibusdam Platonicis videtur. In quæstione se-
xagesimasexta, Consideratur de opere distinctio-
nis, & primo si informitas materiæ tempore præ-
cesserit formationem ipsius, si etiam vna sit mate-
ria informis omnium corporalium, & si cœlum
empyreum sit concreatum materiæ informi, si etiā
tempus hoc modo concreatum sit. In quęstione
sexagesimaseptima, Tractatur de opere distinctio-
nis secundum se, si lux proprie in spiritualibus esse
dicatur, si sit corpus, si sit qualitas, si conuenienter
prima die fuerit producta. In quæstione sexagesi-
maoctaua, Consideratur de opere secundæ diei,
C si firmamentum factum sit secunda die, & si aqua
sit super firmamentum, si etiam firmamentum
diuidat aquas ab aquis, & si tantum sit vnum cœ-
lum, vel plures. In quæstione sexagesimanona, Agi-
tur de opere tertiæ diei, Num cougregatio aqua-
rum cōuenienter dicatur facta tertia die, sic etiam,
& productio plantarum, ita enim habetur apud
Genesim protulit terra herbam virentem, & postea Cap.1.
sequitur factum est vespere, & mane dies tertius.
In quæstione septuagesima, Agitur de opere quar-
tæ diei, & primo si luminaria debuerint produci
hac die, & si caussa productionis eorum cōuenien-
ter describatur, & si sint corpora animata, vt Plato
D voluit, vel inanimata, vt rei veritas se habet. In quę-
stione septuagesimaprima, Consideratur de opere
quintæ diei, si rationabiliter ea quæ in hac die pro-
ducta leguntur facta sint. In quæstione septuagesi-
masecunda, Disputatur de opere sextæ diei, idem
quæsitum si rectè, & conuenienter, quæ facta sunt
in hac die recitata sint à Moysi. In quæstione se-
ptuagesimatertia, Consideratur de his quæ spectāt
ad septimum diem, & primo si completio diuino-
rum operum debuerat huic diei ascribi, iuxta il-
lud compleuit Deus die septimo opus suum quod Gen.2.
fecerat, & si hac die requieuit Deus ab omni ope-
re quod patrarat, & si benedixit, & sanctificauit
E omnia in hoc die. In quęstione septuagesimaquar-
ta, Agitur de omnibus septem diebus in commu-
ni, si sufficienter isti dies enumerētur, & si isti dies
sint plures vel vnus tantum, & si scriptura sacra con
uenienter vtatur verbis, & vocabulis, atque nomi-
nibus ad exprimendum opera sex dierum, &c. In
quæstione septuagesimaquinta, Consideratur de
homine constituto ex corporali, & spirituali, verū,
quia non spectat ad Theologum disputare de ho-
mine quo ad partem corporalem, sed tantum quo
ad spiritualem, quæ est anima, propterea quærit de
ipsa, num sit corpus, & aliquid per se subsistens
à corpore independens, & sic homo vtens cor-

pore, vt voluit Plato, ſi etiam animæ brutorum
animalium ſint per ſe ſubſiſtentes, ſi adhuc huma-
na anima ſit ex forma, & materia compoſita, & ſi ſit
incorruptibilis, & eiuſdem ſpeciei cum Angelis, vt
docuit Origenes. In quæſtione 76. Diſputatur de
Vnione animæ ad corpus, ſi vnitur corpori tam-
quam forma, & ſi multiplicatur ad multiplicatio-
nem corporum, & ſi præter ipſam ſit in ipſo homi-
ne aliqua alia anima differens ab iſta ſecundum
eſſentiam, & ſi etiam ſit aliqua alia forma puta cor
poreitatis, vt tenet Auerroes & Scotus, & ſi etiam
conuenientiſsime tali humano corpori vniatur tã
nobiliſsima ſubſtantia intellectualis, quæ eſt no-
ſtra anima, ſi etiam medijs diſpoſitionibus acci-
dentalibus vniatur, & ſi mediante aliquo alio cor-
pore, & ſi ſit tota in toto corpore, & in quauis eius
parte. In quęſtione Septuageſimaſeptima, Conſi-
deratur de Potentijs ipſius animæ, num diſtingua-
tur ipſa anima eſſentialiter à ſuis potentijs, vel ſit
idem identice, vt docet Scotus, & ſui ſequaces, & ſi
plures habet potentias diſtinctaſque per actus, &
obiecta, atq; ſi inter ipſas detur ordo naturæ, vel ge
nerationis, & temporis, ſi etiã ipſa anima ſit earum
ſubiectum, atque ab eius eſſentia fluant, vel vna ip
ſarum ab altera oriatur, & quando anima ſepara-
tur à corpore retineat potentias omnes nec ne. In
quæſtione Setpuageſimaoctaua, Diſputatur de
eiuſdem potentijs in ſpeciali, ſi potentiarum gene-
ra ſint quinque, & ſi partes vegetatiuæ conuenien-
ter ponantur nutritiuum, augmentatiuum, & ge-
neratiuum, & ſi exteriores ſenſus ſint quinque tan-
tum, & interiores quatuor, vel etiam quinque, vt
poſuit Auicennas. In quæſtione Septuageſimano-
na, Quęritur de potentijs intellectiuis, & primo ſi
intellectus ſit animæ potentia, & ſi ſit paſsiua, &
num neceſſario ponendus, ſit intellectus Agens, &
ſi eſt aliquid animæ, vel ab ea ſeparatus, vt voluit,
Alexander, & vtrum ſit vnum in omnibus homini-
bus, vt peſsime docuit Auerroes, & vtrum memo-
ria ſit in parte intellectiua ipſius animæ, ſitque
etiam ab intellectu, & num ratio realiter diſtingua
tur ab intellectu, & ſi ratio ſuperior ſint diuerſæ
potentiæ, ſi adhuc intelligentia alia facultas ab in-
tellectu ſit, & ſi intellectus practicus, & ſpeculatiuus
ſint diuerſæ vel vnica potentia, ſi etiam Synderesis
ſit quædam ſpecialis potentia ab alijs diſtincta, &
hoc idem quęritur de conſcientia. In quæſtio-
ne octuageſima. Agitur de potentijs appetiti-
uis in communi, ſi appetitus ſit aliqua ſpecialis po-
tentia ipſius animæ, & ſi appetitus ſenſitiuus, & in
tellectiuus ſint diuerſæ potentiæ. In quæſtione
octuageſimaprima Conſideratur de ſenſualitate,
num ſenſualitas ſolum ſit appetitina potentia, & ſi
appetitus ſenſitiuus diſtinguatur in iraſcibilem, &
concupiſcibilem veluti in facultates diuerſas, & ſi
iraſcibilis, & concupiſcibilis ipſæ rationi obediant
In quæſtione octuageſimaſecunda. Agitur ad vo
luntate ſi appetit aliquid ex neceſsitate, vel tantum
finem, non autem media ad finem, & ſi eſt altior
potentia, quam intellectus, vt ſcribit Scotus, & Du
randus, & num moueat intellectum ipſum, & ſi
etiam concupiſcibilis, & iraſcibilis in ſuperiori ap-
petitu partem habeant. In quæſtione octuageſima
tertia, Quęritur de libero arbitrio, ſi homo eſt li-
beri arbitrij, & ſi liberum arbitrium ſit facultas,
Aquædam, & ſi ſit potentia appetitina, ſeu volitiua,
aut diſtincta à voluntate. In quæſtione octuageſi-
maquarta, Agitur de actibus, & habitibus ipſius
Animæ, & primo ſi cognoſcit, corpora per intelle-
ctum, & ſi hoc faciat per eſſentiam ſuam, vel per ſpe
cies ſibi naturaliter inditas, & num ſpecies intelli-
gibiles effluant in animam ab aliquibus formis ſe-
paratis, ſi etiam anima ipſa intellectiua cognoſcat
res immateriales in rationibus æternis, vel cogni-
tionem accipiat à rebus ſenſibilibus, & ſi adhuc nõ
conuertendo ſe ad phantaſmata, actu intelligere
poſsit per ſpecies intelligibiles, quas penes ſe habet
& ſi iudicium intellectus impediatur aliquado per
B ligamētum ſenſus. In quæſtione octuageſimaquin
ta, Agitur de ordine intelligendi ſi intellectus no-
ſter intelligat res corporeas, & materiales per ab-
ſtractionem à phantaſmatibus, & ſi ſpecies intelli-
gibiles à phantaſmatibus abſtractæ ſe habeant ad
intellectum noſtrum ſicut id quod intelligitur, &
ſi prius noſter intellectus agnoſcat vniuerſalia ma-
gis, quam minus in ſua prima, cognitione, ſi etiam
ſimul multa intelligat, & ſi componendo, & viden-
do, & num aliquando falſus eſſe dicatur, & ſi vnus
homo vnam, & eandem rem melius altero intelli-
gere poſsit, & ſi prius intelligat indiuiſibile, quam
diuiſibile. In quæſtione octuageſimaſexta, Conſi-
C deratur primo, ſi intellectus noſter cognoſcat ſin-
gularia directè vel indirecte, vel arguitiue, & ſi co-
gnoſcat infinita, & contingentia atque futura. In
quæſtione octuageſimaſeptima, ſi anima cogno-
ſcat ſeipſam per ſeipſam, & ſi cognoſcat habitus per
eorum eſſentiam, & ſi intellectus cognoſcit ſuum
proprium actum, & etiam actum voluntatis, vt do-
cuit Auguſtinus decimo de Trinitate, aſſerens in-
telligo me intelligere, & intelligo me velle. In quæ
ſtione octuageſimaoctaua, Agitur de modo quo
anima intelligat ea, quæ ſunt ſupra ſe, & primo ſi
in corpore exiſtēs poſsit ſubſtantias ſuperatas qui-
ditatiue intelligere, vt voluit Auerroes, & ſi etiam
D intellectus noſter per cognitionem rerum materia
lium poſsit peruenire ad intelligendum ſubſtãtias
immateriales, & num Deus ſit primum, quod hu-
mana mente agnoſcatur. In quæſtione octuageſi-
manona, Agitur de cognitione animæ ſeparatæ, ſi
anima ſeparata poſsit aliquid intelligere, & ſi intel
ligat ſubſtantias ſeparatas, & omnia ſingularia at-
que naturalia ipſa quęque, & ſi habitus ſcientiæ
hic acquiſitus hic retineat, vt ſcripſit Hieronymus
in epiſtola ad Paulinum, diſcamus in Terris quo-
rum ſcientia nobis perſeueret in cælo, & ſi etiam
actus acquiſitæ ſcientiæ in hoc mundo maneat in
anima ſeparata, & num localis diſtantia impediat
E eius cognitionem, & num etiam agnoſcat ea, quæ
nos agimus, & operamur, vel nullo pacto, vt vide-
tur tangere Iob, ſiue fuerint filij eius nobiles, ſiue
ignobiles non intelliget. ſ. naturaliter. In quęſtio- Cap. 14.
ne, nonageſima, Agitur de productione ipſius ho
minis, & primo ſi anima eſt facta ex ſubſtantia Dei
& ſi eſt producta per creationem, & ſi immediate
vel medijs Angelis, & num ante corpus, vt poſuit,
Origenes, vel ſimul cum corpore, vt tenet Auguſti-
nus. In quæſtione nonageſimaprima, Conſidera-
tur de productione corporis primi hominis, num
ſit de limo Terræ, & ſi immediate fuerit à Deo crea
tum, cum dicatur in Eccleſiaſtico Deus de Terra Cap. 17.

creauit

creauit hominem, & si habuerit conuenientem di- A
spositionem, iuxta id quod habetur in eodem li-
bro Deus fecit hominem rectum, & si conuenien-
ter describitur productio huius humani corporis
à Genesi. In quæstione nonagesimasecũda, Agitur
de productione mulieris, si mulier produci debue-
rit in prima rerum productione iuxta verba Do-
Gen.2. mini, non est bonũ hominem esse solum, faciamus
ei adiutorium simile sibi. & si facta fuerit ex costa
viri, & debuerit ex viro ipso fieri cum figuret Ec-
clesiam quæ à Christo sumpsit principium, vt ait
Cap.5. Apostolus ad Ephesios, sacramentum hoc magnũ
est. Et si immediate à Deo formata fuerit, vt tan-
gere videtur Augustinus tertio de Trinitate. In B
quæstione nonagesimatertia, Consideratur de ima
gine si imago Dei sit in homine ipso, propterea
quod dicitur faciamus hominem ad imaginem, &
similitudinem nostram, & si imago Dei etiam in
Gen.1. creaturis inrationalibus reperiatur. & si Angelus
sit magis ad imaginem Dei, quam homo, & nùm
in quolibet homine reperiatur imago Dei creatio-
nis. s. & recreationis, atque similitudinis, & vtrum
in homine sit imago Dei, quantum ad Trinitatem
personarum, & si solum secundum mentem, & si se-
cundũ actus, aut habitus, & potentias, & si per com
parationem ad obiectum quod est ipse Deus, vt tã-
Cap.6. gere videtur Augustinus decimoquarto de Trini- C
tate dicens quod non, propterea est Dei imago in
mẽte, quia sui meminit, & diligit, & intelligit se, sed
quia potest etiam meminisse intelligere, & amare
Deum à quo facta est, si etiam similitudo ab ima-
gine conuenienter distinguatur. In quæstione no
nagesimaquarta, Agitur de statu primi hominis
si stante sua rectitudine viderit Deũ per essentiam,
vel Angelos ipsos, & habuerit scientiam omnium
rerum, cum ipse imposuerit nomina omnibus ani-
Gen.2. malibus. & si potuerat decipi. In quæstione nona-
gesimaquinta, Agitur de voluntate primi hominis,
num fuerit ipse homo creatus in gratia, vt tangit
Cap.9. Beatus Augustinus duodecimo de Ciuitate Dei, D
erat Deus simul in eis condens naturam, & largiẽs
gratiam, & si in ipso fuerint passiones animæ, & si
omnes virtutes habuerit, atque si opera sua fuerint
minus efficacia ad merendum quam nostra, vel ma
gis. In quæstione nonagesimasexta, Disputatur de
Dominio quod homo habebat in statu innocẽtiæ,
& primo si dominabatur animalibus omnibus, &
Gen.1. si habebat dominiũ super omnes alias creaturas,
propterea quod dicitur de ipso, vt præsit vniuersæ
creaturæ, & si omnes homines nati in illo statu in-
nocentiæ essent æquales, vel aliqui robustiores cor-
pore, & maiores, atque pulchriores, & melius com-
plexionati fuissent, ita quod inter ipsos esset exces- E
sus, & si alter homo alteri dominaretur, sicut inter
Angelos quidam alijs dominantur. In quæstione
nonagesimaseptima, Tractatur si in illo statu inno-
centiæ homo esset immortalis, vel corruptibilis se-
cundum sui naturam, & si fuisset passibilis secũdũ
animam, & secũdum corpus, & si indiguisset cibis,
& si consequeretur immortalitatem per esum ip-
sius ligni vitæ; In quæstione nonagesimaoctaua.
Quæritur de ipsa generatione, si in statu naturæ
conditæ esset generatio, & si esset per coitum, vel
propter fœditatem huius concupiscentiæ sine coi-
tu multiplicaretur humanum genus, vt Gregorius

Nicænus videtur innuere. In quæstione nonagesi-
manona, Consideratur de Prole genita, si pueri in
statu innocentiæ mox nati habuissent perfectã vir-
tutem ad motum membrorum, vel fuissent prius
imperfecti, & deinde perfectiores, & si etiam in illo
statu feminæ essent natæ, cum dicat Aristotiles in Cap.1.
libro de generatione animalium, quòd fœmina est
mas occasionatus, quasi præter intentionem natu-
ræ proueniẽs, & cum in statu illo nihil præter inten
tionem euenisset, iure dubitatur de generatione
fœminarum. In quæstione 100. Disputatur si ho-
mines fuissent nati cum iustitia, vt dicit Anselmus
in libro de conceptu virginali, quod si homo non
peccaret posset generare simul cum animam ha-
berent iusti fuissent, & si pueri nati in illo statu, sta-
tim in iustitia confirmati essent, vel pedetẽti in suis
operibus acquisiuissent. In quæstione 101. Tracta-
tur si pueri nati fuissent perfecti in scientia, vel eam
in processu temporis, absque difficultate acquisi-
uissent inueniendo, vel addiscendo, & si habuissent
etiam perfectum vsum rationis, vel etiam profecis-
sent sicuti de vsu membrorum apparet. In quæstio-
ne 102. Tractatur de paradiso, de quo Augustinus
octauo Genesis ad litteram tres narrat sentẽtias,
primam eorum, qui volunt ipsum corporaliter tan
tum esse, secũdum illorum, qui spiritualiter ipsum
intelligunt, & tertiam illorum, qui vtroque modo
paradisum accipiunt, quæ namque istarum senten
tiarum sit rationabilior, & si locus ille fuerit conue
niens habitationi humanæ, & si in eo homo posi-
tus fuit vt ibi operaretur, & custodiret illũ, & num
homo factus fuerit extra paradisum, vel in ipso pa-
radiso, propterea quod dicitur, tulit Deus homi-
nem, & posuit eum in paradiso Gen. 2. In quæstio- Gen.2.
ne 103. Agitur de gubernatione rerum in commu
ni, num mundus gubernetur ab aliquo, & si finis
gubernationis mundi sit aliquid extra mundum,
& si plures sint mundi gubernatores, vel vnus tan-
tum, sic etiam quæritur de effectu gubernationis,
si plures sint, vel vnicus duntaxat, & si omnia diui-
næ gubernationi subdantur, atque immediate à
Deo gubernentur, & si præter ordinem diuinæ gu-
bernationis aliquid cõtingere possit, quod etiam
resistat ordini diuinæ sapientiæ, cum omnia suaui-
ter disponat, & operetur. In quæstione 104. Consi-
deratur de effectibus diuinæ gubernationis in spe
ciali, & primo si creaturæ indigeant, vt conseruen-
tur in esse ab ipso Deo, quippe qui nùm immedia-
te conseruet creaturas omnes, & si possit aliquid in
nihilum redigere, atq; si de facto aliquid redigatur
in nihilum, cũ habeatur Ecclesiastici, Didici quod Cap.3.
omnia opera quæ fecit Deus perseuerant in æter-
num. In quæstione 105. Disputatur de secundo ef-
fectu gubernationis diuinæ, qui est mutatio crea-
turarum ad Deum, & primo num Deus possit im-
mediate mouere materiam, & formam, deinde si
immediate quoq; possit mouere aliquod corpus,
cum vnius ad alterum non possit esse contactus,
deinde si immediate valeat mouere creatum intel-
lectum, & etiam ipsam volũtatẽ, vt tangere videtur
Apost. ad Philipp. Deus est qui operatur in nobis Cap.2.
velle, & proficere, & num operetur in omni operan
te, vt proclamabat Esai. Omnia opera nostra ope- Cap.26.
ratus es in nobis Domine. Et si Deus possit facere
aliquid præter ordinẽ rebus inditum, & si illa quæ
ope-

operatur præter ordinẽ naturalẽ miracula,& mirabilia nominari possint,& si inter miracula alterũ altero sit maius. In quęstione 106. Agitur quomodo vna creatura moueat alterã,& primo num vnus Angelus illuminat alterũ, & si corpora ita moueantur ab Angelo, quod etiam alter Angelus moueat voluntatem alterius, & si inferior Angelus illuminet superiorem, vel superior tantummodo inferiorem illuminet, cum se habeant tamquam magister, & discipulus, vt Dionysius tãgere videtur in libro de cælesti Hierarchia. Cap.15. In quęst. 107. Cõsideratur de locutionibus Angelorum, si alter Angelus alteri cloquatur, & si inferior loquatur superiori, & si omnes loquantur aliquando ipsi Deo, & num distantia localis operetur aliquid in loquutione Angelica,& num quãdo vnus alteri loquitur omnes agnoscant. In quæstione decimaoctaua, Disputatur de ordinatione Angelorum secũdum Hierarchias, & ordines,& primo si omnes Angeli sint vnius Hierarchiæ, & si in vna Hierarchia sint plures ordines, & vtrum in vno ordine sint plures Angeli, & si distinctio tam Hierarchiarũ, quam ordinum sit in ipsis Angelis à natura, & si conuenienter nominentur Angelorum ordines, & si rationabiliter quoque gradus ordinum assignantur,& num post diem iudici huiuscemodi ordines remaneant, & si ad istos ordines Angelorum assumendi sunt homines glorificandi, vt tangere videtur Augustinus duodecimo de Ciuitate Dei. Cap.9. In quæstione 109. Disputatur de ordinatione malorum Angelorum si in dæmonibus reperiantur ordines, & si prælatio,& si illuminatio, & si boni Angeli super malos prælationem habeant atque per illos regantur, vt tãgit Gręgorius 15. moralium. Cap.6. In quæstione 110. Consideratur de præsidentia Angelorum super creaturam corporalem,num creatura ipsa corporalis per Angelos administretur, & si materia corporalis obediat Angelis ad nutum, & corpora ipsa obediant etiam ad nutum respectu motus localis, & si possint etiam miracula facere, cum de solo Deo dicatur, qui fecit mirabilia magna solus. In quæstione 111. Tractatur de actione Angelorum in homines num Angelus possit illuminare hominem,& si etiã extrinsecus possint immutare humanam voluntatem, sic quoque,& imaginationẽ, & si possint adhuc sensus quoslibet hominis immutare, cum scribatur apud Genesim, quod Angeli, qui subuerterunt Sodomam percusserunt Sodomitas cęcitate, vel aurisia, vt hostium domus inuenire nõ possent. Cap.19. In quæstione 112. Agitur de missione Angelorum si Angeli mittantur in ministerium hominum, & si omnes mittãtur, cum dicat Apostolus ad Hebreos Cap.1. omnes sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi, & si aliqui Angeli, qui mittuntur assistant & si illi, qui sunt secundę Hierarchię omnes mittãtur In quæstione 113. Agitur de Custodia bonorum Angelorum, primo si homines custodiãtur ab Angelis,& si singulis hominibus singuli Angeli sint deputati, & si custodire homines pertineat solummodo ad infimum ordinem Angelorũ, & vtrum omnibus hominibus Angeli ad custodiam deputentur præsertim Christo, Adam,& Antichristo,& si hoc sit à natiuitate, vel à conceptione hominis, & si quandoque Angelus custos relinquat hominẽ custoditum, & num Angeli custodes doleant de

A malis eorum quos custodiunt, & si inter Angelos custodes possit esse aliqua pugna, & discordia, vt tãgere videtur Daniel in persona Gabrielis. In quæ Cap.10. stione 114. Disputatur de impugnatione dæmonum, si homines impugnantur à Dęmonibus, & si tentare sit proprium Diaboli, atque omnia peccata humana possint procedere, & procedant de facto ex tentatione diaboli, & si Dęmones ipsi possint homines seducere, atque si Dęmon, qui superatur ab aliquo homine, propter hoc arceatur ab impugnatione. In quæstione 115. Agitur de actione creaturæ corporalis, num aliquod corpus sit actiuum,& si in materia corporali sint aliquæ ratio-

B nes seminales, & si corpora cælestia sint causa eorum, quæ hic in inferioribus fiunt, & si etiam causa sint humanorum actuum, siue directe, siue indirecte,& si possint imprimere in ipsos dæmones, atque si necessitatem imponant his quę eorum actioni subduntur. In quæstione 116. Consideratur de fato, num sit aliquid,& si sit in rebus creatis atque immobile,& omnia ei subijciantur, cum fatum sit dispositio rebus mobilibus inhærens, & quædam sunt quæ fati seriem superant. In quæstione 117. Consideratur de his, quæ spectant ad actionem hominis, si vnus homo possit alium docere, & si homines docere valeant Angelos ipsos, & si etiam ho-

C mo ipse per virtutem suæ animæ possit corporalẽ materiam immutari,& si etiam anima hominis separati, possit sua naturali virtute corpora localiter mouere. In quæstione 118. Agitur de Traductione hominis ex homine, num anima sensitiua traducatur cum semine, & hoc idem disputatur de Anima intellectiua si causatur ex semine, cum dicat Augustinus in libro de Ecclesiasticis dogmatibus, quod animæ rationales non seminantur per coitum, & num creatæ fuerint à principio mundi, vt voluit Origenes, vel simul creantur cum corpore, vt tenet Augustinus. In quæstione 119. Agitur de propagatione hominis quãtum ad corpus, vtrum

D aliquid de alimento conuertatur in veritatem humanæ naturæ, & si semen sit de superfluo alimento vt tenet Aristoteles in libro de generatione animalium, & hic est finis primæ partis Sancti Thomæ. Se- Secunda secundæ. quitur secunda pars suæ Theologiæ, quę tota moralis est,& quia magnum volumen sibi videbatur, propterea diuisit ipsam in duo volumina, quorum primum vocauit primam secundę idest primam partem, secundæ partis Theologiæ, alterum volumen appellauit secundam secundæ, idest secundũ volumen secundæ partis Theologię, prima autẽ secundæ tota moralis est, vt diximus, & diuidit ipsam in quinque Tractatus, quos absoluit centum & quatuordecim quæstionibus, primũ Tractatum absoluit 49. quæstionibus, in quibus agit de Vltimo fine ipsius hominis, & de actibus quibus assequitur ipsum vltimum finem, & etiam de his quibus ab eo auertitur, nam, & de bonitate humanorum actuum disputat. In secundo Tractatu disputat Sanctus Thomas de habitibus in generali quo ad eorum substantiam, & de virtutibus cardinalibus, & Theologicis,& de donis,& de fructibus beatitudinis satis erudite, & distincte. In 3. Tractatu, qui incipit à septuagesimaprima quæstione ad nonagesimam desserit de peccatis, & de eorum subiecto, & causa, tam intrinseca quam extrinseca, nec

non

non, & de distinctione ipsorum peccatorum. In quarto Tractatu, qui incipit à nonagesima quæstione vsque ad centesimam nonam, exclusiue tractat de legibus, & de earum potestate, & mutatione, nec non, quæ nam sit lex naturalis, & quæ vetus & de omnibus eius præceptis, tùm cerimonialibus, tùm & iudicialibus, disputat etiam de lege noua, & de contentis in ea cum omni eruditione, & doctrina possibili: in vltimo tractatu, qui incipit à quæstione centesima nona vsque ad finem tractat de gratia quantum ad eius essentiam, & diuisionẽ, & causam, nec non, & de eius effectibus: hos omnes tractatus satis subtiliter interpretatus est Thomas de Vio Cardinalis Sancti Sixti, nec non & Magister Corradus Koellim, qui omnes hos tractatus quo ad singulos articulos formalizauit, & declarauit, postremo Bartholomeus Medina ædificauit cum sua expositione hanc primam secundæ varijs opinionibus doctorum Neotericorum, & sententijs Patrum, & Conciliorum.

Sequitur secunda secundæ, idest secundum volumen secundæ partis Theologiæ Sancti Thomæ quæ tota moralis est, & diuiditur in quinque etiã tractatus, in 1. tractatu, qui continet 182. quæstiones disputat S. Thomas de his quæ sunt communia omnibus hominibus, nempe de tribus virtutibus Theologalibus, & de quatuor Cardinalibus & de donis sibi ipsis correspondentibus, nec non de vitijs oppositis, & di præceptis affirmatiuis, & negatiuis: in secundo tractatu disputat de officijs, & statibus hominum, nempe si status in sui ratione importet conditionem libertatis vel seruitutis & si necessaria debeat esse diuersitas officiorum seu statuum, & si talia officia distinguantur per actus & si iuxta incipientes proficientes, & perfectos & hoc à quæstione 183. vsque ad 185. exclusiue. in tertio tractatu differit S. Thomas de his quę pertinent ad statum Episcoporum, si licet Episcopatum appetere, & si liceat aliquando ipsum recusare, & si oporteat ipsum esse cæteris meliorem, & si debet habere aliquid proprium, & nonnulla alia necessaria ipsis Episcopis, & hoc à quæstione 183. vsque ad quæst. 186. in quarto tractatu cõsiderat diuus Thomas de his, quæ spectãt ad statum religionis, & primo si religio importat statũ perfectionis, & si quilibet religiosus tenetur ad omnia consilia, & si paupertas requiritur ad perfectionem religionis, & num perpetua continentia, nec non & obedientia & non nulla valde opportuna ipsis religiosis, & hæc à quæstione 186. vsque ad 188. exclusiue. in vltimo tractatu, qui est quintus disputat de differentia religionum si vna tantum sit religio, & si est aliqua religio quæ institui debet ad opera vitę actiuę & si aliqua alia religio ordinari possit ad militandum, & si licet de vna religione transire ad aliam, & si pueri etiam suscipiendi sunt ad religionem, & multa alia digna scitu. Et hoc vsque ad finem huius voluminis, quòd quidem volumen absoluitur 119. quæstionibus, licet Caietanus in suis pulcherrimis commentationibus huius voluminis aliter diuiserit ipsum. Sic etiã & Frater Dominicus Bannes Mondragonensis in sua pulcherrima interpretatione quam nouiter peregit, tamen nobis visum est per tractatus hoc volumen partire, vt melius, & tenacius memoria retineatur.

A Sequitur 3. pars Sancti Thomæ quæ etiam in quinque alios tractatus partitur, in primo tractatu disputat de Christo Domino nostro quò ad eius vnionem naturæ diuinæ cum humanæ, & de ingressu ipsius in mundum, & de progressu in hoc mundo, & de exaltatione eius, & iudiciaria potestate respectu omnium creaturarum: in 2. tractatu, qui incipit à quæstione 6. disputat de Sacramentis in genere, & de necessitate ipsorum, & de causa, & de effectu tunc principali tum secundario, & de numero, & hoc vsque ad quæst. 66. in 3. tractatu, qui incipit à quæstione 66. inclusiue disputat de singulis Sacramentis, & eorum effectibus, & primo de B Sacramento baptismatis 2. de Sacramento confirmationis, 3. de Sacramento eucharistię, quarto de Sacramento penitentię, cętera Sacramenta non cõsiderauit in hoc libro, quia morte preuentus non peruenit nisi vsque ad 99. quæstionem in qua disputat de partibus pœnitentiæ debebat disserere, & de Sacramento ordinis extremæ vnctione, & matrimonij: Verum, quia, vt diximus volauit ad cœlũ & reliquit nobis hoc opus imperfectũ, quod quidem licet multi complere conati sint, non tamen ad summum peruenire potuerunt, præsertim inter alios fuit Caietanus, qui multas quæstiones quoslibetales addidit, aliqui verò sumpserunt multas C quæstiones nempe nonaginta nouem ex quarto libro sententiarum doctrinæ Sancti Thomę, & addiderunt huic volumini. Verum in ipsis quęstionibus continetur quartus tractatus in quo Sanctus Thomas agere debebat de surrectione hominum, & horum differentia, continetur etiam, & quintus tractatus in quo disputatur de gloria beatorum, & pœnis damnatorum, quæ omnia in quarto libro Sententiarum licet pulcherrime peregerit Angelicus doctor non tamen eo stilo, & ordine quo in tertia parte summę suę Theologiæ si vixisset nobis reliquisset, nam & per oracula, & Prophetas, & ministeria, & decreta Ecclesiastica, & canonica magis D profecit in summa quam proprio mare, & tamquam author ipse insinuauit, quam in quatuor libris sententiarum, in quibus secutus est, vt in pluribus aliorum sententias, & opiniones doctorum qui tunc temporis viuebant in Ecclesia: scripsit.n. libros illos tãquã Baccalareus & non, vt doctor, & Magister, sed summam tamquam Doctor, & Magister omnium, scripsit, immo multa alia opera reliquit imperfecta, vt habemus de libris periherme nias, & de libris generationis, & corruptionis, & de libro Psalmorum, & nonnulla alia, vt est videre in indice suorum operum: nam vltimum quod nobis E reliquit fuit expositio canticorum, vt in canticum cœlestis gloriæ transiret studium Ecclesiasticæ disciplinæ anno suę vitæ quinquagesimo feliciter transiuit ad cęlestem patriam, quam nobis concedere dignetur ille qui viuit in sæcula sæculorum. Amen.

VITA IOANNIS CAPREOLI.

IOannes cognomento Capreolus, honestis parentibus, Tolosæ ortus ea vrbs Tecto. sagũ est in ea parte Narbonensis Galliæ, quæ in Pyreneos montes vergit, postea quam ętatem attigit quę literis, & moribus, informari potuit, mirum, in mo dum


dum, tam morum elegantia, quam literarum peritia clarus euasit, Religionis, ac pietatis studio, adeò afficiebatur, vt vix aliquis inueniri poterit qui eo sæpius, vel Ecclesiarum limina frequentasset, vel prędicatorum doctrinam auidius audisset. cum annum ageret 18. elegit sub regula, & Institutis Diui P. Dominici viuere, sumptoque habitu, singularissime legere studuit Sancti P. sui Dominici gesta, vt videlicet illa in primis intelligeret in quibus suum Ducem esset imitaturus. Vnde ante Imaginem quandam Diuæ Mariæ semper Virginis peculiari studio diu noctuque orans, morabatur: cibi, somnique parcissimus humi accubare, cilitio etiam vti, ad carnem edomandam consueuerat: Ingenio, ac memoria adeo effulsit, vt totam ferè Angelici doctoris doctrinam, cui deditissimus erat, memoriter hauserit: argumenta, & responsiones ita edidicerat, vt cum alios libros legeret, præsertim Sancti Doctoris doctrinæ aduersariorum statim eorum argumenta Diui Thomæ esse agnoscebat, eaque sic inquiens refellebat, ecce argumenta, sequuntur nunc responsiones: hoc modo, contra impugnantes suum dilectissimum magistrum, in omnibus suis defensionibus, tam in logica, quam Philosophia disertissime editis, processit, quas dum in suæ scrinio cellulę asseruaret, opera (vt creditur) hostis antiqui eadem cellula magno exusta est: incendio, & nisi Frater quidam Ioannes conuersus qui eidem Capreolo iam senio confecto inseruiturus adhęserat tanti patris lacrimis, & eiulatibus motus in ignem prosilijsset, tot tantique labores, breui hora flamis assumpti essent, ex quibus hos paucos abstulit libros, ne cęlestis doctrina Capreoli penitus deperiret, quamobrem cui magis debeant studiosi doctrinæ S. Thomæ vniuersaque familia Dominicana Ioanni Capreolo viro sanctissimo tantis pro vigilijs, an, eidem Fratri Conuerso qui de medio ignis hos tantum quatuor sentētiarum libros eduxit, merito ambigitur: at In Deum opt. max. omnia potius esse referenda censeo, à quo Ioannem Capreolum studiorum copiosam mercedem, & Fratrem Conuersum sui præclari facinoris clara in cęlesti Hierusalem trophæa recepisse credimus. claruit vir iste Sanctiss an no Dñi 1432. sub Eugenio quarto, sepultus in cęnobio Fratrum Prædicatorū Tolosę, in quo etiam honorificentissime veneratur, & colitur sacrum corpus dilectissimi Doctoris sui Thomæ, quem ab argutijs, & calumnijs aduersariorum verbis, & doctrina defendit: quæ omnia sint ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, & beati Matthiæ apostoli, & patris nostri Dominici. Amen.

FINIS.



CONTROVERSIAE INTER D. THOMAM, ET COETEROS THEOLOGOS, AC PHILOSOPHOS.

Collectæ per R.P.M. Matthiam Aquarium.





Distin. 19. 4. sent.

ABSOLVERE non poteſt quilibet peccatorem; ſeu, quod idē eſt, ſacerdos nō poteſt vti claue ſuæ poteſtatis in quēlibet hominem. Elicitur hęc propoſitio ex D. Tho. 4. ſenten. diſt. 19. q. 1. art. 3. in ſolutione primæ quæſtionis: in qua voluit habere cōtrouerſiam Duran. probans quemlibet ſacerdotem poſſe abſoluere quemlibet, abſolutè loquendo, circumſcripta ordinatione Eccleſiæ, quæ hoc prohibet, & fundamentum ſuum principale eſt, quia quilibet ſacerdos eſt verus iudex, & quilibet peccator confitens verè pœnitens eſt ei ſubiectus; & concurrunt omnia quæ ſunt de neceſsitate ſacramenti pœnitentiæ, ex conſequenti verè conficitur ſacramentum, falſa ergo redditur propoſitio D. Thomæ: in qua opinione ſatis audacter loquutus eſt Durandus contra magiſtrum ſuum, & contra veritatem, quia ſancitum eſt nullius momenti eſſe abſolutionem illam, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſublegatam non habet iuriſdictionem, ſed tantum in articulo mortis. in eo etenim cum omnis ſacerdos quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt, extra quem articulum hac poteſtate vti minime licet, eſſe aūt hoc de iure diuino, in eo maxime liquet quod ſoli Petro dictum ſit; Paſce oues meas. à quo cæteri habent quicquid habent: falſa eſt poſitio illa Durand. videlicet quemlibet ſacerdotem verum eſſe iudicem cuiuſcunque peccatoris, cum non habeat poteſtatem iuriſdictionis, ſed tantū ordinis, & ſic redeundo ad propoſitionem D. Thomæ dicimus, quòd nullus habens poteſtatem reſtrictam in militante Eccleſia poteſt vti tali poteſtate indiſtinctè in quēlibet illius Eccleſiæ, ſed ſolum in aliquem. puta ſibi ſubiectum, ſed multi ſacerdotes habentes clauem Eccleſiaſticam ſunt huiuſmodi: igitur propoſitio vera, de qua latius vide Petrum de Palude, & Capreolum: diſt. 19. 4. ſent. q. 1.

Seſſ. 13. c. 7. Cōc. Trid.

Abſoluere, & ligare poteſt ſacerdos pœnitentem ſecundum proprium arbitrium diuino inſtinctu regulatum, aliter non. Scribitur hæc propoſitio à D. Tho. 4. ſent. diſt. 19. q. 1. art. 3. in ſolutione quartæ quæſtionis, cui aduerſatur Scotus probās, quod ſacerdos non habet poteſtatem arbitrādi, hac autem præcipua ratione vtitur, quia nulli committitur poteſtas arbitrandi in aliqua cauſſa, cuius arbitriū nequit eſſe rectum, etiam adhibita quacunque di-

A ligentia, & ſi aliquando hoc vel caſu, vel per miraculum ſpeciale erit, ſed per quamcunque diligentiam poſsibilem per ſacerdotem adhiberi non poteſt ipſe pertingere ad illud indiuiſibile pęnæ: quo Deus iudicat peccatorem eſſe dignum pœna: ergo non habet poteſtatem: ſed pace Scoti ſit dictum in hoc maximè allucinatus eſt, non enim vidit arbitrium ſacerdotis in iudicando, & imponendo pœnitenti pœnam ſatisfactoriam, dupliciter contingere rectum vel nō rectum eſſe: primo modo: quia
B attingit, & iniungit pęnam cuius eſt adæquate debitor pœnitens ſecundum iudicium Dei, & ſic nemo eſt, qui neget arbitrium ſacerdotis rectum eſſe non poſſe niſi caſu, vel per miraculum ſpeciale; ſecundo modo, quia dirigit pœnam illi debitam in hoc ſæculo ſecundum iudicium Eccleſiæ, & hoc modo iudiciū ſacerdotis in tali materia poteſt eſſe rectum ſine caſu, & ſine miraculo cōſiderando regulas patrum, & diſpoſitionem pœnitentis, & hoc voluit Diuus Thom. cuius propoſitio fundatur in
C hoc: quia nullum inſtrumentum habet efficacem actum, niſi ſecundum quòd mouetur à principali agente: ſed ſacerdos ligando, & ſoluendo ſe habet, vt inſtrumentum Dei: igitur ligat & abſoluit iuxta proprium arbitrium diuino inſtinctu regulatum; Adde etiam, quia medicinæ in arte determinatæ variandæ ſunt, ſecūdum arbitrium medici conformantis ſe ſcientiæ: ſed ſacerdos eſt medicus, igitur elargitur medicinas. i. pęnitētias ſatisfactorias conformando ſe ſcientiæ. i. iudicio Eccleſiæ: & de hoc
D fuſius lege Capreolum in 4. diſtin. 19. q. vnica.

Abſoluendi, & ligandi poteſtas eſt clauis Eccleſiæ: qua iudex eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno Dei. Colligitur hæc propoſitio ex dictis S. Tho. 4. ſent. diſt. 19. q. 1. art. 1. cui aduerſatus eſt impius Lutherus, qui voluit in ſacramento pœnitentiæ, ac remiſsione culpæ, non plus facere Summum Pontificem vel Epiſcopum, quam infimum ſacerdotem, imò aſſerit
E abſente ſacerdote æquè facit quilibet Chriſtianus, etiam ſi mulier eſt, aut puer: quæ aſſertio damnata eſt in Concilio Trid. ſeſſ. 14. can. 10. Hic impius Lutherus, q fuit natione Germanus, patria Saxo, ſub inſtituto fratrum Heremitarum S. Auguſt. aliquando vixit, tandem à P. S. Auguſt. degenerans, qui hæreticorum acerrimus hoſtis fuit; hic filius degener hæreticus factus eſt: docuit circa abſolutionem, q ſi quis crederet ſe eſſe abſolutū, abſolutus eſt quantumlibet contritio deſit, & quod abſolutio cenſen- Distin. 19. 4. sent.

da est efficax: non quia fit: sed quia creditur: quæ A opinio meritò damnata est sub his verbis: si quis dixerit absolutionem sacramẽtalem sacerdotis nõ esse actum iudicialem, sed nudum mysterium prouocandi, & declarãdi remissa esse peccata cõfitẽti. mõ tũ credat esse absolutũ, &c. anathema sit. lege Caiet. in opusc. q. 11. vbi soluuntur motiua Lutheri. (Cap. 9.)

Abstrahere posterius à priori est impossibile. Colligitur hæc propositio à D. Thoma ex 2. Physic. commen. 18. oppositum huius propositionis multi docent, & præcipue Zimara Theor. 7. vbi ait: Mathematicos abstrahere quantitatem à substantia, & tamen quantitas est posterior substantia. Theologi quoque abstrahunt relationem diuinam à diuina B essentia, & tamẽ constat entitatem diuinæ essentiæ saltem secundum intellectum esse priorem entitate relationis, verùm allucinatus est Zimara putãs tantum quãtitatem esse subiectum mathematicarum scientiarum. cum tamen sit ipsa substantia quanta, & hoc ostendit Magnus Albertus: Scotus, & Romanus Aegydius. de relatione quoq; voluit Theologizari cum nõ esset Theologus, sed purus Philosophus: habet enim ipsa relatio duplicem rationẽ formalem, vt docent Theologi contra Gilibertum Porretanum: Alteram quæ est in esse suo subiecto: Alteram quæ exprimit respectum ad suum oppositum. Secundo potest abstrahi per intellectum, sed C non primo modo. vnde propositio D. Thom. concordat cum dictis Arist. qui vult priora posse intelligi sine posterioribus, & nõ è conuerso, vt patet de animali quod est prius homine, & homo hoc homine puta sorte: & ideo aĩal potest intelligi absq; homine, & homo absq. sorte, & hoc est abstrahere vniuersale à particulare, sed non econtra. lege Diuũ Tho. 1. parte, q. 28. art. 2. & 4. cõtra gentes, cap. 14. & de potentia Dei, q. 8. art. 2. (Scot. Quol. 5. art. 1.) (5. Metaph. tract. 3. c. 2.)

Accidens primum quòd inhæret substantiæ est quantitas, quippe quæ taliter est accidẽs quod nullo modo est substantia. Sumitur hæc propositio ex quarto sententiarũ dist. 12. q. 1. art. 1. q. 3. in qua D controuersiã habere voluit Ocham probans quantitatem non esse distinctam à substantia, & principale fundamentum suum est, quia nullum accidẽs distinctum realiter, à substantia est susceptiuũ contrariorum per sui mutationem: si autem quãtitas esset accidens, & subiectum qualitatum, manifestũ est quod recipiendo quantitatem mutaretur, & ita per mutationem sui reciperet contraria, quod est contra mẽtem Arist. Et mirum est quomodo in re tam leui deficit hic vir non cõsiderans naturaliter loquendo accidẽs nullum esse principale subiectũ alterius accidentis, nec eius susceptiuum, nec secundum illud mutabile: tanquàm quod: non tamen E est inconueniens quãtitatem esse susceptiuam contrariorum, tanquam quo, quia est ratio substantiæ recipiendi alia accidentia; & eodem modo est ratio, quòd substantia secũdum qualitates possit mutari, & si quantitas non esset accidens. Quomodo posset verificari communis opinio, quòd nouem sunt genera accidẽtium, & quod in sacramento Eucharistiæ remanet ipsa quãtitas cũ corpore Christi vide latius D. Tho. p. p. q. 77. art. 7. & 1. 2. q. 50. ar. 2. & Capr. 2. sent. dist. 18. q. 1.

Accidens existens sine subiecto, & in sacramẽto Eucharistiæ põt subtiliter immutare aliquid. Colligitur ista propositio ex D. Tho. 3. par. q. 77. art. 3. cui se opponit Scotus probans accidẽs separatum non posse immutari ad formam substãtialem, nec virtute propria, nec virtute substantiæ, quam informauit, & ea præcipue ratione vtitur. quia si virtute propria tũc ageret vltra suam speciem: nec etiam virtute substãtiæ: quia si accidens est, sine subiecto cum ibi nõ sit substantia panis, non poterit agere virtute substantiæ: & mirum est tam excellens ingenium allucinari in istis controuersijs: verum est n. quòd nihil propria virtute agit, vltra suam speciem sed virtute alterius, cuius est instrumentum, potest agere vltra suam speciem, sicut serra agit ad formã scanni. tamen sacramentalibus speciebus datum est diuina virtute, vt remaneãt in suo esse quod habebat substantia panis, & vini, cõsequens est, quòd etiam remaneant in suo agere, & ideo omnẽ actionem, quam poterat agere substantia panis, & vini potest etiam agere quantitas quæ remanet, & sic patet quod potest immutare exteriora corpora: & sic potest formari talis ratio pro assumpta propositione, vbicũque manet idem principiũ actionis, & secũdũ idẽ esse ibi põt esse actio ad eũdẽ terminũ, sed in Eucharistia manet idem secundum essentiã, & secundum esse principium actionis productiuæ substãtiæ quod erat prius: ergo ab illo potest procedere eadẽ actio ad eũdẽ terminum. lege Diuum Tho. 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 2. & 4. contra gentiles c. 66. & Capr. in 4. sent. dist. 12. q. 1. (4. sent. dist. 12. q. 2.)

Accidens aliquod in sacramẽto Eucharistiæ remanet, sine quocunque subiecto, vt quantitas, reliqua vero accidentia remanent sine subiecto quod est substantia. Scribitur hæc propositio in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 1. q. 3. Huic tamen contradicit Scotus, probans alia quoq; accidentia æque posse esse sine subiecto, sicut quantitas. & præcipuum fundamentum suum est: quia dependentia ad primum est essentialior, quàm ad aliud posterius: loquẽdo de absolutis dependẽtibus: sed qualitas est forma absoluta, sicut quantitas: ergo æque essentialiter, vel essentialius dependet qualitas à substantia quã à quãtitate: si ergo potest esse qualitas sine actuali dependentia ad substãtiam poterit etiam esse sine actuali dependentia ad quãtitatem. Sed hæc ratio decepit Scotum: cum nihil aliud concludat, nisi quod cum qualitas essentialius dependeat à substantia, quàm à quantitate, quo ad suum esse, sicut potest esse sine substantia diuina virtute, ita etiã sine quãtitate, sed non concludit quod possit habere suam indiuiduationẽ, quæ est hæc sensibilis qualitas ab alia eiusdem speciei distincta sine quantitate, quia quo ad hoc plus dependet à quantitate quã à substantia. Hinc albedo si sine quãtitate esset, iam non esset corporalis qualitas; sed spiritualis, si quidem omnis qualitas extensa, & diuisibilis, & mouẽs sensum est subiectiuè in quantitate, sed qualitates Eucharistiæ sunt huiusmodi: igitur subiectiuè in quãtitate habent reperiri. lege D. Tho. 4. contra gent. c. 65. & 9. quolib. q. 5. & 3. par. q. 77. art. 1. & 2. & Capreol. dist. 12. vbi supra.

Accidens vllum idem numero, quod fuit incorrupto manet in generato. Scribitur hæc propositio de ente, & essentia, cap. 7. & in tractatu de natura materiæ, cui tota cohors Auerroistarum, & nõnulli alij aduersantur. tali innixi fundamento, quia in

instanti

Instanti in quo interficitur animal, cadauer est tantæ quantitatis, & consimilis organizationis, sicut erat viuum, sed hoc non esset, nisi manerét acciden tia eadem numero: quod probatur quia agens naturale potius est in agendo quam corrumpens violentum; sed agens naturale non potuit inducere tantam quantitatem, & talem organizationem in instanti, sed per multum temporis spacium: ergo nec agens corrumpens potest inducere in instanti talia accidentia, nec est dare aliquod agens à quo producantur in instanti. Sed decipiuntur hi quotquot sunt assumédo minorem falsam, & ad probationem dicimus; quòd causa quia natura tantam de tempore ad producendum animal, vel tantum quantitatem, nec tamen agens violétum posuit tñ temporis ad generandum cadauer æqualis quantitatis est, quia aïal generatur ex multo minori materia: & ideo oportuit ad eam fieri multam additionem per multas trāsmutationes alimenti, anteq̃ perduceretur animal ad perfectam quantitatem, quā habet in fine augumenti, sed cadauer generatur simul ex tanta materia, quanta erat in animali, quod corrumpitur, quod habet perfectam quantitatem; & ideo ex animali corrupto habente tantam quantitaté, potuit statim generari cadauer habés æqualem quantitatem cum animali corrupto: Animal autem non potuit statim generari cum tanta quantitate, quia generabitur ex habente minorem materiam, & multo minorem quantitatem, cui non erat nata succedere tanta quātitas, nec sequitur quod agens inducens in instanti tantam quantitatem sit perfectius, aut virtuosius, quam illud agens, quod tardius producit animal ad æqualem quātitatem: quia dato quód quantū ad quātitatem molis plus faceret, tamen quātum ad quantitatem virtutis, & perfectioni, plus facit virtus generatiua animalis, quia plus perfectionis est in vno viuo, & in eius operatione, quam in mille cadaueribus, & eorum operationibus. lege Caiet. de ente, & essentia, vbi supra, & Paulum Sócinat. 8. Metaph. q. 15. & Capr. 2. sent. dist. 15. q. 1.

1. sen. dis. 7. Accidentia plura eiusdé speciei non possunt esse simul in eodem subiecto, in actu completo, & perfecto. Propositio hæc sumitur ex 3. p. q. 35. art. 5. vbi disputatur an in Christo sint duæ filiationes, & in disputatis de veritate, q. 8. ar. 14. huic propositioni cōtradicunt Adam, Vgo de Castro, Aureolus, Scotus, Antonius Andræa, & potissima istorum ratio est, quia plures paternitates sunt in eodem forte ad plures filios, & plures similitudines in eodé albo, ad plura coalba, sed ista sunt eiusdé rationis, & solo numero differentes: igitur ex hac ratione nō tollitur quin plures filiationes, quæ plura accidentia eiusdem speciei poni possunt in eodé subiecto. Verùm horum opinio cótinet intolerabilem erroré, quia falsum nàque est quod idé homo habeat in se multas paternitates secúdum multos filios, vel idé album habeat plures similitudines ad alia coalba, quia vnitas relationis, vel eius pluralitas non est accipiéda secúdú terminos, sed secúdú cám vel subiectum, vt poteris videre. 3. sent. dist. 8. q. 1. art. 5. & in Quolib. 8. q. 1. art. 1. & Capr. 7. dis. 1. sent. q. 2. & Soncinat. 7. Metaph. q. 4. & Iauelium 5. Metaph. q. 18.

Accidens est de cuius essentia, atq; formali róne est inherentia aptitudinalis. Colligitur hæc propositio ex 4. sent. dist. 12. q. 1. ar. 1. q. 1. & est propositio Philosophi in 7. Metaph. textu 2. vbi dicitur quod accidés est ens, eo, quia taliter entis. Cui se opponit Scotus probans neutram inhærentiam. s. neq; aptitudinalem, neq; actualé esse de essentia accidentis: probans aūt ea ratione, qa respectus nó est de róne formali sui fundaméti quo est posterior eo, sed inhęrétia est respectus, & fundatur super naturā accidentis: ergo inhęrentia nó est de essentia accidentis: cuius oppositú sustinet quidam ex Auerroistis præcipuè Ioannes Baechonus. 1. sent. dist. 28. q. 1. art. 3. & probat q̃ ad mentem Arist. vtraq. est de essentia accidétis, cum tñ ambæ opiniones sint falsæ, & primo siquidem opinio Scoti. Q̃ñ quidem diffinitio accidentis est opposita difinitioni substātię, & diffinitio substantiæ est, q̃ est res habés quidditatem cui debetur esse nó in alio: accidens vero est res cui debetur esse in alio, & nunq̃ separatur ab aliquo accidenti, neque separari potest: quia illi rei, quæ est accidens secúdú rōnē suæ quidditatis semper debetur esse in alio, ꝓpterea dicimus inhærentiam aptitudinalem esse de essentia accidétis, & rō Scoti est nullius momenti, quia inhærentia non est respectus ad terminū, sed ad subiectum, & hic talis respectus nó est posterior accidenti: cum sit idem realiter cum eo: & de rō ne formali eiusdem: opinio quoq; Baechonis est falsa quo ad inhærentiā actualem, & poteris videre apud Capr. in 4. sent. dist. 42. q. 1. & Herueum Quolib. 4. q. 9. lege etiā Caiet. de ente, & essentia, cap. 7. & Zimaram Theo. 3. Lib. 7. Met. quæst. 1.

Accidés quodlibet subiectiuè est in ente in actu, & per hoc differt à forma substātiali, quæ subiectiuè est in ente in potētia. Famosa nimis est hæc propositio in doctr. D. Th. & colligitur ꝑcipuè ex 4. sē. dist. 13. q. 1. art. 2. q. 4. ex 4. contra gétes, cap. 8. & ex 1. Phys. comm. 65. quam propositionem nolunt audire Auerroistę inter quos Greg. Arimin. 2. senten. dist. 12. q. 2. multis arguméṫis probat, q̃ quantitas interminata immediatè inhæret materię primæ: aliter corpus fieret ex non corpore, & dimensio fieret ex non dimēsione, vt aqua quæ est corpus fit ex materia non quanta, & sic corpus ex non corpore. Quę opinio est aliena à philosophia cú nulla qualitas, nec quantitas rei generandæ præcedat formā substantialem: quia subiectum formæ substātialis est ens in pura potentia, quale est materia prima, subiectū formæ accidentalis est ens in actu; quale est compositū ex materia, & forma substātiali, & ideo Arist. ait, q̃ substātia præcedit accidés, cognitione, diffinitione, tempore, & natura. cósequentia rónis adductæ est nullius mométi, quia non inconuenit corpus fieri ex non corpore in actu, ex corpore aūt in potentia, sicut calidum in actu fit ex calido non in actu, sed in potētia, & sic corpus aquæ in actu fit ex corpore non in actu, sed in potentia, & hoc non solum non est inconueniens, sed est necessariū. lege Capr. 2. sent. dis. 18. q. 2. contra 6. concl. & Caiet. de ente, & essentia, c. 7. & Pau. Sócinat. 8. Metaph. q. 17.

Accidens est cuius esse actualis existentiæ realiter differt ab eius essentia, & ab esse subiecti actualis. Eligitur hæc propositio ex D. Thom. 2. contra gentes, cap. 52. cuius oppositum sustinet Scotus tertio sent. dist. 6. q. 1. vbi quærit si in Christo sit aliud esse verbi, ab esse creato, & tribus arguméṫis arguit contra Henricum probando in Christo esse plures

exiſtentias: ſed tu Thomiſta recurre ad principia
D.Tho. quod in omni creatura quidditas eius, &
eſſe actualis exiſtentiæ diſtinguũtur realiter ab eo
quod conuenit illi,non, niſi per aliquã cauſam effe
ctiuam,ſed prędicata quidditatiua conueniunt rei
abſque omni cauſſa effectiua,exiſtentia autem nõ,
niſi per aliquod efficiens: ergo prædicata quiddi-
tatiua, & exiſtentia rei diſtinguuntur realiter. vide
Caiet. de ente, & eſſentia, cap. 5. & 7. & Paulum Son
cinatem in q. 2. ſuper 7. Metaph.

Actio & paſsio ſunt vnus motus realiter. Colli-
2.ſen. diſ.1. gitur hæc propoſitio ex prima par. q. 41. ar. 1. Hanc
propoſitionem tanquam falſam reijciunt aduerſa-
rij D.Tho. & præcipuè Aureolus qui ad eam impu-
gnandam tali vtitur fundamento, quia ea quæ dif-
ferunt ſpecie, & numero: ſed actio & paſsio diffe-
runt genere, quia ſunt prædicamenta diſtincta: er-
go differunt numero, & ſic nõ ſunt vnus motus nu
mero: ſed hos grauiter erraſſe, & allucinari patet
non cõſiderantes quomodo actio tranſiens & paſ-
ſiõ, quãtum ad id quod actio, & paſsio dicunt prin
cipaliter, & in recto ſunt vnus motus, & eſt expreſſa
ſententia Ariſt. 3. Phyſ. quòd idem eſt actus motiui
& mobilis: ſed actio eſt actus motiui, & paſsio
actũs mobilis: ergò actio, & paſsio sũt vnus actus,
& ſic vnus motus, nec alicuius momenti eſt funda-
mentum adductum. quia videmus quod res vna
numero materialiter poteſt eſſe plura numero, ſe-
cũdum diuerſa genera, caleſactio enim actio, & ca-
leſactio paſsio diſtinguũtur numero in gñe actio-
nis, & paſsionis, cũ idem motus calefactionis cum
reſpectu agẽtis ſit indiuiduum de genere actionis:
cum reſpectu vero ad patiens ſit indiuiduum de ge
nere paſsionis, & ſic cum alius reſpectus importe-
tur per hoc nomen actio, & alius per hoc nomen
paſsio, ſtat quòd ſit vnus motus, & quòd differant
genere, vide Capr. 2. ſent. diſ. 1. q. 2. contra 2. cõcluſ.

Actio cuiuſcunq; creaturæ eſt motus vel muta-
Tex.19. tio, quæ ſupponit ſubiectum. Colligitur iſta propo
ſitio ex diſputatis de potẽtia Dei q. 3. art. 4. & 2. cõ-
tra gentiles, cap. 21. cui aduerſatur Durandus: quia
non minus eſt poſsibile Deo ſeparare accidens à
ſubiecto dum producitur ab agẽte naturali quam
poſtquàm productum eſt: ſed ſecundum eſt poſsi-
bile; & fit in ſacramẽto altaris: igitur & primum. ſ.
quòd accidens producatur, & nõ ex ſubiecto, neq;
in ſubiecto ab agente naturali cooperante tamen
Deo, non ad productionem, ſed ad talem exiſtẽtiã
rei productæ, & per cõſequens produceretur abſq;
mutatione quę ſubiectum requirit, & ſic falſum eſt
quod actio cuiuſcunque creaturæ requirit ſubie-
ctum: quæ ratio nullius momenti eſt, quia mens
D.Tho. in illa propoſitione eſt, quòd potẽtia crean
di non poteſt cõmunicari alteri creaturæ: tũ quia
potẽtia creãdi eſt infinita, tum quia actio creaturæ
ſupponit ſubiectum, & iſta propoſitio aſſumpta à
Durãdo eſt impoſsibilis accidẽs produci ab agẽte
creato, & accidens non eſſe in ſubiecto, lege D.Th.
1. ſent. diſt. 4. q. 2. art. 2. & Capr. 2. ſent. diſtin. 1. q. 3.
contra primam.

Actio & paſsio ſunt idem realiter cum forma,
quæ acquiritur per motum. Sumitur hæc propoſi-
2.ſen. diſ.1. tio ex 3. Phyſ. lectione prima, quã Aureolus, & mul-
ti alij nolunt audire. ſed multis argumentis eam
lacerant, quia nõ ſunt perſcrutati verum intellectũ
A eius: cũ intelligẽda ſit propoſitio dum eſt in fieri,
& in continua tẽdentia ad actũ: non autem dũ eſt
in actu completo, & quieto, & ſic patet veritas eius.
lege Capreol. 2. ſent. diſt. 1. q. 2. aduerſus ſecundam
concluſionem, & D.Tho. 1. p. p. q. 45. art. 2. & nota
hoc fundamentum in doctrina Thomiſtica, quòd
hæc tria ſunt idem realiter. ſ. actio, paſsio, & motus:
nec differunt niſi ratione, & diffinitione, & hoc lo-
quendo de actione tranſeunte, non immanẽte: cu-
iuſmodi ſunt velle, & intelligere. vide D.Tho. 2. con
tra gentiles, cap. 9.

Actio eſt in agente, vt ab eo exiens, non autem
inhærens. Scribitur hæc propoſitio 1. ſent. diſt. 32.
B q. 1. art. 1. cuius oppoſitum docet Scotus multis ar-
gumentis, & præcipuum eſt, quia omnis perfectio
ſubiectiue eſt in eo, quo perficitur. Nihil enim perfi-
citur per aliquod quod eſt extra ſe, ſed actio eſt
perfectio agẽtis, vnumquodque. n. tunc perfectum
eſt dum poteſt ſibi ſimile generare: actio eſt ſubie-
ctiuè & inhęrenter in ipſo agente, & ſic propoſitio
eſt falſa, & noluit intelligere Scotus quõ actio quã- 1.Met.
tum ad ſuũ materiale denominat ipſum agens de-
nominatione extrinſeca, & quantum ad illud ma-
teriale denominat paſſum intrinſece. ſ. moueri, ſed
actio quantum ad illud quod complet rationem
eius denominat agẽs denominatione intrinſeca. ſ.
C agere & cauſſare motũ, & mouere mobile, & quan-
tum ad primum. ſ. materiale eſt in paſſo; nec eſt ve-
rum, quòd actio ſit perfectio agẽtis, ſicut ſubiecti;
ſed ſicut principij elicitiui, & hoc loquendo de illo
quod actio dicit in recto: tamen conceditur, quòd
actio ſit perfectio agentis, etiã ſicut ſubiecti quan-
tum ad illud, quod dicit in obliquo. ſ. relationem
eo modo quo relatio conceditur eſſe perfectio, vel
actus ſubiecti. lege D.Tho. 1. ſent. diſt. 32. q. 1. art. 1.
& Capr. 2. ſent. diſt. 1. q. 2.

Actiones, & paſsiones diſtinguuntur pęnes ter-
minos, & principia. Sumitur hæc propoſitio ex di-
ſputatis de potentia Dei, q. 10. art. 2. cui aduerſan-
D tur Theologi nonnulli, & præcipuè Aureolus qui
vult, quòd diſtinguantur ſeipſis, quia diuerſorum
generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ
ſunt ſpecies, & differentię, & coordinationes præ-
dictorum ſunt impermiſtæ, & hoc non per termi-
nos neq; per principia: ergo ſeipſis: & ſic cum actio
& paſsio ſint duo genera generaliſsima ſequitur, quod
ſeipſis diſtinguãtur. Verum, quia iſtæ auctoritates
Ariſt. nihil aliud volunt niſi quod actio, & paſsio qua-
tenus genera diſtinguãtur ab inuicem per differen
tias proprias, ſed iſtæ differentiæ oportet, quod ſint di
ſtinctæ ex principijs, & ex terminis ipſorũ generũ.
vnde calefactio dicitur eſſe talis ſpeciei ſpecialiſsi-
E mæ, quia procedit à tali principio quod eſt calefa-
cere, & eſt talis generis. ſ. actionis, quia eſt effluxus
à tali actu in aliud, itaque ab eadem re ſumitur in
ea genus, & ſpecies: prout illud principium calefa-
ctionis conſideratur in ſpeciali vel generali. de qua
re lege D.Tho. 1. 2. q. 1. art. 3. & q. 18. art. 2. & Capr.
2. ſent. diſt. 13. q. 1. art. 1.

Actionis naturalis immediatum principium in
omni ente creato eſt accidens. Elicitur hæc propo-
ſitio ex multis locis doctrinæ D.Thomæ, & præci-
pue ex prima parte, q. 54. art. 3. in qua controuerſiã
voluit habere Scotus. Propterea quod nihil agit vl-
tra ſuam ſpeciem. ſed terminus actionis naturalis

eſt

est quandoque substantia: igitur accidens non est immediatum principium actionis naturalis: quæ opinio Scoti est falsa in hac parte. Quia licet verum sit, quòd nihil propria agat virtute vltra suam speciem: tamen virtute alterius, cuius accidens est instrumentum potest agere, & sic calor naturalis, vt est instrumentum, animæ vegetatiuæ generat carnem; & serra, vt est instrumentũ artis facit arcam; & quia res ista est manifesta de se; idcirco latius poteris eã videre. 3.par.q.77.& p.p.q.7.ar.6.& 2.sent. dist. 14. art. 1.q. 1.& de veritate q. 24.ar. 1.& de potẽtia Dei, q. 3. art. 2.lege etiam Caiet.p.p.q.54.art.3. & Capr. 4.sent.dist. 12.q. 1.

Actio qua Deus creat ipsas creaturas, est ipsa diuina essentia cum quadã relatione rationis ad creaturas ipsas, & dicitur creatio actiua, creatio verò passiua sumpta est accidens in creatura.s. relatio realis creaturæ ad Deum, cum nouitate essendi, & non est mutatio, neque passio, licet significetur per modum passionis, & mutationis Hanc veritatem ponit D.Tho. de potentia Dei q. 3. art. 3.p.p. q.45. art. 3.& 2.sent.dist. 1.q. 2.art. 2. cui aduersantur Scotus, & Gregorius de Arimino, quorum argumenta soluuntur ex hoc fundamẽto. Quia creatio actiua sumpta, est quid increatum intellectum tamẽ cum habitudine ad creaturam, creatio vero passiua est accidens, & creatura sumendo communiter nomine creaturę, lege Capreol. 2.sent.dist. 1.q. 1.

Dist. 45.

Actus humanus secundũ indiuiduum consideratus nullus est indifferens, licet aliquis actus humanus secundũ speciem sit indifferens. Colligitur ista propositio ex disputatis de malo.q. 2. art. 5. cui aduersatur Scotus & male, quia nullus actus secundum suas circunstantias conueniens rectę rationi, aut discordans ab ea est indifferẽs, sed quilibet humanus actus est huiusmodi: ergo nullus actus talis humanus est indifferens quod autem in specie consideratus sit indifferens: probatur sic, quia nullus actus cuius obiectum, nec conuenit, nec disconuenit rationi, habet ex sua specie bonitatem, vel malitiam moralem: sed vt sic est indifferens: multi autẽ actus humani sunt huiusmodi: ergo nullus talis habet bonitatem, vel malitiam moralem. lege D.Tho. prima secũdæ, q. 18.art. 8.& 9.& 2.sent.dist.40. q. 1. art. 5. vide etiam Capr. eodem lib. & dist. 9. prima contra primam. vide Caiet. prima secunda, vbi sup.

2.sẽ.dist.40.

Actus ex sola imaginatione procedentes causati necessario in occursu alicuius obiecti, vel ex subita operatione phantasmatis qui à voluntate impediri non possunt, non dicũtur morales, sed extra genus moris. Habetur hæc propositio 2.sent. distin. 24. q. 3.art. 1. cui se opponit Durandus probans, quòd cum in istis actibus inueniatur imperium voluntatis, & peccatum, sequitur quod nõ sint extra genus moris. Et non aduertit Durandus, quòd quidam tales actus sunt quos imaginatio cõcomitatur potius quã causat, quæ oriuntur ex dispositione qualitatum naturaliũ, vel significantur ex imaginatione, non tamen tali, quæ à voluntate potuerint impediri, nec per consequens appetitus sequens, vt patet ex imaginatione quæ causatur ex necessitate in occursu alicuius obiecti, vel ex subita operatione phantasmatis, vel cum auditur loquens de materia Venereorum, & tales sunt penitus extra genus moris, & de istis intelligitur propositio. Alij sunt quos imaginatio non solum concomitatur, sed causat, quæ quidem imaginatio, nõ sic subito, & mere naturaliter causat, quin potuerit impediri, vel ipsa, vel appetitus sequens, & talis non est extra genus moris. lege D.Tho. 1.2.q. 1.art. 1.& Capr. 2.sent.distin. 40. q. 1. vbi supra.

Actus vnus, vt est in genere moris, impossibile est quod sit bonus & malus bonitate, & malitia morali; si tamen sit vnus vnitate naturæ, & non vnitate moris potest esse bonus, & malus. Scribitur à D.Tho. hæc propositio prima secundæ, q. 20. art. 6. cui Durandus aduersatur, quia sicut intellectus potest esse successiuè verus & falsus, ita actus voluntatis potest esse bonus, & malus. Et deceptus est Durandus in hac propositione, quæ non asserit eundẽ numero actum voluntatis nõ posse esse successiue bonum, & malũ, sed affirmat eũdem numero actũ in genere moris; quia contraria non possunt esse in eodem, sed bonum, & malum sunt contraria: ergo vnus actus non potest esse bonus, & malus, & quia actus voluntatis secundum se est in genere naturæ; secundũ verò suas conditiones est in genere moris: ergo, &c. lege D.Thom. de verit. q. 1. art. 4. & secunda secundæ, q. 99. art. 2. & Capreol. vbi supra.

2.senten. dist.49.q.2.

Actus infideliũ seu actio impiorum nõ quælibet est peccatũ. Colligitur hæc propositio ex 2.2.q. 10. cui Greg. Arimin. contradicit multis argumentis, & præcipuè ex dictis Apostoli Rom. 14. quod omne, quòd nõ est ex fide peccatum, & est communis opinio Theologorum, quòd omnis infideliũ vita est peccatum. Verum hæc opinio non recte se habet, quia cum peccatum mortale tollat tãtũmodo gratiam gratum facientem, non autem bonum naturæ, ex quo bono naturæ, potest aliquod opus morale bonum proficisci in ordine ad Deũ, prout est vltimus finis totius vniuersi, & verbũ Apostoli intelligendum est, quod vita infidelium non potest esse sine peccato, cum peccata sine fide non tollantur. Potest etiã intelligi, quod quidquid infideles operantur ex infidelitate peccatum est, & sic etiã intelligitur illa communis opinio Theologorum, quia omnis infideliter viuens, vel agens vehementer peccat, sed ex hoc non sequitur quod non possint aliquod opus morale operari, vel quòd non habeant aliquas imperfectas operationes morales bonas s. & secundũ quid. lege D.Tho. 2.sent.dist. 41. q. 1. ar. 2. & in dist. 7.q. 1. art. 2. & in disputatis de malo, q. 2. art. 5.& super Epist. ad Rom. cap. 14.& Capr. 2.sent. dist. 41.q. 1.& Caiet. 2.2. vbi supra.

Actus interior & actus exterior sibi coniunctus in malis non sunt duo peccata, sed tantummodo vnũ. Elicitur hæc propositio ex 2.sent. dist. 42.q. 1. art. 1. cui aduersatur Greg. Arim. dicens velle peccare, & agere, vel committere illud sunt plura, & distincta peccata: ergo propositio falsa, sed hæc ratio nullius momẽti est, quia licet velle peccare sit aliud actus ab operatione peccati, nõ tamen est aliud peccatum, quia quod cõparatur ad aliud, vt ratio eius se habet ad ipsum, vt forma ad materiam, vnde ex duobus sit vnũ: sicut ex materia, & forma & propter hoc color, & lumẽ sunt vnũ visibile, quia color est visibilis propter lumen, & similiter cũ actus exterior habeat rõnẽ peccati ab actu voluntatis, idẽ peccatũ est actus volũtatis, & actus exterior cõiũctus: quia quæcunq; sunt vnum in genere moris habent

tandem bonitatem, & malitiam, sed actus voluntatis coniunctus actui exteriori, & ipse actus exterior sunt vnum in genere moris: igitur sunt vnũ, & duo peccata. Quandoquidem actus illi qui habent eandem malitiam in numero sunt idem peccatum, & non plura: sed actus interior, & exterior sunt huiusmodi; igitur non duo, sed vnum peccatum sunt, & non est intelligẽda propositio de actu interiori, & exteriori præcise in seipsis, sed prout vnus est alteri coniunctus. lege D. Tho. 1.2. q.2. art.3. & Capr. in 2. senten. dist.4. 2. q.1.

Actus exterior aliquam addit bonitatem vel malitiam super actum interiorem præcisè sumptum, scilicet illã quam habet ex termino proximo. Aliquam autem non addit. s. illam quam habet actus interior ex fine; nunquam tamen addit pœnam, aut præmium essentiale actui voluntatis, si sit in se cõpletus. Hæc veritas colligitur ex 2. sent. dist.43. q.1. quam veritatem conantur Scotus, & Aureolus impugnare, & non erubuerunt asserere propositionem istam esse inter articulos Petri Abailardi damnatos ab Ecclesia, sed mentiti sunt in caput suum; Quia Petrus ille volebat, quòd nec per opera coniuncta actui voluntatis; nec per opera non coniuncta, quis efficitur melior aut peior, quæ assertio est erronea, sed dicere quòd propter opera exteriora secundũ se considerata non coniuncta actui voluntatis, nec vni rationi quis non efficitur melior, vel peior, non est erroneum, sed verissimum; quia talia opera cum non sint voluntaria, nec sunt bona, nec mala moraliter, opera enim exteriora non pertinẽt ad genus moris, nisi secundum quòd sunt voluntaria. lege D. Tho. in disputatis q.2. art.2. de malo, & prima secũdæ, q.20. ar.4. & Capr. 2. sent. dis.42. q.1.

Adam si non peccasset, non esset mortuus. Colligitur hæc propositio ex Sancto Thoma p.p. q.97. ar.1. cuius oppositum docuit Pelagius monachus Britãnus, Asserens Adam debere mori ex conditione naturæ in statu innocentiæ, & nõ ex demerito peccati, quia mortale, & immortale differũt genere ex Arist. 10. Metaph. Tex.16. Si ergo Adam esset immortalis in statu innocentiæ, & deinde in statu naturæ destitutę esset mortalis, differret genere à seipso quod non est dicendum. sed hic vir errauit pessimè, sicuti & in multis alijs dictis reprehenditur à Beato Augustino in libro de hæresibus, ad quod vult Deum, & hic error est contra sacram scripturam expresse vt habet Apostolus Paulus in Epistola ad Romanos Cap.7. sicut per vnum hominẽ peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, deinde expressè fuit condẽnatus hic error in Concilio Mileuitano, Cap.9. vbi ita habetur, placuit ergo omnibus Episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo constituere hæc, quę in præsenti Concilio definita sunt, vt quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret non peccati merito, sed necessitate naturæ anathema sit. nec ratio adducta à Pelagio est alicuius momenti, quia immortale dicitur vno modo ex parte materiæ, quia habet materiam, quæ non est in potentia, nisi ad vnam formam tantum, sicut corpus cęleste, quod dicitur mortale secundum naturam, & hoc modo Adam nõ dicebatur immortale A in statu innocentiæ, & deindè mortalis in statu naturæ corruptæ. Alio modo dicitur immortale ex parte formæ, quia. s. rei mortali per naturam inhæret aliqua dispositio, per quã totaliter prohibetur à morte, & hoc pacto corpora nostra dicentur immortalia secundum gloriam post diem iudicij. tertio modo aliquid dicitur immortale ex parte causæ efficientis, & hoc pacto Adam in statu innocentiæ erat immortalis, vt docet Augu. in libro de quęstionib. noui, & veteris testamenti: Deus enim hominem fecit, qui quandiu non peccaret, immortalitate vigeret, vt ipse sibi author esset aut ad vitã, aut ad mortem, fuit enim diuinitus animæ ipsius B Adæ quædam vis supernaturaliter data, per quam poterat præseruare corpus suum ab omni morte, quamdiù anima ipsa mansisset Deo subiecta; ex his ergo patet sensus propositionis Sãcti Thomę, quod Adam non erat mortalis ex conditione naturæ, qua conditus est, in qua si mansisset, & à mandato Dei non recessisset, nũquàm moreretur, mortuus ergo est, quia à mandato Dei recessit, quippe qui Deus mortem nõ fecit, nec lętatur in perditione viuorum, sed creauit hominem inexterminabilem. i. immortalem, vt scribitur in libro sapientiæ; Cap.2. de quibus omnibus, vide S. Thomã 2. sent. Dist.19. q.2. art.3. q.5. & in disputatis in quæstionibus de malo.

C Adam in suo primordio accepit omnem perfectionem secundum corpus, & secundum animam, quæ naturæ humanæ cõpetit. Colligitur hæc propositio ex S. Th. 2. sent. Dist.23. q.2. art.2. huius oppositum aliqui docuerunt asserentes, ipsum Adã non fuisse perfectũ, nec secũdum animam, nec secundum corpus, non quidem secundum animam, quia potuit decipi circa intellectum, cum non cognosceret cogitationes hominũm, & futura cõtingentia. Nec etiam secundum corpus, quia constat ipsum fuisse cæcum ante peccatum, vt patet ex historia Genes. loquente de Adam, & Eua, quod post peccatũ aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt se esse nudos: sed facile D error istorum cõuincitur, quia non erat necessariũ ad perfectionem primorum parentum secundum animam, vt ipsi agnóscerent hominũ cogitata, aut futura cõtingentia, sed sufficiebat eis habere scientiam omnium naturaliũ scibilium, supernaturalium verò quãtum opus erat ad gubernationẽ propriæ vitæ, in alijs autem quorum scientiam non habebant, diuinitus subuentum erat, nec est instantia quod in tentatione non fuit eis subuentum, ne deciperentur, quia iam præcesserat peccatum in eorũ animo, & tunc non habuerunt recursum ad diuinũ auxilium; ex his ergo patet in eis nullam imperfectionẽ reperiri secundum animam, si imperfectio, E & defectus priuatiue acciperetur, vt. s. carerent eo, quod habere debuissent, si verò accipiatur imperfectio, & defectus negatiuè, tunc quælibet creatura inuenitur deficiens Deo cõparata, dum non habet illam excellentiam quæ inuenitur in Deo. sic etiam & de imperfectione corporali dicendum est, quod ipsi nullam habebãt, vnde patet de muliere de qua dr, vidit igitur mulier quod bonũ esset lignũ aduescendũ, & pulchrũ oculis, aspectuq; delectabile, tulit de fructu illius, & comedit. Si cæca illa fuisset iã lignũ videre nõ potuisset, & si mulier nõ fuit cæca, ergo neque eius vir, & verba sacræ scripturæ non debent interpretari, quod aperti sunt oculi amborũ. s.

ad vi-

ad videndum, quia, & antea videbãt, sed intelligẽ- A da sunt, vt exponit Chrisostomus in commentarijs super Genes. quod oculi ipsorum fuerũt aperti ad discernẽdum inter bonum quod amiserant, & malum in quod ceciderant, vel intelligi possunt hæc verba de experimentali cognitione, quã prius non habebant. Nec etiam sentiendum est, vt aliqui Rabini male intellexerũt Adam habuisse duas vxores vnam cream, & alteram videtem, ex ea fuit illa quã ædificauit Dñs de eius costa, de qua dixit Adam, hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, quasi dicat, quod prior mulier facta est mecum de limo terræ, quam Iosephus vult formatam fuisse extra paradisum, & cum viro translatam in paradi- B sum, & hæc fuit videns: quia hic est error intolerabilis, & expresse contra scripturam, quæ dicit, non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, si ergo aliam vxorem habuisset, Adam formatam ex limo terræ, sequeretur ipsum non fuisse solum, cuius oppositum docet scriptura sacra. Propterea tenendum est, Adam vnicam habuisse vxorem, ex eius costa formatã, ipsumq; fuisse perfectum secundum omnem perfectionem in sui primordio naturæ humanæ cõpetentem, & quo ad animam, & quo ad corpus; de qua materia, lege Sanctum Thomam de veritate. quæst. 18. per totã.

Cap. 3.

Actus intelligẽdi, & cognoscendi addit aliquid C absolutum supra speciem: quæ est principium intellectionis, & cognitionis. Colligitur hęc propositio ex prima primæ q. 85. art. 2. in qua controuersiam habent nonnulli præcipue Aureolus, qui dicit istam propositionem esse cõtra Arist. 3. de anima, vbi postquam dixerit, quod intelligere est pati, declarans modũ illius pati dicit, quod esse susceptiuũ ipsius speciei appellat ipsum intelligere, quod est esse speciem: sed isti non habent verum sensum verborum Arist. quia intelligere dicitur pati antecedenter, non autem consequenter, quia sic in parte sensitiua intenditur duplex operatio, vna tantum solã immutationem, & sic perficitur operatio sen- D sus: tãtum quòd immutatur à sensibili: alia est operatio, quæ dicitur formatio tantum, qua vis imaginatiua format sibi aliquod idolum rei absentis, etiam nusquam visæ, & vtraque hæc operatio reperitur in intellectu. Nam primo quidem patitur intellectus possibilis tantum quoad informatur specie intelligibili, qua quidem informatus format secundo diffinitionem, vel compositionem, & diuisionem, vnde hęc secunda operatio dicitur vitalis, non autem prima. lege D. Tho. prima parte, q. 118. art. 2. & de veritate. q. 8. art. 13. & prima parte q. 12. art. 9. & Capr. 4. sent. dist. 49. q. 5. cõtra primã cõclusionem ad argumẽta adductã primo secũdo loco. E

Agens, & patiẽs oportet esse simul. Scribitur hęc propositio p. p. q. 8. artic. 1. cui aduersatur Scotus, quia cum agens est perfectum agit in distans, & sic non oportet vt sit simul cum patiente, vt patet de sole, qui vsque ad viscera terræ operatur, in quibus tamen visceribus nõ est sol ipse: sed hęc impugnatio Scoti est contra Arist. qui vult 7. Phys. mouens, & motum agens & patiens esse simul, vt asserit propositio, quam assumit D. Thom. ad probandum Deum esse in omnibus rebus per essentiam; quia Deus cum sit ipsum esse per essentiam, & sit primũ agens omnium, oportet vt sit omnibus cõiunctus,

1. senten. dist. 37.

Tex. 32.

& intime: ratio Scoti nõ concludit, quia sol primo agit in corpus sibi coniunctum, & sic deinceps vsq; ad vltimum, & sic non oportet, vt sit immediate in visceribus terræ, sed sufficit vt agat per virtutẽ suã quæ est lumẽ. Deus autem immediate in omnibus operatur, & ad maximam virtutem eius pertinet, vt nihil sit ab eo distãs quod in se non habeat Deũ. lege D. Tho. 3. contra gentes cap. 68. & Caiet. p. p. vbi supra, & Capreol. in 1. sent. dist. 37. q. 1.

Amicitia humana non est virtus, sed consequens virtutem. Elicitur hæc propositio ex D. Tho. super 4. lib. Ethicorũ, c. 13. cui aduersatur Aureolus probans amicitiam moralem verè esse, & propriam virtutem; quia habet vitium sibi oppositum: puta esse sine fœdere, & infidelitatem, quod est maximum vitium. sed deceptus est Aureolus quia aliud est loqui de amicitia, quæ est ad Deum, inquantum est beatus, & auctor beatitudinis: quæ oportet vt prę supponatur ad virtutes quæ ordinant hominem ad illam beatitudinem, & hæc cum non sit consequens ad illas virtutes, sed præambula oportet, quod ipsa sit per se virtus. aliud est quoque loqui de amicitia, quæ nascitur ex hoc quòd aliquis habet virtutem, & amat bonum rationis, vnde sequitur ex ipsa inclinatione virtutis, quòd diligat sibi similes. Vir tuosos in quibus bonũ rationis viget: Hæc enim non propriè sunt virtutes, sed secundũ quid, & eo modo, quo est virtus, ita habet vitium sibi oppositum, de qua re lege D. Thom. in disputatis de caritate art. 2. & in 3. sent. dist. 27. q. 2. art. 2. & 2. 2. q. 23. art. 3. & super 8. Ethic. cap. 1. & Capr. 3. sent. dist. 27. q. vnica contra primam.

Amor, delectatio, & desiderium sunt tres actus realiter distincti. Ponitur hęc propositio prima secundæ, q. 28. art. 2. quam tamen Aureolus, & Greg. Arimin. improbant, & præcipuum fundamentum istorũ est, quia complacere, & delectari idem sunt, vt patet ex terminis: nam idem est dictu delector in te, & complacet mihi in te, placabilis es mihi, & delectabilis es mihi, sed omnis amor est desiderium, vel complacentia: ergo amor, delectatio, & desiderium idem sunt. sed allucinantur isti cum alius sit actus quo potentia appetitiua habet inclinationẽ ad bonum: qui pertinet ad passionẽ amoris. Alius actus est, quo bonum nedum habitum dat motũ ad consequendum bonum amatum, & hic spectat ad desiderium; Alius actus est quo bonum adeptũ dat quietationem appetitui, qui actus est ipsa delectatio: ex his sequitur amorem, & desiderium, & delectationem esse distinctos, & diuersos actus. Ratio adducta est nullius momenti. quia non est idem dictu placabilis es mihi, & delectabilis es mihi; quia multa placent, quæ non delectant. sed potius sunt caussa tristitiæ: vide hanc rem prima secundæ, quæst. 30 articulo secundo, & tertio sententiarum distin. 27. quæst. 1. artic. 1. & Capreolus primo sententiarum, distinctio prima, quæst. 1. contra primam conclusionem.

1. sen. dist. 1.

Amans ex hoc quod aliquid agat, prouenit quędã impressio rei amatæ in affectũ amantis: secundum quam amatum dicitur esse in amãte. Scribitur hęc propositio prima parte, quęst. 37. artic. 1. cui se opponit Aureolus. Quia est expressè propositio hæc contra verba Saluatoris dicentis, vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, quæ verba volunt, quod

amans est in re amata, & non è contra, & non intellexit Aureolus propositionē D.Th. quæ vult quod amatum sit in amante non per essentiam, nec per similitudinem, sed per quandam habitualem inclinationem derelictam ex amore, per quā amatum est in amante: cum hoc tamen stat quòd amans est in amato, ālio modo videlicet: sicut quæ ordinantur ad finem sunt in fine: & sic intelligitur sententia Saluatoris, quòd cor est in Thesauro, vt etiam dicebat D. Bernardus quod anima verius & melius est, vbi amat quàm vbi habitat vel animat, lege D. Tho. 4. cont. gentes cap. 19. & Capreol. 1. senten. dist. 10. q. vnica, & Caiet. p. p. vbi supra.

Amor in diuinis potest sumi essentialiter, & personaliter. Scribitur hæc propositio p. p. q. 37. art. 1. cui aduersatur Aureolus inquiens impossibile est duas diuinitates esse in diuinis. vnam essentialem, & aliam personalem, sed amor cum sit perfectio simpliciter, non est aliud quam diuinitas: imò cum amor sit quoddam formaliter infinitum, esset in diuinis multitudo eorum, quæ sunt formaliter infinita quod est omnino impossibile: ergo & propositio assumpta est impossibilis, & loquitur nesciēs quid diceret Aureol. quia distinctio hæc amoris, in essentialem, & personalem, non est dist. rei. sed distin. vocis in suas significationes, tota enim ratio distinctionis est accomodatio vocabuli ad aliā significationem, sicut si notitiæ nomen accommodaretur verbo: vnde non sunt duo amores in diuinis, vnus essentialis, & alter personalis. sed ly Amor propter penuriam vocabulorum significat diuinum amorem qui procul dubio quoddam essentiale est, quandoq; verò tertiam personam procedentem per modum voluntaris, & amoris. lege D. Tho. 1. sent. dist. 32. q. 1. art. 1. & 2. & Capr. ibid. contra primam conclusionem.

Amor procedens, est nomen proprium personæ diuinæ. Scribitur ista propositio p. p. q. 37. circa finem primi articuli, quam ipse Aureol. noluit pertransire, sed ait ipsam esse falsam, quia cū hic amor sit idem secūdum rem, & rationem cum ipsa essentia, quæ quidem vt determinauit Ecclesia contra Abbatem Ioachim, nec producit, nec producitur: ergo non poterit verificari supradicta propositio dari amorem procedentem in diuinis: & allucinatus est etiam in hac parte Aureol. quia Amor procedēs, licet sit idem cum ipsa diuina essentia secundum rem, differt tamen secūdum rationem: etiam ex illa parte, quia differt sibi cōuenit produci. Hoc autem non cōuenit nisi relationi subsistenti. quia nihil in diuinis à producēte est distinctum nec incommunicabile, nisi relatio subsistens, & cum dicitur, quòd spiritus est amor procedens, intelligitur quod persona producitur non autem essentia, quæ non producit, neque producitur. lege Capreolum 1. sent. dist. 32. art. 1. contra quintam.

Amor, gaudium, & delectatio distinguuntur in Deo secundum rationem. Ponitur ista propositio primo cōtra gentes cap. 91. in qua controuersiam voluit habere Aureol. dicens, constat quòd amor non est aliud quàm amor complacentiæ, non enim Deus habet amorem concupiscentiæ, aut desiderij alicuius, sed manifestum est, quòd complacere in aliquo idem est, quòd gaudere, & delectari in eo: ergo ratio amoris in Deo non est alia a ratione complacentiæ, & gaudij, & delectationis: verum hic vir non intellexit sensum propositionis, non enim ponit propositio amorem cōcupiscētiæ in ipso Deo, sed amorem, & gaudium, & delectationem esse distinctos, secūdum rationem, quia amor dicit quandam cōditionalitatem ad bonum. Delectatio prouenit ex bono realiter coniuncto, gaudium autem hoc non requirit, sed sola quietatio volūtatis, sufficit ad rationem gaudij, & quia Deus qui est suum principale volitū, maxime quietatur in se ipso, quia habet in se omnem sufficientiam: propterea ipse per suā voluntatē in se maxime gaudet, delectatur, & amat. & hæc differunt secundum rationem. quomodo in Deo possit etiam esse amor concupiscentiæ declarabitur inferius, lege D. Th. p. 2. q. 24. ar. 4. & Capreol. 1. sent. disten. 1. q. 1. & dist. 45. q. 1. contra nonam.

Amore amicitię, & concupiscētiæ Deus amatur à creatura rationali. Elicitur hæc propositio ex tertio sent. dist. 27. q. 2. art. 1. cui Durandus conatus est aduersari volens quod illud, quòd amatur amore concupiscentiæ, amatur finaliter propter illum cui cōcupiscitur: sicut amamus vinū propter nos, sed Deus secūdum se, & in se amandus non est propter quodcunque aliud finaliter: ergo Deus secundum illud quod est aliquid in se non est amandus amore concupiscentiæ. & errat Durandus, quia nō omne quod amamus amore concupiscentiæ referimus ad nos sicut in finem, cum quilibet amicus diligat amicum amore concupiscentię, in quantū vult frui eius præsentia, & tamen non referre amicum ad se sicut ad finem, modo tali amore non diligimus Deum ex charitate. s. amore concupiscentiæ excludēte amicitiam: imò plus diligimus eum amore amicitiæ, quàm amore concupiscentiæ. siquidem quælibet honesta, & perfecta amicitia diligit amicum duplici amore. s. amicitiæ volendo sibi bonum, & concupiscentiæ, desiderando eius præsentiam, & cōuictum, sed charitas est perfecta amicitia creaturæ rationalis ad Deum: ergo duplici amore, & amicitiæ. s. & concupiscentiæ Deus ipse à creatura rationali amatur. lege D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 3. & Capr. vol. 3. sent. dist. 27. q. 1. con. 1. conclu.

Distin. 27.

Angeli, & animæ rationalis specifica differentia sumitur pœnes intelligere cum discursu, & intelligere sine discursu. Colligitur ista propositio ex secundo sent. dist. 3. q. 1. art. 6. cuius oppositum nititur probare Scotus; & præcipua ratio sua est, quia anima non discurrit circa principia: discurrit tamē circa conclusiones: ergò si cognoscere sic, & sic est alterius spēi; & ideo erunt duæ intellectualitates alterius spēi in vna anima, vna inquantum cognoscit principia; alia inquantum agnoscit conclusiones, quòd est penitus absurdum, & sic absurda propositio: sed figmentum quoddam ac somnium imaginatus est Scotus legendo propositionē assumptam siquidem non asserit propositio, quod essentialis distinctio specifica inter animā, & angelum, in hoc consistat: quod Angelus intelligat sine discursu, & anima cum discursu: sed quòd talia sunt signa, vel effectus procedentes ex eorum specifica differentia. Ratio sua nihil concludit, quia cognoscere principia sine discursu inest animæ per quandam participationem, & non perfectè: intelligere verò cum discursu inest sibi plenè, & perfectè; secus autem

Dist. 19. q. 6 2. sent.

esset

esset si æque perfectè vtrunque sibi inesset. deinde A principia, & cóclusiones anima per species à rebus abstractas intelligit, quod non facit Angelus, & immo non est par ratio, essentialis enim differétia in substantijs simplicibus sumitur secúdum gradum potentialitatis, & quia anima tenet vltimum gradum in spiritualibus sicuti materia prima in sensibilibus: Angelus pleno iure participat naturã intellectualẽ: idcirco differunt: ex hoc nascuntur aliæ quam plures differentiæ lege D. Tho. in disputationib. in q. de anima q. 7. & p.p. q. 75. art. 7. q. 58. art. 3. & Cai. de ente, & essentia cap. 5. & Capre. vbi sup.

Angeli essentia differt à sua potétia intellectiua, & volitiua, & motiua. Sumitur hæc propositio ex B p.p. quæst. 54. art. 3. cuius oppositum tenet Durandus: quia cũ pauca cognoscamus de Angelis quorum essentia cum non sit actus corporis, nec ad diuersas operationes ordinata, vt est essentia animæ nostræ; propterea in anima nostra differt essentia ab ijs potentijs: non tamen in Angelis, in quibus est tantum vnica cognitio intellectiua, quæ reducitur ad unum principium, quòd est essentia. sed valde est allucinatus Durandus in hac parte, patet ex eiusmet dictis, ait enim, quòd ideo in anima potentiæ distinguuntur ab eius essentia, quia sunt ordinatę ad diuersos actus. ergo voluntas, & intellectus in Angelis distinguuntur ab eorum essen- C tia: addatur etiam hic volútas & intellectus in anima non sunt actus corporis. ergo saltem istæ in anima non erañt distinctæ ab eius essentia: si ergo in omni creato differt ẽe, & operari, ergo esſétia & potétia in oĩ ente creatio distingui oportet, & tñ hoc priuilegium in creare reperitur tãtum patet quod defectus habet sua ratio. lege. D. Tho. in disputatis de potentia Dei q. 10. articu. 1. & p.p. q. 79. artic. 1. & Capreol. vbi sup. con. 2. concl.

2. sent. dist. 3 Angeli non habent neque intellectum agentem neque possibilem. Scribitur hæc propositio p.p. q. 54. art. 4. cui aduersatur Scotus, & Greg. Arimin. multis arguméntis, & præsertim, quia natura angeli D ca nó est imperfectior natura humana, sed in humana ponitur intellectus agens, & possibilis, ergo & in Angelica natura. nec obstat qđ fuerit creata sub speciebus intelligibilibus, quia si ita fuisset etiam creata humana natura: nõ ex hoc negaretur ab ea intellectus agens, & possibilis, vt patet in Adã, & in Christo. Verùm in hoc loco dici potest illud, non omnes capiunt verbum. Propositio enim assumpta negat ab angelis intellectum agentem, & possibilẽ propter nobilitatem eorum: vnde ex hoc non redditur imperfecta eorũ natura: & quia natur animæ nostræ est mixta imperfectioni .s. actioni, & passioni rerum materialium, & infirmitati gradus inter E naturas spirituales, quæ imperfectio longè est ab angelis: propterea ab eis negatur intellectus agens & passibilis, non autem à natura humana cui necessarius est agens, & passibilis intellectus, naturæ Angelicę esset superfluus, & quia natura non abundat in superfluis, nec deficit in necessarijs: propterea in angelis non ponitur intellectus agens, & passibilis nisi æquiuocè, in nobis autem propriè, de Adam, & Christo, & si habuerent species intelligibiles coęuas, & non acquisierunt ex rebus inferiorib. hoc fuit ex priuilegio quodam, & per accidens non per se, de quo intelligitur propositio, vide secúdum con. gent. cap. 96. & Capreol. vbi supra.

Angeli intelligunt se ipsos per essentiã, & non per species superadditas. Colligitur ista propositio ex p.p. q. 56. art. 1. cui Aureol. aduersatur probando quòd essentia Angeli non est principiũ intellectionis: quia Angelus intelligit se per suam essentiam: 12. Met. com. 12. quia sua essentia est potius sua intellectio, & hanc fuisse mentem Aristo. & sui commentatoris. s. quod quęlibet substantia separata est composita ex quodam potentiali, & ex quodam actuali, illud autem actuale est cognitio sui: &c. Attende hic quodam non est curãdum de commentatore qui in multis errauit, vt dicemus infra recitando eius errores. inter quos hic est vnus quod essentia Angeli est suũ intelligere, & quod intelligentia illabatur alteri: quod esse minime potest neque per modum actus primi neque secundi: sed rei veritas est, quod Angelus intelligit seipsum per suam essentiam si aliquid in genere intelligibilium se habet, vt forma intelligibilis: subsistens illud tale intelligit seipsum per seipsum: sed qlibet Angelus est huiusmodi, ergo seipsũ per seipsum agnoscit, quod dixit etiam D. Augustinus 2. super Genes. ad literam, quòd Angelus ipsa sua confirmatione, hoc est in illustratione veritatis cognouit seipsum. Vide 2. contra gentem cap. 96. de veritate q. 8. art. 6. & lib. de causis lect. 13. & Capreol. vbi supra contra quintam.

Angeli, & cęterę substãtiæ spirituales, vt sunt animæ nostræ, non sunt compositæ ex materia, & forma. Colligitur ista propositio ex p.p. q. 50. artic. 2. 3. distin. 2. Sentent. cui aduersatur Aureol. quia si substantiæ separatæ non essent compositæ ex materia, & forma, túc adæquarent diuinam simplicitatem: & dęmones, & animæ damnatæ non paterentur passiones realis supplicij, quòd est falsum: ergo propositio falsa. Verũ hæc ratio non sequitur, quia cum in Deo nulla sit compositio, neque ex materia, & forma, neque ex substantia, & accidente, neque suppositi cum materia, nec esse cum essentia: in Angelo sunt tres vltimæ compositiones, ideo non sequitur dęmones quoque & animæ dãnatę patiũtur ab igne corporeo per modum alligationis, & non per modum alterationis materialis, vt corpora, & cum nulla substantia primo, & per se intellectualis poterit esse cõposita ex materia, & forma qa ĩtelligere nõ ẽ actus corporis: sed quilibet Angelus, & anima intellectiua est huiusmodi: ergo propositio vera. Latius vide 2. sententiarum dist. 3. q. 1. art. 1. & in disputatis de spiritualibus creaturis q. 1. & 2. con. gent. cap. 4. & quolibet. 9. art. 6. p.p. q. 75. artic. 5.

Angeli non possunt esse formæ ipsius materiæ. Scribitur ista propositio 3. cont. Gentil. capit. 89. cuius oppositum docent nonnulli ex Auerroistis, & præcipuè Balduinus, qui specialem tractatum edidit de hac materia volens Arist. commentatorem fuisse huius opinionis præsertim 2. cęli: vbi ponitur, quòd cęli sunt animati, & quod intelligentiæ largiuntur secundas perfectiones ipsis cęlis: ergo & primas, & sic tribuunt esse, ex cõsequenti sunt formæ materiæ cęlorum: falsa ergo redditur propositio D. Tho. sed opinio viri huius ducit Arist. & Auerroim in contradictionẽ stante veritate suæ positionis: ponunt enim ipsi 8. politicorum, quòd primus motor non sit virtus in corpore, quia tunc cum labore, & fatigatione mouerent: posito ergo

quòd

quod sint formæ cælorum ipsæ intelligentiæ nõne sequitur de facto ipsas esse virtutes in corpore, cũ sint eorum motrices, & propterea dicendum, quòd æquiuoce intellexerunt, cęlos esse animatos, & largiuntur eis perfectiones secundas, tanquàm formæ assistentes non informantes. & primam perfectionem hñt cęli à proposita forma, non ab intelligentijs; quia cum habeant in se integram naturã suæ speciei, non possunt esse naturaliter formæ alicuius materiæ, eo magis quia supergrediuntur totum ordinem materiæ corporalis: adde etiam q̃ cum in eis non sit reperibilis caussa vnibilitatis ad materiam, & ad corpus, scilicet imperfectio, & indigentia acquirendi scientiam per organa materialia, in eis esse potest naturalis vnibilitas ad materiam, & ad corpus. latius vide in p.p. quæst. 51. artic. primo, & in quæstionibus de spiritualibus creaturis q. 2. & Capreol. ubi supra contra quartã conclusionem, & libellum de ente, & essentia cap. 5.

2. sent. dist. 9. Angeli sunt principium motus corporis cęlestis non ad modum formæ naturalis, sed ad modum motoris voluntarij. Colligitur hæc maxima ex p.p. quæst. 70. artic. 3. in qua controuersiam habere voluit Aureol. nitens probare, quòd Angelus se hét omnino ad corpora cælestia, sicut forma ignis (Tex. 50.) ad materiam: excepto, quòd non dat sibi actum primum, dat tamen sibi omnes perfectiones secundas, quòd est proprium soli formæ: hoc est, quòd voluit comment. primo, cœli: ubi quærit quæ est ista natura: per quam corpus cęleste non est graue nec leue, nec actum moueri nisi circulariter, & quid est principium naturale istius motus, & subdit: dicamus ergo, quòd formæ abstractè secundum, q̃ sunt formæ absolutæ; & innatæ sunt, ut motum ab eis sit rotundum, & vt illud, quòd ab eis mouetur, neque sit graue neque leue, sicut innata est forma ignis, vt habet propriam materiã: ex quibus rebus redditur falsa propositio assumpta sed verba commentatoris non fuerunt intellecta ab Aureolo, vt (Comm. 50.) patet ex alijs eius verbis 3. de anima, vbi conatur astruere, quòd intellectus possibilis non est forma humani corporis, nec multiplicatus ad multiplicationem hominum: sed vnus omnium, & separatus secundum esse à quolibet homine, & à qualibet materia, & à quolibet corpore; si ergo hoc tenet de intellectu possibili: multo magis hoc sustinendum est de intelligentijs, & si alibi eas vocat formas aut animas non propriè, & vniuoce visus est nomine formæ, & animæ sed ęquiuoce: quia ad rationem formæ requiritur primo, vt sit principium essendi substantialiter cuius est forma, hinc dicitur, quod est illud quo aliquid est & denominat ens 2. requiritur, vt ipsa cũ materia conueniant in vno esse, quæ duo non conueniunt Angelo respectu corporis cęlestis, vt poteris videre 2. cont. gent. cap. 68. & de potentia Dei q. 6. art. 6. & de spiritualibus creaturis eadem quæst. lege, & Capreo. 2. sent. dist. 9. & 10. q. 1. contra primam conclusionem.

Angeli differũt specie inter se. Scribitur hæc propositio famosa p.p. q. 50. artic. 4. cui multi doctores aduersantur sed præcipuè Scotus, & Durandus multis argumentis probando vnum angelum habere plura indiuidua sub se: pluribus auctoritatibus hoc idem corroborando, & præcipua auctoritas est D. Augustini asserentis, quòd si omnes A Angeli peccassent Deus creasset alios: collocando in eijsdem sedibus, & sic illi nouiter creati essent eiusdem speciei; qua propter ista propositio est articulus 96. condemnatus Parisius, verum optime considerandi propositionem D. Tho. nullam rationem nullamque auctoritatem sanctorum ei repugnantem inueniet, & ista quæ est adducta hic, non facit ad propositum: quia quamuis Deus possit collocare aliquos Angelos in eisdem gradibus gratiæ, & gloriæ in quibus fuerunt peccantes, non sequitur quòd nouiter creati, & illi sint eiusdẽ speciei, quia homines assumuntur in eisdem sedibus, à quibus ceciderunt lapsi, & tamen non sunt eiusdem speciei

B Deinde D. Tho loquitur secundum ordinem rerum nobis cognitum: Deus autem posset instituere alium ordinem secundum quem posset facere Angelos eiusdem speciei, vnde non inquirendum est quid Deus facere põt sed quid exposcit naturã Angelorum: quę cũ sit immortalis: sequitur quod ab intrinseco habet, quòd non possit per multa indiuidua eiusdem speciei multiplicari. lege 2. cont. gent. cap. 93. & de spiritualibus creaturis. q. 8. & Capreol. 2. sent. vbi supra contra quintã & Cai. de ente, & essentia cap. 5. De articulo condemnato dicemus infra quomodo fuit reuocatus.

Angeli per vnã speciem possunt plures, & distin-C ctas qualitates cognoscere. Scribitur ista propositio p.p. q. 55. artic. 3. cuius oppositum sustinet Scotus, quia vnitas rationis intelligendi præsupponit vnitatem obiecti adęquati continentis virtualiter obiectiue omnia, quæ species illa continet repræsentatiuè, vt patet de essentia diuina, vt ratione intelligendi, & vt obiecta: sed impossibile est dari tale vnum obiectum continens multitudinem quidditatum: ergo non potest dari aliqua species creatã repręsentans distinctè multas quidditates. Allucinatus tamen est hic Scotus non considerans vnitatem obiecti primi, & adęquati. Dupliciter intelligi potest: vno modo quod præsupponit vnitatem for-D malem, & realem illius rei in rerum natura existentis: & hoc modo non oportet esse verum, & patet de specie intelligibili in nobis, naturæ bouinę: talis enim res non est sic in rerum natura, vt adæquate repræsentatur per speciem: & propterea nulla res singularis inuenitur in rerum natura adæquate illi respondens: Alio modo vt præsupponat vnitatem tantum formalem obiecti. Quemadmodũ si species naturæ leoninæ à Deo alicui intellectui esset impressa, & hoc modo verum est vniuersaliter: quòd omnis species præsupponit vnitatem obiecti. Quoniam, & omnis potentia respicit primo E vnitatem formalem: vide allucinationem Scoti existimantis primo modo verificari maiorem: cum tamẽ in solo Deo verificetur, in cæteris verò sat est quod quælibet species respiciat primo unam rationem formalem, & hoc modo se habent species Angelicæ, vt ait Dionysius superiores Angeli participãt scientiã magis in vniuersali quã inferiores lege Capreol. vbi supra cont. 7. concl. & Cai. p.p. vbi sup. (Cap. Angelicę Hierarchiæ.)

Angeli quãto sunt superiores tãto per pauciores species intelligunt. Famosa propositio est hæc in doctrina D. Tho. & sumitur ex loco supra citato cui se opponit Scotus. & Aureol. & Durand. quia stante veritate propositionis tunc posset dari aliquis Angelus qui omnia intelligeret per essentiam (dist. 3. 2. sen.)

solam,

solam, cum Deus posit quolibet Angelo facto perfectiorem substantialiter facere. Vnde si supremus angelus modo intelligit per duas species puta essentiam propriam, & vnam speciem impressam, qui superior erit de nouo factus intelliget tantum per vnam puta per essentiam suam, & sic erit Deus, quod est hæreticum dicere. & nesciunt isti, quòd posito hoc possibili necessario omnibus inferioribus angelis superadderet noua species qua distinctè possent illû intelligere, & sic in illo, qui erat supremus erunt tres species, in isto vero nouiter facto essent duæ tantum, & consequenter pauciores, & sic eodê modo dicêdum est si procedatur in infinitum, semper superior habebit pauciores species, non per minorationem dualitatis, sed per additionê seu multiplicationem pluralitatis inferioribus, & sic quanto Angelus erit superior tanto perfectior, & Deo similior, & limpidius, & per pauciores species cognoscet. lege Ferrariensem 2.lib.contra Gent. cap.98. cum Caiet. loco superius citato.

2.sent. dist. 9. quæst.2.

Angeli vna & eadem specie intelligibili agnoscunt naturam cômunem, & eius indiuidua. Scribitur hæc propositio p.p.quæst.57.art.2. cuius oppositum sustinet Scotus, quia vbi pluralitas numeralis cócludit maiorem perfectionem, infinitas numeralis concludit infinitam perfectionem, sic autê in rationibus repræsentatiuis, quòd posse repræsentare plura concludit maiorem perfectionem, côplectitur enim vnam hanc rationem includere perfectionem duarum propriarum rationum posse, ergo repræsentare infinita distinctè concludit rationem repræsentantem esse infinitè perfectum, & sic si propositio esset vera illa species intelligibilis esset infinitè perfecta. sed arbitratus est Scotus illud quod est verissimum côtinere falsitatem, quæ enim repugnantia est, quòd aliqua species creata repræsentet infinita habitualiter, & in potentia, cû per visionem uerbi creatam anima Christi videat actualiter infinita, nonne etiam scimus, quòd in vniuerso aliquid est simpliciter infinitum, vt Deus aliquid simpliciter finitum, vt res materialis, aliquid verò, quòd est modo quodam finitum, & modo quodam infinitum vt intelligentia quæ est finita, prout est limitata ad propriam naturam eo quòd nulla substantia creata est suum esse, sed participat esse; est tamen infinita per remotionem illius terminationis secundum quam forma terminatur ex hoc ipso, quòd in materia recipitur, cum omne receptum sit in recipiente per modum recipientis, non ergo inconuenit quòd illa species sit infinita secundum quid & infinita simpliciter, & præcipuè, quia dato quòd infinitas contentorum inferat infinitatem continentis, non sequitur, ergo illud continens est infinitate perfectionis simpliciter sed in tali genere vel specie lege D.Tho.de verit. q.20. art.4.& 1.p.q.12.art.1. Capreol. vbi supra contra octauam, & Cai.in p.p.q.57.art.20.

2.sent. dist. 7. quæst.3.

Angeli intelligunt res sine discursu. Ponitur ista propositio p.p.q.58.art.3. cuius oppositum tenet Greg. Arimin. quia nullus negare potest quin angelus non intelligat vnum per aliud, & sic discurrit. sed noluit intelligere Greg. discursum non esse vnû tantum, cum alter vocetur per successionê, vt postquam quis intellexit vnum conuertit se ad intelligendû aliud, & hic non negatur ab Angelis, de quo A currit ratio Greg. est alius discursus qui dicit per causalitatem quâdo quis procedit ex aliquo prius noto in cognitionem alterius posterius noti quod prius erat ignotum, & de hoc intelligitur propositio D.Tho. vt patet ex fundamento eius, quòd versatur in hoc, quia intellectus ille, qui non acquirit scientiam ignoti per aliquid prius cognitum, non est propriè discursiuus, sed talis est quilibet intellectus angelicus: igitur nullus talis est propriè discursiuus, quod etiam affirmat D. Dionysius 7.cap. de diuinis nominibus dicens, quod angeli non côgregant diuinam cognitionem à sermonibus diffusis, neque ab aliquo communi ad ista specialia simul aguntur B lege D.Tho. 3.cont.gent.cap.44.& 91 & de ver.q.8.artic.15. & 1.p.q.14.artic.5. & de specialib.creat. quæst.10.artic.6.& Capreol.vbi supra contra decimam.

2.sent. dist. 11.q.1.

Angeli non cognoscunt omnia illa quorum species tenent penes se. Sumitur hæc propositio ex disputatis.quæst.8.art.14. cui Aureol. & Greg. Arimin. contradicunt multis argumentis, & præcipuè auctoritate Aug. qui 4.lib. super genesim ad literâ cap.38. ait, quod potentia spiritualis cuncta quæ voluerit simul notitia facillima apprehendit. & non intellexerunt mentem Aug. volentis quòd ex natura mentis angelicæ est, quod per vnam speciem possit C multa intelligere, & sic cum voluerit conuertendo se ad illam speciem omnia, quæ per illam spê cognoscit simul intelligere potest, sed noluit dicere Aug. quod Angelus per diuersas species eiusdem generis Angelus intelligit plura, quia hoc est impossibile cum non posit actuari simul actu completo diuersis speciebus eiusdem generis, & licet plures habitus sint in anima, illi tamen non sunt in actu completo, & similiter licet sint plures species in medio sunt tamen ibi in fieri, & non sed esse completum. lege D.Tho.p.p.q.85.art. 4. & 2.sent. distin.3. quæst. 3.art.4.& primo contra Gen.cap.55. & quolibet 7.art.2.& Capreol.vbi supra contra nonam.

Greg Arimin.2. dist. 9. quæst.1.

D Angeli immobiliter perseuerant, vel in auersione, vel in conuersione respectu boni supernaturalis. Sumitur hæc propositio ex disputatis de malo quæst.26.ar.5. in qua habetur controuersia, quia Dam. 2.lib. cap.3. ait, quòd Angelus est substantia intellectualis semper mobilis arbitrio libera vertibilis secundum mentem, hoc non esset verum si immobiliter adhæreret. Sed hoc nihil est; quia vtique Angelus est vertibilis de naturalibus, ad supernaturalia, vertibilitas enim multiplex esse pôt, & intellectu, & uoluntate Angeli, & hoc sufficit ad dictum Damasc. sed non sequitur ex eius dicto, quod Angelus illud quòd semel elegit plena, & perfecta E electione posit deinde refutare vel êcontra, Immò est fallacia consequentis arguendo, est vertibilis igitur isto modo vertibilis, vide D. Tho. p.p.q. 64. art.8. & super Iob cap.4. & Capreol. 2. sent. disti 7. quæst.1. contra secundam.

Aureol. 2. sent. dist. 2.

Angeli non habêt aliam potentiam realiter distinctam ab intellectu, & voluntate. Scribitur hæc propositio in quæst. de malo, vbi supra artic.1. in qua etiam maxima controuersia habetur cum alijs volentibus in Angelis esse potentiam motiuam, immò est articulus excommunicatus Parisijs, qui dicit quod Angelus moueat corpora per intellectum, & voluntatem solum, error. Verum hic articulus

non

non est contra propositionem assumptam, sed contra ponentes angelum mouere corpora per intellectum ac voluntatem ad hunc sensum, quod voluntas angelica sit efficax ad mouendum quidquid potest velle mouere, qualitercunque velit mouere, vel quacunque distantia possit mouere, & quod non requiratur similitudo vnius ad aliud nec proportio, quod non asserit supradicta propositio sed tantum dicit, quod in natura totaliter intellectuali non est potentia nec virtus nisi intellectualis, & similiter nec actio procedens ab intellectu: sed angelus est natura totaliter intellectualis: igitur in eo non est potentia virtus nec actio nisi intellectualis, & si sit potentia motiua, illa tamen non est distincta a voluntate vide D. Tho. quolibet. 7. artic. 2. & de potentia Dei quæst. 6. artic. 3. & 1. p. quæst. 54. artic. 5. & Capreol. 2. sententiarum dist. 7. q. 2. & Caiet. in 1. p. vbi sup.

Henric. 9. col. 3. q. 1.

Gotofred. quolib. 1. quæst. 4.

Angeli tam boni quam mali virtute suæ naturæ possunt mouere imaginationem hominis. Scribitur hæc propositio p. p. quæst. 111. artic. 3. in qua aliqui aduersantur D. Tho. quia aut hoc faceret ponendo speciem extra spiritum, & tunc migraret accidens de subiecto in subiectum, aut mutando localiter ipsum spiritum, quod etiam esse non potest cum non sit corpus: nihilominus sensus propositionis est, quod per ordinationem phantasmatum in humana fantasia angeli hoc operantur nō per translationem de subiecto in subiectum, sed per motū localem spirituū, quibus phantasmata inhærēt suis subiectis, & isti spiritus aliquando mouentur, aliquando quiescunt, aliquando sunt propinqui, aliquando distantes a potentia cognitiua, & ideo apparitio aliquando fit ex voluntate hominis imaginantis, quod prius senserat, aliquando ex conditione naturæ sanæ vel ægræ, vt patet in freneticijs, aliquando ex causa extrinseca, sub angelis qui per motum localem spirituum, & humorum causant imaginationem illam. Vide latius de ver. q. 2. art. 9. & in quæst. de malo quæst. 16. artic. 11. & 3. cont. gent. cap. 88. & 91. & Capreol. 2. sententiarum dist. 8. quæst. vnica.

Aureol. 2. sent. dist. 8. ad idē etiā Scotus.

Angeli siue boni, siue mali, non possunt cordis nostri affectiones cognoscere. Ponitur ista propositio p. p. q. 57. artic. 4. sed falsum arbitrātur aliqui quia cum angeli virtute sua agnoscant species existentes in humano intellectu, quid impedire potest quin etiam intelligant illud, quod repræsentant illæ species, & cum repræsentent cogitationes cordis, sequitur, quod illas cognoscunt: verum existimatio horum processit, quod non considerarunt quod species intelligibiles sunt in nobis in habitu, & non in actu, & ideo non sequitur, quod si angeli cognoscunt species intelligibiles nostri intellectus, quod agnoscant, & cogitationes, quia ex vna specie, quam intellectus penes se habet in diuersas cogitationes prodire, vt per speciem hominis varia potest cognoscere de homine, & ideo quo ad esse actuale, in particulari, & distincte soli Deo, & homini sunt cognitæ iuxta illud, quæ sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis qui est in eo, voluntas enim, vt affectus in particulari est extra ordinem rerum naturalium, & ideo est naturaliter occulta cuicunque extrinseco intellectui creato. lege D. Tho. de ver. quæst. 8. art. 13. & lib. 3. cont. gent. cap. 154. & Capreol. vbi supra & in quæst. de dæmo

Scot. 2. sen. dist. 9. q. 1.

Dur. dist. 8.

[illegible] 2.

nibus in disputatione.

Angelus est in loco per cōtactum, & applicationem suæ virtutis ad locum, siue per operationem. Scribitur hæc propositio quolibet primo artic. 4. quam nonnulli Theologi abhorrent, quia sequeretur quod angelus aliquando immo frequenter nusquam esset, & præcipue quia in cælo empireo nihil operatur cum illud non sit variabile nec mobile, & sic angeli non essent in cælo empireo, & reputant hoc esse incongruum, cum tamen nullum sit inconueniens angelum nusquam esse: immo Arist. vult entia illa beata nō esse apta in loco esse, in cælo empireo angeli operantur propterea sunt ibi, operatio tamen illorum latet nos, quia latent quoque vltimæ rerum differentiæ, cum per operationem intelligat propositio omnem motum, vel influxum, vel relationem significatam per modum operationis transeuntis in corpus, & exeuntis ab angelo: & sic decipiuntur qui dicunt istam propositionem esse articulum condemnatum Parisiis, quia articulus ille qui est 204. damnat ponentes substantias separatas non esse in loco nisi per operationem quæ est exterior motio localis vel alteratio realis. lege D. Tho. primo sent. dist. 37. quæst. 3. art. 1. & 2. sent. dist. 6. & de potentia Dei quæst. 3. artic. 19. & p. p. quæst. 12. artic. 1. cum Caie. ibid. & Capreo 2. sent. distin. 29. artic. 1.

Scotus di 2. q. 6.

sent. Aure. ibid.

1. cæli. tex. 100.

Greg. Arminen. 2. dist. 2. q. 2. artic. 2.

Angelos plures simul esse in eodem loco est impossibile. Scribitur hæc propositio 1. p. quæst. 12. art. 2. cuius oppositum docent aliqui innixi opinioni Richardi. 4. de trin. asserentis dæmones non habere corpora, quia tunc non potuissent esse simul in eodem loco: vult ergo Riccardus dæmones fuisse simul in corpore illius obsessi licet non potuissent illebi anima eius. verum ex hoc non redditur falsa propositio D. Tho. quia in illo dæmoniaco poterant esse multi dæmones secundu diuersas corporis partes in quas operabantur, vel in quibus eum vexabant, nam angelus potest esse indifferenter in loco paruo vel magno, deinde illud corpus erat locus materialis dæmonum non formalis, & intelligitur de potentia naturali angelorum, quia impossibile est duas causas totales, & immediatas simul esse eiusdem effectus, & cum angelus sit in loco per hoc, quod virtus eius immediate contingit locum per modum continentis perfecti, hinc sequitur, quod multi angeli immo nec duo simul in eodem loco esse possunt. lege D. Tho. 1. p. quæst. 53. & 1. sententiarum dist. 37. quæst. 3. & de potentia Dei quæst. 3 art. 7. & Ferr. 3. cont. gent. cap. 68. vide Scot. quomodo secundo sent. dist. 26. & tenet, quod de possibili respectu potentiæ diuinæ non videtur ambigendum quin per ipsum plures angeli possent esse simul, quod non negat propositio D. Tho. & ideo in hoc non videtur ei aduersari lege Gotfred. quolibet. 6. quæst. 5.

Greg. Arimin. 2. hoc dist. 2. q. 3.

Angelus vnus non potest naturaliter esse in diuersis locis. Famosa propositio est hæc in doctrina D. Tho. & ponitur 1. p. quæst. 52. artic. 2. quam carpere voluerunt aliqui moti ex hoc, quia de fide tenemus vnum corpus esse in diuersis locis, vt est corpus Christi, quanto magis, & angelus in diuersis locis esse poterit, & non viderunt isti quomodo propositio intelligetur de potentia naturali ipsius angeli non autem de potentia Dei, cui est possibile omne

Greg. Arimin. quæst. 3. vbi sup.

le omne non implicans cótradictionem adde etiã quòd imposibile est idem corpus esse in pluribus locis per se,& localiter.i.per proprias dimensiones licet posit esse in vno loco per proprias dimensiones, & alibi per dimensiones alterius corporis in ipsum côuersi,vt patet de corpore Christi in Sacramento. Angelus ergo erit tantum in vno loco sibi adæquato, qui non excedit sphæram suæ acti vitatis, licet posit esse in pluribus locis partialibus existentibus infra limites suæ virtutis. Vide quartum lib. sent.dist.44.q.2.artic.3.S.Tho. de potentia. q. 3.art.2.& 3. contr.gent.cap.68.& Caie. p.p.vbi supra, & Capreol.vbi supra.

Angelus pôt moueri localiter. Ponitur ista propositio p.p.quæst.53.art.1.quam aliqui sentire nolunt quia tunc sequeretur, quòd Angelus nullam haberet resistentiam,&per consequens non esset in illo motu aliqua succesio,cum omnis succesio in motu sit per resistentiam vt scribitur 4. politicorū tex.70.sed hoc non sequitur quia moues liberum potest etiam absque resistentia succesiuè mouere Angelum,& constat, quòd tunc nulla foret resistētia,vnde medium non resistit corpori glorificato, nec corpus glorificatum virtuti mouenti, tamen Christus post resurrectionem, & glorificationem sui corporis succesiuè mouebatur continuè:id autem, quòd ait Arist.intelligitur de motu naturali, in tali nunquam est præcisè succesio propter resistentiam,non autem in motu angelorum, nonne videmus, quòd eiusdem rationis est animam separatam à corpore moueri, & angelum, sed necesse est dicere animam localiter moueri,cum sit articulus fidei,quod Christus secundum animam descēdit ad inferos: igitur Angelus localiter mouetur. lege D.Tho.in opus. 15.cap. 18. & super Matt. cap. 28. & Capreol. 1.dist.6.quæst.1.

Angelus quando mouetur potest trãsire, & non pertransire medium. Colligitur ista propositio ex 1.p.quæst.53.art.2. quam propositionem aliqui voluerunt esse condemnatam Parisiis cum ex ea oriatur, quòd angelus aliquando nusquam esset,quod est contra euangelium Matt. 18. vbi dicitur Angeli eorum qui in cęlis sunt &c. verùm dici solet, sententia male tradita est reuocanda,ita factum est de propositionibus condemnatis Parisiis prout tangebant doctrinam D.Tho. quæ asserit non esse inconueniens Angelum aliquando nullibi esse cum ponat eum esse in loco per operationem, & absurdum magnum videtur, quod suprema,& nobilissima pars vniuersi creati videlicet substantiæ spirituales, quod pendeat ab infima parte. s. à substantia corporea sic quod non posit esse sine loco corporali per modum contenti, & inclusi, cum è contra substantia corporalis non pendeat à substantia spirituali creata: si ergo motus localis Angeli, & continuus, & non continuus esse posit, quando mouetur de extremo ad extremum motu continuo tunc necessario transit medium, si autem motu non continuo transferatur de extremo ad extremum posibile est, ut hoc sine medio fiat, quia omne,quòd ad libitum potest moueri de extremo ad extremum per motum continuum, & per motum non continuum potest moueri pertranseúdo medium,& etiam non pertranseundo, sed Angelus est huiusmodi: igitur &c. vide D. Thom. quolibet.1.q.3.art.2.& de uirt.q.1.art.13.& Capreol. secundo sent.dist.6.q.1.& Caiet. in p.p.ubi supra.

corrupera-uit,& Scot 2.dist.2.q 9

Angelum moueri in instanti est posibile. Indubitata propositio in doctrina D. Tho. & colligitur ex 1.p.quæst.53. artic.3. oppositum hujus volunt aliqui esse verum, quia Auerr.4. Physic.comm.70. probat, quod si aliquod corpus puta graue descenderet de loco ad locum per vacuum illud descenderet in instanti, igitur à fortiori angelus poterit se mutare de loco ad locum in instanti per medium, sed Auerroes quem citant isti pro firmãda sua opinione falsus est etiam, quia duo termini motus nõ posint esse simul, in vacuo quoque corpus illud graue in tempore necessario moueretur, & sic ꝙ angelus cú moueatur eo motu in quo modo sunt plura nunc succedentia, & ideo dicitur, quòd mouetur in tépore,& hic est sensus propositionis,& nõ vt aliqui intellexerunt angelum moueri in nô tempore,quia in instanti acquirere potest locum suum & derelinquere alium à quo discedit, & non penetrarunt propositionem debere intelligi de mensura desitionis prioris loci, & acquisitione posterioris,hoc enim est imposibile fieri in instãti. lege D. Tho.4.sent.dist.44.q.2.artic.3.quæst.3.& 9. quolibet.quæst.9.& 4. Physic. comm.72.& quoli.1. q.3. artic.2.& quolib.11.art.4.Capreol.vbi supra cont. quartam conclusionem,& Caie.in 1.p.vbi supra.

Scot.2.dis. 2.q.8. & Greg. dist. 6.q.3.art.1

Angelorú intensa consideratio vel dilectio suorum naturalium fuit causa proxima peccati ipsorú Colligitur ista propositio ex 3. contr.gent. cap.10. cui aduersantur aliqui dicentes istam propositionem esse contra scripturam,& Aug. scribitur enim Esai.14.in persona luciferi in cęlum ascendam, & ero similis altisimo, & Aug. lib. de quæst. noui, & veteris test. ait, quod elatione inflatus voluit dici Deus, ex quibus patet, quod primum peccatú Angelorum fuit superbia, quod etiam D.Tho.astruere videtur p.p.q.63.art.3.& ęqui uocarunt isti sic dicentes quia propositio non loquitur de primo peccato angelorum, quod indubitãter asserimus fuisse superbiam cum extiterit in affectione deordinata ad bona spiritualia, & sic non subiectione superioris regulæ,propterea non fuit nisi superbia,post quam consequuta est inuidia: vt ait etiam Aug.14. lib.de ciuit. Dei quod angelus non est fornicator aut ebriosus, neque aliquid huiusmodi, est tamen superbus,& inuidus.sed supradicta propositio intelligenda venit de prima radice, & causa proxima peccati quæ fuit illa intensa consideratio, & dilectio naturalium, & defectus considerationis, & attentionis ad regulam rationis vel diuinæ legis.lege D.Tho. 2. sent. dist.6.quæst.1.art.1.& in disputatis de malo q.1.art.3.& quæst.16.art.2.& Capre. 2.dist.4.q.1.contr.primam.

Aureo. dis. 2 q.3. lib. sentent.

Angelus peccauit appetendo esse,vt Deus. Scribitur ista propositio p.p.quæst.63.art.3. cui aliqui contradicere præsumunt dicentes esse hoc dictum cont.D. Ansel.in lib.de casu diaboli asserentem, ꝙ diabolus hoc appetit ad quod peruenisset si stetisset,sed nõ peruenisset ad ęqualitaté Dei, ergo non appetit esse,vt Deus.Verũ si dictú Anselmi bene intelligatur nõ est côtra ꝓpositioné assumptã,qa nõ appetijt esse, vt Deus ꝑ similitudiné.s. quiescere in naturali sibi fine vel quo ad hoc, quod est habere beatitudiné illã supernaturalé virtute propria ad

Scot.2. dis. 6. quæst.1.

quam

quam perueniſſet ſi debito modo appetiſſet, ſed in ordinarè appetijt excedendo menſuram proprij ordinis: appetijt ergo illam Dei ſimilitudinē quæ datur ex gratia, & ipſe proprijs viribus voluit eam poſsidere, & nō diuina ope iuxta legem Dei, & hoc voluit intelligere Anſelmus quod appetiit illud ad quod perueniſſet ſi ſtetiſſet. lege D.Tho. 2. ſent. diſ. 5. q. 1. artic. 1. & in diſputatis de malo quæſt. 16. art. 3. & Capreo. vbi ſupra conc. 2.

Angelorum primum peccatum fuit ſuperbia. Scribitur iſta propoſitio p.p. quæſt. 63. art. 2. cui ali qui contradicunt dicentes illud peccatum magis fuiſſe luxuriam quam ſuperbiā, quia peccatū quo quis inordinatè delectatur reducitur ad luxuriam (Scot. 2. ſen. diſt. 6. q. 1.) B ſed primum peccatum angelorum fuit huiuſmodi quia immoderate appetijt ſummum delectabile, & omne immoderate delectabile appetitum in quan tum delectabile poteſt dici luxuria; igitur non ſuperbia ſed luxuria fuit: quæ opinio ſatis irrationabilis, & erronea apparet prima fronte in ſpiritualibus aſſerere reperiri luxuriam, tum quia primū pec catum oportuit eſſe actum volitionis qui fertur in bonum, vt ſic, & non actum nolitionis, qui reſpuit malum, vt ſic: propterea illa inordinata volitio delectabilis ſpectat ad inordinatum appetitum excel lentiæ quæ conſtituit ſuperbiam, & non luxuriam quia fuit appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, C deinde licet omne peccatum ſit concupiſcentia carnis aut oculorum aut ſuperbia vitæ, primum peccatum angelorum non eſt aliquorum illorum duorum, vt aſſerit Scotus cum conſiſtit in nō ſubiectione ſuperioris regulæ: igitur fuit ſuperbia vitæ. de quo latius vide D.Tho. 2 ſent. diſt. 5. q. 1. art. 3. & 3. cont. gent. cap. 109. & in diſput. de malo q. 16. art. 2. & Capreo. diſt. 4. q. 1. 2 1. ſent. & Caiet. 1 p. vbi ſupra, & Ferr. 3. cont. gent. vbi ſupra.

Angelus malus non potuit peccare, nec de facto peccauit in primo inſtanti ſuæ creationis. Ponitur iſta propoſitio 1. p. quæſt. 63. artic. 5. cui aduerſantur nonnulli Theologi quia Angelus in primo inſtanti potuit mereri: ergo & peccare, ſed hi non cō ſiderauerunt qualiter Deus qui produxit angelos (Scot. Aur. Duran. 5. Greg. 2. diſtin. 5.) D in eſſe non poteſt nec potuit eſſe cauſa peccati, & propterea Angelus nō potuit peccare in primo inſtanti, quia operatio quæ incipit cum eſſe rei ineſt ab agēte illius vt patet in operatione naturali. ſ. motus ſurſum reſpectu ignis, in operatione defectiua prima claudicationetibię à natiuitate: vnde prima operatio angeli fuit naturalis quo ad ſpecificationem, & rectitudinem actus, ſed fuit libera quo ad exercitium actus, quia non neceſsitabatur ad eliciendum, quamuis ſi eliciebat aliquam opera tionem illam conformem actui naturæ producebat, & ideo potuerat mereri, & non peccare nec pec cato omiſsionis nec commiſsionis. lege D.Thom. 2. ſent. diſt. 3. quæſt. 2. & ſuper Ioann. lect. 6. cap. 8. & de malo quæſt. 16. art. 4. nec non Capreol. 2. ſenten. diſt. 4. quæſt. 1. contra 4. & Caie. 1. p. in expoſitione 5. artic. 9. 63. p.p.

Angelus peccauit in ſecundo inſtanti ſuæ creationis. Colligitur iſta propoſitio ex p.p. quæſt. 63. artic. 6. cuius oppoſitum docent aliqui ponentes plures morulas in quarum p. fuerunt vniformes in gratia, vel natura in 2. aliqui de meruerunt, & alij meruerunt, in tertia omnes fuerunt in termino, & (Scot Greg. Ar. 2. ſent. diſt. 6. q. 2.)

A præcipua ratio horum eſt, quia habitum eſt prælium magnum inter bonos, & malos Apoc. 13. ergo plures morulæ fuerunt inter creationem, & eorum lapſum. ſed horum opinio non intellexit quomodo via angelorum integratur ex duobus inſtantibus, ſed alterum ita eſt via, quod non terminus, alterū vero eſt via, & terminus, uia prout eſt ex libero arbitrio, terminus prout conſumata à Deo ſuſcipitur gratia, vt patet in cōuerſiōe peccatoris ad Deū: in nona eſt idem inſtans conuerſionis, & infuſionis gratiæ, & in inſtantaneis operationibus ſimul eſt fieri, & factum eſſe, prælium autem illud quod fuit tentatio malorum, & victoria bonorum fuit in eo dem inſtanti nec fuit ibi prius, & poſterius duratione ſed natura tantum inſtans: ergo ſecundū angelorum poteſt conſiderari, vt via diſtincta contra terminum, & ſic intelligi non poteſt, quia tantum duæ morulæ ſunt dandæ in Angelis, vt ait D.Tho. & non tres, vt ponit Scotus nec quatuor vt Romanus Egidius volēs angelos eſſe creatos ſine gratia: alio modo illud inſtans ſecundum, ſeu morula ſecunda conſideratur, vt eſt ſimul via, & terminus, & ſic operatio angelorum eſt ſimul meritoria, & præmiata, meritoria, vt inchoat ex libero arbitrio, & gratia, præmiatur, vt completur per gloriam lege. D.Tho. quolib. 9. artic. 8. & Caiet. p.p. vbi ſupra, & Capreol. cōntra quintam concluſ. vbi ſupra.

Angelus vnus alium illuminat. Scribitur formaliter iſta propoſitio p.p. quæſt. 106. art. 1. cuius oppoſitum volunt alij Theologi, quandoquidem illū (Dur. 2. diſt. 11. q. 3.) minatio angelorum ſpectat ad accidentalem beatitudinem ipſorum, ex conſequenti omnes angeli illuminantur immediatè à Deo proponente obiectum, & confortante intellectum, non ergo vnus angelus aliūm illuminat. ſed iſti ſic docentes irrationabiliter loquuntur, & cōtra D.Dion. 8. cap. cœleſt. Hierarch. vbi ponit quod angeli ſecundę Hierarchiæ purgantur, & illuminantur, & perficiuntur per angelos primæ Hierarch. & cum illuminare nihil aliud ſit, quam manifeſtare alteri veritatem agnitā, & licet ea quæ pertinent ad beatitudinem accidentalem reducantur in ſolum Deum ſicut in primum principium, tamen reduci poſſunt in creaturam tamquam in proximum principium, vnde creatura poteſt eſſe obiectum cognitionis pertinētij ad gloriam accidentaliter, & ſic non repugnabit creaturę oſtendere tale obiectum ipſi beato. Vide D.Tho. 2. ſent. diſt. 9. art. 2. & diſt. 11. q. 2. art. 1. & de ver. q. 9. art. 1. & primæ in exp. 13. cap. & Capr. 2. ſent. diſtin. 11. q. 2. contra primam & Caie. p.p. vbi ſupra.

Angelorum illuminatio fit de rationibus diuinorum operum. Scribitur etiā hæc propoſitio art. E vbi ſupra in reſp. ad primum, quam ſcotiſtæ audire nolunt, ſic enim dicunt de his quæ videntur in ver bo ipſa illuminatio: ſed non eſt verum quia omnis cognitio angelica, vel eſt de diuinis aut de rebus naturalibus, aut de actibus liberi arbitrij, aut de miſterijs gratiæ: ſed angelus vnus non illuminatur ab altero quo ad illa prima tria cognoſcibilia. quia omnes angeli tam ſuperiores, quam inferiores im mediate vident eſſentiam Dei, & quantum ad hoc vnus non docet alium: ergo ſit quo ad quātum cognoſcibile, & ſic illuminatio non ſit de pertinentibus ad deitatem ſed ſicut de attributis, aut relationibus: vnde non bene dicunt iſti qui volunt illuminationem

minationem fieri de his quæ videntur in verbo. lege D. Tho. super 4. cap. de diuin. nominib. Dion. Areop. & de ver. q. 9. art. 1. & Capreol. 2. distin. 11. contr. 3.

Angelorũ illuminatio fit ex parte virtutis intellectiuę, & ex parte similitudinis rei intellectæ. (Dur. 2. dist. 11. q. 3.) Ponitur ista propositio loco superius allegato, sed non desunt oppugnãtes eam, quia virtus illa intellectiua nõ suscipit magis, & minus cum sequatur essentiam ipsius angeli, nec etiam similitudo rei intellectæ potest suscipere magis, & minus: sed hi non penetrarunt radicem illuminationis quæ consistit in hoc ꝙ debilitas intellectus inferioris angeli fortificatur ex participatione luminis superioris offe B rentis veritatem cognitam vt illuminatã, & sic illuminatur intellectus ad eum intuendam, non quòd intellectus, aut similitudo illa suscipiat magis, & minus, vnde angelus inferior poterit cõfortari vel per superadditionẽ alicuius habitus ꝙ solus Deus in angelo facit, vel per acquisitionem alicuius nouæ cognitionis, vel noui obiecti cogniti, ad hoc potest cooperari angelus superior, qui etiam poterit influere participationem sui luminis angelo inferiori, vide in locis supra allegatis.

Angelus loquens nihil caussat in angelo audiente. (Scot. 2. sen. dist. 9. q. 2.) Colligitur ista propositio ex disputatiõ de ver. q. 9. ar. 5. quam non possunt eam aliqui intelligere C moti hac ratione: si enim angelus loquẽs nihil caussat in intellectu audientis, sed solum exprimit conceptum in seipso, qui videtur ab alio, sicut in libro, cum istud expressum possit à quolibet angelo æqualiter videri, sequitur quòd angelus exprimens illud conceptum æqualiter loquitur omnibus angelis, vel cuilibet angelo. Sed non sequitur, quia nec consequentia nec probatio aliquid valet quandoquidem conceptus per angelum loquentẽ expressus non ordinatur ad quemlibet angelũ sed ad aliquem in particulari, & ideo ab illo solo percipitur, & per consequens illi fit loquutio & non alijs, ille audit, & non alij: hinc angelus loquens ni- D hil effectiue causat in angelo audienti, sed tũc pręsentat ei obiectum quod prius erat ei absens, angelus autem audiens caussat in se ipso actualem intellectionem quæ non est idem cum illuminatione, quia illuminatio est de his quę videntur in lumine diuinæ essentiæ. loquutio est de motibus liberi arbitrij quos vnus in alio non videt. lege D. Tho. p. p. q. 107. per totam & Capr. 2. sent. dist. 11. q. 1. contra tertiam.

Angeli sunt facti à Deo. habetur hæc propositio à D. Thoma prima primæ, (q. 61. art. 1.) cuius oppositum sustinuit quidam Hermandus Hollandiuus Asserens angelos non esse à Deo factos: quia de eis non fit E mẽtio lib. Genesis. (Cap. 1.) in quo omnia, quæ à Deo creata sunt narrantur, & de angelis nulla fit mentio: ex quo concludebat prædictam propositionem esse falsam; Attamen hic prolapsus est in maximum errorem, quia, & si scriptura lib. Genesis nõ ita aperte loquatur de angelis. (Sap. 103.) Tamẽ in specie habetur expresse productio angelorũ, qui facit angelos suos spiritus, per q̃ verba Apostolus ad Hebreos ostendit Christum filium Dei esse superiorem angelis, quia Deus fecit angelos, Christus nõ est factus, (Cap. 1.) sic enim ait. & ad angelos quidem dicit. qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammã ignis A Ad filium autem Tronus tuus Deus in seculum seculi. Quæ verba exponens Theophil. inquit angeli creati sunt, & Christus est qui facit, cum sit Rex, & Dominus & Deus, qui plane tronus iste testificat, qui principatus est, & imperij argumentum. Adest etiam auctoritas Euangelistæ Ioanis omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factũ est nihil. (Cap. 1.) & Concilium Lateranẽse sub Innocẽtio III. celebratum talem veritatem definiuit asserens vnum vniuersorũ principium creator omnium visibilium: & inuisibilium spiritualium, & incorporaliũ, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramq; de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem, B Angelicam videlicet & mũdanam. cuius dicti rationem assignat S. Thom. quia oẽ ens per participationem est ab ente per essentiam, sicut ignitum ab igne, sed solus Deus est ens per essentiam, angeli sunt entia per participationem: igitur necessario sunt producti à Deo, nec prætermissi sũt in illa prima rerum creatione. sed significãtur nomine cœli aut etiã lucis, quod ideo factum est; quia Moyses rudi populo loquebatur, qui nondum capere poterat naturas incorporeas, quales sunt angeli: & si ei tales naturas expꝛessisset fuisset occasio idolatrandi, ad quã populus ille pronus erat. & tñ Moyses pręcipue intendebat illum populum a tanto peccato C reuocare. Impium ergo est dicere angelos à Deo nõ esse factos. de qua re lege Athan. de varijs quæstionibus ad Antiochenũ. (Quæst. 1.) & Theodoretum in Genesi. (Quæst. 2.) & Basilium hom. p. examaron, & Augustinum vndecimo lib. de ciuitate Dei. (Cap. 11.)

Angeli sunt incorporei. scribitur hęc propositio prima parte, (q. 50. art. 1.) cuius tamen oppositum multi docuerunt vt fuit Tertulianus lib. de carne Christi. (Cap. 6.) & libro de idolatria, (Cap. 6.) vbi ponit angelos amatores esse fęminarum probãs ex illo dicto Gen. videntes filij Dei filias hominũ &c. (Cap. 2.) Idẽ etiam voluit Ciprianus lib. de singularitate clericorum, sic etiã & Origines secundo lib. periarcon, vbi dicit impossibile D esse dari naturam rationalem omnino incorpoream, & nullam naturam præter Deum sine corpore posse viuere. Basilius lib. de Spiritu Sãcto docet (Cap. 16.) etiam substantiam virtutum cęlestium esse spiritũ aereum, seu igneum immaterialem, & proprie esse in loco. Lactãtius 2. lib. institutionum, ait angelos (Cap. 15.) genuisse ex congressu fęminarum, & habere corpora quod etiam docet Sulpitius seuerus primo lib. (Cap. 6.) sac. Historiarũ exponẽs dictum Genesi. Cassianus collatione 7. ait spirituales naturas non esse incorporeas, sed habere corpus, quo subsistunt tenuius quam sit corpus nostrũ: quod videtur desumpsisse ex secunda synodo Nicęna quæ est sexta generalis E actione quinta ex sermone cuiusdã Ioãnis Episcopi Thessalonicẽsis, dicitur angelos esse intelligibiles, sed non omnino incorporeos cum habeãt corpus aereum, vel igneum, & esse in loco, & possunt pingi, & hæc videtur esse sententia multorum patrum, vt narratur, & Bernardus lib. quinto ad Eugenium, (Cap. 4.) vult etiam angelos esse tenui corpore præditos. Augustinus deinde multis in locis hoc idem docet præsertim lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, (Cap. 11.) vbi habet nihil incorporeum, & inuisibili naturæ credendum nisi solum Deum. & nuper Cardinalis Caietanus in commentarijs ad Ephęsios dicit dęmones esse spiritus ethereos. (Cap. 2.) oppositum tamen sentit

tit propositio Sancti Thomæ, quæ innititur Lateranensi Concilio determinanti, quòd Deus ab initio vtramque de nihilo condidit creaturam corporalem & spiritualem angelicam scilicet & mundanã, verum quia hæc sententia concilij potest exponi, idcirco propositio non est certa secũdum fidem, An angeli sint omnino incorporei, vel nõ, vnde non esset hæreticum tenere oppositam partem, cum multi Sancti Patres id docuerint, esset tamen temerarium, quia communiter illam propositionem docent doctores, cum angeli dicatur spiritus, vt habetur Lucæ 8. & insinuatur in symbolo Nicæno. vbi dicit visibiliũ omnium, & inuisibilium, & per inuisibilia intelliguntur angeli, quod etiam latius Docet Basilius Homelia prima in examaron vbi vocat angelos potestates à materia oino. abstractas, sic etiam & Damascenus lib. secũdo, quod clarissime ostendit Sanctus Thomas angelos ipsos esse substãtias medias, inter Deum & creaturas corporeas. idcirco comparãdo eos ipsi Deo materiales & corporeos prædicare possumus, nõ quòd in eis sit aliquid de natura corporea, nobis tamen comparatos omnino incorporeos asserere debemus, sicut tepidũ calido comparatum dicimus illud esse frigidum, sed comparatũ frigido illud vocamus calidum, & hoc propter perfectionem vniuersi, in quo esse debent omnes gradus rerum, scilicet esse viuere & intelligere, de qua materia lege vbi supra. tenẽtes partem oppositam esse locutos, s. Platonem.

Cap.3.

Anima intellectiua est forma substantialis hominis. scribitur hęc propositio prima prime, cuius oppositũ nonnulli docuerunt inter Philosophos & Theologos, inter Philosophos fuit Plato in Phędone. Auerr. 3. de anima, sic etiam, & sequaces eius dicunt ex Aristot. Animam nullius corporis esse actum, sed omnino ab eo separatam, inter Philosophos fuit quidam Petrus Ioannis, qui multos errores Abbatis Ioacchim suscitauit, inter quos hic est vnus, qui negat animã intellectiuam esse formam corporis humani non absolute, sed inquantum, est intellectiua, concedit quidem animam intellectiuam esse formam corporis non tamen sub hac ratione, qua intellectiua est, quia per hanc rationẽ nõ potest informare corpus: sed ad excludendum hunc errorem non oportet satis laborare, quia manifeste ex hoc sequitur hominem ipsum nõ esse rationalem, quod est erroneum dicere. Nam quod homo rationalis sit, aut habet à forma, aut à materia, non enim aliunde illi aduenire potest, cum esse rationalem accidẽtaliter illi absit, sed essentialiter Partes autem essentiales nullas alias habet præter materiam, & formam, sed à materia certum est nõ oriri ꝙ homo rationalis sit, prouenit ergo à forma sua, quæ habet suam perfectionem. sed iuxta dictum Petri Ioannis, & aliorum Philosophorũ anima rationalis seu intellectiua, inquantum rationalis, & intellectiua est, non est forma corporis: ergo ab illa homo non habet quòd sit rationalis, quia ab illa ratione nõ est forma, & sic à nulla sua parte essentiali habet homo quòd sit rationalis quia neque à materia, neque à forma censendus est rationalis. Propterea hic error damnatus est in Cõcilio Viennẽsi sub Clemente V. his verbis. Porrò doctrinam omnem seu positionem temere asserẽtẽ aut vertentem in dubium, ꝙ substantia animę rationalis, seu intellectiua vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati catholicæ, & fidei inimicam prædicto sacro approbante Concilio reprobamus,

q.76.art.1. Con.5.

Definiẽtes vt cunctis nota sit fides sinceræ veritatis ac præcludatur vniuersis erroribus aditus ne subintrẽt, quod quisquis deinceps asserere defendere, seu tenere pertinaciter præsumpserit, quod anima rationalis, seu intellectiua non sit forma corporis humani per se essentialiter, tanquam hæreticus sit censendus. Hæc Concilium Viennense ex quibus patet propositionem Sãcti Thomę esse de fide. Nec obstat autoritas Aristotelis, quia licet anima secundum essentiam sit forma corporis, Intellectus tamen, qui est potentia realiter distincta ab anima, nullius corporis est actus. Nec ex hoc sequitur intellectum esse nobiliorem anima, quia & si ipse habeat hanc dignitatem, quòd non actuet corpus, ipsa tamen anima habet maiorem, quia est substantia Incorporea subsistens, independens à corpore. Idcirco secundum essentiam est actus humani corporis, secundum potentiam verò non est actus corporis, quia anima intellectiua secundum seipsam supergreditur ipsum corpus. ex quo habet hanc virtutem in qua nullo modo communicat corpus. De qua re lege D. Tho. 2. cont. gent. cap. 68. & 56. & quolib. 12. art. 10. & de spirit. creat. ar. 2. & de anima art. 19.

Anima non est ex Dei substantia. Habetur hæc propositio apud San. Thomam prima parte, Cuius oppositum tenuerunt nonnulli, vt fuit Manicheus & Priscillianus docẽtes tam animas nostras quàm angelos esse ex Dei substantia, quæ opinio nedum falsa & erronea sed hæretica apparet. Nã Deus est omnipotens, & immutabilis. iuxta illud ego Deus & non mutor: ꝙ Apostolus Iacobus apertioribus verbis ostendit in sua Canonica, Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, Nostra tamẽ anima, ne omnipotens est, nec immutabilis. Immo multis immutationibus subdita, cũ modo hilaris sit, modo tristis, modo iracũda modo mansueta, aliquando vult aliquid, aliquando illud respuit. modo aliquid amat, postmodũ illud idem odio persequitur: Nunc vitijs dedita, nunc virtutibus studens, Adeo vt nunquam in eodem statu permaneat, quomodo ergo poterit esse ex Dei Substantia? Hinc Beatus Augustinus lib. de origine animæ enumerans multa, quæ sunt aduersa fidei catholicæ, inter illa dicit hoc esse vnum, Deum animã de seipso fecisse. quia scribitur Genesis formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam viuentem, modo qui aliquis spirat, a se illud emittit, & ex hoc concludebant animam esse emissam ex substantia Dei. Propterea Concilium Bracharense primum decreuit, & definiuit si quis aias humanas vel angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manicheus & Priscilianus dixerunt anathema sit, & authoritas Genesis male est intellecta ab illis quia inspirare nõ est accipiendum corporaliter. Sed idem est Deum inspirare quod spiritum facere, quamuis & homo corporaliter spirans non admittat aliquid de sua substãtia, sed de natura extranea. Hinc Leo Primus in epistola 71. sic ait, quod animã hominis diuinæ asserant esse substantiæ

Cap.2.

Cap.2.

Cap.5.

Cap 5.

ſtantiæ; nec à natura conditoris ſui conditionis A
nomine diſtare naturam,quam impietatem ex phi-
loſophorum quorundam, & Manicheorum opi-
nione manentem Catholicam fides damnat ſciens
nullam tam ſublimem, tanquàm præcipuam eſſe fa
cturam, cui Deus ipſe natura ſit. De qua re legen-
dus eſt S.Tho.2.ſent. diſt. 17. q. 1.art. 1. & 2.contra
gent.cap.83.& opuſc.3.cap.95.
Anima rationalis non poteſt fieri niſi per crea-
tionem. Aſſertio hæc in propria forma, ſcribitur
q.90.art.2. Cap.86. à Sancto Thoma prima primæ, cuius oppoſitũ do-
cuerunt multi, de numero quorum fuit quidam
Seleuſus, & Tertullianus, vt ait Beatus Auguſtinus
libro de hæreſibus eundem etiam errorem tenent B
aliqui ex Armenis, quos proprijs auribus audiui
Romę exiſtens, & cum eis diſputans, quos etiam
manifeſtaui Sãcto Officio, quia dicebant animam
filij ab anima patris produci, & fieri, ſicut ignis
producitur,à ſilice,& ferro,ita corpus, & anima fi-
lij dicebant fieri ex corpore, & anima patris: quia
ſi Deus voluiſſet ſemper creare animam quando
vir,& mulier carnali commiſione ſe coniungunt eſ-
ſet in maximo labore; verum doctrina hæc impia,
& hæretica eſt, & cum expreſſe aduerſetur ſacris lit
Cap.4. teris, vt patet in Apocalipſis, vbi dicitur, quia tu
creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant,
Cap.1. & creata ſunt, & libro Geneſis, habetur creauitque C
ita Deus hominem ad imaginem,& ſimilitudinem
ſuam; ſed homo eſt ad imaginem Dei ſecundum
animam, igitur anima eſt ab ipſo Deo per creatio-
nem, quia cum ſit forma ſubſiſtens, & incorporea
non poteſt eſſe ex materia præiacente corporali,
quia ſic eſſet natura corporea. Neque ex materia
ſpirituali, quia ſubſtantiæ ſpirituales tunc ad inui-
cem traſmutarentur, neque eſt ex ſubſtantia Dei,
vt dictum eſt ſupra: ergo neceſſe eſt dicere ipſam
eſſe per creationẽ, nec ex hoc ſequitur ipſum Deũ
laborare in creatione eius, quia cũ ſit purus actus
eſt immunis ab omni labore,& fatigatione, de qua
materia, vide Sanctum Thomam ſecundo ſenten- D
tiarum, diſtinctione 28. quæſtione ſecunda, art. 1.
& 2.& de potentia Dei, quæſt. 3.art.9.
Animæ in quibus nulla eſt macula ſtatim cor-
pore diſſoluto cœleſtem habitationem adipiſcun-
Cap.9. tur. Propoſitio hæc ponitur in propria forma à
Diuo Thoma in opuſculo ſecundo. Cuius oppoſi-
tum ſuſtinuerunt omnes ferè orientales; pręſer-
tim Armeni, & Græci, quos ſequuntur Luthera-
ni, Caluiniſtæ, Anabatiſtæ, vt narrat Cornelius
Agrippa libro tertio de occulta philoſophia, qui
dilatat etiam hunc errorem aſſerens eſſe commu-
nem opinionem, animas omnium excepta anima
Chriſti non viſuras Deum,niſi vſque ad diem iudi- E
cij; Multi etiam ex Scholaſticis biberunt eundem
errorem, ſicuti fuit Adrianus in quarto ſententia-
rum, Ioannes Gerſon in Sermone de Paſcate; &
Marſilius in eodem libro 4.ſent.& præcipuum fun-
damentum iſtorum eſt authoritas, quæ ſcribitur
Cap.6. in Apocal.Vidi ſub altare Dei animas interfectorũ
ex quo loco volunt concludere animas omnes con
cludi in quodam loco tuto, & ſecuro donec appa-
reat Chriſtus ad iudicandum,& tunc ipſi videbunt
Cap.3. eum viſione beata, iuxta dictum Ioannis Epiſto-
la prima, Scimus, quòd cum apparuerit ſimiles
ei erimus,& videbimus Deum ſicuti eſt. Mouentur

etiam ex verbis Apoſtoli in 1. ad Thimot.dicentis,
Qui lumen habitat inacceſsibilem, quem nullus Cap.6.
hominum vidit,nec videre poteſt, quibus verbis fa
uet dictum Ioannis in prima ſua canonica Deum Cap.4.
nemo vidit vnquã,& confirmant hoc ratione,quo-
niam Chriſti mors, eiuſque requies in ſepulcro, &
reſurrectio, & aſcenſio,eſt exemplar reſurrectionis
bonorum, ſed anima Chriſti ante coniunctionem
eius cum corpore, & reſurrectione non aſcendit in
cœlum, ſed poſtquàm fuit coniuncta ipſi corpori:
ergo & animæ aliorum ſanctorum hominum non
aſcendẽt in cœlum,donec fuerint corporibus con-
iunctæ per reſurrectionem. ſed iſti omnes maximo
errore detenti ſunt nolentes conſiderare duo eſ-
ſe deſideria,alterum naturę alterum vero gratiæ,&
vtrumque ſancti deſiderãt adimpleri. Præponitur
tamen ſemper deſiderium glorię ipſi deſiderio na-
turę,ſi ergo animæ non viderent Deum ante diem
iudicij fruſtra optarent iſtud deſiderium gratiæ,
quòd eſt peregrinari à corpore. vnde Paulus ponit
ſtatum animarum in quo peregrinantur à corpore
& non à Domino, ſed hic ſtatus nũquàm daretur,
niſi viderent Deum ante diem iudicij. Dum enim
ſumus in terra peregrinamur à Domino, & non à
corpore,cum peregrinamur à corpore iam nõ am-
plius peregrinamur à Domino, & hic eſt ſtatus an-
te diem iudicij, poſt quem non peregrinabimur,
neque à corpore,neque à Domino. Hic Apoſtolus Cap.4.
ſcribens etiam ad Epheſios dixit Chriſtus aſcẽdẽs
in altum captiuam duxit captiuitatem,hoc eſt ani-
mas ſanctorum patrum,quæ erant in limbo deten-
tæ duxit in cœlum: & ſi quis adhuc inſtaret eſto,
quòd animæ illę ſint in cęlo nõ tamẽ vident Deũ.
ſed hic valde decipitur, quia cum cęlum nil aliud
ſit,niſi ſedes,& aula Dei iuxta dictum Eſaiæ cœlum Cap.vlt.
mihi ſedes eſt,ſic etiam, ſcribitur apud Matthæum Cap.5.
Thronum Dei cœlum eſt,quod exponens Cirillus
Hieroſolimit. dicit cęlum eſſe quaſi velũ, & eſt do-
ctrina Apoſtoli ad Hebræos cõparantis ingreſſum Cap.9.
Chriſti in cœlum ingreſſui ſacerdotis vltra velum,
& ſicuti in tabernaculum nulli ingrediebantur ad
ſanctuarium. ita durante teſtamento veteri nullus
ingrediebatur in cœlum, ſed fracto velo per mortẽ
Chriſti omnibus patuit aditus. & hæc eſt expreſſa
doctrina omnium patrum præſertim Augu. lib. 1. Cap.14.
reſtaurationum, & in Enchiridion, & duodecimo Cap.108.
de Geneſi ad litteram, & lib. 12.de Ciui.Dei,& iam Cap.25. Cap.9.
determinata eſt hæc differentia in Conc. Flor. de Seſſ.vlt.
vnione Græcorũ, & Armenorum, hoc etiam habet
B.Chriſoſt.Hieron.& Ambr.in Matth.ſic,& D.Gre Cap.vlt.
gorius 4.Moralium,& Innoc.III.cap.Apoſtolicam Cap.10.
de presbytero non baptizato,quem affirmat in cœ
lis vitam degere, quia pro fide, & charitate ille di-
ſceſſerit,ex quo clare habetur ſenſus propoſitionis
animas omnes.in quibus nulla eſt macula,ſed cha-
ritas,& fides eſt ornamẽtum ipſarum, corpore diſ-
ſoluto ſtatim ad cęlum aſcẽdere. Nec facit contra
nos dictum illud Apoc. quia per altare intelligitur Cap.6.
Chriſtus, vt exponit venerabilis Beda ſicuti habe-
tur in 2.lib. Machabęorũ occiſi ſub teſtamẽto Dei Cap.7.
ideſt pro teſtamento Dei,ſic etiam, & B.Anſelmus
per altare exponit Chriſtum vidi animas ſub alta-
re, ideſt ſub Chriſto triumphante. verba autem
Apoſtoli Pauli, & Euangeliſtæ Ioannis intelligun-
tur in hac vita mortali, in qua à nemine Deus vi-

detur nec videri potest, quandoquidem, nec sensu corporeo, quia non est capax diuinæ visionis, neque intellectu, cum vtatur ministerio sensuum, & hoc etiam expresse dixit Deus Moysi Exodi. Non videbit me homo, & viuet, scilicet hac vita carnali, Ad rationem respondit Diuus Thomas tertio quæst. 58. verum esse resurrectionem Christi esse exemplar resurrectionis bonorum, qui facti sunt conformes filiationis ipsius. Sed nõ oportet exemplum, & exemplatũ in omnibus conformari. Deinde falsum est animam Christi non vidisse Deum antequàm corpus non fuerit extra sepulchrum: quia etiã quando erat in sepulchro anima illa beatissima videbat Deum clarissime, sicuti ab istanti conceptionis suæ. Deinde non oportet vt sicuti Christus descendit ad inferos, vt animas piorum extraheret, & saluaret: ita etiam, & animæ aliorum sanctorum, quia aliquid competit capiti, quod non competit alijs membris corporis, & propterea aliquãdo patres dixerũt, inter quos fuit Hireneus libro primo cõtra hæreses Animas sanctorum non esse in cœlo, & optime illud docuerunt, quia intelligi debent nõ esse in cœlo eo modo, quo Christus est, qui anima, & corpore est gloriosus: sic etiam, & Scholastici Doctores, & cæteri Catholici, si aliquis inter eos inuenitur hoc dicere interpretandi sunt.

Cap. 33.
Art. 1.
Cap. 2.

Anima realiter distinguitur à suis potentijs. Famosa est propositio in doctrina Diui Thomæ, & sumitur ex prima primæ, quæst. 77. articulo primo, quã acerrime aduersarij doctrinæ Angelicæ impugnant multis argumentis, quorum præcipuum est, quia actus, & potentia sunt in eodem genere, sed actus potétiæ generatiuæ, & aliarum potentiarum vegetatiuæ videntur esse substantiæ, & terminari ad substantiam: ergo saltem istæ potentiæ sunt veræ substantiæ. Sed ista ratio facit contra eos, quia actus potentiarum animæ sunt accidentia, & in solo Deo operatio est substantia, propterea potentiæ quoque ipsius animæ erunt accidentia, & non substantiæ, & falsum est, quòd actus potentiæ vegetatiuæ sit substantia, cũ hoc nulli potentiæ operatiuæ createç cõueniat, licet terminus pductus per actionem illius potentiæ sit substantia, non enim est necesse, vt proximum principiũ operationis sit eiusdem generis cum termino producto, neque æque perfectum vel perfectius: modo ipsa potentia vegetatiua est proximum principium quo anima vegetatiua operatur, ideo anima vegetatiua est substantia, & non sua potentia. semper enim quæ sunt in diuersis generibus saltim absolutis distinguuntur realiter, modo anima, & eius potentiæ sunt sic: igitur, &c. lege Diuum Thomam prima primæ, quæst. vbi supra cum Caietano, & primo sententiarum, distinctione tertia, quæstione quarta, articulo secundo, cum Capreolo eadem distinctione, & libro, quæstione tertia, articulo secundo, & in disputatis de spiritualibus creaturis, articulo vndecimo, & in quæst. de anima, art. 2. & 19. & Quolibeto 10. articulo quinto.

Sco. secũdo dist. 16.
Aur. 2. sent. dist. 14.

Animæ habẽt diuersos gradus eiusdem speciei. Colligitur ista propositio ex secundo sententiarum, distin. 32. quæstione secunda, articulo tertio, cui se opponunt aliqui volentes ex hac propositione sequi inconuenientia videlicet in animabus dari perfectius, & imperfectius, nobilius, & ignobilius, magis, & minus, & sic vnus homo esset magis homo quam alius: probatur consequentia, quia hoc requirit inæqualitas essentiarum in animabus. Sed hoc nihil est, quia formam substantialem suscipere magis, & minus potest primo intelligi secundum esse quidditatiuum, & specificum, vel secundum gradum indiuidualem cum materia reali & sensibili, & hoc etiam dupliciter, quia vel magis, & minus feruntur ad idem numero, vel ad diuersa numero, & hoc eiusdem speciei, quantum ad esse specificum, & quidditatiuum logicale non suscipit magis, & minus. sed vt est in hac materia nõ inconuenit suscipere magis, & minus in ordine ad diuersa numero, nec sic esse in substantia sequitur esse motum in ea, propterea non sequitur quòd vnus homo est magis homo qnam alius, quia hoc nomen homo dicit naturam specificam in esse quidditatiuo, & sic propositio est verissima, cum formę naturaliter proportionatæ suis susceptiuis secundum inæqualitatem susceptiuorum habẽt inæqualitatem inter se, sed animæ humanæ sunt huiusmodi formæ naturaliter suis susceptiuis proportionatæ, & recipiuntur in susceptiuis inæqualibus, & inæqualiter dispositis: igitur, &c. & hinc est articulus paris. quòd anima Christi est simpliciter nobilior omni alia anima. vide Diuum Thomam primo sententiarum distinctione octaua, quæstione quinta, articulo secundo, & prima primæ, quæst. 85. art. 7. cum Caietano ibidem, & Capreolo secundo sententiarum, dist. 32. quæst. 1.

Dur. secundo dist. 32.
Hær. tertio quol. q. 5.
Her. de Monac. 3. quol. quæst. 5.

A B C

Anima est immortalis, naturalibus rationibus probatur. Colligitur ista propositio ex p. p. q. 75. articulo sexto, cuius oppositum nonnulli volunt soluentes rationes omnes, quæ probant talem veritatem, & dicunt, quòd sicuti fide docentur omnia mysteria fidei, ita quoque suscipienda est hæc propositio, quorum opinio est plena mendacio, & errore, quia argumentum, quòd sumitur ex operatione propria, vel etiam ex potentia quæ substantiam rei necessarie naturaliterque consequitur, vere ostendit qualis sit eius substantia, atque natura, quia incorruptibilis, intellectualis, incorporea, & subsistens & hoc non est ex dono gratuito, sed ex propria natura, propterea ex Conc. Lateranensi sub Leone Decimo, definitur hæreticum esse dicere, quòd ex principijs philosophiæ, sequitur animam esse mortalem, quia si non generatur vi naturæ, nec de potentia materiæ educitur, sed foris venit, sequitur etiam cum corpore eam minime interire. lege Diuum Thomam secundo contra gent. capitulo 78. & Quolibeto 10. quæst. 3. articulo secundo, lege etiam Capreolum quarto sententiarum, distin. 43. quæst. 2. vbi defendit istas rationes contra Scotum animam esse formam subsistentem: ergo incorruptibilem, non habet contrarium, & desiderat semper esse: igitur anima est incorruptibilis. vide etiam Caiet. p. p. vbi supra.

Sco. 4 sent. dist. 43. q. 2.
Caiet. ad Ro. cap. 9.
Sess. 8.

D E

Anima separata nihil intelligit per species acceptas à rebus. Colligitur ista propositio ex disputatis de verb. quæstione decimanona, articulo primo, quam euertere putant aliqui ex hoc, quia actiuo sufficienti, & passiuo sufficienter approximatis necessario sequitur effectus, huiusmodi se habet anima separata cum obiecto sibi præsentato puta lapide, & quacunque alia re: igitur necessario

Scot. 4. dist. 45. q. 2.

cessario sequitur productio speciei intelligibilis, quia intellectus agens cum obiecto est sufficiens causa speciei intelligibilis. Hoc tamen fundamentum assumptum ab istis est falsissimum, cum intellectus agens non possit immediate agere in rem materialem, nec intellectus possibilis potest immediatè pati aut aliquid recipere ab ea, sed vtriusque naturalis actio, & passio est præcisè circa phantasmata vel potentias sensitiuas, nec est verum, quod intellectus agens æque potest cócurrere cum obiecto principali materiali in causando speciem intelligibilem sine phantasmate, sicut concurrit cum phantasmate, quia si hoc esset verum, tunc cœcus natus posset præsente obiecto materiali per suum intellectum agentem causare speciem intelligibilē colorum, quòd est absurdum. vide Capr. in 4. sent. dist. 50. q. 1.

Auer. 3. de aña. com. 5.

Anima est forma corporis organici, &c. Scribitur ista propositio p.p. q. 76. artic. 1. huius oppositū nonnulli docent moti pluribus rationibus præcipue auctoritate ar. volentis animam nullius corporis esse actum quia intellectus nō est corpus, nec in corpore virtus. Et tamen hoc nihil obstat, quia licet anima secundum essentiam sit forma corporis, intellectus tamen qui est potētia realiter distincta ab anima, nullius corporis est actus, nec ex hoc sequitur intellectum esse nobiliorem anima, quia licet intellectus habeat hanc dignitatem, quòd non actuet corpus, ipsa tamen anima habet maiorem, quia est substantia incorporea subsistens, & vniuersalis in cognoscendo independens à corpore. & ideo anima secundum essentiam est actus corporis, secundum potentiam non est actus corporis quia anima intellectiua inquantum potest intelligere non perficit corpus. lege Diuum Thomam secūdo cōtra gent. cap. 68 & 56. & Quolib. 12. art. 10. & de spir. creat. articulo secundo, & de anima articulo decimonono.

Auer. vbi supra.

Anima intellectiua multiplicatur ad multiplicationem corporis. Colligitur hæc propositio ex prima parte. vbi supra, art. 2. contrarium tamen aliqui philosophi volunt, quia substantia materialis non multiplicatur numeraliter, anima intellectiua est substantia immaterialis: igitur non multiplicatur numeraliter. Et non viderunt isti, quòd licet anima sit immaterialis secundum illam materiam ex qua aliquid fit, queadmodum etiam angelus caret hac materia, habet tamen anima ipsa materiam in qua recipitur, & per hoc differt ab ipso angelo, qui non est forma corporis sicut anima: si enim vnica anima esset in cunctis hominibus, tunc omnes homines essent vnum operans numero, & sic habuissent vnam operationem respectu eiusdem operabis. lege Diuum Thomam secundò senten. dist. 17. q. 2. articulo primo, & secundo contra gent. cap. 73. & de spir. artic. 9.

Auer. 2. de aña, có. 36.

Anima humana nòn potest naturali cognitione substantias separatas quidditatiuè intelligere. Ponitur ista propositio p.p. quæst. 88. artic. 1. cui multi se opponunt, quia si potest sensibilia intelligere quidditatiuè à fortiori substantias separatas quibus anima est similior. Et decipiuntur isti, quia similitudo naturæ non est ratio sufficiens ad cognitionem, sed requiritur ad cognoscendum vt similitudo rei cognitæ sit in cognoscente, modo intellectus noster possibilis secundū statum præsentis vitæ natus est informari similitudinibus rerum materialium abstractis à phantasmatibus, & ideo magis cognoscit sensibilia materialia, quàm immateriales substantias, quæ improportionatæ sunt nostro intellectui. lege secundum contra gent. cap. 50. & libro tertio, capitulo quadragesimoprimo, & de anima artic. 16.

Flád. 2. Metaphys. q. 3.

Anima separata nō potest quidditatiuè substantias separatas intelligere. Colligitur ista propositio ex prima parte, quæst. 89. articulo secundo, quam aliqui sentire nolunt, quia licet quando est corpori coniuncta non possit substantias illas cognoscere, tamen quando est à corpore separata facta est liberior ad intelligendum, cum non habeat impedimentum grauedinis, & occupationis corporis. Sed hoc nihil est, quia non est hæc ratio quare non intelligit, sed quia modus substantiæ animæ separatę est infra modum substantiæ angelicæ, & si conformetur modo aliarum animarum separatarum, & ideo de alijs animabus separatis perfectam cognitionem haber, de angelis autem imperfectam, & deficientem loquendo de cognitione naturali animæ separatæ, quia de cognitione gloriæ est alia ratio. lege Diuum Thomam in disput. de anima, articulo, &c.

Scot. 4 dist. 45. q. 2.

Anima ex sua propria natura habet vt nihil sine phantasmate intelligat. Colligitur ista ex p.p. q. 84. articulo septimo, cui se opponunt quidam dicentes hoc non conuenire animæ ex se absolute, quia tunc anima in corpore glorioso egeret phantasmate, idcirco hoc inest propter pœnam peccati originalis, vt ait Augustinus vigesimoquinto de Trinitate capit. 27. quæ causa vt in ipsam lucem fixa acie videre non possis nisi infirmitas, & quis eam tibi fecit nisi iniquitas? Sed decipiuntur isti, quia propositio intelligitur de statu pure naturali, & nō miraculo, in quo est corpus gloriosum. Augustinus quoque loquitur de perfecta cognitione, & nō de imperfecta vt loquitur propositio assumpta, & ideo etiam in statu innocentiæ etiam hoc animæ nostræ conueniret si ibi permaneret, cum hoc sit sibi naturale existenti iunctæ corpori passibili. lege Diuum Thomam quarto contra gentiles, capitulo vndecimo.

Sco & Aureol. 4 dist. 49. q. 14.

Anima separata non potest mouere aliquod corpus naturali sua virtute. Scribitur sic in forma ista propositio p.p. quæst. 117. artic. quarto, quam multi abhorrent, dicentes eam esse irrationabilem, quia ex hoc sequeretur, quòd anima Christi descēdens ad inferos non potuisset secum deferre vnam paleam si voluisset, aut mouere localiter aliquod corpus, immo aliqui prædicant, quòd secum portauit baculum imperialem. Sed isti non perceperunt sensum propositionis, quę loquitur de propria, & naturali virtute animæ separatæ, anima autem Christi virtute diuinitatis, & supernaturaliter sibi collata potuit necdum paleam deferre ad inferos, sed etiam corpora. impugnantium istam propositionem, quis aliquando dubitauit, quòd anima humana ex propria natura determinata est ad mouendum corpus à se viuificatum tantum, & cū est separata nō possit mouere aliud corpus nisi illud quod mouebat quando erat coniuncta, quia eius virtus motiua ex suo genere est determinata

ad certum corpus, ſequitur ergo naturaliter philoſophando eam nullum corpus mouere poſſe. vide in diſpu. de malo. quæſt. 16. artic. 10. & quarto ſententiarum, diſt. 45. quæſt. 1. articu. 1. & Capreolus quarto, diſtin. 50. quæſt. 2.

Anima ſeparata intelligit per ſpecies cōſeruatas quas hic acquiſiuit. Colligitur iſta propoſitio ex p. p. quæſt. 89. art. 5. cui aliqui aduerſantur dicentes auctorem huius propoſitionis ſibi contradicere, quia alibi ſuſtinet animam ſeparatam intelligere per ſpecies influxas tantum, quia ſi etiam per conſeruatas tunc duo accidentia eiuſdem rationis eſſent in eodem quod eſt abſurdum. Et hi ſic dicentes mentiuntur in caput ſuum, quia nunquàm Diuus Tho. poſuit illam excluſiuam, quāquā affirmet vtramque propoſitionem, ſed non cum excluſiua dictione, primam enim confirmat auctoritate Hieronymi ſcribēris ad Paulinum, Diſcamus in terris quorum ſcientia perſeueret nobis in cœlo: ſecundū verò auctoritatem Aug. aſſerēris animas ſeparatas habere ſcientiam per influentiam diuini luminis, nec ratio adducta aliquid facit, quia ſpecies acquiſitæ, & ſpecies influxæ non ſunt eiuſdem rationis, quia influxæ ſunt vniuerſaliores quam acquiſitæ, quia ſpecies acquiſita puta ipſius Leonis habet pro obiecto adæquato tantum ipſum Leonem, ſpecies vero influxa ne dum repræſentat Leonem, ſed multa alia, & propterea ſunt diuerſorum ordinum, vide 3. ſent. diſt. 13. q. 2. art. 4. & Quolib. 3. q. 6. art. 1. & 2. contra gent. cap. 79.

Scot. 4. ſen. diſt. 45. q. 2.

Antecedens habet hanc conditionē, quòd quando in eo ponitur aliquid pertinēs ad actum animæ conſequens accipitur non ſecundum eſſe quod in ſe eſt, ſed ſecundum quod eſt in anima. Colligitur iſta propoſitio ex p. p. q. 14. art. 13. ad ſecundū, quā plerique acerrimis argumentis lacerant, quorum præcipuum eſt, quia futura contingentia ſunt in diuino intellectu in ſua præſentialitate reali, vt auctor propoſitionis alibi docet: ergo cōſequens non debet concedi de futuro. ſ. aliquid erit, quod tamen etiam conceditur dicendo Antichriſtus erit, &c. Verum iſta propoſitio Antichriſtus erit duo dicit vnum, quia eſt venturus, ſeu ipſa futuritio, vt dicūt terminiſtæ, alterum, quòd quandoque eſt præſens ſeu præſentialitas ipſius: primo modo nó poteſt infallibiliter cognoſci ab aliquo intellectu, neque diuino, & hoc propter defectū ipſius futuri, quia non eſt capax infallibilis cognitionis, ſed ſecundo modo ſubijcitur diuinæ ſciētiæ, & eſt neceſſaria, ſicuti & iſta: ſortes dum currit neceſſario currit, & ſic conſequens correſpondet antecedenti, quia ratione præſentialitatis, & non futuritionis ipſe Antichriſtus cognoſcitur à Deo, vnde nūquàm conceditur iſta propoſitio Antichriſtus erit, niſi quia ſibi correſpōdet aliquid de præſenti in æternitate, quæ eſt tota ſimul comprehendens omnia. lege D. Thom. de ver. q. 2. art. 12. & Capr. 1. ſent. diſt. 38. art. 2. contra ſeptimam cōcluſionem, & Caiet. p. p. vbi ſupra.

Aur. 1. diſt. 36 art. 3.
Greg. diſt. 38. q. 2. ar. 3.

Aſſumi eādem naturam numero, & aſſumptam eſſe à tribus, vel duabus perſonis ſimul poſsibile fuit, & eſt. Scribitur hęc propoſitio 3. par. q. 3. art. 6. quam audire nolunt plerique, quia tunc eſſentialis dependētia non eſſet ad vnum, ſed ad plura, quòd eſt falſum, quia effectus non poteſt eſſe à pluribus cauſis totalibus eiuſdem generis, &c. Et tamen hi non conſiderauerunt hanc non eſſe dependentiam cauſati ad cauſam, ſed potius relatiui ad ſuum correlatiuum puta vnibilis, ad vnibile, vel ſuppoſitalis, ad ſuppoſitans, & formæ, ad ſuum formabile: & dependentia relatiui poteſt eſſe ad multa correlatiua vt patet de albo idem numero quod poteſt multis alijs albis aſsimilari, & vnum ouum multis ouis, & licet vnum relatiuum terminet totaliter dependentiam alterius intenſiue, non tamē extenſiuè, & ideo vna res quæ terminata eſt ad vnum correlatiuum poteſt etiam ad aliud terminari. vide D. Thomam tertio ſententiarum, diſt. 192. art. 4. & Capreolum eodem libro, & diſtin. 9. vnica, & Caietanum 3. par. vbi ſupra.

Sco. & Du. 3. ſen. diſt. 1.

Aſſumi vtique potuiſſet ipſa humana natura à diuina etiam abſtracta per intellectum perſonalitate relatiua. Colligitur hæc Theologalis propoſitio ex 3. par. quæſt. 3. artic. 3. cui aduerſantur odio habentes angelicam doctrinam, & hoc ſine ratione, quia remanente ſufficiente cauſa actiua aſſumptionis remanere poteſt aſſumptio humanæ naturæ, ſed circumſcriptis per intellectum perſonalitatibus relatiuis diuinis remanet ſufficiens cauſa aſſumptionis actiua, quia adhuc poteſt intelligi in Deo omnipotētia, ſubſiſtētia, perſonalitas: igitur diuina natura abſtracta à perſonalitate relatiua per intellectum poſſet aſſumere humanam naturam. lege Diuum Thomam tertio ſententiarum, diſtinctione quinta, quæſt 3. & Capreolum, & Caietanum vbi ſupra.

Sco. & Du. diſt. 1. q. 3.

Aſſumere potuit ſicut de facto aſſumpſit diuina natura ſuppoſitis perſonalitatibus relatiuis, quas fides ponit, non primo, ſed quaſi ſecundario ipſam humanam naturam. Ponitur etiam iſta propoſitio tertia parte, quæſtione tertia, articulo ſecundo, quam lacerare conantur aduerſarij, & in uanum laborāt, quia propoſitio eſt fundata ſuper hoc, quòd in verbo aſſumptionis duo ſignificantur, ſcilicet principium actionis, & terminus eius, eſſe autem aſſumptionis principium conuenit naturæ diuinæ, ſecundum ſeipſam, quia eius virtute facta eſt aſſumptio, ſed eſſe terminum aſſumptionis non conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſeipſam, ſed ratione perſonæ in qua conſideratur, & ideo primo, & proprijſsimè perſona dicitur aſſumere, ſecundario autem poteſt dici, quod etiam natura aſſumit naturam ad ſui perſonam, & etiam ſecundum hunc modum dicitur natura incarnata non quaſi conuerſa in carnem, ſed quia naturam carnis aſſumpſit, vt dictum eſt, vide vbi ſupra.

Sco. & Du. vbi ſupra.

Aſſumere poſſet Deus de potentia ſua abſoluta naturam lapidis, aut quamcūque aliam irrationalem naturam. Colligitur hæc Theologica propoſitio ex tertio ſententiarum diſtinctione ſecunda, quæſtione prima, articulo primo, quam vt non ens accipere volunt aliqui, quia eſt contra Auguſtinū duodecimo libro de Trinitate, cap. 9. vbi videtur aſſerere maius eſſe vniri Deo in perſona, quàm per gratiam, hæc ſunt verba Auguſtini, minus credibile eſt quod Deus poſsit fieri filius hominis natura, quàm quòd filius hominis poſsit fieri filius Dei gratia, ſed nulla natura poteſt vniri Deo per gratiam niſi intellectualis: ergo multo minus in perſona. ſed attēdere oportet, quòd iſtæ duæ vniones non ſunt cōparabiles cum nō ſint eiuſdē rōnis,

Hen. Quol. 14. q. 5.
Godofred. Quol. 5. q. 5

nec

nec ordinis, posset autem minus vbi aliquid potest maius, tenet in his, quæ sunt eiusdem rationis, vt qui potest portare centum, potest portare quinquaginta, & qui non potest portare tria, nec potest decem, sed tamen licet maius sit producere hominẽ quam formicam, nõ tamen sequitur, quòd qui potest producere hominem, possit producere formicam, & ideo licet maius sit assumi ad vnitatem in persona quam in gratia, non tamen oportet, quòd omnis creatura quæ potest assumi ad personã possit assumi ad gratiam, nec verba Augustini sunt ad propositum adducta, quia ipse loquebatur de homine qui est capax vtriusque vnionis. vide Duran. 2. dist. q. 1. & Capr. in 3. dist. 2.

Assumpsit filius Dei animam, & corpus humanum, nec non & tertiam entitatem resultantem ex illis sicut totum resultat ex partibus. Ponitur ista propositio 3. sen. dist. 2. q. 1. art. 3. cui aduersantur aliqui dicentes ipsam esse contra totã philosophiã tenentem partes vnitas nihil aliud esse nisi ipsum totum, imo Arist. 2. de anima, ait, quod homo est anima, & corpus, & neutrũ per se: falsa ergo est propositio quantum ad illam partem, quòd filius Dei assumpsit tertiam entitatem, quia illa nihil est. Verum & si non deficiant aliqui ex Auerr. qui tenent totum non distingui à partibus, loquuntur tamen contra Auerr. & Arist. volentes totum esse causatum, & productum, partes verò causas intrinsecas, dicuntur tamen partes esse totum materialiter nõ quòd totum sit realiter suæ partes, sed aliquid constitutum ex partibus, sed sicut non est idem causa & causatum, constituens, & constitutum, ita totum, & partes, hæc tamen prædicatio homo est anima, & corpus, non est intelligenda per realem identitatem prædicati cũ subiecto, sed est prædicatio causalis, quia. s. anima, & corpus sunt causa formalis, & materialis humanæ naturæ, vel exponenda est sic: homo est anima, & corpus. i. habens naturam compositam ex anima, & corpore. Vide Scot. 8. Metaph. q. 4. & Ioan. de Neapoli Quolib. 2. q. 7. & Zimar. in contrad. super 2. lib. Phys.

(Dur. 3. sen. dist. 2. q. 2.)

Attributa diuina sunt idem re, & distincta ratione. Scribitur ista propositio vulgata p. p. q. 4. art. secundo, in qua voluit habere controuersiam quidam Theologus tenens ipsa Dei attributa esse distincta ex natura rei, quia circũscripto omni actu intellectus Deus est verissime beatus & iustus, sed est beatus per intelligere, & velle, & iustus per ipsum velle: ergo remoto omni actu intellectus in Deo ex natura rei est velle, & intelligere. Sed hæc opinio non est vera, quia ex hac sequitur in Deo ex natura rei esse compositionem, cum semper distinctio aliquorum faciat compositionem, propterea Auerr. voluit quòd diuina attributa nec ex natura rei, nec ratione distinguuntur, sed omnia vnam, & eandem formalitatem important. Greg. Arim. voluit, quòd distinguuntur ratione, quæ licentius talionis attenditur penes extrinsecos connotata. Diuus Thomas Ægydius Gerard. Landulph. & Henricus conueniunt, quòd Deus est vnus re, & plures ratione non subiectiuè, sed obiectiuè, quia est obiectum verificans actu vel virtute plures conceptiones de eo, radix ex parte Dei est eius eminentissima vnitas, causa ex parte nostri est elongatio nostri intellectus ab illa summa vnitate, minor pluralitas

(Scot. dist. 8. 1. sent.) (Dist. 8. ibid.)

attributorum est apud intellectum angelicum, nulla apud intellectum diuinum, sed vnicum tantum conceptum de se ipso format. ratio ad oppositum non concludit, nisi quòd circumscripto omni actu intellectus, Deus est beatus intelligens, & volẽs, sed non sequitur, quòd intelligere, & velle sint distincta ex natura rei. lege D. Tho. de potentia Dei, q. 7. art. 5. & 1. sent. dis. 2. q. 1. art. 2. & primo cõtra gent. cap. 31. Capreolus distin. 8. quæst. 4. primo sent. & Caiet. de ente, & essentia, cap. 5.

Baptismus, & circuncisio differunt in hoc, quòd ille confert gratiam ex virtute sibi inhærente, circuncisio verò ex pacto diuino. Colligitur ista propositio ex 3. par. q. 70. art. 6. cui se opponunt aliqui dicentes ex hoc sequi sacramenta nouæ legis, & veteris esse æqualis vtilitatis, quia æqualis gratia confertur, & vtilitas instrumẽti est sumenda ex finè, & non ex virtute inhærente vel assistente. Sed hæc opinio supponit circumcisionem esse instrumentum cum neque ipsa, neque aliquid sacramentorum veteris legis potest dici instrumẽtum gratiæ, sed tantum signum, sacramenta vero nouæ legis sunt instrumenta, & signa, quia continent gratiam quam significant, & effectiuè eam non ponentibus obicem conferunt, propterea dicuntur excellentiora, digniora, & vtiliora sacramentis veteris legis, & totum nascitur ex propositione assumpta, vide Petrũ de Palude quarto senten. dist. 1. & Capreolum eodem loco quæst. 4.

(Auer. 2. sẽ. dist. 1.) (Cõc. Trid. sess. 7.)

Baptismus ante passionem Christi non erat sub præcepto, ideo non obligabat. Colligitur ista propositio ex quarto sent. dist. 2. q. 1. art. 4. quam propositionem quidam nolunt esse veram, quia si aliquis Iudæus ante passionem Christi baptizasset filium suum, & non circumcidisset, ille esset saluus si moreretur, quia circũcisio, neq; obligabat, & sic nullum esset sacramentum obligatorium, quòd est falsum. Sed hi non viderunt, quòd si quis baptizasset filium suum ex iudæis ante octauum diem, prouidisset vtique ei de remedio efficaci, non tamen satisfecisset præcepto de osseruatione legis, & ideo tãquam legis transgressor peccasset mortaliter nisi circumcideret puerum octaua die, si puer viueret adhuc, non enim homines debebãt multiplicibus figuris characterizari per Christum, qui venerat sua veritate figuras impletas auferre, & ideo ante passionem suam baptismum institutum nõ posuit sub præcepto, sed voluit homines ad eius exercitiũ assuefieri, & præcipuè in populo Iudæorum apud quem omnia facta figuralia erant, post passionem verò, & resurrectionem non solum iudæis, sed etiã gẽtilibus sub præcepto necessitatẽ baptismi imposuit dicens. euntes docete omnes gentes, &c. lege D. Tho. 3. par. q. 66. art. 2. & Capr. in 4. dist. 3. q. 3.

(Scot. in 4. dist. 3. q. 4.)

Baptismus imprimit characterem in baptizato qui est quædam forma absoluta. Colligitur ista propositio ex 3. par. quæst. 63. art. 6. cui aduersantur aliqui volentes baptismum non imprimere aliquam formam quæ dicatur character, quia tota veritas baptismi consistit in sacramento visibili, & in effectu inuisibili, qui est gratia, & neque scriptura, neque aliquis patrum facit mentionẽ de charactere. Quæ opinio videtur quod pugnet cum sancitis in Concil. Trid. potiẽte in baptismo, confir. natione, & ordine imprimi characterem indelebilem ob

(Scot. in 4. q. 9.) (Sess. 7. cã. 9)

Sess. 7. c. 9.

hoc hæc tria sacramenta nō sunt iterabilia, & ideo est apprime necessarius: & licet explicitè non habeatur in sacris litteris, habetur tamen ex traditionibus, & ex doctrina sanctorum Patrum præcipuè August. 2. lib. contr. Parmenianum, & recitatur cau. 1. q. 1. si fortè militiæ characteré in corpore suo non militans pauidus exhorruit, & ad clementiam Imperatoris confugerit, & impetrata venia militare iam cœperit, nunquid homine liberato, atq; correcto, character ille repetitur an non potius agnitus approbatur? an fortè minus hæreret sacramenta Christiana, quàm corporalis hæc nota, cū videamus, nec apostatas carere baptismate, quibus vtiq; per pœnitentiā redeuntibus nō restituitur, & ideo amitti nō posse iudicatur, vbi glosa ait baptizatus non potest amittere characterem. Dionys. Dam. & multi alij Sancti Patres mentionem faciunt de hoc effectu baptismi, vt clare est videre apud catechismum Romanum cap. de baptismo.

Sco. in 4. sē. dis. 4. q. 4. & Dur. q. 6.

Baptizandi nō sunt pueri infidelium eorum parentibus inuitis. Scribitur ista propositio 3. par. q. 68. art. 10. cuius oppositum docent nonnulli, quia in paruulis dominus Deus habet maius dominiū quam ipsi parentes: vniuersaliter enim in potestatibus ordinatis potestas inferior non obligat in his quæ sunt contra superiorē, vt Rex, & pro rex, ita se habet Deus, & parentes puerorum, quia magis obediendum est Deo, quàm hominibus: ideo contra voluntatem parētum sunt pueri baptizandi eo magis quia saltem in 3. & 4. progenie essent verè fideles. Sed hæc opinio stare non potest, quia nihil vergens in periculum fidei, & derogationem iuris naturalis induci debet in Ecclesia, sed baptizare paruulos infidelium inuitis parētibus est huiusmodi: propositio assumpta est verissima, & argumentum ad oppositum concludit de iure ciuili, & humano non autem naturali, & diuino, neq; Deus iubet oppositum vt ei obediatur. sic neq; sunt facienda mala, vt eueniant bona, eo magis quia de futuris contingentibus nō est determinata veritas. lege Diuū Thom. 2. 2. q. 10. art. 12. cum Caiet. ibid. & Capr. 4. sent. dist. 5.

Scot. dis. 4. q. 7.

Baptizati paruuli æqualem effectum suscipiunt ex ipso baptismo. Colligitur ista ex 3. par. q. 69. art. 8 cui se opponunt aliqui dicentes, quòd Deus prædestinauit electos ad diuersos gradus gloriæ inæquales, in quibus collocati sunt Angeli inæquales in natura et differunt specie. Sed hoc nihil est, quia illud quod est ex parte naturæ se habet vt materiale in ratione ordinis: completiuum verò est id, quod est ex dono gratiæ, quæ dependet ex liberalitate Dei non ex ordine naturæ, & ideo per donum gratiæ homines mereri possunt tantum gloriam vt Angelis æquentur secundum singulos gradus angelorum, quòd est homines assumi ad ordines angelorum, nec est verū quòd Deus prędestinauerit omnes ad diuersos gradus gloriæ, quia tunc duo prædestinati non potuissent esse in æquali gradu gloriæ cum homo non solum alteri homini adæquatur in gloria, sed etiā angelis iuxta illud, filij resurrectionis erunt æquales angelis in cœlis. lege Diuū Th. 1. p. q. 108. art. 8. & Capr. vbi supra.

Baptismum non licet ab hæreticis, & excommunicatis, & schismaticis recipere. Ponitur ista propositio 3. par. q. 64. art. 9. cui se opponunt aliqui dicentes, quòd cum sint duo præcepta alterum diuinū, vt suscipiatur baptismus, alterum ipsius Ecclesię ne communicetur cum tali ministro, magis obediendum est diuino præcepto, quam ipsi Ecclesiæ, vt in casu in quo non potest inueniri melior minister suscipiatur baptismus à quocunque siue hæretico, siue scismatico. Verum isti sic loquentes non intellexerunt propositionem quæ loquitur regulariter, & non in casu necessitatis, quia ille qui baptizatur ab hæretico propter peccatum hæretici non priuatur gratia baptismali, sed quandoque propter peccatū proprium, vnde si sit puer in quem culpa actualis non cadit si baptizatur in forma Ecclesiæ recipit sacramentum, & rem sacramenti; & similiter si sit adultus, & baptizans nō sit hæreticus manifestus & ab Ecclesia præcisus, vel si baptizatus sit in articulo necessitatis quem Ecclesia eximit, si autem scit ipsum esse hæreticum, & ab ipso baptismum extra casum necessitatis recipiat, hoc contingit, vel quia fauet hæresi suæ, vel in contemptum Ecclesiæ, vel propter commodum temporale, & sic non ad salutem, sed ad perniciem recipit. vide d. Tho. 4. sent. dist. 6. q. 1. art. 3. & Capr. vbi supra.

Scot. dis. 5. q. 2.

Baptizans malus minister, vt minister Ecclesiæ cum solemnitate mortaliter peccat, nō autem si in casu necessitatis baptizaret non vt minister. Colligitur ista propositio ex 3. par. q. 64. ar. 6. quam nō possunt aliqui audire; quia sicut non potest esse baptismus, sine materia, & forma ita sine ministerio: semper ergo quando malus minister baptizat vt minister, solemnitas enim non dat ei esse ministerium; sed signum sui ministerij, & sic, semper malus minister etiam in casu necessitatis baptizando peccat. Sed hæc opinio est periculosa, quia opus misericordiæ licitum laico, licitum est malo ministro, sed baptizare in casu necessitatis sine solennitate est opus misericordię licitum laico, ergo licitū & ipsi malo ministro; quia tunc temporis non se exhibet vt minister Ecclesiæ; sed subuenit necessitatem patienti, minister enim debet esse sanctus, vt dicitur, Sancti estote, quia ego sanctus sum, & licet solemnitas non faciat hominem ministrum, supponit tamen ipsum esse solemniter sacrum, si enim sacerdos peccator communicans morientes non peccat, & subdiaconus excommunicatus dicens Epistolam non solenniter irregularis non efficitur, quanto magis malus minister baptizando, non vt minister, excusari debet à peccato? vide Innocentium de pœnit. & remis. cap. quod in te, & Petrū de Palud. 4. sent. dist. 5.

Durand in 4. sent. dist. 5. q. 2.

Beatitudo consistit in operatione, seu in actu. Colligitur ista propositio ex 4. sent. dist. 49. q. 1. ar. secundo. cuius oppositum videntur aliqui docere, quia beatus non est causa effectiua suæ beatitudinis, quia tunc beatificaret se. & tamen est causa effectiua suæ operationis, non ergo hominis, aut angeli beatitudo potest in operatione consistere. Et hi non animaduerterunt in operatione, duo esse consideranda, alterum quòd vocatur substantia eius; alterum verò, quòd dicitur forma à qua perfectionem habet operatio: secundum substantiam quod est primū causatur à potentia naturali, secundum vero, quod dicitur forma originatur ab habitu, & si ille habitus fuerit acquisitus, tunc nos totaliter sumus cā nostræ operationis, si autem fuerit infusus tunc

Scot. in 4. dist. 49. q. 2.

cum habi-

quod animam hominis diuinæ asserant esse sub- A cum habitus sit causatus à causa exteriori, perfectio, seu forma illius operationis erit à causa exteriori, & sic contingit in operatione beatifica, quæ coniungit nos Deo substantia operationis est à nobis, sed perfectio est à lumine gloriæ, & ab ipso Deo, à quo causatur lumen gloriæ, & sic verificatur propositio, lege D.Tho. 2. contra gent. cap. 76. & Capr. in 4. dist. 49. q. 1.

Beatitudo Sanctorum post resurrectionem augetur extensiue, & intensiue: habetur hæc propositio à D.Tho. 4. sent. dist. 49. q. 1. ar. 4. q. 1. & videtur esse de mente Augustini 12. de Genesi ad litteram asserētis beatitudinem post diem iudicij futuram B esse maiorem, etiam ei suffragatur ratio, quia operatio sequitur esse, sed anima habet perfectius esse in corpore, quam extra corpus: ergo perfectius operabitur, & sic eius beatitudo nec dum extēsiue, quoniam se extēdit ad corpus, sed etiam intensiuè, etiam est sermo de beatitudine essentiali. Huic tamen propositioni aduersatur Durandus in eodem libro 4. distin. penult. q. 7. vbi asserit gloriam essentialem non esse post diem iudicij intensiue augendam; quia non crescet gratia ipsius animæ beatæ, nec lumen gloriæ, nec etiam merita, cum ibi no sit amplius locus merendi, & hanc veritatem explicat

Cap. 25.

q. 4. art. 5. etiam Caietanus in primam secundæ, & multi alij C

Dis 49. q. 6. doctores, vt est Petrus de Palude in 4. & Joānes de Mayronis, sed dicendum rem hanc esse difficilem, vnde veteres Theologi, vt Magister sen. in 4. dis. 49. & Bonauentura, & Riccardus, & Marsilius ibidem, & nonnulli alij tenuerunt istam opinionem: gloriā essentialem animæ beatæ fore maiorem post diem iudicij. sic etiam Sanctus Thomas sequutus est istā opinionem ibi tanquam communem, & vt expositor libri 4. sent. verum scribens primam secundæ,

q. 4. art. 5. tanquam author expresse docuit opinionem oppositam esse veram soluens hoc argumētum. Beatitudo est sufficiens bonum, & quietat desiderium, sed hoc non conuenit animæ separatæ, quia adhuc ap- D petit corporis vnionem: ergo anima separata non est beata: & respondens docet desiderium animæ separatæ totaliter quiescere ex parte appetibilis; quia habet id quod suo appetitui sufficit, sed non totaliter requiescit ex parte appetentis, quia illud bonum non possidet secundum omnem modum quo possidere vellet, & ideo corpore resumpto beatitudo crescat non intensiue, sed extensiue, & hinc Benedictus 12. in extrauag. inte. benedictus Deus; docet visionem, siue esse naturalem, beatitudinem animarum semper fore continuam, & non esse au-

Cap. 25. gendam nisi extensiue, & hæc veritas est sequenda

Cap. 12. D. Gregorius 4. dialogo, & Bernardus in Apoc. & E Aymo in eundem librum, & Beda, & D. Anselmus, & omnes ferè Patres, etiā adest ratio efficacissima; quia defectus perfectionis in anima separata nō est defectus perfectionis intensiue: quoniam hæc anima non suscipit magis, & minus secundum substantiam, sed est defectus perfectionis extensiue. Consentaneum autem est vt defectus animæ defectum operationis causet proportionaliter, extensiuus, & intensiuus extensiuum, & intensiuum, authoritas beati Augustini non est interpretanda de gloria essentiali animę beatę, sed de gloria accidentali, cum loquatur in communi de beatitudine, & deinde aptat se ad beatitudinem accidentalē, quæ post diem iudicij est futura maior intensiuè, & extensiuè, Beatitudo verò essentialis est futura maior, non intensiue; sed extensiue, quandoquidem anima beata à principio suæ beatitudinis habet quidquid vult, quoniam possidet bonum vnum, quod in se continet omnia desiderabilia, etiam nullam molestiam, aut afflictionem patitur de aliquo. Ratio in oppositum est sophisma consequentis à magis perfecta operatione, ad magis intensam descendendo: perfectum enim est communius, quàm intensiuum; vt scribitur 5. Metaph. Tex. 22. quod perfectum est illud cui nihil deest de requisitis ad ipsum, & consequenter penes accessum cuiuscunque requisiti, operatio seu res intensior dicitur non nisi penes augumentum intrinsecum, ex quibus omnibus patet sensus propositionis Sancti Thomæ.

Beatitudo hominis mensuratur æternitate. Col- Sco. dis. 49. ligitur ista propositio ex loco super allegato, cui q. 6. aduersantur aliqui dicentes quod eadem mensura mensuratur beatitudo, qua & pœna damnatorum; quia vtraq; dicitur ęterna, iuxta illud Ite maledicti in ignem æternùm, sed illa pœna non est ęterna, aliqua æternitate distincta ab æuo vel tempore perpetuo, sic etiam; & beatitudo, nō ergo mensuratur æternitate: & sic falsa redditur propositio, sed errat hęc opinio asserens vitam æternam, ita dici sicuti, & ignis æternus, quia vita æterna, quæ est ipsa beatitudo dicitur æterna non solum quia non habebit finem, quomodo pœna damnatorum dicitur æterna, sed etiam quantum ad remotionem omnis mutationis non solum in actu quem etiam includit, sed etiam in potentia, quia sancti ex hoc quòd Deo adhærebunt consequentur stabilitatem ex diuino munere, vt sic tamen mutari non possint, quòd Deus habet ex natura propria ratione cuius dicitur æternus: Infernalis ignis dicitur æternus propter interminabilitatem tātum, sed in pœnis damnatorum est transmutatio iuxtà illud ad nimium calorem transibunt ab aquis niuium, & hinc est, Iob. c. 24. quòd in inferno non est vera æternitas, sed potius tempus vt habetur in Psal. erit tempus eorum in sæcula. lege D. Thom. in 4. sentēn. dist. 49. q. 1. art. 2. & Caiet. p. p. q. 10. art. 4.

Beatitudo creaturæ rationalis non consistit essentialiter in aliquo actu voluntatis. Scribitur hæc Sco. dis. 49. propositio ex p. 2. q. 3. art. 4. cuius oppositum multi q. 4. & sequaces. Theologi docent, quia si nullus actus voluntatis esset essentialiter beatitudo, tunc Deus posset separare omne gaudium, & delectationem à beatitudine, & sic aliquis posset esse beatus, & non gauderet nec complaceret sibi in illā, quod videtur absurdū magnum. Verum quia beatitudo essentialiter cum non includat intrinsece omnē perfectionem beati nisi virtualiter, & causaliter, non est inconueniens apud nos, quòd prædicta opinio, pro absurdo arbitratur, esset vtique absurdum si propositio loqueretur de beatitudine complectēte omnem perfectionem hominis siue secundum intellectum, & voluntatem, & corpus, de qua tamen non loquitur propositio, adde etiam, quod voluntas, & intellectus sic connectuntur in obiecto circa Deum, quòd vnum eorum sine altero esse non potest, & si separarentur tunc homo nō esset beatus simpliciter, sed quo-

ad aliquid inquantum haberet principalem actum beatitudinis. per actum.n. voluntatis non fit consequutio vltimi finis, & ideo in actu voluntatis non potest consistere essentialiter beatitudo. lege God. 2. Quolib. q. 10. & Henr. Quolib. 10. q. 10. & Durand. in 4. dist. 49.

Beatitudo hominis cōsistit essentialiter in actu intellectus. Ponitur ista propositio 3. contr. gent. cap. 26. cui impugnantes præcedētem propositionem non consentiunt, quia beatitudo consistit in actu nobilissimo potētiæ nobilissimæ perfectæ per nobilissimum habitū, & circa nobilissimum obiectum talis est actus voluntatis, qui est liber, habitus eius est caritas, obiectum est summū bonum, actus intellectus nō est liber, habitus quoq; eius est scientia, & obiectum est verum, quæ omnia sunt ignobiliora supra dictis: igitur propositio falsa. Sed rei veritas est, quod intellectus intelligendo habet rem intellectam in se, volūtas amando exit ad amatum, & nobilius est cæteris paribus habere aliquid, quā tendere in illud, ideo operatio intellectus est nobilior operatione voluntatis, tum etiam quia est abstractior, beatitudo quoque non ponitur in actu libero, sed necessario, cum sit respectus vltimi finis, lumen etiam gloriæ in patria, quòd ponitur in intellectu est nobilius caritate. Verum etiam est nobilius bono, cū sit eo abstractius, licet idem sit bonum, & verū materialiter, propterea æqualis nobilitatis possent esse, & licèt Seraphin, qui dicitur amor sit nobilior secundum quid, ipso Cherubin qui dicitur scientia, tamen simpliciter Cherubin est nobilior Seraphin, qui si minus cognoscit, minus diligit. vide Ferrar. 3. contr. gent. cap. 26.

Beatitudo in communi ab omnibus appetitur non autem in particulari. Scribitur ista propositio prima secundæ, q. 5. art. & cui se opponunt aliqui dicentes istā propositionem implicare contradictionem, quòd omnes appetant beatitudinem appræhensam in vniuersali, & non in particulari, quia beatitudo in vniuersali appræhensa appetitur necessario, propter hoc, quòd in ea est omnis ratio boni, & nulla ratio mali, nec defectus boni, cū autem in beatitudine in particulari appræhensa plenius inueniatur ratio omnis boni, quàm in beatitudine vniuersali, sequitur quòd tunc finem, seu beatitudinem in particulari appræhensam omnes necessario appeterent. Sed hallucinati sunt non animaduertentes voluntatem non solum appetere beatitudinem in vniuersali appræhensam, quia in ea est ratio omnis boni, & defectus omnis mali secundum rem, sed quia illud importat per propriam rationē ex qua habet quod sit per se obiectum voluntatis, nullū autem particulare bonū ex propria ratione hoc importat, nec quæcunque beatitudo in particulari appræhensa, & secundum propriam rationē, prout præscindit à cōmuni ratione beatitudinis, ideo nullum tale est per se obiectum voluntatis, sed quasi per accidens, nec necessario mouet voluntatem appræhensam sub propria ratione; vt accidit communi ratione beatitudinis, sicut visibile, vt sic est per se obiectum visus non tamen visibile, vnde licet diuina visio sit ipsa beatitudo non tamen sequitur, quòd quicunque appetit beatitudinem appetat diuinam visionem, quia beatitudo, vt sic importat per se obiectum voluntatis, non autem ipsa

Scot. in 4. dist. 49.

A diuina visio, sicut aliquis appetit dulce qui non appetit mel. vide D. Tho. in 4. sent. dist. 49. q. 1. artic. 3.

Beati vident in verbo orationes vocales, & mentales eis directas. Colligitur ista ex 4. sent. dist. 45. q. 3. quidam tamen impugnant eam quia beati nō possunt orationes illas cognoscere cognitione naturali vel beatifica, nec reuelata: igitur nullo pacto agnoscunt. Sed falsum est, quòd cognitione beata non cognoscant, quia illa cognitione non solum vident diuinam essentiam; sed etiam quicquid ad eos pertinent, ad quos maxime spectant orationes eis directæ, & præcipuè cum hoc spectet ad perfectionem beatitudinis, & ad gloriam eorum, vt præ-B beant auxiliū ad salutem indigentibus, vnde Greg. ait, animæ sanctæ videndo claritatem Dei nihil foris est, quòd ignorent. vide Petrū de Palude 4. sent. distin. 45.

Dur. dist. 45. quæst. 4.

Lib. Moralium.

Beatus videndo Deum necessario quo ad specificationem & exercitium actus diligit ipsum. Colligitur ista Theologalis propositio 3. contr. gent. cap. 62. quam nullo pacto quidam audire volunt, quia vna potentia non habet nisi vnum modum agendi, nam si haberet plures iam non esset vna, sed voluntas est vna simplex potentia, cuius modus est agere libere, & contingenter: ergo respectu cuiuscunque agit, & amat contingenter, & libere, & non C necessario, & sic propositio falsa est. Sed isti vt cooperiant errorem suum nō verecūdātur assumere maiorem falsam, siquidē intellectus possibilis est vnica potentia, & tamen respectu aliquorum obiectorum se habet necessario, & immobiliter, vt cum assentit primis principijs, respectu autem cōclusionum se habet contingenter, quibus non necessario assentit, & voluntas diuina necessario vult suam bonitatem creaturas autem libere, cōtingentia enim & necessitas non variant potentiam, quia non insunt ei absolutè, sed in ordine ad obiecta, vnde cū nō possint simul stare, quòd intellectus videat diuinam essentiam, & volūtas eam respuat, nec est in D potestate voluntatis creatæ suspendere actum à diuina essentia clarè visa. ideo necessario eam diligit quoad specificationem, & exercitium actus. lege D. Thom. 4. sent. dist. 48. q. 1. art. 3. & Capr. in primo dist. 1. q. 3. contra quartam conclusionem.

Scot. 1. sen. dist. 1. q. 4.

Bonitas in omni re propria creata differt ab eo cuius est. Scribitur ista propositio de ver. quæst. 22. art. 5. cuius oppositum aliqui sustinent, quia sicut quælibet res est ens per suam essentiam ita est bona per suam essentiam. Et valde errant isti tales in non penetrando quid sit esse tale per essentiā, quia est illud, quòd habet totam plenitudinē perfectionis ex se, quo pacto solus Deus dicitur bonus per E essentiam, quia habet omnimodam perfectionem ex se independenter, creaturæ dicuntur bonæ per participationem, quia habeat vnaquoque illarum talem, & talem particularem rationē perfectionis vnde si inueniretur gratia exempli homo Platonicus, diceretur homo per essentiā, quia haberet omnem perfectionem plenissimā ipsius hominis, sortes verò esset homo per participationem, & nō per essentiam: falsum ergo est ad hunc sensum, quòd quælibet res sit ens per essentiam cū tantum Deus sit suum esse, & sua essentia, & bonitas, propterea nemo bonus nisi Deus, vide D. Th. 1. cōt. gen. c. 39. & Boet. lib. de hebdom. & Capr. 1. sent. dis. 3. q. 3.

Aur. 1. sent. distin. 3.

Bonitas

Aureol. 1. dist. 3.

Bonitas & veritas rei creatæ distinguûtur realiter. sumitur hęc propositio ex quęst. 1. de ver. ar. 1. contrarium huius aliqui docent, quia veritas & bonitas insũt omni rei, & omni rationi: igitur nec re nec ratione distinguûtur. Nisi dicamus quòd veritas est duplex altera proprie dicta quæ est solus respectus adæquationis seu forma intellectus sub tali respectu terminatus ad rem, & hæc est in ipso

Tex. 8.

intellectu, bonitas formaliter est in re ipsa 6. Metaphy. idcirco realiter distinguûtur. altera veritas dr impropriè, & est ipsa entitas rei substans illi respectui adæquationis, & de hac currit adducta, hinc

Lib. de ver.

Anselmus ponit q̃ res dicitur vera à veritate q̃ est in intellectu, vt cibus dicitur sanus à sanitate quæ B est in animali, aliquãdo res dr vera à veritate quę est ipsa entitas rei tanquam à forma inhęrente, vt cibus dicitur sñs à qualitate sanus a qua dicitur sanus, vide D. Tho. p. p. q. 17. quasi per totam & primo sent. dist. 8. q. 1. ar. secundo.

Guido de Carm. 1. sẽ. dist. 3.

Boni ratio dicit respectum. Colligitur ista propositio. de ver. q. 21. ar. 6. cui aduersantur aliqui dicentes, nullus respectus dicit perfectionem simpliciter, sed bonum dicit perfectionem simpliciter vt ait Anselmus Monol. cap. 5. ergo bonum non dicit respectum. Sed concluderent si ratio boni purum respectum diceret, & nullum significaret absolutũ quòd non est in proposito, cum sit de numero relatiuorum secundum dici, quæ primo sunt imposita C ad significãdũ absolutũ, secundario vero respectũ vt sensus & scientia ad differẽtiã relatiuorum secũdum esse, quę primo significant respectum secũdario absolutũ, vt dominus & pater, vide p. p. q. 5. ar. 6 & art. 4. vbi ponitur diffinitio boni quod est illud q omnia appetunt, hic & Capr. primo sent. dist. 3. q. 3. contr. tertiam, & secundo sent. distinct. 34. q. 1a cont. primam.

Scotistæ 2. sent. dist. 34.

Bonum importat respectũ ad appetitũ. Scribitur ista propositio p. p. q. 5. ar. 1. sed falsam iudicãt nonnulli, quia ratio boni est prior appetibilitate, sicut ratio coloris est prior visibilitate, & sic bonũ D est appetibile, est in secundo modo dicendi per se, non primo, vnde nõ potest dicere respectum. Et verum est quòd si appetibilitas capiatur formaliter, est passio boni, & est propositio in secundo modo dicẽdi per se bonum est appetibile: sed si capiatur fundamentaliter, tũc bonum dicitur habere rationem appetibilis intrinsece, & est propositio in primo modo dicendi per se bonum est appetibile, q2 propria ratio boni est fundamentum & causa propria appetibilitatis sicut color visibilitatis, vnde sicut verum exprimit conuenientiam entis ad intellectum, ita bonum dicit cõueniẽtiam entis ad appetitum, propterea dicitur quòd bonũ implicat re E spectum ad appetitũ, vide de ver. q. 1. art. 1. & Capr. in secundo sent. distinct. 34. q. 1.

Dur. 2. sen. dist. 33.

Bonum conuertitur cum ente nec est inferius aut superius ad ens Habetur ista propositio. p. p. q. 5. art. 3. oppositum huius docent aliqui volẽtes quod si bonum & ens cõuerterentur essentialiter tunc bonum & ens penitus essent synonima quòd patet quia res & ens extra animã essentialiter conuertuntur ideo omnis realitas est entitas & omnis entitas est realitas adæquati nec differunt aliqua ratione reali, sed sũt penitus synonima, ita esset de ente & bono quod est absurdum dicere. Sed hoc q A isti asserunt non est verum, quia ratio boni pręter rationem entis realis includit aliquid nõ reale, de quo nullo modo prædicatur ens reale, licet concomitetur omne ens reale, scilicet respectum rationis q omni enti reali adest scilicet appetibilitas, & iõ nõ sunt synonima, ens quoque & res distinguũtur saltem quantum ad id à quo nomẽ imponitur, ens enim sumitur ab esse & res ab essentia, vtrunque tamen quãtum ad id cui nomẽ imponitur significatur id quòd est propterea non distinguntur realiter etiam esse & essentia distinguantur realiter in omni ente creato. lege D. Th. de ver. quęst. 21. ar. 2. & Capr. vbi supra.

B Cantus congruenter, & salubriter assumuntur ad diuinas laudes. Hanc propositionem San. Tho. secunda secundę q. 91. ar primo & secundo, quam multi hæretici repræhendere conantur præsertim Vuiclef computãs cantum, & vocem elatam, & Sacerdotes canẽtes Sacerdotibus Bagal, sic etiam, & trinitarij anabatistæ vilipendũt oẽs cantus & melodias, & organa, cæteraque instrumenta musicalia vt patet in duobus libris, quos nuper ediderunt in vngaria. In quibus scribunt se reiecisse cantũ cũ oibus tubis & instrumentis musicis, sic etiam authores cẽturiarum Centuria 9. passim vocant cantum nostrum Bagalismum, quia Sacerdotes Bagal C orabant clamãdo & ideo fuerunt repręhẽsi, vt scribitur 3. Regum, & primo Regum laudatur Anna quę orabat Deum in silẽtio sine voce. Anna autem est typus Ecclesiæ nostræ vñ Apostolus ad Colossenses, & ad Ephes. scribit loquẽtes vobis metipsis in Psalmis & Hymnis & cãticis spiritualibus cantãtes & psallentes in cordibus vestris & sic etiã omnes ferè patres dicunt, quòd spiritualiter, & corde debemus Deo canere, sed non voce, vt patet ex Beato Cypriano sermone sexto de oratione Dominica vbi dicitur, Deus non vocis, sed cordis auditor est. Nec est admonẽdus clamoribus qui cogitationes cordis videt. Sic etiam Beatus Chrisostomus D Hom. 19 in Matth. ait nõ gestibus corporis, nec clamoribus vocis, Sed bona intentione voluntatis & orationum vota Deo fundamus. Sed in his omnibus multa falsa, & mendacia cõmittunt, & miscẽt, cum hic modus canendi in Ecclesia sit antiquissimus, vnde dicebat labijs exultationis laudabit os meum & hortabatur omnes laudare Deum in sono tubæ in psalterio, & citara, in timpano, & choro, & in organo & in cimbalis bene sonantibus, & iubilationis, & angeli cecinerunt angelicum Hymnum in Natiuitate Domini. vnde manifeste habet vsus canendi in Ecclesia esse antiquissimus. de quo habemus exẽpla Prophetarũ Apostolorum Ange E lorũ & ipsius Christi: de Prophetis habemus Exodi. Moyses enim publice cãtauit canticũ, & deinde Maria eius soror cũ cætu Mulierum, & Dauid Instituit publice cantores primo Paralipom. De Apostolis scribitur Lucæ Domino ingrediente Hierusalem discipuli & turba canebant magnis vocibus òsanna, quod factum defendit dominus ab accusatione iudæorum, & in actis Apostolorũ scribitur quod paulus & silas canendo laudabant Deum & Conciliũ Toletanum quartum, dicit Angelos cantasse nato domino. habemus etiam exemplum omnium Ecclesiarum orientalium in quibus cantãtur psalmi die ac nocte. In Ecclesia Romana etiam iun

Cap. 6. Cap. 18. Cap. 1. Cap. 3. Cap. 5. Cap. 15. Ca. 5. & 15. Cap. 19. Cap. 16. Can. 12.

xit

sit Damasus Papa in Ecclesia vt in nocte, & die ca- A
Can.12. nerētur Psalmi. In Ecclesia Gallicana etiā Conciliū
Agatense præcipit singulis diebus cantari. In Eccle
Can.132. sia Germana hoc idem iubet Cōcilium Aquis gra-
nense, & monet vt cantores inter cātandum ædifi-
cationem populi quærant. Dyonisius lib. Ecclesia-
sticæ Hierarchiæ docet & in funere cōsueuisse cā-
tari Psalmos in Ecclesia, multo magis in alijs festi-
uitatibus. Iustinus Martyr docet Christianos dece
Cap.1. re cātum: Basilius Epistola 63. dicit se imitari or-
dinem cantandi in Ecclesia, & tanquam optimum
ritum sequi. Augustinus. 9. confessionum introdu
cit cantum in Ecclesiam suam sicut Beatus Ambro
sius instituit in Ecclesia Mediolanensi. non ergo B
oportet amplius laborare in hac materia, sed re-
præhēdendi sunt isti nouiter mundū reformantes
qui nouum modum psallendi inducunt in Eccle-
sijs suis, & ad motiua ipsorum dicitur quod sacer-
dotes Baal repræhēduntur in scripturis non ex eo
quod clamabant, sed ex hoc quod dicebant Deum
ipsos non posse audire nisi voce magna clamarent
quia cum clamor ex se sit signū amoris, & affectus
interni qui Deo maxime placet, ꝓpterea nō repræ
henditur, sed repræhenditur illa falsa opinio, quā
Cap.107. habebant. Hinc videtur quod Cananea clamauit
Cap.15. ad dominū & fuit exaudita, vt scribitur apud Mat-
thæum, & cæci clamarunt, & placuerunt domino, & C
Cap.20. etiam habetur apud Matthęū, & ipsemet Saluator
cū clamore valido emisit spiritum, & narrant Euā
Cap.27. gelista Matthæus & Apost. ad Hebr. & in actis Apo
Cap.5. stolorum legimus Stephanū voce magna clamas-
Cap.7. se, & dixisse ne statues illis hoc peccatum. Ad illud
aliud, quod adducitur de Anna dicimus non esse
ad propositum, quia ipsa orabat priuata oratione,
Cap.14 & non publica, de qua modo intendimus. Aposto-
lus quoque non dicit solo corde esse cantandum,
& psallendum, sed includit etiam, & vocem. In pri-
Cap.8. mæ ad Corin. ait psallam spiritu, psallam mente; i.
corporea voce, & corde: quod etiam ad Ephesios
indicat asserens, docentes, & commonētes vos me D
tipsos, quod fieri non potest nisi alta voce. Ad id
quod adducitur de Beato Cipriano & Chrisosto-
mo dicimus eos loqui de priuata oratione, vel re-
præhendere Sacerdotes Baal tenētes illum errorē
quod Deus non exaudit mentaliter orantes, sed tā
tum accidit illis qui vociferant, & clamant e repræ-
hendunt etiam patres illos, qui cantāt in Ecclesia
more Theatrico, non propter deuotionem excitā
dam, sed propter ostētationem. vel delectationem
prouocandam, vnde Hieronymus in epistola ad
Cap.5. Ephesios dicit, audiant hoc adolescētuli, audiant
hi quibus in Ecclesia est psallendi officiū, Deo non
voce, sed corde cantandum, nec in tragędiarū mo- E
dum guttur, & fauces medicamine liniendæ sunt.
vt in Ecclesia Theatrales moduli audiantur, &
cantica, quia sic cantantes in Ecclesia præsertim
quasdam vanas cantilenas, & amorosas non excu-
santur à grauissimo peccato, & forte mortali sacri
legio, præsertim si ex propria intentione immiscēt
mundana, quia cum faciant iniuriam rebus sa-
cris vtendo in diuino cultu vt re quadā sacra pec-
cant vt dixi specie peccati sacrilegij: de qua re vide
Chrisostomum Homelia xviij. in Matth. Hom. xiij.
& Thomam valdēsem tomo 3. de sacratis vbi nar-
rat multos abusus huius rei, primus est multitudo
instrumentorum musicalium, [illegible] ti
tum organum, cætera vero instrumenta reijci ab
Ecclesia: secundus est eorum, qui cātica lasciua ad-
miscent cantui Ecclesiastico: vltimus est qn̄ can-
tores adeo attēdunt canticis vt nullo modo atten
dant, nec ad verba, nec ad significationem, nec ad
Deum. lege Rabanum de modo canendi in Eccle
sijs &c.

Bonum habet rationem causæ finalis &c. scribi-
tur ista propositio prima primæ q. 5. arti. 4. quam Guid. Car-
impugnant aliqui asserentes bonum dici nedū de mel. 1. sent.
fine, sed de ordinatis ad finem, sed de causa vrgen- dist. 3.
te formali & materiali: non ergo propositio assum
pta est sumenda tanquam diffinitio boni: sed tales
non perceperunt ꝙ licet bonum non prædicetur
primo & per se de fine & de his quæ sunt ad finem
tamen principaliter dicitur de fine, secundario ve-
ro de alijs quæ habent ordinem ad finem, cum bo
num non dicatur vniuoce de honesto vtili, & dele-
ctabili sed analogice, quia non quodlibet illorum
æque principaliter terminat motum appetitus nec
æqualiter, sed vnus dicitur finis simpliciter alter fi
nis secundum quid propterea dixit Arist. ꝙ illud 2. Phys.
cuius causa est sicut finis, & bonum aliorum, vide tex. 34.
cont. gent. cap. 4. & lib. 3. cap. 16. & in sequentibus;
& Capr. primo sent. dist. 3. q. 3.

Character est forma absoluta de secunda specie
qualitatis. Colligitur ista propositio ex 3. p. q. 63. Sco. in 4. sē.
art. primo cui aduersantur aliqui dicētes characte distin. 4.
rem esse signum communionis fidei, & ordinatio-
nis datum à hierarcha: signum autem dicit respe-
ctum, & non absolutum: falsa ergo est propositio
Et nos dicimus ad hoc ꝙ illa diffinitio non est qd-
ditatiua, & essentialis, quia signum ibi non ponitur
tanquam genus, nec tanquam subiectum characte-
ris, cū sit descriptio per posteriora, & accidentalia
respectiua cōsequentia; absolutam essentiam cha-
racteris, & sic etiam intelligēda est diffinitio chara
cteris tradita à Concilio Tridentino quòd est si- Sess. 7. cā. 9.
gnū quoddam spirituale & indebile in anima, scili
cet baptizati, vnde character non est pure respectus
nec cōpositus ex respectu & absoluto, sed est abso-
lutum sub respectu, & ideo dupliciter diffiniri po-
test quo ad absolutum, & quoad respectiuum. lege
D. Thō. in. 4. sent. distinct. 4. q. 1. art. 1. & Capreol.
ibid. quæst.

Character est potestas spiritualis actiua respectu
ministrorū. Colligitur ex 3. p. hæc propositio. q. 63. Dist. 4. q. 4.
artic. 2. cuius oppositum tenet Dur. quia non po- lib. 4. sent.
test esse principiū spiritualis operationis corrupto
principio vitali, sed gratia est principium vitale spi
rituale & potest corrumpi per peccatum, & sic cor-
rumpitur etiam & character si esset potentiā, quod
non est dicendū: propterea melius est asserere esse
relationem rationis, & non potentiam actiuā, quæ
opinio stare non potest, quia cum ministri ipsi de-
putentur ad tradēdū populo christiano diuina mi
steria necesse est, vt habeant quandam potentiam
spiritualem actiuam per quam distinguantur à nō
tradētibus: hæc autem talis potentia est character
ordinis, ratio autem concludit quando principiū
operandi habet necessariam connexionem cū prin
cipio essendi, sicut potentia animæ cum essentia
eius, non autem vbi inter illa principia non est talis
necessaria connexio, sicut inter gratiam & fidem,

& ſpem quòd contingit potiſsime quando principium eſſendi in aliqua natura vel vita non eſt principium eſſendi ſimpliciter ſed principium bene eſſendi, vel bene ſe habendi in aliqua natura, principium vero operandi ordinatur ad operandum ſimpliciter & non ad bene operandum, ſic autem eſt de gratia reſpectu characteris: vide Petrū de Palude in quarto ſent. diſtinct. 4. & quomodo male Dur. ponit characterem eſſe relationem rationis contra Concilium Tridentinum. (Seſſ. 7.)

Character eſt ſubiectiue in potentia animæ & non immediate in eſſentia. Prodit hæc propoſitio ex tertia p. q. 63. art. 4. Oppoſitum tamen huius ait qui docent. Quoniam diſpoſitio ad formam nunquam poni debet in poſteriori ſuſceptiuo formæ, ſed character eſt diſpoſitio ad gratiam, & gratia eſt in eſſentia animæ: ergo character poni non debet in aliquo ſuſceptiuo poſteriori quam eſſentia animæ ſicuti eſt potentia cum ſit eius accidens. Verum hæc opinio omni ex parte falſa redditur. Nam per characterem christiani inſignitur anima ad ſuſcipiendum vel tradendum alijs quæ ſunt diuini cultus, quippe qui in actibus conſiſtit, actus vero progrediuntur a potentijs immediate. Ideo character in potentia & nequaquam in eſſentia ſubiectiuatur. & opinionem ſequendo aſſerentem characterem & ornatum diſpoſitionemue eſſe ad gratiam, falſam reputamus: propoſitionem inquam illam nempe aſſerentē in poſteriori ſuſceptiuo haud quaquam eſſe, quia actus liberi arbitrij in adulto & diſplicentia peccati ac ſenſualitatis dolor & multarum animæ potentiarum actus ſunt ad infuſionem gratiæ diſpoſitio quæ tamen ponitur in animę eſſentia, quæ quidem ordine naturæ omnes præcedit potētias, & complexio corporis diſpoſitio eſt ad animā ad eiusque potentias & ſic erit de charactere. Vide D. Thomam de ver. q. 27. art. 6. (Scot 4. ſen. diſt. 6. q. 11.) (Impugnatio.)

Character in potentia eſt intellectiua. Elicitur propoſitio hæc ex 3. p. q. 63. art. 4. cui tamen aliqui aduerſantur dicentes quod ſi datur character iſte cum nil aliud quā relatio rationis ſit, poni debet in executiua potentia per quam miniſter materiā vel formam applicat ſacramenti ad ſuſcipiētem & ſic in manibus, vel ore, ſeu lingua proferēte eſſe debet: Quia iſte character hominē haud perficit quò ad cognoſcere vel appetere ſed quo ad operari dūtaxat, igitur in parte executiua organica eſſe debet, & minime in cognoſcitiua. verum iſti non animaduerterūt charactere hominē attribui ratione imaginis, quæ principaliter eſt in intellectiua parte ideo in ea parte ſubiectiuari debet: falsū igitur eſt characterem rationis ens eſſe, ſed cum ſit inſtrumētum agendi vel patiendi reſpectu ſacramentorum, ideo in potentia agente regulante & dirigente in dando & ſuſcipiendo ſacramenta ponitur & non in aliqua parte organica, ſicut ſcientia practica nō eſt in aliqua corporali parte hominis at in potentia quæ eſt intellectus regulans & dirigens, ita character eſt in intellectu qui illuſtratus per fidem dirigit intentionem ad conferendum & ſuſcipiendū hoc vel illud ſacramentum. vide Petrum de palude ſent. 4. diſtinct. 4. (Dur. diſt. 4. q. 1. lib. 4. ſē.)

Character Sacerdotalis & poteſtas eccleſiæ ſeu clauis idē ſunt. Habetur hæc propoſitio ex 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 1. enimuerò oppoſitum huius docent aliqui cum illę poteſtates diſtinctę ſint, quarum altera ſine reliqua eſſe poteſt: At character ſacerdotalis qui conficiendi corpus Christi eſt poteſtas & poteſt ſine ea poteſtate eſſe quæ in clauibus comprehēditur: Quā prima tradita fuit in cęna apoſtolis quando conficiendi Euchariſtiam poteſtatem ſuſceperunt per illa nimirum verba. Hoc facite in meam commemorationem. poteſtas clauium autem data fuit poſt reſurrectionem dicēte domino: Quorū remiſeritis, &c. ſic falſa propoſitio hæc cōperitur, verum enim verò allucinātur ita dicentes ea inquam ratione, quoniam poteſtas in cęna eis tradita haud altera eſt ab illa quam poſt reſurrectionem acceperunt, ſed vna & eadem quæ primo fuit apoſtolis elargita in ordine ad primum & principalem actum conficiendi videlicet corpus Christi verum, deinde fuit data quo ad actum ſecundarium nempe ſoluēdi & ligandi ſuper corpus Christi miſticum: non ergo diuerſæ ſunt poteſtates ſed vna & eadem diuerſos reſpiciens actus, quemadmodum vno & eodem inſtrumēto poteſt faber ad diuerſos effectus diuerſiſque temporibus operari vide Diuum Thomam in 4. ſent. diſt. 24. q. 2. art. 3. (Scot. in 4. diſt. 19. q. 1.) (Ioānis. 2)

Charitas ſuperadditur volūtati vt Deum ſuper omnia diligat. Colligitur iſta propoſitio ex ſecunda ſecundæ q. 23. art. 2. cui opponunt ſe aliqui dicentes Augustinum velle lib. de natura & gratia hominem poſſe diligere Deum ſuper omnia naturaliter. Quia ſi diligeret ſibi æqualiter vel minus ſe peccaret: non ergo requiritur voluntati ſuperaddita charitas vt Deum ſuper omnia diligat. verū in hunc modū opinantes non conſiderarūt quòd aliter diligatur Deus ſuper omnia naturali dilectione & aliter dilectione gratuita vel charitatiua quia dilectione naturali res quælibet ſupra ſe Deum diligit & ſuper omnia, quatenus in eo naturale bonum omnis creaturæ conſiſtit. ſed diligere Deum ſupra ſe & ſuper omnia dilectione gratuita & meritoria ſine charitate eſſe nequit: & hoc pacto intelligitur propoſitio, an homo ſecundum preſentem ſtatum poſsit hoc præceptum adimplere, alias videbitur, quia diligere Deum ſuper omnia ſimpliciter quòd nullum malum culpæ compatitur, videtur quod in patria duntaxat hoc obſeruetur, diligere Deum ſuper omnia ſcilicet in ipſum referibilia poterit homo in præſenti ſtatu obſeruare, vt patet in homine habente charitatem, hoc modo diligit Deum & tamen mendacium officioſum dicit. Vide Diuum Thomam. 3. ſent. diſt. 33. q. 1. art. 1. & 2. 2. q. 25. ar. 1. & prima ſecundæ q. 109. art. 3. (Aur. 1. ſen diſt. 17.)

Charitatis obiectum Deus eſt, inquantum beatificatiuus, vel beatitudinis obiectum. Scribitur hæc propoſitio à Diuo Thoma. 2. 2. q. 23. art. 4. ad quam Scotus obijciens ſic ſuam fingit ſententiam nimirum Deum haud quaquam eſſe obiectum charitatis ea ſub rōne qua beatificatus naturæ eſt rationalis. Sed re vera deceptus eſt Scotus non animaduertens quòd formalis ratio charitatis bifariam ſumi poteſt, vno modo ex parte rei quam principaliter diligit charitas & in quam principaliter tendit actus eius, & iſto modo ratio obiecti charitatis ſummum eſt bonum vel bonum diuinę beatitudinis. Alio modo ex parte potentię volitiuę Deū diligentis, & hoc modo formalis ratio obiecti charitatis eſt principium beatitudinis naturæ rationalis

nalis vel ratio beatificatis ex quibus solutioné aui, sumito argumentorum eius, vt videre poteris apud Capr. 3. sen. dist. 27. q. vnica contra secundam conclusionem.

Charitas non habet, vt ex ea ęqualiter omnes diligantur proximi.

Hanc posuit sententiá diuus Thomas. 22. q. 27. art. 6. contra quam venit, Durandus suaq; est sententia nempè, quod omnibus creaturis ratione suffultis ad quas est charitas, ęquale gratię, & gloriæ bonú vt optemus oportet. In qua iniquá positione tam in modum peccatum committit, quia charitas vult diuinam seruari iustitiam: secundum quá meliores perfectius beatitudine participát, immo B charitatem habentibus optare ęqualia bona, quibus Deus optat inæqualia secundum diuinam prædestinationem, esset discordare à diuina voluntate, & velle contra ominem ordinem charitatis, & iustitię, essetq; nefanda præsumptio, & blasphemia: ob hoc eius argumenta, si vis soluta videas apud Capreolum 3. sent. dist. 27. & q. vnica contra septimam conclusionem.

Cęlum veraciter, & proprie materiá habet, quæ est pars corporis cęlestis, ita quod cęlum ipsum est proprie constans ex materia, & forma. Etenim hæc propositio colligitur p. p. q. 66. Art. 2. Aduersus quam arguentes insurgunt Durandus, Aureolus Goffredus cauillantes cęlum ipsum ex materia, & forma haud esse compositum, in quo philosophari non rectè videntur, quia cęlum ipsum materia pura cum non sit, nec pura forma, nam moueri tunc motu locali non posset, sequitur quod ex materia, & forma verè secundum veram philosophiá, sit compositum: proinde vide omnium istorum argumenta esse soluta, à Capreolo 2. sent. dist. 1 2. q. 1. contra p. conclusionem.

Cęlestia corpora sunt, ad quæ veluti in causam inferiorum corporum omnes reducuntur motus, conuenientes corpori, vt corpus est. prodit hęc propositio ex prima parte D. Thomæ q. 115. art. 3. & 2. D sent. dist. 15. q. p. art. 2. Cui se motum opponit Durandus probás cęli motum, vel ipsum cęlum in inferiora hæc virtute intelligentiæ mouentis nó agere, quia motus localis non potest esse ratio agendi ipsius intelligentiæ. Veruntamen positio hæc falsa conuincitur, etenim multifariam agendi ratio dicitur, & reperitur: primo forma substantialis alicuius, secundo naturalis potentia actiua quæcunque sit illa, Tertio qualitates aliquæ siue habitus sint, siue dispositiones, quarto virtus influxa, quinto quátitas, quæ etiam aliquid confert ad agendú, quia aliter agit magnus ignis, aliter modo paruus; sexto habitudines respectiuè, puta distantia, & propor E tio agentis ad passum. Quibus quám facillime tollunt argumenta Durandi, vt apud Capr. habes 2. sent. dist. 14. q. p. contra p. conclusionem.

Cęli cessante motu in his inferioribus plantarú, aut animalium nec vita, nec motus remanere poterit aut generatio ipsa. elicitur propositio hæc ex diuo Thoma de potentia Dei q. 5. art. 8. quam aduersus obicem parat Henricus quol. 11. q. 15. & sustinet, quod cessante cęli motu multa inferius admoueri possunt: articulusque condénatus sit dicere quod motu cęli cessante ignis non posset comburere stuppam, quia tempore Iosue cęli motus cessa- (Henr.) uit, & tamen tunc temporis cęlo quiescente multæ transmutationes naturales, & non miraculosæ factæ sunt, & Aquinas ait quod cęlo quiescente rota figuli posset moueri. Verum hic non perpendit D. Thomam loqui de potentia naturali physicorum corporum ad suos naturales motus; sciebat nimirum D. Thomas, quod si quispiam diceret cessante cęli motu ignem non posse comburere stuppam, per diuinam potentiam, esset error, vt nónulli philosophorum asserebant, nempe quod Deus nouos effectus naturales sine cęli motu inferius producere non posset. Et per consequens nec facere, quód ignis cóbureret stuppam, & sic etiá aquinas loquitur de potentia diuina. hinc soluuntur argumenta sua vt est videre apud Capr. 2. sent. dist. 14. q. p. contra 2. conclusionem.

Celi motu cessante, & deficiente tollitur corrupcionis causa in elemétis, quæ est per super excedétiam caloris. Scribit propositionem hanc D. Tho. de potentia Dei q. 5. art. 9. in responsione ad vltimum. Cui obsistit Scotus probans quod cessante cęli motu inferiora agentia ad huc possunt hic inferius agere, in qua positione putauit D. Th. impugnare, & deceptus est, quandoquidem D. Th. intelligit quod corruptio elementorum, & mutationes naturales cessabunt vtique deficiente cęli motu, C non autem motus intentionales, vel spirituales, vnde cum motus cordis in homine causetur ex natura animæ rationalis, quæ à motu cęli non depédet Ideo motus ille non cessabit motu cęli cessante, & quia motus naturales inferiorum corporum dependent ex motibus cælestium corporum, & causantur ab eis, necesse est, vt cessante causa effectus recedat. Possunt nihilominus aliqui motus fieri in corporibus inferioribus ex aliquibus alijs causis puta ab ipsa hominis voluntate, & eadem ratione à dęmone vel Angelo, quæ profectò non intellexit Scotus. Quibus etiam sua soluit argumenta Capr. in 4. sent. dist. 44. q. 4. contra primam conclusioné. (Motus spiritualis.)

Corpora cælestia generationem videlicet, & corruptionem in istis inferioribus causant, quatenus eorum motus causa est omnium mutationum inferiorum. Habet propositionem hanc D. Thomas 2. sent. distin. 15. q. 1. art. 2. contra quam arguit Durandus probans motum cęli non esse necessarium ad actionem inferiorum, nisi pro quanto est necessarius ad nouitatem, vel ad alternationem actionis. Quæ positio licet verum dicat quod ad hoc requiritur, sed non præcise, propterea nullius sunt sua argumenta momenti, vt potes videre apud Capr. 2. sent. distin. 14. q. p. contra p. conclusionem.

Circuncisio, quæ erat Sacramentum in veteri lege; & alia ceremoniæ legales cessarunt quo ad vim obligandi, & quo ad vtilitatem eorum in aduentu Christi. Elicitur ista propositio ex D. Tho. 4. sent. distin. 1. q. art. 5. quæstiuncula 2. aduersus ipsam tamen arguit Scotus probans circuncisionem æque obligasse post mortem Christi ante tamen promulgationem Euangelij sicuti ante mortem Christi, in qua positione Scotus deficit plurimum, quandoquidem misterium redemptionis humanę in Christi passione expletum fuit, quo tempore Dominus dixit consumatum est; & ideo tunc totaliter legalia cessare debuerunt, quasi consúmata eorum veritate, in cuius signum eodem tempore velum tem- (Scotus.)

pli

pli legitur esse scissum. hinc ante passionem Chri-
su Christo prædicante, & miracula faciente curre-
bant simul lex, & Euangelium, quia iam misterium
Christi erat inchoatum, sed nondum consumatū.
Propter hoc mandauit Dominus leproso suam an-
te passionem, vt legales obseruaret cærimonias,
propterea de facili soluuntur argumenta Scoti cō-
tra istam veritatem, vt poteris videre apud Capr. 4.
sent. distinct. p. q. 3. contra p. conclusionem.

Cognoscendi principium quodamodo est vni-
uersale secundum quod accipitur cum intentione
vniuersalitatis. Hanc docet D. Th. parte p. q. 85. art.
3. & plurimis alijs in locis, aduersus quā non veren-
tur arguere pręcipue Durandus volens primum co-
gnitum ab intellectu non esse vniuersale, sed singu-
lare. Quæ sententia expresse contra Arist. insurgit
asserentem ex vniuersalibus ad singularia esse pro-
cedendum. quoniam cognitione confusa actuali
excludendo distinctam actualem semper cognosci
mus primo terminos primorum principiorum, illi
autem termini sunt vniuersalia quædam, vt ens, to-
tum, & pars. Igitur non singulare erit primum co-
gnitum, sed vniuersale magis. Hinc argumenta sua
apud Capreolum reperies absoluta. 2. sent. dist. 3.
q. 2. contra octauam conclusionem. 3. loco.

Conceptam fuisse Beatam Virginem in peccato
originali, & scripturæ, & rationi consentaneum ap-
paret. Hanc habet sententiam D. Thomas suæ do-
ctrinæ plurimis in locis præsertim 3. sent. distin. 3.
q. p. art. p. & 3. p. q. 27. art. 2. contra quam nihilomi-
nus totus cætus minoritarum oppugnat. Qua in
re vulgo potius quām Doctrinæ sanctorum patrū
adhæret potissimum Augustini exponentis illud,
ego autem cum mihi molesti essent induebar cili-
cio. aut inquam Augustinus Maria ex Adam mor-
tua est propter peccatum, Adam mortuus est pro-
pter peccatum. Caro Domini ex Maria mortua est
propter delenda peccata: propterea Ambrosius
quoque super beati immaculati, & omnes fere pa-
tres id asserunt, vt clare est videre apud Caie. in pro
prio tractatu de cōceptione Beatę virginis, si enim
verum est, quod existens in Adam secundum semi-
nalem rationem contrahit peccatū originale, quod
etiam Apostolus asserit in quo omnes peccauerūt,
à qua vniuersitate solus Christus excipitur, qui in
Adam non fuit secundum seminalem rationem,
quod cum etiam asserat opinio Diui Thomę, ideo
amplectendum. Scio tamen in hoc obseruandam
esse regulam Concilij Tridentini asserentis. Decla-
rat tamen hæc sancta Synodus non esse suæ inten-
tionis comprehendere in hoc decreto vbi de pec-
cato originali agitur, Beatā, & immaculatam Vir-
ginem Mariam Dei genitricem, sed obseruādas es-
se constitutiones fęl. record. Sixti Papæ 4. sub pę-
nis in eius constitutionibus contentis, quas inno-
uat. Argumenta tamen omnia, quæ fieri solent cō-
tra opinionem D. Tho. soluta extat apud Capr. 3.
sent. dist. 3. q. vnica, & Caietanum, & turræ chrema-
ta in proprijs tractatibus. autem Bartholomæum
Spine, & apud Med. 3. p.

Concretum, puta hoc nomen Deus, & quodli-
bet aliud concretum substantiale significat distin-
cte quidditatem, vel essentiam, indistincte autem
supposita illius naturæ. Scribitur hæc propositio
ab Angelico Doctore p. sent. dist. 4. q. p. art. 2. quā

A oppugnat Aureolus, substinens concreta non solū
significare distinte, & in actu naturam, vel formā,
quæ dicitur qualitas nominis, vt si hoc nomen sciē
tia significaret scientem, vel è contra, hæc proposi-
tio esset vera scientia est sciens, & sciens est sua sciē-
tia, quod nullus dicit, & sic patet quod concretum
non significat solam formam principaliter. Verum
allucinatus est Aur. in sua hac positione, quando- Aureolus.
quidem sciens, licet significet scientiam, non tamē
supponit pro ea, & ideo non potest de illo prædica-
ri, sicut nec homo prædicatur de humanitate licet
eam significet, nam ad veritatem prædicationis nō
sufficit veritas significationis ex parte formæ signi
B ficatæ, nisi cum hic modus significandi esset omni-
no idem, quod hic non ita accipitur, quia licet al-
bum, & albedo idem significent, tamen album co-
pulat subiectum, significat enim albedinem in cō-
cretione ad illud, & subiectū dicit in recto, & ideo
supponit pro illo, & non pro albedine, albedo autē Albedo ac
significat eandem formam sine tali cōcretione, sed significat.
per modum substantiæ, & ideo album non prædi-
catur de albedine, nec econtra. hinc soluuntur ar-
gumenta Aur. vt est videre apud Capr. distin. 4. q.
p. artic. p.

Confessio facta sine contritione non valet, quò
ad peccati remissionem, ad culpam videlicet, & pę
C nam, siquidem talis confessio recedente fictione
incipit esse fructifera confitenti, & taliter confes-
sus non tenetur prius factam confessionē iterare.
Eliciuntur hæc ex diuo Thoma 4. sent. dist. 17. q. 3.
art. 4. aduersus ea arguunt Dur. & Goffredus, sub- Goffredus.
stinentes confessionem fictè factam non valere re-
cedente fictione, sed teneri peccatorem ad iteran-
dum confessionem. Veruntamen hi plurimum de-
lirant, quoniam confessio est actus virtutis, & pars
sacramenti secundum, quod est actus virtutis, est
actus meritorius proprie, & sic confessio non valet
sine charitate, quæ est principium meredi, sed qua-
tenus est pars sacramenti, sic ordinat confitentem
D ad sacerdotem, quippe qui habens claues Ecclesiæ
per confessionem confitentis conscientiam cogno
scit, & secundum hoc confessio potest etiam esse
in eo, qui non est contritus, quia potest peccata sua
sacerdoti aperire, & clauibus Ecclesiæ se subijcere,
& quamuis tunc non percipiat absolutionis fructū
recedente nihilominus fictione percipere incipiet,
sicuti in alijs etiam Sacramentis, vnde non tenetur
confessionem reassumere, qui fictus accedit, quan-
quam teneatur postea suam fictionem confiteri.
Propterea quām facillime aduersariorum diluun-
tur argumenta, vt apud Capr. Reperies 4. sent. di-
stin. 17. q. 3. art. 3.

E Confessio debet sic esse integra, vt homo vni
omnia peccata, quæ ad memoriam venerint, confi-
teatur. Ponit hanc propositionem D. Th. 4. sent. di-
stin. 17. q. 3. art. 4. in solutione secundæ quæstionis
cui contra facit Durandus, & plerique alij ipsum
sectantes, intenduntque necessarium non esse om-
nia peccata vni, & eidem confiteri, quoniam sicut
confessio determinatum sibi ascribit ministrum,
ita videtur debitam habere materiam, quæ est il-
lud per quod manifestantur peccata, sed confitens
manifestare potest suorum partem peccatorū per
vnum signum verbo inquam, & partem per aliud
scripto videlicet, ergo potest partem peccatorum
vni

vni manifestare ministro, & partem alteri. Verum isti in errore sunt manifesto, etenim nó est similcde materiæ plurificatione, deque ministrorum, quibus fit confessio ab hisque absolutio. Nam quemadmodum per cordis contritionem fit Deo necessario integra confessio, sic, ea quæ oris est integre alicui ministro fit necesse est. Sed signũ per quod confitens confessario sua aperit peccata non esse tã tum vnũ, nã hoc impossibile reputatus quidá enim sunt muti, & ea propter verba peccata nequeunt cõfiteri, restat quod tales confiteri per scriptum valeant signa, vel nutus, eo potius quoniam materia confessionis non est vna, secundum speciem, vt in baptismo aqua, sed est una vnitate analogiæ, quæ inter signa est in hunc modum, quod semper principalius de possibilibus, sed in pœnitentia requiritur per se actus pœnitentis scilicet, quod manifestet peccata sua sacerdoti, & quia Deus non requirit á nobis nisi quæ possumus, ideò sufficit peccatorem sua Sacerdoti peccata propalare per præcipuum signum sibi possibile, quãuis vnius semper nequaquam sit rationis. Ex his cætera argumenta ruunt, vt apud Capr. cõperies 4. sent. dist. 18. art. 3.

Error Dur.

Deus non requirit im possibilia

Confessor de voluntate contentis potest reuelare peccatum sibi confessum. Dimanat hæc propositio ex clara Diui Thomæ doctrina 4. sent. dist. 21. quæst. 3. art. 2. Quam audet impugnare Duran. & aliorum quàm plurimi proteruientes confessorem etiam ad voluntaté confitentis haud posse reuelare peccatum sibi confessum, quia non minus celare debet, quod audiuit in confessione, quam si vidisset occultum, sed tunc non posset licentiare, ad illud manifestandum: Nã sicuti non potest præbere mihi licentiam, vt eum interimam, ita vt infamiæ crimen in eum obijciam. Verum decipiuntur hi sic dicentes, quandoquidem licet minor rationis adducta sit vera, eò casu quo non licet illi prodere se ipsum, nec minus per alium, sed vbi agitur ad eius bonum puta, quod illi diceret, qui posset prodesse vel absoluendo, vel consulendo, vbi nominata persona hoc idem melius faceret, tunc secus esset, & quia licentia loquẽdi de aliquo in confessione habito facit vt confessor illud sciat, vt homo, & non vt iudex, sitq; vt homo loquatur de aliquo sufficiat illud habere, vt homo. Itaque ad hanc solutionem recurras pro alijs diluẽdis rationibus, vel argumentis, quibus oppositum probare quis poterit ut apud Capr. 4. dist. 21. quæst. 2. contra quartam conclusionem.

rei uirtutis quæ est.

Consensus proprie est applicatio appetitiui motus ad determinationem consilij, & quia consiliũ non est nisi de his, quæ sunt ad finem, ita & consensus de his erit, quæ sunt ad finem. Scribitur hęc propositio à D. Thoma p. secundæ. quæst. 15. art. 3. aduersus quam arguit Aureolus sustinens consensum ad determinationem consilij motus appetitiui non dicere applicationem. In qua positione lõge errat Aureol. quia consensus nominat applicationem motus appetitiui ad aliquid præexistens in potestate applicantis, in ordine autẽ agibilium primo quidem oportet fuisse apprehensionẽ finis, deinde consilium de his, quæ sunt ad finem. Appetitus autem in vltimum finem tendit naturaliter, vnde applicatio appetitiui motus in finem ap prehensum non habet rationem cõsensus, sed simplicis voluntatis. de his autem, quæ sunt post vltimum in quantum sunt ad finem sub consilio cadũt, & sic potest esse de his consensus in quantum motus appetitus applicatur ad id, quod ex cõsilio iudicatum est. motus autem appetitiuus in finẽ non applicatur consilio sed magis consilium ipsi, quia consilium præsupponit appetitum finis, sed appetitus eorum, quæ sunt ad finem præsupponit determinationem consilij & ideo applicatio appetitiui motus ad determinationẽ cõsilij est pprie cõsensus. Ex his solues motiua Aur. vt apud Capr. 1. sent. dist. 1. quæst. 2. contra 6. conclusionem habes.

Conseruatio passiua relationem dicit dependẽtiæ ad Deum cum respectu ad essentiam creaturæ. Hæc conclusio est de mente D. Thomæ prima par te quæst. 104. art. 1. contra quam arguit Scotus probãdo conseruationem ipsam passiuã nõ esse quid realiter distinctum à creatura conseruata: sed profecto allucinatus est Scotus hoc in loco cum eadẽ sit ratio de conseruatione, & creatione, creatio autem potest accipi actiue, & passiue, actiue enim significat essentiam diuinam cum quadam relatione quo intellecta, & sic est quid increatum, accepta vero passiue est quædam relatio significata per modum mutationis ratione nouitatis, vel inceptionis importatæ, hæc autem relatio creatura quædã est, accepto communiter nomine creaturæ pro omni eo, quod est à Deo, nec oportet in infinitũ ire, quia relatio creationis non refertur ad Deum alia ratio ne reali, sed se ipsa, vt dicit Auic. Si vero nomiẽ creaturæ strictè magis accipiamus pro eo dumtaxat, quod subsistit, quod ue propriè fit, & creatur sicut propriè habet esse, tunc prædicta relatio non est quid creatum, sed concreatũ, quia si ens nõ est ens propriè loquendo, sed inhærens. hinc diluės, quã facillime Scoti rationes, vt apud Capr. 2. sent. dist. 1. quæst. 9. 2. contra 1. conclusionem.

Error Sco.

Conseruari non potest aliqua creatura in esse si ne Deo conseruante. Sententia est D. Thomæ de potentia Dei q. 5. art. 1. Aduersus quã occurrebat Aur. asseuerans non omnia à Deo conseruari, quoniam nullum conseruatum ab aliquo potest corrũpi per aliquod agens nisi illud agens vincat actionem conseruantis, actio enim conseruantis tenet rem in esse, actio vero corrũpentis ad nõ esse rẽ deducit, sed agẽtia naturalia deducũt ad nõ esse, & nõ sunt immediate à Deo ergo si Deus conseruet oĩa oportet quod agẽs naturale vicat actionẽ Dei adeò; quod Deus vinci se permittat, vel quod ad actionem agentis naturalis Deus semper dimittat conseruare quodlibet istorũ videtur inconueniẽs, & valde, quare videtur, quod Deus non conseruet ea, quæ per agens naturale corrumpi possunt, quæ opinio est omnino fugienda, quia licet conseruatio actiua Dei teneat rem in esse, & corruptiuũ deducat ad non esse, non tamen sequitur, quod Deus vincatur ab agente naturali corruptiuo, quia agẽs naturale non ageret ad corruptionem conseruati a Deo, quod ante corruptionẽ nisi moueretur ad sic agendum, & corrumpendum adeo, sed agenti naturali sic corrumpenti Deus coagitat corrumpendum, sicut coagebat suo generanti ad generandum, modo enim coagit isti, modo illi, modo conseruat, modo corrumpit mediante actiuo naturali. vide Capreol. 2. sententi. distinct. 1. quęstione. 2. contra

Error Aur.

Opin Aur. fugienda.

contra quintam conclusionem.

Conscientia propriè loquendo nominat actum & non potentiam nec habitum, & pertinet ad intellectum, & non ad voluntatem formaliter. Hanc docet D. Thomas de ver. quæst. 17. art. 1. sed cõtra arguit Dur. probans non pertinere tantum ad intellectum, sed etiam ad voluntatẽ, quia si conscientia pertinet ad intellectum, tũc qui haberet de operandis maiorem scientiam, haberet, & maiorem conscientiam. quod non est verum, qua ratione hic vir deceptus est, quia vtique ille qui habet maiorem notitiam de agibilibus præsentibus, præteritis, & futuris tam in vniuersali, quam in particulari, tam actu quam habitu, tam quo ad notitiam B actuum an sint, quam quo ad notitiam an recti sint quod talis habeat maiorem conscientiam, conceditur. Si autem intelligatur, quod ille qui habet, maiorem notitiam de talibus in vniuersali, vel in habitu solum habeat maiorem conscientiam, est falsum, hinc est, quod Basilius nominat conscientiam naturale iudicatorium, & Damas. dicit, quod est lux intellectus nostri. lege Capr. 2. sent. dist. 39. quæst. 1. contra secundam conclusionem.

Quis habet côsciêtiam maiorem.

Conscientia est actus quod patet ex ratione nominis, quia conscientia dicitur cum alio sciẽtia, applicatio scientiæ ad aliquid fit per aliquem actum. Hanc tenet D. Thomas. p. p. quæst. 79. ar. 13. contra C quod arguit Dur. tenens conscientiam non importare actum sed potius habitũ: in qua opinione Duran. videtur certè delirare potius quam aliquid boni dicere; quia omnis habitus vel est naturalis, vel infusus, vel acqsitus. Sed cõscientia non est habitus naturalis, qa talis habitus est idẽ apud omnes, non aũt omnes habent eandẽ conscientiã: nec iterũ est habitus infusus qa talis habitus semper est rectus, cõsciẽtia autẽ quandoque non est recta: neque est habitus acquisitus, quia sic in pueris non esset cõsciẽtia nec in homine antequam per multos actus habitum acquisiuisset, vnde patet delitamentum Durandi. vide Capre. 2. dist. 39. quæst. 1. contra se- D cundam conclusionem.

Delirium Dur.

Conscientia recta ligat, & obligat simpliciter, & per se: conscientia vero erronea obligat solum secũdum quid, & per accidens: hanc ponit Doctor Angelicus de ver. quæst. 17. art. 4. cuius oppositũ sustinet Dur. volens conscientiam erroneã non obligare dato quod liget, & quod in aliquo casu faciẽs contra cõscientiam erroneam non peccet, nec faciens secundum eam peccet, sicut conscientia hæretici verbi gratia dictat, quòd iurare in omni casu est illicitum, tamen in isto casu faciens contra conscientiam non peccat, quia non facit contra Deum & non aduertit hic Dur. quòd in primo membro E licet nõ peccet contra Deum in genere operis, peccat tamen ex ratione apprehensa, quia in per se malis conscientia erronea ligat, & hoc in quantũ agit contra conscientiã, in secundo vero membro peccat, quia facit contra Deum non reddendo ei iuramenta. de quibus omnibus lege S. Tho. in Epist. ad Rom. cap. 14. & Capreolum 2. senttent. distinct. 39. quæst. 1. contra tertiam conclusionem.

Contingens futurum cõsideratum prout est in sua actuali e existentia est necessarium. Scribit hãc S. Tho. primo contra Gent. Cap. 68. contra quam arguit Gregorius Ariminensis: probans, quod cõ A tingens inquantum est actu, nullam habet necessitatẽ. in qua positione allucinatur. Gregorius, quia D. Thomas non vult illud, quod est quando est esse necessarium absolutè, sed necessarium necessitate immutabilitatis sic, quòd eo facto quo aliquid ponitur in a, instanti non potest desinere esse in a instanti quandiu durat, a instans, nec mutare de existente, à in non existens, à, vide Capr. primo sentent. dist. 38. art. 2. contra quartam conclusionem.

Gregor. Arimin.

Contingentię radix est diuina voluntas, & prima radix contingentię in creaturis secundum rem & secundum rationem est diuinus intellectus, & diuina scientia. Habet hanc doct inam D. Thomas B 1. p. quæst. 19. art. 8. & de verit. quæst. 23. art. 5. & 24. art. 2 aduersus quam arguit Aureolus probans cõtingentiam effectuum non oriri sicut ex prima radice ex diuino intellectu, & ex diuina voluntate, & scientia. Quę quidem opinio falsa est, quandoquidem licet in Deo nulla sit contigentia, sed mera necessitas, tamen actus diuinæ voluntatis contigẽtis habitudines habet ad obiecta secundaria, solum enim necessariam habet habitudinem respectu principalis voliti suæ bonitatis videlicet, sed respectu aliorum non habet necessarium ordinem absolutè, sed suppositione, supposito enim, quod Deus aliquid velit, vel voluerit, impossibile est eum C non voluisse, vel non velle, eo quod eius voluntas est immutabilis, quæ etiam necessitas vocatur immutabilitatis lege Capr. p. 5. dist. 38. quæst. 1. art. 1. Contra secundam, & tertiam conclusionem, & Caiet. 1. p. vbi supra, & quæst. 14. art. 13. & fratrem Dominicum Bannes Mondruionensem.

Aureolus.

Caiet.

Contingenter nullus effectus à prima causa euenit hoc modo, quod possit eius ordinem exire. Docet hanc d. Tho. 1. p. quæst. 19. art. 6. contra tamen hanc veritatem arguunt Scotus Aureolus Gregorius, & Adam: probantes effectus in comparatione ad primam causam esse contingentes, & non habere necessitatem, & sic imponunt D. Tho. quòd D voluerit contingentia nõ habere ortum, nisi à causis secundis, & non à prima. Verumtamen ij falsò hoc in D. Thomam reijciunt, cum nũquam somniauerit asserere effectum aliquem necessariè fieri, & prouenire à prima causa, & contingenter à causa secunda, quemadmodum isti falso confingunt vbique locorum D. Tho. asserente, ac sentiente res creatas à Deo liberè processisse sine vlla necessitate, nisi suppositionis, vel consequentiæ, & quòd cõtingentiæ rerum ortum habeant à diuina voluntate, ac sine quacunque causa secunda diuina voluntas posset producere aliqua contingẽtia. vnde nullius roboris sunt rationes aduersariorum, & de facili solubiles, vt soluit Capreol. p. 5. dist. 38. art. 1. E contra 4. conclusionem, & Caietanum. 1. p. vbi sup.

Adam.

Intẽtio doctoris Angelici.

Contrarias formas tripliciter possunt dici esse in subiecto vno modo in potentia tantum, & sic sunt simul, quia vna potentia est contrariorum, alio modo prout sunt in actu imperfecto, vt cum sunt in fieri, & sic etiam simul esse possunt, vt patet cum aliquis de albatur, tunc enim toto dealbationis tempore albedo est vt in fieri, nigredo vero vt in corrũpi. Tertio modo, ut in actu perfecto, quando iam albedo est in termino dealbationis, & sic impossibile est duas formas contrarias in eodem esse subiecto.

Hanc

Hanc distinctionem sic dispositam recenset d.Thomas de veritate q.8.art.14.quam labefactari conã-

Occham.

tur Greg.de Arimino Adam, Occham probantes contraria in eodem consistere subiecto in quocunque gradu perhibetur impossibile, qui quidem cõtra sensum sententiam in hac parte proferunt, quia videmus formas elementorum manere in mixto elementorum non actu, sed virtute: nam manent siquidem qualitates proprię elementorum, sed remissę in quibus virtus est elementarium formarũ & huiusmodi quęstionis qualitas est propria dispositio ad formam substãtialem corporis mixti: hinc soluuntur eorum argumenta, vt apud Capr. videre poteris primo sent.dist.17.quæst.3.art.1.contra 2. conclusionem.

Contraria ad inuicẽ actiua, & passiua euiusmodi sunt calor, & frigus possunt simul esse in gradibus remissis. Quam sententiam opinamur esse D.

Scotus.

Thomæ 1.p.quæst.76.art.4.ad quartum. Aduersus quam suis laruis insurgens Scotus probare nititur contraria in eodem coalescere subiecto in gradu completo videlicet, & quieto possibile reputari, quippe quæ opinio resecanda prorsus à philoso-

10. Metaphy.tex.23

phia, vt pote Aristoteli, & veritati cõtraria, si enim contraria ponantur simul in eodem subiecto, quo ad esse completum dicerentur contraria de eodem, quod est contra communem animi conceptionem philosophorum omnium non valentium opinari in simul duo cõtradictoria actualiter, quia tunc aliquis haberet contrarias opiniones in actu completo: forma nanque imperfecta non denominat subiectum simpliciter. Ex his multa dissolues argumenta, tum Scoti tum etiam, quæ adducit

Cathon.

Cathon, vt apud Capr. primo sent.dist.17.quæst.2. art.1.contra 2.conclusionem.

Corpus nullum agit nisi per motum. Colligitur propositio hæc 2.contra gentiles cap.20.& 1.parte quæst.3.art.1.& 2.sent.dist.2.quæst.2.art.3. contra

Dur.

arguit Durand. arbitrans non omne corpus agere per motum, sed aliquod posse agere quiescẽs. Quæ opinio omnino est irrationabilis, quia cum agens, & patiens, & similiter faciens, & factum simul esse

Text.22.

oporteat, simul autem, sunt quæ sunt in eodem loco, vt author est philosophus 5. physic. locum vero non acquirit corpus nisi per motum, & nullum corpus nisi in tempore mouetur. Itaque quicquid fit per actionem corporis successiue fit: ex his Capreol. eius soluit argumenta 2.sent.dis.14.quæst.1. contra primam conclusionem.

Creatio actiue sumpta significat diuinam essentiam cum quadam cointellecta relatione, & sic est quid increatum. Docet hoc D.Thom. de potentia Dei quæst.3.in responsione ad 2. Verum id impu-

Aureol.

gnat Aureolus uolens creationem actiuam nequaquam esse diuinam essentiam, aut diuinum velle, sed actionem esse transeuntem subiectiue in creatura existentem. Quæ opinio est falsissima, quandoquidem actio Dei haud aliud est, quàm eius velle, & intelligere, nec aliqua eius actio exterior ponenda est, qua ipse dicatur formaliter agens, nisi dicatur respectus ipsius ad creaturam, vel respectus creaturæ ad ipsum: vnde licet creatio actiua sit Deus, vel diuinum velle, & quod diuinum velle sit ęternum, non tamen sequitur, quòd ęternaliter Deus vel diuinum velle sit, aut fuerit creatio, sed est fallacia figuræ dictionis, quia mutatur quid in aliquid cum creatio alicuius creaturæ diuinam dicat essentiam respectiue, & nõ absolute. Ex his soluuntur argumenta tum Aureol. tum Gregorij, vt est videre apud Capreol. 2.sentent. dist. 1.quæst.2. contra primam conclusionem.

Creatio passiue sumpta est accidens in creatura scilicet relatio creaturæ ad Deum cum nouitate essendi, quę quidem nouitas non est aliud, quàm relatio rationis ad non esse procedens. Hæc etiam veritas sumi potest ex loco superius allegato, & ex prima parte quæst.45. art.3.& 2. sent. dist. 1.quæst.1. Gregor.

B art.2. istam veritatem tamen impugnant Greg. de arimino, & Scotus substinentes creationem passiuam non esse relationẽ aut aliquid realiter distinctum à creatura: in qua opinione allucinantur hi doctores, quoniam creatio passiua, qua creatur aliquid puta Antichristus est creatura quędam large & communiter sumendo nomen creaturæ pro omni videlicet, quod aliud est à Deo, & sic ipsa creatur vel se ipsa potius concreatur, & non per aliud formaliter, nec est simile de Antichristo, quia ipse est proprie creatura, & proprie creatur. Ex his Capr. aduersariorum soluit argumenta, videasque ipsum vbi supra contra primam conclusionem 2.loco.

C Creatio actiua, & conseruatio quibus Deus creauit, & conseruat res sunt eadem actio, ratione tamen distinguuntur. Scribit hanc propositionem D. Thomas de potentia quæst.5. art.1.ad 2.& 1.p. quæst.104.art.1.ad quartum. Huius oppositũ sentiebat Aur: probans creationem actiuam, & cõser- Aureol.

uationem esse actiones realiter distinctas. Decipitur tamen iste quia creatio, & conseruatio actiue non dicunt diuersas actiones, aut operationes in recto cum nihil aliud sint, quam diuina essentia, sed quia differunt ratione sic, quod conseruatio importat oppositum eius quod præsefert creatio in obliquo, & è contra: quo circa eadẽ diuina actio

D quæ in primo instanti creaturæ, vel respectu effectus incipientis habet rationem creationis in quolibet instanti post primum vel respectu effectus antiqui, & post inceptionem suam permanentis haber rationẽ conseruationis, & non creationis: quia creatio importat in suo effectu essendi inchoationem. Conseruatio vero continuationem infert essendi, & sic Capr. soluit argumenta Aur. 2. sent. distinst. 1.quæst. 2.contra 3.conclusionem.

Creari dicitur produci de non esse ad esse, vnde cum dicitur aliquid ex nihilo esse, remanet ordo affirmatus ad nihil, sed aliquid habet ordinem ad

E nihil dupliciter ordinẽ temporis videlicet, & naturæ, temporis eò, quod prius fuit non ens, & postea ens, hoc nulli æterno conuenit: naturæ ordinẽ quãdo aliquid habet esse ab alio dependens. Hæc omnia D.Thom. scribit primo sent.dist.5.quæst.2.art. secundo. Sed Duran.& Gregor. Ariminensis ea sic Arimin.

oppugnant, substinent enim creaturam non prius natura esse non ens, quàm ens, quia quod inest alicui ex se, vel ex natura sua, naturam nõ destruit sed supponit vel ponit. Non ens autem vel nihil naturam destruit, ergo impossibile est, quod aliqua res ex natura sua sit non ens, aut nihil. Qua in re non animaduertit Durandus, quod aliquid in esse alicui ex se potest tripliciter intelligi, primo modo conuenit ei primo modo dicendi per se,

vt potè

vt parte de ratione illius, vt rationale homini, secun A do, quia conuenit ei in secundo modo perseitatis, tanquam propria passio per se naturam cõsequẽs, vt risibile homini, Tertiò, quia conpetit ei perseitatis in tertio modo idest dum consideratur seorsum ex solitarie remotis omnibus, quæ sibi adscribunt ex causis extrinsecis, & hoc tertio modo non esse conuenit per se omni creaturæ ex quibus soluuntur rationes aduersariorum, vt est videre apud Capr. 2. sent. dist. 1. q. 1. replicando in solutione primi argumenti.

Creaturarum aliquam rationalem factam, vel factibilem impeccabilem esse per naturam est impossibile. Registrat hoc D. Thomas p. p. q. 63. art. 1. B contra quam sententiam arguunt Duran. & Aur. sustinentes creaturam aliquam per naturam impeccabilem fieri, in qua assertione longe immo tototo cęlo errãt, quoniam omne agens huius actionis principia deficere, vel impediri possunt, potest causare actionem mancam, & defectuosam, & peccatum. Sed omnis creatura rationalis sibi, & suæ naturæ derelicta est similiter, quia potest habere actum respectu vniuersalis boni, ergo potest deficere, & suis in actibus impediri, quibus bonum appetit, nec vllum trahunt robur contrarium fingentes, quia esse impeccabile per naturam non arguit infinitam perfectionem; Nam si esset aliqua creatu C ra rationalis impeccabilis per naturam hoc nó continget nisi, quia non haberet superiorem regulam, à qua dirigi deberet, & si sic, ipsa esset Deus, & infinitæ perfectionis. Ex quibus ad solutiones recurrito rationum oppositum probantium, vt est videre apud Capreolum secundo senten. distin. 23. q. 1. articu. 3.

Duran.

Christus nó habet duo esse substantialia actualis existentiæ. Docet hanc D. Tho. 3. par. q. 17. art. 2. & 3. senten. dist. 6. q. 2. art. 2. oppositum tamen sectantur Scotus, & Ant. Ioannes de Neapoli, & aliorum plerique, confinguntque in Christo esse aliud existentię esse ab esse æterno, sed hi profecto deci- D piuntur, nam cum sint duæ in Christo naturę, & hypostasis vna, necesse est quod ea, quæ ad naturam pertinent in Christo sint duo, quæ autem ad hypostesim in Christo sint tãtum vnum. Esse autem pertinet ad hypostesim, & ad naturam, ad hypostesim quidem sicut ad id, quod habet esse, ad naturam autem sicut ad id, quo aliquid habet esse. Natura enim significatur per modum formæ, quæ dicitur ens ex eo, quòd ea aliquid est sicut albedine est aliquid albũ, & humanitate est aliquis homo, & quoniam esse existentiæ simpliciter est esse quod debetur supposito, sicuti enti, naturæ autem vel formæ sicut principio, vnde eius est existere simpliciter, cu E ius est esse simpliciter, solius autem suppositi est esse simpliciter in actu, ergo solius suppositi est existere simpliciter, & ideo cum in Christo vnum tantum ponamus suppositum, non possumus in eo reponere, nisi vnum esse existentiæ simpliciter. Quod quidem habet respectum ad naturam diuinam; & humanam, & secundum hoc illud esse dicitur diuinum, & humanũ. Vnde potest dici recte quod Christus habet esse humanum, licet hoc idem esse sit idem quod diuinum, nanque vnum est esse existentiæ, plura autem sunt esse essentię, vide Capr. 3. sent. dist. 6. q. 1. vbi soluit argumenta aduersariorum, &

Ioannes de Neapoli.

Caietanum 3. parte vbi supra.

Christus non habet nisi vnicam filiationem realem. Sic scribit Diuus Thomas 3. par. q. 35. artic. 5. & 3. sent. dist. 8. q. 1. art. 5. & quolib. 9. art. 4. Huius oppositum tenet Scotus, Aureo. & Duran. probantes in Christo esse duas reales filiationes, sed allucinantur hi Theologi quandoquidem subiectum filiationis non est natura, aut pars naturæ, sed solum persona, vel hypostasis. In Christo autem non est persona nisi æterna, propterea in Christo non est aliqua filiatio nisi quæ est in persona æterna, omnis autẽ relatio quæ ex tempore dicitur de Deo non ponit in ipso Deo æterno aliquid secundum rem, sed secundum rationem tantum, & ideo relatio, qua Christus refertur ad matrem non potest esse realis, sed secundum rationem tantum licet quo ad causas filiationis, quæ sunt natiuitates nempe æterna, & tẽporalis possimus ponere duas relationes secundum dualitatem natiuitatum, tamen quo ad subiectum filiationis, quod non potest esse nisi suppositum æternum non est in Christo, nisi vna realis filiatio. Ex his soluuntur rationes aduersariorum, vt est videre apud Capreolum distinctione septima, quæst. 1. & Caietanum 3. par. vbi supra.

Duran.

Christi humanitas adoranda est adoratione latriæ, sed tamen ipsa non est ratio talis adorationis. Hanc ponit D. Tho. 3. par. quæst. 25. art. 2. & tertio senten. distin. 9. quæst. 1. articu. 2. quæst. 1. & 3. par. quęst. 25. art. 1. cui se opponit Scotus probans Christum adorandum esse adoratione latriæ, ratione humanitatis à Deo quòd humanitas sit ratio talis adorationis. Veruntamen allucinatur Scotus, quia nihil est ratio, vel causa adorationis latriæ, nisi primum principium, vel essentia primi principij, sed humanitas non est primum principium, nec essentia primi principij, vt primum principium est. Igitur ipsa non est ratio adorationis latriæ. Quo fit vt nullius sint roboris, quas adducit Scotus rationes, vt est videre apud Capreolum tertio senten. dist. 9. quæst. vnica, cõtra primam conclusionem. & 3. par. vbi supra.

Scotus.

Christi imago adoranda est adoratione latriæ. Hanc habet veritatem D. Thom. 3. par. quæst. 25. articu. 3. & tertio senten. distin. 9. quæst. 1. sed aduersus eam insurgunt Henricus, & Duran. similiter Holcot, quia latria est honor soli Deo debitus, sed nulla imago est Deus ergo nulli imagini debetur talis honor, & sic contradictionem implicat admittere quod latria est honor soli Deo debitus, & tamen debeatur etiam Christi imagini. Veruntamen deficiunt, quam plurimum doctores præfati quandoquidem latria, licet sit honor soli Deo debitus per se, de per accidens tamen potest alteri à Deo exhiberi, per se enim exhibetur ei, in quo est causa talis honoris, per accidens autem, siue per aliud exhibetur ei in quo talis honoris causa non est, sed habet habitudinem ad ipsum, vt crux, & imago, quia idem est motus in imaginem, & in ipsam rem imaginatam. Qua declaratione præassignata, soluit Capreolus ipsorum argumenta tertio sententiarũ, distinctione nona, quæst. vnica, & Caietanus 3. parte, vbi supra.

Holcot.

Christus secũdum quod iste homo est Deus est concedendum, & Christus secũdum quod iste ho-

mo eſt perſona etiam eſt concedenda. Has propoſitiones docet D.Tho. primam, 3. ſenten. diſtin. 10. q.1.art.1.quæſt.2. ſecundam vero etiam tertio, vbi ſupra quæſtiuncula prima. Scotus tamen, & Duran. docent iſtam propoſitionem eſſe veram Chriſtus ſecūdum quod homo eſt Deus, ſi iſta ſit vera Chriſtus ſecundum quod iſte homo eſt Deus, vtranque tamen eſſe falſam, & in rei veritate deficiunt, quia cum dicitur iſte homo pronomen demonſtratiuū trahit hoc nomen homo ad ſuppoſitum, & ideo hæc eſt magis vera Chriſtus ſecundum quod iſte homo eſt Deus, quàm iſta Chriſtus ſecūdum quod homo eſt Deus. Ex his ſoluuntur argumenta aduerſariorum, vt docet Capr. 3.ſent. diſtin. 10.q.vnica, & Caiet. 3.parte, vbi ſupra.

Durand.

Chriſtus eſt creatura. iſta propoſitio non eſt abſolute dicenda, ſed cum determinatione, ſcilicet ſecundum naturam humanam. Hanc perhibet Diuus Thom. 3.par. q.16. art.8. & 3.ſent. diſt. 11.q.1. art.2. ſed Scotus, & Duran. aſſerunt iſtam propoſitionem Chriſtus eſt creatura, eſſe concedendam, quia mortale, & immortale ita repugnant formaliter, ſicut creatum, & increatum, & tamen ambo prima dicuntur de Chriſto, ergo & iſta creatum, & increatum. Sed horum opinio eſt falſiſsima, quia nomē creaturæ nō magis ſe habet ad naturam, quàm ad ſuppoſitum, vel ad perſonam, & ideo non poteſt dici ſimpliciter ratione naturæ præcipue cum creatio reſpiciat eſſe, quòd magis videtur ad perſonā, quàm ad naturam pertinere, & ideo mortale prædicatur de Chriſto ſine additione, quia tale prædicatum eſt proprietas partis, ſcilicet corporis, creari autem eſt prædicatum quod ita natum eſt conuenire toti ſicut parti, ideo vnum cōceditur de Chriſto ratione naturæ humanæ, nō autem alterum, eo magis, quia ex verbis in ordinate prolatis incurritur hæreſis, vnde cum hæreticis, nec nomina debemus habere communia, ne eorum errori fauere videamur. Arriani autem hæretici Chriſtum dixerūt eſſe creaturam, & minorem patre non ſolum ratione humanæ naturæ, ſed etiam diuinæ, & ideo non abſolute dicendum eſt, quod Chriſtus ſit creatura, vel minor patre, ſed cum determinatione, ſcilicet ſecundum naturam humanā. Ex quibus ſoluuntur rationes tū Scoti, tum Dur. vt eſt videre apud Capr. in 3.diſtin. 11. quæſt. vnica, articu. 3. & Caiet. 3.par. vbi ſupra.

Durand.

Chriſtus incepit eſſe iſta. propoſitio non eſt ſimpliciter concedenda. Hanc ponit Diuus Thomas 3.par.quæſt. 16.art.9. & 3.ſenten. diſt. 12.q. 1.art. 1. Sed oppoſitum ſuſtinēt Scotus, & Duran. affirmantes iſtam eſſe ſimpliciter concedendam Chriſtus incepit eſſe, & tamen loquuntur irrationabiliter, quia loquutio eſt ſimpliciter falſa ſecundum ſententiam catholicæ fidei, qua ponimus in Chriſto vnum ſuppoſitum, & vnam hypoſtaſim, vnde quando dicitur iſte homo demonſtrato Chriſto deſignatur ſuppoſitum æternum, cuius æternitati repugnat incipere eſſe, & ideo hæc eſt falſa, hic homo incepit eſſe, nec obſtat quod incipere eſſe cōuenit humanæ naturæ, quæ ſignificatur per hoc nomen homo, quia terminus in ſubiecto poſitus nō tenetur formaliter pro natura, ſed magis materialiter pro ſuppoſito de quo dicitur Chriſtus heri hodie, & ipſe in ſecula, & in principio erat verbum. vide

Sco. 3. diſt. 11.q.3.

A Capreolū ſoluentem rationes horum, 3. diſtin. 11. quæſt. vnica, & 3.par. vbi ſupra, & D.Tho. Hebræorum vltimo.

Chriſtus præter animā intellectiuam nullam aliā formam ſubſtantialem habuit, nec etiam corporeitatis. Hæc ſumitur ex Diuo Thoma p.p.q.76.art.6. vbi in generali ponit in homine non eſſe aliam formam ſubſtantialem præter animam intellectiuam dantem eſſe actu ſubſtantiale. Contrarium tamen ponit Scotus probans in Chriſto præter animam intellectiuam ponendam eſſe formam corporeitatis realiter ab anima diſtinctam, in qua poſitione Scotus diſcordat à veritate quandoquidem omnis B forma adueniens ſubiecto exiſtenti in actu, & habēti eſſe ſimpliciter eſt accidētalis, ſed anima Chriſti, & cuiuſlibet hominis non eſt accidētalis: igitur aduenit ſubiecto præhabenti formam corporeitatis, quia tunc illa daret eſſe ſimpliciter ipſi materiæ, & anima rationalis eſſe ſecundum quid, ſed naturaliter forma ſubſequens ſemper corrumpitur præcedens. Ex his ſoluuntur argumenta Scoti, & aliorum multorum tenentium partem oppoſitam, vt ſoluit Capr. 2.ſent. diſt. 15. q. 1.art. 3. & Herueus in propria quæſt. de pluralitate formarū, & Caiet. in p.p. vbi ſupra, & in ſecundo de anima.

Sco. 4. ſent. diſt. 11 q 3. articu. 2.

Chriſti anima habuit gratiam habitualem infiC nitam, Hanc docet D.Tho. 3.par. q. 7.art. 11. & tertio ſenten. diſt. 13. q. 1. art. 2. q. 2. cuius oppoſitum ſuſtinent Aur. Dur. Adam, & Gerardus probando gratiam animæ Chriſti nullo modo fuiſſe infinitā in actu, ſed finitam, & augumentabilem, ita quod potuiſſet ea Deus facere maiorem, ſed hi toto errant cælo, quia licet gratia habitualis Chriſti fuerit finita ſecundum eſſentiam, quia eſſe ſuum eſt limitatum ad aliquam ſpeciem entis, eſt tamen infinita ſecundum rationem gratiæ, quia cum infinitis modis poſsit conſiderari perfectio alicuius quantum ad gratiam nullus eorū defuit Chriſto, ſed habuit in ſe gratiam ſecundum omnem plenitudinem, & D perfectionem ad quam ratio huius ſpeciei, quæ eſt gratia poteſt ſe extendere, vt habetur in gloſa ſuper Ioannem 3.cap. ad menſuram dat Deus ſpiritū hominibus, filio vero non ad menſuram, ſed ſicut totum ex ſe ipſo genuit filium ſuum, ita incarnato filio ſuo totum ſpiritum ſuum dedit non particulariter, non per diuiſionem, ſed vniuerſaliter, & generaliter, ſic ergo gratia Chriſto finita fuit in ratione entis, & ſecūdum eſſentiam, ſed fuit infinita ſecundum perfectionem rationis gratiæ. Hinc Capr. ſoluit argumenta omnium iſtorum, 3.diſt. 13.q.1. art. 3. & Caiet. 3.par. vbi ſupra.

Adā, 3 ſen. diſt. 13.q.1. articu.3.

Chriſti anima eſt formaliter ſciens triplici ſcienE tia creata, ſcilicet ſciētia beatorū, ſcientia viatoris habita per infuſionem, & ſciētia naturaliter acquiſita. Hanc ſcribit D.Tho. 3.par.q.9.art.2.& 40.& 3. ſent. diſt. 14.q.1.art.1.& art.3. contra tamen arguit Scotus probans in anima Chriſti non oportere ponere aliquam ſciētiam naturaliter acquiſitam, aliā ab infuſa, & Dur. quoque ait quod ſcientia infuſa, & acquiſita ſunt vnius rationis, opinio tamē Scoti eſt expreſſe contra ſcripturā dicentē cū eſſet filius Dei didicit ex his q̃ paſſus eſt obedientiā, & glo. ait ideſt expertus eſt, & ſic ponitur in Chriſto ſcientia experimētalis, q̃ eſt ſcientia acquiſita, ne intellectus agēs in Xp̃o eſſet fruſtratorius, differt quoq; ſcientia

Sco. diſ. 14. quæſt. 3.

tia infusa ab acquisita primo secundom causas efficientes, quia infusa est à superiori acquisita ab inferiori, secundo differt propter origines, quia prima est per infusionem, secunda per acquisitionem, tertio quoque differunt penes obiecta, quia prima est commensurata, & proportionata phantasmati quod se se habet ad intellectũ, vt color ad visum. Infusa autem est superecedens phantasmatum proportionem. Hinc Capreolus aduersariorum rationes dissoluit 3. sent. distin. 14. q. 1. contra tertiam conclusionem, & Caiet. 3. par. q. 9. artic. 4.

Christi anima per nullam scientiam fuit, aut cognoscit, aut compræhendit omnia scibilia eaque omnia quæ Deus cognoscit, & compræhẽdit. Pro- B dit hæc propositio ex D. Thom. de veritate, q. 20. artic. 4. & 3. par. quæst. 10. art. 2. & 3. senten. dist. 14. quæst. 1. art. 2. quæst. 2. quã impugnat Scotus, probans animam Christi omnia in Verbo videre, quæ Verbum videt, & errat plurimum, quia cognoscere omnia, quæ cognoscit Verbum est compræhendere omnia, quæ Deus potest facere, & sic diuinam virtutem compræhendere, ex consequenti diuinam essentiam, quod est impossibile, nam licet ex compræhensione omnium effectuum in se ipsis non inferatur compræhẽsio Verbi, tamen ex compræhensione omnium possibiliũ in Verbo infertur compræhensio Verbi. Proinde D. Thom. habet pulcher- C rimè. Quod anima Christi vtique nouit in Verbo omnia propriè, hoc est, quæ quandoque in actu sunt, erunt, aut fuerunt, nouit etiam in Verbo anima Christi, quæ sunt in potentia creaturæ. Sed nequaquam quæ sunt in sola Dei potentia. Quibus soluit Scoti argumenta Capreol. tertio sententiarum, distin. 14. quæst. 2. contra primam conclusionem. & Caiet. 3. par. q. 10. art. 2.

Sco. 3. sent. dist. 14. q. 2.

Christi anima cognoscit in Verbo infinita secũdum quid, licet, non infinita simpliciter. Huius doctrinæ est author Diuus Thomas de ver. quæst. 20. articu. 4. & 3. par. quæst. 10. articu. 3. & tertio sententiarum, dist. vbi supra, quæst. 4. contra quam Adam D plurima argumenta adducit probando, quod nec anima Christi, nec aliqua creatura intellectualis potest distinctè cognoscere simul infinita, ita quod distinctè quodlibet eorũ cognoscat, sed allucinatur, quia anima Christi, scit infinita vnico actu quo scilicet videt Verbum, & infinita quæ sunt in potentia creaturæ, vel infinitas creaturas futuras, & infinitas intellectiones beatorum, & infinitos cruciatus damnatorum, quæ non sunt entia simpliciter, sed secundum quid, & hoc loquendo de scientia visionis, qua cognoscit infinita secundum quid, & finita simpliciter. ex his soluit Capreolus rationes aduersariorum, tertio senten. dist. 14. quæst. 2. con- E tra secundam conclusionẽ. & Caiet 3. par. vbi supra.

Adam.

Christi anima habuit virtutem instrumentalem ad cooperandum miraculis factis diuina virtute tanquam principali agente. Hæc sumitur ex Diuo Tho. 3. par. q. 19. art. 1. & q. 43. art. 2. cuius oppositum sustinet Duran. qui valde allucinatur cum sit authoritas Leonis Papæ in Epistola ad Flauianum quod cum in Christo sint duæ naturæ vna earum est diuina, quæ fulget miraculis, altera humana, quæ succumbit iniurijs, & tamen vna earum agit cum communicatione alterius inquantum humana natura est instrumẽtum diuinæ actionis, & actio A humana virtutem accepit à natura diuina. Ex his soluũtur argumenta Dur. à Capr. dist. 15. tertio senten. q. vnica contra primam conclusionem. & à Caietano 3. par. vbi supra.

Dur. 3. dist. 4. q. 5.

Christus per suam actionem interiorem, & passionem exteriorem sufficienter, & condigne satisfecit pro tota natura collapsa. Hoc explicat Diuus Tho. 3. par. q. 1. art. 2. & q. 48. art. 2. & 3. sent. dist. 20. q. 1. art. 3. contrarium sustinet Dur. probans Christum secundum quod homo non potuisse condignè satisfacere pro tota natura humana, accipiendo condignam satisfactionem secundum æqualitatem quantitatis ad culpam commissam, sed decipitur in hoc, quia actio, & passio Christi erat Dei, & hominis, & sic infinitæ dignitatis, & efficaciæ, ideo satisfactio sua habebat sufficientem efficaciam ad satisfaciendum pro tota natura humana collapsa, dato quod multiplicarentur in infinitũm indiuidua in humana specie, & sine quocunq; finali termino. ex his soluit Capr. argumenta Dur. 3. dist. 18. q. vnica, & Caiet. 3. par. vbi supra.

Dur. 3. dist. 20. q. 2.

Cupiditas, & superbia, vt sunt specialia peccata sunt radix, & initium peccatorum omnium. Hæc est ex D. Thom. 1. 2. q. 84. art. 1. & 2. Cuius oppositũ docet Dur. probans cupiditatem, vt est speciale peccatum nõ esse radicem omnium malorum, seu peccatorum, & tamen loquitur cõtra Apostolum Paulum dicentem radix omnium malorum est cupiditas, quia cum nõ ab eodem oriatur virtus, & peccatum, peccatum enim oritur ex appetitu commutabilis boni, & ideo appetitus illius boni quod iuuat ad consequẽda omnia temporalia bona radix peccatorũ dicitur, virtus autem ex appetitu incommutabilis boni, & ideò charitas, quæ est amor Dei, ponitur radix virtutum iuxta illud in charitate radicati, & fundati. vide solutiones argumentorum Dur. apud Capr. 2. senten. dist. 43. q. 1. contra tertiam conclusionem. & apud Caiet. 1. 2. q. vbi supra. & Barth. Medinam.

Damnatorum corpora affliguntur per ignem inferni, non tamen alterabuntur à sua naturali qualitate. Hæc sumitur ex D. Thom. 4. sent. distin. 44. q. 3. art. 1. in solutione 3. q. & 4. cõtingẽtes, cap. 89. contra quam arguunt Dur. Aur. Henr. Bern. & Scotus probantes ignem inferni non affligere corpora dãnatorum per solam immutationem spiritualẽ, nec rationes hoc probantes efficaces esse dicunt, & tamen irrationabiliter loquũtur, quia tangibile improportionatum armoniæ, tactus approximatum sensui, & corpori non omnino subiecto dominio animæ natum est affligere sensum, sed ignis inferni taliter se habebit ad corpora damnatorum, & ad tactum illorum. Igitur ea affliget cessante etiam primo motu cessabit omnis motus corporum alteratiuus à sua naturali dispositione, sed post resurrectionẽ primus motus, qui est primi mobilis cessabit: ergo non poterit esse alteratio corporum. vide Capr. soluentem argumenta istorum, & defendentem rationes D. Th. 4. sent. dist. 44. cõtra 1. conclu.

Henric. & Bern.

Damnatorum corpora affligentur ab igne corporeo inquantum qualitas ignis propter sui excellentiam cõtrariatur æqualitati complexionis, quæ est sensui connaturalis. Hanc docet Diuus Thom. 4. senten. contra gentes, cap. 89. cõtra quam arguit Aur. probans organa sensuum damnatorũ realiter

calefieri, quia scriptura dicit, quòd damnati mittentur in ignem, & ardebunt, sed non animaduertit Aureolus quod licet corpora damnatorum veraciter ardeant, tamen organa sensuum ad hoc vt fiat sensatio non necessario, nec de per se requirunt aliquam receptionem nisi spiritualem, & si alia concurrat, illa de peraccidens se habet ad sensationem, vide Capreolum, vbi supra soluentem argumenta Aureoli. *Aureolus.*

Damnatorum pœna principalis est priuatio diuinæ visionis. Hanc ponit Diuus Thomas in dispntatis de anima, quæst. 21. & tertio contra gentiles, cap. 141. contra arguit Aur. probans miseriam dãnatorum principalius consistere in displicentia de Deo æterna quam in carentia diuinæ visionis, vel afflictione pœnali, sed decipitur, quia illa pœna est maxima pœna damnati per quam priuatur vltimo fine summè desiderato, sed priuari diuina visione, & fruitione est huiusmodi. ergo maxima pœna dãnati est ipsum esse priuatum diuina visione, post hanc priuari perfectione quacunque naturalium virtutum animæ ad bene agendum, Dehinc autem naturalium potentiarum animæ deordinatio, post hoc autem corporis nocumẽtum, demum vero exteriorum bonorum sublatio. vide Capr. soluẽtem rationes Aureoli, vbi supra contra tertiam conclusionem. *Aureolus.*

Delectatio siue fruitio, siue alius aliquis actus voluntatis nõ est essentialiter beatitudo. Hanc exprimit Diuus Tho. prima secundæ, quæst. 3. art. 4. & senten. dist. 49. q. 1. art. 1. quęst. 2. & 3. contra gen. cap. 26. contra quam arguit Aureolus, & Scotus, & multi alij probantes delectationem, & fruitionem esse essentialiter beatitudinem. Et tamen irrationabiliter loquuntur, quia cũ ad beatitudinem duo requirãtur vnum quod est esse beatitudinis, aliud quod est quasi per accidens eius, scilicet delectatio ei adiuncta, quantum ad id, quod est essentialiter beatitudo impossibile est, quod consistat in actu voluntatis, quia beatitudo est consequutio vltimi finis, quippe quæ in actu volũtatis nequit esse, quia voluntas fertur in finem absentem cum ipsum desiderat, & præsentem cum in ipso requiescens delectatur. Desiderium finis non est consecutio finis, sed est motus ad finem. Delectatio etiam aduenit volũtati ex hoc quod finis est præsens, & propterea sunt expressa Saluatoris nostri verba. Hæc est vita æterna, vt cognoscant, &c. rationes Aureo. soluũtur à Capreolo, 1. sent. distin. 1. quæst. 1. contra sextam conclusionem. *Scotus.* *Io. 17. cap.*

Dæmon habet liberum arbitrium sic obstinatũ in malo, quòd non potest bene velle, nec peccato carere vel desinere male velle. Hanc videtur Diuus Thomas asserere, senten. 2. distin. 7. quæst. 1. arti. 2. & p. p. q. 64. art. 2. Cui aduersantur Scotus, & Durã. probãtes dæmones, & alios damnatos obstinatos posse habere volendi actum bonum. Sed pessime hoc docent, quoniam voluntas peccatrix extra statum viæ existens, peruerso fini adhærens immobiliter, nec bonum velle elicere, nec à peccato resurgere potest. Itaque modo dæmonis est voluntas: igitur, &c. accedit etiam ad hoc quia voluntas immobiliter adhærens semel per eam electis in bono, vel in malo, si semel peruersè eligẽdo peccauerit quantum est ex se inreuertibilis est ad bonum. At voluntas dæmonis pariter se habet: ergo, &c. cum etiam liberum arbitrium peccato subiectum auxilio gratię penitus destitutum appetituum distinctionem non recipiens, rationum persuasiuarum non capax quantum est ex parte sui, nec à peccato resurgere, neque velle potest aliquod bonum, sed liberum arbitrium dæmonis est huiusmodi: igitur, &c. argumẽta illorum dissoluta apud Capreolum inspicies, secundo senten. distin. 7. q. 1. contra secundam conclusionem, & Caiet. p. p. vbi supra. lege quoque Diuum Thomam, de veritate, q. 24. art. 10. *Dur. dist. 7. quæst. 2.*

A

Dæmones obstinati, & alij damnati necessario necessitate immutabilitatis, videntur velle malum, B Hanc habet Diuus Thomas de veritate vbi supra. Oppositum tamen audet Scotus asserere propter authoritatem Diui Augustini asserentis nihil esse in potestate voluntatis magis, quam ipsa voluntas. Quod non videtur intelligendum de voluntate, quantum ad eius esse primum, quia quantũ ad esse magis est in eius potestate non voluntas, quàm voluntas, sed intelligitur quantum ad operari: igitur voluntas magis est in potestate voluntatis, quàm aliqua potentia inferior, sed volũtas potest aliquã potentiam inferiorem suspendere ab omni actu: Ergo, & se ipsam, & sic non necessario vult malum: Veruntamen decipitur hic Scotus, quia licet velle C sit in nostra potestate, non tamen omne velle, non enim diabolus potest priuare suam potentiam omni actu, præcipue intellectum perceptione, scilicet pœnarum, & si illud, quod. pro se adducit Scotus aliquid valeret, tunc beatus posset priuare se beatitudine sua, & omni gaudio, quod est absurdum. vide solutiones argumentorum apud Capr. 2. sent. dist. 7. q. 1. art. 3. in 2. loco. *Lib. retrac. cap. 22.* *Deceptio Scoti.*

Deus non refertur relatione reali ad creaturam, sed bene e contra creatura refertur relationi reali ad Deum. Hanc narrat Diuus Thomas de potentia Dei, quęstione septima, articulo nono, & primo sententiarum dist. 30. quæst. 1. art. 3. p. p. quæst. 28. D art. 1. & 10. contra gentes, cap. 13. contra quam arguit Gregorius de Arimino: probans Deum ne dum temporaliter, sed ab æterno referri realiter ad creaturam, sed irrationabiliter loquitur quandoquidem Deus non agit per actionem medianı, quæ intelligatur à Deo præcedens, & in creaturam terminata, sed sua actio est sua substantia, & quicquid in ea est omnino est extra genus esse creati, per quod creatura refertur ad Deum, nec iterum aliquod bonum accrescit creatori ex creaturæ productione. Hinc cum creator, & creatura sint diuersi ordinis, vt scibile, & scientia sequitur quod creatura referatur realiter ad Deum, & Deus secun E dum rationem ad creaturam. vide Capreolum primo sententiarum, distin. 30. quæstione prima contra tertiam conclusionem, soluentem argumenta Gregorij. *Arimin.*

Dilectio Dei non habet aliquem modum. Hanc sequitur Diuus Thom. secunda secundæ, quæst. 27. articu. 6. & tertio sententiarum, dist. 27. q. 3. art. 3. contra quam arguit Durandus probans dilectionem Dei habere modum, & errat loquens contra rationem, quia modus mensurationem quandam habet, actus autem mensuratur ab eo quod est ratio agendi, sicut misericordia mensuram in subuentione misero, facienda ex quantitate mensuræ ad *Duran.*

... misericordiam mouet. Causa autem dili- A gendi Deum est diuina bonitas, quæ est infinita, actus autem creaturæ est finitus cum ex potentia finita procedat, & ideo non potest esse commensuratus rationi dilectionis, & propter hoc in dilectione Dei non ponitur aliquis modus vltra quem non oporteat progredi, sed quantumcunque diligat semper ad interiora se extendit, & hinc dicitur quod non habet modum, scilicet præfixum vltra quem non oporteat progredi. leges solutiones argumentorum Durādi apud Capreolum tertio sententiarum, distinctione 27. quæst. vnica contra sextam conclusionem.

Dilectio amici melior est, quàm dilectio inimi- B ci, & charitas feruentius diligit amicos, quàm inimicos. Hanc exprimit Diuus Thomas secunda secundæ, quæst. 27. art. 7. oppositum sustinet Durandus probans dilectionem inimici esse meliorem, & magis meritoriam in aliquo casu, quam dilectionē inimici. Sed in hoc decipitur, quia licet ex parte rationis propter quam diligitur aliquis dilectio inimici præmineat dilectioni amici cum ad remotiora se extēdat, tamen ex parte illius, qui diligitur dilectio amici est melior. Cum amicus sit magis coniunctus, & materia magis conueniens dilectioni. vide Capreolum vbi supra, soluentem argumen. Durandi, & Caiet. secunda secundæ, quæstione 27. C articulo septimo.

Gregor.

Dimensiones quædam sunt terminatæ, quędam interminatæ. Hæc distinctio colligitur ex D. Thoma super Boetium, q. 4. art. 2. Aur. tamen, & Grego. probant dimensiones interminatas non distingui à dimensionibus terminatis sicut ens in potentia ab ente in actu: tamen in hac conclusione putarunt impugnare Diuum Thomā de hac materia, & nihil dicunt contra ipsum, quia apud Diuum Thomam quantitas interminata, & quantitas terminata non sunt duo accidentia realiter distincta, sed eadem essentia quantitatis dicitur terminata, prout habet actualem terminum sui generis intrinsecum, eadē D vero dicitur interminata, prout consideratur sine tali termino, & vt existens in potentia ad alium terminum. lege Capreolum secundo senten. distin. 18. quæst. 1. contra quintam conclusionem.

Arim.

Dimensiua quantitas interminata nulla sic ponenda est quod præcedat formam substantialem in materia, & possit stare successiue cum diuersis formis substantialibus, & terminari diuersimode, secundum quod requirunt diuersæ formæ substantiales. Hæc sumitur ex tractatu de natura materiæ, quæ solet attribui Diuo Thomæ, & est contra Auerroem, quam arguunt Auerroistæ defendentes doctrinam Auerr. & præcipuè Gregor. de Arimino in E secundo senten. distin. 12. q. 2. omnes tamen decipiuntur, cum impossibile sit aliquod accidens pręcedere formam substantialē in materia prima, propterea soluuntur omnia argumenta aduersariorū à nostris præcipuè à Capreolo secundo senten. distin. 18. q. 1. cōtra sextam conclusionem, quia quàntitas interminata est accidens.

Distinctio rationis sufficit ad hoc vt de aliquo contradictoria verificari possint. Hæc est ex Diuo Thoma de potentia Dei, quæst. 7. articu. 1. & primo sententiarum, probans ad tollendum contradictionem præcipuè in diuinis non sufficere distinctionē rationis quæ solum virtualiter sit in re, & in actu per intellectum, sed hæc positio est falsissima, quia videmus quod idem punctum re, & differens ratione est principium, & finis, & secundum quod est principium non est finis, & cōtra, vnde cum essentia, & proprietas in diuinis sit idem re, & differunt ratione, nihil prohibet quod vnum sit communicabile, alterum vero incommunicabile, & sic contradictoria de eisdem verificātur. lege Capr. 1. sent. distin. 2. q. 3. art. 3.

Aureol.

Distinguuntur ratione, & non re relatio, & essentia in diuinis. Hanc docet Diuus Thom. p. p. q. 39. art. 1. & 1. senten. distin. 8. q. 6. art. 1. & dist. 33. q. 1. art. 1. arguit tamen contra Aureolus probans talē distinctionem rationis non esse in diuinis inter essentiam, & relationem, quia sequeretur in Deo esse compositionem, quod non consonat fidei veritati quod Deus sit compositus aliquo modo vel formaliter, vel ex natura rei, aut conceptibiliter, aut secundum rationem. Sed decipitur iste, quandoquidem illa dicuntur facere compositionem, quorum vnum est in potentia respectu alterius, vel ambo respectu alicuius actus, non sic est de essentia, & relatione, quæ sunt vnum esse subsistēs, vnde Deus nullo modo est compositus realiter, aut formaliter sine secundum rationem, licet habeat plures rationes ad eò quod relatio, & essentia ex parte rei, idem sunt, sed in intelligi non idem sunt, quia conceptus qui illam non repræsentat, vt est relatio, non repræsentat eam, vt est essentia, & sic tota distinctio potest dici extrinseca, vel ratione obiecti. lege Capreolum, primo senten. distin. 2. quæst. 3. art. 3. in responsione ad quartum argumētum, & sequentia. & Bartholomæus Torres in tract. de Trin. Caiet. & Bannes, quæst. 27. p. p.

Scotus.

Differunt ratione tantum diuina essentia, & relatio. Hæc etiam conclusio sumitur ex eisdem locis supra citatis, & præcipuè ex primo sent. dist. 33. q. 1. art. 1. Impedit eam suis argutijs Scotus asserendo proprietates, & essentiam distingui plus quam ratione. Sed decipitur Scotus, quia per rationem non venit intelligendus ipse actus rationis, vel potentia, quæ est ratio, sed nomen intentionis, secundum quod ratio est diffinitio, licet in diuinis non possit esse, nec diffinitio, nec genus, nec differētia, nec compositio, sed erit ibi alius conceptus essentiæ, & alius relationis, & isti conceptus non sunt in rebus, sed in anima tantum, habent tamen aliquid in re correspōdens, scilicet naturam cui intellectus attribuit huiusmodi intentiones. argumenta Scoti soluit Capr. 1. senten. distin. 33. q. 1. contra tertiam conclusionem.

Ioānes Sco.

Dolor sensibilis vere, & proprie fuit in Christo. Hanc docet D. Tho. 3. par. q. 15. art. 5. & 3. sent. dist. 15. q. 2. art. 3. q. 1. & 1. 2. q. 35. art. 1. vbi declarat quæ requiruntur ad rationē doloris, contra arguit Scotus probans ad rationem doloris non requiri coniunctionem mali, & perceptionē huius coniunctionis, nec similiter de delectatione respectu boni. in qua positione errat plurimum Scotus, cum ad rationē sensibilis doloris necessario requiratur coniunctio disconuenientis secundum sensum, & perceptio huius coniunctionis, sicuti ad delectationē requiritur coniunctio boni, & perceptio huius coniunctionis. vide Capr. 3. sen. dist. 15. q. vnica contra

secundā cōclusionem vbi soluit argumenta Scoti,

Donum prout dicitur personaliter est propriū nomen Spiritus Sancti. Differitur hæc propositio à D. Thoma p.p.q.38. art.2. & 1. sent. dist. 18. q.1. ar.1.

Aureolus. & 2. Hāc eandem labefactari perquirit Aur. & aliorum nonnulli probantes donum nō esse proprium nomen Spiritus Sancti, sed profecto decipiuntur isti. Enimuero omne nomen respectum connotās, & importās in diuinis est personale, & eum donum primo dicat respectum originis, & amorem, & respectum ad susceptiua doni, sicuti verbum tria pręsefert, scilicet respectum originis, notitiā, & respectum ad res dictas: ergo sole clarius est nomen ipsum esse personale. vide solutiones horum argumētorum Aur. apud Capr. 1. sent. dist. 18. q. 1. contra tertiam conclusionem, & apud Caietanum prima primæ, vbi supra.

Dona Spiritus Sancti sunt habitus distincti à virtutibus infusis, Theologicis, & Cardinalibus. Diui Thomæ est sententia primæ secundæ, q.68. artic.1.

Sco. dist.34. q. vnica. & 3. senten. distin. 34. q.1. art.1. Hanc tamen infringere conatur Scotus, probans quod dona beatitudines, & fructus non sunt habitus distincti à virtutibus, & allucinatur vtique in hoc cum aduersus Beatum Gregorium primo Moralium depromat hoc distinguentem septem dona, eaque designari per septem filios Iob, à tribus virtutibus Theologicis, quæ signantur per tres filias Iob. & in secundo Moralium distinguit eadem septē dona à quatuor virtutibus Cardinalibus, quas signari voluit per quatuor angulos domus, quādoquidem dispositiones mobiles ad hoc vt prompte moueantur à motoribus diuersarum rationum, & alterius generis in mouēdo, oportet esse diuersorum rationum, sed dona, & virtutes sunt huiusmodi dispositiones ergo sunt diuersarum rationum. Argumenta Scoti soluit Capr. 3. senten. distin. 34. q. vnica, contra primam conclusionem, & Caietanus prima secundæ vbi supra.

Dona Spiritus Sācti remanebunt in patria. Prosequitur hanc veritatem etiam Diuus Thomas prima secundæ, q.68. art.6. & 3. sent. dist. 34. q.1. art.3.

Dis.33.q.4 contra quam sustinet Dur. aliqua dona consilium fortitudinem timorem videlicet, & pietatem non remanere in patria, quō ad actum. Sed decipitur, quia ista dona pręfata habēt duplex obiectum vnū est materiale, & quasi terminus à quo, aliud formale, & quasi terminus ad quem quod est differentia secunda, & mensura vel cōformitas ad illam, secundum obiectum manebit in patria, non autem primum, quia in quocunque statu mens hominis perfecte sequitur motionem Spiritus Sancti ad actus super humanos in eodem habet dispositionem vel habitus reddētes eam bene mobilem à Spiritu Sancto ad tales actus, sed status patrię est huiusmodi: ergo in statu patriæ remanebunt hæc dona. lege Capr. 3. senten. vbi supra, qui soluit argumēta Dur. contra secundam conclusionem, & Caiet. prima secundæ, vbi supra.

Duratio Dei est ipse Deus. Hæc videtur sumi ex

Aureolus. p.p.q.10. art.2. cōtra quam arguit Aur. probans in Deo nullam esse durationem. in qua positione errat, quia concedit D. Thom. quod in Deo nulla sit duratio, de cuius ratione sit numerus, vel vnitas quantitatis, sicut nec magnitudo Dei est aliquid de genere quantitatis continuæ. hinc duratio Dei, nihil positiuum addit ad suum esse, vel essentiam, sed solam negationem variationis, vel successionis, quæ dicitur vniformitas formalis, vnde sicut Deus non est æternus, sed est sua æternitas, quod nulli creaturæ competit, ita Deus non est durans, sed sua duratio, & nulla alia res à Deo est sua duratio, quia non est suum esse. argumenta Aur. vide soluta apud Capr. 1. sent. distin. 9. art. 3. prima quæstione in vltimo loco.

Diuina essentia est principium quo omnium actuum diuinorum. Hanc docet D. Tho. 1. senten. distin. 5. q.1. art.1. & distin. 6. quæst. 1. art. 3. contra quam arguit Greg. probando quod diuina essentia nullo modo debet poni principium quo generandi, aut spirandi. & tamen decipitur hic homo cum quilibet actus cōueniens diuinæ personæ, aut conuenit sibi ratione suæ essentiæ, aut ratione suæ proprietatis. Si ratione essentiæ tanquam illius, cuius virtute agit tali actu, & sic habetur propositum Greg. Ariminen. si ratione proprietatis, aut hoc est inquantum illa proprietas est absolutum quid, aut qnid relatiuū, non secundum, quia relatio, vt relatio non est principium agendi, nec ratio agendi nec terminus, si est quid absolutum cum omne tale sit diuina essentia, vel fundetur in ea, sequitur qnod omnis actus conueniens diuino supposito, conuenit ei ratione essentiæ tanquam principij quo suppositum agit. vide argumēta Greg. soluta à Capreolo primo sententiarum, distin. 6. quæst. 1. contra primam conclusionem.

Diuina generatio terminatur ad essentiam, & personam. Hanc docet Diuus Thomas primo sententiarum, distin. 5. q. 3. art. 1. contra quam arguūt Aur. Ocham, Greg. & Duran. probantes essentiam non esse formalem terminum diuinæ generationis. Ocham. allucinantur tamen omnes hi, cum terminus generationis in creatis possit dupliciter accipi, sicut & principium dicitur enim principium generationis ipsum generans, & huic principio correspondet sicut terminus ipsum genitum, dicitur etiam principium generationis à quo incipit generatio, & hoc modo principium generationis dicitur priuatio formæ cui correspondet forma per generationem inducta, sic etiam in diuinis cum generatio inueniatur in eis secundum illud quod est perfectionis in ipsa, sed tota perfectio generationis est ex termino ad quem: ergo in generatione diuina est terminus ad quem, sed non est alius nisi essentia loquendo de formali termino, nec alius quam persona loquendo de tali genito, ergo generatio diuina terminatur ad essentiam, & personam. vide Capreolum soluentem argumenta aduersariorum primo sententiarum, distin. 5. quæst. 1. contra primam conclusionem.

Diuina essentia sub ratione qua est intellectus est principium generationis verbi. Hæc sumitur ex Diuo Thoma primo sententiarum, distinctione sexta, quæstione prima, articulo tertio. cōtra quam arguit Guido de Carmelo probans diuinam essentiam non esse principium generandi verbum sub Guido de Carmelo. ratione intellectus, vel alterius attributi. Et allucinatur quia essentia diuina est principium omnium actuum diuinorum, licet essentia sub ratione essentiæ non dicat principium actus, qui est operatio,

ratio, sed qui est esse, cum in essentia sit considerata duersa attributa, quæ sunt realiter vnum, in ipsa tantum ratione distincta actus refertur ad essentiã secundum illud attributum quod exigit actus con ditio, sicut intelligere est ab essentia inquantum ip sa est intellectus, & res volire, quę possunt esse & nõ esse producuntur ab essentia inquãtum ipsa est voluntas. Solutiones argumẽtorum, vide apud Capr. 1. sent. distin. 7. q. 1. in replic. contra secundam conclusionem.

Diuina essentia non est genita per se nec per accidens. Hanc ponit D. Thom. 1. sent. dist. 5. q. 3. art. primo. Contra quam Petrus Tartaretus probans diuinam essentiam generare, & generari saltem per accidens, quam opinionem etiam tenet Henricus, & multi alij, & falso existimant: quandoquidem in diuinis est eadem essentia in genito, & generante penitus indiuisa, & sic non generatur etiam per accidens, quia constat quod non per se, cum etiam in creaturis non per se generetur, nõ enim generatur per se homo: causa autem quod in genitis creatis natura generetur per accidẽs quando suppositum per se generatur est hoc, quia scilicet essentia diuiditur, nec habet idem esse in generante, & genito, nec est eadem numero, sed alia, & alia: hoc autem non est in Deo. Igitur opinio istorũ est falsa. hinc Capr. soluit argumenta omnium quæ sunt multa dist. 5. q. 1. contra tertiam conclusionem. (Petrus.)

Diuina essentia non se habet in diuina generatione proprie loquendo sicut materia vel subiectũ, licet habeat vnam de conditionibus materiæ. hanc ponit D. Thom. 1. senten. distin. 5. art. 1. q. 2. & p. p. q. 41. art. 3. Dur. & Hẽricus arguunt probando diuinam essentiam se habere in diuina generatione, vt materia, & vt subiectum, & aberrant toto cœlo, quia propria, & completa ratio subiecti, & materię includit imperfectionem, cum se habeat per modũ potentialis, & perfectibilis per actum superuenientem, & sic non cõuenit diuinæ essentiæ, licet vna sit conditio materiæ, & quod maneat in re, & quod per eam res subsistit, & hoc conuenit diuinæ essentiæ, & sic habebit vnam de conditionibus materiæ, quę nõ importat imperfectionem. argumenta soluit Capr. 1. sent. dist. 5. q. 1. aduersus quartam conclusionem, & Caiet. & Torres, & Bannes p. p. quæst. 41. articulo tertio. (Henricus.)

Effectus idem numero non potest causari à causis eiusdem speciei. Hanc scribit D. Th. 1. par. q. 52. artic. 3. & in pluribus alijs locis. cõtra quam arguit Scotus, Ocham, & multi alij probantes eundem effectum numero posse causari à diuersis agentibus eiusdem speciei ex eadem materia, sed irrationabilis apparet horum opinio, quia cum causa, & effectus sibi proportionaliter sibi correspondeant, vt sicut à calido fit calidum, ita ab hoc calido fit hoc calidum, & hic calor, aliter inter causam efficientem, & suum effectum nõ esset ordo per se, sed à casu nec effectus particularis, & signatus haberet causam signatam, sed indifferentem, quod est absurdum magnum affirmare, argumenta aduersariorum omnes nostri soluũt, sed præcipue Capreolus secundo sententiarum, distinctione 20. quęst. 1. contra tertiam conclusionem, & Caietanus prima primæ, vbi supra. (Ocham.)

Electio est actus voluntatis, licet ille actus, quo voluntas tendit in aliquid quod proponitur, vt bonum, formaliter fit ipsius rationis, seu intellectus. Hanc ponit D. Thom. prima secundæ, q. 13. artic. 1. contra quam arguit Aur. sustinens directionem, & ordinationem, quæ est in actu electionis non esse ab intellectu, sed à volũtate: sed decipitur, quia intellectus quodammodo volũtatem præcedit, & ordinat actum eius inquantum, scilicet voluntas tendit in suum obiectum secũdum ordinem rationis eò quod vis appræhẽsiua appetitiuę suum obiectũ præsentat. Propterea voluntas materialiter se habet ad ordinem, qui imponitur à superiori potentia, & ideo actus ille formaliter est ab intellectu, & materialiter à voluntate. vide argumenta eius soluta à Capr. 1. senten. dist. 1. q. 2. contra tertiam conclusionem. (Aureolus.)

Elementorum formæ dantes esse actu materiæ non sunt ponendæ in homine pręter animam rationalem. hanc narrat D. Thomas p. p. q. 76. art. 4. contra quam arguit Aur. probans in mixto non totaliter corrumpi elemẽta, sed remanere secundum aliquam realitatem pertinentem ad rationem formæ. Tamen allucinatur, quia si formæ elementorũ essent actu in mixto vel essent integrę vel confractæ non primo modo, quia tunc sequeretur duo corpora esse in eodem loco, non secundo, quia ex hoc sequitur, quod substantia susciperet magis, & minus. Igitur sequitur tantum virtualiter remanere. solutiones argumenti, vide apud Capr. 2. senten. dist. 15. q. 1. & apud Caiet. p. p. vbi supra. & in quadam nostra peculiari dispositione de mixtione elementorum. (Aureol.)

Elementorum qualitates sunt contrariæ in mixto, ex quarum actione potest sequi corruptio corporis mixti. Hęc sumitur ex Diuo Thoma in quęstione de malo, q. 5. art. 5. cõtra quam arguit Dur. probans mixtum ex elementis non esse corruptibile ab intrinseco propter intrinsecam actionem elementorum, cum elementa, quia nõ manent in mixto non agant ad inuicem: sed allucinatur, quia licet contrariæ qualitates in corpore mixto regulentur & conseruentur, nec se inuicem corrumpant per formam substantialem, quę est impresio quędam corporis cęlestis, & ex tali impresione, & regulatione per formam substantialem impeditur corruptio mixti. tamen qualitates elementorum actiuę, & passiuę remanent contrariæ, & ex quali contrarietate potest ab intrinseco sequi corruptio. vide solutiones argumentorum Dur. apud Capr. 2. sent. distin. 30. q. 1. contra primam conclusionem. (Dur. dist. 30. quæst. 1.)

Emanatio ab vno est per modum naturæ: emanatio, seu processio à duobus est per modum voluntatis. Hæc sumitur ex D. Thom. de potentia Dei, q. 10. ar. 2. contra quam arguit Aur. probans quod emanare ab vno non plus pertinet ad modum naturæ, quam voluntatis, nec emanare à duobus plus pertinet ad modum voluntatis, quàm naturæ. Sed male arguit cum rei veritas se habeat, quòd concursus duorum suppositorum ad actum spirandi est necessarius voluntarius, & liber, & hic est modus voluntatis: modus autem naturæ est quod fit determinatus ad vnum, ita quod vnus effectus est ab vna causa, & vna causa habe t vnum determinatum, & principalem effectum re, vel ratione, & si vnus effectus est à pluribus illa plura gerunt

vicem vnius. Solutiones argumentorum vide Capreol. 1. senten. distin. 6. quæst. 1. contra quartam conclusionem.

Ens secũdum rationem prius est quam bonum. Hanc ponit D. Thom. p. p. q. 5. art. 2. cui aduersatur Aur. probando ens nõ habere vnam rationem, sed non considerauit, quòd ratio in proposito nihil aliud est, quam illud quod intellectus apprehendit de significatione huius nominis entis, quæ similiter se habet in his quæ diffinitionem habent prout Arist. ait ratio quam significat nomẽ, est diffinitio, sed quædam dicuntur habere rationem sic dictam quæ non diffiniuntur, quia sunt genera generalissima, vt ratio qualitatis est illud quod significatur nomine qualitatis, & sic de quantitate, & de ente, ac cæteris alijs, lege Capr. soluentẽ argumẽta eius, 1. senten. dist. 2. q. 1. contra primam conclusionem. (margin: 4. Metaph. Tex. 26.)

B

Ens non dicitur vniuoce de Deo, & creaturis. Sic dicit D. Thom. plurimis in locis suæ doctrinæ præcipue, 1. senten. distin. 35. q. 1. art. 4. & de veritate, q. 2. art. 11. & de ente, & essentia, cap. 1. contra arguit Scotus probans ipsum ens habere vnum conceptum vniuoce cõmunem Deo, & omnibus creatis, & allucinatur valde hac parte, quoniam vniuocata æqualiter participãt rationem vniuoci, vt Leo & homo æqualiter sunt animal, sed Deus & creatura non æqualiter participant rationem entis cum Deus sit ens per essentiam, & ens independens. Creatura autem est ens per participationem, & ens dependens, non ergo possunt esse vniuocata sub ente, nec iuuat distinctio tradita à Scoto, de illa triplici vniuocatione logica, physica, & metaphysica, quia hic loquimur de vniuocatione de qua loquutus est Aristoteles in prædicamentis, & licet plurima argumenta adducat in contrarium, illa tamen probant dari ens quod dicit alium cõceptum formalem à Deo, & à creaturis, sed non alium obiectalem vniuocum. vide argumẽta soluta apud Capr. 1. sen. dist. 2. q. 1. contra nonam conclusionem, & apud Caietanum in de ente, & essentia. vbi supra, & in dilucidationibus nostris in 4. Metaph. (margin: Scotus.) (margin: Diluc. 1.)

C

D

Ens non refertur ad non ens relatione reali, sed bene relatione rationis. Colligitur hæc propositio ex doctrina D. Thomæ de potentia Dei, q. 7. art. 11. & de veritate, q. 1. art. 5. & 1. sent. dist. 26. q. 2. art. 1. & p. p. q. 13. ar. 7. & q. 28. ar. 1. Cui aduersatur Greg. Ariminensis asserentes ens realiter referri ad non ens, & econtra. Sed decipitur cum relatio realis tũc sit quando vtrũque extremum est res naturæ, quia tunc est habitudo inter aliqua duo secundum aliquid realiter cõueniens vtrique, sicut de omnibus rationibus consequentibus quantitatem patet, vt magnum paruum duplum, & dimidium, nam quãtitas in vtroque extremorum est res naturæ, & simile est de rationibus, quæ consequuntur actionẽ & passionem, vt motiuum, & mobile, pater, & filius, & similia. hinc soluuntur argumenta ipsius à Capr. 1. senten. distin. 30. q. vnica, art. 2. contra primam conclusionem. (margin: Arimin.)

E

Aequale dicitur per negationem maioris, & minoris. Huius est sententia D. Thom. p. p. q. 42. art. 1. quam impugnans Aur. probat ad rationem æqualitatis non sufficere negationem maioritatis, & minoritatis absque commensuratione. Et re vera plurimum delirat vir iste, cũ æqualitas species sit proportionis, est enim æqualitas aliquorũ habentium qualitatem vnam commẽsuratio: est etiam doctrina Arist. 10. Metaphysices loquendo de æqualitate, quæ est in prædicamento quantitatis, nam consistit hæc in quantitatis commẽsuratione. Sed æqualitas quæ in diuinis reperitur personis non est mensurabilis ab alio, nec a se ipsa mensurata. lege Capr. eius dissoluentem argumenta, 1. sent. dist. 19. q. 2. contra primam conclusionem. (margin: Aureol.) (margin: Tex. 12)

Aequalitas diuinarum personarum fundatur in quantitate virtutis. hanc docet doctrinam D. Thomas vbi supra ad primum argumẽtum. quam etiã Aur. conatur infringere sustinens æqualitatem diuinarum personarum haud aliud esse, quam similitudinem, & idẽtitatem. Verum falsum depromit quoniam æqualitas includit similitudinem, & aliquid plus, excludit nãque excessum quoniam quæcunq; communicant in forma vna possunt dici similia, veluti si aer diceretur similis igni in calore sed non diceretur æqualis: identitas nullam impoetat distinctionem in supposito, sed magis vnitatẽ. vide argumenta ipsius soluta apud Capr. 1. senten. dist. 19. q. 2. contra secundam conclusionem. (margin: Aureol.)

Episcopalis potestas quo ad aliqua est superior potestate sacerdotis. Colligitur ex D. Tho. 4. sent. dist. 24. q. 3. art. 2. q. 1. contrarium tenuerunt aliqui moti quibusdam friuolis rationibus. Quorum opinio nedum falsa, sed hæretica videtur, quia D. Augustinus libro de hæresi narrat de Aerio quodam quod ambiens Episcopatũ quem obtinere non potuit, vt par nihilo minus Episcopis videretur, asseruit Sacerdotes pares esse Episcopis, ex qua radice prodierũt post modũ Vuithclephitæ, Vualsitæ, & sorte nostro tempore Lutherani, qui quoniam ad Episcopatus dignitatem peruenire nõ poterant, ne in aliquo Episcopis minores esse viderentur, Episcopos omnibus sacerdotibus pares efficere curãrũt, quod vtique non negamus quo ad actum cõsecrandi verum corpus Christi, sed maxime quo ad actũ hierarchicum respectu Christi, mistici corporis. vide Capr. 4. senten. distin. 25. q. 1. contra primam conclusionem. (margin: Aerius hæreticus.) (margin: Vuithclephitæ.)

Episcopatus est ordo accipiendo ordinem large, prout ordo dicitur tam de sacramento quàm de officio, non autem proprie, & stricte, prout ordo est sacramentum. Hæc est D. Thomæ vbi supra in solutione secundę quæstiũculę. contra sustinet Aur. probans Episcopatum nõ esse alium ordinem distinctum à sacerdotio, quæ opinio est falsa, quia ordo prout est sacramentum imprimit charactẽrẽ, & specialiter ordinatur ad Eucharistiæ sacramentum in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur. Episcopalis potestas non imprimit characterem, propterea necessario est ordo distinctus. vide Capr. 4. sent, dist. vbi supra contra secundam conclusionem. (margin: Aureol.)

Aequatur filius patri nõ tamen econtra: ita etiã Spiritus Sanctus æquatur patri, & filio: nullus tamẽ eorum æquatur Spiritu Sancto. Colligitur ex Diuo Thoma 1. sent. dist. 19. q. 1. art. 1. Cõtrarium huius conclusionis sustinet Aur. & allucinatur, quia cum æqualitas possit significari per nomina, & verba primo modo dicitur mutua æqualitas in diuinis personis, scilicet filius est æqualis patri, & econtra, quia filius habet magnitudinẽ patris, & pater magnitudi-

gnitudinem filij, fecundum vero quod æqualitas importatur per verba, videtur fignificare cum motu licet non fit motus in diuinis perfonis, eft tamẽ ibi accipere naturam, magnitudinem, & perfectionem, & quia filius accipit à patre, & non e conuerfo ideo filius æquatur patri, non autem dicitur e conuerfo, & eft doctrina Aug. 6. de trinitate afferentis imago fi perfecte implet illud cuius eft imago ipfa coæquatur ei, & non illud fuæ imagini. lege argumenta Aur. foluta apud Capr. 1. fen. dift. 19. q. 2. contra tertiam conclufionem & Cai. & Torres, & bannes. p. p. q. 42. ar. 1.

Aequalitas & fimilitudo & identitas funt relationes reales. Hanc docet D. Thom. de potentia B Dei q. 7. ar. 9. Contrarium probat Aur. quod fimilitudo & æqualitas non funt in rerũ natura nifi intellectus apprehendat contra Arift. 5. metaph. ponentem quafdam rationes caufatas ex quantitate, quafdam autem ex actione, & pafsione, & quod vnum in fubftantia facit idem, in quantitate æquale, in qualitate fimile. Aur. argumenta vide foluta apud Capr. 1. fent. dift. 30. q. 1. contra primam conclufionem.

Tex. 20.

Aequalitas in creaturis eft relatio realis. Hanc fcribit D. Thom. 1. fent. dift. 31. q. 1. art. 1. Contrarium huius fubftinent Aur. & Dur. & decipiuntur cum relatio realis fit inter extrema realia diftincta, C & cum hæc habeat æqualitas vt de fe patet, irrationabiliter dici videtur quod æqualitas non fit relatio realis. lege Capr. 1. fent. dift. 31. q. 1. contra tertiam conclufionem.

Durand.

Aequalitas in diuinis eft relatio rationis. Hanc dicit D. Thom. vbi fupra, oppofitum tenet Scotus & fequaces probantes æqualitatem & fimilitudinẽ in diuinis effe relationes reales. Et toto aberrant cœlo, quia fi æqualitas effet relatio realis, aut hoc effet ex parte effentiæ, quæ eft communis aut ex parte relationum quibus diftinguuntur, non primo quia effentia eft vna & eadem numero, & idem ad fe ipfum non refertur aliqua relatione reali, non fe D cundo quia relatio non refertur ad aliam relationem per mediam relationem; quia fic effet in infinitũ procedere. Vide Capr. 1. fent. dift. 31. q. 1. contra tertiam conclufionem.

Francifcus Lichetus.

Effe quo creatura actu exiftit in rerum natura diftinguitur ab ea. Hanc fcribit D. Thom. plurimis in locis fuæ doctrinæ, fed præcipue fecundo contra gentes cap. 52. Huius oppofitum fubftinet Henricus, & alij non quam plurimi probantes effe & effentia idem realiter effe, tamen effentia includit refpectum producibilis à Deo, effe vero, producti; fed irrationabiliter loquitur quia fubftantia vnius cuiufque ex fe & non per aliud. Sed cuiuslibet E creaturæ effe eft ei per aliud, nã alias non effet creatura. Ergo nullius creaturæ effentia eft fuum effe. maior patet quia effe lucidum actu non eft de fubftantia aeris, quia eft ei per aliud. argumenta aduerfariorum vide foluta apud Capr. 1. fent. dift. 8. ar. 1. & Caietanum de ente & effentia cap. 5. & in noftris dilucidationibus fuper 4. metaph.

Henricus. quolib. 2. q. 7.

Dilucid. 4

Effe addit aliquid fupra effentiam ipfius creaturæ. Afferit hoc D. Thom. 1. fen. dift. 33. q. 1. ar. 1. Ad oppofitum autem Cauillat henricus Godofredus Gerardus de Carmelo & Aur. & re vera longe errant imuero effe nihil aliud eft, nifi quædã actualitas impreffa omnibus entibus à primo ente, nulla enim effentia creaturæ eft tantæ actualitatis quod pofsit actu exiftere, nifi ei imprimatur actualitas quædam à primo ente, & illa actualitas [illegible] catur effe quod additur ipfi effentiæ. l. g. Cap. vbi fupra ar. 2.

Gerardus de carmelo

Effentia Diuina non poteft effe formalis uifio intellectus creati. Elicitur ex D. Thom. hæc propofitio p. p. q. 54 ar. 1. & 2. contra Ioannes de ripa probat diuinam effentiam poffe effe rationali creaturæ actualem notitiam immutatiue licet non informatiue ideft effe actum vifionis, & non folum fpeciem. Quæ opinio reputatur falfa, cum repugnet diuinam effentiam effe formalem vifionem aut cognitionem, aut notitiam creato intellectui, quod non eft ita de diuino in quo folo fuum effe eft fua effentia in al js autem effentia nõ eft fuum effe, fed eft principium effendi: ita in folo Deo fuum intelligere eft fuus intellectus in alijs intellectus eft principium actus intelligendi effentia diuina non poteft effe fic principiata ab intellectu creato, hinc nõ poterit effe actus intellectionis feu vifionis, vt dicunt aduerfarij. lege Capr. 3. fent. dift. 14. q. 1. contra primam conclufionem.

Ioannes de ripa.

Effentia diuina per nullam creatam fimilitudinem repræfentantem videri poteft. Hanc facit D. Thom. p. p. q. 12. ar. 2. contra quam arguit Aur. multis argumentis quæ foluit Capr. 4. dift. 49. q. 5. contra primã cõclufionem & Caiet. p. p. vbi fupra quia cum diuina effentia fit aliquid incircumfcriptum & infinitum, non poteft per aliquid finitum & limitatum repræfentari, licet requiratur fimilitudo ex parte noftri, quæ eft lumen gloriæ confortans intellectum, &c. lege Caie. p. p. q. 12.

Aureolus.

Aeternitatis ratio cõfiftit in apprehenfione vniformitatis eius quod eft omnino extra motũ. Hãc recitat D. Thom. p. p. q. 10. ar. 2. Contrarium docet Aur. quia ratio menfuræ non confiftit in ratione menfurati, fed vniformitas eft illud quod menfuratur per æternitatem. Ergo ratio nõ confiftit in vniformitate æternitatis, fed in duratione, & uera ipfius, fed allucinatur hic vir cum vniformitas materialis fit illa, quæ menfuratur æternitate, & illam non uocat D. Thom. æternitatem, fed folum illam quæ dicit actum fub vnitate. lege Capr. 1. fen. dift. q. q. 1. ar. 2. & Caiet. p. p. vbi fupra.

Aureolus.

Aeternitas eft quædam duratio. Hanc ponit D. Thom. p. p. vbi fupra. Cuius oppofitũ probat Aur. Scotus vero ait quod actualis effentia Dei cum triplici refpectu negatiuo vel pofitiuo aptitudinali tã tum eft ratio formalis æternitatis. Ille autem refpectus importatur per hoc quod dicitur interminabilis tota fimul & perfecta pofſefsio. D. Thom. ait quod ratio æternitatis confiftit in menfuratione vniformitatis eius quod eft extra motum & eft duratio quædam. Vide Capr. vbi fupra ar. 2. & Caie. p. p. vbi fupra & Cat. & Bannes p. p. q. 10.

Scotus.

Eue corpus tantum, & tale quatum, & quale fuit in fua formatione fieri de cofta Adæ, aut de aliquo minimo ofsis vel carnis abfque additione materiæ non fuit pofsibile. Hanc aggreditur D. Thomas p. p. q. 92. ar. 3. Cuius oppofitum probant Henricus & Dur. fubftinẽtes corpus Euæ potuiffe fieri a Deo ex cofta abfq; additione, & rarefactione, fed falfum docent in hac parte, quando quidem corpus magnum

Henricus.

gnum quando fit ex paruo, hoc contingit per rarefactionem, aut per additionem, sed corpus mulieris magnũ factum fuit ex parua costa. Igitur hoc fuit per additionem, aut per rarefactionem, quia corpus mulieris non erat rarius costa in tanta proportione, in quãta erat maius, & sic necessario fuit per additionem. lege Capreol. 2. sent. dist. 19. q. p. contra secundã conclusionem, vbi soluit argumenta aduersariorum, & Caieta. p. p. vbi supra in quadam notula.

Eucharistia est vnum de sacramentis, tamen corpus Christi cum speciebus concurrit per modum vnius virtutis in hoc sacramento. Hanc aggreditur D. Thom. 3. p. quæstio. 73. art. 1. contra probat.

Aureol.

Aureol. quod corpus Christi cum speciebus non concurrit in hoc sacramento per modum vnius virtutis, & decipitur, quia S. Thomas non habet, quod verum corpus Christi sit virtus sacramenti Eucharistiæ formaliter, & per essentiam, sed quod est subiectum talis virtutis partialiter, & similiter species sunt subiectum virtutis illius partialiter aggregatũ autem ex vtroque sunt complementum integrum adæquatum subiectum eius. vide Capreol. 4. sent. dist. 8. q. 1. contra primam conclusionem.

Eucharistiæ materia sunt species panis, & vini. Hanc ponit D. Tho. 4. sent. dist. 11. q. 2. art. 1. q. 2. & tertio, contrarium sustinet Aureol. probans materiam huius sacramenti non esse species, sed allucinatur, quia S. Thomas accipit materiam sacramẽti extenso nomine pro quolibet signo sensibili habente conditiones materiales puta extensionem sitũ, & huiusmodi, & hoc pacto concedit D. Thom. qđ species panis, & vini sunt materia Eucharistiæ quomodo dicit Vgo, quod sacramentum est materiale elementum, exterius oculis suppositum, quoniã alibi docet D. Thom. quod materia Eucharistiæ sunt panis, & vinum, & probat quadrupliciter. lege Capr. 4. sent. dist. 8. q. 1. art. 3.

Aureolus.

Eucharistiæ sacramentum est in quo assumuntur panis & vinum, quibus communius homines reficiũtur, & hoc ad vsũ spiritualis mãducationis. Hanc recitat D. Tho. 3. p. q. 74. art. 1. contra arguit Aureol. probans vsum huius sacramenti non esse partem essentialem huius sacramenti, sed male arguit, quia vsus non est perfectio huius sacramenti prima & principalis: sed secunda, & completissima significatio, ac vltimata perfectio, cum significet vnionem manducantis ad Christum, & vulnerationem Christi in sua passione, & robur animæ, & visionem beatificam, quæ per essentiam suam videnti coniungitur. lege Capr. vbi supra dist. 8. q. 1. q. 3.

Aureol.

Eucharistia est vnum, sed non plura sacramenta. Hanc ponit D. Thom. 3. p. quæst. 73. arti. 2. Huius oppositum docet Aur. probans hoc sacramentum non esse dicendum vnum vnitate integritatis præcise: sed allucinatur, quia D. Thom. ex parte sumentis loquitur præcipue sacerdotis ad quem pertinet hoc sacramentum consecrare & perficere, & ad corporalem refectionem duo requiruntur, scilicet cibus qui est alimentum siccum, & potus qui est alimentum humidum, & ideo ad integritatem huius sacramenti duo requiruntur, scilicet spiritualis cibus & potus. Vide Capr. vbi supra. contra secundam conclusionem.

Eucharistiæ forma consistit in his verbis, hic est Calix sanguinis mei & cætera. pro forma consecrationis vini, pro forma vero consecrationis panis in his videlicet hoc est corpus meum. Hanc ponit D. Thom. 3. p. q. 78. ar. 1. & 2. Contrarium subtinet Scotus dicens, quod si quis hæc uerba hoc est (sine illis qui pridie) proferret esset sacramẽtũ sub conditione adorandum, quæ opinio non videtur tuta, quia illa est completa, & perfecta ac præcisa forma in Sacramento Eucharistiæ quæ habetur ex institutione Christi: sed tantum illa verba in conclusione proposita habentur ex institutione Christi. Igitur opinio Scoti nõ est vera, nec amplius subtinenda contra Iosephum minoritam defendentem Scotum in floribus quæstionum Theologicarum; quia determinata est 2. de cõs. dist. 2. cap. cum Marte de celebratione missarum, & est expresse diffinita in consilio florentino. lege Capr. vbi supra ad argumenta contra tertiam & quartam conclusionẽ.

Scot. dist. 8 q. 1. ar. 2.

Ioseph. Angles.

Eucharistiæ sacramentum est in quo non solum significante, sed continente est corpus Christi ex vi conuersionis factæ. Hanc docet D. Thom. 4. sent. dist. 10. q. 1. art. 1. contrarium subtinet Dur. probans corpus Christi non esse in hoc sacramento, tã quam contentum, sed solum tanquam præsens, sed decipitur cum expresse sit contra determinationẽ Innocentij dicentis corpus Christi esse in pluribus locis, secundum quod continetur sub pluribus speciebus: sed nõ intelligitur proprie localiter aut circumscriptiuę nec diffinitiue, sed per modum substantiæ eo scilicet modo, quo substantia cõtinetur à dimensionibus, succedit enim substantia corporis Christi in hoc sacramento substantiæ panis. Vide Capr. dist. 10. 4. sent. contra. 1. conclusionem.

Dur. dist. 11 q. 1.

Eucharistiæ sacramentum est in quo forma panis conuertitur in formam corporis Christi, secundum quod dat esse corporeum non autem secundũ quod dat esse animatum. Hanc ponit D. Thom. 3. p. q. 76. ar. 1. Contrariũ docet Scotus ponens animam rationalem ex vi sacramenti contineri eucharistia in quantum anima, sed decipitur falsum supponendo in philosophia quod in Christo sint plures formæ substantiales, quod esse non potest, quia tunc sequens esset accidens, & non daret esse simpliciter, sed tantum prima esset illa, quæ daret esse simpliciter: lege Capr. 4. sent. dist. 10. q. 2. contra primam conclusionem.

Scot. dist. 11 q. 3. ar. 2.

Eucharistia est in quo est totus Christus totalitate quantitatis dimensiuę sic, quod tota quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento. Hanc recitat D. Thom. 3. p. q. 76. ar. 4. Cui aduersantur Dur. probans quod in eucharistia nõ sit quantitas dimensiua Christi. Sed non aduertit, quod in eucharistia est tantum substantia corporis Christi ex vi sacramenti. Quantitas autem dimensiua est ibi concomitanter, & quasi per accidẽs ideo quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento, non secundum proprium modũ, vt scilicet sit totum in toto, & singulæ partes in singulis partibus, sed per modum substantiæ cuius natura est tota in toto, & tota in qualibet parte. lege Capr. vbi supra contra 2. conclusionem & Caiet. p. p. vbi supra.

Dur. dist. 10 q. 2.

Eucharistia est in quo ponitur quantitas corporis Christi conuenientissime per modum substantiæ. Hæc sumitur ex D. Thom. vbi supra cui aduersatur

Scot 4 ſét. dist. 10. q. 1 ſatur Scotus probans, quod modus ponendi corpus Christi quantum non quantitatiue in euchariſtia non ſit conueniens, & tamen decipitur, quia quantitas corporis Christi per hoc quod concomitatur in ſacramento primum terminum tranſſubſtantionis, non caret ibi aliqua proprietate ſibi naturaliter, & neceſſario conueniente, vt quantitas eſt, licet non habeat modum eſſendi quantitatiue in ordine ad extrinſecum à ſe ſeparatum, habet tamen modum eſſendi quantitatiue quo ad ſe, & proprium ſubiectum, & ſic non perdit aliquid neceſſario, & naturaliter conſequens, quia condiuidi, & commenſurari loco, vel exteriori dimenſioni non neceſſario nec naturaliter conuenit quantitati dimenſiuę: vt patet de quantitate vltimæ ſphæræ quæ nullo loco vel continenti commenſuratur. lege Capr. ſoluentem argumenta Scoti vbi ſupra, & Sotum in loco vnde ſumpta eſt concluſio.

Euchariſtia eſt in quo quantitas corporis Christi abſoluitur à legibus quantitatis. Hæc concluſio colligitur ex D. Thom. vbi ſupra cui aduerſatur Aureol. Aur. probans, quod non ideo quantitas corporis Christi in euchariſtia abſoluitur à legibus quantitatis, quia non eſt ibi niſi, per concomitantiam, & allucinatur valde, quia in euchariſtia non totaliter abſoluitur ipſa quantitas à legibus quantitatis nec ab aliquo ſibi neceſſario conuenienti intrinſece, ſed a quodam reſpectu extrinſecus adueniente, vel à quodam effectu accidentali, & nõ abſoluitur totaliter, nec principaliter niſi à virtute diuina efficiente, & non ex concomitantia ſubſtantiæ, nec ex aliquo creato, licet aliqua negatio vel reſpectus ſit diſpoſitio ad illam abſolutionem, puta quod quantitas non eſt in euchariſtia tanquam terminus conuerſionis nec virtute ſacramenti, ſed ex inſeparabili inhæſione, & concomitantia ſubiecti. lege Capr. vbi ſupra in fine. 3. ar.

Euchariſtia eſt in quo Christus ſecundum eſſe, quod habet non mouetur per ſe: ſed per accidens moueri poteſt localiter ad motum euchariſtiæ. Hanc ponit D. Thom. 3. parte q. 76. ar. 6. & 4. ſent. Scot. diſt. 10 q. 6. diſt. 10. q 1. ar. 3. Cui ſe opponit Scotus probans, quod nulla virtus creata poteſt mouere corpus Christi: vt eſt in ſacramento. Verum in hoc falſum docet Scotus, quia quod continetur in aliquo localiter moto ſecundum ſe, & quodlibet ſui, & non ſeparatur ab eo quandiu mouetur, tale mouetur ſaltim per accidẽs ad motum alterius & ſic eſt de corpore Christi reſpectu euchariſtiæ ergo, &c. & in tali motione per accidens concurrit aliqua participatio miraculi, nec mere ſit hic motus per accidẽs virtute creata principaliter, non quod talis motio ſit nouum miraculum, ſed dependet ex principali miraculo conuerſionis ſubſtantiæ panis in corpus Christi. lege Capr. diſt. 10. q. 3. contra ſecundam concluſionem.

Euchariſtia eſt in quo Christus mouetur localiter ad motum hoſtiæ conſecratæ. Hæc ſumitur ex Diſt. 10. q. 3 D. Thoma vbi ſupra cuius oppoſitũ ſubſtinet Dur. & male, quia cum corpus Christi ſine informatione & inhæſione vniatur inſeparabili concomitantia ſpeciebus panis conuerſi remanentibus, & ſic reddat mobile proportionatum virtuti creatæ motione per accidens ſecundum eſſe, quod habet ſub ſpeciebus, & ſic virtus creata per ſe mouet hoſtiam, vt A agens principale, in qua hoſtia reperitur Christus ſecundum eſſe ſacramentale, & quia hoſtia mota deſinit eſſe ab vno loco, & incipit eſſe in alio, ſequitur neceſſario, quod etiam corpus Christi mutet locum cum inſeparabiliter ſit in illa hoſtia conſecrata. lege Capreol. vbi ſupra artic. 3. ad argumenta Durand.

Euchariſtiæ ſacramẽtum in quo realiter eſt corpus Christi, quod quidem, vt eſt in hoc ſacramento à nullo oculo corporali videri poteſt: cui ſe opponit Scotus probans oculum corporalem poſſe Scotus. videre corpus Christi, vt exiſtens in ſacramento. concluſio D. Thomæ, eſt in 3. p. q. 76. art. 7. & opi- B nio Scoti eſt falſa, quia nullum corpus non potẽs immutare medium videndi per ſua accidentia, nec organum viſus, poteſt videri ab oculo corporali, ſed corpus Christi ſecundum eſſe, quod habet in euchariſtia eſt huiuſmodi. Igitur ſecundum tale eſſe non poteſt videri ab oculo corporali, de qua materia Vide latius Capreol. 4. ſent. diſt. 10. q. 4. contra primam concluſionem.

Euchariſtia eſt ſacramentum in quo Corpus, Christi ſecundum eſſe, quod habet in eo videri poteſt à beato. Hæc concluſio eſt D. Thomæ 3. p. ubi ſupra, cui aduerſatur Scotus probans beatum, per Scotus. actum beatificum non videre corpus Christi in ſa- C cramento, & decipitur quia beatus actu vel habitu intuetur ea omnia de quibus eſt fides viatoris, ſed de corpore Christi ſecundum, quod habet eſſe in euchariſtia, eſt fides uiatoris. Ergo actu vel habitu ipſum videre poteſt. lege Capr. vbi ſupra contra ſecundam concluſionem.

Euchariſtia eſt Sacramentũ in quo corpus Christi ſecundum eſſe, quod habet in eo à nullo beato videri poteſt, loquendo de curſu naturali, & propria virtute, non autem de cognitione beatifica de qua poſita eſt præcedens concluſio, hæc ſumitur ex D. Thoma vbi ſupra. Cui ſe opponit Scotus Scotus. probans intellectum angelicum, vel animæ ſepara- D tæ, & vel hominis beati naturaliter poſſe videre exiſtentiam corporis Christi in euchariſtia: in qua opinione plurimum delirat, quia naturalis cognitio angelorum, & omnium beatorum non poteſt eſſe in illo de quo directe eſt fides. Sed Christum eſſe in euchariſtia eſt fides. Igitur impoſſibilis apparet poſitio Scoti. lege Capreol. 4. ſentẽ. diſt. 10. quæſt. 4. articul. 3. contra tertiam concluſionem, vbi ſoluit pulcherrime ſua motiua.

Euchariſtia eſt ſacramentum in qua ſubſtantia panis, & vini, non remanet poſt conſecrationem. Hæc eſt D. Thom. 3. p. quæſt. 75. art. 2. Cui aduerſatur quidam Ioannes Pariſienſis aſſerens probabi- Ioannes pariſienſis. E liorem eſſe opinionem, quæ ponit in ſacramento euchariſtiæ remanere ſubſtantiam panis poſt conſecrationem, quàm opinionem oppoſitam. Quæ poſitio uidetur habere duplicem ſenſum, vel ſecundum illos, qui aſſerunt panem ſimul eſſe cum euchariſtia, quorum Dux fuit Ioannes Vuhidcleph, vel ſecundum illos, qui dicunt panem eſſe corpus Christi, vt eſt Lutherus, qui omnes anathematizantur in Concilio Tridentino aſſerente quod ſi quis dixerit in ſacramento Euchariſtiæ remanere ſubſtantiam panis, & vini, vnà cum corpore & ſanguine Christi &c. anathema ſit. Vide Capr. Soluentem motiua ipſius Ioannis Pariſien. 4. ſent. diſt. 11. quæſt. 1.

quæst. 1. contra primam conclusionem.

Eucharistia est sacramentū in quo corpus Christi incipit esse per conuersionem panis in ipsum. Conclusio est D. Thomæ 3.p.q.75.ar.4 Cui aduersatur Scotus probans corpus Christi non incipere esse sub sacramento solum per conuersionem panis in illud, & allucinatur, quia omne quod incipit esse alicubi nouiter per propriam mutationem, vel per mutationem alterius terminatam in ipsum, dicitur incipere esse ibi: sed corpus Christi incipit esse in altari, & sub sacramento, & non per propriā mutationem. Igitur per mutationem alterius terminatam ad ipsum, sed non est aliud, cuius mutatio terminetur ad ipsum, nisi panis, nec ille nisi per conuersionem panis in ipsum: ergo corpus Christi incipit esse in eucharistia per conuersionem panis in ipsum. Vide Capr. soluentem argumenta Scoti vbi supra contra tertiam conclusionem. *Scotus.*

Eucharistia est sacramentum in quo licet substātia panis & vini non maneat post consecrationem, non tamen proprie annihilatur. Conclusio hæc est D. Thomæ vbi supra. Cui Scotus contradicit & irrationabiliter loquitur, quia annihilatio proprie terminatur ad nihil, sed conuersio panis vel eius mutatio nō terminatur ad nihilum, sed in corpus Christi. Igitur falsum est substantiam panis in transubstantiatione annihilari, hinc hec conuersio non annihilatio sed transubstantiatio vocatur. D. quoque Augustinus libro 83. q. ait ille ad quem nō esse non pertinet non est causa tendendi ad non esse, sed Deus est huiusmodi. Ergo ipse nihil in nihilum reducit, vnde cum prædicta conuersio fiat virtute diuina in ea substantia panis non potest reduci in nihil: vt ipse Scotus affirmat. Cuius argumenta annihilat Capr. vbi supra. Contra secundam conclusionem. *Scotus. Quæst. 10.*

Eucharistia est sacramētum in quo corpus Christi nullo modo transmutatur, sed tātum panis, qui conuertitur, & transubstantiatur in ipsum Christi corpus. Hanc docet D. Thomas 4. sent. dist. 11. q. 1. art. 3. quæst. 1. Cui aduersatur Dur. probans quod vel aliquid de substantia panis puta materia remanet in hoc sacramento, vel substantia panis veraciter, & proprie annihilatur. Verum quia positio de remanentia panis post consecrationem in eucharistia dictum est quod est damnata tanquam hæretica cum contrarietur venerationi huius sacramenti si remaneret ibi aliquid quod non posset adorari adoratione latriæ; positio de annihilatione est irrationabilis, propterea vide argumenta eius soluta à Capr. vbi supra dist. 11. q. 1. contra secundam conclusionem. *Durand.*

Eucharistia est sacramentum in quo conuersio facit primum terminum conuersionis succedere loco conuersi, & sic corpus Christi est in hoc sacramento mediante hac conuersione. Hæc conclusio sumitur ex D. Thom. vbi supra. Cui Scotus & Dur. aduersantur probantes conuersionem nihil facere dispositiue ad esse corporis Christi in altari, & quod Deus sine conuersione æque facere posset, quorum positio est impossibilis, quia respectus per nullam potentiam potest causari vel haberi in aliquo sine suo fundamento, & quia corpus Christi esse in altari sacramentaliter dicit in corpore Christi respectum fundatum super conuersionem A præsentem aut præteritam, sicut paternitas dicit respectum fundatum super generationem actiuam. Ideò sicut impossibile est aliquem habere respectū paternitatis nō interueniente generatione actiua, ita impossibile est corpus Christi habere prædictū respectum non interueniente cōuersione alicuius substātiæ in ipsum. lege argumenta corū à Capr. dissoluta. vbi supra contra tertiam conclusionem. *Scotus.*

Eucharistia est sacramentum in quo non poterit esse simul cum substantia panis nulla conuersione facta. Habetur hæc propositio ex D. Thoma vbi supra. Cui se opponit Dur. probans corpus Christi posse esse in altari nulla facta conuersione, sed ma- B nente substantia, & allucinatur, quia licet corpus Christi possit esse in altari cum substantia panis localiter descendendo de cælo Deo faciente duo corpora esse in eodem loco, sed quod manens in cælo localiter fit in altari cum substantia panis sacramentaliter, non potest esse hoc: argumenta eius vide soluta apud Capreol. vbi supra contra tertiam conclusionem. *Dur.*

Eucharistia est sacramentum in quo per solam transubstantiationem corpus Christi veraciter reperitur. Scribitur à D. Thoma vbi supra. Cui aduersatur Aur. probans non esse sufficiēter dictū, quòd C in transubstantiatione sit successio esse vnius substantiæ post non esse alterius, sed profectò à veritate alienus comprobatur. Enimuero nihil aliud requiritur hic nisi quod substantia corporis Christi immediate succedat substantiæ panis sub eisdem accidentibus, licet substantia panis aliter se habeat quàm corporis Christi substantia, quoniam informabatur panis substantia suis accidentibus, nō autem substantia corporis Christi, nec est ibi aliqua transaccidentatio, quia nihil conuertitur in prædicta accidentia: vide solutionem argumētorum vbi supra contra tertiam conclusionem. *Aureol.*

D Eucharistia est sacramentum in quo fit conuersio substantiæ in substātiam, & est sicut in subiecto in vtraque substantia sicut ordo & numerus. Conclusio est sancti Thomæ vbi supra. Cui se opponit Aur. probans conuersionem vel transubstantiationem non esse subiectiue in pane, & siquidem diminute loquitur, quia sanctus Thomas non dicit, quod sit in pane tantū, sed in pane, & corpore Christi sicut numerus & ordo, vt patet 3. parte q. 75. ar. 4. hinc inspicias si velis argumenta eius dissoluta a Capr. vt supra in responso ad sextum. *Aureolus.*

Eucharistia est sacramentum in quo facta conuersione sola quantitas, & nō substantia panis erit E subiectum aliorum accidentium. huius author est D. Thomas 3. parte q. 75. ar. 5. Aduersus quam insurgit Scotus probans quantitatem non esse subiectum in eucharistia aliorum accidentium. Sed longe errat, quia subiectum tripliciter comparatur ad accidens, uno modo sicut præbens ei sustentamentum, nam accidens per se non subsistit, fulcitur vero per subiectū, alio modo sicut potentia ad actū, nam subiectum accidenti subijcitur, sicut quędam potentia actui vnde accidens forma dicitur, tertio modo sicut causa ad effectum, nam principia subiecti sunt principia per se accidentis: primo modo quantitas non potest esse subiectum alicuius accidentium, sed secundo, & tertio modo nō inconueniens. lege Capr. dist. 12. q. 1. ad argumēta Scoti 2. loco. *Scotus. Dist. 12 q. 2.*

Eucha-

Eucharistia est sacramentum in quo sola quantitas est sine subiecto non autem alia accidentia cum subiectiuentur in ipsa quantitate. Hæc sumitur ex eis locis vbi supra. Cui se opponit Aur. probans quantitatem non plus esse ibi sine subiecto quam alia accidentia, & allucinatur, quia quantitas naturaliter loquendo, potest esse subiectum, à quo aliorum accidentium, non autem alia accidentia habent hanc prærogatiuam, & sic in hoc sacramento, diuina virtute participat aliquam similitudinem perseitatis substantiæ, & modum essendi substantiæ. lege Capreol. vbi supra ad argumenta Aureoli.

Aureol.

Eucharistia est sacramentum in quo accidentia si corrumpantur ex eis sic corruptis generari potest substantia quædam. Hanc docet D. Thom. 3. p. q. 77. ar. 4. & 5. Cui aduersatur Scotus probãs cum ex accidentibus corruptis generatur vermis, non recipi formam substantialem nouam in dimensionibus determinatis, nec aduenire nouam materiã, quæ subijcitur formæ nouiter genitæ, & hoc per octo media, & in vanum laborat, quia nõ est mens D. Thomæ, Quod cum ex accidẽtibus eucharistiæ generetur aliqua substantia puta vermis, quod forma substantialis rei nouiter generatæ ex illis recipiatur subiectiue in solis dimensionibus interminatis, & non in aliqua materia, sed intendit quod dimensiones interminatæ cõuertuntur diuina virtute in materiam quantam, quæ est subiectum formæ substantialis nouiter inductæ, & est pars compositi nouiter generati. Vide Capr. ad argumẽtum Scoti vbi supra contra tertiam conclusionem.

Scotus.

Eucharistia est sacramentum in quo accidentia panis, & vini corrũpi possunt propositio est. S. Th. vbi supra. Cui contradicit Dur. probans quantitatem eucharistiæ non posse naturaliter corrumpi quia si corrũperetur naturaliter hoc esset vel actione contrarij, vel corruptione subiecti aut diuisione sui, non primo, quia quantitas non habet contrarium, non secundo, quia non habet subiectum, non tertio, quia quod corrũpitur diuisione sui habet terminum in minus. Hoc autem quantitas non habet cum sit diuisibilis in infinitum, ergo naturaliter corrumpi non potest. Sed allucinatus est in hac ratione cum quantitas, licet non habeat contrarium est tamen susceptibilis contrariorum, & sic per actionem illorum corrumpi potest etiam ratione subiecti aptitudinalis. Tertio per diuisionem, quia quantitas naturalis habet minus, quarto potest corrumpi per augmẽtationem, & sic omnibus his modis potest corrumpi naturaliter. lege Capr. vbi supra in fine 3. ar.

Dur. in 4 dist 12. q. 2

Eucharistia est sacramẽtum in quo plures sacerdotes possunt simul vnam & eandem hostiam, vel idem vinum consecrare. Hanc scribit D. Thom. 3. parte q. 82. ar. 2. & 4. sent. dist. 13. q. 1. ar. 2. q. 2. Dur. oppositum huius conclusionis edocet, & valde allucinatur, quia sacerdos cum ordinatur constituitur in gradu eorum, qui à domino acceperunt in cæna potestatem consecrandi, & ideò secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum sicut apostoli Christo cænanti concænauerunt, ita nouiter ordinati, episcopo ordinanti concelebrant, propterea Innocentius Tertius ait, quod omnium intentio debet ferri ad idem instans consecrationis. lege Caiet. vbi supra 3. p. distinguentem de facto, & de posibili. Vide etiã Capr. 4. sent. dist. 13. q. 1. contra primam conclusionem.

Dur. in 4. dist. 13. q. 3

Eucharistia est sacramentum in quo si vino consecrato admisceretur alius liquor in tãta quantitate, quod posset diffundi per totum vinum, totum fieret permixtum. Hãc ponit D. Thomas 3. p. q. 77. ar. 8. & 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 2. quæst. 6. Cui se opponit Dur. probans, quod si liquor oppositus speciebus vini sit eiusdem speciei, quo ad naturã substantiæ, & qualitatum, vt pote sit de eodem dolio primo consecratur vinum, & postea consecrato apponeretur simile non consecratum, quod non propter hoc desinit ibi esse sanguis Christi si illud, quod apponitur speciebus vini cõsecrati sit maius siue æquale siue minus, quia simile non corrumpit simile sibi. Quæ opinio est falsa, & irrationabilis, quia tunc si gutta sanguinis proijciatur in dolium plenum vino eiusdem speciei non desineret ibi esse sanguis Christi, quod videtur ridiculũ. lege Capr. vbi supra ad argumenta Dur. contra secundam cõclusionem secundo loco adducta.

Durand.

Eucharistia est sacramentum, quod si fuisset celebratum in triduo mortis Christi fuisset corpus Christi sine sanguine sub speciebus panis, & sanguinis sine corpore, sub speciebus vini sicut erat in rei veritate. Hãc explicat D. Thom. 3. p. q. 76. art. 2. Cui se opponit Scotus probans, quod ante incarnationem verbi Dei potuit ita vere eucharistiam fuisse, sicut & nunc, & hoc tam quantum ad significationem, quam quantum ad rem signatam, & contentam, & quod si corpus Christi annihilaretur secũdum suum esse naturale, eucharistia tamẽ vere posset manere, etiam quantum ad rem contentam, si tamen corpus Christi corrumperetur corruptione naturali puta, quia forma corporeitatis separaretur à materia prima non remaneret eucharistia, quo ad rem contentam, quæ opinio est imposibilis, quia ponit aliam existentiam esse secundum esse naturale ab illa, quæ est in sacramento, quia si ante incarnationem, ergo alia realiter est illa ab illa, quam habuit post incarnationem. lege Caiet. in expos. art. vbi supra contra Iosephum angles in suis floribus.

Scotus.

Aeuum est cui possunt coniungi prius & posterius. Hanc ponit D. Thom. p. p. q. 10. ar. 5. Cui contradicit Garro iustineus opinionem D. Bonauenturæ probando in æuo esse successionem sine innouatione, quæ opinio est falsa, quia imposibile est alicuius durationis esse duas partes simul quarum vna aliam non includat sicut mensis includit diem, vnde sicut est aliquid in die, ita & in mense, sed duo menses, & duo dies simul esse nõ possunt, quandocunque enim in alia duratione ponuntur duo, partes quarũ vna est prior, alia posterior, oportet, quod vna transeunte alia de nouo adueniet, & sic semper vbi est successio, ibi necessarium est esse innouationẽ, quare opinio supradicta minime stare potest. lege de hac re Capr. 2. sent. dist. 2. q. 2. contra secundam conclusionem.

Garro.

Aeuum est vnum numero omnium æuiternorũ. Hanc ponit D. Thom. p. p. q. 10. ar. 6. & quolibet 5. ar. 7. & in opusculo de instantibus. Cuius oppositũ tenet Romanus Aegidius, & Dur. & male, quia sicut est idem tempus numero omniũ tẽporalium,

Aegidius.

sic

ſic etiam oportet eſſe vnum æuum numero omniũ æuiternorum vide argumenta corũ ſoluta a Capr. 2.ſent.vbi ſupra contra ſextam concluſionem.

Aeuiternum primum eſt menſura omnium aliorum.concluſio eſt,D.Thomæ vbi ſupra,cuius oppòſitum ſuſtinent ſupradicti doctores, & irrationabiliter,quia quãdocunque ſunt multa einſdem generis eadem menſura homogenea menſurabilia ſemper prima talium eſt menſura formaliter, ſed omnia æuiterna ſunt in eodem genere menſurabilis, & menſurabilia eadem menſura homogenea ſicut temporalia eadem tempore. Igitur primum æuiternum eſt menſura aliorum omniũ.lege Capr. vbi ſupra contra 6.concluſionem.

Durand.

Aeuum ſubiectiue eſt in primo Angelo. Doctrina eſt D. Thomæ vbi ſupra. Contrarium huius ſuſtinet Varro probans æuum ipſum non eſſe ſubiectiue in primo æuiterno, & decipitur, quia æuum debet eſſe in primo ſimplicisſimo, ſed primus Angelus eſt ſimplicior omnibus. Igitur in primo reſidere debet.lege Capr.vbi ſupra.

Varro.

Aeuum eſt totum ſimul.Hanc ponit D.Thomas p.p.q.10.ar.5.oppoſitum tenet Scotus, quia continue fit à Deo; & deficere poteſt ab eſſe, & ſic poterit annihilari,& deinde iterum creari, & ſic non eſt totum ſimul,& decipitur, quia æuum nõ continue proprie loquendo fit: ſed conſeruatur à Deo, nec C poteſt deficere ab eſſe ab intrinſeco,licet Deus poſſit ipſum annihilare. lege Caiet. in expoſitione articuli.

Scotus.

Aeuiternum primum menſuratur æuo.Hanc ponit D.Thom.p.p.q.10.ar.6.quam concluſionem rẽprehendit Scotus, quia menſura ex natura rei eſt notior menſurato: ſed nihil eſt in primo æuiterno notius ipſa ſubſtantia æuiterni,& ſic nihil eſt in eo, quod habet rationem menſuræ ſubſtantiæ eius in qua ratione errat,quia æuum exiſtens in primo ęuiterno ſiue ſit eius ſubſtantia, aut exiſtentia ſiue nõ eſt notius in ratione menſurę ipſa æuiterni ſubſtantia,vt immutabilis quoniam nihil aliud eſt, quam D vnitas per modum menſuræ talis immutabilitatis, & propterea ipſum æuum eſt formalitas vnitas cui primo debetur ratio menſuræ.lege Caiet. in expoſitione huius,& Bannes.

Scotus.

Aeuum eſt in primo Angelo beato. Hanc ponit D.Thom.quolibet 5. art. 7. quam impugnat quidã Theologus dictus Garro, quia menſura debet eſſe naturalis, & quia lucifer naturaliter eſt ſupremus inter omnes tunc ipſe eſſet menſura omnium, & etiam ipſius animæ Chriſti, quod eſt inconueniẽs, ſed allucinatur in hac ratione,quia & ſi lucifer fuerit ſupremus inter omnes tamen operatio ſua eſt auerſa ab vno primo,& conuerſa ad multitudinem E inferiorum rerum, quarum primatum appetebat, & ſecundum hoc deficit à ſumma ſimplicitate ęuſ, & propterea reſidet in ſupremo angelo beato, qui etiam excedit animam Chriſti in ſimplicitate naturali,non tamen in perfectione ſupra naturali. Vide Capr. 2.ſent.diſt.2.q.2.contra ſextam cõcluſionem & Caiet. p.p. q. 10.narrantem plurimas opiniones circa hanc rem.

Garro.

Fatum reducitur ad diuinam prouidentiã, quia licet in quantum omnia, quæ hic aguntur diuinæ prouidentiæ ſubdantur,tanquam per eam preordinata, & quaſi prelocuta fatum ponere poſſumus.

A Hanc docet D.Thom.p.p.q.116.in qua Aur.impugnat fatum reduci ad prouidentiam, quia potius ad præſcientiam quàm ad prouidẽtiam reduci debet,& docet falſum, quia cum prouidentia includar præſcientiam ſtat, quod reducatur ad vtrunq; & principaliter ad prouidentiam, quæ ſuper præſciẽtiam addit applicationem,& ordinem ad ipſas res. Vide Capr. 1.ſent.diſt.40.ar.2.contra quartam concluſionem,& Caie.p.p.q.22.

Aureol.

Fatum ſecundum,quod ſubeſt diuinæ prouidẽtiæ immobilitatem ſortitur Hanc ponit D. Thom. vbi ſupra art. 3. Cuius oppoſitum nititur probare Aur. quia hæc concluſio omne conſilium,conatũ, B & omne politicum negotium tollit, & tamen valde allucinatur, cum in ſenſu compoſito loquendo,vanum eſt, quòd aliquid ſit ſimul præuiſum, & illud non eueniat,& quod quis conetur facere oppoſitũ illius,quod ſit fatatum, & prædeſtinatum, non tamen in ſenſu diuiſo.lege.Capr.vbi ſupra.

Aureol.

Fictio habita in aliquo ſacramẽto puta baptiſmatis, aut confirmationis ipſa recedente illud ſacramentum ſortitur ſuum vltimum effectum. Hanc recitat D.Thom.4.ſen.diſt.4.q.3.ar.2.quęſt.3.Cuius oppoſitũ docet ipſe Dur. probans recedente fictione baptiſmum, vel cõfirmationem ſuum vltimum effectum non habere; & valde allucinatur in hoc; C quia remota cauſa, remouetur effectus, ſed cauſa impediens effectum baptiſmi erat fictio. ergo remota fictione baptiſmus ſuum effectum conſequitur,& ſic etiam confirmatio,habemus etiam,quod cuilibet morbo culpæ in ſtatu viæ poteſt remediũ adhiberi, ſed contra originalem culpam non eſt aliud remedium,quàm Baptiſmus. Ergo cum ficte accedentibus originale non remittatur.Oporteret baptiſmum iterari ſi recedente fictione Baptiſmus ſuum effectũ nõ ſortiretur,quod eſt hęreticum.Vide Capr.4.ſent.diſt.7.q.1. contra ſecundam cõcluſionem,& Caiet.p.p.q.69.ar.10.

Durand.

Fides eſt virtus.Hanc ponit D.Thom. 2.ſecundę D q.4.art.2. Cuius oppoſitum ſuſtinet Dur. probans fidem quantumcunque formatam charitate non eſſe virtutem,& male,quia omnis habitus, qui ſemper eſt principium boni actus humani eſt virtus, ſed fides formata eſt huiuſmodi.Igitur.vide Capr. 3.ſen.diſt.24.q.vnica contra primam concluſionẽ; & Caiet. 2. 2. vbi ſupra,quod fides non eſt virtus intellectualis,nec eſt virtus moralis, ſed virtus Theologica ignota antiquis philoſophis.

Durand.

Fides formata,& informis infunditur homini à Deo.Hęc eſt D.Thomæ 2. 2.q.6.ar.1.Contra quam arguit Scotus probans præter fidem acquiſitã non requiri aliam infuſam, quia certum eſt quod in no E bis eſt fides acquiſita, quia ideo credo Canoni, quia credo veracitati eccleſię,authorizantis illum, & ſic non oportet ponere fidem infuſam, & allucinatur valde, quia ille habitus infunditur homini à Deo per cuius actus eleuatur homo ſupra naturam ſuam: ſed fides eſt huiuſmodi.Ergo tam informis, quam formata fides à Deo infunditur. lege Capr. ſoluentem argumenta Scoti contra ſecundam concluſionem vbi ſupra,& Caiet. 2. 2.q.6.ar.1. & Caiet. & Bannes vnde ſumpta eſt concluſio.

Scotus.

Fide eleuatur homo ſupra ſuam naturam. Sanctus Thom. docet hoc vbi ſupra. Cui ſe opponit Aureol. probans,quod fides infuſa non requiritur

Aureol.

propter

propter ſuper naturalitatem obiecti fidei, & male
quia cum ad fidem duo requiruntur alterum, vt
homini credibilia præponantur, alterum vero eſt
aſſenſus credentis ad ea quæ præponuntur, & quo
ad vtrúque fides eſt à Deò infundente, licet quis ſi
ne fide infuſa poſsit aſſentire virtutibus ſupernatu
ralibus. lege Capr. contra ſecundam concluſionem
ad argumenta Aureoli.

Fides neque informis neque formata remanet
in eo qui diſcredit vnum articulum fidei. Hæc eſt
D. Thomæ q. 5. artic. 3. Cuius oppoſitum ſuſtinet
Durand. Dur. probans quod in hęreticis remaneat fides in-
fuſa, quo ad articulos in quibus non errant, & in
hoc plurimum deficit, quia ſpecies cuiuſlibet habi
tus dependet ex formali ratione obiecti qua ſubla-
ta ſpecies habitus remanere non poteſt, ſed forma
le obiectum fidei eſt veritas prima, vt manifeſtatur
in eccleſiæ doctrina, quæ procedit ex veritate pri-
ma. Ergo quicunque non inhæret doctrinæ eccle-
ſiæ ſicut infallibili regulæ: ſed propriç voluntati, vt
eſt ille, qui pertinaciter diſcredit vnum articulum
non poterit habere fidem de alijs articulis, ſed opi
nionem ſecundum propriam voluntaté. lege Capr.
vbi ſupra contra tertiam concluſionem, & Caiet.
2. 2. vbi ſupra.

Fides eſt vna virtus, & non multæ, & vnus habi-
tus, & non multi ſpecie diſtinti. Hanc ponit D.
Scotus. Thom. 2. 2. q. 4. ar. 6. Cui ſe opponit Scotus probãs
fidem non eſſe ideo vnam de omnibus credibili-
bus eo, quod reſpiciat omnia credibilia, vt reuela-
ta à deo, & deficit non cóſiderando in obiecto po-
tentiæ tria inuenire, quod eſt formale, & id, quod
eſt materiale, & id quod eſt accidentale, & vnitas
obiecti eſt attendenda ex parte rationis formalis,
quæ in fide eſt prima veritas, ille igitur habitus vir-
tutis eſt vnus, & non plures qui habet vnum obie-
ctum formale, & non plura, ſed fides eſt huiuſmo-
di, quia idem eſt illud, quod ab omnibus creditur.
ergo fides eſt vna numero virtus ſi ſumatur pro
obiecto formali, ſi pro habitu eſt vna ſpecie, & ex
ſubiecto indiniduatur. lege Capr. vbi ſupra contra
tertiam concluſionem, & Caiet. 2. 2. vbi ſupra. &
Caietan. ac Dominicum Bannes vnde ſumpta eſt
concluſio.

Fidei formale obiectum eſt prima veritas. Hoc
docet D. Thom. vbi ſupra. Cuius contrarium ſuſti-
Aureolus. net Aur. probans veritatem primam non eſſe for-
male in obiecto fidei, ſed potius Deus ſub ratione
deitatis, & decipitur, quia deitas, ſeu diuinitas eſt
finis fidei, & intellectus ſub ratione veritatis, & ſub
ratione primæ bonitatis eſt finis voluntatis, & cha-
ritatis propterea prima veritas erit obiectum for-
male fidei, & non diuinitatis. Vide Capr. vbi ſupra
contra quartam concluſionem.

Fides eſt de non viſis. Sic docet D. Thom. 2. 2. q.
Durand. 1. ar. 4. & ar. 6. Cui ſe opponunt Aur. & Dur. proban
tes enigma vel incuidentiam non eſſe formale in
obiecto fidei, & ambo allucinantur, quia formalis
ratio obiecti fidei, poteſt accipi dupliciter, vno mo
do ex parte ipſius rei creditę, & ſic ratio formalis
omnium credibilium eſt vna ſcilicet prima veritas,
alio modo poteſt accipi formalis ratio credibiliũ
ex parte noſtra, & ſic eſt, vt ſit non viſum, ſeu in eui-
dentia. lege Capr. diſt. 25. contra primam conclu-
ſionem q. 1. & Caiet. vnde ſumpta eſt concluſio.

A Fides eſt de non ſcitis. Hæc eſt D. Thomæ 2. 2. q.
1. ar. 5. Cuius oppoſitum tenet Dur. probans quod Durand
fides quæ eſt habitus à deo infuſus poſsit ſimul ſta Diſt. 24
re cum ſcientia ita, quod idem ſit, quia nullum nõ
viſum eſt ſcitum ſed omne creditum eſt nõ viſum.
Igitur nullum creditum eſt ſcitum, & conſequen-
ter fides non eſt de ſcitis, nec in eodem ſubiecto re
ſpectu eiuſdem obiecti poteſt eſſe fides, & ſcientia
omnino, niſi dicamus, quod qui dare nunc videt
Deum habet ſcientiam, quam acquiſiuit in via. Vi
de argumenta eius ſoluta vbi ſupra contra ſecun-
dam concluſionem.

Fides eſt certior ſcientia ſimpliciter, licet non
B quo ad nos, & ſecundum quid. Hanc etiam ponit
D. Thomas. vbi ſupra, q. 4. ar. 8. & 3. ſent. diſt. 23. q. 2
ar. 2. quæſt. 3. Contra arguit Dur. probans quod fi- Dur. diſt.
des non debet dici certior ſcientia propter adhæ- 23. q. 7.
ſionem, & irrationabiliter loquitur, quia illud eſt
ſimpliciter certius cuius proxima cauſa, & princi-
palis eſt efficacior determinatior & certior & ad
oppoſitum inuertibilior, ſed aſſenſus fidei cauſa
proxima, & principalis eſt efficacior determinatior
& certior, & ad oppoſitum impermutabilior quã
cauſa aſſenſus ſcientiæ, aut ſapientiæ, aut intelle-
ctus. Igitur ſine ratione loquitur Dur. Hinc eius
C argumenta vide ſoluta apud Capr. vbi ſupra cõtra
ſecundam concluſionem.

Fidei actus, & viſionis beatificæ eſſe in eodem
ſubiecto eſt impoſsibilis. Hæc eſt D. Thom. p. 2. q.
67. ar. 3. contra quam arguit Dur. probando quod Dur. diſt. 31
non ſit hereticum nec contra ſacram ſcripturam q. 3.
ponere, quod habitus fidei poſsit remanere in pa-
tria, & tamen expreſſe contra id, quod ſcribitur
hebr. fides eſt argumentum non apparentium, con Cap. 11
ſtat autem, quod in patria nihil erit non apparens
de quo fuerit fides in via, & cum non ſit poſsibile
idem eſſe apparens, & non apparens eidem homi-
D ni ſimul, & ſemel apparet quod ſecundum mentem
apoſtoli fides eſt incompoſsibilis viſioni, & ſtatui
patriæ ſunt, & multæ aliæ authoritates ſacræ ſcri-
pturæ hoc idem aperte dicentes, & clare eſt videre
apud Capr. diſt. 31. q. vnica contra primam con-
cluſionem.

Filiatio non poteſt multiplicari in Deo, quia eſt
ibi ſumma immaterialitas. Scribit hãc D. Thomas
p. p. q. 41. ar. 6. & 1. ſent. diſt. 7. q. 2. ar. 2. cuius oppo-
ſitum habet Aureolus, & multis argumẽtis ſed ma- Aureolus.
le, quia cum Deus omnia intelligat & velit vno ſim
plici actu non poteſt eſſe niſi vna perſona procedẽs
per modum verbi, quod eſt filius, & vna per modũ
E amoris duntaxat, qui eſt ſpiritus ſanctus propte-
rea eſt perfectus filius, quia tota Diuina filiatio in
eo continetur, & ſic de ſpiritu ſancto, & hoc totum
ex diuina immaterialitate procedit vide argumen-
ta Aureoli ſoluta apud Capr. 1. ſent. diſt. 7. q. 2. con
tra ſecundam concluſionem, & apud Caiet. & Do-
minicum Bannes p. p. q. 41. ar. 2.

Filius perſonaliter diſtinguitur à Spirituſancto
per ſpirationem actiuam. Multis, & claris argumen
tis hanc elucidat D. Thomas p. p. q. 36. art. 2. & de
potentia Dei. q. 10. art. 5. & 1. ſent. diſt. 11. q. 1. ar. 1.
& 4. contra Gentiles. c. 24. ad oppoſitum habent ar
gumẽta Scotus Aur. & Gregorius de Arimino pro Greg. diſt.
bantes filium in Diuinis diſtingui à Spirituſancto 11. q. 2.
per filiationem, & non per ſpirationem actiuam, &
alluci-

allucinantur siquidem in diuinis personis nō alia A reperitur distinctio nisi illa, quæ est per oppositas relationes originis si spiritus sanctus nō spiraretur à filio non haberet relationem oppositā ad ipsum, & sic ab eo non distingueretur aliquo pacto argumenta aduersariorum vide soluta apud Capr. dist. 11. ar. 1. & Caietan. p.p. vbi supra contra secundam conclusionem.

Filius constituitur in esse personali per filiationem. Disserit eleganter D. Thomas de hac propositione p.p.q. 32. art. 3. & 1. sent. dist. 33. q. 1. art. 3. cui se opponit Gregorius probando, quòd filius non constituatur in esse personali per seipsum cum filiatio, & filius sint vnum & idem, & tamen deficit B Gregorins, quia licet filius, & filiatio non distinguantur à parte rei tamen distinguntur secundum modum significandi, vt forma & habens formam, & ideo prædicata contradictoria, quæ consequuntur ad huiusmodi distinctionem possunt de ipsis verificari. lege argumenta ipsius soluta à Capreolo vbi suprà art. 3.

Dist. 11. q. 1. ar. 1.

Forma vnica, scilicet substantialis reperitur in homine. Luculenter ostendit hoc D. Thomas. p.p. q. 76. ar. 3. & 4. & de potentia Dei q. 3. ar. 9. & quolibet. 11. art. 5. Cnius oppositum probant multi præsertim Gregorius de arimino, quòd in homine sint plures formæ secundùm diuersitatem prædicato- C rum substantialium, & profectò malè, quia cuiuslibet propositionis per se in primo modo dicendi per se ab eadem forma sumitur subiectum, & prædicatum: sed hæc propositio, homo est animal est per se in primo modo igitur ab eadem forma sumitur subiectum, quod est homo, & prædicatum, quod est animal, & sic non secundum diuersa prædicata sunt diuersæ formæ præcipuè cum nulla res verè & per se vna cōstituatur ex pluribus formis substantialibus, sed homo est ens vere, & per se vnū, igitur non poterit constitui in eo pluralitas formarum substantialium argumenta aduersariorum vide soluta apud Capr. 2. sent. dist. 15. q. 1. art. 3. con- D tra tertiam conclusionem.

Greg. dist. 16. q. 2.

Forma accidentalis est adueniens enti in actu, & ex ipsa & subiecto resultat aliquod tertium. Persuadet hāc D. Thomas. 7 Methaph. commento. 26. & 27. Cuius oppositum sentit Ioānes de Ripa, probans formam accidentalem sic actuare subiectum, quod tamen ex huiusmodi actuatione nō resultat aliquod compositum nec tertia entitas, & tamen est contra Arist. 7. Methaph. vbi suprà dicentem, quòd cum homo dealbatur per illam actionem nō fit homo, nec albedo sed compositum ex vtroque vbi ipse commentator ait, quòd genitum ex materia, & forma est compositum aliud ab eis vt hæc E sphæra demonstrata ex hoc cupro. lege Capr. dist. 5. q. 2. contra conclusiones.

In suis determinationibus.

Fortis fortitudine politica plus debet fugere peccatum oppositum fortitudini quàm mortem corporalem, & secundum rectam rationem exponit se morti, & eligit mortem propter bonum commune cuius est pars. Scribit hanc D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 3. & 2. 2. q. 26. art. 3. & 3. sent. dist. 29. q. 1. art. 3. cui se opponit Durandus asserens, quod loquendo de fortitudine pure morali de qua tractauerunt Philosophi, qui ignorarunt aliam vitam futuram post istam quamuis fortis non debeat recedere ab opere virtuoso timore mortis nunquam tamē licet ei elegere mortem pro defensione. reip. vel in quocunque alio casu, & tamen loquitur irrationabiliter & contra Aristotelem, ratio siquidem dictat, quòd omnis inclinatio rationis conformis inclinationi naturæ non corruptæ nec vitiatæ est laudabilis, & virtuosa, vel ad laudem pertinens, sed electio qua fortis politicus eligit mortem corporalem pro conseruatione Reip. & plus fugit Damnum reip. quàm damnum vitæ propriæ corporalis est conformis inclinationi naturæ integræ ergo mors pro communi bono eligenda est à virtuoso, vnde Arist. ait, mortem quam fortis sustinet in bello pro defensione Reipublicæ esse bonam, & laudabilem. lege Capreolum soluentem argumenta Durandi 4. sent. dist. 17. q. 2. contra tertiam conclusionem.

Dur. dist 22. q. 6.

3. ethic. capit. 9.

Fortunatus iuuatur a superioribus causis scilicet Deo, & Angelo. Hanc docet D. Thomas 3. contra gentiles. capite 92. cuius oppositū probat Aur. quod motus bene fortunatorum non debet reduci ad custodiam Angeli, & decipitur, quia licet accipiendo fortunatum pro eo, cui bona secundum apparentiam, & nō secundum veram existentiam succedunt, vt si diuitię cedant in nocumentum hominis sint procuratæ forsitan à demone, sed quæ cedunt in verum bonum possidenti, non possunt dici, quod à malo angelo sint procuratæ. Ideo necessario reduci debent ad custodiam Angelorum. lege Capr. p. sent. dist. 40. art. 2. contra vltimam cōclusionem, & ferrarien. 3. contra gent. vbi supra.

Aureol.

Fruitio est delectatio, quam aliquis habet de vltimo expectato, quod est finis. Hāc ponit D. Thom. prima 2. q. 11. art. 1. cui aduersatur Aureolus probans fruitionem potius esse amorem, quam delectationem, & decipitur, quia licet amor sit principalissima operatio voluntatis, sicut fruitio nihilominus amor est principium omnium affectionū; delectatio vero est finis earum, & secundum ordinem generationis amor præcedit desiderium, & desiderium delectationem, secundum ordinem vero intentionis est contrarius ordo, nam delectatio intenta causat desiderium, & amorem. Delectatio enim est fruitio boni, quæ est quodammodo finis sicut, & ipsum bonum, & hinc est, quod fruitio est potius delectatio, quam amor. Vide Capr. 1. sent. dist. 1. q. 1. contra tertiam conclusionem.

Aureolus 1. sent. dist. 12. q. 2.

Fruitio beatifica non solum transit obiectiue super Deum, immo super visionē, qua videtur Deus, & eadem fruitione fruimur vtroque. Hanc facit D. Thom. p. 2. q. 11. ar. 3. cui Aur. contradicit probando fruitionem beatificam non transire obiectiue super actum visionis beatificæ, & male cū finis non solum dicatur res intenta, sed etiam, habitio eius dicitur finis, vnde sicut non est alius finis Deus, & alius visio Dei, sic non est alia ratio fruitionis, qua Deo fruimur, & qua beatitudine creata, quæ est essentialiter ipsa visio Dei. lege Capr. vbi supra cōtra secundam.

Aureol.

Generatio diuina est processio viuentis à viuente coniunctio secundum rationem similitudinis in eadem natura, & numero specifica. Hæc est D. Thomæ p.p.q. 27. art. 2. contra quam arguitur ab Aur. tribus argumentis, quæ habes soluta à Capreol. 1. sent. dist. 9. q. 1. contra primam conclusionem.

Aureol.

Genera-

Aureolus.

Generatio passiua dicta siue natiuitas filij non est passio, sed relatio. Hanc ponit Diuus Thomas prima parte, quæst. 41. articulo primo. Cuius oppositum sustinet Aureolus probans generationem diuinam passiue sumptam non esse relationem, & male in hac parte, quia actio cum importet originem motus, sicut enim motus prout est in mobili ab aliquo dicitur passio, ita origo ipsius motus, scilicet quod incipit ab alio, & terminatur in id quod mouetur. Dicitur actio, remoto ipso motu. Actio nihil aliud importat, quàm ordinem originis, secundum quod ab aliquo procedit in id quod est ab illo, qui quidem ordo nihil aliud est nisi relatio, & cum in diuina generatione nullus sit motus, ideo illa generatio erit relatio. lege Capreolum vbi supra contra secundam conclusionem.

Aureolus.

Generare, & generari potius habent modum relationum, quàm actionum, & passionum. Hanc ponit Diuus Thomas prima parte, quæstione 41. articulo primo. Cui aduersatur Aureolus probans quod potius habent modum actionum, & passionum, quàm relationum, & pessimè dicit, quia actio, & passio dicunt motum vt in diuinis. nullus reperitur motus: igitur nec actio, nec paspasio dicunt motum, nisi solum grammaticè loquendo, quantum ad modum significandi. vide argumenta eius soluta, primò sententiarum, distin. 27. quæstione prima, contra secundam conclusionem.

Aureolus.

Generare & spirare cuius modi sunt actus notionales sunt idem realiter cum relationibus personarum, sed differunt secundum modum significandi. Hoc docet Diuus Thomas prima parte, quæst. 41. articulo primo, & primo sententiarum, distin. 27. quæst. 1. articulo primo. Contrarium tenet Aureolus, vt i rationabiliter, quia sicut est in essentialibus, quod idem secundum rem est, operatio, & Deus, & diuinitas, & tantum distinguuntur secundum rationem fundatam in re, ita est in personalibus, quod idem est secundum rem operatio personalis, & persona, & proprietas constituens personam, sed tantum differt, secundum rationem, & modum significandi vnde eadem ratio significatur per hæc tria, pater paternitas, & generatio, sed pater significat illum per modum proprietatis, generatio per modum operationis: lege Capreolum vbi supra, contra tertiam conclusionem.

Aureolus.

Generare sequitur ipsam paternitatem, & est eâ posterius, sed generari præcedit filiationem. Hæc conclusio sumitur ex Diuo Thoma vbi supra. Cuius contrarium sustinet Aureolus probans generare, secundum modum intelligendi præcedere paternitatem, & male, quia videmus quod omne quod intelligitur, vt progrediens ab aliquo sequitur secundum modum intelligendi constitutiuum illius, à qua progreditur, sed ita est ipsum generare, quia concipitur, vt progrediens à patre quasi per modum actus eius. Ergo formale constitutiuum personæ patris, quod est paternitas, secundum modum intelligendi præcedit simpliciter generare, & è conuerso illud, quod intelligitur, tanquam viam ad esse alicuius, & suum formale, videtur illud præcedere, secundum intellectum; generari autem intelligitur, quasi via ad personam filij. Ergo generari secundum intellectum præcedit filium, & filiationem. vide argumenta Aureo. soluta à Capreolo vbi supra, contra quartam conclusionem.

Dis. 13.
Bonauent.

Generatio & spiratio passiue sumptæ, non distinguuntur formaliter se ipsis. Hæc est Diui Thomæ de potentia Dei, quæstione decima, articulo secundo, & primo sententiarum, distinct. 13. quæstione prima, articulo secundo. Cui se opponunt Scotus, Bonauentura, & Garro probantes quòd generatio, & spiratio seipsis formaliter distinguuntur, & decipiuntur, quia vnum quodque distinguitur ab alio, secundum speciem per illud, à quo speciem habet, & secundum numerum per illud, à quo indiuiduatur, differentia autem inter processiones diuinas oportet quod sit non solum sicut ea, quæ differunt numero tantum, sed sicut ea, quæ differunt specie, cum vna sit generatio, alia vero non relinquitur. Ergo quod processiones diuinæ distinguantur per illud à quo speciem habent, nulla autem processio, nec operatio, aut motus speciem habet à se, sed sortitur speciem à termino, vel à principio. Vnde nihil est dictu, quod processiones aliquę distinguantur, sed oportet quod distinguantur penes terminos vel principia. Hinc Capreolus soluit argumenta eorum. primo senten. distinct. 13. quæst. 1. contra primam conclusionem.

Quolib. 5. q. 8. Henr.

Generatio & spiratio passiua non distinguuntur realiter penes principia, scilicet quod vna est processio per modum naturæ, & intellectus, alia per modum voluntatis. Hanc sustinet Diuus Thomas de potentia Dei, quæstione decima, articulo secundo, & primo sententiarum, distinct. 13. quæstione prima, articulo secundo. Oppositum huius tenet Henricus, & allucinatur, quia si istæ processiones distinguerentur penes principia, vt puta, quia principium vnius est natura, vel intellectus, alterius vero voluntas, sequeretur quod in procedente secundum vnam processionem inueniretur tantum, quod naturæ est, vel intellectus in altero vero, quod est intellectus tantum quod patet esse falsum, nam per vnam processionem quæ est filij à patre, communicat pater filio quicquid habet, & naturam, & potentiam, & intellectum, & voluntatem, & quicquid absolute dicitur sapientia genita, ita posset dici natura vel voluntas, vel sapientia genita, id est per generationem accepta, & sic cum omnia diuina attributa concurrant in vnam processionem filij, quod non potest processionum differentia inueniri, secundum diuersas rationes attributorum, ita quod per vnam processionem attendatur communicatio vnius attributi, & per aliam communicatio alterius. Ex his Capreolus soluit argumenta Henrici. vide secundam conclusionem.

Aureol.

Generatio & spiratio passiua distinguuntur realiter, secundum ordinationem originis. Hanc docet Diuus Thomas de potentia Dei, vbi supra, & primo sententiarum, loco superius allegato, & prima parte, quæst. 27. artic. 4. Contrarium huius docent Aureolus, & Scotus, sed male, quia licet in Deo non sit aliud voluntas, & intellectus, tamen de ratione intellectus, & voluntatis est, quòd pro-

processiones, quæ sunt secundum actionem vtriusque se habeant, secundum quendam ordinem non enim est processio amoris, nisi in ordine ad processionem verbi, nihil enim potest voluntate amari, nisi sit in intellectu præconceptum. Sicut igitur attenditur quidam ordo verbi ad illud, à quo procedit, tamen in diuinis est eadem substantia intellectus, & conceptio intellectus. ita licet in Deo sit eadem voluntas, & intellectus, tamen, quia de ratione amoris est, quod non procedit, nisi à conceptione intellectus. Ideo habet ordinis distinctionem processio amoris à processione verbi in diuinis, & non vt tenet Scotus quod distinguuntur hæ duo processiones realiter seipsis originatiue per principia arguitiue per terminos, nec vt tenet Aegydius ratione suppositorum, nec vt Henricus per principia formalia, vt Adam ex infinitate, & in illimitatione diuinæ essentiæ distinguuntur: ergo ex ordine reperto inter ipsa. lege Capreolum vbi supra, contra tertiam conclusionem, & Caietanum prima parte vbi supra.

Generandi potentia pertinet ad omnipotentiam patris. Sententia est Diui Thomæ de potentia Dei, quæstione secunda, articulo quinto, & primo sententiarum, distinctione vigesima, quæstione prima, articulo primo, & prima parte, quæst. 42. articulo sexto. Contrarium habet Bonauentura, Durandus, & Scotus probantes potentiam generandi nullo modo pertinere ad omnipotentiam patris, quia sicuti est eadem essentia, quæ in patre est paternitas, & in filio est filiatio, ita est eadem potentia, qua pater generat, & qua filius generatur. Vnde quicquid potest pater, potest filius, non tamen sequitur quod possit generare, sed mutatur quid in ad aliquid, nam generatio significat relationem in diuinis. Habet ergo filius eandem potentiam quam pater, sed cum alia relatione, quia pater habet eam, vt dans, & hoc significatur cum dicitur, quod potest generare, filius autem habet eam, vt accipiens, & hoc significatur cum dicitur quod potest generari, & ideo potentia generandi spectat ad omnipotentiam patris, & non ad omnipotentiam simpliciter. & sic filius dicitur omnipotens, sicut & pater, sed cum alio respectu, & ideo male Herueus, qui dixit quod filius dicitur omnipotens, quia potest omne possibile absolute. Scotus, Gregorius, & Franciscus dicunt quod omnipotentia hic dicitur respectu contingentis, & ideo filius est æque omnipotens sicut & pater. Aureolus verò dicit, quod Deus dicitur omnipotens, quia habet potentiam productiuam respectu cuiuscunque producibilis. Ideo filius est æque omnipotens, vt pater de quibus omnibus. lege Capreolum 1. sent. distin. 20. quæst. 1. contra primam conclusionem.

Bonauent. Herueus. Ioan. Duns Aureol.

Generandi potentia qua pater generat, est eadem qua filius generatur. Hanc docet Diuus Thomas vbi supra. Cuius oppositum sustinet Aureolus, & decipitur quia cum in diuinis non sit potentia passiua, nec passio nisi grammaticaliter loquendo licet enim potentia vera passiua nunquam sit eadem formaliter cum actiua, quia talis potentia differt realiter ab actu, sed loquendo de potentia passiua grammaticaliter, quæ potius dicitur potentia passiue dicta, quam potentia passiua, talis

Aureol.

A non oportet quod distinguatur à potentia actiua, nec ab actu, respectu cuius dicitur, sed eadem potentia cum relatione vna dicitur actiua, & cum alia relatione dicitur passiua, & sic est potentia patris, & filij, quæ est vna, & eadem. lege Capreolum vbi supra contra primam conclusionem.

Generans in diuinis habet potentiam generandi, & spirans habet potentiam spirandi. Hæc est Diui Thomæ prima parte, quæst. 41. artic. 4. & de potentia Dei, quæst. 2. art. 1. & primo senten. dist. 7. quæst. 1. art. 1. Cui contradicit Aureo. ex professo ipsam negans, & allucinatur valde quandoquidem in diuinis ponuntur actus notionales, & sic etiam B oportet ponere potentiam respectu huiusmodi actuum, cum potentia nihil aliud significet, quàm principium alicuius actus. Vnde cum patrem intelligamus, vt principium generationis, & patrem, & filium, vt principium generationis necesse est, quod patri attribuamus potentiam generandi, & patri, & filio potentiam spirandi, quia potentia generandi significat illud, quo generans generat, omne autem generans generat aliquo, & sic in omni generante oportet ponere potentiam generandi, & in omni spirante, potentiam spirandi, ex quo pessime loquitur Aureolus inquiens quod in Deo non est potentia productiua, nec generatiua, sed C idemptitatiua, & connexionis terminorum eo modo quo homo potest esse animal, male etiam affirmat Petrus de Palude quod in Deo est potentia productiua ratione generis non autem differentiæ hoc est inquãtum principium de quibus omnibus. lege Capreolum dist. 7. quæst. 1.

Petrus de Palude.

Generandi potentia principaliter in recto dicit diuinam naturam. Hanc ponit Diuus Thomas prima parte, quæst. 41. art. 5. & de potentia Dei, q. 2. art. 2. & primo senten. dist. 7. quæst. 2. art. 2. Cui aduersantur Bonauentura, Varro, Henricus, Scotus, Durandus sustinentes quod paternitas sit ratio generandi ipsi patri, & per consequens potentia pro- D ductiua, & male, quia paternitas significatur vt forma patris. Est enim proprietas personalis se habens ad personam patris, vt forma indiuidualis ad aliquod indiuiduum creatum, forma autem indiuidualis in rebus creatis constituit personam generantis, non autem est quo generans generat, alioquin fortes generaret fortem, vnde nec paternitas potest intelligi, vt quo pater generet, sed constituens personam patris generantis alioquin pater generaret patrem, sed illud quod pater generat est natura diuina in qua sibi filius similatur. Ex hoc fundamento soluit Capreolus argumenta ipsorum, vt est videre vbi supra contra primam cõ- E clusionem.

Varro.

Generandi potentia dicit relationem, puta paternitatem in obliquo. Hanc docet Diuus Thomas de potentia, quæst. 2. art. 2. & de prima parte, vbi supra. Cui aduersantur multi, & primo Scotus probans quod potẽtia patris est, quid absolutum, quod est memoria fæcunda, secundo Aureo. ait, quod est substantia patris cum habitudine rationis quæ est extremorum idẽtitas. Dur. vero probat quod est relatio, Hẽr. iudicat quod est essentia per relationem determinata. Greg. negat in Deo esse generatiuam potẽtiam, & omnes ferè allucinãtur, cum in qualibet generatione principium generans prin-

Ioan. Dũs.

principaliter non eſt aliqua forma indiuidualis, ſed forma quæ pertinet ad naturam ſpeciei, & ideo non oportet quod generatum aſsimiletur generanti quo ad conditiones indiuiduales, ſed quantum ad naturam ſpeciei, paternitas non eſt in patre per modum formæ ſpeciei ſicut humanitas in homine, ſic enim in eo eſt diuina natura, ſed eſt in eo vt principium indiuiduale, eſt enim proprietas perſonalis, & ideo non oportet quod ſit principium generationis principaliter, ſed quodammodo, & cointellectum hinc dicitur, quod potentia generandi ſignificat in recto diuinam naturam, ſed in obliquo relationem. ex hoc fundamento potes ſoluere argumenta aduerſariorum, quæ videas apud Capreolum vbi ſupra contra tertiam concluſionem.

Generatio in ſtatu innocentiæ erat neceſſaria, propter multiplicationem generis. Ponitur hæc q98.art.1. propoſitio à Sancto Thoma prima parte. Cuius oppoſitum tenuerunt nonnulli ex Armenis, vt narrat Guido Carmelita in ſua Summa de hæreſibus. Aſſerentes Adam, & Euam ſi permanſiſſet in iuſtitia non coituros vnquam, nec humanam ſpeciem per commiſtionem propagandam eſſe. Propterea Gregorius Niſænus dixit in libro, quem fecit de homine, quod in Paradiſo aliter fuiſſet multiplicatum humanus genus, ſicut multiplicati ſunt Angeli abſque concubitu per operationem diuinæ virtutis, quia in coniunctione carnali efficitur homo ſimilis beſtijs propter vehementiam delectationis, & concupiſcentiæ fœditatem, quæ in coitu inuenitur, & in ſtatu innocentiæ, in quo erat maxima rectitudo talis fœditas inueniri non poterat. Propterea nec generatio per coitum eſſe poterat, quæ opinio cum ſit expexpreſſe contra ſacram ſcripturam eſt manifeſte hæretica, & ſtare non poteſt, Cap 2. legitur enim Geneſis, quod Saluator noſter etiam Cap.19. retulit apud Matthæum, vbi prapoſita fuit ſibi quæſtio à phariſæis, an liceret homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa; Reſpondit non legiſtis, quod qui fecit ab initio maſculum, & fœminam fecit eos propter quod dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro vides ex verbis his, qualiter Deus fecit maſculum, & fœminam, vt generarent, nempe per coitum, quia ſic efficitur vna caro, videlicet in prole producta, vel quia vir nõ habet dominium ſui corporis, ſed vxor; Nec vxor habet dominium ſui corporis ſed vir, quia ſic facti ſunt vna caro; propter coitum, & naturalem amorem cohærentes, & ſicut impium eſt carnem ſuam diuidere, ita, & coniuges Cap.6. diuellere. Hinc & Apoſtolus ſcribens prima Epiſtola ad Corinthios, dixit an neſcitis quod qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur, ex quibus verbis aperte colligitur generationem, vt vnam carnem fieri nõ tantum in coitu coniugum, ſed etiam in fornicatio coitu, propter quod merito doctores definiunt ex fornicario etiam coitu oriri veram affinitatem, & licet in tali coitu reperiatur quædam deformitas immoderatæ concupiſcentiæ, quæ in ſtatu innocentiæ non erat, quandoquidem tunc vires inferiores ſubdebantur rationi, & ideo ſine morbo libidinis tunc temporis prolis generatio eſſet, quia eo nutu voluntatis membra virilia A in ſtatu innocentiæ mouebantur ſicuti, & cætera membra corporis, quæ ſine ardore, & illecebroſo ſtimulo, cum tranquillitate animæ, & corporis exercebant operationes ſuas, & hoc erat neceſſarium, & rationabiliter factum, quando quidem mulier fuit fabricata à Deo in adiutorium viri, ſed non ad aliud, niſi ad generationem, quæ fit per coitum adiuuari poſſet vir per fœminam. Nam ad quolibet aliud opus conuenientius vir per virum ſubleuari potuiſſet: ſequitur ergo in ſtatu innocentiæ generationem neceſſariam fuiſſe per coitum, & hoc non ex parte animæ quæ incorruptibilis eſt, ſed ex parte corporis, quod erat corruptibile, ex B ſui natura, idcirco ad multiplicationem humani generis talis generatio erat neceſſaria, de qua diffuſius vide Sanctum Thomam 2. ſenten. diſtin. 20. quæſtione ſecunda.

Genus eſt in quo non omne, quod ponitur eſt compoſitum ex materia, & forma. Omne tamen quod habet genus, & differentiam eſt ad aliquem gradum entium determinatum. Hæc ſumitur ex Diuo Thoma ſecundo contra gentes, cap. 95. & prima parte, quæſt. 50. art. 2. Cui aduerſatur Scotus, & nonnulli alij probantes, quod omnis res quæ per ſe ponitur in genere, ſit intrinſece compoſita ex aliquo potentiali, & aliquo actuali, & eſt manifeſte C falſum, quia licet in rebus materialibus aliud ſit quod determinat ad ſpecialem gradum ſcilicet forma, & aliud quod determinetur, ſcilicet materia, hinc in eis aliud eſt à quo ſumitur genus, & aliud à quo ſumitur differentia, tamen in rebus immaterialibus non eſt aliud determinans, & determinatum; ſed vnaquæque earum ſecundum ſe ipſam tenet determinatum gradum in entibus, & ideo genus, & differentia in eis non accipitur ſecũdum aliud, & aliud, ſed ſecũdum vnum, & idem, quod tamen differt ſecundum conſiderationem noſtram in quantum intellectus noſter conſiderat illam rem, vt indeterminatam vel vt indetermina- D te, & ſic accipitur in eis ratio generis inquantum vero conſideratur vt determinata accipitur ratio differentiæ, non ergo oportet omnem rem in genere exiſtentem eſſe compoſitam intrinſece ex potentiali, & actuali. vide Capreolum primo ſententiarum, diſtinctione octaua, quæſtione ſecũda contra primam.

Genus eſt in quo quicquid reponitur eſt finitum, & limitatum. Hanc ponit Diuus Thomas locis ſupra alllegatis. Cui propoſitioni contradicunt Gregor. & Aur. aſſerentes hanc propoſitionem eſ- Ariminen. ſe irrationabilem, quia non omne quod eſt in ge- Diſt.8.q.2. nere eſt finitum, & limitatum entitatiue, & tamen E eſt valde rationabilis, quia omne quod eſt in genere eſt diffinibile, & ſic finibile per differentiam ad certum gradum entium, quia diffinitio dicitur terminus, vt habetur quinto Metaphyſicorum, vbi Auerr. ait, quod finis dicitur de quidditate in ſubſtantia rei, & de ſermone qui ſignificat ſubſtan- Tex.22. tiam vniuſcuiuſque rei. Diffinitio eſt finis in cognitione, & eſſe rei, quia quod eſt finis in cognitione, eſt finis in eſſe, quod ergo eſt infinitum in entitate nullo modo eſt in genere, licet quod eſt infinitum ſcilicet quid poſsit eſſe in genere, puta linea infinita ex hoc ſoluuntur argumenta eorum, vt eſt videre apud Capr. vbi ſupra.

Genus est in quo Deus nullo pacto reperitur, nec directe, nec indirecte. Hanc ponit Diuus Thomas prima primæ, quæst. 3. art. 5. & primo contra gẽtiles, cap. 26. Cui se opponit Gregorius Arimin. pluribus medijs probans oppositum, & valde allucinatur, quia omne quod est in genere habet aliquid in se per quod natura generis designatur, & determinatur ad speciem, nihil enim est in genere, quod non sit in aliqua eius specie, hoc autem est in Deo impossibile, & sic etiam erit impossibile, ipsum esse in genere tanquam contentum, licet sit in omnibus generibus, vt principium continens perfectiones omnium, & appropriate, & in prædicamento substantiæ, vel large capiendo genus pro latitudine, & coordinatione substantiarum. vide Capreolum vbi supra. contra quartam conclusionem, & Caiet. p. p. vbi supra.

Ariminēsis

Genus quolibet est in quo, illud, quod est primum dicitur esse causa eorum, quæ sunt post. Hanc ponit Diuus Thomas plurimis in locis suæ doctrinæ, & præcipue tertio cõtra gentiles, cap. 81. Cui aduersatur Durandus, quia primum in genere prædicamentali, non oportet esse causam aliorum non enim color albus, qui est primus in genere colorum est per se causa aliorum in aliquo genere causalitatis, motus autem localis non est primus in genere causalitatis, quia nullum genus causalitatis habet super illos, sed deridendus venit in hac parte, quia sensus ab eo intentus nihil aliud importat nisi quod prima causa est causa, de quo nunquam aliquis dubitauit sed sensus verus est, quod inter res eiusdem generis prius perfectione, & natura, & tempore habent aliquam causalitatem super illa illius generis, & est Arist. secundo Metaphysicorum, Ex his soluuntur argumenta Durand. & Aureol. vt potes videre apud Capreolum secundo sententiarum, distinctione 14. quæst. 1. contra primam, & Caietanum prima primæ, quæst. secunda, articu. 3.

Dur. dist. 15. quæst. 3.

Tex. 4.

Gratia quæ est perfectio animæ essentiæ, est, à qua fluunt virtutes quæ sunt perfectiones potentiarum ab ipsa gratia essentialiter differentes sicut & ipsæ potentiæ, quæ realiter ab anima differunt. Hæc est Diui Thomæ secundo senten. distinct. 26. quæst. 1. art. 4. & prima secundæ, q. 110. art. 3. Cui se opponit Scotus plorando quod gratia non se habet ad virtutes infusas, sicut anima ad potentias, & lumen naturale ad virtutes acquisitas, & deficit plurimum ipse Scotus, quia per gratiam regeneramur in filios Dei, sed generatio prius terminatur ad essentiam, quàm ad potentias. Ergo prius est in essentia animæ, quam in potentijs cum omnis etiam perfectio inhærens potentijs subiectiue habeat rationem virtutis, gratia vero non habet rationem virtutis, sequitur quod non est perfectio inhærens potentijs, sed essentiæ animæ, ipsæ autem virtutes insunt potentijs. vide argumenta Scoti secundo sententiarum, distinctione 26. quæstione prima, contra primam, & prima secundæ, vbi supra à Caietano.

Ioan. Duns

Gratia differt realiter à virtute. Hanc ponit Diuus Thomas locis supracitatis. Cui aduersatur Aureol. & Durand. probantes gratiam non differre à virtutibus, sed aliquam virtutem esse formaliter, gratiam & decipiuntur, quia cum virtutes reponantur in determinatis potentijs animæ non quam in subiecto, sed gratia non est in aliqua potentia ipsius animæ, non ergo gratia poterit esse idem quod virtus, propria. argumenta eorum sunt facillima vt est videre vbi supra.

Durand.

Gratia differt realiter ab ipsa charitate. Hæc propositio est Diui Thomæ vbi supra. Cui aduersatur Durand. quia tunc sequeretur gratiam posse separari à charitate, & allucinatur, quia charitas, & gratia dependent ex influxu Dei nedum in fieri, sed etiam in conseruari sicut lumen in aere, à corpore lucido, vnde non potest esse corpus lucidum sine lumine. vide vbi supra.

Duran.

Gratia est à qua profluunt virtutes tanquam à causa. Hæc est Diui Thomæ vbi supra. Cuius oppositum sustinet Aureolus dicens, quòd dona, & virtutes sunt à Deo per creationem, & non animaduertunt, quod virtutes profluunt à gratia gratum faciente non tanquam à causa principali, sed instrumentali vel secundaria, vel potius quod sunt à causa præsuppositiuè, & ordinabiliter sicut duorum effectuum essentialiter ordinatorum, primus dicitur esse causa efficiens, secundi, vt si dicamus, quod essentia animæ est causa efficiens suarum potentiarum, vel quod profluunt non tantum à causa efficiente, sed formali inquantum virtutes formantur à gratia, quia ab ea habent, quod sint acceptæ in suis actibus ad finem supernaturalem, & elicitiue actuum meritoriorum. vide vbi supra.

Aureolus.

Gratia subiectiue est in essentia animæ. Hanc recitat Diuus Thomas locis supracitatis. Cuius oppositum tenet Scotus, quia gratia, & gloria sunt idem, & cum gloria, seu beatitudo sit reposita in potentia, ita etiam ipsa gratia, & æquiuoce loquitur, quia gloria aliquando dicit visionem Dei, & fruitionem informantes intellectum, & voluntatem creaturæ beatæ, aliquando vero nominat principia dictorum actuum, vtputa dotes animæ præuias visioni, & fruitioni quandoque vero nominat omnia pertinentia ad beatitudinem, siue sint actus secundi, siue principia actuum secundorum, siue sint formæ Dei formatiuæ ordinatæ ad dandum immediate actum primum, scilicet esse super naturale, & hæc gloria, seu beatitudo est in essentia animæ, aliqua vero in potentia, & non in essentia. Hine soluuntur sua argumenta, vbi supra. contra secundam conclusionem.

Dist. 26. secundi libri. Dūs. 2. libr. dist. 26.

Gratiæ lumine superaddito naturæ indiget humanus intellectus ad assentiendum veritatibus supra naturalibus. Colligitur hæc ex Diuo Thoma prima secundæ, quest. 109. artic. 1. Cuius oppositum sustinet Durandus, & cum maxima falsitate, quia cum habitus fidei infusus in duobus nos adiuuat, scilicet, vt credamus, quæ credenda sunt, & eis quæ credenda non sunt nullo modo assentiamus, primum potest homo sine habitu infuso, & lumine gratiæ ex ipsa existimatione, sed secundum scilicet, vt discrete in hoc, & non in illa inclinetur, habet ex habitu infuso, & gratiæ lumine tantum, quæ quidem discretio est secũdum quam nõ credimus omni spiritui, Quæ quidẽ in heretico non est cum cõstet quod in eo non manet habitus fidei, & si aliqua credenda credat, hoc est ex ratione humana, si enim habitu fidei ad hæc credenda incli-

Dur. dist. 28. quæst. 1.

inclinaretur contraria fidei refutaret ficut omnis habitus renititur eis, quę contra illum habitum sunt, vide argumenta eius soluta, secundo senten. distin. 28. q. 1. contra primam, & apud Caietanum prima secundæ, vbi supra.

Gratia habitualis est sine qua potest homo in aliquas bonas volitiones, & actiones naturæ suæ proportionatas. Hanc docet Diuus Thomas prima secundæ, quæst. 109. art. 5. Cui aduersatur Gregorius Ariminen. (Ariminen.) probando quod non solum ad cognoscendum veritates supra naturales indiget homo in præsenti statu speciali Dei auxilio, immo etiam ad sufficienter cognoscendum quid volendum, & nolendum ad agendum vel non agendum in his quæ pertinent ad vitam moralem, & præsum ptuose loquitur cum non requiratur illustratio habitualis, sed tantum actualis, quia homo ad recte viuendum dupliciter indiget auxilio Dei vno modo quantum ad habituale donum per quod natura corrupta sanetur, & etiā sanata eleuetur ad operandum opera meritoria vitæ æternæ, quæ excedūt proportionem naturæ, alio modo indiget homo auxilio gratiæ, vt à Deo moueatur ad agendum quantum igitur ad primum modum auxilij homo in gratia existens non indiget auxilio gratiæ, quasi aliquo alio habitu infuso, indiget tamen auxilio gratiæ secundum alium modum, vt scilicet moueatur à Deo ad recte agendum ex his. vide argumenta eius soluta vbi supra.

Grauia & leuia mouentur à generante per se. Hanc ponit Diuus Thomas pluribus in locis suæ doctrinæ, & præcipuè de spiritualibus creaturis, quæst. 3. & de veritate, quæst. 24. art. 1. & in tractatu de natura materiæ primæ, & dimensionibus interminatis cap. 1. & prima primæ, quæst. 18. art. 1. Cui contradicunt Scotus, (Duns. 9 Metaph. quæst. 14.) & Gregorius Ariminensis probantes grauia, & leuia moueri à se ipsis, & non à generante, & decipiuntur cum non habeant ipsa grauia, & leuia in se ipsis principium motus nisi formale actiuum quod dicitur principium quo, non autem principium quod veluti in animalibus in quibus vna pars mouet alias, sicut cor mouet alia membra, & anima mouet corpus, hoc enim modo nullum corpus simplex graue vel leue est causa sui motus cum non possit diuidi in suas partes, quarum vna sit mouens, & alia mota, veluti animal quod proprie mouet se ipsum, corpus autem graue vel leue mouetur à generante, siue à remouente prohibens, vide argumenta eorum soluta à Capreolo secundo senten. distin. 6. quæst. 1. contra primam conclusionem.

Homo viator non potest aliquod bonum velle, aut agere siue sit naturale, siue sit supra naturale, sine speciali auxilio Dei. Hanc ponit Diuus Thomas prima secundæ, quæst. 109. art. 2. Cui conclusioni multi aduersantur (Lib. 2. Gregor. dis. 26. quæst. 1.) probantes quod absque Dei auxilio viator potest recte moraliter velle, & agere, quia existens in peccato ex puris naturalibus potest habere attritionem de peccato omnibus circumstantijs debitis circumstantionatam, & sic moraliter bonam. quorum positio est expressa contra Diuum Augustinum asserentem Petrum nisi Dominus respexisset, nunquam pœnitentia motus, amore fleuisset, & Diuum Ambrosium loquentem etiam de fletu Petri, bonæ lachrimæ, quæ culpam lauant, denique quos Iesus respexit, plorant. Negauit primo Petrus, non fleuit, negauit secundo, & non fleuit, quia adhuc non respexerat eum Dominus, negauit tertio, & eum Iesus respexit, & amarissime fleuit, quia si agens secūdum in quolibet actu sua indiget motione primi mouentis, & voluntas creata se habet ad Deum, sicut agēs secundarium ad primarium. Quomodo igitur poterit aliquod bonum operari sine Dei speciali auxilio. Hinc solue argumenta eorum ex secundo senten. dist. 28. contra secundam conclusionem.

Homo nullus in præsenti statu potest sine habituali gratia vitare omnia peccata mortalia. Hanc scribit Diuus Thomas prima secundæ, quæst. 109. art. 8. Cui contradicit Duran. (Duran.) ex professo, & male, quia nulla voluntas adhęrens peruerso fini, vel peruerse habituata, vel non subdita rectæ regulæ potest diu carere electione peruersa secundum congruentiam mali habitus, & peruersæ regulæ, sed quælibet voluntas humana in præsenti statu carens gratia habituali est huiusmodi cum operetur secundum finem præconceptum, & secundum habitum præexistentem. Ergo nullus homo poterit sine gratia vitare omnia peccata mortalia collectiue sumendo ly omnia. vide vbi supra contra quartam conclusionem.

Homo sine gratia habituali potest singula peccata mortalia vitare, & secūdum aliquod tempus. Hæc est Diui Thomę vbi supra. Cui aduersatur Scotus (Ioan. Dūs.) probans quod liberum arbitrium sine gratia non potest vitare singula peccata, vel si sic etiam potest vitare omnia, & aerem percutit, quia verba Diui Thomę habent multiplicem sensum, primo possunt intelligi de potentia remota, & in sensu diuiso eo modo loquendi, quo dicimus, quod album potest esse nigrum, iniustus potest esse iustus, quia scilicet potest perdere dispositionem quam habet, & acquirere contrariam, non quod simul habeat albedinem, & nigredinem, aut iniustitiam, & iustitiam, & sic carens gratia potest vitare singula peccata, quia scilicet potest se disponere ad gratiā, qua habita potest vitare peccata, secundo possunt intelligi de peccatis oppositis decalogi præceptis tantummodo nō autem de peccatis oppositis præceptis datis de charitate, vel præceptis iuris supernaturalis, tertio possunt intelligi de peccatis consistentibus in actu exteriori, non autem consistentibus in actu interiori, aut omissionis, & sic intellectis verbis Diui Thomæ nihil habet Scotus. sed vide ea vbi supra.

Homo existens in peccato mortali non potest se ad gratiam habitualem præparare sufficienter sine Dei auxilio. Hæc est Diui Thomæ, vbi supra, art. 6. Cuius oppositum sustinet Durandus (Duran.) probans hominem ex solo libero arbitrio posse se sufficienter ad gratiam præparare, & irrationabiliter quidem, quoniam nullus conuertitur ad Deum, sicut ad vltimum, & specialem finem sine motione Dei gratuita, sed quicunque se præparat ad gratiæ susceptionem conuertitur ad Deum, sicut ad vltimum finem: igitur hoc habet ex motione Dei gratuita. lege vbi supra contra quintam conclusionem.

Homo in statu innocentiæ potuit sine gratia habituali agere actum moraliter bonum secundum

omnem substantiam necessariam ad talem bonitatem. Hanc habet Diuus Thomas prima secundæ, quæst. 109. art. 2. Cuius oppositum sentit Greg. & male, quia liberum arbitrium sanum, & integrum potest in omnem actum sibi proportionatum, & non excedentem suam naturalem virtutem, sed actus virtutis politicæ bonus, secundum omnem circunstantiam quam ratio naturalis dictat est huiusmodi: igitur pessimè opinatus est Gregorius. Cuius argumenta soluta, vide secundo sententiarum, distin. 29. quæst. 1. contra secundam conclusionem, à Capreolo.

Arim. dist. 29. q. 2. secũdi libri.

Homo in statu naturæ corruptæ indiget speciali auxilio Dei ad habendam rectam, & perfectam cognitionem, & volitionem circa agibilia. Huius opinionis est Diuus Thom. vbi supra. Aduersatur tamen ei Abulensis, & decipitur, quia homo in statu naturæ corruptæ deficit à bono propter appetitum voluntatis, quæ propter corruptionem naturæ sequitur bonum priuatum, & ideo indiget superiori auxilio ad rectè volendum. Hinc nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum inquit Saluator. Si homo nó indiget speciali auxilio, non oportet quod ab alio trahatur: igitur male in hac parte sententiam protulit Abulensis, Cuius argumenta in specie soluta vbi supra circa finem.

Distin. 29. Abulensis. Ioan. 6.

Habitus sunt homini necessarij ad actuum determinationem, vt puta intellectus possibilis, qui suapte natura est indeterminatus, sicut materia prima habitu indiget, quo participet rectitudinem suæ regulæ. Huius doctrinæ author est Diuus Thomas 3. senten. distin. 23. quæst. 1. art. 1. Cui aduersatur Duran. asserens quod officium, vel effectus, seu actiuitas habitus nô sit determinare actum, vel potentiam ad actum, & male, quia licet actus positus in esse sit determinatus quò ad speciem, & indiuiduum in esse naturæ, tamen potentia ante productionem illius actus non est quandoque determinata ad producendum actum talis speciei puta lapidis, nec per consequens tale indiuiduum significatum sicut intellectus possibilis ante quàm sit in actu per speciem intelligibilem est indeterminatus ad producendum cognitionem plantæ, vel hominis, determinatur autem ad hanc vel illam per speciem intelligibilem quæ potest aliquo pacto dici habitus. Argumenta sua sunt nullius momenti, vt videre licet tertio senten. dist. 23. quæst. vnica contra primam.

Dur. dis. 23. quæst. 3.

Habitus aliquis facilius, & promptius facit hominem operari. Sic inquit Diuus Thomas vbi supra. Cui contradicit idem Duran. probans habitus non reddere actus faciles, vel difficiles in se, & loquitur contra Aristotelem secundo Ethic. vbi ponit signum habitus generati delectationem existentem in opere, facit ergo habitus prompte, & faciliter operari, quod patet in operante sine habitu, qui opus difficile producit, vnde temperatus de facili sustinet, ac moderatur passiones, quod tamen est difficile incontinenti, & similiter habenti magnam charitatem facile est vincere omnem tentationem, quod tamen videtur impossibile carenti charitate. vide vbi supra ad argumenta Duran. secundo loco adducta.

Dur. dis. 23. quæst. 4. Cap. 3.

Habitus aliquis facit ad substantiam, & intentionem actus. Hanc ponit Diuus Thomas, tertio senten. distin. 14. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. Cui aduersatur Duran. probans habitus nihil facere ad intentionem actuum, & non aduertit quod illud quod super additur potentiæ, quandoque recipitur in ea per modum habitus quandoque per modum passionis, vt quando receptum non inmanet recipienti, neque efficitur eius qualitas, sed quasi quoddã contactu ab aliquo agente inmutatur subito, & etiam subito transit sicut Philosophus ait, ruborẽ esse passionem, & non passibilem qualitatem quando quis propter verecundiam in rubore subito immutatur. Tunc vero retinetur per modum habitus, quando illud receptum efficitur quasi connaturale ipsi recipienti, & inde est, quod habitus dicitur à Philosopho qualitas de difficili mobilis, & hinc est quod facit ad intentionem actus, quia operationes ex ipso procedentes sunt delectabiles, & in promptu habentur, & faciliter exercentur, quia sunt quasi connaturales effectæ. vide vbi supra ad argumenta tertio loco adducta.

Duran. In prædicamento qualitatis. In prædicamento qualitatis.

Habitus scientiæ est vna simplex qualitas. Huius author est Diuus Thomas prima secũdæ, quæst. 54. art. 4. Cui aduersatur Aureol. & Gregor. sustinentes vnitatem habitus non esse per modum formæ simplicis, nec esse vnitatem collectionis specierum, & male dicunt, quia habitus dupliciter sumi potest aliquando pro collectione specierum intelligibilium ordinatarum ad considerandum, aliquando vero pro habilitate, seu potius pro qualitate habilitante ad considerandum per illas species, & sic est idem habitus in principio, & in fine secundum essentiam, quamuis aduenientibus nouis speciebus vel demonstrationibus conclusionum extendat se ad plura quam prius primo modo habitus non est qualitas simplex, sed bene secundo modo. lege Capreolum in prologo primo sententiarum, quæst. 3. contra primam.

Aureolus.

Habitus scientifici distinguuntur secundum genus penes res, sed iuxta diuersitatem generis subibilis inquantum subile. Hæc est Diui Thomæ prima primæ, quæst. 1. art. 1. ad septimum argumentum, & primo Physicorum in prologo, & alijs locis suæ doctrinæ, cui duobus argumentis aduersatur Aur. sustinens oppositum, & male quia videmus quod duæ scientiæ distinctæ secũdũ genus non ob aliud distinguantur, nisi quia diuersimode eandem rem contemplantur, vt Astrologia, & Philosophia naturalis ambæ scientiam considerant, quod terra est rotunda, sed astrologia per medium mathematicum, id est à materia abstractum, naturalis aut physicus per medium circa materiam consideratum, & ideo diuersitas generis scibilis inducit diuersitatem scientiarum. Ex hoc soluuntur argumenta Aur. vide vbi supra contra secundam.

Aureol.

Habitus vnicus specificus sumendus est penes vnitatem formalis obiecti quam ille habitus primo, & per se respicit, ita quod omnes illi habitus sunt idem specie, qui respiciũt idem obiectum sub eadem ratione formali primo, & adæquatè siue illa ratio sit generalis siue specialis, & est sermo de ratione formali obiecti in quantum est scibile. Hanc ponit Diuus Thomas prima secundæ, q. 54. art. 2. & prima primæ, quæst. 1. art. 3. Cuius oppositum sustinet Aureolus probans vnitatem rationis obiecti non sufficere ad causandam vnitatem in habitu, & male

Aureol.

male, quia potentia, vel habitus refertur ad formalem rationem obiecti per se, ad illud autem quod est materiale in obiecto per accidés, & quia ea quæ sunt per accidens non variant rem, sed solum ea quæ sunt per se ideo materialis diuersitas obiecti non diuersificat potentiam, vel habitum, sed solum formalis, vna enim potentia est, qua videmus lapides, & homines, & cælum, quia ista diuersitas obiectorum est materialis, & non secundum rationem formalem visibilis, sed gustus differt ab olfatu secundum differentiam saporis, & odoris, quia sunt per se sensibilia de solutione argumentorum Aureoli ne cures, quia sunt nullius momenti, vt poteris videre vbi supra, contra tertiam conclusionem.

Homo est in quo non est ponenda alia anima, præter rationalem. Hanc docet Diuus Thomas prima primæ, quæst. 76. art. 3. Cui aduersantur plurimi, tum Philosophi, tum Theologi, & præcipue Ocham, & Greg. & male, quia omnis forma adueniens subiecto existenti in actu, & habenti esse simpliciter est accidentalis, sed anima rationalis non est forma accidentalis: igitur nó aduenit subiecto præbabenti esse actu simpliciter, & sic subiectum animæ non habet aliam formam substantialem, præter animam, quia illa daret materiæ, vel subiecto esse simpliciter, quam veritatem ostédit Diuus Thomas in disputatis de anima, quæst. 9. & de potentia Dei, quæst. 3. art. 9. & Quolibeto 10. art. 5. & Quolib. 9. art. 11. lege Capreolum 2. senten. dist. 15. q. 1. contra tertiam conclusionem.

Ochã quo. lib. 3. dist. 16. quæst. 2.

Hæretici statim cum conuicti fuerit de hæresi possunt iuste occidi. Scribitur hæc propositio per Sanctum Thomam secúda secúdæ, quæst. 11. art. 3. quam videntur labefactare Lutherus, & Caluinus, & Ioannes Vus, & omnes eorum asseclæ, vt patet centuria nona, & mouentur primo authoritate Saluatoris nostri Matth. vbi in parabola zizaniarum, præcipit seruis suis, vt permittant crescere zizaniæ vsque ad messem. sed per zizaniam omnes sancti intelligunt hæreticos ergo permittendi sunt, & non occidendi sic exponit Ciprianus, & Chrisostomus, & apud eundem Euangelistam præcipitur Ecclesię, vt excommunicet hæreticos: ergo non vt occidat, & fuit etiam prohibitum Petro vti gladio ferreo: Mitte gladium tuum in vaginam, & apud Lucam prohibitum fuit comburere Samaritanos nolentes recipere Christum, & legitur apud Ioannem, quód cum plurimi discipuli abijssent dixit quibusdam paucis, qui permanserunt, Nunquid & vos vultis abire? quasi permittendo, & non occidendo ipsos. Paulus Apostolus primæ ad Corin. ait, quid ad me de his qui foris sunt iudicare; Et iterú oportet hæreses esse, & ad Timoth. hęreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuita, addunt quod videtur esse crudelitas Neronis occidere homines comburendo ipsos, quod non decet mansuetudinem nostræ Ecclesiæ, & hoc obseruarunt Apostoli, qui nullum hæreticum occiderunt, ex his omnibus concludunt falsam esse propositionem propositam, sed non est mirum si decepti sunt circa veritatem huius propositionis, quia in multis contradicunt sibi ipsis, vnde Caluinus aliquando fuit in hac hæresi, quæ est antiquissima, quando quidem eam tennerunt Donatistæ, vt patet ex Augustino lib. 1. contra Parmen. Aliquando opere fecit oppositum ipse Caluinus, quia combussit in ciuitate Gebenẽsi Michaelem Seruetum, & hoc nomine hæresis, idcirco optime obseruat Romana Ecclesia docens principes sęculares posse hæreticos præsertim relaxos temporalibus pœnis, & etiam extremo vitæ supplicio punire, & hoc definitum est extra de hæreticis cap. ad bolendam, & cap. excommunicamus, & hoc rationabiliter, quia maior pœna est excommunicatio, quàm mors corporalis, sed hæretici excommunicantur ab Ecclesia: ergo etiam iustissime occiduntur, & comburuntur, & deinde si falsarij pecuniarij trucidantur, cur hæretici, qui sunt falsarij verbi Dei trucidari, & comburi non debent? Propterea Hieronymus docet resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereant. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est totum orbem eius flamma populata depopulata est, Propterea non solum hęreticos singulos, licet morte afficere, sed etiam licet multitudinem illorum bello persequi seruatis debitis conditionibus, quarum prima est, vt illi sint ab Ecclesia iudicati hęretici, secundo vt non posint aliter comprimi, tertio vt fiat ab habente authoritate, dico etiam non solum personas hæreticorum, sed etiam libros eorum interdici, & comburi debere, quod patet exemplo Gelasij Papæ primi volente Calcedonense Concilium posse partim recipi, & partim non, exemplo librorum hæreticorum in quibus accimus bona, & non mala, vnde Apost. ait omnia probate, & quod bonum est tenete, sed hoc fieri debet ab Episcopis, & Inquisitoribus habentibus authoritatem examinandi, & reprobandi illos libros, Propterea legitur in actis Apostolorum, quód illi qui conuertebantur ad fidem cremabant libros suos, qui erant contrarij religioni Christianæ, & sic consueuerunt facere omnes patres simul damnare hæreticos, & eorum libros, vt patet in Concilio Ephesino, in quo damnatus fuit Nestorius cum eius libris. vnde Beatus Athanasius nec verba amicabilia dicebat esse hæreticis largiendum, & cum libri plus noceant, quàm verba illa, inde sequitur libros hæreticorum omnino esse comburendos, & si libri iudæorum, & turcarum prohibentur, multo magis libri hæreticorum, quia libri iudæorum, & turcarum sunt aperti hostes, & nó fallút sub nomine Christiano sicuti libri hæreticorum, idcirco si illi prohibentur multo magis, & isti probiberi debent, & ad motiua ipsorum dicitur primo quod illud Matth. de zizania intelligi debent omnes mali, & fures vt exposuit ipseme: Christus bonú semen sunt filij regni, zizania veró filij nequam, secúdo dicitur accipiendo interpretationem illorum, qui per zizaniam intelligunt hæreticos quod quãdo non possunt euelli, & occidi sine magna cede bonorum permittuntur præsertim si discerni non possunt, & sunt potentiores bonis, tertio dicitur ibi Saluatorem nostrú noluisse pręcipere aliquid, sed solum iudicare futurum; Parabola autem non in omnibus est necesse, vt verificetur, ad illud aliud de precepto excòicationis dicitur, ꝙ si Ecclesia potest hæreticos excòicare, multo magis pòt ipsos occidere, qa ex-

Cap. 13. Cap. 18. Cap. 26. Cap. 16. Cap. 6. Cap. 11. Cap. 3. Cap. 7. Cap. 19. Cap. 13. Cap. 18.

communicatio est peior morte corporali; Ad tertium dictum Matthæi dicitur, quòd prohibitum Cap. 26. fuit Petro, vt priuato homini vti gladio ferreo, quia tunc, quando hæc verba fuerant dicta à Saluatore nostro Petrus non erat constitutus Papa, sic etiam fuit prohibitum Iacobo, & Ioanni commouere Samaritanos apud Lucam, Cap. 16. dicitur quod ideo factum fuit, quia ipsi non mouebantur zelo fidei, vt facit Ecclesia contra hereticos, sed ob quandam iniuriam illatam à Samaritanis. Cap. 6. Ad illud Ioannis dicitur primo quod dubium est de illis, qui abierunt an essent baptizati, secundo dicitur eo tempore non decuisse, vt ipsemet Christus vlcisceretur iniurias cum non venisset iudicare, sed saluare, decet modo, vt filij sui, & sponsa quæ est Ecclesia vlciscantur iniuriam illius, sicut Dauid noluit ipse occidere Amalachitam, sed iussit occidi, ad illud Apostoli dicitur, quod loquutus est de generalibus, qui erant foris sine obligatione manēdi intus, similiter, quando dicit quod oportet hæreses esse, intelligitur, quod illa vtilitas p oueniens ex eis est præter intentionem hæreticorum, dum. s. constantia fidelium comprobatur, ex intētione. n. ipsorum est corrumpere fidem. Deinde illud verbum oportet non præcipit, vt sint hæretici, sed solum dicit, quòd posita malitia diaboli, & hominum semper erunt hæreses, sicut, & illud verbum necesse est vt veniant scandala, sed vehi homini illi, per quem scandalum venit. Cap. 3. Ad aliud dictum Apostoli dicitur, primo antiquos Codices habere solum, post vnā correctionem, sic Hyreneus lib. 3. sic Hieronymus, & Ambrosius hoc loco, secundo dicitur Apostolum ibi loqui de his, qui nondum delati sunt ad Ecclesiam, vt relaxi. tertio dicitur, quod antiquitus bis, & ter abiurabant hæretici, vt patet per capitulum Ego Berengarij, modo autem, quia creuit malitia hominum, Pia mater Ecclesia semper recipit hæreticos reuertentes ad ipsam per pęnitētiā, per quam impeditur eis via salutis, quā principaliter intēdit. ad vitam autem corporalem, & ad bona temporalia, & ad dignitates ecclesiasticas, & seculares non recipit si interdum relabuntur, quia hoc videtur esse signum inconstantiæ eorum circa fidem, nec hoc pertinet ad crudelitatem Neronis, sed ad maximam charitatem, quia si hæretici reuertentes semper reciperentur, & conseruarentur in vita, & alijs temporalibus bonis, hoc esse posset præiudicium salutis aliorum, quos inficerent, tum etiam, quia si sine pœna mortis alij securius laberentur in hæresi, Epist. 50. Ad vltimum dictum respōdet B. Augustinus in Epistola ad Bonifacium, quòd tempore Apostolorum nulli erant principes Christiani, sicut temporibus nostris ex his ergo patet sensus præpositionis Sancti Thomæ, quòd quando hæretici fuerint conuicti de hæresi, & ipsi negant, ita quòd fuerint hæretici negatiue, & relaxi, & ostinati, iuste occidi, & cōburi possent.

Ideæ rerum creatarum sunt ipsa diuina essentia imitabilis ab eis. Hanc ponit Diuus Thomas p. p. quæst. 15. articu. 2. & primo contra gentes, cap. 54. Duran. Huius oppositum sustinet Duran. probans diuinam essentiam non esse Ideam propriam alicuius rei, & nō intelligit hoc secretum, quia essentia Dei est idea rerum non quidem, vt essentia, sed vt est intellecta, res autem creatæ non perfecte imitantur diuinam essentiam vnde essentia non accipitur absolute ab intellectu diuino, & idea rerum, sed cum proportione creaturæ tendæ ad ipsam diuinam essentiam, secundum quod deficit ab ea, vel imitatur eam, res autem diuersæ diuersimode imitantur diuinam essentiam, & vnaqueque secundum proprium modum suum, cum vnicuique sit esse distinctum ab alia, & ideo ipsa diuina essentia cointellectis diuersis proportionibus rerum ad ipsam est idea vniuscuiusque rei cum sint diuersæ rerum proportiones necesse est plures esse ideas, & est vna quidem omnium ex parte essentiæ, sed pluribus innitur ex parte diuersarum proportionum creaturum ad ipsam. Vide in tractatu nostro de concordia idearum inter Platonem, & Aristotelem, & Capreol. 1. senten. distin. 36. quæst. 1. contra tertiam conclusionem.

Ideæ intellectæ ab ipso Deo non distinguuntur ab ipso. Hanc ponit Diuus Thomas de veritate, q. 2. art. 4. Cuius oppositum sustinet Scotus probando quod idea non sit aliud quam creatura ipsa obiectiue relucēs in diuina essentia, & superflue Sco. 1. sent. dist. 35. loquitur, quia non est ponenda pluralitas sine necessitate, & præcipue, quia non bene sonat apud fideles, quòd Deus naturali necessitate, vt tenet ipse Scotus, & non libere producat extra se, alia à se in esse absoluto, quod est illud esse ideale vltra quod est contra philosophiam docentem Deum ipsum nihil extra se intelligere non solum formaliter, sed obiectiue, quia quicquid intelligit per essentiam propriam, vt formam intelligibilem, & in essentia propria, vt obiecto intelligit. lege argumenta sua soluta, vbi supra, & apud Caietanum prima primæ, quæst. 15. art. 1.

Idea de principali intellectu suo habet aliquid preter essentiam, scilicet ipsam proportionem creaturæ ad essentiam, in quo etiam formaliter includitur ratio ideæ, ratione cuius dicuntur plures ideæ, quæ plurificantur secundum diuersos respectus ad res. Hanc veritatem docet Diuus Thomas de veritate, quæst. 3. art. 2. Cui Aur. se opponit probando ideam non includere respectum, & pessimè, quia amoto respectu ab ipsa idea sequitur non dari pluralitatem idearum, cum pluralitas respectuum facit quod diuina essentia sint plures ideæ, quia cum diuina essentia habeat repræsentare distincte ipsam creaturam primum competit diuinæ essentiæ per suum absolutum, secundum vero per respectum, & proportionem quam habet ad vnam creaturam, & non ad aliam. legito Capreol. vbi supra ad argumenta, quæ secundo loco adducuntur.

Ideales respectus sunt respectus rationis, & sunt in Deo, vt intellecti ab ipso per suam essentiam. Hanc ponit Diuus Thomas de veritate, q. 3. art. 2. ad octauum, & nonum argumentum. Huic aduersatur Aureo. dicens non esse ponendos huiusmodi Aureol. respectus rationis, aut habitudines immutabilitatis ad hoc quod sint ideæ, & male, quia arbitratur quod ideo ponuntur illi respectus, vt per eos diuinus intellectus intelligat creaturas, sed non est ita, sed vt diuina intellectio, & exemplatio, & repræsentatio quodammodo approprietur isti, aut illi creaturæ per huiusmodi respectus, & ideo Deus illos intelligens videt se appropriate repræsentare,

vel

vel intelligere creaturas non tamen aliquid cogno- A scit in respectu, vel per respectum sed omnia per suam essentiam. Vide solutiones argumenti Aur. vbi supra.

Ideæ vti sunt idem con diuina essentia repræsentant omnes res singulares distinctissime, vt sint hic, & nunc. Hæc est D. Thomæ. de ver. q. 2. argumento Aureol. 70. cui aduersatur Aur. ex professo probans diuinã essentiam, vel ideam non repræsentare res vti sunt hic, & nunc, & decipitur, idem iudicium faciendo de idea rei, quæ reperitur in nostro intellectu, & de idea, quæ reperitur in diuina mente per ideam puta rosæ, videt Deus rosam esse in tali tempore, & esse præteriram in tali tempore, & futuram in alio tē- B pore, & sic habet infallibilem notitiam de futura rosa, secus autem est de idea rosæ in nostro intellectu. Vide Capr. 1. sen. dist. 38. q. 1. art. 2. in replicis post solutionem argumentorum cōtra secundam conclusionem.

Ideæ rerum repræsentant nedum res ipsas, sed etiam omnes dispositiones, quæ variari possunt in re, & Deus in vna dispositione manens cognoscit omnes dispositiones rerum qualitercunque variatarum. Hanc ponit D. Thomas de ver. q. 2. ar. 7. cui Ioãnes Dũs contradicit Scotus probans ideas terminorum, vel rerum simplicium non repręsentare complexa contingentia, vel complexionem contingentium, & de C cipitur, quia differenter se habet circa intellectionem rerũ noster intellectus, & intellectus diuinus, intellectus enim noster diuersas conceptiones format ad cognoscendum subiectum, & accidens, & ad cognoscendum diuersa accidentia, & ideo distinguit de cognitione substantiæ ad cognitionem accidētis, & iterum ad hoc, quod inhærentiã vnius ad alterum cognoscat, componit alteram speciem cum altera, & vnit eam quodammodo, & sic in se ipso enunciabilia format, sed intellectus diuinus per vnum scilicet suam essentiam cognoscit omnes substantias, & omnia accidentia, & ideo neque discurrit de substantia in accidens, neque componit D vnum cum altero, sed loco eius, quod intellectu nostro est compositio specierum in intellectu diuino est omnimodo vnitas, & secundum hoc complexa incomplexe cognoscit sicut multa simpliciter, & vnite, & materialia immaterialiter, & sic per ideas ipsarum rerum omnia complexa, & in complexa repræsentãtur. lege Capr. vbi supra ad argumēta Scoti in replicis facta.

Imago est de cuius ratione est similitudo non qualitercunque: sed spei originata ab eo cuius est, imago. Hanc facit D. Thom. p. p. q. 35. art. 1. cui ad- Aureol. uersatur Aur. probans non esse de ratione imaginis, quod sit originata ab eo cuius est imago, quia tunc solũ carpentarij, qui sciunt imagines sculpere haberent imagines, nec essent imagines aliorum, & non intellexit, quod aliquid originari ab alio non est tantum vnus modus cum aliquid possit originari ab alio secundum esse reale, & si sic imago originaretur solus statuefactor, haberet imaginem, sed non sic est intelligenda propositio scilicet, thomæ. alius modus esse potest quo aliquid secũdum esse intelligibile, quod habet in mente artificijs originet suam imaginem, & sic intellecta propositio nullum habet scrupulum hinc ouum, quia non est ab alio expressum non dicitur imago alterius. lege Capreol. 1. sent. dist. 27. q. 2. contra sextam conclusionem.

Imaginis creatæ partes distinguuntur ab illo in quo sunt, & sunt suscipiendæ penes actum habitũ & potentiam. Hæc est D. Thomæ. p. p. q. 93. art. 7. & q. 79. ar. 7. & de ueritate q. 10. ar. 1. & 1. sent. dist. 3. q. 5. art. 1. cuius oppositum sustinet Aur. probans Aureol. partes imaginis scilicet notitiam, & amorem vel intellectum, & voluntatem non dicere actum, nec potentiam, sed substantiam animæ, & pessime, quia ad imaginis rationem pertinet aliqualis representatio speciei. Si ergo imago trinitatis diuinæ debet accipi in anima, oportet quod secundum illud B principaliter attēdatur, quod maxime accedit pro ut est ad repręsentandum speciem diuinarum personarum, distinguuntur autem diuinæ personæ secundum processionem verbi, & amoris connectentis vtrunque, verbum autem in anima nostra sine actuali cognitione esse non potest, & ideo primo, & principaliter attenditur imago trinitatis in mente secundum actus, prout scilicet ex notitia quam habemus cogitando interius verbum formamus, & ex hoc in amorem prorumpimus, sed quia principia actuum sunt habitus, & potētiæ vnumquodque autem virtualiter, & in suo principio secundario, & ex consequenti imago trinitatis potest atten- C di in anima secundum potentias, & pręcipue secundum habitus, prout in eis actus virtualiter existunt. lege Capr. 1. sent. dist. 3. q. 3. ar. 2. contra quintam conclusionem.

Imago personaliter capta dicitur de solo filio in diuinis. Hanc sustinet D. Thom. p. p. q. 35. art. 1. cui se opponit Aur. probans quod esse imaginem non Aureolus. est proprium filij in diuinis, sed conuenire etiam spiritui sancto, & decipitur, quia doctores latini soli filio attribuunt nomen imaginis non enim inue Heb. cap. 1. nitur in canonica scriptura nisi de filio, quia est imago Dei visibilis primogenitus creaturæ, & hoc etiam rationabiliter dicunt latini contra græcos D sustinentes oppositum, quia spiritus sanctus quantuis sua processione accipiat naturam patris sicut, & filius nō tamē dicitur natus, ita licet accipiat speciem similem patri non dicitur imago, quia filius procedit, vt verbum de cuius ratione est similitudo speciei ad id, à quo procedit, non autem de ratione amoris, quamuis hoc conueniat amori, qui est spiritus sanctus in quantum est amor diuinus. lege Caiet. p. p. vbi supra soluentem argumēta Aur. & Capreol. 1. sent. dist. 27. q. 2. contra sextam conclusionem.

Imago Christi adoranda est adoratione latriæ. Hanc recitat D. Thom. 3. p. q. 25. ar. 3. & 3. sent. dist. E 9. q. 1. art. 2. quæst. 2. cuius oppositum sustinent Henr. Dur. holchot probātes imagines Christi nō Eholchot esse adorandas adoratione latriæ, & allucinantur quol b. 4. non considerando motum animę in imaginem es- q. 2. se duplicem, alterum quidem in imaginem ipsam, secundum quod est res quædam, alterum vero in imaginem in quantum est imago alterius, & inter hos duos motus est differētia, quia primus motus quo aliquid mouet, in imaginē pro ut est res quædam, est alius à motu, qui est in rem, secundus autem motus, qui est in imaginem in quantum est imago est vnus, & idem cum illo, qui est in rem, vnde imagini Christi in quantum est res quædã puta

lignum

lignum sculptum, vel pictum nulla reuerentia exhibetur, quia reuerentia non debetur nisi naturæ rationali, vnde debetur ei reuerentia solum in quantum est imago, & sic sequitur, quod eadem reuerētia exhibeatur imagini Christi, & ipsi Christo. cum igitur Christus adoretur adoratione latrię consequens quod eius Imago sit adoranda adoratione latriæ. lege soluta argumenta aduersariorū à Capr. 3. sent. dist. 9. quæstinncula vnica contra secundam conclusionem, & à Caiet. 3. p. vbi supra.

Impassibilitas corporum beatorum post resurrectionem prouenit ex pleno dominio animæ supra corpus. Hanc docet D. Thom. dist. 44. q. 2. ar. 1. quæst. 1. cuius oppositum sustinet Scotus, & male quia forma substantialis perfecte dominans suæ materiæ excludit ab ea passionem cuiuslibet agentis ad priuationem talis formæ & inducentis oppositum, sed post resurrectionem anima perfecte dominabitur suæ materiæ, ergo ex pleno dominio, quod habet anima supra corpus beatum redditur ipsum corpus impassibile. Vide 4. sent. dist. 44. q. 2. contra 3. Capr. soluentem argumenta Scoti.

Dūs 4. lib. sent. dist. 49 q. 13.

Impassibilitas gloriosi corporis prouenit ex forma substantiali ipsius. Hæc est D. Thomę vbi supra. cui aduersantur Aur. & Dur. Henricus probantes impassibilitatem gloriosi corporis non prouenire ex pleno dominio animæ neque ex cessatione motus cæli, nec per aliquam formam positiuam inhærentem, sed solum per diuinam virtutem assistentem, & irrationabiliter loquūtur, quia beatitudo, vel gloria principaliter est in mente, sed per quandam redundantiam deriuatur etiam ad corpus, vt beatitudo hominis secundum corpus dicatur secundum imperium animę Deo coniunctę perfecte exequitur, vnde sicut dispositiones quæ sunt in anima beata rendundant in corpus, ita & omnis alia perfectio cuius corpus est capax licet omnia sint à Deo tanquam à causa prima. Vide Capr. vbi supra contra tertiam.

Henr. quo. lib. 9. q. 16.

Incarnatus non fuisset filius Dei si homo non peccasset. Huius opinionis est D. Thom. 3. p. q. 1. ar. 3. cuius oppositum sustinet Scotus probans cum suis sequacibus, quod etiam peccato non existente adhuc filius Dei esset incarnatus, & irrationabiliter loquitur, quia ea, quæ ex sola Dei voluntate proueniunt supra omne debitum naturę creatæ nobis innotescere, non possunt nisi quatenus in sacra scriptura traduntur, per quam diuina voluntas innotescit, & cum vbique locorum in sacra scriptura ratio cur filius Dei sit incarnatus assignatur ex peccato primi hominis, iuxta illud venit filius hominis quærere, vel saluum facere, quod perierat, quod exponens Augustinus ait si homo nō peccasset filius hominis non uenisset, & Paulus ad thimotheum, Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quod exponens Glosa ait nulla causa veniēdi fuit Christo domino nisi peccatores saluos facere, tolle vulnera tolle morbos, & nulla causa est medecinæ, sequitur ergo, quod peccato non existente non esset incarnatio filij Dei, non negamus tamen quin Deus de potentia sua absoluta non existente peccato, potuisset carnem assumere. argumenta Scoti soluuntur à Capreolo 3. senten. distin. 1. q. 1. contra primam, & à Caiet. 3. p. vbi supra, & Medinam clarius.

Ioānes Dūs 3 sent. dist. 7. q. 3.

A Indiuiduorum pluralitas suscipienda venit penes materiam. Hanc ponit D. Thom. de potentia Dei q. 9. art. 9. Contrarium sustinet Aur. probans non omnem plurificationem indiuiduorum eiusdem speciei esse per materiam, & in hoc non intellexit D. Thomam, quia putauit, quod D. Thomas teneat omnem plurificationem vnius speciei fieri immediate per materiam quantitatis subiectam, & tamen hoc non est de mente D. Thomæ, cum ipse ponat, quod species intelligibiles indiuiduantur per subiectum, quod est intellectus possibilis sicut, & omnes aliæ formæ, & vult etiam, quod scientia indiuiduatur per subiectum, vnde scientia magistri, B & discipuli non sunt eædem numero sed diuersæ, ex quo apparet, quod quando dicit formas vnius speciei non distingui numero nisi per materiam accipit materiam large pro omni subiecto vel susceptiuo, & non solū pro materia quantitati subiecta, verissimum quoque est, quod forma substantialis non plurificatur immediate secundum numerum infra eandem speciem nisi per materiam quantitati subiectam, non quamlibet, sed signatam, de quibus lege Capr. 1. sent. dist. 7. q. 2. contra secundam conclusionem, & Caiet. p. p. q. 50. ar. 4.

Aureolus.

Indiuiduationis principium est materia. Hanc ponit D. Thom. 3. p. q. 77. ar. 2. & 4. sent. dist. 12. q. 1. C art. 1. quæst. 3. & p. p. q. 3. ar. 3. & pluribus alijs locis. oppositum docet Scotus, & Dur. & pessime, quia illud verissime est principium indiuiduationis formarum, & naturarum, per quod forma, vel natura est vere, & proprie indiuidua, & in communicabilis, & indiuisa in se, & diuisa ab alijs, quæ sunt vel esse possunt in eadē specie, sed materia est huiusmodi respectu formarum materialium, vel materiam in formantium, Igitur materia scilicet signata erit vere, & proprie principium indiuiduationis. lege Capr. 2. sent. dist. 3. q. 1. contra 3. & Caiet. in opuscu lo de ente, & essentia. cap. 2.

Dur. 2. sent. dist. 3. q. 4 & q. 6.

Indiuiduatur natura specifica per materiam D ipsam indiuidualem. Hæc est D. Thomæ p. p. q. 3. ar. 3. cui se opponit Aur. probans nullam naturam specificam esse de se indifferentem ad hoc, vel ad illud singulare & quòd non oportet quęrere aliquid quo indiuiduetur, sed quamlibet se ipsam esse indiuiduam, & est falsissimum cum natura quælibet de se sit communis; ergo non potest esse de se hæc. vide apud Capr. vbi supra contra secundam conclusionem primo loco, & Caiet. vbi supra.

Aureolus.

Indiuiduationis principium est quantitas quodammodo. Hanc scripsit D. Thom. 3. p. q. 77. ar. 2. cui aduersantur Scotus, & Dur. probantes substantiam materialem non fieri indiuiduam, vel singula E rem formaliter per quantitatem, & decipiuntur, quia cum de ratione indiuidui sit, quod non possit esse in pluribus, quod contingit dupliciter vno modo, quia nō est natum esse in aliquo, & hoc modo formæ immateriales per se subsistentes sunt sic, & per se ipsas sunt indiuiduæ, alio modo ex eo, quod forma substantialis, vel accidentalis est, quidem nata in aliquo esse, non tamen in pluribus, sicut hæc albedo, quæ est in hoc corpore, quantum igitur ad primum, materia est principium indiuiduationis omnibus formis inhærentibus, quia cū huiusmodi forma quantum est de se natæ sint in aliquo esse, sicut in subiecto ex quo aliqua earum

Ioānes Dūs 2. sent. dist. 3. q. 4.

recipitur

recipitur in materia, quæ non est in aliquo alio, nec ipsa forma sic existens potest in alio esse, quantum autem ad secundum, principium indiuiduationis est quantitas dimensiua, ex hoc enim natum est in vno solo esse, quia illud est in se indiuisum, & diuisum ab omnibus alijs. Diuisio autẽ accidit substantiæ ratione quantitatis, & ideo ipsa quantitas dimensiua est quoddam principium indiuiduationis formarum, in quantum diuersæ formę numero sunt in diuersis partibus materiæ, & sic quantitas non est primum principium indiuiduationis. Vide Capr. 2. dist. 4. q. 1. contra secundam.

Indiuisibilia quædam necessaria sunt, quæ terminant & continuunt magnitudinem. Hanc ponit D. Thomas in tractatu de instantibus, & p. p. q. 53. art. 2. & 3. cui aduersantur Greg. & Dur. probantes nullo pacto esse ponenda indiuisibilia terminãtia, & continuantia magnitudinem, & loquuntur contra Aristotelem & contra omnes matematicos definientes lineam esse longitudinem cuius extrema sunt duo puncta, & quantitatem habentem positionem esse cuius partes copulantur ad vnum terminum communem. Vide Capr. 2. sent. dist. 2. q. 2. contra secundam conclusionem.

Ariminẽsis 2. sent. dist. 2. q. 1.

Indulgentiæ habent valorẽ propter merita Christi, & aliorum sanctorum. Hanc ponit D. Thomas 4. sent. dist. 20. q. 1. art. 3. quæst. 1. cuius oppositum sustinet Dur. volens indulgentias habere valorem solum propter merita Christi, non autem propter merita aliorum sanctorum, & male dicit, quia ratio quare indulgentiæ valent est vnitas Corporis mistici in qua multi in operibus iustitiæ super erogauerunt ad mensuram debitorum suorum & multas tribulationes iniuste illatas sustinuerunt patiẽter per quas multitudo pænarum poterat expiari si eis deberetur, quorum meritorum tanta est copia, quod omnem pænam debitã viuentibus excedunt, & præcipue propter meritum Christi, quod & si in sacramentis operatur non tamen efficacia eius in sacramentis includitur, sed in sua infinitate efficaciam sacramentorum excedit, & cum vnus pro alio satisfacere possit, sancti autem in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur non determinate pro isto, qui remissione indiget, huiusmodi opera fecerunt, alius autem absque omni indulgentia remissionem consequeretur, sed cõmuniter pro tota ecclesia, sic amplius dicit se adimplere ea, quæ desunt passioni Christi, in corpore suo pro ecclesia. lege Capr. 4. sent. dist. 20. q. 1. contra secundam.

Durand.

Indulgentia tantum valent quantum sonant, & authoritas Papæ in eis tantum se extendit, quod non potest relaxare peccata sine quacunque satisfactione, sed ad hoc, quod thesaurum ecclesiæ possit in satisfactionem fidelibus dispensare, & satisfactionem vnius alteri applicare, non autem prohibito relaxare. Hæc est D. Thomæ 4. sent. dist. 18. q. 1. ar. 3. cui se opponit Aur. quia cui cõmittitur maius committitur minus, sed maius est absoluere à culpa, quam à pæna, & concessum est papæ, vt sine exceptione à culpa absoluere possit. Ergo elargiri indulgentias potest absoluendo à pæna absque satisfactione, & decipitur, quia si ratio sua valeret concluderet nõ solum, quod papa posset authoritate propria sine satisfactione omne peccatum remittere quo ad culpam & reatum, immo, quod quilibet sacerdos posset remittere omne peccatum quo ad reatum cum possit remittere quo ad culpã, quod tamen est falsum deinde licet maius sit absoluere à culpa, quàm à pæna si vtraque absolutio seorsum consideretur, tamen absoluere à culpa, & à tota pæna simul maius est, quàm absoluere à culpa solum, & non a pæna de quibus vide Capr. vbi supra.

Aureol.

Inferni partes Christus visitauit ad easque descendit. Hanc recitat D. Thom. 3. par. q. 52. ar. 1. cui se opponit Dur. probans animam Christi non descendisse ad inferos per motum: sed per effectum, quem ibi fecit, & male, quia anima Christi descendit ad inferos non solum quãtum ad effectum, immo quantum ad realem præsentiam suæ essentiæ, quo ad vnam partem inferni, licet non quo ad omnes, quia cum duobus modis aliquid possit esse alicubi, vno modo per suum effectum, & hoc modo Christus in quemlibet infernum descendit, aliter tamen & aliter nam in infernum damnatorum habuit hunc effectum, quod descendens ad inferos eos de sua incredulitate, & malitia confutauit, illis vero qui detinebantur in purgatorio spem gloriæ cõsequendæ dedit, sanctis autem patribus qui pro solo peccato originali detinebantur in inferno lumen æternæ gloriæ infudit, alio modo aliquid dicitur esse in aliquo per suam essentiam, & hoc modo anima Christi descendit solum ad locum inferni, in quo iusti detinebantur, vt illos quos per gratiam interius visitabat secundum diuinitatem, eos autem secundum animam visitaret in proprio loco vide Capr. 3. sent. dist. 21. contra tertiam conclusionem, & Caiet. 3. p. vbi supra.

Duran. dist. 22. q. 3.

Infidelium actus possunt esse virtuosi licet non meritorij habent tamen bonitatem, virtutis politicæ, vel ex circunstantia vel ex genere, hinc non omnis eorum actus est malus. Hanc ponit D. Thom. 2. sent. dist. 41. q. 1. ar. 2. & 2. 2. q. 10. ar. 4. cui se opponit Greg. Ariminensis probans omnes uirtutes infidelium esse vitia, nec in eis esse veram virtutem, & omnes actus eorum esse peccata, & pessime, quia omnis actus in quantum actus habet quandam bonitatem essentialem secundum quod omne ens bonũ est, sed in aliquibus actibus super additur quædam bonitas ex proportione actus ad debitum obiectum, & secundum hoc dicitur actus bonus ex genere & vlterius ex debita proportione circunstãtiarum dicetur bonus ex circunstãtia, & sic deinceps donec perueniatur ad vltimam bonitatem, cuius humanus actus est susceptiuus, qui est ex ordine ad vltimum finem per gratiam qua actus dicitur meritorius, sed hac substracta actus dicitur bonus virtute politica, vel ex circunstantia, vel ex genere, & sic sunt actus infidelium lege Capr. in 2. senten. dist. 28. q. 1. in replicis contra solutionem octauam argumenti.

Arimines. dist. 26. q. 1. ar. 1.

Actus infideliũ quomodo est bonus.

Infinitam aliquam formam tam substantialem, quam accidentalem secundum rationem suæ speciei Deus facere potest. Hãc docet D. Thom. 3. sent. dist. 13. q. 1. art. 2. quæst. 2. cui aduersantur ex professo Aur. & Dur. Adam & Gerardus & irrationabiliter loquuntur, quia omnis creatura est finita simpliciter in quantum esse eius non est abstractum subsistens, sed limitatum ad naturam aliquam cui aduenit, sed nihil prohibet creaturam aliquã esse

Gerardus.

secun-

ſecundum quid infinitam, creaturæ enim materiales habent infinitatem ex parte materiæ, ſed finitatem ex parte formæ, quæ limitatur per materiam in qua recipitur, ſubſtantiæ autem immateriales creatæ ſunt finitę ſecundum ſuum eſſe, ſed ſunt infinitę prout eorum formæ non ſunt receptæ in alio ſicut ſi diceremus albedinem ſeparatam exiſtentẽ, eſſe infinitam in quantum ad rationem albedinis; quia non contrahitur ad aliquod ſubiectum, eſſe tamen eius eſſet finitum, quia determinatur ad aliquam naturam ſpecialem, & propter hoc dicitur in libro de cauſis, quod intelligentia eſt finita ſuperius in quantum, ſcilicet recipit eſſe à ſuo ſuperiori, ſed eſt infinita inferius in quantum non recipitur in aliqua materia. lege Capr. 1. ſent. diſt. 43. q. 1 contra ſecundam concluſionem.

Infinita multitudo ſiue magnitudo in potentia eſt dabilis, itaque omni numero dato poteſt dari maior, & omni magnitudine dimenſiue data vel dabili finita poteſt dari maior. Hanc ſequitur D. Thom. p. 1. q. 7. ar. 4. Huic cõtradicit Aur. probans magnitudini non poſſe addi magnitudinem in infinitum eiuſdem quantitatis, itaque pertranſeatur quęcunque magnitudo data, & peſsime loquitur cum augumentum multitudinis ſequatur diuiſionem magnitudinis quanto enim aliquid plus diuiditur tanto plura ſecundum numerum reſultant, vnde ſicut infinitum inuenitur in potentia in diuiſione continui, quia proceditur ad materiam eadẽ ratione infinitum inuenitur in potentia in additionem multitudinis, quod autem omni magnitudine infinita imaginabili aut dabili poſsit à Deo fieri maior patet, quia ſpecies magnitudinis attendũtur ſecundum ſpecies numerorum, & quia quocunque numero dato, vel dabili poteſt dari maior ſine ſtatu ergo etiam quęcunque ſpecies magnitudinis data poteſt dari maior, ſecundum quamcunque proportionem loquẽdo matematice, quia phiſice repugnat ex parte formæ. Vide Capr. 1. ſent. vbi ſupra contra quartam concluſionem.

Aureol.

Infinitum aliquam magnitudinem actu Deus facere non poteſt, & ſimiliter nec multitudinem puta Angelorum, aut quarumcũque aliarum rerum, itaque de mente S. Thomæ nec corpus actu infinitum nec multitudo actu infinita eſſe poteſt, & hoc p. p. q. 7. ar. 4. cuius oppoſitum ſuſtinet Greg. Ariminenſis, & irrationabiliter loquitur; quia magnitudo ſi eſt naturalis oportet, vt ſit mobilis, & magnitudo infinita cum occuparet omnem locum non poſſet moueri, magnitudo vero mathematice oportet, vt habeat figuram, figura vero eſt terminus quantitatis, & ſic omnis magnitudo in actu de neceſsitate eſt finita, & infinita nõ poteſt dari cum infinitas ſit contra rationem magnitudinis, & multitudinis propterea prædicatum cum deſtruat ſubjectum inplicat contradictionem, ſic etiam, & multitudo ſiue ſit per ſe, ſiue ſit per accidens cõtra Algazelem, & Auicennam eſſe non poteſt tum quia oportet, vt ſit comprahenſa ab intentione creantis tum etiam, quia oportet, vt ſit ſub aliqua ſpecie numeri, ſeu ſecundum aliquam de quibus omnibus. lege Capt. vbi ſupra & Caiet. p. p. q. 7.

Ariminenſis.

Algazel.

Ignis inferni affliget corpora damnatorum, non tamen alterabit ea à ſua naturali qualitate. Hæc eſt D. Thomæ 4. ſent. diſt. 44. q. 3. ar. 1. in ſolutione tertiæ queſtiunculæ, cui aduerſantur Aur. & Dur. Henricus Bern. & Scotus probantes ignẽ inferni non affligere corpora damnatorum per ſolam immutationem ſpiritualem, nec rationes hoc probãtes eſſe efficaces, & tamen opinio horum eſt cõtra Aug. 3. ſuper geneſim ad literã, & contra D. Greg. 4. dialog. Vide efficaciam rationum D. Thomæ apud Capreol. 4. ſenten. diſtin. 44. q. 4. contra primam concluſionem.

Dur. diſtin. 44. q. 10.

Infinita ſecundum quid non tamen infinita ſimpliciter cognoſcuntur ab anima Chriſti in uerbo. Hanc recitat D. Thom. de ver. q. 20. art. 4. & 3. p. q. 10. art. 3. & 3. ſent. 14. q. 4. Huic aduerſatur Adam probando nec animam Chriſti, nec aliquam creaturam intellectualem poſſe ſimul diſtincte cognoſcere infinita, & male, quia anima Chriſti ſcit infinitos cruciatus, & cogitationes damnatorum, & cũ quilibet intellectus cognoſcens infinita indiuidua comprehenſa ſub finitis ſpeciebus, vel infinitas ſpecies comprehenſas ſub finito genere cognoſcit infinita ſecundum quid, licet non infinita ſimpliciter, ſed anima Chriſti eſt huiuſmodi, igitur cognoſcit infinita ſecundum quid, & non ſolum in confuſo, & in vniuerſali verũ etiã diſtincte quodlibet in ſua ſingularitate. lege Capr. 3. ſent. diſt. 14. q. 2. contra ſecundam, & tertiam partem; vbi ſupra.

Adam.

Innaſcibilitas nihil ponit, quod ſit de proprio intellectu eius licet aliquid ponat ſicut præſuppoſitum ſibi. Hanc ſcribit D. Thom. 1. ſent. diſt. 28. q. 1. ar. 1. cuius oppoſitum ſuſtinet Aur. probans, quod innaſcibilitas, vel ingenitum aliquid ponat in patre, & decipitur, quia innaſcibilitas nihil aliud dicit, niſi quod illud, cui talis ratio conuenit ſit principium non de principio, ſicut naſcibilitas ſeu natiuitas conuenit filio, qui eſt principium de principio, & quia principium eſt ante, quod nihil eſt propterea innaſcibilitas non poteſt dicere aliquid poſitiuum ſed tamen præſupponit. contra Aur. & Herueum ſuſtinentes ingenitum formaliter dicere poſitiuum. Vide Capr. 1. ſent. diſt. 28. q. 1. cõtra primam concluſionem.

Aureolus.

Herueum.

Innaſcibilitas quam ſignificat hoc nomen ingenitus prout eſt proprietas patris ſumitur priuatiue non pure negatiue, & illa priuatio fundatur in ratione principij ſecundum, quod eſt notio patris. Hanc ponit D. Thom. 1. ſent. vbi ſupra. Aur. tamen aduerſatur vltimis verbis huius concluſionis probans, quod negatio importata per innaſcibilitatẽ non fundetur ſuper ratione principij, ſed ſuper eſſentia, & non conſiderauit, quod non importat negationem abſolutam, ſed aliquo modo priuationẽ, omnis enim negatio quæ eſt in aliquo ſubiecto determinato poteſt dici priuatio ſecundum phiſicos aſſerentes, quod priuatio eſt negatio in ſubiecto hinc negatio quam importat ingenitus intelligitur, vt fundata in ratione principij ſecundum, quod eſt notio patris, & hoc modo non conuenit eſſentiæ, neque ſpiritui ſancto, quibus non conuenit eſſe principium per originem alicuius perſonæ, nec iterum filio cui competit affirmatio oppoſita. Vide Capt. vbi ſupra contra tertiam cõcluſionem.

Aureol.

Innaſcibilitas non eſt proprietas perſonalis, vel conſtitutiua patris. Hanc tenet D. Thom. 1. ſenten. diſt. 28. q. 1. art. 2. & p. p. q. 40. art. 3. cui aduerſatur Aur. probans innaſcibilitatem eſſe proprietatem conſti-

Aureol.

constituentem personam patris. cuius opinionem A quidam alij theologi sequuntur, & in errorem labuntur omnes, quia sicut est in inferioribus, quod quicquid consequitur ad esse perfectum, non est constitutiuum illius rei, ita etiam in diuinis, quicquid secundum intellectum præsupponit aliquid quo persona constituitur non potest esse constitutiuum personæ, & inde est, quod communis spiratio non potest esse proprietas personalis, quia supponit in patre, & filio generationem actiuam, & passiuam quibus illæ personæ constituuntur, similiter innascibilitas cum ponat negationem, quæ fundatur super rationem principij præsupponit secundū intellectum rationem principij super quam funda- B tur scilicet paternitatem, & ideo non potest constituere personam patris, nec potest esse proprietas personalis de quibus vide Capr. vbi supra contra quartam conclusionem.

Innocentiæ status erat in quo Adam videbat seu cognoscebat Deum quadam altiori cognitione, quam aliquis purus viator post peccatum communiter videat. Hanc facit D.Thom. p.p.q.94.ar.1. Dur.2.sent. dist.23.q.2. cuius, oppositum probat Duran. sustinens in statu innocētiæ primum hominem non potuisse cognoscere Deum per speciem infusam altiorem communi cognitione, qua Deus naturaliter cognoscitur ex creaturis, vel per lumen commune fidei & alluci C natur in hac parte, quandoquidem in visione aliqua triplex medium, aliquando concurrit vnū sub quo aliquid, videtur veluti lumen solis sub quo vidētur corporalia, aliud est quo aliquid videtur sicuti est species rei visæ, tertium est à quo accipitur cognitio rei visæ sicut speculum à quo accipitur species alicuius visibilis, homo post peccatū indiget hoc triplici medio ad videndum Deum, sicut ipsa creatura qua in diuinam cognitionem ascendit, & similitudine ipsius Dei, quam ex creatura accipit & lumine quo perficitur ad hoc, vt in Deum dirigatur siue sit lumen naturæ, vt lumen intellectus agentis siue gratiæ, vt lumen fidei, & sapientiæ in statu vero D ante peccatum indigebat duplici medio scilicet medio, quod est similitudo Dei, & medio, quod est lumen eleuans, vel dirigens mentem. Beatus autem vno tantum medio indiget scilicet lumine eleuante mentem, & ideo optime dictum est, quod altiori cognitione prius homo videbat Deum ante peccatum quam modo contra Dur. cuius argumentum vide solutum a Capr. 2.sent. distin. 33.q.1. contra secunda conclusionem. Vide etiā D.Thom. de ver.q.18.ar.1.

Innocētiæ status primi hominis talis erat, quod eo durante non erat possibile venialiter posse ipsū peccare. Hanc ponit D.Thom. 1.2.q.89.art.3.& 2. E sen.dist.21.q.2.ar.3. cuius oppositū sustinent Aur. Ioānes Dūs & Scotus probantes, quod in statu innocentiæ potuit homo peccare venialiter absque mortali, & irrationabiliter loquuntur cum in illum peccatum veniale primo, & præcise cadere non potest in quo non potest esse motus subitus in id, quod est contrariatati contrarium nec in ordinatio circa ea, quæ sunt ad finem seruato recto ordine circa finem, sed primus homo quandiu fuit in primo statu Innocentiæ erat huiusmodi. Igitur in tali statu non potuit peccare venialiter præcise, id est committere veniale ex se, & nullo modo mortale deinde cuilibet peccato debetur aliqua pœna, sed nihil pœnale esse potuit in statu innocentiæ, vt docet D. Augustinus. ergo non potuit peccare aliquo pacto quo non eicceretur ab illo integritatis statu, sed peccatum veniale non mutat statum hominis ergo non potuit peccare venialiter, solutiones argumentorum vide apud Capr. 2.senten. distin. 21.q. vnica, & apud Caiet. 1.2. vbi supra.

Innocentiæ status est in quo coitus coniugalis non soluisset totaliter virginitatem, sed quo ad aliquid. Hanc exponit D.Thom. 2.sent. distin. 20. q. 1. ar. 2. & 2.2.q.152.ar.1. cui aduersatur Dur. probans Dur.dis.20 q.2. per actum matrimonialem tum in statu Innocentiæ tum in statu culpæ simpliciter fuisse solutam virginitatem, & male probat, quia coitus qui non tollit omnia nec principaliter pertinentia ad virginitatem non tollit simpliciter virginitatem, sed coitus qui fuisset in statu innocentiæ non sustulisset omnia, immo nec principaliter pertinentia ad virginitatem, igitur mala opinio Dur. probatur minor quia principale in virginitate est propositum abstinendi ab experimento delectationis venereæ contra rectam rationem vel integritas carnis, sed in statu innocentiæ alterum, vel vtrunque illorum permansisset cum coitu coniugali igitur &cæt. vid. Capr. vbi supra.

Innocentiæ status est in quo non omnes, qui nunc sunt electi nati fuissent, & multi qui nunc sūt damnati nati essent licet tunc non damnarentur. Hanc scribit D.Thom. quolibet 6.q.8. cuius oppositum sustinet Scotus, & probat quod solum nunc Ioānes Dūs electi tunc nati fuissent, & versatur in errore, quia variatis parentibus, variatur filij, sed in statu innocentiæ non idem, sed alij fuissent parentes, & genitores quam modo sint saluandorum, ergo nō omnino ijsdem, sed alij fuissent filij, & saluati quam modo sint. probatur minor tū, quia vnus vir non coisset cum multis mulieribus, tum quia mulier nulla coisset cum pluribus viris, cuius oppositum modo contingit, & ex tali concubitu nascuntur modo filij qui saluātur, tunc autem nec nati nec saluati essent. lege Capreolum vbi supra.

Instrumentum dum mouetur ab agente recipit ab eo aliquam virtutem. Hanc sustinet D. Tho. 4. sent. distin. 1.q.1.art.4. cuius oppositum docet ipse Dur. & cōtra omnem rationem, quia licet sit verū, Dur. dist.4. quod in re corporali non possit esse virtus spiritualis secundum esse completum potest tamen ibi esse per modum intentionis sicut in instrumentis motis ab artifice est virtus artis, & sermo audibilis existens causa disciplinæ, vt docet Aristot. libro de sensu & sensato continet intentiones animæ quodam Cap. 6. modo, & etiam in motu est virtus substantiæ separatæ mouentis, & semen agit in virtute animæ, sic etiam calor digerit in virtute animæ, quomodo etiam instrumentum recipit virtutem ab agente, sed latius vide Capr. 4.sent. dist. 1.q.1. contra quartam conclusionem vbi vide argumēta Dur. soluta.

Intelligere in nobis est actio intellectus, cuius principium est species intelligibilis, & terminus est conceptio seu verbum. Hanc ponit D.Thom. in disputatis de ver.q. 8.ar.6. & de potentia q.9.art.5. & de malo q.7.art. 8. cui diuersi se opponunt. God. Godfredus quolib. 4. quolib. 4. & Alex. quolib. 3.q.18. qui tenent intelligere nihil aliud esse, quam speciē recipere seu speciei

Duns. cieі receptionem, Scotus vero 1. sent. distin. 3. & in quolibet q. 14. ait in primis, quod species intellectus est aliud ab ipso intelligere, secūdo dicit quod intelligere est quædam qualitas significata per modum actionis, vt lucere, tertio docet, quod intelligere ad obiectum habet habitudinem primi mensurabilis, hæc est realis habitudo potētialis, vel apritudinalis, habet quoque habitudinem attingentię & ista non est realis, vnde concludit, quod intelligere est essentialiter in genere qualitatis, & respectus attingentia ad obiectum ipsum actualiter cōsequitur.

Henricus. Hēricus scribit quolib. 4. q. 7. quod intellectus habet actiuitatem producendi imagines rerum, & non corpus, quod est anima ignobilius.

Durand. Dur. vero B negat tam in intellectu, quam in sensu ipsas species, & ideo intelligentia secundum ipsum nihil aliud est nisi ratio præsentialitatis ad obiectum, sed trepidant timore vbi non est timor quandoquidem intellectus non potest intelligere nisi fiat actu per similitudinem rei, sicut nulla res operari potest nisi fiat in actu, per aliquam formam igitur illa similitudo erit principium intellectionis, sicut calor principium est ipsius calefactionis, & sic intellectio est actio intellectus, & species intelligibilis impressa est principium &c. Vide Capr. 1. sent. distin. 33. q. 1. art. 1.

Immaterialitas est ratio, quod aliquid sit naturæ intellectualis, & quod aliquid sit intelligibile in actu. Hanc scripsit D. Thom. p. p. q. 14. art. 1. & 2. libro contra gent. quasi per totum ex 1. sent. dist. 35. q. 1. ar. 1. & de uer. q. 2. ar. 2. quam tamen veritatem multis argumentis, vt sui moris est reprahendit

Aureol. Aut. & male cum conclusio Diui Thomæ sit Arist.

Com 5. & Auerrois qui 3. de anima ait, quod non est idem modus receptionis quo formæ recipiuntur in intellectu possibili & in materia prima, quia oportet in intellectu cognoscente aliquid recipi immateriliter, & ideo videmus, quod secūdum ordinem immaterialitatis in rebus secundum hoc in eis naturæ cognitionis inuenitur, plantæ enim & alia quæ D infra plantas sunt nihil immaterialiter possunt recipere, ideo priuantur omni cognitione, sensus autem recipit species sine materia, sed tamen cum cōditionibus materialibus, intellectus autem depuratus à conditionibus species recipit, signum ergo efficax esse potest, quod immaterialitas sit ratio, quod aliquid sit naturæ intellectualis, & quod aliquid sit intelligibile in actu. Vide argumenta sua soluta sigillatim apud Capr. 1. sent. vbi supra cōtra secundam conclusionem, & apud Caietan. p. p. vbi supra.

Intellectus possibilis est in potentia naturali, tātum respectu eorum, quæ per lumen intellectus E agentis cognosci possunt, & sic in se est, quædam entitas. Hanc scribit D. Thom. pluribus, & præci-

Aureol. pue tertio cōtra gentes cap. 43. cui aduersatur Aur. probans multis rationibus intellectum possibilem non esse aliquam entitatem actualem, & loquitur

Tex. 17. contra Arist. 3. de anima describentem vtrunque intellectum, intellectus enim possibilis est quo omnia fieri, & intellectus agens quo omnia facere, in quibus verbis non ponitur aliquid proprium intellectui possibili in ordine ad species intelligibiles, vel intelligibilia ipsa plusquam diaphano ad species colorum, & oculo in ordine ad species visibilium, nam quolibet eorum est aliquid actu in se licet sit potentia ad alia, ita etiam intellectus possibilis est aliquid actu in se, potentia tātum respectu eorum, quæ beneficio intellectus agentis cognosce re debet. Vide solutiones arg. Aut. apud Capr. 1. sent. dist. 3. q. 3. ar. 2. 4. loco contra primam conclusionem, & in replicis.

Intellectus, & voluntas in anima rationali sunt duæ potentiæ realiter distinctæ. Hanc docet D. Thom. in disputatis q. 22. art. 10. & in 2. de anima lectione quinta. cui aduersantur Scotus, Aur. Adā, Adam. & quam plures alij, & pessime dicunt in hac parte, cum distinctio potentiarum animæ sumenda sit ex distinctione actuum, & obiectorum, cū ergo actus intellectus sit intelligere, voluntatis autem velle, obiectum intellectus sit verum, obiectum voluntatis sit bonum, quod bonum licet sit idem materialiter, cum vero non tamen formaliter, quia intellectus respicit suum obiectum sub ratione cognoscibilis, volūtas autem sub ratione appetibilis, & ideo voluntas in anima nostra est alia ab intellectu non solum specie sed etiā genere. Vide Capr. vbi supra. contra secundam conclusionem. Sol. 1

Intellectus obiectum est in ipso met. intellectu. c. p. 53. Hanc sustinet D. Thom. 1. contra gent. cap. 53. & p. p. q. 85. ar. 2. quam tamen impugnat Dur. probās C obiectum intellectus non esse in ipso intellectu, & Dur. dis. 39. loquitur contra Aristot. sexto libro meth ap. vbi asserit ipse philosophus verum, & falsum esse in intellectu bonum, & malum in rebus, quæ verba non solum sunt intelligenda obiectiue, sed etiā subiectiue quia ipsum verum est ratio, seu intellectio quam format intellectus de re intellectā, sicut bonum nominat illud in quod tendit appetitus, sic verum nominat illud in quod tendit intellectus, hoc autem interest inter appetitum, & intellectum siue quamcunque cognitionem, quod cognitio est secūdum quod cognitum est in cognoscente, appetitus autē secundum quod appetitus inchoatur in rem ipsam appetitam & sic terminus appetitus quod est bonum est in re appetibili, sed terminus cognitionis, quod est verum est in ipso intellectu. lege Capr. 1. sent. dist. 39. q. 1. contra primam conclusionem. quæst. 1. Tex. 6.

Intellectus obiectum materiale, & connaturale sibi ad intelligendum pro isto statu est, quidditas rei materialis. Hanc ponit D. Thom. p. p. q. 84. ar. 7. & q. 12. ar. 4. & super Boetium de trinitate q. 1. ar. 3 quam impugnat Aur. probans ex aduerso quidditatem rei materialis non esse formalem rationem obiecti nostri intellectus, & decipitur, quia conclusio Diui Thomæ intelligitur de obiecto materiali proportionato pro isto statu, in quo non intelligit naturaliter immediate, & in se nisi res sensibiles, nec quidditatem alicuius videre potest nisi eorum quæ habent phantasmata, & species intelligibiles illa perfecte repræsentantes, & eorum quorum quidditas ex sensibilibus cognosci possunt, substantias autem immateriales non intelligit in se ipsis cum non habeant phantasmata, nec intellectus habeat species illarum, essentiam perfecte repræsentantes, sed intelligit eas in rebus sensibilibus, & per earum phantasmata, & species ex quibus non sufficienter conspicitur quidditas alicuius substantiæ separatæ, propterea quidditas rei materialis erit obiectū. lege Capr. 1. sen. dis. 3. q. 1. contra tertiā cōclusioné. Aureol.

Intelle-

Intellectus noster secundum statum præsentis vitæ non potest substantias separatas intelligere. Hanc scripsit D.Thom.p.p. q.88.art.1. & 2. contra gent.cap.50.& in quæst.de anima art.16.Scotus tamen,& multi alij sustinent oppositum,& non intelligunt istam conclusionem, quia iuxta veram doctrinam peripatethicam tota cognitio quam habemus de substantijs separatis pertinet ad cognitionem quia est,& quid non est, & nõ cognoscitur de eis quid sunt quoniam cognitio, per communia dicitur pertinere ad cognitionem, quia est ex primo post.aduersarij tamen dicunt, quia cognoscunt quædam prædicata pertinentia ad quæstionem quid est topica lingua vtentes dicunt, quod cognoscunt quid sunt imperfecte tamen vnde patet quomodo nihil dicut, sed diuus Thomas absolute profert suam sententiam,quod humanus intellectus magnitudini addictus non cognoscit substãtias separatas quidditatiue id est à prima potentia vsque ad vltimum actum.lege Capr.1.sen.vbi supra contra quintam conclusionem, & Caiet.libello de ente,& essentia cap.5.

Ioan Dũs. — Tex. 23.

Intellectus Angeli indifferenter se habet ad cognoscendum ea, quæ distant, & quæ sunt sibi propinqua secundum locum, similiter & anima separata.Hanc docet D.Thom.p.p.q. 50.ar.2. oppositum sustinet Scotus multis rationibus & authoritatibus sanctorum patrum, & non intelligit ipsas cum non adducat ad propositum, rationes suæ supponunt Angelum siue animam separatam accipere cognitionem à rebus sensibilibus, quod est falsissimum.Vide Caiet.p.p.vbi supra.

Ioan. Dũs.

Intellectus Angelicus quanto est Deo similior, tanto per pauciores species intelligit. Hanc docet D.Thom.p.p.q.55.ar.3. quam propositionem Scotus conatur falsificare cum tamen ipse sit falsus in se, & propositio est vera siquidem quod Deus omnia intelligat distincte, & per suam substantiam est dicens perfectionem simpliciter, ergo res illa quæ est similior huic perfectioni simpliciter oportet, vt intelligat distinctius,& per pauciora,& sic propositio est vera.lege Capr.vbi supra.

Ioan. Dũs.

Intellectus humanus siue auxilio speciali super addito potest omne verum tum speculatiuum tũ practicum naturale ex solo influxu generali cognoscere.Hanc ponit D.Thom.1.2.q.109.ar.1. cui aduersatur Greg.Ariminensis,quia intellectus est vulneratus vulnere ignorantiæ sicut voluntas dicitur vulnerata vulnere malitiæ in statu naturæ destitutæ, & delitauit quia vulnus ignorantiæ est in ratione,vt est subiectum prudentiæ,& nõ absolute. Ideo licet non possit cognoscere omne verum spectans ad prudentiam recto appetitu,cujus rectitudo mouetur à voluntate, tamen intellectus secundum se ipsum potest omne verum naturale assequi. lege Caietan. vbi supra in expositione art. & Bartholomeum Medinam.

Ariminensis 2. sent. dist. 26.

Intellectus siue humanus siue Angelicus indiget auxilio speciali superaddito naturæ siue illud sit intrinsecum, siue extrinsecum, vt possit aliquod verum supra naturale cognoscere. Hanc docet D. Thom.vbi supra.Quam veritatem impugnat Dur. quia demones & heretici de facto absque aliquo dono supranaturali addito cognoscunt supranaturalia fidei dum credunt ea,& idem est iudicium de nobis quãtum ad assentiendum ijs,quę sunt fidei, & plurimum errat, quia nullus intellectus potest naturaliter cognoscere nisi quod haberi potest ex suo naturali obiecto, supranaturalia non continentur sub obiecto naturali hinc errant quot,quot asserunt verum supra naturale posse cognosci sine aliquo dono supra naturali intrinseco vel extrinseco, vt est miraculum, vel aliqua prædicatio &c. Vide Capr.vbi supra.& apud Caiet. & Medinam.

Dur. 2. sen. dist. 28. q. 1.

Intellectus in Deo non se habet ad intelligere, vt potentia ad actum.Hanc ponit D.Thom. 2. contra gent.cap.10.cui se opponit Aur. probãs, quod nec secundum verum modum intelligendi in Deo sit ponenda ratio intellectus, sed erit tantum intelligere absque intellectu,& falso docet id,quod dicit quandoquidem diuinus intellectus non se habet ad suum intelligere sicut potentia ad suum actum, sicut in creaturis in quibus intellectus dicit potentialitatem & dependentiam ab actu primo & quendam fluxum, & quantum ad ista non ponitur in Deo ratio intellectus, veruntamen quia ipse intellectus dicit etiam rationẽ actus primi quæ est perfectio naturæ fixæ,& manens dicit etiam rationem actus vltimi, qui non est vlterius complebilis per alium actum, & quantum ad hoc non est neganda ratio intellectus ab ipso Deo, sed ponendum est in eo aliquid correspondens vtrique rationi scilicet rationi intellectus, & rationi intellectionis. lege Capreol. 1.senten. distin.35.q.1. contra secundam conclusionem.

Aureol.

Intellectus diuini obiectum primum & per se principale est sola diuina essentia. Hanc ponit D. Thom. 1. contra gent. cap.49. cui tamen contradicit Aur. quia intellectus Dei cognoscit creaturas, quæ non sunt suum obiectum formaliter,quod est sua essentia.Ergo signum est, quod nõ solum diuina essentia erit obiectum, & decipitur hic vir non considerando creaturas ipsas eminentissime contineri in diuina essentia,quo ad totam suam actualitatem qua cognoscibiles sunt, quia cum intellectũ sit perfectio intelligentis secũdum hoc intellectus est perfectus, secundum quod actu intelligit, & est ex hoc, quia est vnum cum eo quod intelligitur si ergo aliquid aliud à Deo sit primum intellectum ab eo erit aliquid aliud perfectio ipsius, & eo nobilius quod est impossibile. Vide vbi supra.q. 2.contra primam.

Aureol.

Intellectus diuini species qua Deus ipse intelligit est sua essẽtia.Hãc scribebat D.Thom.p.p.q.14. at.5.& 1.contra gentes cap.56.Quam veritatem impugnat Aur.quia cum diuina essentia sit obiectum terminãs diuinum intellectũ secundum D.Thom. sequitur, quod non poterit esse species intelligibilis quę non se habet ad intellectum tanquam illud, quod intelligitur,sed potius tãquam illud,quo intelligit & sic cõcludit diuinam essentiam non posse dici speciem intelligibilem diuini intellectus, & in hoc pueriliter se gessit,quia diuina essentia ea ratione qua est species se habet vt quo ea ratione qua est obiectum se habet,vt quod sicut essentia Angeli in cognitione, qua Angelus cognoscit, se ipsum se habet vt species intelligibilis, quæ est actui præuia, & iterum se habet, vt primo cognitum illa cognitione Angelica & iterum vt ratio cognoscendi Deum naturaliter ipsi angelo secus est de specie

Aureol.

nostri

A nostri intellectus, quæ non nisi per reflexionem intelligitur. vide Caiet. per totam q. 14. p. p.

Intellectus diuini obiectum secundarium poterit esse ipsa creatura. Hãc videtur ponere D. Thom. de ver. q. 4. ar. 6. & q. 2. ar. 3. Ipsam tamen impugnat Aur. multis argumentis vt sui motis est probans nullam creaturam terminare diuinum intelligere, nec vt obiectum primarium nec, vt secundarium, & non intellexit hoc esse dictum ex parte nostra, quia Deus hoc modo cognoscit creaturas secundum, quod sunt in ipso, effectus autem in quacunq; causa existens non est aliud ab ipsa si accipiatur illud, quod est per se causa sicut domus in arte non est aliud, quam ipsa ars, quia secundum hoc effectus est in principio actiuo, quod principium actiuum assimilat sibi effectum, hoc autem est ex hoc ipso quo agit vnde si aliquod principium actiuum agat per suam formam, tamen secũdum hoc est effectus eius in eo secundum, quod habet formam illã, nec effectus eius erit distinctus à forma sua, similiter nec in Deo cum per suam essentiam agat, effectus eius est in eo distinctus ab essentia sua, sed omnino vnum, ex quo patet, quod esse, quod habet creatura intellecta à Deo in ipso Deo est diuinum esse, & sic ex parte Dei non est primum, & secundarium de quibus vide Capr. cap. 35. 1. sent. q. 2. ar. 1. nota hic quod Greg. ariminensis tenet ad mentem Arist. & Com. quod Deus non intelligat alia à se, Herueus sustinet quod distinctæ ex parte intellectarum dũmodo cognoscat quomodo autem diuina essentia vna & simplicissima possit esse ratio distinctæ cognitionis rerum omnium ait Herueus, quod ratio huius est diuinæ cognitionis eminentia. Dur. vero ait quod est sufficiens causa effectiua omnium. Petrus de palud. quia omnes similitudines repræsentatiuas virtualiter continet &c. opinionẽ D. Thom. habes p. p. q. 14.

Aureolus.

Opiniones diuersæ de cognitione Dei.

Intellectus diuinus habet aliam intellectionem suæ essentiæ ab intellectione creaturarum. Hæc cõclusio videtur sumi ex D. Thom. p. p. q. 14. ar. 16. cui aduersatur Aur. probans intellectionem diuinam respectu diuinæ essentiæ, & respectu creaturarum non distingui ratione, & male, quia distinctio illarum notitiarum in Deo secundum rationem non est intelligenda secundum disparationem, sed secũdum præcisionem, quia ex hoc quod eadem cognitio sumitur, vt diuersimode terminata aliquãliter diuersificatur secũdum rationem ad diuersitatem obiectorum, nõ ergo est inconueniens diuinam essentiã duplici cognitione cognosci dualitate præcisionis, & non præcisionis non autẽ duabus cognitionibus pisparatis, quia diuinus intellectus habet de se ipso scientiam speculatiuam tantum de alijs à se speculatiuam, & practicam. Vide vbi supra ar. 2 contra primam & p. p. q. 14. ar. vlt.

Aureol.

Intellectus diuinus cognoscit creaturas quæ relucent in sua diuina essentia. Hanc docet D. Thom. 1. contra gent. cap. 50. Quam Aur. more suo impugnat probando creaturas non esse in diuino intuitu sicut obiecta relucentia in diuina essentia, & male quia licet relucere, & cognoscere sit vnum, & idẽ secundum rem differunt tamen secundum rationem, quia relucere dicit respectum ad speciem intelligibilem, cognosci autẽ dicit respectum ad actũ cognoscendi, & quamuis in proprie diuina essentia dicatur speculum, sed potius ipsa creatura dicantur speculũ Dei, iuxta illud uidemus nunc per speculum in enigmate, vt tamensi, dici debet vocatur speculum naturale respectu sui ipsius, respectu autem creaturæ dicitur voluntarium, & propterea optime dictum est creaturas relucere, & cognosci in diuina essentia. Vide vbi supra q. 2. ar. 1. cõtra secundam secundo loco.

Aureol.

Intellectus diuinus intelligẽdo essentiam vniuscuiusque rei intelligit omnia quæ de ipsa prædicari possunt. Hanc videtur ponere D. Thom. de ver. q. 2. ar. 7. cui aduersatur Aur. probans diuinum intellectum non cognoscere omnia quę rei accidunt ex B hoc quod cognoscit rei quidditatem, & non intellexit mẽtẽ D. Thomæ, qui noluit quod essentia creata sit ratio, quod intelligat essentiam, & omnia quę insequũtur ipsam, sed voluit quod, quia species vel idea in diuino intellectu existens æqualiter repræsentat passiones, immo omnia accidentia rei siue sint per se, siue per accidens sicut essentiam, ideo sicut illa species est diuino intellectui ratio & mediũ cognoscendi essentiam ita est medium cognoscendi omnia accidentia rei siue consequantur essentiã speciei siue indiuidui. Vide vbi supra ar. 20. contra quartam conclusionem.

Aureol.

Intelligere in nobis differt realiter à specie intel C ligibili. Hanc ponit D. Thom. pluribus in locis suæ doctrinæ, sed præcipue de potentia Dei q. 9. art. 5. Cuius oppositum sustinet Aur. probans actum intelligendi in nobis non differre à specie intelligibili, & non intellexit hoc secretum, quia intellectus intelligendo ad quatuor comparari potest scilicet ad rem quæ intelligitur, ad speciem intelligibilem qua fit intellectus in actu, ad suum intelligere, & ad conceptionem intellectus, quæ quidem conceptio à tribus prædictis differt à re quidẽ intellecta, quia res intellecta est interdum extra intellectum conceptio autem intellectus non est nisi in intellectu, differt autem à specie intelligibili, nam species in D telligibilis, qua fit intellectus in actu consideratur, vt principiũ intellectionis, quæ est actio intellectus cum omne agens agat secundũ, quod est actu, actũ autem fit per aliquam formam, quam oportet esse principium actionis, differt autem ab actione intellectus, quia prędicta conceptio consideratur, vt terminus actionis, & quasi quoddam per ipsum constitutũ, intelligens enim sua actione format rei diffinitionem vel propositionem affirmatiuam vel negatiuam ex quo patet quomodo species intelligibilis differt ab intelligere tanquam causa ab effectu. Vide vbi supra art. 1. q. 1. contra primam conclusionem.

E Intellectus est in quo reperitur species intelligibilis præuia actui intelligẽdi. Hãc scribit D. Thom. in quest. 16. de malo q. 7. ar. 8. & q. 8. ar. 13. oppositum sustinet Herueus, & male; quandoquidem species intelligibilis tripliciter reperitur in intellectu, primo modo quasi medioeriter inter potentiam, & actum quando scilicet est in habitu, secundo vt est in actu perfecto quantum ad intelligentem, & hoc est quando intelligens actu cogitat secundum formam quam penes se habet, tertio in ordine ad alterum, & quia transitus de vno ad alterum est quasi de potentia in actum per voluntatẽ, ipsa enim facit voluntas, vt intellectus actualiter se conuertat ad formas,

Herueus quolib. 4. q. 7.

formas, ideò necesse est dicere specie intelligibilẽ A
in intellectu præcedere actum intelligendi, quod
Tex.4. Arist. expressit, tertio de anima dicens, intellectum
esse locum specierum. lege Capreolum primo sen-
tentiarum, distin. 35. quæst. 3. art. 1. ad argumen-
ta Henrici.

Intelligere non est recipere speciem, sed potius
effluxus, & operatio. Hanc videtur ponere secun-
Godfredus do contra gentiles, cap. 72. Cui aduersatur Godo-
1. sen. dis. 35 fredus probans intelligere non esse, nisi speciem
quæst. 2. recipere, sed falsum docet, quia tunc ipsum intel-
Tex. 20. ligere esset essentialiter pati, quod est contra Ari-
stotilem tertio de anima, dicentem quod cum in-
tellectus possibilis est factus in actu per speciem B
intelligibilem receptam potest agere per se ipsum,
& sic intelligere consequenter est agere, & non pati.
vide vbi supra.

Intelligere cuiuscunque intellectus creati est
quid absolutum. Hanc videtur ponere Diuus Tho-
mas de potentia Dei, quæst. 9. art. 5. Cui aduersa-
Dur. dis. 35. tur Durandus probans actum intelligendi, nihil
absolutum addere ad potentiam, sed tantum re-
spectum ad obiectum, quia cum omne absolutum
possit Deus separare, & facere sine subiecto, ta-
men intelligere non potest separare ab intellectu
non igitur erit absolutum, & tamen falsum absu-
mit, quod intelligere non possit separari per Dei C
potentiam, sed tunc intellectus nihil intelligeret
per illud intelligere loquendo de intelligere prout
dicit actum intelligendi non prout dicit esse illius
formæ cum relatione ad intellectum. vide Ca-
preolum, quæstione prima, vbi supra. quia intel-
ligere est in prædicamento qualitatis, & sic ab-
solutum.

Intelligere sufficienter producitur ab intellectu
possibili cum specie intelligibili. Hanc videtur po-
nere Diuus Thomas, quarto sententiarum, distin-
ctione 49. quæstione secunda, articulo primo.
Io. de Ripa Quam impugnat Ioannes de Ripa in suis determi-
nationibus probans quod intelligere vel percipere D
non sit formaliter aliquid productum à potentia
intellectiua creata, & deceptus est, quia licet intel-
ligere, vt intelligere est, non habeat de sua ratio-
ne, quod sit productum ab intellectu, nec habet
quod sit idem cum intellectu, sed abstrahit ab
vtroque illo modo quo analogum abstrahere po-
test à suis inferioribus, tamen intelligere creatum
necessario habet, vt sit elicitum, & productum ab
ipso intellectu facto in actu, & est ratio in prom-
ptu, quia aliquid potest esse de ratione inferioris,
quod non est de ratione superioris, vt rationali-
tas est de ratione hominis, & tamen non est de ra-
tione animalis. vide vbi supra.

Intelligere est essentialiter agere. Hanc videtur
tenere Diuus Thomas de veritate, quæstione octa-
ua, articulo sexto. Cui aduersatur Ioannes de Ian-
Ioannes de duno, & Aureolus probantes intelligere esse for-
Ianduno. maliter, & essentialiter pati, & loquuntur contra
Tex. 12. Aristotelem asserentem, quod intellectus cum fa-
ctus est singula potest per se ipsum intelligere pro-
prie, ipsum intelligere est agere, & pati non, vt
quoddam permixtum, sed est agere essentialiter,
& pati antecedenter, & concomitanter, lege vbi
supra.

Intentio est actus voluntatis realiter differens à
A fruitione, & volitione. Hanc ponit Diuus Tho-
mas prima secundæ, quæstione duodecima, articu-
lo primo. Quam Aureolus impugnat probans in- Aureolus
tentionem non esse actum voluntatis, & deceptus
est, quia voluntas potest habere duplicem actum
vnum, qui competit ei secundum suam naturam in
quantum tendit ad proprium obiectum absolute,
& hic actus attribuitur voluntati simpliciter, vt vel-
le, & amare, quamuis etiam ad hunc actum præsup-
ponatur actus rationis, alium vero actum habet
qui competit ei secundum quod impressio ratio-
nis relinquitur in voluntate, cum enim proprium
rationis sit ordinare, & conferre quandocunq; in
B actu voluntatis apparet aliqua collatio, vel ordina-
tio, talis actus est voluntatis non absolute, sed in or
dine ad rationem, & hoc modo intendere est actus
voluntatis, cum intendere nihil aliud esse videa-
tur, quam ex eo quod quis vult in aliquid tendere,
sicut in finem, & ita intendere in hoc differt à vel-
le, quia velle tendit in finem absolute, sed intende-
re dicit ordinem in finem, secundum quod finis
est in quem ordinantur ea, quæ sunt ad finem. vide
Capreolum primo sententiarum, distin. 1. quæst. 1.
contra quartam.

Intentio prima est conceptio intellectus. Hanc
ponit Diuus Thomas primo libro sententiarum,
C distinctione secunda, quæstione prima, articulo ter
tio. Cuius oppositum sustinet Aureolus probans Aureol.
primam intentionem esse obiectum intellectus,
primo, & principaliter, & non esse conceptionem
factam ab intellectu, & delirat, quia cum conce-
ptio intellectus tripliciter se habeat ad rem, quæ
est extra animam, aliquando enim hoc, quod in-
intellectus concipit, est similitudo rei existentis
extra animam, sicut hoc, quod concipitur per hoc
nomen homo, & talis conceptio intellectus habet
fundamentum in re immediate inquantum res ip-
sa ex sua conformitate ad intellectum facit, quod
intellectus sit verus, & quod nomen significans il-
D lum intellectum proprie dicatur de re, aliquando
autem hoc, quod significat nomen non est simili-
tudo rei existentis extra animam, sed est aliquid
quod consequitur ex modo intelligendi rem, quæ
est extra animam, & huius modi sunt intentiones,
quas intellectus noster adinuenit, sicut significa-
tum huius nominis genus non est similitudo ali-
cuius rei existentis extra animam, sed est aliquid
quod consequitur ex modo intelligendi rem,
quæ est extra animam, & huiusmodi sunt inten-
tiones secundæ, quæ proximum fundamentum
habent in intellectu, remotum vero in re ipsa, ali-
quando vero, illud quod significatur per nomen
E non habet fundamentum in re, neque proximum,
neque remotum sicut conceptio chimeræ. ex qui-
bus patet, quod primæ intentiones sunt ipsæ con-
ceptiones, quæ sunt similitudines rerum extra ani-
mam, vt conceptio hominis, secundæ vero inten-
tiones sunt conceptiones conceptionum imme-
diate fundatarum in re, vt conceptio speciei, &
ideo optime Diuus Thomas dixit quod prima in-
tentio est conceptio intellectus. vide Capreolum
primo sententiarum, distinctione vigesimatertia,
contra primam.

Intentio aliquarum qualitatum fit per remo-
tionem contrarij. Hanc veritatem docet Diuus

Thomas primo sententiarum, distin. 17. quæst. 2. articu. 2. Quam impugnat Gregorius Ariminensis probans, quod remissio formæ non est ex hoc quod formæ contrariæ magis miscentur, nec intentio est ex hoc, quod à forma contraria magis depurantur, & valde allucinatur, quia mens Diui Thomæ est, quod non est de ratione intentionis alicuius qualitatis, quod non fit per remotionem alicuius contrarij fine à contrario, hoc enim accidit qualitati secundum quod est in subiecto participante contrarium, sed hoc est de necessitate intentionis, quod qualitas educatur de imperfecto ad perfectum, sicut patet de diaphano in quo nihil est cōtrarium luci, quod potest lumen intendi secundum incrementum virtutis illuminantis, hæc autem imperfectio est de potentialitate ipsius naturæ, quæ subijcitur perfectioni, & actui, ex quo patet quod intentio aliquarum qualitatum fit per depurationem contrarij. lege Capreolum primo sententiarum, distinctione decimaseptima, quæstione secunda, articulo primo, contra secundam.

Ariminēsis

Di.17.q.3.

Intendi aliquam formam seu augeri essentialiter est ipsam magis radicari, seu firmari in subiecto. Hanc ponit Diuus Thomas secunda secundę, quæst. 24. art. 4. loquens de charitate. Quam impugnat Aureolus probans esse impossibile formam aliquam intendi per radicalem participationē subiecti, nisi habeat in essentia sua partes, & gradus. & irrationabiliter loquutus est, quia nunquā in intentione formæ acquiritur aliqua alia forma, vel pars formæ, quæ non præfuerit potest tamen dici, quod acquiratur noua forma hoc modo, quia dū charitas intenditur, illa charitas intensa potest dici noua realitas propter nouum modum essendi in subiecto, quia subiectum perfectius se habet secundum eam, quam prius, non tamen dicitur noua realitas propter hoc quod prius non esset in subiecto, vnde in illa intentione nou acquiritur aliqua pars formæ, nec aliqua forma de nouo, sed subiectum aliud esse habet secundum eam quam prius, non tamen motus ille proprie loquendo terminatur ad ipsum esse formæ, sed ad formam sub illo esse, & ideo falsum est formā augeri, idem esse quod habere partes, & gradus. vide vbi supra. contra quartam. & Caiet. & Dominicum Bannes secunda secundæ, vbi supra.

Aureolus.

Intendi aliquam qualitatem, seu augeri nihil aliud est, quam subiectum magis participare qualitatem, sicuti ex hoc ipso, quod subiectum magis participat charitatem vehementius operatur. de virtutibus, quæst. 1. art. 11. Hoc impugnat Gregorius probans quod forma intensibilis non ideo formaliter intendatur, quia dat aliud, & aliud esse subiecto, vel quia magis inest ei quàm prius, & allucinatur, quia quod aliqua forma augeatur puta charitas est solum per hoc quod subiectum magis, ac magis participat charitatem id est secundum quod magis reducitur in actum illius formę, & magis subditur. hic enim est modus proprius augumenti cuiuslibet formæ, quæ intēditur, & quod esse huius formæ totaliter consistit in eo, quod inhæret susceptibili, & ideo cum magnitudo rei sequatur esse illius, formam esse maiorem hoc est eam magis inesse susceptibili, non autem aliam formam adueniri, hoc enim esset si forma haberet quantitatem ex se ipsa non per comparationem ad subiectum: sic igitur charitas augetur per hoc quod intenditur in subiecto, & hoc est ipsam augeri secundum essentiam. vide vbi supra contra quintam, & sextam, & primo sentētiarum, dist. 13. quæst. 2. art. 2.

Ariminēsis

Intendi aliquam formam puta charitatem non poterit esse hoc modo quod charitas addatur charitati. Cuius oppositum sustinet Adam, & Scotus probantes, nec charitatem, nec aliam formam posse intendi, nisi per additionem nouæ partis ad præexistentem, & errant toto cœlo, quia in omni additione oportet intelligere duo diuersa quorū vnum alteri additur, si autem intelliguntur duæ charitates, aut intelliguntur diuersæ secundum speciem, aut secundum numerum, constat quod non secundum speciem, quia omnes charitates sunt in eadem specie virtutis, diuersitas autem, secūdū numerum est ex diuersitate materiæ, sicut hæc albedo differt secundum numerum ab illa, quæ est in diuerso subiecto, vnde non potest qualitas addi qualitati nisi per hoc quod solum subiecto additur, charitas autem quæ ponitur addi, nunquam fuit in aliquo subiecto antequam in isto, & secundum hoc quod est in isto non differt numero ab aliqua charitate in eodem existente, & sic ergo nō potest fieri additio charitatis ad charitatem, vt isti fingunt. vide vbi supra contra tertiam.

Adā, Di.17 quæst. 4.

Intendi potest charitas, & alia forma accidentalis propter maiorem conatum, & dispositionem subiecti. Hæc videtur Diuæ Thomæ secunda secundæ, quæst. 24. artic. 3. & primo senten. distin. 17. quæst. 1. art. 3. Cui aduersatur Gregorius Ariminensis probans charitatem non intendi formaliter per solam maiorem dispositionem subiecti, & hic non intellexit Diuum Thomā, qui exponens verba Saluatoris dedit vnicuique secundum propriam virtutem vult quod illa virtus secūdum quā Deus dat vnicuique est dispositio vel præparatio præcedens vel conatus gratiam accipientis, secundum hanc etiam dispositionem, vel conatum præcedit Spiritus Sanctus mouens mētem hominis plus vel minus secundum suam voluntatem, ita quod non præparatio facta tantum à subiecto, sed bonus motus liberi arbitrij moti à Deo est præparatio ad donum gratiæ suscipiendum, & est quandoque simul cum infusione gratiæ, & est operatio meritoria quandoque autem præcedit donum gratiæ gratum facientis. vide vbi supra. contra secundam, & sextam.

Ariminēsis

Math. 25.

Intendi potest charitas viæ semper à Deo, quod nunquam potest deuenire ad aliquem terminum vltra quem non possit augeri. Ista conclusio est Diui Thomæ, primo senten. dist. 17. quæst. 2. art. 4. Quam impugnant Scotus, & Aureolus probantes, nec charitatem, nec aliquam formam posse augeri in infinitum, & non intellexerunt quod terminus in augumento alicuius formæ potest præfigi tripliciter, vno modo ex ratione ipsius formæ, quæ habet terminatam mēsuram ad quam cum peruentū fuerit nō potest vltra procedi in forma, sed si vltra processum fuerit peruenietur ad aliā formā, sicut pōt in pallore cuius terminos per continuā alterationē aliquis transit vsq; ad albedinē vel nigredinē perue-

Ioan. Duns Di.17.q.2.

perueniens alio modo ex parte agentis, cuius virtus non ſe extendit ad augendam formam alterius in ſubiecto, tertio modo ex parte ſubiecti, quòd nõ eſt capax perfectionis amplioris, ſed nullo iſtorum modorum imponitur terminus augmẽto charitatis in ſtatu viæ, ipſa enim rationem proprie ſpeciei terminum augmenti non habet, eſt enim participatio quædã infinitæ charitatis, quæ eſt Spiritus Sanctus: ſimiliter etiam cauſa agens eſt infinitæ virtutis ſcilicet Deus: ex parte quoque ſubiecti terminus huic augmento præfigi nõ poteſt, quia ſemper charitate excreſcente ſuperexcreſcit humilitas ad alterius augmentum, & ſic relinquitur quod charitatis augmento nullus terminus præfigi poteſt in via, quæ eſt concluſio Diui Thomæ. vide Capreolũ vbi ſupra, art. 2. contra cõcluſionem, & Caiet. ſecunda ſecundæ, quæſt. 24. art. 7. & Dominicum Bãnes.

Ioan. Duns 4 ſent. diſt. 48. q. 1.

Iudicabit Chriſtus in vltimo iudicio non ſolum in natura humana, ſed etiam ſecundum naturam humanam, quarto ſenten. diſtin. 48. quæſt. 1. art. 1. Quam veritatẽ nolit Scotus ſentire, & probat Chriſtum vtique iudicaturum in forma humana, & non ſecundum formam humanam, & non intellexit mentem Diui Thomæ, qui noluit quod Chriſtus ſecundum quod homo habeat principaliter iudicare illo modo, ſed tantummodo quod ipſe Chriſtus ſecundum, quòd homo iudicabit authoritate ſecundaria ſub primaria authoritate, quæ reſidet apud Trinitatem, vnde in illa viſione Danielis manifeſtè exprimitur ordo iudiciariæ poteſtatis, qui quidem ſicut in primo origine eſt in ipſo Deo, & ſpecialius in patre, qui eſt fons totius diuinitatis, & ideò primo præmittitur quod antiquus dierum ſedit, ſed à patre iudiciaria poteſtas traducta eſt in filium non ſolum ab æterno ſecũdum diuinam naturam, ſed etiam in tempore ſecundum humanam in qua eam meruit, & ideo ſubiungitur in viſione prædicta, ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei poteſtatem honorem, & regimen. vide Capreolum quarto ſenten. diſtin. 46. contra primam concluſionem.

Cap. 9.

Dur. diſ. 47. quæſt. 1.

Iudicium vltimum eſt in quo quilibet poterit legere in ſua, & aliena conſcientia omnia merita, & demerita propria, & aliena: Hanc facit Diuus Thomas quarto ſenten. diſt. 43. quæſt. 1. art. 5. Cui aduerſatur Durandus dicens quod non oportet ad hoc vt ſententiã iudicis appareat iuſta quod quilibet cognoſcat ſigillatim omnia merita vel demerita aliorum; ſed ſufficit quod cognoſcat illos, qui erunt à dextris eſſe bonos & iuſtos, quibus dicetur venite benedicti, &c. illos autem qui erunt à ſiniſtris cognoſcant eſſe malos, & iniuſtos, quibus dicetur item maledicti, &c. & irrationabiliter loquitur quia non ſufficit illa generalis, & confuſa cognitio, qua iudicãdorum aliqui videbuntur eſſe à dextris Chriſti, alij à ſiniſtris, ad hoc vt perfecte cognoſcatur diuina iuſtitia, & hoc innuit Apoſtolus primo Corinth. illuminabit abſcõdita tenebrarũ, vbi gloſa ait geſta, & cogitata bona, & mala, & tunc aperta, & nota erũt omnibus, hoc habet Auguſt. Chryſoſtomus. Anſel. & cæteri grauiſsimi doctores, quia cognoſcens manifeſte, & euidenter aliquam ſententiam eſſe iuſtam, cognoſcit merita ſententiati, ſed quilibet in finali iudicio cognoſcet manifeſte, &

Cap. 4.

A euidenter ſententiam ſui, & aliorum eſſe iuſtam, ergo cognoſcet ſua, & aliena merita, vel demerita. vide Capreolum vbi ſupra, contra tertiam concluſionem.

Duran.

Iudicium vltimum probabile eſt quod fiet mentaliter, & non vocaliter quantum ad diſceptationẽ, & ſententiam. Hanc ſequitur Diuus Tho. in 4. ſent. diſtin. 47. quæſt. 1. art. 1. Quam impugnans Duran. ait, quòd licet diſcuſsio meritorum, & demeritorum fiat tantum mentaliter, tamen ſententia profertur vocaliter, quia Chriſtus iudicabit, vt Deus, ſed vt homo, & ſic iudicium eius fiet non ſolum diuino modo, ſed etiam humano, fiet diuino modo B per hoc, quod merita, & demerita vniuſcuinſque ad memoriam imperceptibiliter reuocabuntur, & ſic diſcuſsio eorum erit mentalis, modo autem humano fiet, ſi ſententia ſit vocalis, & ſic vtroque modo fiet iudicium, ſcilicet mentaliter, & vocaliter, & non intellexit Duran. quod in iudicio illo erit duplex ſententia, quædam particularis cuiuſlibet qua adiudicabitur tali, & tantæ pœnæ, vel tali, & tanto præmio, & iſta fiet mentalis, ſicut & diſcuſsio meritorum: alia vero erit ſentẽtia generalis, vna pro beatis, alia pro damnatis, & de iſta generali probabile eſt quod fiet vocaliter, quia non requirit temporis prolixitatem, ſicut prima requireret, & de prima C intelligitur cõcluſio, quia ſententia debet proportionabiliter reſpondere teſtimonio, & accuſationi, & executioni, ſed teſtimonium, & etiam accuſatio, vel executio erit mentalis. vt ait Apoſtolus teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit Dominus occulta hominum, ergo videtur quod illa ſententia mentaliter compleatur, quia ad vltimum iudicium non requiritur inæſtimabilis magnitudo temporis, ſed ſi illud fieret vocaliter illa exigeretur, ergo non vocaliter, ſed mentaliter debet fieri. vide vbi ſupra contra quartam.

Rom. 2.

Duran. diſ. 27. q. 2.

D Iuſtitiam diſtributiuam ſeruat Deus in retributione præmiorum vel ſuppliciorum. Hanc videtur ponere Diuus Thomas in quarto ſententiarum, diſtin. 46. quæſt. 1. articulo primo, quæſt. 1. Huic tamen aduerſatur Durandus probans iuſtitiam commutatiuam eſſe in Deo, & in puniendo, & in præmiando, quia conſiderare habitudinem rei ad rem, vel actionis ad actionem, ſiue in bonis, ſiue in malis non habito principali reſpectu ad habitudinem perſonæ ad perſonam, pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, & non diſtributiuam, ſed in redditione præmiorum, & pœnarum pro meritis, & culpis attenditur principaliter habitudo actionũ, E vt cuius actio fuit melior plus præmietur, cuius autem fuit deterior plus puniatur, nec habetur reſpectus ad conditionem perſonarum, niſi quatenus faceret differentiam actionum: igitur commutatiua, & non diſtributiua iuſtitia ibi attenditur. Et deceptus eſt hic Durandus non intuens quomodo ratio diſtributiuę iuſtitię proprie conuenit ipſi Deo inquantum. ſ. æqualitatem proportionis ſeruat in communicatione bonorum ſuorum dans vnicuique ſecundum modũ ſuum: hęc eſt doctrina Dionyſij aſſerentis quod iuſtitia laudatur in Deo inquãtũ omnibus ſecũdũ dignitatẽ diſtribuit, ſed iuſtitia commutatiua per quam æqualitas conſti-

Error Dur.

Cap. 4. de diuinis nominibus.

tuitur inter Deũ dantẽ, & creaturam accipientem Deo competere non potest, scilicet secundum propriam acceptionem, quia beneficia Dei semper excedunt meritum creaturæ, sed tamen seruatur ibi quædam proportionis æqualitas inter Deum dantem, & creaturam recipientem in quantum scilicet ita se habet Deus ad suam superabundãtiam, sicut creatura ad id quod competit ei secundum suam paruitatem, & sic etiam quidam modus iustitiæ cõmutatiuæ in Deo inuenitur respectu creaturæ sicut inuenitur inter patrem, & filium, sed ex hoc non debuit absolute asserere, ibi esse iustitiam commutatiuã, & negare distributiuam contra magistrum suum, & Dionysium. ratio sua est nullius momenti, cum maior sit falsa. lege Capr. 2. senten. distin. 27. q. 1. art. 1.

Iustitia duplex cõmutatiua, & distributiua.

Legalia non poterãt obseruari post publicationem Euangelij sine peccato. Hanc ponit D. Thom. 4. senten. dist. 142. art. 5. quæst. 2. quam odio habet Scotus probans quod post publicationem Euangelij poterant sine peccato mortali legalia obseruari, quia legitur de Paulo, qui ascendit in Hierusalem, & ibi de consilio Iacobi, & aliorum fratrum post quartam synodum habitam Hierosolimis, secundum legem ascendit templum, & obtulit sacrificiũ pro se. & inconsiderate locutus est Scotus, non animaduertendo quod publicatio Euangelij fuit duplex, altera quidẽ imperfecta qua scilicet per Apostolos, aut alios prædicatum fuit misterium incarnationis, & passionis, & resurrectionis, & aliorum pertinentium ad humanitatẽ, & diuinitatem Christi cum necessitate obseruandi sacramenta nouæ legis, & Christi præcepta: alia vero publicatio Euangelij dicitur perfecta: qua scilicet non solum prædicata sunt suprascripta verum etiam sufficientia, & virtus nouæ legis, sine obseruatione legalium, & inutilitas veterum legalium, & eorum nocumentũ, & hanc distinctionem ponit glosa, docens illas quatuor synodos celebratas Hierosolymis, primam de substitutione Matthiæ, secundam de electione septem diaconoũ, tertiam de legalibus quorum onus gentibus non erat imponẽdum, quartam quando fuit constitutum non prohibere iudæos ab obseruantijs legalibus, dummodò non ponerẽt spem in eis, & sic tempore quartæ sinodi nondum virtus Euangelij erat perfecte publicata: oportet ergo quod fieret post, quando determinatum fuit legalia esse non solum mortua, sed mortifera; & sic post primam publicationem Euangelij legalia sine peccato potuerãt obseruari à iudæis, non ponentibus spem in eis: & hoc modo Paulus legalia obseruauit, & sic conclusio D. Tho. est firma, vide Capreolum 4. distin. 1. q. 1. contra secundam cõclusionem.

Ioan. Dũs, Dist. 3. q. 4.

Actuũ, c. 21.

Inconsiderauo Scoti.

Quatuor synodi celebratæ ab Apostolis Hierosolymis.

Lex est regula humanorum actuum habens vim coactiuam in malos. diuulgata est propositio hæc apud omnes iuris peritos, & scribitur per Sanctum Thomam prima secũdæ, quæst. 96. art. 5. quam destruere conantur Anabaptistę dicentes legem pugnare de diametro cum libertate Christiana, quia Saluator noster dixit, vt scribit Matth. Si quis voluerit tecum in iudicio contendere, & tollere tunicam tuam præbe ei, & pallium, & Apostolus 1. ad Corinth. ait si frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles, &c. quare non magis iniuriã accipitis? ex quibus verbis apparet manifeste, quod A Christus Saluator noster, & Apostolus prohibent iudicia, ex consequenti leges, per quas fiunt iudicia, vnde ad Rom. dixit Apostolus, qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij, & prima ad Thim. lex iusto nõ est posita: ex his volunt ipsi Anabaptistæ excludere omnes leges ciuiles, quia sufficit lex naturalis, & lex Euangelica, quia Mosaica quoque est ablata.

Cap 5.

Cap. 8.

Cap. 1.

Sed maximo errore in hac parte detinentur, & tanquam cæci deambulant, quia tam principes, quàm etiam Ecclesia possunt cõdere leges ciuiles, siquidem Regiæ potestatis est dirigere populum sibi subditum eiusque actiones ad bonum commune, sed per leges ciuiles dirigitur populus ad com- B mune bonum, vel immediate, sicut cum aliqua directe propter commune bonum fiunt, vel mediate sicut cum aliqua ordinatur à Legislatore pertinentia ad bonam disciplinam, per quam ciues informantur, vt commune bonum iustitiæ, & pacis conseruent, vnde habetur Prouerbiorum per me reges regnant, &c. & Esaia dicit Dominus Rex noster, Dominus Legifer noster, & August. 19. de ciuitate Dei diserte docet vtilitatem legum ciuilium inter Christianos, quia ipsi non desinunt esse homines, & ciues, & ideo sunt membra temporalis Reipublicæ: Propterea debent habere regulas, quibus regulantur humani actus in emendo, & vendendo. & in C alijs actionibus pertractandis. Ad quæ omnia peragenda est necessaria lex ciuilis, quia lex naturalis nõn sufficit cum contineat solummodo principia naturalia, lex Mosayca est abrogata, cum fuerit tradita populo Hebræo pro illo tempore: lex Euangelica agit de cœlestibus, igitur necessaria est aliqua humana lex. & ea quę adducuntur in oppositum facile soluũtur, quia tam Saluator noster, quàm Apostolus prohibet iudicia altercationis, & contentionis propterea dixit Christus, qui vult tollere tunicã tuam. i. vestes viliores dimitte ei, & pallium. i. vestes preciosiores, siue exteriores priusquàm contentiose agas, & fraudolenter, & secundum hoc in- D hibetur ẽt omnibus mouere causam contra aliquẽ cum fraude, & cõtentione, sed licitum est infirmis mouere causam contra proximũ sub iudice, dummodo fiat sine fraude: perfectis tamẽ nullo pacto licet habere litem cũ proximo: Propterea cum lex Spiritus Sãcti sit superior omni legi humanitus posita. Ideo viri spirituales ducuntur hac lege, & non ducũtur legibus ciuilibus, quantũ ad ea, quę repugnant ductioni Spiritus Sancti. Quamuis, & ipsi subdantur legibus humanis absolute loquendo, iuxta illud primæ Petri subiecti estote omni humanæ creaturæ, propter Deum secundum quem ipsi iusti volũtarie operantur. Propterea dicitur, quod E eis lex non est posita, quia non coactiue, sed malis, & transgressoribus posita est lex coactiue.

Cap. 8.

Cap. 23.

Cap. 17.

Cap. 2.

Leges humanæ iustæ habent vim obligandi in foro conscientiæ. Hæc propositio scribitur per Sanctum Thomam prima secundæ, quæst. 96. 3. & est expressa sententia Apostoli scribentis ad Romanos, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & qui potestati resistit Dei ordinationi resistit. & Christus dixit, qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit, vt est videre apud Lucã. Aduersatur tamẽ huic propositioni Calninus quarto libro institutionum docens humanas leges obligare homines solummodo ad pœnam exteriorẽ, &

Cap. 13.

Cap. 10.

Cap. 20.

non

non ad peccatum. Idem etiam docuit Gerson tra-
Lec.4. Cap.10. ctatu de vita spirituali, & Almain tractatu de pote-
state Ecclesię, & plurima argumenta ad hoc suaden
dum adducunt quorum præcipuum est, quia Do-
minus Saluator noster solummodo Petro, & Eccle
siæ tribuit potestatem ligandi, & soluendi in foro
conscientiæ dicens accipite Spiritū Sanctum, Quo-
rū remiseritis peccata remittantur ei, & quorū, &c.
& hanc potestatem non dedit principibus secula-
ribus: ergo humanæ leges ad exteriorem pœnam,
& non ad culpam obligant. Attamen neque hoc
motiuum, neque alia adducta, & adducenda dimi-
nuere possunt veritatem huius conclusionis; quæ
definita est in Concilio Cōstātiensi contra Ioan-
Art.27. nem Vuicleph, & in bulla Leonis cōtra Lutherum,
& hoc rationabiliter, quia lex illa, quæ est à Deo nō
solum obligat ad pœnam exteriorem, sed etiam ad
culpam, sed humana lex est ab ipso Deo saltem me-
diate, quando quidem opus Dei nō solum dicitur
illud, quod ipse solus producit, sed etiam quod me
dijs causis secundis efficit. Igitur non solum diui-
na lex illa dicitur quam ipse solus Deus sanciuit,
sed etiam quam homines diuina authoritate pro-
mulgant, & statuunt, quemadmodum lex pontifi-
cia non est ea tantum, quam Papa per se instituit,
sed etiam quam alij inferiores authoritate pontifi
cia instituunt, & sic etiam leges humanæ quando
sunt iustæ dicuntur esse à Deo mediate. Idcirco
Ioan.A obligant in foro conscientiæ: & licet Redemptor
Noster soli Petro, & Ecclesiæ tribuerit potestatem
ligandi, & soluendi hoc tamen intelligitur iudicia-
ria potestate: præsens tamen propositio est diuersa
ab hoc sensu, quia obligare ad culpam in foro con
scientiæ est tantum constituere legem, & cōstitue-
re aliquid in genere virtutis, cuius contrarium
commissum erit vitium, & peccatum: concluditur
ergo quod proprietas legum istarum est obligare
Cap.2. ad obedientiā, vt scripsit Beatus Petrus prima suæ
Epistolæ inquiens subditi estote omni creaturæ,
propter Deum siue Regi, quasi præcellenti, siue du
cibus ab eo missis; Quem locum Beatus Augusti-
nus, & Chrysostomus, & omnes ferè interpretes in-
terpretantur de lege ciuili condita ab hominibus,
qui potestatem habent ab ipso Deo. vt testatus est
Saluator Noster coram Pilato Non haberes pote-
statem vllam, nisi datum esset tibi desuper.

Liberum arbitrium est quædam potentia ani-
mæ in nobis. Hanc ponit Diuus Thomas prima
parte, quæst. 83. art. 2. & de veritate quæst. 24. art. 4.
& 2. senten. dist. 24. quæst. 1. art. 1. Quam nolūt au-
Dur. dis.24. quæst.1. dire Durand. & alij dicentes, quod si liberum arbi-
trium nominaret aliquam potentiam absolute, tūc
omnis actus illius potentiæ essent liberi, sed nulla
est potentia, cuius omnes actus sint liberi, igitur li-
berum arbitrium non erit potentia: maior est cla-
ra, & minor probatur in omnibus potentijs ani-
mæ, actus enim vegetatiuæ potentiæ non sunt libe-
ri arbitrij, quia non habet iudicium de proprijs
actibus cum sint pure naturales, & sic actus sensiti-
uæ partis, item actus intellectus saltem ille, qui est
respectu primorum principiorum, item respectu
boni secūdum communem rationem actus ipsius
voluntatis, & sic liberum arbitrium debet nomi-
nare proprietatem potentiæ, vel saltem potentiam,
Error Dur. sub proprietate. Et errauit in hac parte non consi-

A derando quomodo proprius actus liberi arbitrij
est electio, quæ primo, & immediate ei subijcitur,
& omnes alij actus diuersarum potentiarum non
referuntur ad liberum arbitrium, nisi mediante
vno actu, qui est eligere, & electio non est de fine,
sed de ijs, quæ sunt ad finem, ita quod ratio Durā:
concludit, quod nos docemus, quod omnes actus
liberi arbitrij sunt liberi, & cum omne quod in no
bis est naturale principium actiuum indifferēs ad
bene, & male eligendum nominat potentiam ani-
mæ, & non actum, nec habitum, aut proprietatem
potentiæ, siue potentiam sub proprietate, sed libe-
rum arbitrium est huiusmodi cū sit id quo homo
B libere iudicat, igitur liberum arbitrium est animæ
potentia. vide Capr. 2. sent. dist. 27. q. 1. contra pri- Aureolus.
mam conclusionem.

Liberum arbitrium est vnica potentia, & non
multæ. Hanc sequitur Diuus Thomas de veritate,
quæst. 24. art. 4. & 2. sent. distin. 24. quæst. 1. art. 2.
Quam Durand. noluit gustare, sed probat liberum Durand.
arbitrium includere duas potentias per modum
totius integralis, aut vniuersalis, quia liberum arbi Liberum ar
triū dicitur esse facultas rationis, & voluntatis, hoc bitrium qd
ergo aut intelligitur de vtroq; per se, aut de vtroq; sit.
simul, si primo sequitur quod vtrūque sit liberum
arbitrium, & æqualiter pertineat ad diffinitionē,
C si de vtroque simul sequitur quod vel per modum
totius integralis, aut vniuersalis. & de facto no-
luit gustare veritatem, quæ in hoc consistit quod
ratio, & voluntas vtraque tanquam de per se spe-
ctāt ad liberum arbitrium, sed aliter, & aliter, quia
ratio tanquam radix libertatis, voluntas vero vt su-
biectum, vel ratio, vt quo, voluntas, vt quod, & sic
faciunt totum integrale, aut vniuersale, vt ipse pu-
tauit, cum libertas arbitrij formaliter resideat in
voluntate, & sic liberum arbitrium non complecti-
tur plures potentias essentialiter, sed tantum vir-
tualiter; quia cum eligere sit vnus actus specialis
vnicam potentiam specialem arguit, & non plures,
D nisi vt dictum est. vide vbi supra contra secundam
conclusionem. & Caiet. p. p. quæst. 83.

Liberum arbitrium non est potentia pura pas-
siua, immo actiua, & motiua. Hanc docuit Diuus
Thomas prima secundæ, quæst. 9. art. 1. Quam im-
pugnat Aureolus, & nititur probare ipsum libe- Aureolus.
rum arbitrium nō esse causam effectiuam actuum
elicitorum, seu actuum suorum, & inter alia moti-
ua principale est, quia materia, & efficiēs non coin-
cidunt, secundo Physicorum, sed posito, quod li- Tex. 27.
berum arbitrium sit potentia passiua, & actiua,
tunc idem esset materia, & efficiēs volitionis, quod
est falsum. Et non intellexit hic vir mentem Arist.
E qui loquitur de materia ex qua quæ est pars illius,
cuius est materia, de tali enim materia verum est,
quod non potest esse causa effectiua illius, cuius
est materia, sed non verificatur dictum Arist. de
materia in qua quæ dicitur subiectum accidentis
in hoc enim casu, idem potest esse causa efficiens,
& materia in qua, vel subiectum vnius, & eiusdem
rei puta accidentis, vt patet de subiecto respectu
propriæ passionis, & de anima respectu suarum po
tentiarum, quia cum liberum arbitrium sit poten
tia appetitiua, quæ est ipsa voluntas, à qua non
differt realiter, sed tātum secundum rationē: se ha-
bent enim voluntas & liberum arbitriū sicut intel-

lectus, & ratio, & cum nulla potentia mouens alias ad suos actus sit mere passiua, immo est aliqualiter actiua, sed voluntas est huiusmodi, igitur voluntas quæ est idem re cum libero arbitrio est aliqualiter actiua, voluntas etiam mouet se ipsam, continet etiam virtualiter actum suum, & sic etiam aliquo pacto est passiua, nec propter hoc sequitur quod voluntas secundum idem sit in potentia, & in actu, sed respectu diuersorum. vide vbi supra cōtra secundam conclusionem.

Locus est superficies corporis continentis, &c. Hanc scribit Diuus Thomas pluribus in locis suæ doctrinæ, & præcipue Quolib. 6. art. 2. quæ cum sit expressa sententia Aristotelis, ab omnibus debet B amplecti, tamen Aur. nesciens forsitan ipsam esse Arist. sed ex doctrina Diui Thomæ, quam liuore quodam prosequebatur, arguit multis argumentis contra ipsam, & principale est hoc, quia proprium est loci conseruare, sed conseruatio est in loco, per qualitates actiuas, & passiuas, & non per superficiē, igitur locus non erit tantum superficies, sed qualitas quædam, alias conseruare, non inesset sibi per propriam rationem loci. Et nō animaduertit iste, quod conseruare non conuenit loco quatenus est superficies, sed quatenus est superficies corporis physici quodammodo vnigenei, cum locato, & quantum ad qualitates influxas corpori locanti à C primo continente, & sic patet quomodo qualitas non est de ratione loci simpliciter, sed de ratione loci physici, & naturalis, & ita dicitur conseruare, quia illud, cuius dicitur superficies conseruat, sicut superficies aeris dicitur conseruare terram, vel superficies aquæ, quia, scilicet talia conueniunt aeri, vel aquæ in quibus est talis superficies, quam dicimus locum terræ, vel aquæ, ita quod verius diceretur quod locans naturale conseruat, quam quod locus naturalis cōseruat locatum, & sic quomodo locus est superficies, & quomodo cōseruat cætera. vide apud Capreolum 2. senten. distin. 29. in secundo loco contra secundam conclusionem.

Aureolus.

Logica est scientia speculatiua. Hanc videtur ponere D. Thom. prima secundæ, quæst. 57. artic. 3. in responsione ad tertium, & idem videtur sentire de rethorica, & grammatica. Ipsam tamen impugnāt Aureolus, & Gregorius Arimin. probātes logicam esse scientiam practicam, quia ille habitus qui extenditur vltra actum suum est pure practicus, cum ratio practica in extensione consistat, iuxta dictum Philosophi, intellectus sua extensione est practicus, sed logica, & alij habitus extra actum suum se extendunt ergo erunt practici, & decepti sunt isti viri non considerantes quod duplex est opus exterius, E scilicet & interius, practicum ergo, vel operatiuum, quod diuiditur contra speculatiuum, dicitur de opere posteriori ad quod non habent ordinem habitus speculatiui, licet habeant ordinem ad opus, quod est speculari verum de vniuersalibus, & prædicamentis, nec non, & eorum proprietatibus, & sic ratio istorum est nullius momenti cum maior sit falsa, nisi extensio illa sit ad opus exterius, & alterius potentiæ ab intellectu, quod in proposito non contingit, vide in prologo, primo senten. q. 2. contra quartam.

Aureol. & Gregor.

Lumen gloriæ est necessarium ad hoc, vt creatus intellectus Deum videre possit. Hanc ponit Diuus A Thomas prima parte, quæst. 12. art. 5. & de veritate quæst. 8. art. 3. & quæst. 13. art. 2. & quæst. 20. art. 2. & multis alijs locis ipsam tamen impugnat Scotus, & principale motiuum suum est, quia quicquid Deus potest mediante causa effectiua, secunda potest sine illa facere, sed lumen gloriæ ponitur vt efficiat visionem, tanquam causa secunda, ergo sine illo visio à Deo effici potest, & allucinatus est Scotus in hoc, quia lumen gloriæ ponitur non tanquam causa effectiua media de qua currit argumentum suum, sed ponitur tanquam dispositio supernaturalis eleuans intellectum ad tantam sublimitatem, nec etiam in omnibus tenet argumentum, vt patet in hoc quod Deus producit actum meritorium mediante voluntate, & charitate Petri: ergo potest sine eis producere, neque Deus sine albedine facere potest parietem album, nec est mirum cum loquatur contra scripturam, & in lumine tuo videbimus lumen, & contra determinationem Ecclesiæ, vt patet in clementina ad nostrum de hæreticis, vbi damnātur, qui dicunt intellectum creatum non indigere lumine gloriæ ad videndum Deum. lege Capreolum 4. senten. dist. 49. q. 4. cōtra primam, & Caiet. prima parte, vbi supra, & Bannes, & Iauellum.

Ioan. Duns

Lumen gloriæ requiritur in visione beatifica ad vigorandum intellectum possibilem. Hæc conclusio videtur sumi ex dictis Beati Thomæ vbi supra, quam tamen multis medijs impugnat Aureo. probans oppositum sic illud non indiget vigorare respectu alicuius obiecti, quod ab illo obiecto passione obiectiua non patitur, propter hoc enim oculus noctuæ indiget vigoratione, si debet aspicere rotam solis, quia obrueretur, & aliquid abijceretur à substantia eius, ratione suæ materialitatis, & passibilitatis, sed constat quod intellectus possibilis non patitur passione abiectiua cum nō sit corruptibilis ab obiecto quocunque etiam à diuina essentia, immo magis perficitur, non ergo indi- D get vigoratione ad hoc quod diuinam essentiam intueatur, sed hic noluit intelligere veritatem rei, quia non requiritur lumen gloriæ in visione beatifica ad vigorandum intellectum passibilem vigoratione passiua vel receptiua visionis, sed ad disponendum eum ad recipiendum diuinam essentiam, quæ efficitur forma intelligibilis ipsius intellectus beati, sed dicitur requiri etiam ad vigorandum vigoratione actiua, vt scilicet intellectus possibilis sit potens elicere actum secundum, vnde ratio Aureoli corruit cum maior sit falsa, & exemplum de visu noctuæ non est ad propositum, quia si visus noctuæ debuisset rotam solis aspicere nedum indigeret impassibilitate ab actione resolutiua organi, imò noua dispositione, vel habilitate ad recipiendum actum primum, scilicet speciem perfectam lucis solaris, & sic etiam intellectus creatus si debet suscipere actum primum, nempe speciem intelligibilem visionis beatificæ, oportet, vt superaddatur ei aliqua dispositio, seu vigor ducens ipsum ad tantam sublimitatem, quæ est super naturalis, & diuini ordinis, per quem vigorem efficitur Dei formis, & similis Deo cum ipse intellectus ex se non sufficiat, hæc autem dispositio, & vigor est ipsum lumē gloriæ, de quo scribitur in Apocalipsi, Claritas Dei illuminabit eam, scilicet societatem beatorum

Aureol.

Cap. 12.

Deum

Deum videntium, patet ergo quomodo requiritur ad vigorandum. lege Capreolum, & Caietanum vbi ſupra, & Bannes.

q.1.art.1.

Malum formaliter ſumptum, non eſt aliqua natura poſitiua. Hanc concluſionem docet S.Tho. in queſt. de malo, cuius oppoſitum docent aduerſarij S.Tho. probantes, ꝙ non ſolum malum concretiue ſumptum, videlicet ſubiectũ mali, vel compoſitũ, ex ſubiecto, & malitia, imò, ꝙ ipſa malitia ſit aliqd poſitiuum, nam mala ſunt in bonis, ſed illud quod eſt pure nihil, non dicitur eſſe in aliquo bono: igit malum, non eſt pure nihil, minor eſt D.Aug. in Enchirid. dicentis mala ſine bonis, & niſi in bonis eſſe non poſſunt, & ignorãt iſti qũo omnes locutiones, & dicta Sanctorum, vel Doctorum ſignificantes aliquas priuationes eſſe in rebus quibuſcunque, non ſunt accipiendæ in ſua proprietate, ſed ad ſenſum, quem authores habebant, qui non intendebant ſignificare aliquas entitates eſſe in quibuſdam alijs entitatibus, ſed potius eas nõ ineſſe, quæ ineſſe debebant, ideo cum malum aliquod dicitur eſſe in aliqua re, non aliud ſignificatur, niſi quod aliquod bonum, illa non habent, quod ipſa debebat habere, & hoc eſt ſecundum mentem D.Aug. ſuper Geneſim ad litteram ſuper illo verbo, & tenebræ erant ſuper faciem abiſsi, vbi ait reuera, qui diligenter conſiderat quid ſunt tenebræ, nihil aliud inueniet, quàm lucis abſentiam, ita igitur dictũ eſt tenebræ erant ſuper faciem abiſsi, ac ſi dictũ eſſet, non erat lux ſuper abiſſo, ſicut hoc de verbo eſſendi, ſic etiã de verbo habẽdi docet hoc eſſet intelligendum in libro de beata vita, vbi dicit, quod locum aliquem habere tenebras nihil aliud eſt, quàm lumen nõ habere, & habere ſtultitiã, vel egeſtatem, nõ eſt aliud, quàm nõ habere ſapientiam, quam ob rem inquit ipſe, vt ꝙ volo explicem, ſicut poſſum, ita dicitur habere egeſtatem quaſi dicat non habere, ex his ergo locutionibus, non poteſt concludi, ꝙ mala, aut priuationes ſint vere entitates, cum omnis entitas habeat conuenientiam cum aliquo bono, ſed, quod eſt eſſentialiter malum, vel malitia non habet conuenientiam cum aliquo bono: igitur nõ eſt aliqua entitas, adde, quod nihil oppoſitũ ipſi eſſe, poteſt eſſe aliqua entitas, ſed quod eſt malũ eſſentialiter, vel malitia opponitur ipſi eſſe, ergo malum non poterit eſſe aliqua natura poſitiua, latius vide Capr. 2.ſent. diſt. 34. q. 2. contra primam, & Caiet. & Bannes in p.p.q.48.

Cap.16.

Malum eſſe in aliquo quid eſt.

Cap.3.

Diſ.34.q.2.

q.49.art.1.

Scotus.

Malum non habet per ſe cauſam, ſed tantum habet cauſam per accidens, quæ eſt aliquod bonum hanc ſcripſit S.Th.p.p. oppoſitũ huius probat Scotus, quia voluntas per ſe eſt cauſa peccati, & peccatũ eſt malum, & voluntas, quoddã bonum: igitur aliquod bonum per ſe eſt cauſa mali, & non per accidens, & allucinatus eſt Scotus, non videns, qũo in volũtate creata eſt duplex defectus, alter, qui eſt potentialis cauſa mali. ſ. eſſe ex nihilo, ex hoc enim, ꝙ ex nihilo eſt põt deficere peccando ſecundum vertibilitatem electionis, non tamen iſte defectus eſt actualis cauſa mali, quia ſequeretur quod volũtas ſemper deficeret, ſicut crus claudi ſemper claudicat, alter, autem defectus eſt ſecundum, quod actu deficit, & tunc quicquid procedit ab ipſa ſecũdum quod ſub iſto defectu ſtat totum, eſt malum. illius autem defectus, qui eſt in actu volũtatis, non oporter, quòd ſit cauſa aliquis alius defectus in voluntate præexiſtens actu, & ſic negandum venit, quòd voluntas ſit per ſe cauſa peccati, ſed eſt defectus actualis in voluntate, & ſimiliter cauſa peccati in volũtate eſt, quia eſt ex nihilo, licet hæc, non ſit cauſa proxima, ſed remota ipſius peccati, & ſic voluntas, non inquantum eſt quoddam bonum dicitur cauſa peccati, ſed inquantum eſt deficiens, cauſa ẽt per accidens, duplex eſt altera ex parte cauſæ, ſicut cauſa domus per ſe eſt ædificator, cui accidit eſſe muſicum, & ſic muſicum quod accidit cauſæ per ſe dicitur per accidẽs cauſa domus altera dicitur cauſa per accidens ex parte effectus, vt ſi dicatur, quòd ædificator eſt cauſa domus per ſe, cui domui accidit deinde, quod ſit bene, vel male fortunata, & ſic ædificator dicitur cauſa per accidens illius bonæ, vel malæ fortunæ, & ſic etiam bonum dicitur cauſa per accidens mali, quia vnum bonum eſt cauſa per ſe alterius boni, cui accidit priuatio, quæ dicitur malum de quibus latius vide Capr. vbi ſupra cõtra ſecundam concluſionem, quia malum cum ſit effectus non intentus à volũtate erit per accidens productus ab ea, &c.

Duplex defectus ĩ volũtate creata.

Cã remota peccati eſt eẽ ex nihilo

Cauſa per accidẽs duplex eſt.

Malum inquantum malum diminuit bonum naturæ, ſed nõ poteſt illud totaliter corrumpere, hãc docuit S.Tho. p.p. & p.2. in quæſtione de malo, & 2.ſenten. Oppoſitum huius docet Scotus probans, quod malum culpæ, non diminuit bonum naturæ in quo eſt, & principale ſuum motiuum eſt, quia cũ illud bonum in quo eſt peccatum ſit finitum per ablationem alicuius finiti ab eo aliquotiens poſſet conſumi totaliter, & ſi dicatur, quod illa ablatio ſit ſecundum partes eiuſdem proportionis, contra ait, quia tunc dabitur proceſſus ad infinitum, & non intellexit Scotus ſecretum huius rei, quia bonum naturæ, quod hic dicitur diminui, vel corrumpi per peccatum non intelligitur eſſentia, vel potentia animæ, ſed habilitas animæ ad bonum, & ſic ratio ſua eſt nullius momenti, quia malum culpæ nõ diminuit illud bonum quod eſt ſubiectum peccati. ſ. potentia animæ, & ſi ratio dirigatur ad habilitatem potentiæ ad bonum gratiæ, & virtutis, certe illud bonum eſt finitum, & illud poteſt minui in infinitum, non quidem per ſubtractionem, ſed per appoſitionem contrarij, quia omne diminuens habilitatem naturæ ad bonum diminuit bonum naturæ, cum habilitas illa ſit quoddam bonum, ſed peccatum, & quodcunque malum diminuit habilitatem naturæ ad bonum, vt experientia patet: igitur malum, naturæ bonũ diminuere dicitur, quod autem non totaliter tollat, patet etiam quia quod non tollit radicem, & fundamentum alicuius habilitatis, non totaliter tollit illam habilitatem, ſed nec per malum culpę, nec per quodcunque aliud tollitur à ſubiecto mali radix habilitatis ad bonũ: ergo nec habilitas ad bonum ſi ergo à malo non tollitur talis habilitas: igitur nec bonum naturæ de quo latius, vide vbi ſupra contra tertiam.

q.48. art.4.
q.85.art.1.
q.2. art 11.
Diſ.34. q.1. art.1.

Obiectio ſubtilis.

Scotus.

Habilitas ad gratiã.

Malum quodlibet in rebus voluntarijs cõſideratum eſt pœna, vel culpa iſtam propoſitionem poſuit Sanctus Thomas prima parte, & in diſputatis de malo, & 2.ſenten. quam noluit audire Aureolus probans, quod non ſufficienter diſtinguatur malum culpæ, à malo pęnæ per hoc quod culpa eſt priuatio ſecundæ perfectionis pœna vera eſt priuatio

q.48.art.5.
q.1.art.4.
Diſ.25.q.1. art.1.

primę perfectionis, & principale eius motiuum est, A quia malum pęnæ potest esse respectu vtriusq; perfectionis, & respectu boni moris, vnde ait August. quod peccatum sibi ipsi, est pęna, culpa enim dicit carentiam boni debiti in esse ageti inquantum est agens, & hoc in natura, quæ habet dominium sui actus, puta in libero arbitrio, sed eadem culpa potest esse pœna in ordine ad iuste infligentem illam, vt ait Apostolus mercedem, quam oportuit, &c. hinc Aureolus ausus est assumere falsitatem in sua ratione, quia priuatio secūdæ perfectionis inquantum huiusmodi, non est pœna, sed est formale constitutiuum culpæ, nec est verum, quod peccatum inquantum peccatum est, vel culpa, vel pęna, quia B de ratione culpæ est, quod sit voluntaria, de ratione vero pęnæ est, quod sit contra voluntatem, & ideo est impossibile idem secundum idem, quod sit pœna, & culpa, & dictum Augustini intelligitur per quandam concomitantiam, nec etiam est verū, quod culpa inquantum culpa dicat carentiam boni debiti in esse agenti, sed verum est, quod omnis culpa causatur ex tali carentia, & causat talem carentiam, nec adhuc est verum quod culpa est pœna in ordine ad infligentem, nisi consecutiue, & sic intelligit Apostolus, vt exponit August. quia tot sunt differentiæ malorum in rebus voluntarijs, quot sunt differentiæ bonorum quibus priuari possunt C res habentes voluntatem, licet duæ sint differentiæ bonorum principalium in habēte voluntatem, scilicet actus primus, & actus secundus: igitur tantummodo sunt duæ differentiæ malorum talis naturæ vnum autem dicitur culpa, & aliud dicitur pęna, & sic culpa, & pęna sufficienter diuidunt malū naturæ habentis voluntatem latius, vide Capreolū, 2. senten. contra primum, & Caiet. & Dom. Bannes p. p. q. 48.

In Enchir.
Rom. 1.
Sensus verborū Aug.
Dist. 36. q. 1.

Maria Virgo veraciter, & proprie dicitur, & est mater Dei, & hominis propositio. Hæc est S. Thom. 3. par. & 3. senten. quam Durandus improbat probans, quod ista propositio non sit propria Beata D Virgo, est mater Dei, quia ista prædicatio non est omnino propria Deus est homo: igitur ex hoc, ꝙ Beata Maria est mater hominis, nō sequitur, quòd sit proprie mater Dei, probat assumptū, quia propositio affirmatiua est vera, & propria ex identitate prædicati cum subiecto: ergo vbi est maior identitas, ibi est maior veritas, & proprietas, sed dicendo Petrus est homo ibi est maior identitas prædicati cum subiecto, quàm dicendo Deus est homo: igitur ibi est maior veritas, & proprietas, probatur minor, quia dicendo Petrus est homo ibi est identitas per se prædicati cum subiecto est enim in primo modo dicēdi per se, nec Petrus manens Petrus E potest non esse homo, cum autem dicitur Deus est homo, ibi non est identitas per se prædicati cum subiecto, ista enim non est in primo modo dicendi per se Deus est homo, quia Deus manens Deus pōt non esse homo: igitur maior idētitas prædicati cū subiecto est in illa Petrus est homo, q̄ in ista Deus est homo, & sic sequitur intentum, & ad istruendā suam opinionem Dur. non erubuit dicere mendacium, siquidem apertū mendacium est dicere istā propositionem non esse verā, & propriam Deus est homo cùm sit prædicatio per essentiam, non ꝙ deitas sit humanitas, sed quia suppositum diuinæ naturæ essentialiter est suppositum naturæ humanæ, vnde vere, & proprie hoc nomen homo prædicatur de hoc nomine Deus, s. ꝙ supponit pro persona filij Dei, mendacium est quoque dicere, ꝙ Deus est homo, non sit in primo modo dicēdi per se, noluit enim intelligere, ꝙ aliqua propositio dupliciter dici potest esse in primo modo dicendi per se primo, quia prædicatum est de ratione subiecti, & hoc modo Deus est homo, non est in primo modo dicendi per se secundo, quia forma significata per prædicatum essentialiter informat suppositum pro quo supponet subiectum, licet non sit de ratione formæ signatæ per subiectum, nec intrinseca supposito illius formæ, vel naturæ, tanquam ipsius constituta, aut dans esse tali supposito, sed potius tracta ad esse suppositi, & sic ista Deus est hō est in primo modo, & cum dicet, ꝙ Deus manens Deus potest nō esse homo &c. respōdetur ꝙ ex hoc nihil aliud cōcludit, nisi ꝙ ista Petrus est homo est magis necessaria, q̄ ista Deus est hō, quia in illa prædicatum est de ratione subiecti, sed non concludit, ꝙ Deus est homo, non sit propria cum sit in materia naturali, & nō remota, aut contingenti, & sic redeundo ad propositum, quęcunque fęmina concepit, & gignit personam diuinam eo modo, qui cōpetit fęminæ vere, & proprie dicitur mater Dei, sed Beata Virgo fuit sic: igitur &c. lege Caie. 3. par. vbi supra, & Capr. 3. sent. & Batth. Medinam.

q. 35. art. 3.
Dist. 4. q. 2. art. 1.
Durā. dixit mendaciū.
Homo prædicatur de Deo.
Deus ē hō est in primo modo dicēdi p se.
Dist. 4. q. vnica cōtra secundam.

Maria Virgo est vera, & naturalis mater Christi, & Deus est homo, est vera propositio, in primo modo, hanc docet S. Tho. 3. par. verūtamen Scotus contra istam, arguit probando non esse ueram per se, sed potius esse accidens, quia in prædicationibus per se subiectum supponit determinate, quia si indeterminate tantū supponeret hæc esset per se animal est homo. quia pōt verificari pro Petro, & Paulo, sed hoc subiectum Deus non includit determinate plus filium, quàm patrē: ergo &c. sed hic etiā vir incidit in foueā nesciens, ꝙ in prædicationibus per se ratione formæ significatæ per subiectum, subiectum ipsum supponit indeterminate quo ad suppositum, & determinate, quo ad naturam, sed in prędicatione per se rōne certi suppositi pro quo prædicatum facit supponere subiectum, secus oportet esse, quia necesse est subiectum supponere pro determinato supposito, & si fiat vis in verbo dicat, ꝙ Deus est homo, licet non sit propositio per se logice, est tamen per se metaphisice, cum sit idētica, & necessaria, & quāuis Deus absolute, nō sit necessario homo, Deus tamen pro persona verbi incarnati est necessario homo, quia Deus in hac propositione determinatur ad supponendum pro persona humana, & propterea ista propositio, & si non quo ad significatum, tamē quo ad suppositum per nomen subiecti est necessaria, & per se, quia omne nomen significās naturam communem in concreto potest supponere, pro quolibet contentorum, sub natura comuni, ista est verissima apud omnes rōne vtentes, sed hoc nomē homo est huiusmodi, igitur poterit pro quolibet supposito humanæ naturæ supponere, & de eo prædicari, & sic de verbo incarnato, cū sit vere, & proprie suppositū humanæ naturæ. lege Caiet. 3. par. & Capr. vbi supra, & Med.

q. 36. art. 4. partim q. 16 art. 1. 3. par.
Scotus errauit hic.
Propositio p se duplex est logice, & metaphisice.
q. 16. art. 1.

Maria Virgo nō obstāte voto virginitatis per eā emisso contraxit verum matrimoniū, hanc docuit S. Tho.

Dist. 30. q. 2. art. 1. q. 28. art. 4.

S. Th. 4. sent. & 3. par. addendo, q sub conditione honestissima vouit. s. nisi Deus aliter ordinaret, & cōtra hoc arguit Scotus, q beata virgo nō vouerit castitatē sub cōditione. s. nisi Deus aliter disponeret, & principale motiuū eius est, quia in omni voto, quātūcunq; absoluto intelligitur hæc cōditio si Deo placet, q nullus debet Deo offerre aliquid, q ipse velit, aut nolit, nec ordinate intendit sic offerre: ergo cū illa cōditione sic intellecta stat votū simpliciter, & absolute, & non fuit illa conditio ratio Scoti nihil cōcludit, quia licet cōditio diuinę volūtatis intelligi debeat, in omni voto, & pposito, tū perfectionis est illam exprimere, & quamuis etiam cū tali cōditione intellecta habitualiter, & nō actualiter, nec expressa verbaliter stet votum absolutum, si tamen illa conditio actualiter sit intellecta volita & expressa votum non est absolutum, sed mere conditionatum, & tale fuit votum beatæ Virginis ante eius desponsationem excepta vocali expresione, quam nondum habuerat, & hęc est doctrina Aug. super Lucā asserentis, quōd beata Virgo proposuit se perseueraturam Virginem, nisi Deus aliter ordinaret vide quo modo doctrina Scoti est contra patres. lege Capr. 4. sent.

Ratio Scoti est cauillosa.

Dist. 30. q. 1 contra tertiā cōclus.

Maria Virgo nihil actiue operata est in conceptione Christi: sed solum materiam ministrauit operata est tamen ante conceptionem aliquid actiue preparando materiam, vt esset apta conceptui, propositio est D. Thom. 3. p. & 3. sent. controuersia modo est inter D. Thom. & Scotum, quia Scotus vult Beatam Virginem actiue concurrisse in conceptione Christi, & mouetur ex quodam dicto Damasceni tribuentis Beatæ Virgini virtutem susceptiuam simul, & generatiuam, si autem tātummodo esset principium. Pasiuum non videretur, quare Damasce. copularet virtuti susceptiuę virtutem generatiuam, & non intellexit verba Damasceni, qui ideo generatiuā adiunxit susceptiuę: quoniam diuersas cōditiones indicant; susceptiua enim potētia ad filium Dei refertur, generatiua autem ad Virginitatem Matris. Virgo enim manens Virgo, nō potest generare, si generatio naturaliter fieret, fęmina enim concipere non potest sine virili semine, quod si sic iam non virgo conciperet, quia ergo Beatę Virgini tributum est, vt manēs virgo posset cōcipere: ideo ad hoc describendum Damas. addidit generatiuam potentiam, & susceptiuam, quia potentia generatiua est simul cum ratione potentiæ susceptiuæ verbi Dei, & hæc doctrina est conformis Aug. super Genesim ad literam dicentis, quōd corpus Christi in sola materia corporali per diuinam conceptionis formationisque rationem de Virgine assumptum est, non autem secundum aliquam rationem seminalem humanam, quia ratio seminalis in generatione est principium actiuum, & sic beata virgo nihil actiue fecit in conceptione corporis Christi, lege Caie. 3. par. vbi supra. & Capr. in 3. mater quelibet pasiue concurrit in formatione prolis, hæc est propositio D. Tho. eisdē locis supra citatis contrauersia nō est in hac propositione.

q. 32. art 4. dist. 3. q. 2. ar. 1.

Lib. 10.

Distin. 4. q. vnica contra primā.

Maria Virgo adoranda est nō latria, sed hyperdulia. Elicitur hæc propositio ex S. Thoma 3. p. q. 25. ar. 5. cui aduersatur lutherus in quodam sermone de Cruce, & in postilla quadam ad Euang. Dominicę Annūciationis inquiens Papistæ Virginem

A Mariam Deum constituunt, omnipotentiam ei in Cælo, & in terra tribuunt, & Rursus in Papatu omnes se ad Mariam cōtulerunt, & plus fauoris & gratiæ ab ea expectant, quā in ab ipso Christo. Hinc Philippus Melanton luteri prolis, & sectator egregius cum in locis communibus primum decalogi præceptum exponeret, & gradus quosdam peccatorū distingueret, inquit Papistas cum infidelibus conuersationē habere videtur, multos Deos, & sanctos mortuos inuocando, sic etiam authores centuriarum in singulis fore centurijs clamant, repetunt, & inculcat, nos multitudinem Deorum, & simulacra muta facere, in prefatione vero centuriæ 6. vbi gra

B Buiter, & planē tragice deplorāt statum, & casum ac ruinam Ecclesiæ dicentes eam corruisse propter orribiles, & perniciosas tenebras ignoratiæ, idolatriæ vnde, quod olim israeli exprobabant Prophetæ, Papistæ hodie amplecti videntur in qualibet vrbiū ipsorū erigūt aliquē Deū, adhibēdo sūmo Deo collegas, & quod turpius est, nō solū sanctos loco Dei adorant sed etiam ipsorū ossa vestes, & simulacra.

Sed hæc calumnia, & impostura, atque mēdatia quæ impudentissime homines isti flagitiosi nobis imponunt zelo fidei clare apparent, videndo tantū in eorum libris, & moribus sanctorum omniū contemptū tamquam horribilem in omnes celites, nā

C vt ommictā, quod imagines sacras tāto furore fregerint, & sordibus fœdauerint, oculis, & fosis naribusque, & auribus detruncatis ipsum etiam crucis signum angelis reuerendum demonibusque formidolosum humano generi salutare vbique deiciūt, cōspuunt, conculcantur, vt mihi miserabilius videri posit, illud quoque in eorum sęuitiam dicam, quod beata corpora sanctorum, quę techis aureis, atque argenteis inclusa errant veluti domicilia, & organa spiritus sancti, quę Deus signis, & prodigijs sępius illustrauerat. Isti nefandissimi homines vbique altaribus euersis flammis combusserunt. Ausi quoque sunt Virginem illam, quam seraphicis spi-

D ritibus sanctiorē, & puriorē maiores nostri verissime dixerint ęqualē esse iustitię, & sanctitati eorum. Nam ita scribit Martinus lutherus in sermone de natiuitate Virginis, preces mariæ equales sunt sicuti & preces cuiuslibet è populo, quia omnes sumus eque sancti, & iusti, atque est ipsa virgo Maria loquens in hac parte contra verba angelica protestātia beatam virginem esse gratia plenam, contra omnes patres dicentes, Maria ea puritate nitere qua maior sub Deo, nequit intelligi, quomodo ergo omnes sumus eque iusti, & sancti, & fugientibus discipulis ipsa comes molestiarum secuta est Christū vsque ad crucem, Petrus, & Paulus cæterique Apo-

E stoli tanto labore ad Euangelium disseminandum per orbem terræ laborarunt, si ergo omnes equali sanctitate fulgemus frusta Martires sanguinē suū pro Christo fuderunt. Inanes vigiliæ sollicitudines, humi cubationes, asidua cū demonibus bella, sanctorum Anachonetarum fuerunt, quando sine tot laboribus, & sudoribus luterani quiescentes domi, in vxorunculæ sinu, & complexu, bene pasti, beneque potati ęque sancti, & iusti sunt, atque Virgo Maria cęterique sancti, quātum vis magni, quos Christus saluator noster amicos domesticos fratres filiosque suos amantissimos, & in Cęlis tanto honore sedere facit, & vocat; sed causa eorum igno

rantię

rantiæ est non distinguendo inter honorem summum, qui soli Deo debetur, quem latriam nostri patres nocarent, & eminentem venerationem, quæ hy perdulia dicitur, qua mater Dei catth. Ecclesia venerare cõsueuit, & honorẽ alium, quẽ duliam ap pellant sancti doctores, & hoc catthol. Ecclesia cæteros sanctos eorumque reliquias honoramus, & veneramur. Non ergo Beatam Virginem cattholici Deum constituunt, neque sanctos summo Deo collegas faciunt, aut in vrbium qualibet Deũ aliquem erigunt, sed sanctisime, & iustisime colũt Deum ipsum optimum Maximum eiusque matrem, & cæteros sanctos venerando.

Mulier fuit formata à Deo de costa viri, & hoc B fuit conueniẽs, propositio hæc habetur à S.Thomę q. 92. art. 3. p.p. cuius oppositum tribuit Alphonsus de castro Hispanus Thomę de vio Caietano de quo querit ipse Alphonsus quis fuerit iste Caietanus, & dicit, quod fuit religiosus ex ordine prædicatorum ex Caieta oriundi, quam ob causam vulgo Caietanus nuncupatur, fuit in Theologia scolastica tam insigniter doctus, vt nulli ex his, qui suo tẽpore floruerunt, secundus fuit in generalem quidem ordinis magister electus, & inde Leone Decimo fuit ad presbiteri cardinalis dignitatem exaltatus, quo loco cum per viginti annos vixerit nullam tamen, vt ceteri mos est humanorum vitiorum sinistram de C se opinionem dedi, multa, & varia opera eddidit, Cap. 10. sed multa scribenti contingit, quod salamon ait libro prouerbiorum, in multiloquio non deerit peccatum. Nam quamuis multa scripsit, quia tamen suo ingenio multum fidebat in aliquos lapsus est errores, ex quibus vnus est ipse, quo asserit propositionem hanc esse falsam. s. mulierem fuisse formatam ex costa viri, quia exponens secundum capitulum Genesis in quo habetur Euam cunctarum gentium matrem formatam ex costa adæ ait non esse intelligendum iuxta literam, sed iusta misterium, non quidem per allegoriam: sed per parabolam, & hæc est heresis manifesta, cuius heresis author, & D primus inuentor fuit ipse Thomas de vio Caietanus, in quibus verbis satis audacter loquitur ipse Alphonsus à Castro zamorensis minorita, & hispanus, quia falsum est Caietanum fuisse primũ inuentorem huius expositionis, vt notat Sistus senensis in Bibliotheca sancta libro quinto annotatione 46. vbi etiã notat id, quod Ambrosius Catharinus capuæ Archiepiscopus in cõmentarijs in Genesim, & in 2. lib. annotationum aduersus Caietanum dixit falsum, ergo est quod iste Alphonsus castrensis imponit Caietano, quod ipse fuerit primus inuentor huius interpretationis, quod Euam esse ex costa Adæ non iusta literam, sed iusta misterium per E parabolã intelligi. Deinde deceptus est etiam ipse Alphonsus intelligẽdo Caietanum, quia multis in locis affirmat conuenientissimum fore mulierem formatam fuisse ex costa viri iusta literam, & probat dupliciter, primo quia hoc factum fuit ad signi ficandum inter Adam, & Euam debere esse socialẽ coniunctionem, neque enim mulier debet dominari viro, & ideo non est formata de capite, neque debet à viro despici tanquam seruiliter subiecta, & ideo non est formata de pedibus, probat, & 2. hoc fuisse conueniens propter sacramentum, quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerũt sacramẽ-

A ta, idest sanguis, & aqua, quibus est ecclesia instituta, & hęc doctrina est S.Thomę, & ipsi Caietani. 1. 2. q.92. art. 3. in qua expresse, & clarisime, adeoque nihil clarius, & lucidius dici poterit, quod Eua fuit formata de costa Adæ iusta literã, quo modo ergo iste Alphonsus castrensis imponit Caietano tantum errorem? An quia exponit secundum capitulum Genesis etiam iusta misterium, si ideo hoc dicit sequitur valde esse reprehendendum istum Alphõsum, quia negat scripturam sacram posse exponi secundum misterium, sed tantum secundum literam contra communem opinionem doctorum, qui quatrupliciter eam interpretantur. s. literaliter, Allegorice, Anagogice, tropologice, vt docet Beatus Gregorius. 15. moralium, asserens sacram scripturam omnes scientias ipso locutionis suæ more trascendere, quia vno eodẽmque sermone dum narrat gestũ prodit misterium, & hanc communem sententiam doctorum secutus est Caietanus interpretando secundum capitulum Genesis diuersis interpretationibus, vt clare est videre apud ipsum in diuersis locis suæ doctrinæ. Vnde potius in hac re est laudandus Caietanus quam reprehendendus, quia docet sacram scripturam esse interpretandam secundum diuersos sensus.

Mater quelibet passiue concurrit in formatione 3. p. q. 32. artic. 4. prolis: hac est propositio D. Thomæ eisdem locis supra citatis contrauersia tamen est in hac propositione, quia Scotus vult quamlibet matrem actiue Scotus. concurrere in generatione prolis, & ratio precipua est, quia formam eiusdem speciei sequitur potẽtia 10. meth. t 25. eiusdem rationis, igitur si formam vnius consequitur potentia vegetatiua actiua similiter, & alterius, & non puduit se vti fallacia consequentis in hac sua ratione Scotus, si quidẽ concesso, quòd vegetatiua potentia fęmine sit actiua, non tamen sequitur, quod sit prolis formatiua, sed quod habeat aliquã actionem formatiuam, vel cõsequentem formationem, vltra quod opinio Scoti est contra Aristotelẽ dicentem, pater dat formam, principium motus, & 15. de animalibus. Cap. 6. mima corpus, & materia, sicut accidit in lacte coagulato, quod corpus exit ex lacte, & coagulatio, & ex coagulante, & post pauca subdit manifestum est quod mas est operans, & fęmina patiens, sicut erit scamnum ex carpentario, & ligno, lege Caiet. 3. p. q. 32. ar. 4.

Materia rei corporalis essentialiter distinguitur à qualibet forma substantiali, propositio hæc sumi tur ex doctrina S.Thomę precipue secundo contra Cap. 53. gentiles, verum circa ipsam est contrauersia inter Dist. 12. p. 4 q. 1. 2. sen. ipsum S.Thomæ, & Aureolum, qui nititur probare materiam non dicere entitatem terminatã realiter distinctam à forma, & precipua ratio eius est, quia si materia, & forma sunt duę res diuersæ, & vna non est terminatio, & eutificatio alterius sequitur necessario, quod vel vna quantitas erit in duobus subiectis. s. materia, & forma, vel si quelibet habet propriam quantitatem vnum, & idem compositũ erit duo quanta, & duo corpora, nec valet dicere Obiectio. quod forma intime illabitur materiæ, nam corpus gloriosum illabitur alteri corpori glorioso, vel nõ glorioso, & tamen sunt corpora diuersa, & non aduertit hic vir, quod si sua probatio etiam sufficiens tunc necessario sequeretur vnum accidens esse in duobus subiectis, nec cõsequentia valet, quia aliquis posset dicere, quod sola materia est subie-

ctum

ctum primum,& adęquatum quantitatis,& propterea non sequitur quod quantitas, sit in duobus subiectis,posset quoque concedi quantitatem esse in duobus subiectis partialibus indistātibus,& constituentibus aliquid vnum per se, sicut sunt materia, & forma non autem duo corpora gloriosa, vel non gloriosa adde etiam,quod quantitas non inhęret materiæ,neque formę,sed toto cōposito, quod est tertia entitas distincta à materia,& forma patet ergo inefficacia huius rationis, & veritas propositionis S. Tho. quæ est Arist.ponentis materiam, & formam esse dūa principia per se rerum naturaliū, igitur realiter sūt ad inuicem distincta, & adde, ꝙ materia cum pręcedit hanc formam duratione, & B sic distinguitur ab ea, est etiam indifferens ad formam,& priuationem, ideo ab vtrisque erit realiter distincta.latius vide Capr. 2.sent.

Quantitas est in duobus.

1.Phys. circa finem.

Dist. 26. q. 1.cont.conclus.

Materiam primam esse sine forma, nec per Dei potentiā fieri potest, vt materia sit sine forma hanc pluribus in locis suæ doctrinæ docet S. Thom.& 2. sent.& specialiter 3. quolib. controuersia est in hac propositione cum Scoto,& Greg.Ar. & multis alijs doctoribus asserentibus omne absolutum prius alio absoluto, & distinctū realiter ab illo posse esse sine cōtradictione absque illo, sed materia est entitas absoluta distincta realiter a forma, & est prior ea igitur non est cōtradictio,quot sit sine ea,& hoc C videtur affirmare Aug. volēs creationem prius origine terminari ad materiam quam ad formam, & non considerauerunt isti doctores maiorem huius rationis verificari in his quorum vtrūque est actus, vel habens actum, vel in his, qui habent actualem existentiam complectam,vel in his,quę habent causalitatem, & prioritatem super suos effectus, vt sol respectu effectuum inferiorum modo materia est pura potentia,nec existētiam ex se aliquam habet, nec est prior actiue causando formam,immo materia licet, vno modo sit prior forma, tamen forma alio modo est prior materia ex his ergo patet infirmitas rationis Scoti. D dictum Aug. intelligitur sic quod eo modo quo materia est prior forma prius origine dicitur causari, & concreari, & è cōtra etiā eo modo quo materia est posterior forma dicitur posterius concreari,quia cum materia,& forma nō subsistant non proprie dicuntur creari, sed potius cōcreari, & cum nihil implicans contradictionem diuinę potentiæ subijcere possit,sed materiam esse sine forma actualiter in rerū natura implicat cōtradictionem,quia materiam esse actu est ipsam habere formam, ipsam autem esse sine forma est ipsam non esse, & sic idem erit & non erit hoc ergo diuinę potentiæ subijci non potest:sed lege Caie. de ente, & essentia, & Capreol. & S. Thomā de potentia E Dei,& p.p.

Dist.12.q. 2. Art. 1.

Ariminēsis

Sup genes. ad literam lib.1.

Materia est prior forma; & è cōtra.

Cap. 5. 2.sent.dist. 13.q.1.contra primā.

Materia est causa limitationis,& finitationis formę hæc propositio sumitur ex dictis S. Tho. p.p. & de veritate,& 3.p.& 3. sent. nihilominus Aureolus, vult habere controuersiam in hac propositione dicens quod si materia fuerit causa istius limitationis causabit nam secūdum aliquod genus causandi,sed non per modum causæ efficientis, quia materia nō efficit aliquid in forma,quia agens, quod extrahit formam est causa affectiua non solum formę,sed limitationis suę, neque erit causa formalis, quia in materia nullius est forma, & iterum formę, A non est forma, neque est causa finalis, quia forma est finis materiæ, neque causabit secundum modū causæ materialis,quando quidem causalitas causæ materialis consistit in recipere,& non in dare,& sic materia nō dabit limitationem formæ, sed potius recipiet limitatā nihil ergo est dicere, quod materia limitat formam, sed frustra laborauit hic homo,in hac sua ratione, quia clarus est, quod materia non causat limitationem formę nisi per modū causæ materialis, & licet eius causalitas consistat in recipere, tamen forma eo ipso, quod recipitur in materia non habet omne modum perfectionis sibi possibilem secundum rationem suę speciei, sed limitatur ad capacitatem susceptibilis, sic etiam se habet quodlibet aliud subiectum respectu cuiuscūque formę, & actus, vnde patet, quod omne recipiens aliquam formam non secundum totum esse debitum naturæ illius formæ proportionaliter tamen suæ capacitati,dicitur limitare,& finitare forma in genere causæ materialis,sed materia, & subiectum, quodlibet est huiusmodi respectu formæ,& cuiuscunque actus,quod recipitur in ea,igitur materia est,causa limitationis,& finitationis formæ.lege Caie.p.p.vbi supra,& Capr. 1.sent.

Quæst.4. q.66.ar.1. q.7.ar.1. q.29.ar.3. q.7.ar.11. Dist.13.q.1 ar.2.q.2. Dist.43.q.5

Dist.43.q.1 ar.1.cont.5

Materia prima multas formas potest adeo recipere ad quas non est in potentia naturali, licet sit C in potentia obedientię.hanc propositionem docet S.Tho.multis locis suæ doctrinæ,& precipue 2.contra gentes, sed controuersia est cum Aureolo probans, quod materia non est in potentia ad aliquā formam, nec aliqua forma potest imprimi in materia cui non correspondeat aliquod actiuum naturale creatum potens illam imprimere, quia impossibile est,quod ignobilior differentia sit in natura, & nobilior non sit in ea,vnde extrema opposita debent esse infra eundem ordinem,sed actus,& potētia opponūtur,& materia est apta nata recipere omnes formas, ergo necesse est,vt detur alterum oppositum infra ordinem creaturæ in actu, puta forma D aliqua, qui possit inducere formas omnes in hanc materiam,& si dicis,quod illa forma est Deus, contra, quia sicut materia prima est infra ordinē creaturæ,ita illa forma debet esse infra ordinem creaturæ ad hoc, vt correspondeant sibi inuicem, & non considerauit hic vir rationem suam concludere tātum de potentia naturali, & non de potentia obedientiali, secundum quam creatura ipsa est in potētia ad gratiam,& gloriam,& claritatē,& impassibilitatem, agilitatem subtilitatem, & ad multa alia, quæ non possunt ab aliqua forma creata introduci,sed tantum a deo,quæ est forma exemplaris omnium, vnde illas formas potest differētia nobilior E producere ad quas ignobilior habet capacitatem materialem,hę autem sunt tantum formæ elementorum,mixtorum, & animatorum igitur has tantū producit forma creata.lege Capr. 1.sent.

1.sent. dist. 41. artic. 3. 1. q.

Cap. 22. Aureol.

Auer. primo Phys. comm. 69.

q.42.ar.1.2. loco cōtra 4 conclus.

Materia prima non potest esse immediatū subiectum accidentis,sed compositum,vel forma substātialis dicitur subiectum accidentium hanc ponit S.Tho.p.p.q.77.ar.6.controuersia tamen est in hac propositione cum Greg.Arim. & Aureolo probātibus solam materiam esse primum, & immediatum subiectum cuiuslibet formæ corporalis,siue substātialis,siue accidētalis, & precipuum motiuum ipsorum est, quia eius est actus cuius est potentia, sed

q.77.ar.6.

2.sent. dist. 12.q.2.ar.2 Ariminēsis

materia

materia per se primo est in potentia ad omnia decem prædicamenta, vt ait philosophus dicés, quod materia per se non est, quid quale, nec quantum, nec aliquid decem prædicamentorum, quoniam est in potentia ad omnia decem prædicamenta: ergo erit immediatum subiectum omnium formarũ siue substantialium siue accidentalium. & est manifestus error istorum, quia cum verum sit materiam primam esse subiectum decem prędicamentorum, & in potentia ad illorum formas, tamẽ ordine quodam, quia est immediate susceptiua formarum substantialium, mediate vero formarum accidentaliũ quia cum esse simpliciter præcedat esse secundum quid, & forma substantialis det ipsi materiæ esse simpliciter, quod intimius, & immediatius ei conuenit, forma autem accidentalis det esse secũdum quid, ergo materia prima suscipit formam substantialem, & deinde sic facta in actu, veluti compositũ quoddam erit subiectum formæ accidentalis, lege Capr. 2. sent.

7. Metaph.

Dist. 13. q. 1. contra 3.

Materia generabilium, & corruptibilium sicut à qualibet forma substantiali naturaliter est separabilis, ita à qualibet forma accidentali etiam à quãtitate. hanc docet S. Tho. p. p. & de potentia Dei, & 2. senten. cõtrouersia est in hac propositione inter Greg. Arim. & S. Tho. quia quando generatur ignis ex aere, quantitas aeris non corrumpitur, quia vel in tempore, vel in instanti, & si in tempore, aut partibiliter, aut impartibiliter, & nullo istorum modorum vult esse, quia tunc corpus ex non corpore fieret, &c. Verum isti viri nolunt, siue non possunt percipere, quod pueri docent, & sciunt, quod in instanti inductionis nouæ formæ substantialis. s. ignis, & corruptionis formæ antiquæ. s. aeris non potest remanere aliquod accidens idem numero, quod fuit cum forma corrupta, sed succedunt alia, & omnia accidentia, & dispositiones, quæ sunt in materia in illo instanti, quod est primum non esse formæ corruptæ, & primum esse formæ generandæ cedunt, & generatur corpus in actu ex non corpore in actu, sed ex corpore in potentia, siquidem materia cum non possit habere simul duas formas substãtiales, ideo cum spoliatur aliqua forma, vt recipiat aliam necesse est ab omnibus præcedentibus expoliari, & clarũ est, quod materia generabilium, & corruptibilium potest acquirere nouam formam substantialem, ergo potest perdere omnia accidentia, quę habet tenet consequentia, quia adueniente noua forma substantiali in materia recedunt omnes formæ priores tam substantiales, quam accidentales illam informantes, quod probatur sic si priora accidentia remanerent cum forma substantiali sequeretur tunc quod illa immediatius, & prius actuarent materiam, quam forma substantialis sequens, sed consequens est falsum, ergo & antecedens, falsitas consequentis patet, quia prior actus prę intelligitur in materia, quam posterior, sed esse simpliciter est prior actus, & est à forma substantiali, esse autem, secundũ quid est actus posterior, & est à forma accidẽtali, ergo materia prius natura habet esse simpliciter, & formam substantialem, quam esse secundum quid, & formam accidentalem. latius vide Capr. vbi supra contra secundam.

q. 76. ar. 3.

q. 3. ar. 12. Dist. 12. q. 1 ar. 4. 2 sent. dist. 12. q. 3 ar. 1.

Vide hic quomodo fiat generatio.

Materia corporum cęlestium est alterius rationis à materia corporum inferiorum. hanc ponit S. A Tho. cui discipulus suus Egidius Dur. & Aureolus aduersantur, & principale fundamentum istorum est, quia illa dicuntur esse eiusdem rationis quę cõueniunt in eadem differentia, sed omnes materiæ conueniunt in eadem differentia substantiali, quia sicut differentia substãtialis constitutiua hominis est rationale, ita differentia substantialis materiæ est pura potẽtia, & sic omnes materiæ erunt eiusdẽ rationis sicuti homines sunt eiusdẽ rationis: deinde nunquam aliquis sanctorum, vel doctorum, aut philosophorum posuit duas materias primas per essentiam differentes, igitur hæc est pura imaginatio cum in fundamento materiæ non sit aliquid di B stinctum, verum hoc eorum fundamentũ non plus concludit nisi, quod omnes materiæ sunt vnius rationis generalis & communis, sub qua possunt contineri plures rationes speciales, quia esse in potẽtia est differentia communis cõtinens sub se alias speciales, & hoc cõcedit S. Doct. sed non cõcludit, quod omnes materiæ sint vnius rationis specialis, sicuti omnes homines. falsum quoque est philosophos, & sanctos doctores posuisse vnam materiã omnium, cum Arist. expresse multis in locis suæ doctrinæ, & præcipue primo cęli docuit cęlum esse ex tota sua materia, ita quod nulla alia materia est capax similis formæ, & ex hoc concludit, quod non possunt esse plures cęli. Aug. posuit duo quorum al C terum est prope Deum alterum prope nihil, quia in hoc secutus est Platonem non ponentem quintam essentiam, licet poterit etiam intelligere quod materia informis est vna vnitate ordinis, sicut omnia corpora sunt vnum in ordine creaturæ corporeæ, & quod in fundamento naturæ nulla sit distinctio est tamen diuersitas, quia simplicia seipsis sunt diuersa; & quis effugere posset, quod si vna sit materia corruptibilium, & incorruptibilium, quod materia rei corruptibilis puta lapidis aliquando susciperet formam cœli, & materia cęli susciperet formã lapidis, quod est absurdum magnum? scimus dein D de, quod docuit philosophus, quod conuenientia in materia sunt transmutabilia ad inuicem, & agũt & patiuntur ab inuicem, sed corpora inferiora, & superiora non sic se habent, eorum igitur non erit vna materia, neq; specie neque numero, lege Caiet. p. p. vbi supra, & Capr. 2. sent.

Aegydius discipulus S. Th.

Tex. 30.

12. confess. Cap. 9.

1. de gener. & corr. tex. 11.

Dis. 12. q. 1 contra 3.

Matrimoniũ est vere & realiter sacramentũ vniuoce cõueniens cum alijs sacramentis nouę legis, hæc propositio sumitur ex S. Tho. 4. sent. in ea tamẽ est controuersia cum Durando volente matrimonium non esse vniuoce sacramentum cum alijs sacramẽtis nouæ legis, & præcipua ratio sua est, quia circa sacramenta nouę legis alia à baptismo ordi E natio ecclesiæ potest habere vim præcepti, sed nunquam est de necessitate sacramenti, circa vero matrimonium ordinatio ecclesiæ est de necessitate matrimonij, facit enim ecclesia personas legitimas ad contrahẽdum, & de illegitimis facit legitimos, vt placet, ergo matrimonium non est vniuoce sacramentum cum prædictis, & non considerauit Dur. quod hoc ideo est, quia matrimonium non est sacramentum tantum, sed etiam officium naturæ, & ideo magis subiacet ordinationi ministrorum ecclesiæ, quam baptismus, qui est sacramentum tantum, quia sicut contractus, & officia humana determinantur legibus humanis, ita cõtractus, & officia spiri-

Dis. 26. q. 1. ar. 1.

Matrimonium est sacramentum & naturæ officium.

spiritualia determinantur lege ecclesiæ, non ergo ex tam leui fundaméto debuit moueri Dur. ad negandam vniuocationem matrimonij cum alijs sacraméntis, cum sit numeratum ipsum matrimoniú inter septem sacramenta ecclesiæ, vt patet extra de ecclesia cap. ad abolendam, & nuper in Cócilio Tridentino, quia sacraméntum cum sit sacræ rei signú, hominis in actu exercito sanctificantis, & hæc definitio conueniat matrimonio, ergo vniuoce conuenit cum alijs, lege Sotum 4. sent. dist. 26. q. 2. ar. 1. & Capr. eodem libro, & dist. 41. contra primam conclusionem.

Capit. ad aboléndam. Seff. 24.

Matrimonium est sacramentum conferens gratiam. hanc ponit D. Thom. vbi supra ar. 3. in qua tamen habet controuersiam cum iuristis, & cú Dur. asserentibus oppositú. Godofredus in summa titulo de sacramentis non iterandis, & negát matrimonium gratiam conferre hostiensis etiam in sua summa 1. lib. eodem titulo, & Bernardus, & apparatu & Dur. quorum opinioni videtur etiam magister sent. consentire, & principale motiuum istorum est quia in matrimonio exhibetur pecunia, & si quis diceret dicunt ipsi, quia hoc est propter onera matrimonij respondent, sed certe eadem ratione pro ingressu monasterij posset recipi pecunia propter onera quæ sustinet monasterium, sed hæc est ratio dicunt, quia in hoc sacramento non confertur gratia spiritus sancti. & peccant isti secundum fallaciá consequentis, vel secundum nó causam, vt causam non ideo enim licet dare pecuniam pro matrimonio contrahendo, quia non confert gratiam, vt ipsi putant, sed quia est in officium naturæ, vnde ex illa parte qua est sacramentum in dispensatione ministrorum ecclesiæ consistens nó cadit sub emptione quia, secundú canones cómittit simoniam, qui pro benedictione nubentium pecuniam exigit, sed ex illa parte qua est in officium naturæ nihil prohibet pro matrimonio precium accipere, vel conditionem de re temporali accipiéda interponere, sicut in alijs officijs ciuilibus, & corporalibus, scimus enim, quod vbicunque datur diuinitus aliqua facultas dantur etiam auxilia quibus homo conuenienter vti possit facultate illa, sicut patet quod omnibus potétijs animæ respondent aliqua membra corporis quibus in actum exire possunt, vnde cum in matrimonio detur homini ex diuina institutione facultas vtendi vxore ad procreationem prolis, datur etiam gratia sine qua id conuenienter facere non posset, sicut etiam est de potestate ordinis, & sic ista gratia data est vltima res contenta in hoc sacraméto, quam conclusionem D. Thom. concilium florétinum, & nuper tridentinum, sub anathemate posuit dum canone primo ait, si quis dixerit matrimonium non esse vere, & proprie vnum ex septem legis euangelicæ sacramentis, a Christo Domino institutum, neque gratiam conferre anathema sit. lege Sotum, vbi supra, artic. 3. & Capreol. conclusione secunda.

Dist. 26. q. 3. Dist. 2. & 4. In matrimonio datur gratia.

Matrimonium quantum ad illud, quod est res, & sacramentum essentialiter est quædam relatio de genere coniunctionis: hãc ponit D. Thom. in 4. sent. dist. 27. q. 1. ar. 1. in solutione 1. quest. in qua tamen habet controuersiam cum Aureolo probante matrimonium non esse relationem realem, quia relatio realis non aduenit nouiter sine mutatione facta in aliquo absoluto puta in fundamento, vel in ratione fundandi, fundamétum eius est corpus, ratio vero fundandi est actus voluntatis, modo nulla mutatione facta in corpore solo actu voluntatis adueniente, & consensu oritur relatio nulla facta mutatione reali, sed tantummodo, est ibi per actum voluntatis, talis ante ratio æque bene est respectus rationis, sicut illa quæ aduenit per actú intellectus igitur falsa propositio assumpta. sed allucinatus est hic vir non videns, quod ex tali consensu, & contractu inito in fide Christi, secundum formam ecclesiæ concurrente virtute diuina causatur relatio realis in anima, vel in aliqua eius potétia, quæ est proxima dispositio ad gratiam ex diuina institutione cum in omnibus sacramentis sit aliqua spiritualis operatio mediante materiali operatione, quæ eam significat, sicut per ablutionem corporalem in baptismo fit ablutio interior spiritualis, vnde cum in matrimonio, fit quædam spiritualis coniunctio in quantum matrimonium est sacramentum, & aliqua materialis secundum quod est in officium naturæ, & ciuilis vitæ, oportet quod mediante materiali fiat spiritualis virtute diuina, & cum coniunctiones materialium contractuum fiant per mutuum cósensum, oportet quod hoc modo fiat matrimonialis coniunctio, quia non possumus effugere quin illud, quod est de genere coniunctionis nó sit etiam de genere relationis, sed matrimonium quo ad illud, quod est res, & sacraméntum simul est de genere coniunctionis, ergo erit etiam de genere relationis. vide Capr. vbi supra.

Matrimonium quomodo est relatio. Aureol. Error Aur. Spiritualis coniunctio in matrimonio quæ est

Matrimonium dicit aliquam relationem. propositio est D. Thom. vbi supra in qua est controuersia inter ipsum, & Petrum de palude, qui vult vinculú matrimoniale esse aliquid absolutum in corpore, quia est dispositio ad gratiam: sed dispositio est, quid absolutum cum sit in prima specie qualitatis igitur matrimonium non dicit relationem: est etiá in corpore, quia morbus, qui est cócupiscentia carnis est in corpore, ergo & medicina, quæ est ipsum matrimonium, hinc est quod in morte alterius coniugum dirimitur matrimonium corrupto corpore. & deceptus est Petrus in assumendo omnem dispositionem esse quid absolutum, cum priuatio sit dispositio ad formam, & tamen potest esse in genere relationis, sic etiam ratio propinquitatis potest esse dispositio ad lucem, & colorem, & tamen non est quid absolutum. non igitur est vera maior primæ rationis, secunda quoque ratio laborat in æquiuoco, quia in matrimonio sút duo nexus quorum alter est materialis in corpore, vel in toto composito subiectiue, alter vero est spiritualis, & dicitur esse in anima, quia relatio, quæ est matrimonij ex vna parte habet vnitatem in vtroque extremorum, scilicet ex parte causæ, ad eandem enim numero generationem ordinatur, sed ex parte subiecti habet diuersitatem secundum numerum, & ideo hæc relatio est vna, & multiplex, & secundum quod est multiplex ex parte subiecti nominatur his nominibus vxor, & maritus, secúdum quod est vna significatur hoc nomine matrimoniú. patet ergo quomodo significat relationem, & quomodo est in anima, lege Capreolú vbi supra, & Sotum vbi supra.

Petrus de palude.

Matrimonium debet habere aliqua bona excusantia illud. hæc propositio est D. Tho. in 4. dist. 31. q. 1. ar. 1.

Dist. 30. Ioan. Duns

q. 1. ar. 1. in qua est controuersia cum Scoto asserente, quod non ideo matrimonium debet habere aliqua bona excusantia actum, propter dãnum rationis, quod homo in illo actu incurrit, quia in statu innocétiæ fuisset matrimonium habens illa bona, nec tamen fuissent tunc excusantia actum carnalé, cum tunc non fuisset ibi aliquod damnum, ergo nec nunc ponenda sunt tanquam excusantia illum actum in matrimonio etiam Ioseph, & Mariæ non oportuit ponere aliqua excusantia, nec vniuersaliter in matrimonio spirituali cum pari voto castitatis coniugum: & non intellexit Scotus propositionem loquentem de matrimonio perfecto, & consumato in statu naturæ corruptæ, matrimonium in B statu innocentiæ nullam habebat iacturam annexã sicut modo habet, ideo licet tunc nõ eguisset excusatione, vel recompensatione, tamen pro statu isto indiget: matrimoniũ etiã beatę Virginis, & Ioseph, non fuit consumatum, nec etiam matrimonium spirituale, propterea non sequitur matrimonium imperfectum non eget excusatione, ergo nec matrimoniũ perfectum, & consumatum, actus siquidem carnalis secundum quod est in officinam naturæ indiget excusatione, cum indifferéter se habeat ad actum matrimonij, & fornicationis, excusatur autem per circunstãtias, quæ trahũt ad hoc, quod fit actus matrimonij, & istæ circunstantiæ sunt bo- C na prolis, fidei, & sacramenti, & cum in coniunctione viri, & mulieris accidat iactura rationis, tũ propter vehementiam delectationis ab orbetur ratio vt non posit aliquid intelligere in ipsa, tum etiam propter tribulationem carnis, quam oportet tales sustinere ex solicitudine temporaliũ, ideo electio talis coniunctionis non potest esse ordinata nisi per recompẽsationem aliquorum, ex quibus dicta coniunctio honestetur, & hęc sunt bona quę matrimonium excusant, & honestum reddunt: patet ergo veritas propositionis, & falsitas Scoti. lege Capr. in 4. dist. 30. q. 1. contra primam.

Bona excusantia matrimonium

Matrimonium contractum dirimitur per ordi- D nem sacrum, contrahendum vero impeditur: hanc docet D. Tho. in 4. sent. dist. 37. q. 1. ar. 1. controuersia tamen est inter D. Tho. & Scotum volenté quod non ideo matrimonium impeditur per sacros ordines, quia habet annexum votum continentiæ, quia id votum, aut sic est annexum, quia illud vouet suscipiens, aut tantummodo, quia ex præcepto ecclesiæ est quasi annexum, quia teneretur seruare ac si voueret: non primo modo, quia nullus vouens vouet nolitum: sed iste suscipiens ordinem sacrum explicite habet in voluntate non continere, vt est possibile, ergo ipse non vouet continentiam, si dicas, quod vouet in facto, quod facit in suscipien- E do ordinem sacrum, quia antiqui patres latini vouerunt, & iste suscipit simile signũ, contra, quia nullus tenetur ex voto ad votum factum ab alio; si habet votum contrarium, nullo ergo modo poterit sic impediri. & non cõsiderauit Scotus, quod ecclesia interdicit aliqua simplici prohibitione ne fiant, sed si facta fuerint non mutat, alia vero interdicit non solum prohibendo ne fiant, sed statuendo, vt irritum sit & inane si contra statutum fiant & tunc non solum probibetur faciendum, sed irritatur factum: primo modo irritatur matrimonium contrahi tempore feriato, & in pluribus casibus, sed secun-

Scotus.

Ecclesia.

A do modo prohibetur in susceptione ordinis: cum ergo sit statutum ecclesiæ prohibens constitutum in sacris ordinibus contrahere illegitimando tales personas ad contrahendum matrimonium, vt patet ex vsu, & consuetudine romanæ ecclesiæ circa hoc, & ex decretali quæ adducitur a D. Thom. 37. dist. 4. apud ergo græcos impeditur matrimonium contrahendum solum ex vi ordinis: sed apud latinos impeditur ex vi ordinis, & vlterius ex voto continentiæ, quod est in ordinibus sacris connexum, quod etiam si quis verbotenus non emittit ex hoc ipso, quod ordinem suscipit, secũdũ ritum occidétalis ecclesiæ dicitur emisisse, lege Capr. in 4. dist. B 33. q. 1. contra tertiam.

Maxima hæc, quæcunque vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadé: est propositio Arist. 3. phys. glosata a D Thom. p. p. q. 28. ar. 3. quod intelligitur quando sunt eadem re, & ratione, sed controuersiã vult habere Aureolus in hac glosa, quia tunc tolleretur omnis forma syllogistica, & demostratiua, & via demostrandi & sciendi aliquid de Deo stante illa glosa, & quod pater, sit filius realiter distinctus tantum secundum rationem, & non intellexit mentem glosæ hic vir, quia propositio glosatur, quod veritatem habet in illis, quæ sunt eadem adęquate alicui tertio re, & ratione, in alijs autem non habet C veritatem, ex hac glosa negatur, quod sequantur illa inconuenientia, quæ ipse putat pater etiam, & filius sunt idem secundum rem essentiæ, non autem existentiæ. glosauit etiam D. Thom. alio modo istã maximam de potentia Dei, q. 8. ar. 2. ergo intelligitur quod hoc modo, quod vnum istorum est reliquum vel saltem illud, quod est idem vni illorum est reliquum, vt si diceretur, quia pater & filius sunt idem essentiæ diuinæ, non sequitur, quod si pater sit isto modo idem filio, quod pater sit filius, sed quod aliquid idem primi est filius, scilicet diuina essentia quæ est eadem primi: tertio etiam modo glosauit D. Tho. hanc maximam 1. sent. dist. 33. q. 1. D ar. 1. quod intelligitur quantũ ad illud in quo sunt eadem tertio, vnde pater, & filius sunt idem inter se respectu tertij nempe diuinæ essentiæ. & sic patet quomodo Aureolus nihil habet contra D. Thom. vide Caiet. p. p. vbi supra, & Capreol. 1. sent. distin. 2. q. 3. art. 1.

Tex. 20.

Dist. 2. q. 3.

Memoria, quæ est pars imaginis est intellectus habitualiter retinens notitiam obiecti: hæc propositio videtur sumi ex D. Thom. p. p. q. 93. ar. 7. cuius oppositum nititur probare Aureolus, & principale fundamentum suum est, quia memoria dicit perfectionem simpliciter ita, vt sit melius in vnoquoque esse memorem quam immemorem, propterea est E communis tribus personis, nam pater est memoria filius est memoria, summã enim sapiẽtiã sui memoré esse nequaquã negari potest cũ sit perfectio simpliciter, sed illud duplex principium, scilicet intellectus cũ obiecto habitualiter retento, vt actiuũ est, non est perfectio simpliciter, illud namque non est aliud quam potentia dictiua, & generatiua de qua constat, quod non dicit perfectionem simpliciter, alias filius, & spiritus sanctus cum careant potẽtia generatiua, & dictiua, & illo duplici principio actiuo, nõ essent perfecti simpliciter, ergo illud duplex principium, scilicet intellectus, & notitia obiecti habitualis non potest poni memoria: & non respexit

Dist. 3. q. 3. ar. 2.

Aureolus.

spexit, quod memoria de sui ratione non dicit acti A uitatem, sed tentionem obiecti in esse intelligibili, & conceditur quod dicit perfectionem simpliciter & est communis tribus, verum quia ad memoriam consequitur actiuitas quam includit intellectus, & licet intellectus sit in filio non potest tamen filius producere verbum, aut intellectionem expressam, quia habet relationem oppositã relationi, quę consequitur productionem terminatam ad verbũ, nulla autem relatio potest ibi geminari cuius rei causas vide. p.p.q.41.ar.6.& Capreol.1.sent. dist.3.q.3. contra tertiam.

Mereri suam beatitudinem in primo instanti suæ creationis, vel statim post primum instans possibi- B le fuit ipsi Angelo. istam propositionem videtur po-
Greg. Ari. 2 sent. dist. 3.q.1. nere D.Thom. in disputatis de veritate q.29. art.8. in qua propositione voluit habere controuersiam quidam doctor nomine Siramfredus probans meritum aut peccatum non posse esse in instanti, quia nullus potest mereri nisi qui potest iustitiam amittere, sed nullus potest iustitiam amittere in primo instanti sui esse, quia tunc illa est, & omne, quod est quando est necesse est esse, nec prius, quia prius non fuit, igitur tunc non potest mereri. & sic etiam
De casu diaboli ca-pit.5. arguit D. Anselmus, quod Angeli boni potuerunt peccare antequam mali caderent, quia si nõ potuerunt inquit peccare non voluntate, sed necessitate C seruauerunt rectitudinem, & iustitiam, quare non magis meruerunt seruando iustitiam quam seruãdo rationalitatem, quam perdere nequiuerunt. & mendacium committit in maiore hic doctor, cum sit falsa absolute, licet enim ille, qui non potest peccare, vel iustitiã perdere nõ mereatur in hoc, quod non peccat vel iustitiam non perdit, potest tamen mereri in alijs quæ potest facere, vel non facere. vide ergo quomodo non valet illa propositio nullus potest mereri in aliqua mensura nisi po sit in illa, & pro illa iustitiam amittere, quia tunc aliquis existens in charitate pro tempore, vel mensura qua est in charitate posset mereri, quia pro illa mensura nõ D potest iustitiam perdere, quia omne quod est quãdo est necesse est esse, potest etiam intelligi de impossibilitate opposita necessitati absolute, vel necessitati coactionis non autem de impossibilitate opposita necessitati ex suppositione vel ex cõditione, nec ostenditur ex dicto Anselmi, quod hæ sint incompossibilia Angeli meruerunt, & Angeli non meruerunt seruando iustitiam quam habuerunt, nec etiam ista angeli meruerunt, igitur angeli potuerunt amittere iustitiam, quam habuerunt, quia si bonus Angelus in primo instanti suæ creationis nulla perfectione ad agendum necessaria caruisset, & nullum impedimentum meriti habuisset, & actũ E dilectionis Dei super omnia indiuisibilem nõ sub resisiunni elicuisset ipse in primo instanti meruisset sed totũ antecedẽs illius cõditionalis fuit possibile ergo, & cõsequẽs fuit possibile, adde quia malus angelus, qui non peccauit in primo peccauit in secundo, igitur à simili si bonus angelus non meruisset in primo instanti potuisset mereri in secũdo: de quibus omnibus, lege Caiet. p.p.q.62. quasi per totam, & Capreol. in secundo senten. dist. 5.q.1. contra tertiam.

Mereri vtique potest de condigno gloriam æternam ille qui est in gratia: hanc ponit D.Thom. 1.2. q. 114. art. 3. in qua propositione est controuersia
2.sent. dist. 27.q.2. cum Dur. volẽte neminem posse mereri vitam æternam ex condigno, quia meritum de condigno est actio voluntaria, propter quam alicui debetur merces ex iustitia sic quod si, nõ redderetur ille ad quẽ pertinet reddere iniuste facit, & est simpliciter, & proprie iniustus, tale meritum de cõdigno inuenitur inter homines, sed non est hominis ad Deum, quod patet, quia quod redditur potius ex liberalitate dantis, quã ex debito operis, nõ cadit sub merito de condigno, sed quicquid a Deo accipimus siue sit gratia siue sit gloria bonum temporale, vel spiritale, pro quocunque bono opere præcedente in nobis potius, & principalius accipimus ex libera litate Dei quam reddatur ex debito operis: ergo nihil penitus cadit sub merito de condigno respectu Dei, & deceptus est in definiendo meritum de condigno, quia non est illud cui redditur gloria, vel præmium ex iustitia taliter quod, si non redderetur iret iniustitia creaturæ, quæ actum illum operatur, & quod per talẽ actum Deus efficitur nobis debitor, & obligatur nobis, talis enim descriptio falsa est, nam meritum de condigno proprie sumptum non requirit talia, sed sufficit quod tali operi reddatur merces secundum aliquam legem iustam quam illicitum sit violare, & transgredi, & quod actus secundum valorem quem habet ab intrinseco æquatur præmio secundum quantitatem absolutam aliquo modo, & non secundum proportionem tantum, vt proportionalitatem: vbi ergo est æqualitas proportionis inter meritum, & præmium ibi potest esse meritum de condigno, sed inter opus informatum gratia, & gloriam ipsam est æqualitas proportionis licet non sit ibi æqualitas quantitatis: igitur existens in gratia potest per illã mereri gloriam de condigno. lege Caiet. 1.2. vbi supra, & Capr. 2.sent. dist. 25.q.1. art.2.& 3. vbi cætera motiua Dur. dissoluit addendo quod omne opus procedens ex speciali motione spiritus sancti, & habitu Dei formatiuo condignum est fini ad quẽ ordinatur a spiritu sancto habitus Dei formatiuus, & actus per eum elicitus, sed omne opus meritorium in habente gratiam est huiusmodi, quia procedit a spiritu sancto, & a gratia Dei formatiua, & ordinat, sicut ad finem ad gloriam: igitur est condignũ ipsi gloriæ, & sic habens gratiam de condigno meretur vitam æternam.

Meritum Christi fuit infinitum: hanc docet D. Thom. 3.p.q.48. art.2. & de ver. q.29. ar.7. & 3.sent. dist.18.q.1.ar.6. in qua Scotus vult habere controuersiam, quia nititur probare meritum Christi nullo modo fuisse infinitum nec eius satisfactionem,
Dist. 19. q. vnica.3.sẽt. quia bonũ velle Christi quo meruit, & acceptauit passionem suam pro omnibus quantum ad sufficientiam quęritur non esset tantũ acceptum quantum persona verbi, ex his cum persona verbi sit infinita simpliciter infinite fuisset bonũ eius acceptũ, sed cum Deus non acceptet aliquid nisi quantum habet de acceptabilitate: ergo bonum velle illius naturæ ratione suppositi habuit infinitam acceptabilitatem, & nunc in acceptabilitate non esset differentia inter velle verbi secundum se, & velle illius naturæ in verbo, quia ex parte acceptabilis non erat maior acceptabilitas, ergo verbum volẽdo bonum circũscripta natura assumpta potuit mereri, quod est fal-

est falsum, & vlterius sequitur quod trinitas tātum diligeret velle naturæ assumptæ sicut velle verbi increatum, quod nihil est dictu, quia hoc esset ponere creaturam habere tantam rationem diligibilitatis sicut verbum increatum, & in hac parte Scotus laborauit vbi non erat laborandum, quia bonum velle Christi elicitum ab eius voluntate creata, & rationali nullo modo fuit tāto acceptum a Deo nec tanto dilectum quantum persona verbi nec quantum velle increatum ipsius verbi immo in infinitū minus fuit dilectum, & acceptum a Deo & in infinitum minus bonum, & minus diligibile & acceptabile, adde etiam quod velle creatū animæ Christi quo acceptauit passionem suam habuit infinitam rationem acceptabilitatis non simpliciter: sed secūdum quid eo modo quo gratia Christi fuit infinita in ratione gratiæ, quia illud meritum quod est actio Dei, & hominis in quo humanitas est instrumentum, & diuina persona principale agens est infinitum in valore, & dignitate: sed sic est de merito Christi igitur &c. adde quia illud meritum, quod potest se extendere ad infinita supposita naturæ humanæ, si essent futura est infinitum in valore, & dignitate aliquali infinitate puta extensiue, & materialiter: sed sic est de merito Christi igitur &c. lege Caiet. 3.p.q. 1.ar. 2.& Capr. 3.senten. dist. 18.q. vnica artic. 3.

Meritum & satisfactio Christi non habet vltimatam efficientiam nisi in illis qui eidem vniūtur per fidem formatam, & sacramēta. hanc ponit D. Tho. 3.p.q.49.ar. 1. in qua conclusione adest controuer-
Dist.19 q.1 sia cum Scoto probante quod Christus non solum meruit secundum efficaciam gloriam dispositis ad recipiendum immo etiam indispositis, quia
Scotus. quæritur num Christus meruerit tantum, vt habentes gratiā haberent etiam gloriam ex merito Christi, & si hoc solum meruit, tunc non meruit nobis primam gratiam nec gratiam baptismalem in nouo testamento nec gratiam datam in sacrificijs vel in circumcisione antiquorū quod est falsum, quia vnde veniret illa prima gratia nobis? & sic oportuit dicere quod meruit nobis illam primam gratiam qua coniuncti essemus sibi: ergo meruit, vt non coniuncti sibi coniungerentur, & in hoc cōsistebat eius meritum, non ergo solum meruit vt coniuncti sibi vlterius cooperarentur, & sic tandem glorificarentur, sed meruit vt nō coniuncti vnirentur sibi etiam qui nunquam se disponunt, vnde magis meruit gratiam baptismalē, & primā quam quodcunque opus postea ex gratia factum. & peccauit hic Scotus peccato maximo, quia non est verum, quod Christus meruit omnibus membris suis, vel qui futuri erant membra Christi primam gratiam secundum efficientiam nulla præcedente nec prærequisita dispositione recipientium facta per eorū actum proprium aut alienum, aut receptionem sacramentorum: Christus enim non meruit omnes dispositiones præcedentis ad gratiam suorum electorum, alias prima gratia nullo modo esset gratia: sed esset reddita, vel reddenda ex debito puta per merita Christi præcedentia, sed meruit Christus primam gratiam membris suis ad hoc dispositis ex actu proprio personali, vel ex alieno, vel alia gratuita Dei motione qualicunque præcedente ordine temporis, vel naturæ primam gratiam habitualem quæ dicitur gratia gratum faciens, & hinc est quod meritum Christi quantum ad sufficientiam æqualiter se habet ad omnes, non autem quantum ad efficaciam, quod accidit partim ex libero arbitrio partim ex diuina electione per quam quibusdam misericorditer effectus meriti Christi confertur, a quibusdam vero iusto iudicio Dei subtrahitur, & quia omne suscipiens effectum agentis vltimatum, oportet esse dispositum ad suscipiendum illum aliter nō posset suscipere, sed effectus vltimatus meriti, & satisfactionis Christi, est adoptio gloriæ purgatio appellatio, gratiæ consumatio, & ad gratiam introductio: igitur suscipientes hunc effe-
B ctum oportet ad hæc disponi. vide D. Thom. 1.2.q. 112.ar.6.& 3.p.q.62.ar.5.& 4.sent.dist. 15.q. 1.ar. 2. & 3.sent.dist. 10.q. 1.ar. 2. & Caiet. 3.p. vbi supra, & Capr. 3.sent.dist. 18.q. vnica.

Meritum & præmium in Christo vnus, & idem actus esse potuerunt. hanc posuit D. Thom. 3. sent. dist. 18.q. 1.ar. 2. in qua præsefert controuersia cum Aureolo probante hoc esse impossibile, & eius præ- Aureolus.
cipua ratio est, quia actus qui secundum rationem suam habet rationem finis, nec potest ordinari in finē ex natura sua, non potest esse meritorius, quia meritum ordinatur ad aliud puta ad præmium sicut ad finem, sed actus beatificus ex natura sua est
C finis, vnde si ordinaretur ad finem non esset meritum, sed demeritum quia esset peruersitas, igitur impossibile est vnum, & eundem actum esse meritum, & præmium. & nō puduit eum assumere maiorem falsam, verum quia putauit eam se probasse, sed probatio eius nulla est, quia non oportet quod omnis actus meritorius ordinetur ad præmium respectu cuius est meritorius, sicut ad finem, emptio enim principaliter est propter habendam rem quę emitur, & ideo post quam semel empta est vlterius non emitur, sed actio qua quis meretur nō est principaliter propter pręmium cōsequendum: sed propter bonum charitatis, vnde homo habens charita-
D tem operaretur etiam si nulla retributio sequeretur, hinc postquā meruit aliquid operatur, & ideo quod primo vno modo sibi debebatur postea alio modo sibi debetur, licet Christus bona externa meruit non autem interna: adde quod non potest esse idem meritum, & præmium respectu eiusdem & secundum idem, & ideo motus charitatis hominis Christi, in quo consistit præmium eius quātum ad beatitudinem animæ potest esse meritum respectu beatitudinis corporis. lege D. Thom. de ver. q. 29.art.6.& 2.sent.dist.5.q.2. art. 2. vbi loquitur de præmio, & merito Angelorum, & p.p.q. 62.artic.4. & 3.p. q. 19. artic. 3.& Caietan. ibi & Capreol. vbi
E supra.

Meritoria nullius boni nec æterni nec temporalis sunt opera facta extra charitatem, hanc ponit D.Thom.4.senten.dist. 15.q. 1.ar. 3. in solutione 4 quæst. in qua est controuersia cum multis theolo- Bachonus.
gis, quia sicut existens in charitate meretur bona gratiæ quia habet amorem gratuitum, sic existens in statu naturæ meretur bona quæ sunt ad conseruationem naturæ, quia sicut se habet amor gratuitus ad bona gratiæ sic amor naturalis ad ea quæ sunt naturæ, & ideo opera facta extra charitatem possunt esse meritoria bonorum temporalium: & non est simile hoc quod pro simili inducitur, quia

exiſtens in gratia eius bona opera ſunt proportionata ad merendum, & bona naturæ, & gratiæ, & gloriæ, quæ proportio facit meritum condigni, ſed qui non eſt in gratia non habet hæc, immo ex quo non eſt dignus diuino amore, nec per conſequens aliquo dono amoris, adde quia nemo poteſt eſſe in ſtatu dilectionis debitæ, quin ſit in ſtatu dilectionis gratuitæ, quia prima eſt diſpoſitio neceſsitans ad ſecundam, & quicunque capax rationis non eſt in ſtatu dilectionis gratuitæ per conſequẽs non eſt in ſtatu dilectionis naturalis à Deo debitę, quia eſt in ſtatu odij habiti, & debiti, & ſi diligitur ſecundum quid hoc eſt gratuitum non debitum, quia ipſe non eſt dignus pane, quo veſcitur, nec vita ipſa, & per conſequens nihil apud Deum meretur, quia ſi diligitur quo ad bona naturæ hoc ipſo indignus eſt, & per conſequens pluri, & maiori honore indignus eſt. Adde etiam quòd poſito, quòd eſſet proportio amoris naturæ ad bona temporalia, & gratuiti ad bona gratiæ in illo, qui eſſet in puris naturalibus, qui licet non meruerit, quod habet, ſicut nec ille qui habet gratiam, bene tamen vtendo naturalibus videtur dignus his quæ habet, & bene vtendo meretur conſeruantia bona naturæ, ſicut eſt de habente gratiam, non tamen qui eſt in peccato mortali eſt dignus aliquo bono: adde vltimo quòd meritum dicitur dupliciter, vno modo actus per quem efficitur, vt ipſe agens habeat debitum recipiendi, & hoc vocatur meritum condigni, alio modo actus per quem efficitur, vt ſit debitum in dante ſecundum decentiam ipſius, & hoc dicitur meritum congrui quo illa opera ad triplex bonum valere dicuntur, ſcilicet ad temporalium bonorum aſſequutionem, ad diſpoſitionem gratiarum, & aſſuetudinem bonorum operũ, ſed primo modo intelligitur dictum Diui Thom. quia ex nullo opere dicitur aliquis proprie mereri aliquod bonum per quod non acquirit debitum proprie dictum ex parte ſui aliquod bonum recipiendi, ſed omnia opera hominis extra charitatem facta ſunt huiuſmodi reſpectu Dei: igitur per talia nihil meretur apud Deum de condigno. vide Petrum de Palude in quarto ſententiarum, diſtinctione decimaquinta, & Diuum Thomam prima ſecundæ, quæſt. 14. art. 1. & ſecundo ſenten. diſt. 27. quæſt. 1. art. 3. & quarto diſtin. 46. quæſt. 1. art. 1. & Quolib. 6. quæſt. 4. & Capreolum diſt. 15. quæſt. 1. contra quartam.

Meretur vtique de condigno apud Deum ille, qui habet gratiam: hanc ponit Diuus Thomas prima ſecundæ, quæſt. 114. art. 3. in qua habet controuerſiam cum multis Theologis aſſerentibus oppoſitum, quia cum Deo ipſi æquiuolens reddere nõ

Pariſienſes.

poſsimus, ſequitur etiam eũ debitorem nobis non conſtituere, & ſic non poſſumus apud eum mereri de condigno: & decipiuntur iſti, quia ſi actio noſtra non habet rationem meriti, niſi ex ſuppoſitione diuinæ ordinationis, non ſequitur, quòd Deus efficiatur ſimpliciter debitor nobis, ſed ſibiipſi inquantum debitum eſt, vt ſua ordinatio impleatur, adde quòd Deus non efficitur nobis debitor niſi ex ſua promiſsione, quia ipſe bonum operantibus præmium promiſit, & propterea non eſt inconueniẽs ſi ab ipſo quis mereri poſsit, adde etiam, quòd debitum dupliciter poteſt attendi in diuina ope-

A ratione, aut ſecundũ quòd aliquid debetur Deo, aut ſecundum, quòd aliquid debetur rei creatæ, & vtroque modo Deus debitum reddit, debitum enim eſt Deo, vt impleatur in rebus illud quod eius ſapientia, & voluntas habet, & quòd ſuam bonitatem manifeſtat, & ſecundum hoc iuſtitia Dei reſpicit decentiam ipſius ſecundum quam reddit ſibi, quòd ſibi debetur, debitum etiam eſt alicuius rei creatæ, quod habeat illud, quod ad ipſam ordinatur, ſicut homini, quòd habeat manus, & quòd alia animalia ei deſeruiant, & ſic Deus iuſtitiam operatur quando dat vnicuique, quod ei debetur ſecundum rationem ſuæ naturæ, & conditionis,

B ſed hoc debitum dependet ex primo, quia vnicuique hoc debetur quod eſt ordinatum ad ipſum, ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ, licet autem Deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipſe eſt alteri debitor, ſed tantum ſibiipſi, lege Diuum Thomam ſecundo ſententiarum, diſtin. 27. quæſt. 1. art. 3. & prima parte, quæſt. 21. articu. 1. & quarto ſententiarum, diſtin. 46. quæſt. 1. articu. 2. & Capr. vbi ſupra.

Minimum cuiuſlibet rei naturalis per ſe ſubſiſtere potens, & maximum quoque datur: hanc docere videtur Diuus Thomas ſecundo ſententiarũ, diſtin. 30. quæſt. 2. articulo ſecundo. in qua videtur

Diſt. 9. q. 2.
Scotus.

C habere controuerſiam cum Scoto probante oppoſitum ſecundo ſententiarum, & mouetur ex dicto Ariſt. volentis lib. de ſenſu, & ſenſato ſoluens illam dubitationem, ſcilicet an formæ ſenſibiles ſint diuiſibiles in infinitum dicit, quòd qualitates ſenſibiles ſunt determinatę ſecundum ſpecies, ſed de quacunque vna qualitate ſingulari vtrum ipſa habeat terminabilitatem in ſe videtur dicere, quòd non, quia inquit exiſtunt in continuitate, & in his ſumendum, quòd habet aliud in actu, & aliud in potentia, ſicut continuum quod eſt vnum per ſe in actu, & plura in potentia, licet per accidens, & tunc reducta potentialitate quanti ad actum per ſe, redu

D citur etiam potentialitas paſsionis ad actum per accidens, ita quòd nunquam quantitas per diuiſionem diuiditur in quanta mathematica, quia ſicut naturale non componitur ex mathematicis, ita nec diuiditur in mathematica, ſed in naturalia ex quibus ſequitur non dari minimum, nec maximũ, vt concluſio ſuſtinet. Et in hoc aberrat Scotus,

Rei veritas

quia mens philoſophi eſt, quòd quælibet qualitas ſenſibilis, vt exiſtens in continuo eſt vna in actu, & plura in potentia ad hunc ſenſum, quòd habet plures partes, ſicut & quantitas, non autem, quòd cuiuſlibet talis qualitatis partes, ſine rarefactione poſſent ab inuicem ſeparari, & ſeparatim retinere

E nomen, & diffinitionem totius, ſicut retinent in toto exiſtentes, nec ſicut quantitati non repugnat diuiſio in infinitum, ita qualitati ſenſibili talis diuiſio non repugnat. nec intellexit Scotus quomodo eſſe in potentia contingit dupliciter, vno modo, quia non habet proprium, & ſeparatum eſſe, ſed poteſt habere illud, alio modo quia non eſt per proprium, & ſeparatum eſſe, ſed per eſſe totius, accipiendo ergo eſſe in potentia, ſecundo modo q̃libet pars qualitatis ſenſibilis vel formæ naturalis dicitur eſſe in potentia, non autẽ accipiẽdo eſſe in potẽtia primo modo, quia nec caput, nec cor, nec oculus aĩalis eſt in potẽtia illo, quod Scotus ſuppo-

fuit, & male, namque si quælibet res naturalis habet determinatam formam : ergo determinatam quantitatem in maius,& in minus, & sic datur maximum, & minimum in entibus, vt naturalia sunt quia vt quāta mathematice sunt diuisibilia in semper diuisibilia, lege Diuum Thomam primo Phys. tex. 36. & prima parte, quæst. 7. art. 3. & de sensu, & sensibili lect. 15. & Caie. vbi supra, & Capr. 2. senten. dist. 19. q. 1.

Missio importat processionem secundum originem eo modo, quo dicitur flos emittitur de arbore: hanc docet D. Tho. prima parte, q. 43. art. 1. in qua voluit habere controuersiam Aur. dicens, quòd missio, prout de ea loquūtur Theologi non est idem, quòd processio, nec missus est idē, quòd productus, immo missio sumitur pro legatione, & missus dicitur legatus, sicut de filio dicitur Abdiæ auditum audiuimus adnon, & legatum ad gentes misit: sed flos non dicitur legari ab arbore, nec originari est legari: ergo missio de qua fit sermo non importat habitudinem originis. Et non considerauit hic vir quomodo missio in diuinis est eadē secundum rem cum productione, & missus cū producto, sed secundum rationem missio dicit de significato formali processionem alicuius ab aliquo quocunque modo procedat, sed quia processio in diuinis quo ad significatum materiale dicit processionem secundum originem: & quādo insinuauit, quòd persona, quæ in diuinis mittitur legatur, & flos missus ab arbore non legatur, noluit intelligere, quòd exempla non verificantur in omnibus. sed solum ad ostendendum, quòd ad missionem non requiritur processio secundum consilium, vel imperium, sed sufficit processio secundum originem, & ideo cum ex illa similitudine infertur, emissio floris nō est legatio: ergo missio personæ non est legatio nulla est consequentia, quia licet ambæ missiones conueniant in hoc, quòd est procedere secundum originem, differunt tamen, quia illud quod mittitur ab arbore non per se operatur, nec per se subsistit dum mittitur, nec est suppositum distinctum à mittente, & multæ aliæ dissimilitudines inueniuntur. in ratione enim missionis duo importantur, alterum siquidem est habitudo missi ad eum à quo mittitur, alterum vero habitudo missi ad terminum ad quem mittitur, vt aliquo modo ibi esse incipiat. de quibus omnibus vide Diuum Thomam prima parte vbi supra, & primo sententiarum, distinctione decimaquinta, quæstione prima, articulo primo, & Caietanum etiam ibi Capreolū quoque primo sententiarū, distinctione decimaquinta & decimasexta, quæst. 1. art. 1. contra primam conclusionem.

Missus incipit esse nouo modo in termino ad quem mittitur. propositio est vulgata in doctrina Sancti Thomę, & extrahitur ex locis vbi supra in qua Aureolus continuans suam pertinaciam asserit ipsam esse falsam, quia sufficit inquit, quòd ibi prius existens de nouo incipiat vti authoritate, vt patet in humanis, nam existenti Parisijs potest Papa committere authoritatem, causam aliquam ventilandi, & decidendi, & talis quidem diceretur legatus, non quia de nouo veniret Parisios, sed quia iam ibi existens de nouo auctoritatem acciperet, similiter etiam si auctoritate accepta mandaretur

Dist. 5. q. 2. articu. 2. Cap. 1. Aureol.

Aureolus.

A sibi de nouo, vt ea vti inciperet, non est dubium, quòd diceretur quodammodo de nouo legari, sic ergo in proposito non est de ratione diuinę personæ, quòd legatur, & de nouo incipiat esse in termino ad quem mittitur, sed quòd accepta authoritate de nouo vtatur. Et multum distat à veritate in hoc puncto, quia impossibile est aliquem nouiter vti potestate sibi data Parisijs quin nouo modo sit Parisijs, & propterea quando dicit, quòd sufficit, quòd missus nouiter vtatur auctoritate sibi collata, & non sit Parisijs nouiter, falsum enim est, quod illud sufficiat cum sit impossibile, & implicans contradictionem, scilicet, quòd nouiter

B operetur Parisijs, & non sit Parisijs nouo modo existendi. Propositio enim assumpta intelligit aliquid nouiter alicubi existere, vel nouo modo, si sit aliqua nouitas in eo, vel in eius effectu, vel si habeat nouum respectum ad aliquid quocunque modo, & vndecunque veniat ille respectus, siue sit rei, vel rationis, quia omne quòd prius nō erat in mundo per carnem assumptam, & deinde incipit esse ibi per assumptionem carnis nouo modo iam in mundo esse incipit, sed filius Dei est huiusmodi, vt scribitur Ioannis primo : igitur propositio vera. lege Diuum Thomam prima parte vbi supra, & primo sentētiarum, distinctione decimaquinta, quę-

C stione prima, articulo primo, & quarto, contra gentiles, cap. 2.

Mittere personam diuinam propriè conuenit patri, & filio, sed minus proprie conuenit Spiritui Sancto : propositio hæc est informata prima parte quæst. 43. articulo octauo. in qua voluit habere opinionem contrariam Scotus probans, quòd non quælibet persona mittat personam diuinam, quia mittere, & mitti, sunt opposita relatiue, sed mitti includit produci : ergo mittere includit suum correlatiuum quod est producere : ergo persona quæ non producit ei non conuenit mittere. Sed falso modo arguendi vsus est cū non valeat, nisi addito

D in minori, quòd mitti de formali significatione in recto includeret produci, quod negatur, mitti enim de formali significato dicit fieri ens ab alio nouo modo in creatura, ita quòd li fieri cadat super hoc totum ens ab alio nouo modo in aliquo non ratione primæ partis, scilicet ens ab alio, sed ratione secūdæ, scilicet in aliquo nouo modo, constat autem quòd in hac descriptione non ponitur produci in recto, sed in obliquo, non enim mitti est produci in aliquo nouiter, sed est productum fieri in aliquo nouiter, ex quo patet, quòd pater dum mittit ipse est principium personę mille, & ipsius effectus missionis, & similiter dum filius

E mittit Spiritum Sanctum, sed dum Spiritus Sanctus mittit aliquam personam non est principium personæ, quam mittit, sed effectus missionis, quòd autem Spiritus Sanctus mittat personam diuinam patet per Augustinum dicentem, quòd filius mittitur à se, & à Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus mittitur à se, & à filio. lege Diuum Thomam primo sententiarum, distinctione decimaquinta, quæstione tertia, & de potentia Dei, quæst. 10. art. 4. & prima parte vbi supra.

Missio filij semper inducit amorem, quia non per omnem perceptionem veritatis dicitur mitti verbum : propositio elicitur ex primo sententiarū, dist. 16.

Resolutio.

Distin. 14. Scotus.

2. de Trin. cap. 1.

distin. 16. q. 1. art. 2. cui aduersati voluit Aureolus A probando oppositum, quia sapientia aliquorum malorum hominum attribuitur dono Dei, vt patet de sapientia Salomonis, quæ perseuerauit in eo tempore quo extitit in peccato mortali, & tamen secundum eam missum est sibi verbum quod est sapientia quam postulat, vbi ait, mitte illam de cœlis, &c. videtur ergo, ꝙ possit mitti filius sine amore, & sic missio filij non semper inducit amorem: & tamen hoc est purũ mendacium, & oppositum est de mente Augustini volentis, quod licet omnis sa-
Resolutio. pientia sit donum Dei, non tamen per omnem sapientiam verbum dicitur inhabitare illum cui sapientia illa datur, sed solum quãdo datur cum gra B tia gratum faciẽte, ac per hoc cum missio personæ fiat ad inhabitandum illum ad quem mittitur, non sequitur si aliqus habet sapientiam ex dono verbi, quòd ad eum mittatur verbum: & de Salomone dicitur, quòd sicut fides non infunditur nisi illi ad quem mittitur filius, illa tamen fides manet Christo desinente inhabitare quem prius habitabat, ita in infusione sapiẽtię Salomonis qui recepit Spiritum Sanctum, & filium qui inuisibiliter ad eum missi sunt, quãdo tamẽ ille mortaliter peccauit nõ amisit ex toto illam sapientiam, dum personæ ad ad eum missę ab eo recesserunt, & quando erat in peccato mortali non habebat sapientiam, quæ est C donum Spiritus Sancti iudicans per modum inclinationis, sed tñ sapientiam iudicantẽ per modum cognitionis, quia quãdocũq; mittitur diuina persona datur gratia gratum faciens, sed quandocunque datur gratia gratum faciens illuminatur intellectus, & sic mittitur filius, & inflammatur affectus, & sic mittitur Spiritus Sanctus: igitur missio filij semper inducit amorem. lege Diuum Thomam prima parte, quęst. 43. art. 5. & quæst. 1. art. 6. & primo senten. vbi supra, & Capreolum distin. 16. primi sen-
Dis.16.q.2. tentiarum, art. 3.

Scotus. Moriendi, & patiendi necessitas quodammodo fuit in Christo diuulgata: propositio est in doctri- D na Diui Thomę desumpta ex tertia parte, quęs. 14. art. 2. in qua Scotus non vult conuenire, immo arbitratur se probasse Christum nullam habuisse necessitatem moriendi, nec fuerit necesse corpus suũ esse mortale, quia speciale miraculum fuit, quòd eius corpus fuerit mortale ex hoc, quòd per nouũ miraculum impediebatur redundantia gloriæ animæ ad corpus, & facto illo miraculo corpus habuit necessitatem moriendi, quia nec gloria redunda-
Doctrina angelica. uit in ipsum, nec secundum corpus habuit iustitiam originalem præseruantẽ à corruptione, deinde si anima Christi fuisset sibi dimissa ex quo fuit gloriosa, gloria animę redundasset in corpus, & per E consequens in potestate animæ fuisset non mori ex aliqua passione. Sed ista ratio non est ad propositum, quia solum concludit quòd Christus non habuit absolutam necessitatem moriendi ex parte diuinitatis, q̃a illa poterat corpus Christi ab omni passione corruptiua seruare, nõ aũt cõcludit quin corpus Christi habuerit necessitatẽ moriẽdi absolutã, & ex suppositione finis, & ex coactiuo exterioris agentis, nec similiter concludit, quin in Christo fuerit aliqualis necessitas moriẽdi ex parte animæ, dato, quòd sibi, & suæ virtuti relinqueretur, vnde anima Christi secundum propriam virtutem immanentem non poterat præseruare corpus à perforatione tanquam per potentiam, & virtutem proximam immanentem sibi ad modum habitus, se- Si Christus nõ esset ociosus moreretur ad huc.
cus si consideremus potentiam eius remotam, vel potentiam proximam instrumentalem, ideo si nõ occisus fuisset naturali morte dissolutus fuisset, & idem opus redemptionis fuisset, quòd per passionem fecit, propterea nõ erat miraculum Christum secundum corpus esse passibilem, immo fuit miraculum, quòd ex beatitudine eius animæ redundaret claritas ad corpus in sua transfiguratione, fuit tamen miraculum iam animam partim esse beatam, & partim esse passibilem, ex quo miraculo se- B quebatur corpus sibi vnitum non recipere influxũ impassibilitatis ab anima, & aliarum quatuor dotium. bone Deus nonne est necessaria hæc propositio? omne corpus compositum ex contrarijs à sua actione non impeditis habet necessitatem moriendi, & patiendi, sed corpus Christi fuit sic: ergo &c. adde, omne illud quod potest ab extrinseco agente vulnerari, & secari, nec ex se potest tali agenti resistere approximato tali agẽti habet necessitatem coactionis ad mortem, & dissolutionem, sed corpus Christi fuit sic: ergo, &c. lege Diuum Thomam tertio sententiarum, dist. 16. q. 1. art. 2. & dist. 15. quæst. 2. art. 1. & de veritate quæst. 29. art. 6. & Ca- C preol. 3. sent. dist. 17. q. 1. art. 3.

Mors Christi talis fuit, quòd diuinitas remansit vnita animæ, & carni, siue corpori, non autem humanitati compositæ ex anima, & corpore: vulgata nimis est hæc propositio apud Diuum Thomam, Dis.21.q.2.
& scribitur tertia parte, quæst. 50. artic. 2. & 3. quam Duran.
noluit sentire Durand. quia supposita alia propositione quòd in Christo non fuerit alia forma præter animam, per quam corpus tantummodo habebat esse corporeum, & animatum, & sic de alijs perfectionibus, cum illa separata fuerit in morte sequitur, quòd corpus desinit esse essentialiter, id quod erat, & sic soluta est eius vnio cum diuinita- D te propter desitionem eius, vnde post mortẽ Christi non remansit diuinitas vnita corpori, aut eius Error Dur.
carni, & errat, quia ratio sua nihil aliud probat nisi quòd diuinitas non mansit vnita humanitati Christi mortui quandiu fuit mortuus, quia diuinitas non mansit vnita humanitati Christi quando illa humanitas non erat in actu, sed in morte Christi, & Christo existente mortuo, tandiu non fuit illa Christi humanitas in actu, cum pro tunc non esset vnio animæ ad corpus, quæ est de ratione humanitatis: igitur humanitati Christi diuinitas vnita nõ fuit quandiu Christus fuit mortuus cum non mansit Christus idem numero, nisi propter idẽtitatem E materiæ, & ꝓp identitatem suppositi, & ꝓp idẽtitatem esse actualis existentiæ, & propter accidentia exteriora consimilia, & eiusdem speciei, & propter ordinem ad formam priorem, quia immediate post exclusionem formæ mortis prætermisso naturæ ordine redijt ad formam prioris vitæ, & sic eo modo quo mansit idem numero ipsum corpus Christi, sic mansit vnitum diuinitati. de quibus lege Diuum Thomam tertio sententiarum, dist. 21. quæst. 2 1. art. 1. & Capr. eadem dist. quæst. 1. art. 3. contra primam.

Mortis Christi in triduo, ipse Christus non fuit homo. hanc conclusionem docuit D. Th. 3. par. q. 5.

art. 4. Cui aduersatur Aureol. probans oppositum, quòd in triduo mortis Christi hęc fuerit vera Christus est homo quantum est ex natura terminorum, & propositionis loquẽdo logicaliter, quia hoc verbum est in hac propositione non est secundũ adiacens, dicendo Christus est, quia tunc esset propositio falsa, sed capitur in propositione de tertio adiacente, & tunc est vera Christus est homo in triduo, sicut nũc Adam est homo, & sic simpliciter loquendo quantum est ex natura terminorum, & propositionis est vera. Et error huius viri est maximus, quia non distinguit de esse quod est duplex alterũ quod significat essentiam rei, siue actum existendi alterum vero, quod significat veritatẽ propositionis etiam in his quæ esse non habent sicut dicimus quòd cæcitas est, quia verũ est hominem esse cæcũ, conclusio D. Tho. intelligitur primo modo non autem secundo modo, vt ipse arguit, quia Christum esse mortuum est articulus fidei: propterea asserere illud, quod tollit veritatẽ mortis Christi est error contra fidem, sed mors prouenit ex separatione animæ à corpore, ideo dicere Christum in triduo mortis fuisse hominem simpliciter, & absolute est error in fide, potest bene dici, quòd Christus in triduo fuit homo mortuus. lege D. Thom. 3. sent. dist. 22. q. 1. art. 1. & Capr. distin. 21. q. vnica, contra secundam conclusionem.

Resolutio.

Mortis Christi in triduo, hæc propositio erat vera, Christus fuit totus in inferno. hanc ponit Diuus Thomas 3. par. q. 52. art. 3. in qua Dur. voluit habere controuersiam probando, quòd in triduo mortis Christi nõ fuit verum dicere totus Christus est in sepulcro, nec quòd totus Christus est in inferno, nec nũc est verũ dicere totũ Christum ibi fuisse, & principalis ratio Dur. est quia de eo, quod non est non potest vere dici esse ibi, vel alibi, sed Christus in triduo mortis non fuit: ergo non fuit verum dicere, quòd esset in sepulcro vel in inferno, & si non fuit ibi non fuit ibi totus: maior patet quia non enti non contingit esse alicubi: minor declaratur, quia Christus nominat suppositum subsistens in duabus naturis diuina, & humana, nullum autem tale fuit in triduo mortis, propter quòd Christus in triduo non fuit. Et mirum profectò est quomodo Duran. vir sublimis ingenij, & in omni scientiarũ genere acutissimus in hac propositione ita defecerit, cum hoc nomen Christus possit vno modo accipi pro filio Dei, ita quòd nec pro alio supponat, nec aliud cõnotet quàm hoc nomẽ filius Dei, secundo modo potest sumi pro filio Dei cõnotando vnionem naturæ humanæ integræ ad filiũ Dei, ita quòd idem sit dicere Christus, & dicere filius Dei habẽs naturam humanam hipostatice sibi vnitam, ita quòd supponat pro filio Dei connotando in sua significatione naturam humanam in obliquo, tertio modo sumi potest pro filio Dei connotando in sua significatione in obliquo non quidem naturam humanã integram, sed partes humanæ naturæ sibi hypostatice vnitas, licet ab inuicẽ diuisas, & separatas, ita quod supponat pro hypostasi, sed connotet in obliquo partes naturæ humanæ sibi vnitas, & potissimè animam vnitam plenitudine Spiritus Sancti, ita quòd idem significet Christus, quòd filius Dei vnctus secundum animã, quarto modo sumitur pro quodam composito, vel aggregato ex filio Dei, & ex natura humana, ita quòd hoc nomen supponat pro tali composito, quo stante, minor suæ rationis est falsa cum probatione simul, quia ly Christus supponit, tertio modo: & sic erat intelligenda conclusio, quia vbicunque est tota persona Christi ibi est totus Christus, sed in triduo suæ mortis fuit in inferno tota persona Christi, ergo tunc fuit ibi totus Christus, lege Capr. vbi supra contra quartam.

Dis. 22. q. 2.

Picus Mirãdulanus.

Errauit Durandus.

Chrs quadrupliciter cõsideratur

Motor primus est infinitus in vigore, & cognoscitur à philosophis supposita æternitate primi motus: elicitur ista propositio de mente D. Th. 8. Phys. commen. 78. cui aduersatur Aureolus ostendens Diuũ Thomam nõ attigisse in illa expositione mentem Philosophi, quia virtus finita manens incorruptibilis potest mouere in infinitum, sed manifestũ est, quòd motus celi æternus, & infinitus fit per reiterationem quandam, & replicationem, cœlum. n. & omnes eius partes finitæ sunt, sed continue replicantur secundum circulationes, vt patet: ergo ad huiusmodi motum æternum sufficiet virtus finita, & per consequens motor primi mobilis non est virtutis infinitæ, nec repugnabit, quòd sit virtus corporea. sed ista opinio eũ ratione sua nulla est, quia maior non est vera nisi de prima causa motus, quæ non dependet ab alia, & de hac intendit Philosophus cuius mentem subtilissime inuestigauit, sed aliæ virtutes etiam, quod sint æternæ, siue incorporales non possunt continuare motum æternum, nisi moueantur à prima causa: mouens ergo tempore infinito ex se est virtutis infinita, sed non solum in duratione, sed etiam in vigore, sed primus motor secundum Arist. mouet tempore infinito ex se: igitur est vigoris infiniti nedum extensiue, sed etiã intensiue, vide Diuum Thomam 8. Phys. vbi supra, & Caiet. in aurea sua quæstione de infinitate primi motoris. & Capr. 1. sent. distin. 43. quæst. 1. contra sextam conclusionem.

Aureolus.

Motor primus mouet cœlum effectiue non tantum vt finis: vulgata est propositio in doctrina Diui Thomæ, & elicitur de mente eius 12. Metaphy. commen. 38. quam multi impugnant, & præcipue Aureo. volens primum motorem de mente Arist. mouere tantum, vt finis, & non effectiue, quia inquit 12. Metaph. primus motor mouet, vt appetibile, & amatum, & desideratum, hoc autem modo mouere est mouere, vt finis, & non vt efficiens, non igitur executiue, sed tantum finaliter mouet primus motor. Et ista opinio est error manifestus cum dicat Arist. quòd ex tali principio pendet cœlum, & natura, quæ verba non possunt intelligi, nisi in genere causæ efficientis, quia Arist. etiam primo cœli declarauit hanc veritatem quando dixit à primo quidem ente deriuatũ est esse his quidem clarius his vero obscurius, & alibi Deus, & natura nihil frustra faciunt, sed facere causam effectricem importat: igitur non tantum, vt finis mouet: & hinc est, quòd Philosophus non dixit, quòd mouet tantum, vt amatum, & desideratum, quia mouet etiam in genere causæ efficientis, dixit etiam illa verba, mouet vt desideratum, &c. quia motus cœli est propter primum motorem, sicut propter finem causatus ab aliquo mouente proximo, vt assimilet se ei in causando, & educat in actum illud quod est in virtute in primo motore, cum motum

Error Auerroistarũ

cæli non sit propter generationem, & corruptionem inferiorum, sicut propter finem, cum finis sit nobilior eo quod est ad finem, &c. vide de his secundo Metaphys. Diuũ Thomam super his verbis oportet vt maxime verum sit illud &c. Et prima parte, quæst. 44. quasi per totam cum Caietano, & Capreolo vbi supra.

Tex.4.

Motus est idem realiter cum forma quę producitur, & est eius terminus: propositio hæc est famosissima in doctrina D.Tho. & elicitur ex dictis eius 3.Phys. lect. 2. cuius oppositum sentiunt nonnulli alij de numero quorum est Aureolus, quia trãseunte motu, vel actione manet forma, forma enim acquisita est, & nec actio, nec motus est, quia habitibus præsentibus cessat motus: igitur forma, & motus non possunt esse idem. Et noluit hic intelligere quomodo de ratione motus sunt tria, primum est actus imperfectus. i. forma imperfecta, secundum est ordo, & tendentia ad actum vlteriorem, quæ nõ est aliud, quàm relatio quædã eiusdem formæ, sub esse imperfecto ad seipsam sub actu perfectiori, hoc enim intelligo per ordinem. s. relationem tendẽtię, vel prioritatis cuiusdam imperfecti ad perfectum, tertium est ordo. s. relatio posterioritatis imperfecti actus ad seipsum, sub esse perfectiori, ita quòd tempore sequenti erit perfectior, quàm modo sit, & tempore priori erat imperfectior quã sit nunc, & licet motus includat ista tria, tamen primum dicit in recto, & alia duo in obliquo. nunc ad argum. dicitur quòd transeunte motu quantũ ad illa quæ dicit ĩ obliquo, & formaliter remanet forma, quia motus non est idem cum forma, nisi quantum ad suum materiale, quod dicit in recto, non autem quantum ad suum formale. s. quantum ad illas habitudines ad potentiam præcedentem, & actum sequentem quas importat in obliquo, & ideo bene stat, quòd trãseunte motu remanet forma, & quòd motus sit, vel fuerit forma, quia etiam motus transit, & remanet secundum diuersa: forma. n. non habet rationem motus dum est in actu completo, & quieto, nec dum est in pura potentia, sed dum est in fieri, lege D.Tho. 3.Phys. & Capr. 2.sent. distin. 1. q. 2. contra secundam.

Aureolus.

De ratione motus sunt tria.

A B C D

Motus localis est primus in genere motuum, & causa illorum. istam maximam docet D.Th. 3.contra gent. cap. 81. cui aduersatur Dur. probans oppositum, quia non omnes motus sunt in eodem genere, sed in diuersis sicut alteratio est in genere qualitatis, augmentum, & diminutio in genere quantitatis, loci mutatio in prædicamento vbi, & motus localis, cum sit posterior eis non potest esse causa ipsorũ. Et errat Dur. quia illa maxima intelligitur sic, quòd illud quod inter res eiusdem generis est prius perfectione, & natura, & tempore habet aliquam causalitatem super alia illius generis, secundum quem sensum posuit eã Arist. 2.Metaph. & licet non omnes motus sint vnius generis hoc est verum quo ad sua materialia, quia vbi, & quãtitas, & qualitas sunt diuersa genera pręddicamentalia, sed non sic accipitur genus à philosopho in illa maxima, sed largius eo modo quo dicimus omnia vera esse vnius generis, & omnia bona similiter, ita quod verum, & bonum communiter dicantur genera, & sic proportionabiliter motus dicitur vnum genus ad omnes motus ratione illa, quæ est quid formale in E

Duran.

Tex.4.

illis. s. esse actum in potentia ita, quòd omnia illa dicantur eiusdem generis, quæ conueniunt in vna ratione vniuoca, vel analoga, lege p.p. quæst. 115. art. 3. 2.sent. distin. 15. q. 1. art. de potentia Dei, q. 5. art. 8. & Capr. 2.senten. distin. 14. q. 1. contra secundam conclusionem.

Motus augmenti in animalibus, & plantis non est cõtinuus. vulgata propositio est hæc, & sumitur ex secunda secundæ, quæst. 24. art. 6. sed Gregorius Ariminensis eam improbat audacter sustinendo motum augmenti qualitatum, & motum alterationis esse continuum, & præcipua ratio sua est, quia possibile est aliquem habitum remitti continue in aliquo tempore, sic etiam possibile est habitum continue augeri, quia omnis forma continue remissibilis est continue augmentabilis. Et assumit falsum antecedens, nõ enim quodlibet alimentum sumptum actu auget animal, sicut nec qualibet gutta cauat lapidem, sed multiplicato alimento tandem fit augumentum, ita etiam multiplicatis actibus crescit habitus, si vero intẽsio actus proportionaliter deficiat ab intensione habitus, talis actus non disponit ad augmentum habitus, sed magis ad diminutionem ipsius, ita etiã erit in diminutione, & decremento rerum, & qualitatum, siue habituum, quia in aliquo tempore disponitur subiectum ad perditionem alicuius formæ, & in aliquo alio suscipit formam illam diminutam, & sic non sequitur ratio, quia in generatione virtutis acquisitæ non quilibet actus complet generationem virtutis, sed quilibet operatur ad eam disponens, & vltimus qui est perfectior agens in virtute omnium præcedentium educit eam in actum, sicut est in multis guttis cauantibus lapidem, lege Diuũ Thomam prima secundæ, quæst. 52. art. 3. & Capr. 1.sent. dist. 17. q. 2. art. 2.

1.sent. dist. 17.q.5.ar.2.
Ariminẽsis

Mouere seipsum aliquid est impossibile: propositio hæc currit quasi per scholas omnes, & est desumpta ex primo contra gẽtiles cap. 13. in qua Scotus voluit habere controuersiam: probans, quòd idem possit mouere seipsum, vt patet de voluntate quæ mouet seipsam inquantum est libera, & mouetur à seipsa inquantum est receptiua, intellectus quoque informatus notitia simplici mouet, & mouetur quo ad notitiam declaratiuam, & sic idem mouet se. Et est manifestus error huius viri, quia voluntas quo ad primum actum volendi mouetur ab extrinseco motore, scilicet à Deo, quãtum vero ad exercitium actus voluntas mouetur à seipsa, sicut enim mouet alias potentias, ita & seipsam mouet, & sic non secundum idem mouet, & mouetur, sic etiam intellectus non mouet seipsum primo, & per se, sed ab extrinseco habet quòd moueatur, vnde secundum aliud mouet, & mouetur, quia mouere est esse in actu, moueri est esse in potentia, & si est impossibile, idem esse in actu, & in potentia, erit igitur impossibile, quòd idẽ moueat seipsum, secundum idem, vide Diuum Thomam sexto Physicorum, lect. 32. & Capreolum 2.senten. distin. 6. quæst. 1. contra primam.

9. Metaph. quæst. 14.
Scotus.

Necessaria est diuina sciẽtia in se, non tamen habet necessariam habitudinem ad scita: hæc propositio elicitur ex D.Thom. p.p. q. 14. art. 9. & 15. & de ver. q. 2. art. 13. & primo cõtra gent. cap. 69. & 1.sen. dis. 39. q. 1. art. 2. cui aduersatur Aureolus probans op-

1.sent. dist. 38.q.2.
Aureol.

oppositum non solum diuinam scientiam esse necessariam in se, sed etiam habere necessariam habitudinẽ ad omnia scita, quia talis habitudo, & transitus ad scita puta ad creaturas, sicut ad obiecta secundaria est aliquid relatiuum, sed nulla cõtingentia potest esse in relatiuo quin sit in aliquo absoluto, cum non acquiratur relatio nisi acquisito absoluto: ergo nõ potest poni, quòd scientia Dei sit necessaria quantum ad illud, quod est in se, & absolute, & contingens quãtum ad habitudinem. Et non animaduertit hic vir creaturam esse quoddam cõtingẽs, & sic etiam ille respectus siue habitudo quã vocat transitum esse etiam quoddam contingens, quia terminatur ad ipsum creaturam contingentẽ

Sciẽtia Dei est duplex.

errauit etiam non considerando, quomodo est duplex scientia. altera simplicis intelligẽtiæ, qua Deus necessarie scit quicquid scit, nec potest aliquid scire quod prius nesciuit, siue scitum sit complexum, siue incomplexum, possibile, vel impossibile, fiendum, vel nõ fiendum, verum vel falsum: altera vero est scientia visionis, quæ solum est respectu eorum, quæ secũdum aliquod tempus sunt in actu, de qua loquendo diuina scientia nõ habet necessariam habitudinem ad scita, imò multa illo modo scit, quæ potest non scire, & multa non scit quæ potest scire, hoc modo scit hoc enũciabile antichristus erit, & posset illud non scire. s. si antichristus non poneretur. lege fusius D.Tho. 1. sent. dist. 41. q. 1. art. 5. & de ver. q. 2. art. 3. & Capr. dist. 38. q. 1. art. 1. contra quartam, & p.p.q. 14.

Necessarium est, quod Deus scit necessitate consequentiæ non consequentis, seu de dicto non de re, vel secundum compositionem, & de composito non secũdum diuisionem, & de diuiso: sumitur hæc assertio ex primo cõtra gẽt. cap. 67. in qua propositione voluit etiam Aureolus habere cõtrouersiam, probans distinctionem illam de necessitate consequentiæ, & consequentis nõ iuuare ad saluandum contingentiam futurorum, nam quandocunque consequens est necessarium ex suppositione, si antecedens est necessariũ absolute consequens erit necessarium absolute, vt si ponitur, ꝙ sortes sit homo sequitur, quod sit animal necessitate absoluta, quia quod supponabatur erat necessarium absolute, cum autẽ diuina scientia non sit contingens, sed quoddam absolute necessarium: igitur si ex illa infertur euentus futurorũ oportet, ꝙ sit absolute necessarius. Sed in hoc quoque negotio allucinatus est Aureolus quandoquidem licet scientia Dei in se sit necessaria, non tamen habet necessariam habitudinem ad scita, nisi necessitate immutabilitatis, licet enim Deus non possit ante euẽtum antichristi prius scire antichristum esse futurum, & post nõ scire, vel econtra, tamen actus diuinæ scientiæ potuit æternaliter cadere super oppositum huius, antichristus erit, & vtrumque fuit in libertate diuinæ voluntatis æqualiter, & ideo necessario sciuit illam necessitate immutabilitatis, non tamen necessitate absoluta: ex quo patet, ꝙ distinctio illa satis iuuat ad saluandum cõtingentiam futurorum euẽtuum. lege D.Tho. de ver. q. 2. art. 12. & Capr. vbi supra.

Aureolus.

Resolutio.

Necessitatem diuina voluntas non imponit, rebus ipsis volitis: propositio hæc specialiter habetur primo contra gent. cap. 86. quam quidam Theologus nomine Bernardus 3. par. summæ suæ cõtra

Bernard.

A pelagium multis argumentis impugnat, & principale est quod sumit ex Anselmo de concordia liberi arbitrij c. 2. vbi ait Anselmus necesse esse quicquid Deus vult ita esse, necesse est etiam, quòd vult homo ea, quæ Deus vult, ita subdidit sibi humanam voluntatẽ, vt si vult fiant, si non vult non fiant, quoniam quòd Deus vult non potest non esse, ꝙ etiam D.Aug. docet 3. lib. de libero arbitrio, voluntas Dei, ait est mihi necessitas. Sed nihil habet hic vir cõtra propositionem propositam, quia isti Doctores allegati loquuntur de necessitate consequentiæ, non consequentis, seu de necessitate conditionali non absoluta, siue de necessitate dicti non rei, seu coniunctim

Necessitas est duplex.

B nõ diuisim, vnde ista conditionalis est necessaria, prima causa disponit hoc euenire: igitur hoc eueniet, & similiter ista hoc est futurum respectu primæ causæ: igitur eueniet: & ista Deus vult hoc esse futurum: igitur ita erit. hæc est veritas secũdum communem doctrinam Theologorum de quibus omnibus vide Capr. 1. sent. dis. 45. art. 2. cõtra secundam.

Nomen nullum imponi potest à nobis quod significet Deum secũdum eius simplicem, & propriũ cõceptum ei soli: propositio hæc elicitur, ex disputatis de potentia Dei, q. 7. art. 5. cui aduersatur Aureolus probando aliquod nomen à nobis impositum

Aureolus.

C significare Deum, secũdum simplicem, & proprium eius conceptum, quia viator potest imponere Deo nomẽ significans essentiam eius nudam, & distinctam, & istud nomen est Deus, vel adonai, vel si aliquod est tale nomen vt tetragrammaton, quod sit impositum ad significãdum diuinitatem quam viator analogice comprehendit. Sed hæc ratio non cogit, imò videtur voluntaria, quandoquidem ille qui concipit hoc nomen Deus, & cætera alia nõ attribuit isti termino Deus, sed primo enti cognito per effectus, & cum nullus effectus possit inducere viatorem ad cognoscẽdum Deum in se. i. conceptu sibi proprio, & simplici quo nulla alia res

D concipiatur. nec aliquis conceptus habitus à creaturis, siue per negationem, vt conceptus infiniti, siue per causalitatem, vt causa prima, ens primum; siue per viam essentiæ, vt super bonus, super iustus, & huiusmodi, non repræsentant Deum, vt in se est, sed semper in alio, quia nostri conceptus, vel sunt similitudines creaturarum sensibilium, aut compositi ex illis, vel cum illis, aut ab illis extracti, & viator non intelligit Deum aliquo conceptu, quin ille sit conceptus creaturæ, & sic non erit proprius ipsius Dei, lege D.Tho. p.p.q. 13. art. 1. & 2. & Capr. 1. sent. dist. 22. art. 2. quæst. vnicæ.

Notiones sunt quinque. s. inascibilitas, paternitas,

E cõmunis spiratio, filiatio, & processio. hęc assertio formaliter est D.Tho. p.p.q. 32. art. 3. in qua voluit habere controuersiã Scotus probando dari sextam notionem, quia dignitas in omni persona nõ producitur ea productione qua producit, ideo. n. ingenitum ad dignitatẽ pertinet in patre, quia negat omnem processionẽ, sed inspirabilitas in filio negat ab eo productum esse per spirationem secundum quam ipse producit: igitur ista negatio ad dignitatem filij pertinet, & sic sunt sex notiones. sed allucinatus est Scotus non penetrans conditiones ipsius notionis, ad quã tria necessario requirũtur primo, ꝙ pertinent ad originem, quia relationibus

Distin. 28. Scotus.

Tria pertinent ad notionem.

originis

originis personæ distinguũtur, secũdo, ꝙ pertineat ad dignitatem, quia persona est hypostatis proprietate distincta ad dignitatẽ pertinente, tertio, ꝙ dicat aliquid speciale, quia cõmune non est sufficiẽs principium innotescendi, & sic inspirabilitas nõ est notio, quia deficit sibi cõditio notionis.s.ꝙ sit qd speciale, modo negatio specialis processionis non est quid speciale, imò cõmune, sicut etiam inascibilitas nõ esset notio si solum significaret negationẽ generationis passiuæ, & ideo negat omnem modũ essendi ab alio, sic enim notio est propria ratio cognoscendi diuinã personã ex quo non potest attendi, nisi secundum originem ex consequenti secundũ hæc duo.s.à quo alius, & qui ab alio: hinc sequitur, ꝙ sunt tantũ quinque, lege D.Th. 1.sent.dis.26. q.2.art.3.& Capr.1.sent.dist.28. contra quintã conclusionem, & Caiet.p.p.vbi supra.

Distin.28. Scotus.

Notio importat quãdam dignitatem, vnde innascibilitas importat authoritatem, & dignitatem patris, ꝙ sit à nullo: ꝓpositio hęc elicitur ex p.p.q.32. art.3.ad quartam. cui aduersatur Scotus dicens falsum esse, ꝙ oĩs notio importat aliquã dignitatem, sufficit.n.ꝙ non dicat indignitatem, quia proprietates personales non dicunt perfectionem, nec imperfectionem, cum sint relationes, & relatio in diuinis non dicit perfectionem, nec imperfectionem; igitur nec ipsa notio. verũ in hoc deceptus est Scotus non considerans, ꝙ notio vt habetur in propositione dicitur esse quid pertinens ad dignitatem, non quia relatio vt relatio dicat perfectionem aliquam, imò vt sic non habet, ꝙ sit aliquid, sed quia relationes illæ, quæ dicuntur notiones sunt dignitates, & perfectiones eius in quo sunt, paternitas.n. cum fundetur super actũ generãdi signũ est actualitatis patris, cum oẽ agẽs inquantũ huiusmodi sit in actu, & perfectũ similiter, & filiatio cũ fundetur super natiuitate viuentis à viuente signũ est perfectionis illius de quo dicitur, sic processio Spiritus Sancti, cum fundetur super actum perfecti amoris signũ est perfectionis naturæ intellectualis in qua sola talis processio reperitur. ex his ergo patet quõ notio, vt relatio non dicit perfectionẽ, sed est signũ pfectionis. lege Caie.p.p.q.28.ar.3.& Capr.vbi sup.

Numerus superaddit quandam vnam naturam distinctam ab ipsis rebus numeratis, & ab ipsis vnitatibus, tam à singulis, quã ab omnibus simul sumptis: assertio hæc elicitur ex 4.sen.dist.8.q.2.art.3. cui assertioni se opponit Greg. probando, ꝙ numerus nihil superaddit rebus numeratis, & principalis ratio sua est, quia omnia quę sũt tot, vel tot sunt seipsis, & nõ per aliquam entitatem inhęrentem eis tot vel tot: ergo nullus numerus est aliqua res inhęrens rebus numeratis: consequentia tenet, antecedens probatur, quia omniũ quæ sunt tot, vel tot quolibet seipso, & non per aliquam entitatem inhęrentẽ sibi est vnũ, ergo quodlibet ens, & quodlibet aliud seipsis, & nõ per aliquã entitatem eis inhærentẽ sunt duo, & qualibet tria seipsis sunt tria, & vniuersaliter quęlibet tot, vel tot vt, 10.vel 50.& cętera omnia & deceptus est assumẽdo falsum antecedẽs, probatio adducta quoque est falsa.s. ꝙ vnitas, quæ est principiũ numeri non sit aliud a re quę dicitur vna, ꝙ ñ enim verũ est, ꝙ compositũ sortitur speciẽ ab aliquo vno quod est forma eius, vt mixtũ à forma mixtionis, & domus à compositione, & sillaba ab ordine, & numerus sit, quid cõpositum, sequitur ꝙ debet habere suam formam à qua habet esse, & cum forma superaddat quandam vnam naturã ab eo, cuius est forma: igitur assertio erit vera. lege Diuum Thomã 8.Metaph.cap.vltimo, & Capr.1.sent. dist.24.q.vnica, art.1. contra quintam.

Ariminẽsis Dis.24. q.6. art.2.

Numeri forma est aliquod reale superadditum ipsi numero. hæc propositio habetur 1.sen. dist.24. q.1.art.3. cui aduersatur Aureolus probans formã numeri non esse aliquid extra animam, & ratio sua potissima est, q̃a si sic, sequeretur ꝙ datis duobus numeris ponũtur infinitæ res in actu, statim enim dualitas illorum numerorum est res tertia, trinitas illorum triũ est res quarta, & quaternitas res quinta, & sic in infinitum, quod est absurdum. sed allucinatus est Aureolus deducendo falsam illã primã consequentiam, non enim dualitas numerorũ est res tertia ab illis, sed si numerantur dũo numeri illa eorum multitudo non est proprie numerus de genere quantitatis, sed multitudo resultans ex vnitatibus, quarũ quælibet conuertitur cum ente, quę nihil superaddit positiuũ rebus, quæ dicuntur multæ, vide D.Tho. de potentia Dei, q.9.art.7. vbi ponit duplex vnum alterum quod cõuertitur cum ente, & alterum prædicamẽtale, & p.p.q.11.& cap. vbi supra contra primam conclusionem.

Aureolus.

Numeri forma est ipsa vltima vnitas: propositio hæc scribitur à D.Th.cap.4.8.Metaph. cuius oppositum nititur probare Aureolus, quia nulla forma alicuius entis est voluntaria, varia, & incerta entis realis qualis est numerus apud D.Tho. sed constat, ꝙ vltima vnitas in qua fit status, terminus, & distantia est aliquid voluntarium variabile, & incertum, quæcunque.n. ponatur vnitas terminans, ab ista potest incipere numerans, & ita non erit vltima, sed prima, vnde cum possit quãlibet vnitatem ponere primam, vel vltimam, vel mediam sicut maluerit, manifestũ est, quòd esse vltimam vnitatem est omnino variabile voluntarium, & incertum: ergo non poterit esse forma numeri prout etiam est distantiæ fundamẽtum. verum errauit in hac materia Aureolus, sicut & in cæteris in quibus voluit se opponere contra D.Tho. præcipue cũ in ratione sua assumat minorem falsam, ad probationẽ vero dicitur ꝙ ante opus animæ numerantis in numero lapidũ est aliqua vltima vnitas secũdum ordinem, & relationem realem, nec aliqua earum est vltima in illo numero præter illam, sed qualibet alia est prima, & media, si autem anima incipiat numerare ab vltima vnitate non numerato reali ordine quem prius habebãt vnitates inter se, nõ ideo vltima efficietur prima, nec econtra loquẽdo de reali numero, de numero autẽ quem facit anima secus est, quia ille nõ est numerus de genere quãtitatis, sed dicitur actus animæ, de his lege D.Th. super quintum cap. Dyonisij de diuinis nominibus. & Capr. vbi supra.

Dis.24.q.1. Aureol.

Numerus qui est species quantitatis, & vnitas quæ est illius principium solum reperitur in rebus materialibus: hæc propositio elicitur ex 1.senten. dist.24.q.1.art.3.& prima parte, q.30.art.3. cui aduersatur idem Aureolus multis argumẽtis probãs numerum, qui est quantitas discreta vere reperiri in substantijs separatis. & præcipuum argumẽtum suum est, quia proprium quantitatis discretę est secundum eam plus vel minus, seu paucius dici, sed

manifestum est, quod in abstractis substantijs ista reperiuntur, dicimus enim decem angelos esse pau- Cap 6. ciores, quàm centum, vnde Heliseus 4. Regum, loquens de angelis dicit plures esse nobiscum quàm cum illis: igitur nedum in rebus materialibus, sed etiam in spiritualibus reperitur vere numerus qui est quantitas discreta. Et non animaduertit hic Aureolus, quòd plus, & minus sunt passiones multitudinis, & non numeri, paucitas, & minoritas, quę dicuntur de rebus spiritualibus, sine quantitate non dicit numerum, nec speciem numeri formalis, sed dicit multitudinem, vel numerum abstractum. de- Dis. 24. ar. 1. ceptus fuit Gregor. Arimin. etiam in hoc, quia posuit tam vnum numerale, quàm transcendens esse idem, in quo sequutus est mētem Platonis, & Auicen. licet diuersificati fuerint in hoc, quòd Plato dixit quòd vnitas supra rem priuationem Auicen. vero accidens addebat, & ideo dicit Gregorius, quòd magis etiam in immaterialibus reperitur, quia indiuisum est, quòd non habet partes, quarũ vna non sit alia. Aegydius vero posuit, quòd vnum transcendens priuatiue dicitur, vnum vero numerale addit quantitatem. Dur. voluit, quod specialē indiuisionem quãtitatis. s. vltimã quantitatem addit vnum numerale, & dicit aliquid positiuum. i. aliquid numeri rationē vero mensuræ dicit extrinsece. Erueus existimauit, quòd vnum numerale trã- Quol. 2. q. 8 articu. 2. scendenti addit indiuisionem, & positionem principij numeri, subiecto autem addit quãtitatem, & quantitati addit rationem mensuræ, quare respondemus per ly quot. sed veritatem rei latius, vide apud Diuum Thomam de potentia Dei, quæst. 9. art. 7. & Capr. vbi supra.

Nunc est idem secundum substantiam in toto tempore continuo, sed est diuersum secundum rationem: propositio hæc elicitur ex tractatu de instantibus cui propositioni aduersantur Aureolus, Ioan. Duns & Scotus probātes non esse aliud nunc quod men- Dis. 2. q. 4. surat mobile, & suo fluxu causat tempus ab his quę mensurant mutata esse, vel quæ continuant & diuidunt tempus, & fundāt se in hoc, quòd est contradictio dicere, quòd nunc sit idem secundum substantiam, & differēs pęnes prius, & post, nam prius & post sunt ipsum nunc: si igitur variatur prius, & post necesse est dicere, quòd varietur ipsum nunc secundum substantiam: igitur manet idem nunc secundum substantiam, & variatur secundum substantiam. Decepti tamen sunt eum nulla sit contradictio vbi arbitrantur esse contradictionem, nã nunc manens idem secũdum substantiam non est ipsum quod prius, & posterius qualitercunque capiatur, sed assistit priori, & posteriori parti motus, & temporis, & assistit priori, & posteriori mutato esse motus, & priori, & posteriori nunc continuantibus tempus, cum habeat aliam, & aliam habitudinem ad illa, & isti diuersi respectus sunt diuersa esse ipsius nunc quod cum existat subiectiue in primo mobili, quod manet idem secundũ rem diuersificatur tamen, secũdũ rationem: idem quoque iudicium erit de ipso nunc, de quo lege D. Thom. 2. Quol. art. 5. & Capr. 2. sent. dist. 2. q. 2. cōtra secũdã.

Nũc quod est mēsura primi mobilis est permanēs, siue durãs: propositio hæc sumitur ex 4. Phys. secundum doctrinam D. Tho. in expositione 104. Arimineñsis contextus cui Greg. Arim. cōtradicit probando, ꝙ A nullum instans, nec secundum substantiam, nec instans secundum esse est aliquid indiuisibile durans & præcipua ratio sua est, quia tale nunc. seu instans non potest esse subiectiue in primo mobili, neque in accidenti ipsius, & sic est perdibile, & mutabile ex consequenti non manens, falsum tamen asserit cum subiectiue tur immediate in primo mobili, immediate tamen est in motu primi mobilis, & licet primum mobile mutetur, & perdat aliquem locũ partialem nō tamen totalē, & cum nihil moueatur ad motum, vt docet Arist. 5. Phys. quia ad motũ nō Tex. 20. est motus, nec ad generationem, aut corruptionē, actionem vel passionem nisi valde per accidens, sic B nec ad tēpus, nec ad instãs est motus, vel mutatio de per se, sed solum de per accidēs, quia talis motus est in omni genere prædicamenti, & sic sequitur, quod nunc quod est mensura primi mobilis erit permanens sicuti, & ipsum primum mobile, vide latius Capr. vbi supra.

Nunc potest concipi per modum stantis, & permanentis, & sic nunc stans causat æternitatem: hæc propositio elicitur ex prima parte, q. 10. art. 2. & est propositio Boetij lib. de consolatione Philosophię huic tamē Aureolus more suo aduersatur: probãs Aureol. ipsum nunc non posse concipi vt stans, & sua præcipua ratio est, quia illud non potest concipi per mo- C dum permanētis quod non potest demonstrari bis ab aliqua imagine, sed qui appręhendit ipsum nũc potest hoc ipsum per imaginem significare aut demostrare, postquam. n. ipsum semel demonstrauit Tractatu de si redeat iterum iam transiuit in tunc, & hoc etiam tempore. dicit Philosophus 4. Phys. cum suo commētatore; ꝙ instans non pōt bis demostrari ad eo, ꝙ instans demostratum secundo est aliud ab instanti quod demonstrabatur primo, ex his sequitur, quòd est impossibile ipsum instans, seu nunc imaginari per modum stantis. Sed hæc ratio est friuola, quia minor est falsissima, & probatio non est ad propositũ cum Arist. & commentator, loquãtur de nũc fluen- Triplex nunc. D te, nec reperitur aliqua vna ratio formalis competens omni nunc, nisi forte ista, quòd sit indiuisibile durationis, cum ipsum nunc, & duratio dicantur multipliciter multiplicatę analogiæ, & inter alia patet ex hoc, quia nunc æui differt ab æuo realiter, & nunc temporis à tempore, sed nunc æternitatis nō differt ab æternitate realiter, ꝓpterea Boetius aiebat nunc stans causare æternitatem. lege D. Thom. 1. sent. dist. 8. q. 2. & de potentia, q. 3. art. 14. & cap. in primo dist. 9. q. 1. art. 2.

Odire aliqua Deus dicitur metaphorice: propositio hæc scribitur 1. cōt. gent. c. 97. quam propositionē volēs impugnare Aureolus: probat ꝙ in Deo Aureol. E nullo modo sit ponenda formalis ratio odij, quia odiũ diuiditur in displicentiã, & fugam sicut amor in desiderium, & complacentiã, vnde quod oditur, ideo dicitur odiri, quia displicet, vel quia odiens fugit, & respuit oditum, sed manifestũ est, ꝙ nulla displicentia cadit in Deo, imò cōplacētia infinita, similiter nec aliqua fuga appetitus: ergo nullo mō aliqua propria ratio odij cadit in Deo, in qua ratione Aureolus imponit D. Th. quod neq; somniauit, non enim dicit, ꝙ in Deo est odiũ, sed ꝙ Deus dicitur aliqua metaphorice odire: deinde hoc etiã dato, & non concesso, non ponit D. Th. quòd illud odiũ cadat super attributa Dei, lege Ferr. vbi supra.

Offensa

Durã. dist. 17.q.7.

Offensa Dei,& pœna inflicta peccatori pro peccato sunt idem:propositio hæc elicitur ex 1.2.q.36. ar.1.cui propositioni aduersatur Dur. probans offensam,& pęnam peccati, non esse idem,quia ablata offensa per contritioné adhuc manet pęna quã peccator contritus soluit.& allucinatus est non distinguendo inter offensam passiue, & actiue sumptam, offensa actiue dicta non est idem quod pęna a Deo inficta quia si essent idẽ sequeretur quod sicut Deus est auctor pęnę ita, & propriæ offensæ, & culpæ humanæ,& peccati,nullus enim potest negare,quando peccatum mortale sit offensa,& culpa & sic consequenter Deus esset vltor eorum quorum est auctor,& esset iniustus Iudex, sed offensa passiue accepta non differt a pęna secundum rem absolutam licet differat secundum rationem, & secundum respectus, & denominationes ad diuersos terminos:de quibus omnibus lege S.Tho.4. sent.dist. 14.q.2.ar.1.q.2.& Capr.dist.17.q.1.contra tertiam conclusionem.

Durand.

Omissionis peccatum est aliquis actus:scribitur hæc propositio.1.2.q.71.art.5.cui aduersatur Dur: probans ad peccatum omissionis non requiri aliquem actum, quia nõ exigitur actus interior, quia trãsgrediens præceptum puta ieiunij poterit esse, quod nihil cogitat de eo & sic non actus interior, non exterior,quia non ieiunare, est negatio & non factio alicuius. Verum, & deceptus est Dur. considerando peccatum omissionis in se, & non in causa sua,quia ad hoc vt omissio sit peccatum requiritur,vt causetur ex aliquo actu voluntario:sed volũtas aliquando est causa alicuius per se, quando per intentionem agit aliquem effectum: vt quis quãdo ex propria intentione surgit ad matutinum,aliquãdo vero per accidens, vt cum alicui occupato circa aliquem actum non venit in mentem id quod facere tenetur, & sic peccatum omissionis semper præcedit aliquis actus omissionis per se, vel per accidens,& est actus voluntarius positiuus elicitus, vel imperatus, vide Adam 4.senten. distin.24.q.6.& Capreol. 2.senten. distin. 35.quæst. prima contra tertiam.

Dist.24.q.1. Duran.

Opinio & scientia nõ possunt esse simul in eodẽ propositio hæc habetur de veritate,q.14.ar.9.in solut. 6.in qua cõtrouersiam voluit habere Durand. probans quod in eodem,& de eadem conclusione simul possit esse opinio,& sciẽtia,cuius principalis ratio est, quia secundum communem doctrinam habetur quod vnus homo potest simul cognoscere eandem conclusionem, per medium probabile, & demostratiuum, & sic opinio potest stare simul cum sciẽtia demostratiua quod nõ potest esse secũdum pluralitatem actuum: sed solum secundum pluralitatem mediorum. & errauit Dur.in hoc putans assensum causatum per medium probabile esse opinatiuum, hoc secundum nullam veram doctrinam reperitur,cognitio enim causata per syllogismũ dialecticum quæ est opinio,& sciẽtia demostratiua differunt, sicut calor præcedens formam ignis in materia, & ipsa forma ignis, sed ista duo non manent simul, nullus enim dixit aliquando quod accidens præcedens formam substantialem manet idem numero cum forma substãtiali quam præcedit: ergo nec opinio, & scientia de quibus vide D.Thom.3.p.q.9.artic.3.& Capreol. 3.senten. distin. 26.q. vnica contra tertiam.

Dist.24.q. Scotus.

Ordo est spiritualis potestas, seu ordo ecclesiasticus est in quo traditur spiritualis potestas:habetur hæc propositio 4.sent.dist.24.q.1.ar.1.in qua propositione voluit Scotus habere contrariam opinionem probando sacramentum ordinis non esse potestatem spiritualem ad aliquem actum in ecclesiastica hierarchia,tum quia sequeretur quod episcopatus esset ordo cum sit potestas ad aliquem actũ spiritualem in ecclesia, tum quia sequeretur quod sacerdotium sit duo ordines, quia sacerdoti competit duplex potestas spiritualis, scilicet conficiendi eucharistiam,& absoluendi pęnitentem, quę nõ sũt vna potestas,quia vna videtur prior altera.Christus enim in cœna primam contulit Apostolis,secũdam autem post resurrectioné, vt patet Ioãnis 20. & noluit distinguere Scotus de ordine, ergo dupliciter capi potest primo, vt est sacramentum, & sic episcopatus non est ordo,secundo communiter, & largo vocabulo non ita pressius secundo sic non inconuenit episcopatum esse ordinem prout ordo dicitur etiam de officio,potestas quoque sacerdotalis vnica est, secundum essentiam absolutam, licet habeat diuersos actus, & consequenter diuersos respectus,& habitudines,& nomina: hinc eadẽ potestas primo data fuit Apostolis in cœna quo ad vsũ eius primarium,& principalem,& post resurrectionem fuit data quo ad alium vsum vel actum secundarium,& minus principalem: propterea rationes Scoti sunt friuolę, & propositio assumpta stat in suo robore, quæ patet etiam ex diffinitione ordinis assignata à magistro dicente quod ordo est signaculum quoddam ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato.lege.D.Tho. in 4. dist. 18.q.1.ar.1.q.2.& Capr.eodem lib.dist.24.q.1.contra primam.

Episcopatus an sit ordo.

Dist. 3. Albinus.

Ordo ecclesiasticus est uere sacramentum.propositio hæc elicitur ex 4.sent.dist.24.q.1.in solutione:cui Aliqui ex aduersarijs D.Thom.contradicũt probantes ordinem in generali acceptum nõ diuidi in ordines,sicut in sacramenta, sed sicut in sacramentum, & sacramentalia: quia si ordo vt sic esset sacramentum tunc quilibet ordo erit sacramentũ: sed cum ordines sint septem sequitur quod septem sint sacramẽta.sed decepti sunt isti nõ animaduertẽtes quod nullum est inconueniens septẽ ordines esse septem sacramenta materialiter, sed dicuntur vnum sacramẽtum formaliter, & effectiue propter ordinem ad vnum finem, qui est sacramentum eucharistiæ,sicut etiam ipsum,& sacramentum eucharestiæ est multa sacramenta materialiter :hinc est quod quandoque dicitur sacramenta in plurali, sed est vnum formaliter, & perfectiue inquantum ordinatur ad vnam refectioné spiritualem, si enim sacramentum nihil aliud esse videtur quam quędã sanctificatio hominis exhibita cũ aliquo signo visibili: vnde cum in susceptione ordinis quædam consecratio homini adhibeatur per visibilia signa,cõstat ordinem esse sacramentum. lege Petrum de Palude in 4.dist.24.q.3.& Capr. eadem dist.q.1.contra secundam conclusionem.

Oratio est pręcipua iter actus religionis,& pręeminet eis sicut humana mens præeminet corporalibus membris.Propositio ista in propria forma scribitur pro S.Thom.2.2.q.83.a 5. circa cuius intelligentiam,

genriam, aliqui allucinati sunt dicentes tantam es-
se vim orationis, vt possit per eam mutari ordinē
diuinæ prouidentiæ,& nisi ita sit frustra essent ora-
tiones, si Deus præuidit omnia nisi possent mutari
orationibus frustra oremus. Aliqui verò dixerunt
Deum non habere prouidentiam de rebus,ex con-
sequenti negligere orationes nostras, tanquam res
incognitas;& isti fuerunt epicuri; vt scribit Cicero
Cap.13. lib. de natura Deorū, & Beatus Ambr. primo libro
officiorum, aliqui destruebant orationes ecclesiæ,
Cap.18. & diminuebāt eorum fructus: vt scribit Aug. libro
de hæresibus,& tribuit hunc errorem pelagianis di
centibus posse se perseuerare,& manutere sine gra-
Cap.18. tia Dei,vt recitat etiam Vualdenus tertio libro de
sacramentis:alij voluerunt semper esse orandum,
Cap.5. vt scribitur apud Lucam Euāgelistam oportet sem
per orare, & nūquam deficere: & Apostolus primæ
ad Thessalonienses dicit,sine intermissione orate,
& isti putabant solam orationem saluare hominē.
Ideo tamdiu esse orandum asserebant donec sensi
biliter videatur Spiritum sanctum descendere su-
per homines, & peccatum dimitti,sed hi omnes in
ciderunt in foueam erroris;quia orare,vt docet Isi
dorus lib. etyimol. idem est, quod dicere, idcirco
oratio est dictio deprecatiua seu petitio dicētium
à Deo, ad quam orationem tria requiruntur pri-
mum est: vt orās accedat ad Deū,quem orat:quod
significatur nomine orationis, quia oratio est ac-
Cap.11. cessus intellectus in Deum,secundum quod requi-
ritur;est petitio, & est quandoquis petit indetermi
nate iuuari à Deo, secundum illud Ioannis ecce
quem amas infirmatur,tertiū, quod requiritur est
ratio impetrādi,quæ si est ex parte Dei dicitur eius
sanctitas propter quam petimus exaudiri, si est ex
parte hominis dicitur gratiorum actio, propterea
quatuor sunt partes orationis, scilicet obsecra-
tio,oratio,postulatio,& gratiarum actio: vt scribit
Cap.1. Apost. secūda ad Timotheum,& hinc est, quod per
orationem impetratur remissio peccatorum: vt ha
betur ex oratione dominica dimitte nobis debita
nostra. Impetratur,& ipsa salus:vt habetur in episto
Cap.10. la ad Rom. omnis qui inuocauerit nomen Domi-
ni saluus erit. Impetratur,& ipsa iustificatio,vt scri-
Cap.3. bit Aug. lib. de spiritu, & litera, sed talis oratio de-
bet habere multas conditiones, quarum prima est
fides perfecta,& non fiducia illa,quam ponunt hæ-
Cap.19. retici:vnde saluator noster apud Matth. duobus il-
lis cæcis petentibus salutem,creditis quia hoc pos-
Cap.8. sum facere vobis, & apud eundem Euangelistā legi
tur de illo leproso, qui dixit Domine si uis potes
me mundare, & saluator hac fide contentus dixit
volo mundare:secunda conditio est ipsa spes, nam
debemus cōfidere in Deo plurimum aliter frustra
Psal. 61. oramus. Vnde Dauid in psalmis dixit sperare in il-
lo omnis cōgregatio populi,& effundite, idest ora
te, & ad Hæbreos habetur accedamus cum fidu-
cia ad Thronum gloriæ eius tertia conditio est
Psal. 33.65. iustitia seu charitas, quia in psalmis habetur oculi
Domini super iustos,& aures eius in preces eorum,
& alibi iniquitatē si aspexi in corde meo non exau-
diet Dominus: quarta conditio est humilitas, quā
Luc.c.18. expressit saluator noster, vbi attulit parabolam pu-
blicani,& pharisei:quinta cōditio est deuotio quia
debemus orare attente diligenter, & ardenter, ne
Cap.15. dicatur de nobis illud Matthæi, hic populus labijs

A me honorat cor autem eorum longe est a me:sexta
conditio est perseuerantia, quia Deus sæpe differt
dare,quę petimus, quia non sumus capaces,de hac
cōditione, habemus duas parabolas apud Lucam
de petentibus tres panes, & de vidua importuna.
Septima conditio, est vt oremus pro nobis, & non
pro alijs,hāc ponit Aug. super Ioannem exponens Ca.10. c.18
illa verba si quid petieritis patrem in nomine meo
dabitur vobis:vltima cōditio est,vt petamus neces-
saria ad salutem, vel saltem vtilia. hanc ponit Aug. Cap.16.
in tractatu 81. in Ioannem exponens illa verba in
nomine meo. Nam petere in nomine saluatoris est Cap.16.
petere vtilia ad salutem. Ex hac oratione sic habita
B oriuntur multi fructus quorum primus est meritū
vitæ ęternæ. Ideo enim docet Dominus Matthæi Cap.6.
dicens tu autem cum oraueris intra in cubiculum
tuum;& pater qui videt te in abscondito reddet ti-
bi, scilicet pręmium vitę æternæ: secundus fructus
est satisfactio,quia quodlibet opus bonum pęnale
est satisfactorium, oratio autem est opus bonum,
& pęnale,quia attollit animum nostrum, & depri-
mit carnem deorsum, quod sine pęna, & luctu fie-
ri nō potest,propterea sequitur orationē esse opus
satisfactorium, tertius fructus est illustratio mētis
vnde habetur in psalmis accedite ad eum, & illumi Psal.38.
namini. Hinc Moises ex colloquio Dei retulit fa- Cap. 34.
C ciem illuminatam; vt habetur exodi, & apud Lucā Cap.9.
Dominus orans transfigurari voluit: quartus fru-
ctus est augumentū fiduciæ apud Deum,qui enim
sæpe orat maiorem fiduciam acquirit,sicuti etiam
fieri solet apud homines,inter quos familiariter fit
conuersatio: quintus fructus est augmentum cha-
ritatis,& desiderij,vt habetur in psalmis, in medita Psal.38.
tione mea exardescet ignis,quod docet Aug. lib. 2. Cap.7.
de sermone Domini in monte: sextus est humili-
tas,& timor,& reuerentia erga Deum,qui enim sæ-
pe orat reuocat in mentem suam inopiam,ideo ca-
uet offendere Deum, & sic timet ipsum,& reuere-
tur eius maiestatē; septimus est cōtemptus mundi
D & trāquillitas animi, qui enim versatur cum Deo,
& agit de gloria æterna, vel pæna vilescunt ei om-
nia mundana, sicuti qui est positus in eminenti lo-
co videt homines in terra de ambulātes veluti for-
micas: vltimus fructus est honor, & exaltatio ani-
mæ, nam si per orationem anima ipsa coniungitur
cum Deo,quem omnes creaturæ honorant, hono-
rant etiam, & ipsam animam Deo coniunctam. Ex
his ergo patet sensus propositionis S. Thomæ ora-
tionem ipsam pertinere ad partem intellectiuam,&
pręeminere omnibus alijs actibus religionis. Patet
etiam falsitas illorum, qui dicebant per orationem
mutari posse ordinem diuinæ prouidentiæ, quia
E cum Deus sit immutabilis:vt scribitur numeri. Nō Cap.23.
est Deus vt homo,& osee ego Deus,& non mutor, Cap.2.
sequitur etiam, quia si Deus est immutabilis, sua
quoque prouidentia immutabilis erit, & per ora-
tiones nostras, tanquam per media consequimur,
quod Deus ab eterno præuidit, & decreuit elargi-
ri, falsum quoque dixerunt epicurei asserētes Deū
negligere nostras orationes, quia tota scriptura
plena est hac veritate, quod debemus orare: vnde
Iacobus frater Domini hortabatur omnes dicens
orate pro inuicem, vt saluemini, & Salomon dice- Cap.5.
bat sapientia attingit a fine vsque ad finem for-
titer. &c. & tu pater guberna omnia prouidentia Cap.8.
tua

tia. errabãt quoque Pelagiani negantes fructus A orationis, quia plurimi sunt eius fructus; vt ostẽdimus supra, & est cõtra scripturam dicere, posse perseuerare sine gratia Dei, quia vt dixit saluator noster sine me nihil potestis facere: illi etiam qui dixerunt semper esse orandum allucinati sunt, quia qui docuit, quod oportet semper orare, non semper orauit aliquando enim dormiebat, aliquãdo comedebat, aliquando deambulabat, sic etiam & Apostolus, qui dixit sine intermissione orate, manibus suis laborabat ad queritandum cibum, & propterea varie interpretantur illa dicta. Nam quidam ita exponunt oportet semper orare idest semper bene operari. Aliqui vt Basilius, & Augustinus dicunt opor- B tet semper orare, & sine intermissione idest oportet vt per amorem semper simus Deo coniuncti, hoc autem facile est amanti, tam vigilanti quam dormienti, quia quicquid nos operemur in Deum ordinare debemus, vel vt dicit Anselmus semper orare idest frequentissime orare, sic dicebat David in psalmis semper laus Deo in ore meo idest valde frequenter, vel vt dicit Chrisostomus semper orare idest statutis temporibus, vt solemus dicere de aliquo, iste semper comedit metum, vel dormit, vel semper audit lectiones, idest temporibus suis, sic etiam oportet semper orare, idest mane vespere, & alijs tẽporibus suis, statutis ab ecclesia. Aliquis C etiam dicitur semper orare propter continuitatem desiderij, vel propter affectum deuotionis, qui semper remanet in ipso orante Christi.

Ioan. cap. 8

Psal. 33.

Papa non potest dispensare in voto continentiæ quod religionis professione fit solenne. propositio est formaliter. 22. q. 88. art. 11. cui propositioni aduersantur antiqui, & moderni doctores: vt Aureolus Duran. Petrus Henr. Godo. immo ipsemet D. Thom. 4. sententiarum dist. 38. q. 1. at. 4. sic sustinet Papam posse dispensare in voto continentiæ solennizato per professionem, quia multi Pontifices dispensarunt, vt Papa Celestinus, & Benedictus: vt constantia filia Rogerij Regis sexti quæ erat sancti D monialis in panormo, & iam quinquagenaria esset vxor Henrici Sexti; vnde ex tali coniugio habitus est Federicus secundus, quod argum. traxit Caiet. ad classem aduersariorum D. Thom. hoc tamen nõ obstante propositio assumpta est verissima, & sumitur extra de statu monachorum in fine illius decretalis cum ad monast. vbi dicitur abdicatio proprietatis sicut etiam custodia castitatis adeo annexa est regulę monachali, vt cõtra eam nec sũmus pontifex possit indulgere, & si pontifices dispensarunt constantiam hoc ideo fuit, quia illa constãtia non erat professa, & sic etiam dispensarunt illum religiosum aragonem non professum: de his latius. lege Soto de iustitia, & iure lib. 7. q. 4. & Capreol. 4. senten. distin. 33. q. 1. contra secundam S. Tho. retractauit se.

Passionis dolor quem passus est Christus peruenit vsque ad superiorem rationem, vt est natura licet non vt est ratio: habetur hæc propositio 3. sent. dist. 15. q. 2. at. 3. quęst. 2. cui aduersatur Scotus probando dolorem passionis Christi non peruenisse ad superiorem rationem etiam, vt est natura, quia si animæ competeret dolere, maxime doleret propter separationem eius a corpore, quia sibi vt natura est conuenit perficere totum corpus, & naturaliter inclinari ad corpus, sed consequens est falsum, quia in separatione animæ a carne fuit facta impassibilis: igitur tunc nõ tristabatur. & errauit hic Scotus non distinguendo, quod separatio animę Christi a carne seu a proprio corpore potest considerari dupliciter vno modo in sua causa, vel prout est in fieri quia scilicet corpus indisponitur ad vnionem eius cum anima per vulnera & flagella & alias passiones corporales, & sic ista separatio erat dolorosa ipsi essentiæ animæ: alio modo potest considerari in facto esse quando scilicet anima fuit separata a corpore, & isto modo nõ fuit dolorosa animæ quę in instanti separationis fuit effecta simpliciter impassibilis. hinc patet veritas propositionis assumptæ quæ confirmatur sic, quia illa potentia rationalis, quæ patitur ex parte subiecti, & nõ ex parte obiecti patitur, vt natura & non vt ratio, sed superior ratio animæ Christi erat huiusmodi tempore passionis, igitur dolor illius passionis peruenit ad superiorem rationem, vt natura, & non vt ratio. lege D. Tho. de ver. q. 26. ar. 9. & Capr. dist. 16. 3. sen. q. vnica contra primam.

Dist. 15 q. vnica, ar. 1.

Error Scoti.

Passionem siue mortem ratio inferior vel voluntas Christi, vt natura considerata nolebat absolute licet considerata, vt ratio vellet illam. scribitur hæc propositio 3. p. q. 18. ar. 3. quam tenuit Scotus pro- C bans quod in Christo ratio inferior non iudicauerit passionem Christi esse absolute nolendam, nec consequenter voluntas, vt natura ipsam noluerit, & principalis ratio sua est, quia eadem potentia circa idem obiectum non potest habere actus oppositos quorum alter sit in summo, quia oppositum in sũmo non compatitur secum reliquum, sed portio superior, & inferior sunt vna potentia secundum Aug. superior autẽ portio in summo dictabat passionem Christi esse volendam quantum ad intellectum, & quantum ad voluntatem summe volebat igitur inferior non poterat nolle. Verum Scotus in hac sua ratione supponit falsum, scilicet quod iudi- D cium seu dictamen quo ratio inferior dictabat passionem Christi esse absolute nolendam, & iudiciũ seu dictamen quo ratio superior dictabat esse volendam in ordine ad finem redemptionis humanæ sint contrarij, aut oppositi actus, & similiter actus volendi & nolendi eis correspondentes in voluntate essent oppositi, quia non erant respectu vnius, & eiusdem, non enim voluntas diuina aut ratio in Christo impediebatur aut retardabatur per voluntatem naturalem, aut per appetitum sensualitatis; placebat enim Christo secundum voluntatem diuinam, & secundum voluntatem rationis, vt volũtas naturalis in ipso, & voluntas sensualitatis secundũ E ordinem suæ naturæ mouerentur, & sic in Christo nulla erat repugnantia seu contrarietas voluntatũ, non enim effugere possumus quin voluntas, vt natura, & ratio inferior, vt natura refugiat ea quæ sũt secundum se mala, & nociua naturæ, sed passio, & mors Christi erant secundum se mala, & in Christo erat voluntas rationalis, vt natura, & ratio, vt natura, igitur illa nolebat, & fugiebat passionem, & mortem Christi. lege D. Tho. de ver. q. 26. art. 9. & Capr. 3. sent. dist. 16. q. vnica contra secundam, & Caiet. 3. p. vbi supra.

Dist. 15. q. vnica.

13. de trin. cap. 4.

Passionis hora ipse Christus tristabatur de sua morte: elicitur ista propositio ex 3. sent. dist. 15. q. 2. art. 3.

Aureol. art. 3. quæst. 2. cui aduersatur Aureolus substinens, A quod in voluntate Christi non fuit tristitia in hora passionis propter dolorem corporis, & principale fundamentũ suum est, quia Christus non habuit seu habere potuit tristitiam in voluntate nisi secundum iudicium rectę rationis, sed Christus non debuit tristari de sua passione, aut de dolore quem sustinebat in carne secundum rectam rationem, quia sciebat quod Deus volebat eum pati; igitur falsa est propositio quod hora passionis Christus tristabatur de sua morte. Sed minor huius fundamenti assumpti venit negãda, quia recta ratio dictabat Christum debere tristari de eo, quod est per se molestum cuiusmodi erat amissio vitæ corporalis po- B tissime quia talis tristitia nobis vtilis erat, & quamquam Christus sciuisset Deum velle eum pati nihilominus conformabat se Deo in modo volendi, quia conformitas quæ est in volito non facit rectitudinem voluntatis cum actus possit peccare volẽdo illud volitum, quod Deus vult, & mereri in hoc quod non vult id quod Deus vult, sed rectitudo voluntatis causatur ex conformitate in modo volendi vt scilicet, velit ex charitate sicut Deus vult, & iterum & ex causa finali, vt propter idem velit, & iterũ ex causa efficiẽte, vt scilicet velit id quod Deus vult eum velle. vide D. Thom. 3. senten. distin. 17. q. 1. artic. 2. quæst. 1. & Capreol. distin. 16. q. vnica contra C tertiam.

Pater respectu generationis filij licet habuerit voluntatem concomitantem non tamen accedentem nec antecedẽtem duratione, vel intellectu: propositio hæc habetur de potentia Dei, q. 2. art. 2. cui Dist. 6. q. 1. Scotus. aduersatur Scotus probans quod pater prius voluit gignere filium quam genuerit eum non solum prioritate secundum intellectum immo prius origine, quia pater in primo signo originis intelligit formaliter, & tunc etiam potest habere actum volẽdi formaliter, in alio tamen signo originis gignit filium, nec tamen vult illam gignitionem volitione sequente illam gignitionem, sed volitione habita D in primo signo originis qua pater formaliter vult præsupponendo aliquo modo intellectionem qua pater intelligit non autem gignitionem verbi, & sic falsa est propositio D. Thom. quo ad illam partem quod pater non voluntate antecedente genuit filium. Sed in hac materia Scotus voluit habere falsum intellectum, si enim in rebus creatis videmus hoc esse manifestum, quod illud quod est a principio est suo principio coæuum secũdum durationẽ tamen principium est prius secundum naturam, & intellectum, si consideratur illud, quod est principium, tamen si considerantur illę relationes causæ & causati, & principij, & principiati manifestum est E quod sunt simul natura, & intellectu prout vna est diffinitio alterius, sed in diuinis ipsę relationes sũt subsistentes personæ in vna natura, & ideo neque ex parte relationum neque ex parte naturæ vna persona potest esse prior alia neque secundum naturã neque secundum intellectum: concludendum igitur est, quod respectu diuinæ generationis non habet voluntatem antecedentem, sed tantum concomitantem ipse pater, & hanc veritatem sustinet magister, & omnes vere theologizãtes. lege D. Thom. q. 42. ar. 2. & Caiet. ibidem, & Capr. primo sen. dist. 6. q. 1. contra sextam.

Pater non est prior filio in diuinis: hæc propositio est vulgata in doctrina S. Tho. & elicitur ex p. p. q. 42. ar. 3. & 1. sen. dist. 9. q. 1. ar. 2. & 4. contra gent. cap. 7. in qua Scotus voluit etiam habere cõtrouersiam probando quod pater sit prior filio in aliquo signo originis, quia producens est prius producto igitur pater est prior filio: consequentia patet, quia pater producit filium, antecedens est Aug. de mortalitate animæ cap. 3. vbi habet quod nulla res se facit aut gignit alioquin erat antequam erat. Et sic omne faciens vel gignens est antequam sit illud, quod ab eo gignitur, & fit, & tamen noluit intelligere August. in hac re qui loquitur de producente rem de non esse ad esse, tale enim est prius natura, & causalitate suo producto, sed non concludit in diuinis sua ratio, vbi producẽs communicat producto eandem essentiam, & esse, vnde ibi non est prioritas in essẽtia neque in esse neque in relationibus, cum essentia sit vna, relationes vero sint simul natura: & intellectu: & ideo falsissima reliquitur opinio Scoti, nec oportet recurrere ad illas prioritates originis seu ad prius a quo, & in quo cum hæc omnia sint imaginationes. lege Caiet. p. p. vbi supra, & Capreol. in 1. vbi supra. Dist. 6. q. 1. & dist. 28. q. vlt.

Pater in diuinis cõstituitur, & distinguitur in esse personali per relationem paternitatis: extrahitur hæc propositio ex 1. sent. D. Tho. dist. 26. q. 2. ar. 2. & 27. dist. q. 1. ar. 2. & de potentia q. 8. ar. 3. in qua propositione adest controuersia inter doctores, quia prepositiuus tenuit, quod personæ diuinæ seipsis distinguuntur per suam simplicitatem quam sequitur. Greg. Arimin. in hac dist. sustinet quod constituuntur per proprietates incommunicabiles sit absolutos, Bonauentura habet quod personæ constituuntur per origines, Dur. vult quod relatio, vt relatio constituit, Aureolus autem quod essentia, & relatio simul habet constituere, Scotus nititur probare quod repugnat personis constitui per relationes, & præcipua ratio sua est, quia illud non constituit suppositum, quod supponit suppositum sui personam constitutam, sed relatio est huiusmodi, quia Aug. 7. de trin. dicit quod omne relatiuum est aliquid præter id quod relatiue dicitur, & sic illud aliud a relatione supponitur. Et noluit considerare Scotus, quod relatio vt relatio verum est, quod non constituit personam aliquam, sed ipsam supponit constitutam, relatio tamen vt est subsistens, & est quædam forma supplens vicem omnium principiorum indiuiduantium sic ipsa constituit, & non supponit suppositum constitutum: nec potest haberi ex Aug. quod relatio supponat personam constitutam, sed quod vult ꝙ relatiuum dicat absolutum aliquod, & hæc est opinio D. Tho. & non illa quam explicat Caiet. p. p. q. 40. ar. 2. quod personæ vt notę & significatæ nobis distinguuntur, & cõstituuntur relationibus. vide D. Tho. vbi supra, & Capr. 1. sent. dist. 26. vlt. q. vlt. contra tertiam.

Dist. 26.

Opiniones diuersæ de constitutiua personarũ

Non ergo relatio constituit.

Paternitas primo & principalius constituit personam patris quam generare secundum nostrum modum intelligendi: immo generare non constituit, sed potius constitutum ostendit: elicitur hæc propositio ex 1. sent. dist. 27. q. 1. art. 1. cui aduersatur Aur. probando quod persona patris verius, & principalius cõstituitur per generare quam per paternitatem, quia illud dicitur verius, & principalius, Dist. 27. Aureol.

lius quod eſt ex natura rei, quam quod eſt ſolum A ſecundum conſiderationem, & fit per opus intellectus, ſed conſtitutio primi ſuppoſiti per actum generandi eſt ex natura rei, conſtitutio per paternitatem habet aliquid de opere intellectus, ergo ſuppoſitum patris verius, & principalius cõſurgit ex eſſentia & generare quam ex eſſentia, & paternitate. ſed falſum aſſumit Aureolus in hac ſua ratione quod cõſtitutio per paternitatem habeat aliquid de opere intellectus, paternitas enim in diuinis non ſolum eſt relatio: ſed ſecundum rem eſt ipſa diuina ſubſtãtia, & ideo poteſt conſtituere aliquid ſubſiſtens, & nõ ſolum aliquid relatiuum: vnde intelligitur hęc propoſitio hoc modo, quia paternitas eſt ipſa diui B na eſſentia, & pari ratione Deus eſt idem quod ipſe pater, & paternitas, ergo conſtituendo patrem conſtituit Deum, & paternitas licet ſit diuina eſſentia non tamen eſt communis ſicut eſſentia, ita pater licet ſit ipſum, quod Deus non tamen eſt commune vt Deus, ſed proprium: pater igitur Deus inquantũ eſt Deus eſt habens diuinam naturam, & inquantũ eſt pater eſt proprium diſtinctum ab alijs, vnde hypoſtaſis eſt, quæ ſignificat ſubſiſtens in aliqua natura diſtinctum ab alijs, & per hunc modum paternitas conſtituendo patrem conſtituit hypoſtaſim. ſtat ergo vera propoſitio D. Thom. & falſa opinio Aur. lege D. Thom. 4. contra gent. cap. 24. & cap. vbi C ſupra, diſt. 27. q. 1. contra quartam concluſionem.

Paternitas non eſt cõmunis, vt eſſentia.

Pater licet omnia videat in ſapientia genita, vel verbo, non tamen eſt ſapiens ſapiẽtia genita, vel verbo. famoſa propoſitio in doctrina D. Thom. quæ elicitur ex 1. ſent. diſt. 32. q. 2. ar. 1. cui repugnat Aureolus probans, quod pater ſit ſapiens ſapientia genita, quia nõ minus dilectio denominatur per modum formæ manentis in eo cuius eſt forma, quam ſapientia, nam diligere eſt operatio manens in agẽte ſicut ſapere, & hoc non obſtante, diligere habet aliquam habitudinem ad ipſum patrem: vt concedatur, quod pater diligit ſe Spiritu ſancto, igitur verbum habebit aliquam habitudinem ad ſapere D vel intelligere in diuinis, ita vt pater dicatur ſapiẽs ſapientia genita, ſicut eſt diligens Spiritu ſancto. & non conſiderauit Aur. quod dilectio ſignificatur, per modum actus egredientis a ſuppoſito nõ tamẽ ſapiẽtia, diligere enim, vel dilectio ſignificatur per modum actionis, actio autem inquantum huiuſmodi non ſe habet per modum formæ: ſed per modum egredientis ab agente: ſapientia vero ſignificatur per modum formæ, & immanentis in eo cuius eſt, verum tamen eſt, quod ęque dilectio patris immanet ſibi, ſicut ſapientia: ſed ad veritatem propoſitionum, non ſolum attendenda eſt rei exiſtentia, ſed modus quo res ſignificatur, quamuis ergo pa- E ter dicat ſe verbo nullo tamen modo concedendum eſt, quod ſit ſapiens ſapientia genita: de quibus. lege D. Thom. vbi ſupra, & Capreol. diſtin. 32. art. 20.

Aureol.

Peccati propria ratio eſt actus humanus ſi ſit malus: propoſitio hæc trahitur ex 1. 2. q. 21. ar. 1. cui aduerſatur Greg. Arim. probãs quod nullus actus, nec aliquid incomplexe ſignificabile ſit peccatum proprie loquendo, ſed omne peccatum actuale, ſi ſit aliquid eſt ſolum complexe ſignificabile, & principalis ratio eſt, quia peccatum actuale nõ eſt aliud quam voluntarie committere aliquid, vel omittere contra rectam rationem, ſed hoc quod aliquis agit, committit, vel omittit contra rectam rationẽ tantummodo per orationem, vel aliquid æquiualens orationi in ſignificando, igitur peccatum non eſt aliquid incomplexe ſignificabile: hinc videmus quod adulterium, non eſt omnino aliqua entitas, quia nec adulter, nec adultera, nec aliqua entitas fingi poteſt, quæ ſit adulterium, ſimiliter homicidium non eſt occidens, nec occiſus, nec inſtrumentum occidendi, erit ergo aliquod complexe ſignificabile, & tamen errauit errore maximo hic Greg. quia hoc quod dico facere cõtra rectam rationem eſt aliquid incomplexe ſignificabile cum ſignificetur per hoc incomplexum, quod eſt peccatum, & per præcepta negatiua prohibetur aliquid incomplexe ſignificabile, nam cum dicitur non mœchaberis prohibetur ibi quidam actus vitioſus qui eſt cõmiſtio carnalis duorũ non matrimonio coniunctorum, & ſic de alijs, adulterium quoque eſt quidam actus puta motus localis, vel alterationis, aut actio aut paſsio, & ſic homicidium, & furtum, &c. in omnibus his eſt actus voluntatis malus quod eſt quoddam incomplexum, quia omnis actus qui agitur propter finem carens debito ordine ad illũ finem dicitur peccatum, & eſt quoddam incomplexum, ſed omnis actus malus voluntarius eſt huiuſ- C modi: igitur quilibet talis habet rationem peccati, & eſt quoddam incõplexum. lege D. Tho. in quæſt. de malo q. 2. art. 2. & Capr. 2. ſent. diſt. 35. q. 1. contra primam.

Diſt. 34 q. 1. ar. 2. Ariminẽſis

Peccatum eſt incomplexum.

Peccati actus producitur effectiue a Deo. propoſitio eſt famoſa nimis in doctrina D. Tho. & ſumitur ex quæſt. de malo q. 3. ar. 2. quam propoſitionẽ nolunt audire Aureolus Greg. & Dur. & principale fundamentum horum eſt, quia defectus non aſsignatur cauſa niſi ratione actus vbi: ergo actus & defectus ſunt inſeparabiles, quicquid eſt cauſa actus eſt cauſa defectus, ſed in actione peccati puta in verbo blaſphemię, actus & defectus sũt inſeparabiles: ergo cum Deus non ſit cauſa defectus alioquin Deo imputaretur peccatum, videtur quod non ſit cauſa actus: ſed corruit hoc ipſorum fundamentũ, quia deformitas peccati puta blaſphemiæ, aut odij Dei non conſequitur ſpeciem actus ſecundũ quod eſt in genere naturæ, quæ a Deo cauſatur, ſed conſequitur ſpeciem actus ſecundum quod eſt moralis prout cauſatur ex libero arbitrio, nec oportet quod illud quod eſt cauſa actus ſit cauſa deformitatis, niſi deformitas pertineat ad ſpeciem eius, peccatum enim includit tria ſcilicet actum, ſpeciẽ moralem, & deformitatẽ actus: igitur actus malus puta odium Dei, & blaſphemia, vt eſt actus poſitiuus eſt a Deo, vt vero eſt deficiens prouenit ex libero arbitrio hominis. vide D. Thom. 1. 2. q. 79. art. 1. & 2. & Caiet. ibidem, & Capr. 2. ſent. diſt. 37. q. vnica cõtra ſecũdam, quomodo voluntas Dei eſt cauſa omnium motuum, vt primus motus.

Diſt 37. Durand.

Peccatum tria habet.

Peccatum, & culpa poteſt eſſe in actibus intellectus, ſed non æque proprie ſicut in actibus voluntatis. habetur hæc propoſitio 2. ſen. diſt. 39. q. 1. art. 2. cõtẽdit tamen Dur. quod dicta propoſitio videtur aſſerere, quod actus intellectus, & actus voluntatis ſint duo peccata, & duę culpę, & ideo contra ipſam ſic arguit: nullus diceret, quod incontinens quando iudicat fornicationem eſſe bonam, & eam eligit pec-

Diſ. 39. q. 1. Durand.

git peccet duobus modis, alioquin cum omnem malam electionem præcedat aliquis defectus in ratione, impossibile esset quod aliquis male eligens peccaret vno peccato solum, quod est inconueniés. Et mirum est de hoc viro quomodo tantam vim fecit in hac propositione fundans se in propositione vniuersali, cum non sit vniuersalis, non enim asserit supradictum theorema D. Thom. quod semper & in omni casu actus deficiens intellectus sit alia culpa distincta a culpa voluntatis, sed quandoque est, & quandoque non est, conceditur enim, quod vbi sit actus intellectus ibi est peccatum, quia est regula proxima prauę electionis tamen actus intellectus, & actus voluntatis habent rationem vnius culpæ, & non duarum: hoc est quod probat ratio sua: sed quandoque contingit actum malum, & defectuosum esse in intellectu, qui tamen non est regula proxima alicuius prauę electionis, vt apparet in actu infidelitatis, & de errore circa virtutes vniuersales, quas quis tenetur & potest scire, non enim tantum ille peccat, quod iudicat esse furandú, vel odiédum: sed etiam ille qui credit Deum non esse trinum, & vnum, vel resurrectionem mortuorum non esse futuram, & constat quod talia iudicia non sunt proxima regula alicuius electionis prauę, & tales actus sunt culpabiles non interueniente actu voluntatis, præcipue cum aliquis motus infidelitatis subito insurgit sine deliberatione, & imperio voluntatis tales motus sunt sine dubio peccata venialia, & si continuentur per aliquod tempus, & non reprimentur a voluntate imperante poterunt etiam esse peccata mortalia, vt præscindút ab omni actu voluntatis: ergo diceret quis peccatum non est voluntarium: dicitur quod hoc dictum verificatur de peccato consumato, & perfecto. redamus itaque vnde digressi sumus quod propositio est verissima, vt licet videri apud S. Thom. 1. 2. q. 74. artic. 10. & Capreol. 2. sententiarum distin. 39. quæst. vnica contra primam.

Actus infidelitatis quo modo potest esse peccatum veniale.

Peccatum mortale, & veniale possunt esse eiusdé speciei: propositio vulgata, & ab omnibus thomistis passim allegata extrahitur ex mente D. Thom. 1. 2. q. 72. ar. 5. quam quidem plurimis argumentis impugnat Aureolus, & præcipuum est, quia illę differentiæ quæ ratione generis distant in infinitum & diuidunt ens secundum finitum, & infinitum nó sunt eiusdem speciei immo nec eiusdem generis, differentiæ enim eiusdé generis non distant in infinitum, nec diuidút aliquod vnum genus penes finitum, & infinitum per suas differentias, sed peccatú diuiditur in mortale, & veniale sicut in differentias distantes in infinitum, & diuisio ista per infinitum, & finitú dicitur, quoniam mortale ratione totius sui generis est infinitum, veniale vero ratione sui generis est finitum, & tempor. le: igitur falsa propositio assumpta. Hæc ratio reputatur Achilles apud nonnullos, & est nullius momenti, & soluta est a D. Thom. loco superius allegato namque cócludit ex parte auersionis secundum quam mortale, & veniale distant in infinitum, non autem ex parte conuersionis per quam respicit obiectum a quo peccatum habet speciem, & ideo nihil prohiber in eadem specie inueniri aliquod peccatum veniale, & mortale sicut primus motus in genere adulterij est peccatú veniale, & verbum ociosum, quod pletumque est ve

Dist. 43. Aureol.

Mortale, & veniale quo modo conueniunt.

A niale potest esse mortale, & conceditur quod mortale, & veniale distant in infinitum, sed neutra illarum est differentia specifica peccati, sed consequitur quandoque speciem, quia perfectum & imperfectum in ordine ad idem obiectum sunt eiusdé speciei; sed peccatum mortale, & veniale in ordine ad idem obiectum se habét sicut perfectum, & imperfectum: igitur sunt eiusdem speciei: patet ergo sensus propositionis quomodo actus voluntarij dicantur specie distingui, & conuenire penes obiecta quibus voluntas conuertitur, & non penes Deú a quo auertitur, limatius hæc omnia videre poteris apud D. Tho. 1. 2. q. 72. ar. 1. & Capr. 2. sent. dist. 43. B q. 1. contra primam.

Peccatum committere nullo pacto debet homo sed potius tenetur in generali velle pati quamcunque pęnam præcipue contritus: sed non tenetur in speciali descédere ad pęnam inferni, aut aliam: colligitur hæc propositio ex 2. quolib. D. Thom. q. 9. cui aduersatur Dur. probando quod pro vitando malo culpæ nullus debet eligere pęnam inferni, vel omnino non esse, & præcipuum fundamentum suú est, quia malum pęnæ nunquam est necessarium eligere propter malum culpę vitandum nisi, quia sine eo nó potest culpa uitari, aut quia per tale malum promouetur bonum virtutis, & impeditur malum C vitij oppositi, sed neutrum istorum potest dici de pęna inferni vel de pura non entitate: igitur, &c. maior patet, minor probatur, quia nullum malum pęnę est necessarium ad uitandum culpam nisi illud quod est materia virtutis oppositæ, vt patet in actibus virtutum quæ habent pro materia aliqua pœnalia, sicut fortitudo quę est circa pericula mortis, vel mortem inferentia, quia qui nó agit fortiter quando tempus incumbit peccat: de pura autem non entitate constat, eum non esse, & virtutem, & subiectum virtutis destruat: ergo substinere pœná inferni, vel omnino nó esse non est necessarium ad vitandum malum culpæ. Sed ista opinio Dur. stare D non potest, & ad rationem suam dicitur per interemptionem minoris, si intelligatur vniuersaliter sic quod pęna inferni quantum est ibi purę pęnalitatis præscindendo rationem culpæ, & quicquid est culpabile in illa pęna in aliquo casu possibili de potentia Dei absoluta nó possit esse materia alicuius virtutis puta obedientiæ, & iustitiæ: posset enim Deus de potentia sua absoluta reuelare alicui viatori prescito suam dánationem, & quod inflecturus esset ei pęnam æternam in inferno, & causare in eo firmum assensum de hoc, quo facto talis teneretur velle substinere, quod crederet Deum velle sibi infligere, & conformare voluntatem suam voluntati E diuinæ, & obedire, & si nó volendo absolute, & per se suam damnationem, tamen teneretur velle ordinem iustitiæ diuinæ seruari circa se in prædictis: redeundo ergo vnde digressi sumus dicimus opinionem Dur. non posse substineri cum sit expresse cótra D. Anselmum lib. de similitudinibus vbi dicit, quod aliquis debet magis eligere esse in inferno sine culpa quam in paradiso cú culpa, quia innocens in inferno non sentiret pęnam, & peccator in paradiso non gauderet gloria: videmus deinde, quod qui diligit Deum plusquam seipsum magis eligit quodcunque detrimentum boni proprij, quam detrimentum boni diuini, sed culpa mortalis est detrimentum

Dist. 17. q. 5 Durand.

Substinere pęná inferni pót esse materia virtutis.

trimentum boni diuini, pęna vero non eſt niſi detrimentum boni proprij: ergo quilibet talis pręeligit omnem pęnam quam Dei offenſam, quilibet autem contritus diligit Deum ſuper omnia. latius vide de ver. q. 23. ar. 8. & Caprecl. 4. ſent. diſt. 17. q. 1 contra primam.

Peccatum veniale non poteſt dimitti ſine mortali, vel mortali remanente habetur hæc propoſitio 4. ſent. D. Tho. diſt. 16. q. 2. ar. 1. quæſt. 1. in qua propoſitione Dur. voluit etiam habere controuerſiam ſuſtinens peccatum veniale poſſe dimitti ſine mortali, & præcipuum fundamentum ſuum eſt, quia ponatur quod puer non baptizatus exiſtens in originali quando venit: ad ætatem qua primo poteſt peccare peccet venialiter, & ſtatim moriatur aut puniatur in inferno pro peccato veniali pęna finita, vel infinita, ſi finita fortiori ratione potuit eam in præſenti vita ſoluere ſi vixiſſet nõ obſtante peccato originali cum quo nõ ſtat gratia, ſi infinita videtur inconueniens, cum ſecundum taxationem diuinam peccato veniali non debeatur niſi pęna finita. & nõ vidit Dur. caſum iſtum eſſe impoſsibilẽ quod quis decedat cum veniali peccato, & originali abſque mortali, quia ante vſum rationis puer excuſatur a peccato mortali ita, vt ſi etiam committat actum quod de genere ſuo ſit peccatum mortale, non incurrit reatum mortalis peccati eo, quod nondum habet vſum rationis: vnde multo magis excuſatur a reatu peccati venialis, quia quod excuſat maius peccatum multo magis excuſat & minus, ſed poſtquam habet vſum rationis peccat mortaliter, ſi nõ facit quod in ſe eſt ad quærendum ſuam ſalutem, ſi autem facit, gratiam conſequitur per quam immunis erit a peccato originali. nonne verum eſt, quod a Deo qui ſolus peccata dimittit peccatum mortale ſeparat, & ideo effectum eius in remiſsione peccati venialis habens peccatum mortale, non percipit illud, etiam quod repugnat feruori charitatis impedit remiſsionem peccati venialis: ſed peccatũ mortale eſt huiuſmodi, non ergo poteſt veniale peccatum dimitti ſine mortali: de quo. lege D. Thom. in quæſt. de malo q. 7. artic. 10. & 1. 2. q. 87. artic. 5. & Capreol. in 4. ſententiarum diſtin. 16. q. 1. contra tertiam.

Durand.

Peccatum originale cum veniali non ſtat.

Peccatum veniale in inferno nullo modo poteſt expiari quo ad pęnam ſcribitur iſta propoſitio de malo q. 7. ar. 10. cui aduerſatur Girardus de carmelo probans expiari poſſe in inferno veniale peccatũ & dimitti quo ad pęnam, dato, quòd non dimittatur quo ad culpam, quia volens malum ſimpliciter poteſt velle bonum ſecundum quid, ſicut adhęrens bono fini per charitatem firmiter poteſt nihilominus peccare venialiter, & ſic econuerſo adhærens firmiter malo fini poteſt ſecundum quid velle bonum, & ſic pęnitere de veniali, ſed iſta opinio ſtare non poteſt, quia damnatus perfecte adhæret odio Dei, & ſic odio habet quicquid ille diligit: vnde eligit de nullo pœnitere, quia ſcit pęnitere eſſe placitũ Deo. ratio quoque ſtare nõ poteſt, quia anima poſt mortem tranſit in alium ſtatum Angelis cõformẽ, vnde eadem ratione non poteſt peccare venialiter, ſicut nec Angelus, ſiquidem anima ſeparata omnia quæ vult actualiter propter vltimũ finem cui adhæret, ſiue volitum ſit finis ſiue ad finem, & cum vltimate adhęreat peruerſo fini omnia a ia refert actu

Diſt. 2. q. 2. ar. 2.

Girardus de Carmelo.

A & habitu ad malum finem, ideoque omnis volitio electiua ideſt, non mere naturalis eſt peccatũ mortale, ac per hoc non poteſt eſſe diſpoſitio, ſed indiſpoſitio ad pęnitentiam & peccati remiſsionem, & iuſtificationem, ſcimus etiam omne peccatum irremiſcibile quo ad culpam per ſe, vel per accidẽs ęternaliter puniri, ſed venialia damnatorum ſunt irremiſsibilia: nullo ergo modo ſtare poteſt ipſa dimitti quo ad pęnam. lege D. Thom. vbi ſupra artic. 9. & Capr. in 4. diſt. 21. q. 1. contra ſecundam.

Quo ad culpam.

Peccato veniali in damnato debetur pęna æterna: hæc propoſitio extrahitur ex quæſt. de malo quæſt. 7. ar. 10. quam noluit ſentire Scotus, ſed probat peccato veniali nõ deberi pœna æterna nec per ſe nec per accidens, & quod non per accidens eſt ratio, quia Deus ſemper punit vltra condignum, & eſto quod ſimpliciter ſecundum rigorem puniret vſque ad condignum, omnino iniuſtum eſſet pęnã æternam intelligere pro illo cui ſecundum ſe debetur pęna temporalis: quantumcunque enim coniungat, alteri hoc non facit illud infinitum exire illud genus: ergo non iuſte correſpondet ſibi pęna excedens in infinitum. ſed iſta opinio Scoti eſt imaginatia, & falſa quantum ad hanc partem quicquid ſit quo ad illam aliam, num peccato veniali de per ſe debeatur pœna æterna, quam opinionem tenuit Herueus: æternitas enim pęnæ non reſpondet quantitati culpæ, ſed irremiſsibilitati illius, vnde nõ propter maioritatem culpæ illius venialis peccatum veniale coniunctum mortali diutius punitur, ſed propter indelebilitatem, quæ prouenit ex adiuncto, ſicut peccato originali non debetur pęna æterna ratione ſuę grauitatis, ſed ratione conditionis ſubiecti ſcilicet hominis, qui ſine gratia inuenitur, per quam ſolam fit remiſsio, & quamuis Deus puniat vltra condignum peccatum veniale hoc ideo eſt, quia pœna peccati venialis etiam cum in inferno punitur mitigatur quantum ad acerbitatem quamuis grauius quam ab homine puniretur, quia maiorem grauitatem habet ſecundum quod cõparatur ad Deum prout punitur a Deo quam ſecundum quod comparatur ad hominem prout punitur ab homine. de hoc. lege D. Thom. 1. 2. q. 87. ar. 5. & Capreolum vbi ſupra, & patet quomodo propoſitio veniat intelligenda, quod peccato veniali debetur pæna æterna per accidens ſcilicet ratione indelebilitatis, &c.

Ioan. Duns

quolib. 5. q. 33.

Peccatum per pęnitentiam dimiſſum nõ poteſt redire idem numero quo ad identitatem culpæ, vel maculæ, ſeu reatus. ſumitur iſta propoſitio ex dictis S. Thom. 4. ſenten. diſtin. 22. q. 1. art. 1. cui Scotus more ſuo aduerſatur probans peccatum dimiſſum poſſe redire idem numero quo ad reatum eundem, qui eſt obligatio ad pęnam quia actus diuinus non dependet a peccato extrinſeco illius recidiuantis; ergo poteſt Deus de potentia abſoluta reducere obligationem iſtius ad eandem pęnã quã prius, & etiam eandem obligationem, & ita eodem modo cum peccatum remaneat poſt actum, quia non eſt niſi obligatio ad pęnam, poteſt de potentia Dei abſoluta peccatum idem redire non ſolum in recidiuante; ſed etiam in non recidiuante, quæ opinio eſt impertinens, & irrationabilis, quia dato quod actus diuinæ voluntatis non pendeat a peccato extrinſeco nec in eſſendo nec in cauſando, tamen

Diſt. 22.

Baſſolus.

men reatus ſic dependet a peccato, quod non poteſt fieri nec eſſe niſi cauſetur partialiter à peccato peccatum autem, quod ceſsit in nihilum nec poteſt per quamcunque potentiam quoad culpam reparari, non poteſt cauſare totaliter nec partialiter nouum reatum, & multo minus reparare prius deletum, & ideo actus diuinæ voluntatis non poteſt reparare reatum prius deletum dato, quod poſsit reparare omnem obligationem a ſe ſolo cauſatam in peccante, ſecus eſt de indignitate, & de inordinatione, quæ ſe tenet mere ex parte peccantis quæ proprię dicitur meritum pęnæ, ex his patet ſolutio ad rationem Scoti, & ſenſus propoſitionis, quia actus liberi arbitrij poſt ſui deſitionem, & ceſsionem in nihilum non poteſt redire virtute creata idem numero, ſed ſi peccatum dimiſſum rediret idem numero quo ad actum hoc non poſſet fieri niſi per illum modum impoſsibilem: igitur manifeſtum relinquitur, quod peccatum per pęnitentiam dimiſſum non redit idem numero de, quibus lege D. Tho. 3. p. q. 88. ar. 1. & Capr. in 4. ſent. diſt. 22. q. 1. cōtra ſecundam.

Peccatum eſt a quo pęnitens reſurgēdo nō ſemper reſurgit in ęquali gratia vel virtute, immo quandoque in minori. extrahitur iſta propoſitio ex 3. p. D. Thom. q. 89. ar. 2. cui aduerſatur Scotus probando quod omnis reſurgens a peccato reſurgit ad maiorem gloriam quam ante caſum: & potiſsima ratio ſua eſt, quia reſurgens ſurgit in omnibus illis bonis, quæ prius habuit iam viuificatis, & præter hoc in iſto actu pęnitētiæ, per quem reſurgit, & quē ſuperaddit illis præteritis, & ſic habet plura merita in acceptatione diuina, quam dum cecidit, & ex ea parte ordinatur ad maiorem gloriam: ſed deficit a veritate Scotus in hac ſua opinione, quia pænitens per priora merita merebatur ſibi tantam gloriam quantam charitatem habebat: ſed ipſe per peccatū factus eſt alter, & non plenarie ad priſtinum gradū reſtitutus, & ideo non plenarie recipiet effectum priorum meritorum niſi quantum ad præmium accidentale, quod commenſuratur actibus magis quam habitibus charitatis, & quia ille qui habet gratiam quolibet actu charitatis meretur vitā æternam, & efficit eam ſibi debitam, ſed quando peccat iā efficitur alter, quia tranſmutatur ab eo, quod erat ſibi cōueniens ſecundum naturam in id, quod eſt præter naturam, & ideo non oportet quod ei reddatur, ſicut & illud quod eſt debitum reddi ſano, non redditur furioſo: licet ergo pęnitens reſurgat in omnibus meritis, quę ante peccatum habuit & pro quolibet correſpondeat ſibi aliquis gradus gloriæ, non tamen tantus quantus ante peccatum ſibi correſpondebat niſi reſurgat in ęquali charitate, quia ſi reſurgat in minori cauſa eſt effectus alter, & indiſpoſitus ad recipiendum totum effectū præcedentium meritorum viuificatorum, & cum ſecūdum quantitatem contritionis attendebatur quātitas charitatis, in qua quis reſurgit, ergo cum potuerit quando prius gratiam habuit ex magna præparatione gratiam accepiſſe videtur, quod poſsibile ſit, quod recipiat minorem gratiam, & charitatē quam prius habuit, & ſic patet veritas propoſitionis D. Thom. & falſitas opinionis Scoti de qua vide Capreol. 4. ſent. diſt. 14. q. 2. contra ſecundam, & impugnatur etiam Aureolus ſuſtinens quod pęni- A tens ſemper reſurgit in maiori habitu charitatis, & gratiæ, vel ſaltem in ęquali, &c.

Diſt. 14. q. 1 Tartaretus.

Reſurgens a peccato nō accipit maiorē gratiam quam prius habebat.

Peccatum eſt a quo aliquis reſurgendo per pęnitentiam poteſt in maiori, vel in minori charitate reſurgere. colligitur hæc propoſitio de mēte D. Tho. 3. ſent. diſt. 31. q. 1. art. 4. in ſolutione 1. quæſt. cui ſe oppoſuit Henricus probando quod reſurgentium a peccato vnus non reſurgit in maiori gratia quam alius, ſed omnes in ęquali, quia in pura negatione non eſt magis, & minus: ſed ſurgētes a peccato ſunt in pura negatione gratiæ, quia nullus eorum habet gratiam, cum omnes æqualiter ſint in peccato, & æqualiter mouentur ad iuſtificationem: ergo pri- B ma gratia iuſtificans tum ex parte Dei tum ex parte liberi arbitrij ęqualiter datur omnibus, & ſic omnis reſurgens inquantum reſurgens in æquali charitate reſurgit. Sed in hoc videtur Henr. ſatis præſumptuoſe loqui, quia videmus quod gratia ex parte ſubiecti poteſt recipere magis, & minus prout ſcilicet vnus perfectius illuſtratur a lumine gratiæ quā alius: cuius diuerſitatis ratio quidem eſt aliqua ex parte præparantis ſe ad gratiam, qui enim ſe ad gratiam magis præparat pleniorem gratiam ſuſcipit: ſed ex hac parte nō poteſt accipi prima ratio huius diuerſitatis: quia pręparatio ad gratiam non eſt hominis niſi inquantum liberum arbitrium eius præ- C paratur a Deo, vnde prima huius cauſa diuerſitatis eſt accipiēda ex parte Dei, qui diuerſimode ſua dona diſpenſat ad hoc, quod diuerſis gradibus pulchritudo, & perfectio eccleſiæ conſurgat, ſicut etiā diuerſos gradus rerum inſtituit, vt eſſet vniuerſum perfectū, & ſic falſum eſt quod Henr. aſſumit quod exiſtētes in peccato æqualiter mouentur a Deo ad iuſtificationem, & quāuis prima gratia qua homo iuſtificatur detur gratis, & ſine merito de cōdigno poteſt tamen ipſam præcedere meritū de congruo ſecundum quod maius eſt in vno quam in alio, & ſic etiam datur maior gratia, & maior charitas, de quibus lege D. Thom. 1. 2. q. 112. ar. 2. & q. 114. ar. 3 D & 2. ſent. diſt. 27. q. 1. ar. 4. & Capr. in 4. ſent. diſt. 14. q. 2. art. 3.

Quolib. 5. q. 23. Henr.

Gratia ſuſcipit magis, & minus.

Peccatum eſt a quo quis adultus reſurgens, conſequitur maiorem gratiam quam innocens, & aliquando innocenti dabitur maior quam reſurgenti a peccato. propoſitio colligitur de mente D. Thom. ex locis ſupracitatis, cui Henricus aduerſatur probans cuilibet reſurgenti a peccato dari ſemper maiorem gratiam, quam innocenti: quia ad iuſtificationem a peccato originali tantum, non requiritur ibi gratia præueniens ad inclinandum liberum arbitrium, neque præparatio poſitiua: ſed ſolum requiritur quod non ponatur obex: ſed in E adultis requiritur præparatio poſitiua, & gratia mouens: igitur adultis reſurgentibus a peccato actuali ſemper dabitur maior gratia quam innocētibus purgatis a ſolo originali: quę opinio ſtare nō poteſt primo, quia adultus poterit tam modice conari quod modica gratia dabitur ei, & minor quā paruulo cui datur gratia ſine conatu, & ſine diſpoſitione proprij liberi arbitrij: deinde paruuli quoque ſaltem ordine naturæ habent prius diſpoſitionem quandam poſitiuam cauſatam a Deo quæ eſt character, & ornatus, per quam diſpoſitionem poterunt innocentes conſequi maiorem gratiam quam reſurgentes, quia ſemper requiritur materia pręparata,

Quolib. 5. q. 23. Henr.

Opinio Capreoli de ornatu.

rit i, vnde licet Deus sit agẽs infinitæ virtutis, & nõ exigat materiam, vel dispositionem materiæ, quasi præsuppositam ex actione alterius causæ, sed tamẽ oportet, quòd secundum conditionem rei causandæ in ipsa re causet, & materiam, & dispositionem debitam ad formã, & similiter ad hoc, quòd Deus gratiam infundat animæ, nulla preparatio exigitur quam ipse non faciat, lege D. Tho. prima dist. 4. q. 1. art. 4. & Capreolum vbi supra. ex quibus facile veritatem propositionis inrueri poteris, quòd aliquando adultus resurgens à peccato actuali cõsequitur maiorem gratiam, quàm innocens purgatus ab originali, aliquando vero econtra erit, &c.

Dis. 30. ar. 2
Ariminen.

Peccatum originale non potest dici proprie habitus positiuus per modum qualitatis, aut alicuius formæ absolute inclinatiuus ad malos, & vitiosos actus: colligitur ista propositio ex prima secundæ, q. 82. art. 2. in qua voluit Greg. Arimin. habere controuersiam cum D. Tho. probando, quòd secundũ mentem Augu. peccatum originale sit quædã qualitas positiua, vel carnalis cõcupiscentia, seu fomes, vel vitium concupiscibilitatis per quod homo inclinatur ad actualiter concupiscendum, quia lib. 1. de nuptijs, & concupiscentijs ad valerium dicit, quòd dimittitur concupiscentia in baptismo non vt nõ sit, sed vt in peccatum non imputetur. & vocat ipsum peccatũ originale malam affectionem, & malam qualitatem, & languorem: male ergo assumitur in propositione quòd non sit quid positiuum. Sed positio Gregorij prouenit ex malo intellectu verborum August. qui vocabulum concupiscentiæ nõ sumit pro potentia concupiscibili, nec pro aliquo actu eius, nec pro aliquo habitu positiuo de genere qualitatis, sed pro quadam habilitate ad inordinate, & effrenate concupiscendum prouenientem ex dissolutione illius armoniæ in qua consistebat ratio originalis iustitiæ, sicut etiam ægritudo corporalis est quædam inordinata dispositio corporis secundum quam soluitur æqualitas in qua consistit ratio sanitatis, & sic large D. August. accipit quoq; malam affectionem, & qualitatem, quæ dicitur omne denominans aliud, siue sit quid absolutum, siue respectiuum, siue sit positiuum, siue priuatiuum. illud ergo quod non est de genere qualitatis, sed est quædam relatio, vel habitudo, aut ordo cum quadam negatione habitus positiui non potest dici habitus positiuus inclinatiuus potẽtiarum ad actum, sed peccatum originale est huiusmodi: igitur peccatum originale non proprie dicitur habitus positiuus, &c. de quo latius, vide D. Thom. in quæst. de malo, quæst. 4. art. 4. & Capr. secundo sent. dist. 30. quæst. 1. contra tertiam.

Rõ iustitiæ originalis in quo consistebat.

Dis. 30. q. 1.
Durand.

Peccatum originale est priuatio originalis iustitiæ: elicitur hæc propositio de mente D. Tho. prima secundæ, quæst. 82. art. 3. cui aduersatur Duran. probans peccatum originale non esse carentiã originalis iustitiæ, & sua potissima ratio est, quia tunc talis carentia fuisset in homine constituto in solis naturalibus. in quo tamen non fuisset aliquod peccatum, vel aliqua culpa, quia talis perfectio nõ fuisset debita haberi ab eo, omne autem malum est priuatio alicuius boni debiti inesse. Et decipitur Durandus, quia propositio Diui Thomæ nõ dicit esse solam carentiam, sed priuationem, quæ est negatio formæ, quam quis debet habere, & non habet, vnde

Sẽsus propositionis S. Tho.

A peccatum originale est cõtra duplex debitum, primo, quia homo caret iustitia originali, quam debet habere, secundo, quia habet inordinatam concupiscentiam, quam debet non habere, quæ conditiones non reperirentur in homine constituto in solis naturalibus, deinde priuatio originalis iustitiæ per quam voluntas subdebatur Deo est formale in peccato originali, inordinatio autem virium animæ est quasi materiale, quia peccatum originale proportionatur peccato actuali quo ad hoc, quia sicut peccatum actuale consistit in deordinatione actus, ita peccatum originale cõsistit in deordinatione naturæ humanæ, sed in peccato actuali est ali-
B quid quasi materiale, scilicet inordinata conuersio ad bonum commutabile, & aliquid quasi formale, inordinata auersio à bono incommutabili: igitur suo modo in peccato originali est aliquid, quasi formale, & aliquid quasi materiale, de quibus vide Diuum Thomam secundo sentẽtiarum, distin. 30. quæst. 1. art. 3. & Capreolum eadem distin. quæst. 1. contra quartam conclus. est propositio Anselmi, quòd peccatum originale est priuatio originalis iustitiæ lib. de conceptu virginali.

Cap. 6.

Peccatum originale prius est subiectiue in essentia animæ quàm in eius potẽtijs: ponitur hęc propositio prima secundæ, quæst. 82. art. 2. quam non
C vult audire Durand. & nititur probare peccatum originale esse subiectiue in potentijs aïæ priusquã in essentia, quia habitus, & priuatio habent esse circa idem, sed originalis iustitia, & peccatum originale sunt huiusmodi: ergo vbi erat iustitia originalis ibi debet esse peccatum originale, iustitia autem originalis est in potentijs animæ, quia erat rectitudo voluntatis ad Deum. & debitus ordo viriũ sensitiuarum ad rationem, modo illa rectitudo erat in voluntate, & debitus ordo in viribus sensitiuis, & sic non in essentia ipsius animę. Et deceptus est Durandus, quia iustitia originalis non solum includebat illa duo; scilicet rectitudinem vo-
D luntatis in ordine ad Deum, & virium inferiorum ad rationem, sed etiam includebat gratiam gratum facientem, quippe quæ gratia subiectiue est in essentia ipsius animæ, adde quòd iustitia originalis erat donum collatum naturæ, & ideo per prius erat in essentia animæ, & deinde in voluntate, & alijs potentijs, quia ab essentia animæ deriuatur ad potentias, & sic patet falsitas rationis, & veritas propositionis quandoquidem omne illud, quod per prius est in potentijs animæ, quàm in essentia est in anima secundum quòd comparatur ad obiectum, quod autem est in anima per comparationem ad subiectum per prius est in essentia
E animæ, quàm in potentijs, peccatum autem originale non est in anima per comparationem ad obiectum, sed per comparationem ad subiectum, quod est caro à qua infectionem trahit: ergo peccatum originale per prius est in essentia animæ, quàm in potentijs contra Durãdum: de qua re lege Diuum Thomam in disputatis de malo, quęst. 4. articu. 4. & Capreolum in quarto sententiarum dist. 31. q. 1. contra secundam.

Durand.

Iustitia originalis includebat gratiam gratũ facientem.

Peccatum originale causatur in anima virtute seminis infecti, vel à carne infecta: scribitur hęc propositio in disputatis de malo, q. 4. art. 6. Dur. & Scotus sustinent oppositum, quia lemen nunquàm

Dis. 31. q. 3 & 32. q. 1.
Durand.

fuit animatũ anima patris cum ſit aliquid relictũ, quod non eſt neceſſarium membro alendo: igitur ſemen nunquàm contraxit infectionem ab anima, qua nunquam perficiebatur, & ſic non poteſt cauſare peccatum originale, & deinde ſi quis formaretur miraculoſe de carne digiti nõ contraheret peccatum originale quod eſt contra Anſel. qui vult, quòd nõ eſt magis infectum ſemen quàm ſputum & ſanguis. Sed falſa eſt conſequentia illata, quia licet ſemen nunquàm fuerit animatum actu; poteſt tamen contrahere infectionem ideſt virtutem producendi carnem cum defectu perfectionis debitę ineſſe carni, & vltra virtutem intentionalem traductiuam peccati originalis in anima, tamen illa virtus non eſt qualitas habens eſſe ratũ fixum, & reale, & dato, quòd aliquis formaretur miraculoſe de digito quantumcũque infecto, non tamen contraheret peccatum originale, quia defectus reperti in tali homine non haberent rationem culpę, cum non ſint traducti ab eadem effectiue. nec eſt aliquo pacto hæc doctrina contra D. Anſ. qui intendit, quòd in ſemine non eſt aliqua infectio, quæ ſit culpa in actu pluſquam in ſputo hominis, vel eius ſanguine, non tamen negat quin in ſemine ſit culpa originalis in virtute, ſicut in cauſa inſtrumentali, & ſic cauſet peccatũ originale in anima, quod eſt ſenſus noſtræ propoſitionis, quia illud quod eſt cauſa effectiua, vel productiua alicuius naturæ, eſt cauſa productiua propriæ paſsionis conſequentis naturam, vel illius quod ſequitur eam quaſi propria paſsio, ſed ſemen patris eſt cauſa inſtrumentaliter productiua naturæ humanæ in prole, ad quam ſequitur peccatum originale in generatis ex Adam: igitur tale ſemen eſt productiuũ peccati originalis in animam, quæ inficitur per quãdam limitationem eius ad corpus, quia forma recipitur ſecundum diſpoſitionem materiæ, lege de hac re Diuum Thomam prima ſecundę, quæſt. 81. art. 4. & ſecundo ſententiarum, diſtinctione 31. quæſt. 1. art. 2. & Capreolum ſecundo ſententiarum, diſtin. 31. quęſt. 1. contra tertiam.

Lib. de concept. virg. Cap. 6.

Format' de digito non contrahit peccatum originale.

Peccatum originale habet pro pęna ſua propria priuationem diuinæ viſionis, extrahitur hęc propoſitio de mente Doctoris Angelici ex ſecundo ſent. diſt. 33. q. 2. art. 1. Cuius oppoſitum ſentit Gregor. Arimin. volens probare de mente Auguſtini fuiſſe, quòd pueri decedentes cum ſolo originali puniantur pœna ſenſus, Ait enim ipſe Auguſt. lib. de fide ad Petrum, firmiſsime tene, & nullatenus dubites non ſolum homines iam ratione vtẽtes, verum etiã paruulos, qui ſiue in vteris matrũ viuere incipiunt, & ibidem moriuntur, ſiue iam de matribus nati ſunt, ſi ſine ſacramento baptiſmatis, quod datur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti de hoc ſæculo tranſeunt, ignis æterno ſupplicio puniendos, quia & ſi peccatum propriæ actionis non habuerũt, originalis tamẽ peccati damnationem carnali conceptione traxerunt: conſtat autem, quòd ſuppliciũ ignis ęterni pęna illa eſt inferni, quæ dicitur pœna ſenſus. Et allucinatus eſt Greg. non intelligens dicta Auguſtini, qui nomine tormenti, & ſupplicij, & gehennę, & cruciatus, vel ſi quid ſimile in dictis Sanctorum inueniatur largo vocabulo accipiendũ venit pro pęna, vt ponatur ſpecies pro genere: ideo enim Sancti tali modo loquendi vſi ſunt, vt deteſta

Diſtin. 30. Cap. 27.

Ariminen.

Senſus verborũ Aug.

A bilem redderent errorem pelagianorum qui aſſerebant in paruulis nullũ eſſe peccatum, nec eis aliquã pęnam deberi, quia peccato naturali, & non perſonali debetur pęna naturæ, & non perſonæ, ſed peccatum originale eſt peccatũ naturale nõ perſonale priuatio vero diuinæ viſionis eſt pęna naturalis, pœna autem ſenſus eſt pęna perſonalis: igitur peccato originali debetur prima pęna, non autem ſecunda, adde etiam, quia nullus debet pati detrimẽtum in his quæ ſunt naturę, vel propriè naturalia, niſi propter peccatum perſonale, ſed pęna ſenſus eſt detrimentum eorum, quę ſunt naturæ: igitur ſoli peccato perſonali debetur: & deinde pœna ſenſus nõ de- B betur peccato in quo nulla eſt actualis cõuerſio ad bonum commutabile, ſed in peccato originali nulla eſt talis conuerſio: igitur patet veritas noſtræ propoſitionis aſſumptę de qua latius vide D. Tho. in diſp. de malo, q. 5. art. 2. & Capr. 2. ſent. diſtin. 33. q. 1. contra primam.

Peccatum originale tãtum habentes, & cum illo decedentes vllam doloris interioris afflictionẽ patiuntur: concluſio hæc ſumitur ex diſputatis de malo, q. 5. art. 3. Cui Duran. aduerſatur probãs pueros decedentes cũ ſolo originali pati afflictionem doloris interioris, & principalis ratio ſua eſt, quia licet pueri non baptizati, non habuerint in ſe aptitu- C dinem, aut proportionem ad cõſequutionem gloriæ, tamen habuerunt eam in ſua radice. ſ. in primo parẽte, & ideo ſicut filius militis, cui gratis collatũ eſſet imperiũ pro ſe, & pro tota ſua poſteritate doleret: ſi ob culpã patris priuaretur iure imperij, ita videtur, quòd pueri non baptizati doleant, ſi ſciãt ſe ex culpa primi parentis eſſe priuatos viſione diuinæ eſſentię ad quã perueniſſent niſi culpa patris impediuiſſet, & ita patiuntur afflictionem interioris doloris. Sed hæc ratio Duran. tenet apud illos, qui non vtuntur recta ratione, quia nullus vtens recta ratione dolet interiori dolore de hoc, ꝙ appræhendit, & iudicat eſſe iuſtum dignum, & rationabi- D liter factum, & quia paruuli vtuntur recta ratione, & ſciuit ſuã pęnam eſſe iuſtam, nec proprio demerito inductam, nec vllo modo potuiſſe illam impedire, nec vllo mõ cauſam illius fuiſſe, ſciunt deniq; diſplicẽtiam illius pęnæ nullo modo eis cõuenire, patiẽtiam vero in tali pęna eſſe laudabilem, & propterea non eſt mirum ſi de tali pęna non affligũtur & nullo modo dolent nulloq; modo impatienter, ſed patientiſsime tolerant attento, ꝙ multas diuinæ bonitatis perfectiones participant: adde quòd nullus interius affligitur de hoc de quo non cogitat, ſed paruuli decedentes cum originali ſolo non cogitabunt de viſione Dei, nec de priuatione talis E viſionis: igitur de hoc non affligentur, vide Diuum Thomam ſecundo ſententiarum, diſtin. 33. quæſt. 2. artic. 2. & Capreolum eodem lib. & diſtin. quæſt. 1.

Durand.

Paruuli vtũtur recta rõne quomõ ſit hoc.

Peccatũ nullo modo remitti poteſt ſine infuſione gratiæ, ſatis famoſa eſt hęc ꝓpoſitio apud Thomiſtas, & colligitur ex diſputatis de ver. q. 28. art. 2. in qua tñ Scot. Aur. & Dur. volũt habere controuerſiã, & nitũtur ꝓbare de potẽtia Dei abſoluta poſſe deleri culpã abſq; infuſione grę, & principale fundamẽtũ horũ eſt, quia priuatiue oppoſitorũ, alterũ neceſſe eſt ineſſe ſubiecto apto nato, ſed Deus poſſet facere, ꝙ aliqs eẽt ſine culpa originali, & actuali,

Diſ. 1. qõ. 7. 4. ſent.

Ioan. Dũs.

& ſine

& sine gratia, sicut si quis miraculose formaretur de limo terræ, vt Adã, talis enim non haberet culpã originalem, neque actualem, neque esset necesse, q̃ Deus daret ei gratiã, quòd etiam aliqui æstimauerunt de Adam in sua creatione: gratia ergo, & culpa originalis, vel actualis non opponuntur priuatiue, vt necesse sit semper alterum inesse subiecto, & si sic esset tunc Deus de potentia absoluta sua posset delere culpam absque infusione gratiæ. Verum hæc ratio licet concludat, quòd peccatum non sit formaliter sola priuatio gratiæ, includit tamen ipsam, ideo tolli non potest sine infusione gratiæ, vnde si Adam à solo statu naturæ cecidisset, secundũ illos qui ponunt ipsum esse creatum in puris naturalibus nihilominus ad expiationẽ infinitæ offensæ requireretur donum diuinæ gratiæ, quomodocunq; igitur gratia opponatur peccat, siue formaliter, siue virtualiter, priuatiue, siue demeritorie, aut quocunque alio modo ipsum deleri, & aboleri nõ potest sine infusione gratiæ gratum facientis, hinc homo ex quo peccauit non potest esse immunis à culpa, & reatu, & offensa Dei, & ab auersione, sine habituali gratia, vnde opposita assertio videtur esse temeraria, & hoc non solum est impossibile potentiæ Dei ordinariæ, immo potentiæ Dei absolutæ cum implicet contradictionem, & gratia sit causa formalis hominis iusti, vt patet ex sess. 6. Concilij Tridentini: concludamus igitur q̃ licet concedi possit q̃ homo antequã peccet possit esse sine gratia, & sine culpa, tamen post peccatũ non potest esse sine culpa nisi gratiã habeat, vide de hoc prima secundæ, q. 113. art. 2. & Capr. 4. dist. 1. q. 2. contra secundam, & D. Tho. etiam in 4. dist. 17. q. 1. art. 3.

Adam si à sola natura cecidisset si posset recõciliari Deo sine gratia.

Pœnitentia est sacramẽtum formaliter, habetur hęc propositio 3. par. q. 84. art. 1. cui aduersatur Dur. probans pœnitentiam non esse sacramentum, nec debere dici sacramẽtum pœnitentiæ, sed sacramentum confessionis, & absolutionis, quia in cõfessione, & absolutione consistit hoc sacramentum tanquam in sua materia, & sua forma, sed pœnitentia si accipiatur p̃ habitu vel actu interiori est ad hoc sacramentum præuia dispositio suscipientis, si aũt accipiatur pro exequutione pœnæ satisfactoriæ, sic est consequens ad hoc sacramentum, vnde pęnitentia quocunque prædictorum modorũ accepta nõ est intrinseca huic sacramento. Et hæc opinio Dur. stare non potest, quia cum vnumquodque sit denominandum à suo fine principali, quippe qui in hoc sacramento est per pœnam punire peccatum, & peccantem ad satisfaciendum Deo, & ad aboleudam offensam Dei, vnde omnia concurrentia ad hoc sacramentum habent rationem pœnæ, vt puta dolor contritionis, et rubescentia cõfessionis, ligamen sacerdotis ad pęnã, & labor satisfactionis. confessio, contritio, & satisfactio cõcurrunt ad completam punitionem pœnitentis, & ideo hoc sacramentum merito dicitur sacramentum pœnitentiæ, & hoc est secundum intentionem Beati Greg. vt habetur in decretis. can. 1. q. 1. sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit vt aliquid significatiue accipiamus: quod sane accipiendum est, manifestum est autẽ quod in pęnitentia ita res gesta sit, quod aliquid sanctũ significatur, tam ex parte peccatoris pęnitentia quàm ex parte sacerdotis absoluentis, nam peccator pęnitens per ea quæ agit, & dicit, ostendit cor suum à peccato recessisse, similiter etiam sacerdos per ea quæ agit, & dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccatũ, vnde manifestũ est, quòd pœnitentia quæ in Ecclesia agitur est sacramentum, lege D. Tho. in 4. senten. distin. 22. quæst. 2. art. 1. & Capr. distin. 14. quæst. 1. contra primam.

Dist. 14. q. 1. Duran.

Denominatio fit à fine.

Quęst. 1.

Pœnitentiæ sacramẽti propria materia sunt peccata: propositio hæc habetur 3. par. quæst. 84. art. 2. cui aduersatur Aureolus probans obiectum pœnitentiæ, non esse peccatum, sed pęnam, & ratio sua potissima est, quia sacramẽtum non habet pro materia, & obiecto illud quod corrumpit, sed pęnitentia corrumpit peccatum: igitur peccatum non poterit esse materia ipsius pęnitentiæ. Sed maior huius rationis est falsa quantum ad pęnitentiam quæ habet expellere peccatum effectiue, & operatur ad destructionem eius, prout est remissibile ex diuina gratia homine cooperante, & sic relinquitur, quòd remota materia ipsius pœnitentiæ sunt peccata nõ acceptanda, sed destruẽda, & detestanda, licet materia propinqua sint actus pęnitentis, vt habetur sess. 14. Concilij Tridentini vbi fit sermo de partibus, & fructu sacramenti pęnitentiæ, & docet, sunt autem quasi materia huius sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio confessio, & satisfactio, & ex hoc sumitur ratio, quia quandocunque alicuius sacramenti materia proxima est aliquis actus humanus exterior sensibilis eiusdem sacramenti materia remota, tamẽ propria est obiectum talis actus, sed materia proxima huius sacramenti pœnitentiæ est actus humanus per Conciliũ Tridentinum: ergo materia remota propria erit peccatum quod est obiectum talis actus humani sensibilis, qui est confessio peccati, de quo lege Capreolum in quarto vbi supra.

Aureolus.

Materia pœnitentiæ est duplex.

Cap. 3.

Pęnitentia habet partes suas, quę sunt cõtritio, confessio, & satisfactio: propositio hæc formaliter ponitur tertia parte, quæst. 90. art. 1. Cui aduersatur idem Aureolus probans, quòd nulla alia pars sit de essentia pœnitentiæ, quæ est sacramentum præter confessionem, quia hoc sacramentum potest esse sine satisfactione, vnde Papa potest committere simplici sacerdoti, quòd absoluat pœnitentem à pœna, & culpa, similiter sacerdos nullam tenetur iniungere pœnitentiam tanta posset apparere contritio in pęnitente, sed nullum sacramentum poterit esse sine partibus essentialibus eius, vel sine illis, quæ sunt de eius integritate: igitur non omnes illæ tres partes sunt de eius essentia, seu integritate. Quæ ratio Aureoli est nullius momenti, quia sacramentum pœnitentiæ non est perfectum, nisi pœnitens satisfaciat actu, vel proposito per se, vel per alium: nec valet illud quod adducitur de Papa, quia dum Papa dat tales indulgentias non tollit satisfactionem, sed pœnitentias Sanctorum in gloria, & eorum satisfactiones applicat taliter absolutis. de illo alio quod dicit, quòd tanta posset apparere contritio in pœnitente, &c. dicitur, quòd in tali casu in pœnitente esset satisfactio tripliciter, scilicet in proposito, & in signo, & in sui initio, patet ergo quòd cõtritio, confessio, & satisfactio sunt partes pœnitentiæ, non quidem subiectiue, quia partibus subiectiuis adest tota virtus totius simul, & semel, & æqualiter, sic etiam nec

Aureolus.

sunt partes potentiales, quia singulis partibus potentialibus adest totum secundum essentiam, & sic relinquitur, quòd tria prædicta sunt partes integrales ex quibus perfectio totius integratur, sed ex tribus prædictis integratur perfectio totius pœnitentiæ: ergo sunt eius partes integrales, de qua re lege D.Tho. 4. sent. dist. 14. q. 1.

Partes pœtentiales sūt tres.

Pœnitentia habet partes: breuior hæc propositio scribitur etiam à D.Tho. 4. sent. distin. 16. q. 1. art. 1. quæst. 1. in qua Dur. voluit habere controuersiam, & nititur probare, quod pœnitentia vt est sacramentum, non habeat pro partibus hæc tria nempe contritionem, cōfessionem, & satisfactionem, quia omne sacramentum dispensatur à ministris Ecclesiæ, secundum quamlibet sui partem, sed nec contritio, nec confessio, nec satisfactio confertur pœnitenti à ministris Ecclesiæ: sic ergo non quælibet earum est pars sacramenti pœnitentiæ. Quæ opinio Durandi stare non potest, nec est tuta cum expresse sancitum sit in Concilio Tridentino, oppositum, vt patet sess. 14. vbi dicitur si quis negauerit ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente quasi materiam sacramenti pœnitentiæ, videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur. ratio sua est nullius valoris, vt est videre vbi supra.

Duran.

Can. 4.

Propositio per se nota est, cuius prædicatum est de ratione subiecti: conclusio hæc est D.Thom. multis in locis suæ doctrinæ, & præcipue de veritate q. 10. art. 12. cui tamen multi aduersantur præsertim Aureolus, qui multis argumentis eam impugnat, & fortius est illud quo vtitur de niue, quia nix est alba est propositio per se nota, qui enim dubitat verum nix sit alba indiget sensu, & in hac propositione prædicatum non includitur in subiecto, immo videtur, quòd sit demonstrabilis à priori: ergo male fuit sic diffinita propositio, ita etiam sunt multæ propositiones, quæ sunt per se notæ, & prædicatum non est de ratione subiecti, vt cœlum est, terra est, &c. Sed isti decepti sunt non percipientes sensum D.Tho. qui noluit definire propositionem per se notam per hoc quòd prædicatum est de ratione subiecti, sed posuit causalem, dicendo, quòd ex hoc quòd prædicatum est de ratione subiecti fit propositio per se nota, quia quando vnū quatenus generalissimum negatur de alio est etiam propositio per se nota, vel si aliqui velint contendere illam esse definitionē oportet ipsam intelligere formaliter, vel virtualiter: quāquā argumentum suum non concludat, quia nix est alba nō est per se nota, quia in se non habet, vnde sufficienter cognoscatur cognitis rationibus terminorum, sed indiget aliquo extrinseco, nempe ipso sensu, quod est cōtra rationem propositionis per se notæ, & sic etiam illę aliæ propositiones cœlum est, terra est, immo de nulla creatura dici potest eam esse per se notam, quia nō indigent demonstratione, sed sensu, & experiētia cognoscuntur, de quibus lege D.Tho. p.p.q. 2. art. 1. & primo contra gent. cap. 10. & eorum expositores, & Capr. 1. sent. dist. 1. q. 1. contra primam.

Aureolus.

Propositio causalis.

Propositio hæc Deus est, est per se nota secundū se, nō autem quo ad nos, habetur etiam ista, vbi supra de ver. q. 2. art. 1. cui aduersatur Greg. Arimin. probādo oppositum huius, quia si esset per se nota, tunc, tam viator, quàm compræhensor naturaliter, cognoscerent eam, quia propositiones per se notæ naturaliter veniunt in mētē hominis, sed ista Deus est non naturaliter, sed gratuitę, & supernaturaliter in mentem compræhensoris, & per fidem in mentē viatoris causatur: igitur ista Deus est non est per se nota. Et deceptus est Greg. in hoc negotio, quia falsum est omnem propositionem per se notā venire naturaliter in mētem cognoscentis, nisi sit illa quæ non solum est per se nota quo ad se, sed etiam quo ad nos, vt omne totum est maius sua parte, verum quia in Deo idem est an est, & quid est, idcirco ista Deus est dicitur per se, & secūdum se nota, sed quia quidditas Dei nō est nobis nota, ideo quo ad nos non est nobis nota, sed indiget demōstratione, in patria autem vbi Dei essentiam videmus multo amplius erit per se nota, lege D.Tho. Caiet. & Capreolum, & Ferrariensem locis supra citatis.

1. sent. dist. 3. quæst. 2. Arimines.

Persona est nomen rei cui conuenit secunda intentio, sed non est nomen secundæ intētionis: scribitur hęc propositio à D.Tho. p.p.q. 29. art. 1. cuius oppositum sustinet Henricus multis argumētis, & præcipuum quo vtitur est, quia persona, & suppositum sunt idem, sed suppositum est nomen secundæ intentionis: ergo persona significat intentionem secundam. Et hoc motiuum est nullius momenti, sicut & cætera, quia licet eadem res sit suppositum, & persona, tamen vnū nominatur per nomen secundæ intētionis aliud per nomen primæ, sicut hoc nomen substantia dicitur dupliciter vno modo pro quidditate rei quam significat diffinitio secūdum quòd dicimus, quod diffinitio significat substantiam rei, quam quidem substantiam Græci vsiam vocāt, quod nos essentiam dicere possumus: alio modo dicitur substātia subiectum, vel suppositum, quod subsistit in genere substātiæ, & hoc quidem coīter accipiendo nominari potest nomine significante intentionem, & sic dicitur suppositū: nominatur etiam tribus nominibus significantibus rem, quæ quidem sunt res naturæ subsistentia, & hypostasis secūdum triplicem considerationem substantiæ sic dictæ, secundum enim quod per se existit, & nō in alio vocatur subsistentia, illa enim subsistere dicimus, quæ nō in alio, sed in seipsis existunt, secundum vero, quod supponitur alicui naturæ communi sic dicitur res naturę sicut hic homo est res naturę humanę secūdum vero, quod supponitur accidentibus dicitur hypostasis, vel substantia, & quod hæc tria nomina significant in toto genere substantiæ, hoc nomen persona significat in genere substantiarum rationalium, hanc veritatem vide 1. sent. dist. 25. q. 1. art. 1. & de potētia Dei, quæst. 9. art. 2. & apud Capreolū primo senten. distin. 23. quæst. 1.

Henric.

Substantia multa significat.

Persona diuina significat relationem per modū substantiæ, seu hypostasis: hæc propositio ponitur à Diuo Thoma prima parte, quæst. 29. art. 4. & declaratur ibidem sic, quòd relatio significatur à persona in recto, & essentia in obliquo, cuius oppositū sustinet Aureolus probans multis argumentis, & præcipuum est, quia nunquā constitutum, in recto significat constituentia, sed essentia, & relatio quantumcunq; sit subsistens respiciunt personam, sicuti cōstituētia: ergo persona siue hypostasis cōstituta nullū horū significat in recto quātūcūq; sint idem, quòd hypostasis vel persona. Sed hoc argumentum est nul-

Aureolus.

eſt nullius momenti falſa aſſumitur maior cum homo ſit conſtitutus ex animali, & rationali, & tamen ſignificat illa, & licet ſint diuerſæ opiniones inter doctores, tum antiquos, tum modernos etiam inter Thomiſtas de ſignificato perſonæ diuinæ, nihilominus hæc eſt rei veritas ſuſtinenda, quòd de ratione formali diuinę hypoſtaſis eſt relatio originis quamuis non iſta vel illa, & ſic tuendum eſt oppoſitum trium dictorum quē docet Scotus 1. ſent. diſt. 23. & 25. vbi vult, quòd nomine perſonæ in diuinis nō ſignificatur relatio, nec ſubſtantia prima, aut ſecunda, nec aliquid poſitiuum quidditatiuũ ipſis diuinis perſonis, quæ opinio eſt falſiſſima, q̄a vt dictum eſt ſignificat relationem originis in communi non per modum relationis, ſed hypoſtaſis, lege D. Tho. de potētia Dei, quæſt. 9. art. 4. & 1. ſent. diſt. 23. & diſt. 26. & Caiet. p. p. vbi ſupra, & Capr. in primo diſt. 25. q. 1. contra tertiam.

Opin. Scoti eſt falſa.

Perſona eſt quoddam commune pluribus, non communitate generis, aut ſpeciei, ſed ſicut indiuiduum vagum: elicitur hęc propoſitio ex p. p. q. 29. art. 4. cuius oppoſitum habet Aureolus, & principale fundamentum eius eſt, quia ſi perſona eſſet communis tribus, ſicut indiuiduũ vagum, ita eſſet communis ſicut aliquis Deus; ſed hoc non eſt verum, quia ſecundum hoc dici poſſet, quòd Pater Filius, & Spiritus Sāctus ſunt tres Dij, ſicut dicimus quòd ſunt tres perſonæ. Et deceptus eſt Aureolus, quia non eſt ſimile de hoc indiuiduo vago aliquis Deus & de iſto indiuiduo perſona, quia primum ſignificat indiuiduum ex parte naturæ, & ideo non plurificatur, quia natura non plurificatur, ſed aliud. ſ. perſona ſignificat indiuiduum ex parte modi exiſtendi qui competit indiuiduo, & ille modus plurificatur in diuinis. ſ. indiuiſio in ſe, & diuiſio ab alio, quælibet enim perſona habet ſuam indiuiſionem in ſe, & diuiſionem ab alio. ſ. per negationem, ideo nō eſt mirum ſi tale indiuiduum plurificatur, & cum omne ſignificans diſtinctum incommunicabile plurificetur in diuinis, & ſit quoddam cōmune, ſed perſona eſt huiuſmodi: igitur &c. & cū hæc communitas non ſit generis, neq; ſpeciei, ſequitur, quòd ſit indiuidui vagi, vide D. Tho. de potentia Dei, q. 9. art. 6. & 1. ſent. diſt. 25. q. 1. & Capr. eodem libro, & eadem diſt. q. 1. contra quintam.

Aureolus.

Indiuiduũ ex parte naturę, & modi.

Perſona diuina conſtituitur, & diſtinguitur relatione ſubſiſtēti: colligitur hæc propoſitio ex p. p. q. 40. art. 2. cui aduerſatur Greg. Arim. multis argumentis, quorum præcipuum eſt, quia nulla perſona conſtituit ſeipſam, quia omne conſtituens eſt cauſa conſtituti, & idem non eſt cauſa ſuiipſius, ſed relatio eſt idem quod perſona: igitur diuina perſona non cōſtituitur per relationem. Controuerſia hæc cōmunis eſt inter doctores, & antiqua, q̄a præpoſitiuus voluit, quòd perſonæ diuinę ſeipſis diſtinguūtur, propter ſuam ſimplicitatem, & hanc ſequutus eſt Greg. Scotus docuit, quòd cōſtituuntur per proprietates incōmunicabiles. S. Bonauentura arbitratur diuinas perſonas diſtingui p̄ origines. Durandus tenet, ꝙ per ipſam relationem, vt relatio eſt. Aureolus complicat eſſentiam, & relationem, & ꝙ ex his perſona reſultat D. Th. ait, ꝙ relatio realis ex hoc ꝙ eſt relatio diſtinguit realiter diuinas perſonas, & conſtituit in eſſe relatiuo, ſecundò, ꝙ relatio realis inquātum huiuſmodi non diſtinguit ſua extrema in eſſe ſuppoſiti, nec conſtituit ea in eſſe ſuppoſiti, aut perſonæ: tertiò, ꝙ relatio inquantum eſt diuina eſſentia habet, ꝙ illa quę diſtinguit relatiue diſtinguat tāquam duo ſuppoſita, & ꝙ illud quod conſtituit ſit ſuppoſitum naturæ rationalis, & conſequenter ſit perſona, ita, ꝙ diſtinctio, & cōſtitutio conuenit relationi reali inquantum relatio realis, ſed ꝙ illud diſtinctum per relationem ſit ſubſiſtēs, vel ſuppoſitũ, aut perſona, hoc facit relatio inquantum eſt diuina natura ſubſiſtens, & intellectiua, inquātum etiam talis relatio eſt incommunicabilis, ex quo ſoluitur modo argumentum Greg. quia nō eſt inconueniens conſtituens, & conſtitutum in diuinis eſſe idem realiter non tamē formaliter, vnde paternitas eſt idem ſecūdum rem, ꝙ ipſe pater cauſa etiam poteſt eſſe idem ei cuius eſt cauſa, vt patet de cā formali, lege D. Th. de potētia Dei, q. 10. ar. 4. & 4. lib. cont. gēt. c. 24. & Capr. in 1. ſent. diſ. 26. q. 1.

1. ſent. diſt. 26. q. 1.

Perſona vna diuina eſt in alia ratione eſſentiæ relationis, & originis: ſcribitur hæc propoſitio p. p. q. 42. art. 5. cui aduerſantur Henr. & Varro probantes vnam perſonam non eſſe in alia ratione relationum, quā opinionem fortificant Dur. & Scotus, & hoc multis argumentis quorũ pręcipuum eſt, quia vnum oppoſitum non eſt in alio per rationem oppoſitam, ſed diuinæ perſonæ ſunt oppoſitæ per relationes: ergo vna nō eſt in alia per relationem: ſoluunt etiam rationes D. Tho. quibus probat ſuam concluſionem, & ait Henr. ꝙ vna perſona eſt in alia eo modo quo aliquid dicitur eſſe in alio per partē, quæ ſit aliquid eius in quo eſt, & illud quo vna eſt in alia eſt diuina eſſentia. Scotus diſt. 19. docet, ꝙ ly eſſe eſt modus ſubſiſtentis quod eſt in ſubſiſtente, huius autem inexiſtentiæ ratio totalis eſt eſſentia, & relatio ſimul, qui modus non eſt formaliter aliquis eorum quos poſuit Ariſt. 4. Phyſ. Aureolus eadem diſt. aſſerit, ꝙ vna perſona eſt in alia re, & intellectu, quia paternitas nō poteſt eſſe, nec intelligi, ſine filiatione, ſicut nec ſine eſſentia, dicit quoq; ꝙ vna eſt in alia, ſicut totum in toto, & ratio huius eſt ipſa diſtinctio. Dur. vero q. 2. vult, ꝙ huius ratio eſt eſſentia, eo ꝙ eſt vna omniū, & ꝙ iſte modus reducitur ad modum, quo natura eſt in ſuppoſito. ſed ꝙ omnes iſte opiniones ſint falſæ patet, quia in perſonis non eſt niſi tria conſiderare. ſ. eſſentiam relationem, & originem, oportet, ꝙ ſecundum iſta vna perſona ſit in alia, vt docet D. Tho. cuius rationes Caiet. ſubtiliſſime defendit p. p. vbi ſupra: ratio adducta eſt nullius momenti cum teneat de inexiſtētia ſecundum rem, de hac. n. D. Tho. non dicit relationem eſſe cauſam inexiſtentiæ, ſed loquendo de eſſe ſecundum intellectum affirmat S. Doctor relationem eſſe rationem inexiſtentiæ in relatiue oppoſitis, vide de hac re Capr. 1. ſent. diſ. 19. q. 1.

Varro.

In ſumma.

In perſonis diuinis tria conſiderantur.

Potentia obedientialis eſt habitudo creaturæ ad diuinam potentiam: colligitur iſta propoſitio ex dictis Diui Thomę pluribus in locis ſuæ doctrinæ, & præcipuè ſecundo contra gentes, cap. 22. Cui aduerſarij contradicunt, præcipue Scotus ponens potentiam naturalem, violentam, & neutram: Aureolus quoque multis argumentis nititur ipſam deſtruere, quia ſi daretur iſta potentia obedientialis, ait ipſe tunc eſſe aliquod poſitiuum, ſed hoc eſt falſum, quia tunc illud poſitiuum æque haberet rationem creati, ſicut, & illud ſuper quo fundaretur,

Baſſolus.

& ideo non plus esset in potestate creatoris, immo æque esset in ipsius obedientia creaturæ fundantis huiusmodi positiuum, sicut & illud; deinde creaturæ antequàm essent, dicebantur esse in plena obedientia creatoris, & tamen non ratione alicuius positiui, cum penitus nihil essent. Sed D.Tho. diuersimode loquutus est de ista potentia, aliquando ait, quòd est capacitas creaturæ, secundum ordinem diuinæ potentiæ cui omnis creatura obedit ad nutum, tertia parte, quæst. 1. art. 3. de potẽtia Dei, q. 6. art. 1. ait, quòd in natura creata est potentia ad aliqua fienda per diuinam potentiam, quæ inferior potentia facere non potest, & ista vocatur potentia obedientiæ secũdum quam quælibet creatura obe- B dit creatori: primo senten. distin. 42. qõ. 2. art. 2. habetur, quòd Deus materiæ indidit duplices rationes seminales. s. & obediẽtiales per quas omnes res natę sunt obedire Deo, vt fiat ex eis quicquid ei placuerit: sed tenendum est, quòd propria opinio Diui Thomæ de potẽtia obedientiali est quòd obedientialis potentia est aptitudo rei ad hoc, vt in ea fiat quicquid faciẽdum ordinauerit Deus, & secundum talem potentiam anima nostra dicitur in potentia ad beatitudinem pollicitam, & finem supernaturalem: argumenta Aureoli soluuntur ex multiplicitate obedientialis potẽtiæ, quia quædam est ad recipiendum, & ista conuenit materię, & loco, & C potentijs passiuis, & talis non est in omni creatura, quia non quolibet potest recipere, alia est ad esse, vel non esse, & talis est in omni creatura per comparationem ad Deum: prima est potentia realis, sed secunda est non repugnantia terminorum, vel habitudo ad diuinam potẽtiam: de hac re vide Diuũ Thomam de potentia Dei, quæst. 3. art. 1. & Caiet. in proprio quæsito de potentia obedientiali, & Capreol. 1. sent. dist. 42. q. 1.

Doctrina angelica de potẽtia obedientiali

Potentia peccandi quãtum ad positiuum quod importat est à Deo, non autem quantum ad defectum quem connotat: scribitur hæc propositio secundo sententiarum, dist. 44. q. 1. art. 1. Cui aduer- D santur Scotus, Aureolus, & Dur. probantes potentiam peccandi esse à Deo non solum quo ad positiuum quod importat, sed etiam quo ad defectum quem connotat: & præcipua ratio horum est, quia quicquid creatura habet in se formaliter totum habet à Deo effectiue, aliàs non tota entitas creaturæ esset à Deo, sed potẽtiam peccandi inhærentem libero arbitrio creatura ipsa habet in se formaliter, ex sua enim natura habet quòd possit esse conformis primæ regulę, & difformis indifferenter, quia nec est prima regula, nec essentialiter conformitas ad primam regulam: ergo potentia peccandi est hoc modo effectiue à Deo. Et in hac parte E Aureolus non intellexit sensum suę rationis: nullus vnquàm dubitauit, quòd quicquid entitatis bonitatis, & perfectionis habet creatura in se vel ex se formaliter totum habet à Deo effectiue, nõ tamen oportet quòd omnem imperfectionem, quam habet in se vel à se formaliter habeat à Deo effectiue, aliàs omnes deformitates & inordinationes actuũ malorum essent effectiue à Deo quod est impium dicere: modo potentia peccandi quantum ad defectibilitatem, vel ordinem ad actum defectibilem, aut fundamentum talis ordinis non dicit quid positiuum, aut ad perfectionem pertinens, nec pertinet ad naturam liberi arbitrij, sed ad eius defectũ, quia illa defectibilitas non est natura, neque pars naturæ, neque passio positiua eius, neque priuatio immediate fundata in eo, & quia omne ens positiuum, & actiuum, & principium actionis necesse est esse à Deo, sed potentia peccandi quantum ad id quod potentia est dicitur esse huiusmodi: igitur quantum ad illud dicitur esse à Deo, defectus tamen implicitus in potentia peccandi est ex hoc quòd illa potentia, & eius subiectum est ex nihilo, & creaturam esse ex nihilo non habet causam effectiuam, quia sublata omni causa efficiẽte, vel omni actione, & causatione causæ efficientis adhuc creatura esset nihil, vel ex nihilo: igitur hic defectus non poterit esse ex Deo, lege D.Tho. de ver. q. 24. art. 8. & Capr. 2. sent. dist. 44. q. 1.

Ioan. Duns

Deformitas non est à Deo effectiue.

Potentia peccandi fundatur in libero arbitrio ex hoc quod est ex nihilo: elicitur hæc propositio ex quæstionibus de malo q. 3. art. 1. cui aduersatur Aureolus probans oppositum, quia si hæc est causa quòd creatura peccat, videlicet, quòd est ex nihilo quæritur est causa proxima, aut remota, sed neutro modo dici potest: igitur falsa positio: non primo, quia posita causa proxima ponitur effectus, & sic statim omnis creatura peccaret cum sit ex nihilo: non secundo modo, quia causa remota non est sufficiẽs causa peccandi. Et defecit hic vir in intelligẽdo sensum verborum Sancti Thomæ, ait enim S. Doctor quòd potentia peccandi in libero arbitrio pullulat ex tribus primum est, quia est in se bonum particulare recipiens admistionem potentiæ, cuius particularitatis, & permistionis radix est ex nihilo, secundum est, quia liberum arbitrium ordinatur ad bonum absolute, & vniuersaliter non tãtum ad aliquod particulare bonum: tertium est, quia non habet actiones naturaliter determinatas respectu vniuersalis boni, sed indeterminatas, & multifarias & hæc omnia simul dicũtur causa proxima peccandi, prout deficit, sicut est quoddã defectiuum non causatũ à Deo, & est doctrina D. Aug. lib. 83. quæst. vbi vult, quòd potentia deficiendi defectu naturæ, vel pœnæ est à Deo quantum ad illud quod habet de ratione potentiæ passiuæ: non autem quantum ad aptitudinem ad defectum, & malum, quia illa aptitudo consequitur creaturam ex hoc quod est ex nihilo, & Deus non est causa tẽdendi in non esse vide D.Tho. q. 48. art. 6. & Capr. vbi supra.

Aureolus.

Potentia peccandi tria habet.

Practicus habitus vt distinguitur contra speculatiuum non dicitur ab opere interiori quod manet infra intellectum, sed de opere exteriori, prout omne opus sequẽs electionem dicitur praxis: elicitur hæc propositio ex prima secundæ, quæst. 57. art. 1. cui aduersantur nõnulli, & præcipue Ant. & Greg. Arim. probãtes actum intellectus esse vere praxim, & habitum ordinatum ad illam esse practicum, & sic habitus practicus dicitur etiam de opere interiori, & vtuntur multis argumentis, & præcipuum est hoc, quia logica, & rethorica sunt practicæ, & istæ solum dirigunt actum intellectus: ergo habitus dicitur practicus ab opere interiori nedum ab exteriori. Verum opinio istorum secundum rei veritatẽ est falsa, quamquã probabiliter posset sustineri secundum diuersos doctores, nam aliqui voluerũt vt fuit Eustr. 1. Ethic. quòd praxis primò est operatio cuiuslibet virtutis, tã naturalis quàm liberę: secundò,

Arimin.

Diuersæ opiniones de praxi.

dò,quòd eſt operatio cognoſcentis,vt cognoſcens eſt, tertiò,quòd eſt operatio exiſtens in poteſtate hominis, quartò,quod eſt operatio nata conformiter elici dictamini recto: & hanc opinionem ſequutus eſt Greg. Arim. in prologo q. vltima: Scotus videtur velle ꝙ praxis nihil aliud eſt quàm actus à voluntate elicitus priuo vel ſecũdo impetu. Ochã verò docet ꝙ eſt operatio in voluntatis poteſtate conſiſtens ab intellectu conſiderata, reſpectu cuius poteſt eſſe electio. Durã. etiam in prologo docet, ꝙ eſt operatio ab actu practico elicita, & directiua operationis, qua obiectum conſtituitur inquantũ directiua, & non inquantum cognitio: ſed opinio quæ tenenda eſt, eſt ꝙ praxis eſt operatio volũtatis libera cõtradictorie, ſiue ſit elicita, ſiue imperata, & falſum eſt, ꝙ logica, vel grãmatica ſint practicæ, licet in eis ſit aliquid per modum cuiuſdã operis, puta cõſtitutio ſyllogiſmi aut orationis congruæ, aut opus numerandi, vel menſurandi, & ideo quicunq; habitus ſpeculatiui ad huiuſmodi opera rationis ordinantur, dicuntur per quandam ſimilitudinem artes. ſ. liberales, vide D. Tho. 3. ſent. diſt. 23. q. 2. art. 3. & de ver. q. 14. art. 4. & Capr. in prol. q. 2.

Logica nõ eſt practica

Prędeſtinatio eſſentialiter pertinet ad intellectum: ſcribitur hæc propoſitio p. p. q. 23. art. 1. cuius oppoſitum ſuſtinet Aureolus probans prędeſtinationem magis pertinere ad volũtatem, quàm ad intellectum, quia illud formalis eſt in prædeſtinatione, quod plus exprimit deſtinationem hominis in ſalutem, cum prædeſtinare ſit deſtinare in ſalutem, ſed ad volũtatem ſpectat deſtinare hominem in ſalutem, & non ad intellectũ, cum Deus velit omnes homines ſaluos fieri: igitur falſa eſt propoſitio ſuſcepta. Et decipitur Aureolus in hoc, quia cum vnius, & eiuſdem effectus plures cauſæ eſſe poſſunt vna quæ dicitur dirigens, & eſt intellectus, altera dicitur imperans, & hæc eſt voluntas, quia forma, vt eſt in intellectu tantum non determinatur ad hoc, ꝙ ſit vel non ſit in effectu, niſi per voluntatem, vnde intellectus ſpeculatiuus nihil dicit de operando, ſed potentia eſt cauſa, vt exequens, quia nominat immediatum principiũ operationis: & quia ſolius rationis eſt dirigere, vel ordinare, idcirco prędeſtinatio conſiſtit in actu rationis dirigentis, vel ordinantis in finem, ſed tamen ad directionem in finẽ præexigitur voluntas: ob hoc prædeſtinatio principalius attribuitur rationi, quàm voluntati, licet pertineat ad voluntatem quoq; tanquam cauſam imperantem non tamen dirigentem, & hoc concludit ratio adducta, vide D. Tho. de veritate, quæſt. 6. art. 1. & Capreolum 1. ſent. diſt. 40. q. 1. art. 1.

Aureolus.

Cauſa dirigens imperans, & exequens.

Prædeſtinatio nullam neceſsitatem abſolutã imponit prædeſtinatis ad ſaluandũ quin quilibet eorum poſsit damnari: tamen iſta copulatiua non eſt poſsibilis iſte eſt prædeſtinatus, & iſte non ſaluabitur. habetur hæc propoſitio 1. ſent. diſt. 40. q. 3. ar. 1. cui aduerſatur Aur. dicens, ꝙ iſte modus ponendi inducit deſperationem hominibus, quia ſicut aliqui ſunt prædeſtinati, ſic & alij reprobati: quando autem aliquid eſt immutabile facta aliqua ſuppoſitione fatuum eſt conari ad immutandum illud, donec ſtat conditio illa, vnde conatus immutare volentis debet eſſe ad tollendum illam conditionem, ſicut ſi neceſſe eſt, quòd ſortes moueatur ſi currat, qui vult impedire ne moueatur, oportet eum impe-

Diſ. 40. q. 1. art. 4.

Aureolus.

A dire ne ſortes currat, ſed manifeſtum eſt, quòd prædeſtinatio, & reprobatio prout in Deo ſunt noſtro conatu impediri non poſſunt: ergo ſi ſtantibus illis impoſsibile eſt quin ſaluetur iſte, & damnetur ille, & ſic fruſtra qui dãnatus eſt ad oppoſitum conatur, vnde datur homini materia deſperandi, & negligẽdi ſeipſum, & tollitur omnis exhortatio ſalutaris, & perſuaſio, & ſacramentorum perceptio. Sed hæc opinio ſtare non poteſt, quia licet prædeſtinatio ſit certa, tamen libertas arbitrij non tollitur ex qua contingenter prouenit effectus prædeſtinationis, & quamuis Deus non poſsit non prædeſtinaſſe, quem prædeſtinauit in ſenſu compoſito, B tamen abſolute conſiderando Deus poſſet eũ non prædeſtinare, neque ex hoc tollitur certitudo prædeſtinationis, & ratio ſolum probat quòd ille qui ſaluatur immutabiliter ſaluatur, ſic quòd non poteſt mutari de prædeſtinato in reprobatum, ſimiliter ille qui damnatur immutabiliter damnatur, ſic quòd non poteſt mutari de reprobo in prædeſtinatum, & ideo fatuum eſſet conari, vel conſiliari quomodo hoc vel illud mutaretur, nõ tamen probat quòd prædeſtinatus ineuitabiliter, & neceſsitate abſoluta ſaluetur, ſic quòd non ſit in poteſtate alicuius, quin talis ſaluetur, prędeſtinatus enim poteſt talia facere, quòd ipſe nunquàm fuit prædeſti- C natus, licet nõ poſsit mutare ſuam prædeſtinationem, & debet conari ad faciẽdum bona, nec debet negligere ſeipſum: proportionaliter dicitur de reprobato, non enim poteſt caſſare, aut mutare, aut impedire ſuam reprobationem, tamen quia iſtud ſupponit quòd primo fuiſſet reprobatus, & poſtea prædeſtinatus, poteſt tamen facere, quòd non ſit reprobatus, quia poteſt aliqua facere cum quibus non ſtat reprobatio perſeuerando, & bene operando vſq; in finem ſuæ vitæ, licet multis alijs vijs poſſit declarari hęc materia, vt eſt videre apud Caiet. p. p. q. 22. & 23. & apud Capr. vbi ſupra art. 3.

Reſolutio de prędeſti natione.

Prædeſtinatorum numerus eſt certiſsimus Deo D tam formaliter quàm materialiter: ſcribitur hæc propoſitio prima parte, quęſt. 23. art. 7. cuius oppoſitum docet Aureolus, & principale argumentum quo vtitur eſt hoc, quia ille qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire non videtur à ſeipſo limitare numerum ſaluandorum, ſed Deus eſt huiuſmodi, vt ait Apoſtolus: ergo Deus non limitat numerum ſaluandorum, & ſic aliunde eſt hæc limitatio. Et tamen hæc opinio Aureoli eſt contra Diuum Auguſtinum libro de correctione, & gratia, vbi habet quòd certus eſt prædeſtinatus numerus, qui neque augeri, neque minui poteſt, & ratio ſua eſt nullius valoris, quia maior E propoſitio eſt vera ſi intelligatur de voluntate conſequente, nõ autem ſi intelligatur de voluntate antecedente: quocunque autem modo ſumatur ſemper minor ad intellectum maioris eſt falſa, & ideo argumentum non valet, cum enim dicitur Deus vult omnes homines ſaluos fieri, hęc propoſitio tripliciter exponitur primo, vt ſit diſtributio accommoda, ſecundũ hunc ſenſum Deus vult ſaluos fieri oẽs homines, qui ſaluantur: ſecũdo vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorũ, & non pro ſingulis generũ, ſecundũ hunc ſenſum Deus vult de quolibet ſtatu hominum ſaluos fieri mares, & fœminas iudæos, & gentiles, non tamen omnes de ſingulis

Diſ. 40. q. 1.

Aureolus.

Diſtributio accõmoda.

statibus. hi modi exponendi sunt D.Augu. tertio exponitur secundum Dam. quòd intelligitur de voluntate antecedente, non de voluntate consequente, quæ quidem distinctio non accipitur ex parte diuinæ voluntatis in qua nihil est prius vel posterius, sed ex parte volitorum, lege D.Tho.p.p.q.19. art.6.& Capr. vbi supra contra octauam.

Prædicamentum est talis conditionis, & naturæ quod omne illud, quod in eo reponitur habet quidditatē differentē à suo esse: elicitur hęc propositio ex prima parte, q.3.ar.5.& primo cōtra gentiles, cap.56.& de potentia Dei, q.7.art.3.& 1.sent. dist.8.q.4.art.2.cuius oppositum docet aduersarij D.Tho. & præcipue Aureolus, & inter alia motiua (Aureolus.) B quibus vtitur hoc est vnum, quia stante veritate illius propositionis, sequeretur ꝙ nulla creatura esset in prædicamento, cum in creatura esse non differat ab essentia, sicut nec in creatore. Et falsissima est hęc opinio, ꝙ in creaturis esse, & essentia sint idem cum realiter differant, & tantum in ipso Deo identificentur, (Esse & essentia sunt idē tātū i Deo.) & quia omne, quod est in genere habet quidditatem differentem ab esse, sicut homo, humanitati.n.ex hoc, quòd est humanitas non debetur esse in actu, potest.n.excogitari humanitas, & tamen ignorari an aliquis sit homo, & ratio huius est, quia omne quod prædicatur de his quæ sunt in genere prædicat quidditatem, cū genus, & species C prædicētur in eo quòd quid, illi autem quidditati non debetur esse nisi per hoc quod suscepta est in isto, vel in illo, & ideo quidditas generis, vel speciei non communicatur, secundū vnum esse omnibus, sed solum secundum vnam rationem communem, vnde constat, ꝙ esse eius non est sua quidditas. lege Caie. de ente & essentia, c.5.& Capr. 1.sen. dis.8.q.2.

Principium nō dicitur vniuoce in diuinis secundum quod dicitur Deus principium personę diuinæ, & creaturæ, sed analogice. scribitur hæc propositio primo senten. distin.29.q.1.art.2.cuius oppositum docet Aur. probans nomen principij vniuoce (Aureolus.) dici in diuinis de principio essentialiter, & de prin D cipio notionaliter dicto, quia secundum æquinoca non est comparatio, vt docet Arist. 7.Phys. (Tex.24.) sed Augustinus comparat hæc duo principia adinuicem, ait enim 5.de Trin. quòd pater, & filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, (Cap 6.) sicut tota Trinitas est vnum principium creaturæ: ergo ratio principij videtur ibi esse vniuoca. Sed hæc ratio apparet esse nullius momenti, quia ad hoc, quòd secundum aliquid fiat comparatio sufficit illud esse analogum, nec oportet, quòd sit vniuocum, quia quæ secundū analogiam dicuntur, secundum proportionem dicuntur, vt ait Philosophus 1.Ethic. (Cap.3.) ponendo exemplū, quòd sicut in corpore est visus, ita in anima est E intellectus, similiter August. non comparat principium notionale, & essentiale in ratione principij, sed in ratione vnitatis, & quia processio creaturarum exēplatur à processione diuinarū personarū, vnde absolute considerando per prius dicitur principium respectu personæ, quàm respectu creaturæ ex hoc redditur falsa opinio Aureoli, lege D.Tho. p.p.q.33.art.1.& Cap. 1.sent.dist.29.q.1.

Proprietates quædā in diuinis personis ponēdę sunt quæ notificant personas ipsas. ista propositio habetur p.p.q.32.art.2.cui aduersatur Greg.Arim. (Dis.27.q.1. Ariminēsis) multis arg.& pręcipuū est, quia si quælibet persona A habet aliquam proprietatem præter communem essentiā, quæ est diuinitas, sequitur quòd quælibet trium personarum præter cōmunem diuinitatem habet etiam propriā diuinitatē, & sic in Trinitate erūt quatuor diuinitates vna.s.cōis, & tres ,ppriæ, & vna persona erit alius Deus ab alia propter illam propriam diuinitatem quam sola includit: hæc autem sunt erronea: igitur nō sunt ponēdæ istę proprietates: probatur cōseqētia ex eo, quòd impossibile est esse in Deo aliquā entitatem, quæ non sit Deus, alioquin sequeretur, ꝙ diuina persona non esset Deus, sed eius pars esset Deus. Quæ ratio decepit Greg. non intelligentem particulam illam ly (Resolutio.) præter quæ potest dicere conceptionem aut exclusionem alicuius alterius secundum rem, & sic antecedens illius cōditionalis, nō valet, nec propositio assumpta hoc ponit. s. quòd præter communem diuinitatem, sit aliquid aliud realiter in persona diuina: vel poterit excipere aliud secūdum rationem, & sic persona diuina in intellectu suo nō solum includit diuinitatem communem, imò relationem, nec tamen oportet dicere, quòd quęlibet persona habeat suā propriam diuinitatem, vel ꝙ relatio illa non sit diuinitas secundum rem, nam optime stant simul quòd quælibet illarū relationū sit diuinitas, & tamen non sunt ibi tres Dij, aut tres diuinitates, & has proprietates cogūtur ponere Theologi, tum propter instātiam hæreticorū, tum propter diuersos respectus personarū, vide D.Tho. 1.sent. dis.29. q.1.art.1.& Capr. dist.28.q.1.

Prouidentia est ratio ordinis rerum in finem in mente diuina existens: elicitur hæc propositio ex p.p.q.22.art.1.cuius oppositum docet Aur. probās (Aureolus.) ipsam prouidentiam esse actum diuini intellectus talem ordinem excogitātis, quia prouidentia propria nō est illud quod prouidetur, sed potius actus cognitiuus quo prouidetur, sed manifestum est, ꝙ ratio ordinis rerum in finem est illud quod Deus in rebus prouidet: ergo ratio ordinis non est ipsa prouidentia in mente diuina, sed potius diuinum intelligere quo ordo huiusmodi prouidetur. Sed valde allucinatus est in hac parte ipse Aureolus assumēdo minorem falsam, quia ratio ordinis rerū in finē existens in mente diuina nō est illud quod prouidetur, sed est illud quo ,puidetur rebus, quia in rebus potest duplex ordo cōsiderari vnus secundum, ꝙ egreditur res à suo principio, alius secūdū (Ordo duplex.) quod ordinatur ad finē, dispositio pertinet ad illū ordinem quo res progreditur à principio, dicūtur enim aliqua disponi secūdum, ꝙ in diuersis gradibus collocantur à Deo, sicut artifex diuersimode collocat partes sui ædificij, vnde dispositio ad artē pertinere videtur, sed prouidentia importat illum ordinē, qui est ad finē, hinc Boetius dixit, ꝙ prouidentia est ipsa diuina ratio in summo omniū principe cōstituta quæ cuncta disponit, (4.de cons.) lege D.Tho.de ver.q.5.art.1.& Capr. 1.sent.dist.40.q.1.

Prouidētia Dei nullā necessitatē absolutā imponit rebus prouisis contingentibus: colligitur hæc propositio p.p.q.22.art.4.& 3.contr.gent.c.72.cui se opponit Aur. quia oē quod infallibiliter eueniet (Aureolus.) immutabiliter eueniet, detur enim ꝙ possit mutari euentus, igitur falli potest ne ponatur ille euētus, idē.n.importatur ,p infallibiliter euenire, & immutabiliter: sed certitudo diuinæ ,uidētiæ de necessitate

ſitate concludit, quod omnes effectus prouiſi quātuncunque contingentes infallibiliter ſunt futuri, detur enim oppoſitum ſtatim ſequitur quod diuina prouidentia non ſit infallibiliter certa: ergo certitudo diuinæ prouidentiæ concludit, quod effectus quantuncunque contingentes, ſic euenient quod mutari non poſſunt, & ſic ſunt neceſſarij. Et non animaduertit Aureolus, quomodo dupliciter intelligi poteſt aliquid infallibiliter euenire, vno modo, quod illud veniet, & non poteſt mutari de venturo in nō venturum, & iſto modo eſt verum quod omnia quæ ſunt futura ſecundum ordinem primæ cauſæ immutabiliter euenient, ſi enim Deus diſpoſuit aliquid eſſe futurum illud non poteſt mutari de futuro in non futurum niſi forte per poſitionē futuri in actu, ſecus eſt de futuro ſecundum ordinē cauſæ ſecundæ, nam aliquid nunc eſt futurum ſecūdum diſpoſitionem cauſarum ſecundarum, & ſi illæ cauſæ tollantur antequam producant effectum illud quod erat futurum deſinit eſſe futurum, non tamen ponitur in actu: alio modo poteſt intelligi aliquid immutabiliter euenire, quia ſcilicet illud eueniret, & nō eſt in poteſtate alicuius facere quin illud eueniet, & ſic non eſt verum, quod omnia futura immutabiliter eueniant, non enim idem importatur per infallibiliter euenire, & per immutabiliter euenire iſto modo ſumptum, quia multa euenient libere, & contingenter, immutabilitas enim non excludit contingentiam, & libertatē, vnde non ſequitur, quod omnia euenient neceſſario ſiue ſint neceſſaria. vide Capr. vbi ſupra. ar. 3.

Dupliciter euenit aliquid infallibiliter.

Purgatorium negantes loquuntur alienum a fide, & contra diuinam iuſtitiam. Vulgatiſsima eſt propoſitio inter Doctores catholicos; & ſcribentes pro S. Thomam 4. ſententiarum, cui propoſitioni contrariantur multi hæretici: vt ſunt vualdenſes Ioannes vuiclef Ioannes Huſſ. etiam fuit antiquus error Græcorum, & Armenorum dicētium nullum eſſe locum Purgatorij: in quo animæ ab hac luce migrantes purgentur a ſordibus, quas in corpore contraxerunt, antequam in æterna tabernacula recipi mereantur; aliqui alij hæretici dicunt dari purgatorium: ſed diſtinguunt de Purgatorio dicentes purgatorium eſſe Chriſtum, vel eius paſsionem: vt ait Apoſt. ad Hæbreos Purgationem peccatorum faciens; & Ioannes Euangeliſta, ecce qui tollit peccata mundi: ſecundo dicunt purgatorium dici afflictionem temporalem huius vitę: vt ait Propheta, tranſiuimus per ignem, & aquam: & deduxit nos in refrigerium: & hoc pacto hæretici dicunt dari purgatorium, ſed neſcientes ſenſum propoſitionis loquuntur, quia propoſitio intelligitur de purgatorio, quod eſt locus quidam quaſi carcer, in quo detinentur animæ, vt purgentur poſt hanc vitam, & purgatæ deinde per illam pęnam ad cœlum ipſum peruenire poſsint: & quamuis Lutherus fateatur dari hoc modo purgatorium, negat tamen illud oſtēdi poſſe ex ſacris literis, & docet in ſua falſa doctrina animas in hoc purgatorio exiſtentes adhuc mereri, & demereri poſſe; & non eſſe ſecuras de ſua ſalute, & ſemper peccare quærendo requiem, & horrendo pęnas. Rei tamen veritas eſt iuxta fidem catholicam purgatorium dari, & eſſe dogma fidei: quod paret, quādoquidem quatuor modis probamus aliquid eſſe de fide, primo, quia expreſſe habe

Diſt. 21. q. 1 art. 1. q. 1.

Cap. 1.
Cap. 2.

A tur in ſacris literis; ſecundo quia euidenter deducitur ex his quæ habentur in ſacra ſcriptura, tertio cū oſtēdimus aliquid viua voce eſſe traditum ab Apoſtolis. 4. quādo deducimus aliquid per euidentem cōcluſionem ex verbo tradito, & omnibus his modis probatur dari purgatorium a diuerſis doctoribus, & etiam quatuor generibus argumentorum primo ex ſacris literis, ſecundo ex ſanctis patribus tertio ex concilijs, quarto ex rationibus. Nam ſecūdo lib. Machab. expreſſe habemus dari purgatorium in illis verbis, ſancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, &c. Deinde adeſt veritas ipſa apud Matth. dicens, quicunque dixerit verbum cō- B tra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum non remittetur ei neque in hoc ſeculo neque in futurum, quibus verbis ſatis aperte oſtendit aliquas culpas eſſe, quæ in alio ſeculo remittuntur. Nam ſi nulla culpa in alio ſeculo, non remitteretur: quid opus erat addere, neque in futurum? ſatis enim erat dicere non remittetur ei in hoc ſeculo: probatur etiam ex Concilio florentino celebrato ſub Eugenio quarto ad quod græci cum ſuo Imperatore, & Patriarcha conſtātinopolitano conuenerunt; & in hoc concilio fuit deciſum animas pęnis purgatorijs purgati: probatur etiam ex conſenſu omnium patrum, & græcorum, & lati- C norum, qui volunt pro animabus defunctorum eſſe orandum: & deinde eſt traditio omnium Chriſtianorum deriuata ab Apoſtolis, vt oremus pro mortuis: & quia diſputatio hæc de purgatorio eſt difficilis, cum plurimas difficultates in ſe contineat, & primo de quæſtione, an ſit purgatorium, ſecundo an ipſum eſſe ſit dogma fidei: tertio de perſonis, quæ in purgatorio degunt an omnes ibi ſint etiam iuſti, an peccatores omnes, an quidam tātū. quarto de ſtatu earum perſonarum an poſsint dānari vel non, quinto an mereri, & peccare poſsint: ſexto de loco vbi ſit purgatorium: ſeptimo de tempore quando incepit, & quando finiet purgatoriū, D octauo de ipſa pęna qualis ſit, an pœna ignis an viſio dæmonum: nonum an iuuari poſsit precibus noſtris. & demum eſſet diſputatio de ſepultura, ſi cadauera ſepeliri debent cum honore, vt facit Eccleſia, & quia longum eſſet hæc omnia ad viuum reſerare, ſufficit nobis loca inſinuare vbi hæc omnia pertractantur, & primo per concilia, ſecundo per patres, tertio per ſcholaſticos doctores: cōcilia ſunt plurima quæ de purgatorio verba faciunt, vt eſt apud Eccleſiam Africanam in qua celebratum fuit concilium Carthaginenſe, & apud Eccleſiam Hiſpanam, vt habetur concilium Brāchar- E enſe: & apud Eccleſiam Gallicanam in qua habetur concilium gabilonenſe: & apud Eccleſiam Romanam habetur concilium ſextum Romanum ſub Simmaco Papa: & apud Eccleſiam Germanicā habetur concilium vormacienſe, & deinde adeſt concilium lateranenſe generale ſub Innoc. tertio, & concilium florentinum, & tridentinum, quæ omnia exprimunt veritatem de purgatorio, & omnes eccleſiæ per ſuas liturgias orant pro defunctis: Adſunt etiam, & omnes patres præſertim Ciprianus lib. 4. Epiſtolarum: Hieronymus. lib. 1. contra pelagium Ambroſius, & pſalterium: Auguſtinus lib. 2 de geneſi contra Manicheos: Gregorius 4. dialogorum: Boetius ſeuerinus lib. 4. de cōſolatione: Beda in pſal-

Cap. 12.
Cap. 12.
Pſal. 36.
Cap. 39.

Psal. 37. in psalterium Isidorus lib. 1. officiorum: Petrus Damianus sermone 2. de S. Andrea, Anselmus in 1. Cap. 18. Chorinti, Bernardus sermone de Vmberto Monaco: Ioannes Roffensis contra articulos lutheri. Ioa- Cap. 19. nes galerius lib. de oratione pro defunctis, Ioânes Echius scripsit libros quatuor de purgatorio: Magister sententiarum in 4. sententiarum, & vnà cum ipso omnes scholastici, & Caietanus in opusculis Dist. 21. 45. suis Tomo primo, Alphonsus de Castro verbo pur- tract. 23. gatorium, & quàm plures allj quos breuitatis causa relinquo.

Purgatorium est locus inferior coniunctus in- Dist. 21. q. 1 ferno. Habetur hæc propositio ex S. Thom. 4. sentē- art. 1. q. 2. tiārum: cui propositioni plurimi aduersantur, præsertim Philo Iudæus libro de cōgressu, & Origenes vt narrat Hieronymus lib. Epistolarum. Hi enim voluerunt infernum, & purgatorium animarum nil aliud esse quam conscientiam nostram, quæ accusat, & accusando punit peccata nostra, quæ sententia est falsa, quia sequeretur non minus animā peccatoris esse nunc in inferno; quam post mortē: sed scriptura sacra aperte docet apud lucam post mortē diuitis animam deduci in infernū ergo, &c. Cap. 16. Et secunda sententia est dicentium nullum esse proprie locum corporeum animarum, sic Aug. aliquā- Cap. 33. do docuit lib. 22. de Genesi ad literam: quæ sententia non est magni facienda, nec vera quia 2. lib. retrat. hoc retractat: vbi ait etiam in illis libris esse Cap. 24. plura quæsita: quam inuenta, tertia sententia fuit er tot quidam antiquissimus purgatorium siue infernum esse hīc vitam præsentem quando sumus in Circa finē. corpore: vt in carcere quodam; sic antiquissimi hæretici, quos refellit Hieronymus lib. 5. quarta sententia opposita isti est dicentium purgatorium animarum esse statum quemlibet ipsarum post hanc vitam, quia dum in corpore sunt existunt in luce, cum videant, & cognoscant, & dum sunt extra corpus sunt in tenebris, cum non videant: nec videan- Cap. 16. tur. hunc errorem etiam refellit Theophilatus in lucam. quinta sententia est dicentiūm purgatoriū animarum esse vbi anima peccauit, quæ sententia est Aug. lib. de spiritu, & anima: qui falso inscribi- Cap. 4. tur Aug. & habetur Tom. 3. & hæc sententia partim est falsa partim vera: quod enim animæ aliquæ puniantur in varijs locis, satis aperte colligitur ex Gregorio 4. Dialogorum: testatur enim animam Pascasij Diaconi punitam fuisse in locis Puteolanis tanquam in purgatorio; & ex Petro Damiano lib. de miraculis habemus animam seuerini punitam esse in quodam flumine: ita quod non est omni ex parte falsa hæc sententia: sed quod omnes puniantur in locis vbi peccarunt non est verum, quia Paschasius peccauit Romę in electione Pontificis, & tamē puniebatur puteolis, & seuerinus peccauit in palatio Imperatoris, & tamen puniebatur in flumine, sexta sententia fuit aliorum dicentium purgatorium esse supra terrā in aere caliginoso: vbi versantur dęmones, sic ait Gregorius Nissenus libro de resurrectione, & anima: Idem Chrysostomus hom. de præmio Beatitudinis circa finem 3. tom. sic etiā & author operis imperfecti in Matth. cui sententiæ non parum fauet nobilis visio fuluij, quam refert Hom. 53. Beda lib. 3. Hist. Anglorum si quidem animæ illi Cap. 19. ostensi sunt tres maximi globi flammarum, & Angelus dicebat seruari ad mundi conflagrationem: & interim seruari ad puniendas animas. Hanc sententiam omnino refellere non possumus; quia non est credibile omnes animas puniri in aere caliginoso. septima sententia est aliorum dicentium purgatorium, & infernum esse vallem Iosaphat, hoc sensisse quosdam veteres testatur Chrysostomus Hom. de præmio beatitudinis: & Gregorius lib. 4. Dialogo rū fundamentū istorum est, quia Christus in Euan- Cap. 42. gelio passim vocat locum pęnalem animarum esse gehennam: gehenna autem propriè vallis Iosaphat, vel coniuncta eum illa dicitur. Sed isti decipiuntur; quia Dominus noster similitudinarie sub nomine gehennæ intelligit infernum, cum gehenna sit illa vallis in qua offerebantur sacrificia demonibus: & est plena cadaueribus: hinc ergo sequitur propositionem S. Thomæ esse verissimam, purgatorium secūdum communem legem esse locum inferiorem coniunctum inferno; licet secundum diuinam dispēsationem, vel ad instructionem viuorum, vel ad subuentionem mortuorum aliquas animas puniri in diuersis locis. Et hæc est sententia communis omnium theologorum in 4. sent. & adest authoritas saluatoris apud Matth. vbi vocat hunc locum cor Dist. 45. terę: non est sepulcrum, aut locus supra terram: sed imus profundissimus, qui est medium, & centrum terræ: etiam Apost. ad Philipp. ait vt in nomine Ie- Cap. 12. su omne genu flectatur celestium terrestrium, & infernorum, & vbi sint isti inferni explicat Ioânes in Cap. 2. Apocalip. vbi ponit eandem diuisionem, neque in cęlo neque in terra. Hireneus quoque libro quin- Cap. 5. to in vltimis verbis asserit Christum descendisse ad partes terræ inferiores, vbi erant animæ redemptę. Hæ autem animæ non erant nisi in limbo Patrum, & in Purgatorio, & Tertulianus in Apologia vocat Cap. 45. gehennam concauum ignis subterraneum esse thesaurum animarum, quia ibi purgantur. Igitur purgatorium est sub terra. sic etiam Cirillus de recta fide ad Theodosium dicit, Christum cum redijt ab inferis redijsse a subterraneis specubus; Arnobius lib. 2. contra gentes docet non errasse Platonem, cum dicit infernum esse sub terra. Idem etiā docet Eusebius emissenus 2. oratione de pascate. Ambrosius in capitulum quartum ad Ephesios dicit Christum, vt prędicaret mortuis, descendisse ad cor terræ. Idem ponit Hieronymus in capitulum nonum Zaccharię, & decimū quartum Esaiæ: Aug. 2. lib. retractationum capitulo de inferis magis dicere debui, quod sub terris sint, quam rationē quare ita sit: Gregorius 4. dialogorum etiam si Cap. 24. non audeat affirmare prorsus, tamen dicit senten- Cap. vlt. tiam esse probabilissimam omnium infernum esse sub terra: Damascenus libro tertio, & Beda in li- Cap. 7. brum Iob idem asserunt infernum esse sub terra; accedit quod in mūdo sunt variæ eruptiones ignis sulphuris in varijs locis; & has dicit Gregorius 4. Cap. 30. dialogorum esse in dicia inferni: et est apud Puteolos: & apud insulam Siciliæ, & Islandiæ, quæ in verti ce habet niuem, & circum circa habet ignem. si ergo infernus est sub terra, & purgatorium est ei coniunctum, verissima concluditur suprascripta propositio.

Persona Diuina constituitur, & distinguitur relatione subsistenti colligitur, hæc propositio ex p. p. q. 40. artic. 2. cuius oppositum multi Theologi 1. sent. dist. sustinent præsertim Gregorius Arim. asserens nul- 26. q. 2. lam

lam personam se ipsam constituere, quia consti- A
tuens est causa constituti; & idem non est causa sui
ipsius, sed relatio est idē quod persona diuina: igi-
tur diuina persona non constituitur per relationē.
verum cum negocium hoc sit satis arduum, & diffi
cile, propterea varij varia dixerunt. Vnde præposi-
tiuus docuit diuinas personas se ipsis distingui.
Scotus vero: per proprietates incōmunicabiles no-
bis incognitas: Sanctus Bonauentura per origines.
Durandus per relationes vt relationes sunt: Aureo
lus voluit nec dum relationem concurrere ad con-
stitutionem diuinarum personarum, sed etiam
ipsam essentiā: ex quibus omnibus redditur dubi-
tabilis propositio S. Thomæ quā interpretans Caie B
tanus dixit relationem dupliciter accipi posse, vno
modo vt concepta, alio modo vt exercita, qua di-
stinctie stante vult personas cōstitui per relationes:
vt conceptæ, siue vt formæ constitutiuæ sunt, & in
actu signato, non per relationes in actu exercito, cō
tra quam opinionem obijcit ferrar. lib. 4. cont. gen.
Cap. 26. multa: id circo melius docet Capreolus hanc mate
Dist. 26. q. riam, primo sententiarum conformiter ad Marsi-
vnica. q. 40. lium, & Ioannem de Ripa: vt Bartolomeus de Tor-
art. 4. res Episcopus Carnariensis in commentarijs. p. p.
relationem diuinam distinguere realiter, & consti-
tuere in esse relatiuo, vt relatio est, quia paternitas
constituit patrem in esse patris reduplicatiue per C
subsistētiam, tanquam per vltimum actum, ad quā
subsistentiam, sequitur ipsum tanquam actus inse-
quens ipsam personam, per quem refertur ad suum
correlatiuum; & hinc est quod Sanctus Thomas di-
cit diuinas personas constitui per subsistencias di-
uinas scilicet primario, & relationes secundario, &
licet subsistentia, & relatio; & persona sint idem rea
liter, tamen secundum nostrum modum concipien
di dicuntur distingui; & etiam penes magis: & mi-
nus expressum, cum non possimus ex imbecillita-
te nostri intellectus eas intelligere nisi ad modum
aliarum rerum materialium: ex his apparet sensus
propositionis; & solutio motiui Gregorij, & Arim. D
de quibus omnibus lege Capr. vbi supra.

Peccatum est actus humanus contra legem ęter-
nam: scribitur hęc propositio p. 2. q. 71. art. 6. Cuius
oppositum sentire videntur aliqui aduersarij San-
Dist. 35. q. cti Thomæ: vt Scotus 2. sent. & Gabriel, & Marsilius
25. & Henricus de Gādauo quolibet primo, & fuit an-
Cap. 3. tiqua opinio Althisiodorensis lib. 2. suæ summæ
tract. 26. quem sequitur Driedo lib. de captiuitate;
& redemptione humani generis tract. 2. omnes isti
videntur aduersari S. Thomæ in hoc: quod volunt
materiale in peccato esse quid positiuum; formale
vero quid priuatiuum, & rationis: sed ex proposi-
tione Sancti Thomæ, quod peccatum sit humanus E
actus habetur formale in eo esse positiuum, quam
impositionem pulchre exponit Caietanus in locū
ex quo desumpta est propositio asserēs malum du-
pliciter sumi, primo absolute & simpliciter, vt cæci-
tas & mors; & hoc pacto malum dicitur esse, quid
priuatiuum: alio modo sumitur malum moraliter
& est illud, quod non est malum per se, & simplici-
ter, sed potius quoddam bonum & ens, dicitur ta-
men malum huic; sicuti habitus intemperantię sim
pliciter est ens & bonum secundum suam essentiā;
tamen est malum hominis, quemadmodum frigi-
ditas simpliciter est ens, & bonum, tamen est quod

A dam malum igni; & istud malum formaliter est in
specie positiua, sicut intemperantia & frigus: Ca-
preolus 2. sententiarum distin. 23. asserit peccatum q. vnica ar-
duo includere priuatiuum, & positiuum: sed vnum tic. 3.
dicit in recto; & aliud in obliquo: in recto dicit cō-
uersionem quæ est quid positiuum a Deo causatū,
in obliquo dicit priuatiunē nullo pacto a Deo cau-
satam. Ferrarien. lib. 3. cont. gent. docet constitu- Cap. 9.
tiuum formale ipsius peccati esse positiuū: sed non
solum, quia simul cū priuatione; pro ut substat pri-
uationi debitę rectitudinis in esse. Hispani de nu-
mero quorum est Franciscus de Victoria voluerūt
peccatum posse considerari dupliciter: vel secundū
B esse genericum, & sic est quid priuatiuum vt cæci-
tas: secundo potest considerari secundum esse spe-
cificum, & hoc pacto est quid positiuum: quia sic
dicit ordinem ad obiectum indebitum: sicut rela-
tio dupliciter considerari potest, primum quātum
ad esse, ad præcise, & sic est ens rationis, alio modo,
vt dicit talem relationem videlicet prædicamenta-
lem, & sic est ens reale, & positiuum. Melchior cano
aduersabatur huic doctrinæ, volēs peccatum in ge-
nere mali simpliciter, & quid priuatiuum: sed in ge
nere mali naturalis dicitur esse quid positiuum vt
docebat Caietanus, dilucidatio tamen huius rei
consistit in hoc iuxta doctrinam Sancti Thomæ,
C quia cōstitutiuum formale peccati non est sola pri
uatio rectitudinis debitę: sed est quid positiuum,
sed non præcise, quia cōcurrit etiam priuatio recti-
tudinis: & hoc vult Sanctus Thomas. p. p. dicens ma q. 48. art. 1.
lum in moralibus esse differentiam constitutiuam:
pro ut est quoddam bonum adiunctum priuatio-
ni alterius boni: etiam in quæst. de malo scribit pri-
uationes esse duplices: alias quæ consistunt in pri-
uato esse vt cæcitas, & mors; alias vero quæ consi-
stunt in priuari: vt ægritudo, quæ est via ad mortē.
& ophthalmia quæ est via in cæcitatem, & istas qui
dem secundas priuationes interdum docet esse cō
trarias: ideoque similiter malum esse contrarium,
D quia non priuat omni bono: sed aliquid de bono
remouetur; & sic formale constitutiuum peccati se
quitur non esse solum priuatiuum contra Scotum;
nec solum positiuum contra Caiet. quia si peccatū
est actus contrarius legi ęternæ; & contrarium de-
bet esse quid positiuum, peccatum etiam necesse
est positiuum quid dici, quod clare docuit Alexan q. 12. mer. 1
der Alensis 2. 1. suæ summæ. Nec est tantum posi-
tiuum: sed etiam quid priuatiuum; vt ex authorita-
te sanctorum Patrum vno ore dicentium habemus
peccatum esse nihil, sic docuit Leo Papa scribēs ad Cap. 6.
Thuribium Episcopum Epistolam 93. & Augusti-
nus nono libro de ciuitate Dei, & in Ioannem Cap. 10.
E explicans illa verba sine ipso factum est nihil, dicit
sine Christo factum est peccatum; quod est nihil, Cap. 4.
sic etiā docet Damasc. lib. 2. fidei orthodoxę, & An Cap. 16.
selmus lib. de casu diaboli, ex quibus patet quo-
modo peccatum est quid positiuū, quia humanus
actus ex cōsequenti est volūtarius elicitus; vel impe
ratus, & etiam est quid priuatiuum: quia est malus
actus carens debita commensuratione, & hoc vo-
luit Augustinus quando dixit peccatum est dictū,
vel factum, vel concupitum: hæc omnia dicūt, quid
positiuum. addit deinde contra legem æternam, ex Cap. 8.
plicans illud priuatiuū: sed non præcise. De quibus Artic. 4.
omnibus lege Caietan. vbi supra S. Thom. 3. cont. Cap. 113.
gent.

gent. & in quæst. de malo, & in opusculo. 3.

Peccatum originale materialiter est concupiscẽtia, formaliter vero est defectus originalis iustitiæ.

q.83. art.3. Assertio hæc ponitur in propria forma à S. Thom. 1. 2. cuius oppositum multi docuerũt, & præsertim

Cap.7. Pelagius quem refert Beatus Augustinus lib. 3. de

Cap.9. meritis peccatorum, hic enim voluit originale peccatum nil aliud esse nisi imitationem transgressionis adę. origenes libro primo periarchõ docuit originale peccatum esse culpã commissam ab anima ante hanc vitam. Cornelius Agrippa voluit temporibus nostris peccatum ipsum originale esse concupiscẽtiam deriuatam a primis parentibus: quia peccatum ipsorum fuit luxuria; quandoquidem cum statim peccauerint erubuerunt; & consuerunt ipsis folia ficus. Matthias flaccus Lyuicus, vt refert Franciscus Turrianus scripsit originale peccatum esse quandam formam substantialem naturæ hominis super additã. Impius lutherus prdicauitę originale peccatum esse fomitem carnis, & potentiarum inordinationũ quam in nobis experimur, & hoc

Cap.7. voluit Apost. ad Rom. sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. Ambrosius Catherinus opusculo de casu hominis voluit originale peccatum esse quandam iniustitiam extrinsecam a qua nos peccatores dicimur: sicuti a iustitia, quæ est in Christo homines iusti dicuntur: ita per illũ actũ, quo Adam peccauit homines per denominationem extrinsecam peccatores appella-

Dist.30.q.3. ri debent. Durandus 2. sent. scripsit peccatum originale secundum suam essentiam nil aliud esse quã indignitatem habendi iustitiam originalem, & reatum: & hinc nasci in peccato originali est oriri cum obligatione adhibendi iustitiam, & indignitate

Dist.30.p.p. q.22. ad illam. Greg. Arim. 2. sentent. sic Gabriel, & Henricus de Gandauo quolibet primo, Driedo libro de gratia, & libero arbitrio omnes isti voluerũt originale peccatum esse qualitatem quandam animo inhęrentem, & ex morbida qualitate carnis prouenientem: & in hoc sequuti sunt mag. senten. Alex.

q.122. Alens. p. 2. quem secutus est Scotus voluit originale peccatum esse priuationem iustitiæ originalis; quam sententiam arbitror esse falsam sicut & cæteras suprascriptas, quandoquidem priuatio originalis iustitiæ in Adam non fuit peccatum: sed peccati effectus, ergo nec in nobis. Præterea in pueris baptizatis nõ remanet peccatum originale, tamen in eis manet priuatio originalis iustitiæ: ergo &c. Deinde Deus effectiue abstulit originalem iustitiam: eaque voluit homines priuari: ergo huiusmodi priuatio non est peccatum: alioquin Deus fuisset causa peccati voluissetque peccatum, quod est absurdum: ex falsitate ergo harum opinionum patet veritas pro-

q.82. art.3. positionis S. Thomæ, quam exponens Caietanus in 1. 2. docet originale peccatum nõ dicere solam priuationem, sed habere aliquid positiui ad mistum, sicut ęgritudo, quę est qualitas, non composita aut collecta ex pluribus qualitatibus dissonis naturæ ęgri, sed dissonans in principale parte. Ferr. qui secutus est Capreolum in hoc docet originale peccatum, primo dicere priuationem iustitiæ originalis, & secundario priuationem subiectionis volũtatis in Deum, & recti ordinis voluntatis ad obiectum. Dominicus Sotus, & Barth. Medina volunt peccatum originale, primo quo ad formale non esse pri-

A uationem illius Doni: sed primarij effectus, qui prouenire debuerat a iustitia originali: alij iuniores ex Thomistis docent originale peccatum formaliter esse priuationem gratiæ, & charitatis: & includere auersione a Deo tanquam a fine supra naturali', non autem naturali, propter pueros in limbo existẽtes, qui diligunt Deum, vt finem naturæ. verum cũ negotium hoc sit arduum, & difficile, non est mirũ si in varias sententias prolapsi sunt doctores: id circo vt veritas huius negotij clarius a nobis habeatur, dicimus secundum veram doctrinam Sancti Thomæ priuationem esse duplicem; vnam formalem, quæ est negatio in subiecto apo nato, vt cæcitas, & tene

B bræ: alteram causalem, quæ causat eam negationem veluti recessus solis dici cõsueuit priuatio luminis, quia causat negationẽ luminis in aere: sic dicimus modo formale peccati originalis esse priuationem non primo modo, sed secundo, & hoc non respectu doni, sed effectus primarij illius doni, quia priuatio doni est pęna potius, quam culpa: & sic constituitur in ratione mortalis per auersionem habitualem à Deo vltimo fine, tam supernaturali: quod constat, quam naturali: quia non potest homo in peccato existens diligere Deum super omnia, vt finem naturæ. Materiale verò ipsius peccati originalis dicitur concupiscentia, non quod ipsa sit subie-

C ctum denominationis: neque quia subst et maliciæ peccati originalis, sicut actus peccati actualis substat priuationi rectitudinis debitæ: sed quia est effectus dimanans a ratione formali eius, & per concupiscentiam non solum intelligimus inordinationẽ appetitus sensitiui, sed etiam voluntatis: quandoquidẽ sicut inordinatio appetitus, quia est effectus proueniens a peccato originali, dicitur materiale eius peccati, ita etiam inordinatio voluntatis, cum sit effectus dicetur materiale, & ista concupiscentia non est amor terrenorum: vt aliqui voluerunt; nec addit aliquam qualitatem supra inclinationem potentiarum: sed dicit solam priuationem iustitiæ ori-

D ginalis, & causabat in voluntate rectum ordinem ad obiectum, & subiectionem voluntatis ad Deũ, & virium inferiorum ad rationem, & priuationem dominij, quod habebat homo super alias creaturas: & hinc est quod peccatum originale aliquando dicitur habitus corruptus, aliquando inordinata dispositio proueniens ex dissolutione, in qua consistebat ratio originalis iustitiæ; aliquãdo vocatur languor naturæ, aliquando peccatum mundi: iuxta illud Ioannis Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi, quod singulariter dicitur; quia ex parte causæ fuit vnum numero; sed virtualiter est multiplex: iuxta illud. Ecce enim in iniquitatibus con- Cap.1.

E ceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, quia in eo fuerunt plures deformitates scilicet superbię, inobediẽtiæ, gulæ, curiositatis: & aliæ huiusmodi; & omnes istę fuerunt in nobis voluntarię; voluntate principij, & capitis: ex quibus omnibus patet quis sensus propositionis. de qua lege S. Thomam vbi supra.

Prudentia nõ potest esse sine virtute morali: scribitur huiusmodi propositio. 1. 2. q. 48. ar. 5. cui aduersatur Scotus probando, quod non necessario 36. q. vnic. quęlibet virtus est connexa cum sua prudentia, immo, quod ratio potest esse recta, & electio praua, & tunc prudentia potest esse sine virtute morali, &

potissi-

Scotus. potissima ratio Scoti est, quia intellectu recte dictan- A te voluntas potest nihil eligere sicut potest non eligere illud quod dictatur ab intellectu, quia simul mouetur ratio ab hoc & ab illo intellecto, nihil autem eligendo non generatur in ea aliqua virtus, sed ex recto dictamine generatur prudentia: ergo generabitur prudentia absque virtute morali. Sed hæc ratio est nullius momenti, quia licet intellectu recte dictante consiliando, & iudicando duntaxat, possibile sit voluntatem nec bene, nec male eligere, tamen impossibile est intellectum recte, & firmiter & immutabiliter consiliando indicando præcipiendo dictare circa totam materiam prudentiæ, aut agibilium immo circa vnam partem prudentiæ, & mate- B riæ moralis, nisi prius ordine naturæ appetitus recte, & firmiter inclinetur in finem, & intellectus habear rectam existimationem de fine, immo quādo ad tale præceptum sequatur electio conformis præcepto quod fit per virtutem moralem, & ideo impossibile est prudentiæ habitum in aliquo generari, nisi simul & semel concurrant primo ex parte rationis ostēsio finis vel finū proximorū materiæ moralis per synderesim, & secundo ex parte appetitus recta inclinatio in illum finem, tertio ex parte rationis recta syllogizatio de medijs ad finem consiliando indicando præcipiendo, quarto ex parte appetitus electio preceptorum, & ideo simul, & semel C generatur habitus prudentiæ, & virtutis moralis: siquidem prudentia est recta ratio circa particularia agibilia, quæ haberi non potest sine recta existimatione principiorum particularium ex quibus procedit syllogismus practicus, sed ad hos requiritur virtus moralis: igitur prudentia non potest haberi sine virtute morali. lege D. Thom. de virtutibus q. 6. & Capr. 3. sent. dist. 36. q. vnica ar. 3.

Electio sequitur præceptum.

Quantitas substantiæ qua ipsa substātia dicitur formaliter quanta, est accidens, & nullo modo substantia: colligitur, hæc propositio ex 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 1. quæst. 3. cuius oppositum tenet Ocham multis argumētis quorum præcipuum est hoc, nul- D lum accidens distinctum realiter a substantia est susceptiuum contrariorum per sui mutationem, si autem quantitas esset accidens, & subiectum qualitatum manifestum est: quod mutaretur in recipiēdo qualitatem, & ita per mutationem sui reciperet contraria; quod est falsum, & mirum est quomodo in re tam patula deceptus est hic vir, siquidem verissimum est nullum accidens naturaliter loquendo esse subiectum alterius accidentis nec eius susceptiuum, nec secundum illud quod est mutabile tanquam quod: non autem est inconueniens quantitatem esse susceptibilem contrariorum tanquam quo: quia est ratio substantiæ recipiendi alia acci- E dentia, & eodem modo est ratio, quod substantia secundum qualitates possit mutari, & sic nō inconuenit quantitatem esse subiectum quo non tamen, quod: quia subiectum tripliciter comparatur ad accidens vno modo sicut præbens ei sustentamentū alio modo sicut potētia ad actum, tertio sicut causa ad effectum, licet primo modo vnum accidens non possit esse subiectum alterius principale: vt dictum est: non tamen inconuenit duobus alijs modis esse subiectum, quod autem quantitas non sit substantia probat Aristot. multis rationibus, tertio metaph. lege D. Thom. de virtutibus. q. 3. & 3. p. q. 77. art. 2. & Capr. 2. senten. distin. 18. q. 1. conclusio ne prima.

Ocham in sua logica.

Subiectum duplex, quod & quo subiectū triplicter se habet ad accidens.

Cap. 8.

Quantitas est subiectum aliorum accidentium corporalium, & absolutorum inhærentiū substantiæ, sumitur hæc propositio ex 3. p. D. Thom. q. 77. art. 2. cuius oppositum docent Scotus, & Aureolus quorum præcipua ratio est: nullum dependens terminat dependentiam eiusdem rationis, sed omne accidens dependet dependentia ad subiectum: ergo nullum accidens terminat huiusmodi dependētiam, & sic vnum accidens non potest esse subiectū alterius accidentis, quæ ratio nihil concludit, cum istę dependentię non sint omnino similes, & eiusdē rationis, alio enim modo quantitas depēdet a substantia, & alio modo alia accidentia corporalia dependent a quantitate vltima, quod prima propositio assumpta in hac ratione est omnino falsa, quia vna creatura terminat dependentiam alterius sicut sol terminat dependentiam luminis in aere, qui tamen dependet a Deo in eodem genere dependentię, si enim quantitas est per quam indiuiduantur omnia alia accidentia corporalia cur totum subiectum non debet poni? deinde primum accidens adueniēs materiæ, vel alicui subiecto est ratio alijs accidentibus afficiendi illud, & sic est ratio subiectiua aliorum accidentium, sed quantitas sic se habet ad materiam vel subiectum: ergo per ipsam materia vel subiectum substat alijs accidentibus, de qua re vide D. Thom. 4. sent. dist. 12. q. 1. ar. 1. quæst. 3. & 4. cont. gent. cap. 65. & Capr. vbi supra contra secundam conclusionem.

Scotus.

Quantitas dimensiua potest acquiri, & deperdi in substantia: hæc propositio est D. Thom. in locis supracitatis cui aduersatur Greg. Arim. quia si hoc esset potissime contingeret in rarefactione, vel in condensatione: sed in tali condensatione nulla antiqua quantitas perditur, nec in rarefactione vlla noua quantitas generatur: igitur falsa propositio. Verum hæc ratio nihil aliud concludit nisi: quod quātitas corporalis distincta contra lineam, & superficiem non acquiritur, vel deperditur in substantia per rarefactionem: vel condensationem, sed non cōcludit, quod in generatione, & corruptione substātiali nulla quantitas acquiratur, vel deperdatur vt patet in quantitate quæ est linea, vel superficies in diuisione continui, siquidem noua puncta, nouę lineę & nouę superficies in substantia possunt acquiri & deperdi per diuisionem continui: sed omnia ista sunt de genere quantitatis: vt patet in prædicamento quantitatis: igitur quantitas dimensiua acquiri, & deperdi potest in substantia. lege Capr. vbi supra.

Ariminēsis

Puncta dicuntur.

Quantitas, quæ est in genito non est eadem quę erat in corrupto: colligitur hęc propositio ex p. p. q. 76. ar. 3. & 4. item de potentia Dei q. 9. art. 11. & ex quolibet p. q. 6. & ex 2. senten. dist. 12. q. 1. art. 4. cui aduersantur Greg. Arimin. & Aureolus & nonnulli alij præcipue ex Auerroistis probantes quantitatē manere eandem numero in genito, & corrupto, & similiter multas alias qualitates, & principalis ratio horum est: quia agens naturale generatiuum alicuius substantiæ disponit materiam generationi formæ dispositionibus conuenientibus formæ in suo esse: igitur dispositiones preinductę remanent cum ipsa forma, & sic etiam quantitas, quia ipsa est vna

Ariminēsis

vna de dispositionibus formarum naturalium, antecedens patet, cõsequentia probatur: quia frustra destruerentur ex quo similes oportet iterum causari, quę ratio non concludit: quia agens naturale duplices dispositiones inducit in materiam subiectã suę actioni, quasdam quidem praecedentes inductioni formae substantialis, & hę omnes corrumpũtur in instanti corruptionis formae praecedentis, & inductionis formae sequentis, alias autem inducit simul cum forma substantiali sequenti, & hae manent cum forma, & quia ratio loquitur de primis: ideo neganda est consequentia, quae infertur quod praecedentes dispositiones maneant cum forma sequenti sicut manserunt cum praecedenti, nec valet eius probatio, quia illę dispositiones non frustra destruuntur: quia de per accidens eorum destructio confert inductioni formę sequentis, sicut destructio subiecti istarum per se confert, hinc illis destructis sequuntur potiores, & formę congruentiores, quia illae erant violente in suo subiecto hae vero naturales, supposito enim, quod vnica tãtum sit forma substantialis in composito, adueniẽte noua forma substantiali in materia corrumpũtur omnia accidentia ex consequenti quantitas, & sic non erit eadem in genito, & corrupto. lege Caiet. de ente, & essentia cap. 5. & Capr. in 2. sent. dist. 13. q. 1. cõtra secundam conclusionem.

Agens naturale inducit duplices dispositiones.

Quantitas dimensiua interminata non est ponẽda ità quod praecedat formam substantialẽ in materia, & possit stare successiue cum diuersis formis substantialibus: & terminari diuersimode secundũ quod requirunt diuersae formae substantiales: sumitur haec propositio ex tractatu de natura materiae qui solet attribui S. Thomae, cuius oppositum docet Greg. Arimin. & Auerr. multis arg. quorum praecipuum est: quia stante veritate huius propositionis non posset intelligi diuisio materiae, vt in diuersis partibus materiae essent diuersae formae substantiales, sed positis istis dimensionibus seu quantitate interminata nulla est difficultas ad assignãdum quomodo in diuersis partibus materię diuersae formae inducuntur, est igitur necessario ponenda huiuscemodi quantitas interminata: & decepti sunt adducẽtes istam rationem: quia pluralitas formarum non supponit, sed causat materiae partibilitatem, non ergo intelligendum est quod duae formae recipiantur in eadem parte materiae, sed in pluribus, tamen illa pluralitas non praecedit tempore nec natura, sed potius sequitur pluralitatem formarum natura licet sit simul tempore, quia illę dimensiones interminatae, aut distinguũt partes materiae ab inuicem, aut non: si sic cum omnis distinctio sit ab aliquo actu, materia habebit partes distinctas actu, & non a forma substantiali: quod est impossibile, cum non habeat esse nisi à forma, si vero non distinguunt nisi in potentia, ad nihil vtile ponũtur, quia in materia nuda est potentia ad diuisionem partium quam acquirit inducta forma: deinde in substãtijs prius est intelligere essentias rerum quã sua esse, sicut recipiens prius est naturaliter ipso recepto, in accidentibus vero cum non habeant esse in suis essentijs p earũ receptionẽ, sed in suis subiectis in quibus esse habent naturaliter, prius est esse quod in substantijs est, quam essentia in consideratione proprij generis, impossibile est igitur essentias dimensionum intelligere in materia sine esse, esse autem est prius omnium actuũ, sine actu ergo non erunt diuisiones, & dimensiones in materia. lege Capreolum in 2. senten. distin. 18. q. 1. contra sextam.

Auerr. lib. de substantia orbis.

Recipiens est prius recepto.

Quodquid est, & illud cuius est differt in substãtijs materialibus: habetur haec propositio in 3. metaph. commento 41. & in tractatu de ente, & essentia cap. 5. & 3. p. q. 2. art. 2. cui aduersatur Gerardus de carmelo in summa sua, & Scotus super septimũ metaph. in suis quaest. probantes simpliciter in omnibus habentibus, quodquid est esse idem cum eo cuius est, tum quia Arist. hoc docet in 7. metaph. vbi expresse habet singulũ, nõ est aliud a sui substãtia: tum etiam, quia si in substantijs materialibus differt quodquid est, & id cuius est, tunc nulla substantia materialis esset formaliter scita vel ens, consequens est falsum tenet consequentia, quia vnumquodque est scitum vel ens, per intrinsecum sibi & hoc est quodquid est, sed hae rationes sunt parui momenti, primo quantum ad verba Arist. quae intelligũtur in hoc sensu videlicet, quod ipsum quod quid est non est aliud ab eo cuius est quantum ad ea quae per se insunt, sed non oportet quod sit omnino idem si aliqua sint ibi per accidens secundo quo ad illam consequentiam non valet, quia res scitur cognitis illis, quae per se insunt ei, & quo ad talia non ponit D. Thom. differre quodquid est ab eo cuius est in dictis secundum se. Sic enim quodquid est comprehendit tantum illa quae cadunt in diffinitione speciei, sicut humanitas comprehẽdit in se, ea quae cadunt in diffinitione hominis, his enim homo est homo, sed id cuius est comprehendit principia indiuidualia, propterea differt quod quid est ab eo cuius est. lege Caietan. in p. p. q. 3. artic. 3. & Capreol. 1. senten. distin. 4. q. 2. contra tertiam.

Gerardus.

Tex. 20.

Quodquid est non omnia cõprehendit.

Rarefactio est materiam accipere maiores dimẽsiones, quam prius: colligitur haec propositio ex dictis D. Thom. 1. sent. dist. 17. q. 2. art. 1. & ex 4. Phys. tracta. de vacuo & p. p. q. 92. art. 3. & q. 119. art. 1. & p. 2 q. 52 art. 2. cui aduersatur Dur. dicens quod si rarefactio est eandem materiam accipere maiores dimensiones, sequitur quod non possit esse rarefactio, vbi nõ esset materia quod est falsum, nã Deus posset mutare accidentia remanentia in sacramento altaris secundum rarum & densum: sed allucinatus est Dur. in hoc putans illam diffinitionem esse traditam secundum Theologos: si enim ita esset cõcluderet vtique ratio sua: quod tamen non est ita, sed intelligenda est illa diffinitio iuxta sententiam Philosophorum existimantium separationẽ quantitatis a subiecto esse impossibilem, & per consequens arbitrabantur ipsi Philosophi rarefactionẽ esse non posse sine materia vel substantia quae, primo substabat paruis dimensionibus postea substabat maioribus, & ideo diffiniebant rarefactionem per hoc: quod est materiam accipere maiores dimensiones. sed theologi qui ponunt quantitatem sine subiecto remanere in eucharistia cui multae qualitates inhaerẽt quarum vna est raritas, possunt ponere rarefactionem sine substantia: nam quantitas aeque potest intendi sicut si esset ibi substantia. lege D. Tho. 2. 2. q. 24. ar. 5. & Capr. in secundo sent. dist. 19. q. 1. contra secundam conclusionem.

Durand.

Discordia inter Philosophos: & theologos.

Relatio

Aureol.

Relatio secundum suam quidditatiuam rationem, nõ dicit aliquid: colligitur hæc propositio ex 1. sent. distin. 20. q. 1. art. 1. cui aduersatur Aureolus probans oppositum: quia illud quod secundum suam quidditatiuam rationem nihil ponit, non est formaliter aliquid positiuum: vt priuatio aut negatio: relatio vero dicit secundum suam quidditatiuam rationem aliquid positiuum alias nõ esset de decem generibus rerum: ergo non est verum quod relatio nihil ponat indiuinis secundum suam quidditatẽ, deinde si nihil ponit quidditatiue sequitur quod sit nihil: quia vnumquodque formaliter est per suam quidditatem: & hic vir non intellexit naturam relationis, cum relatio alio modo dicatur esse aliquid quam alia entia, in alijs enim entibus vnumquodque dicitur esse aliquid scilicet quantũ ad esse suum, & quantum ad rationem suæ quidditatis, sicut sapia secundum esse suum aliquid ponit in subiecto, & similiter secundum rationem suam ponit naturam quandam in genere qualitatis, sed relatio est aliquid secundum esse suum: quod habet in subiecto, sed secundum rationem suam non ponit aliquid in subiecto, sed habet distinguere vnum ab alio, propterea non dicit aliquid, sed potius ad aliquid, & ideo non valet consequentia: ergo relatio non est de decem generibus: quia licet nõ dicat aliquid, dicit tamen ad aliquid, & hoc est formaliter per suam quidditatem. lege D. Thom. 1. sent. dist. 26. q. 2. ar. 1. & dist. 33. q. 1. ar. 1. & p. p. q. 28. art. 2. & de ver. q. 1. art. 1. & quolib. 9. q. 2. artic. 3. & quolib. 2. & Capreol. 1. sententiarum distin. 20. q. vnica.

In relatione sũt duo ad vt in.

Ocham.

Relatio aliqua est verum ens reale extra animã sumitur hæc propositio ex disputatis de potentia Dei q. 70. art. 9. & ex p. p. q. 28. ar. 2. & ex 1. sent. dist. 28. q. 1. art. 1. cui aduersantur Aureolus, & Ocham probantes nullam relationem esse ens reale, & præcipua ratio ipsorum est, quia illud quod aduenit alicui seipso quiescente non habet existentiam naturalem in illo, sed relatio aduenit alteri relatiuorum absque hoc, quod transmutetur: vt ait Arist. quod in relatione non est motus, quoniam illud quod transmutatur ad relationem, transmutatur se quiescente ex transmutatione sui correlatiui: ergo relatio non est res in natura existẽs, aliter sequeretur quod extremum dum acquireret eam non esset totaliter quiescens quin saltem transmutaretur realiter in aduentu entitatis relatiuæ. Sed deficiũt isti viri assumendo maiorem falsam, ipsa enim relatio quæ nihil aliud est quam ordo, ipsius creaturæ ad aliam habet aliud quatenus est accidẽs, & aliud quatenus est relatio, vel ordo, inquantum enim est accidens habet quod sit in subiecto non autem in quantũ est relatio vel ordo, sed solum quoad aliud sit, quasi in aliud transiens, & quodammodo rei relate assistẽs, & ita est relatio, & est aliquid inhætẽs, licet nõ sit inhęrens ex hoc quod est relatio, & ideo nihil prohibet, quod huiusmodi accidens desinat esse sine mutatione eius in quo est, quia sua ratio non proficit prout est in subiecto: sed prout transit in aliud, quo sublato huiusmodi ratio accidentis tollit, quidem quantum ad actum, sed manet quantum ad causam, & radicem, sicut subtracta materia tollitur calefactio, licet maneat calefactionis causa & sic per aduentum cuiuscunque realitatis non dicitur aliquid moueri: sed solum per aduentum realitatis se habentis per modũ immanẽtis in illo cui aduenit, & quia relatio se habet potius per modum effluentis, & transeuntis ab vno in aliud, & nõ per modum immanentis, non mutatur subiectum per eius aduentum, vel recessum: vnde relatio vt relatio non transmutat subiectum: sed vt accidens, vide Caiet. in p. p. vbi supra, & Capr. vbi supra distin. 30. q. 1. ar. 1.

5. Phys. tex. 10.

Relatio est ordo ad aliud.

Relatio distinguitur realiter a suo fundamento: colligitur hæc propositio ex dictis D. Tho. q. 28. p. p. ar. 2. in responsione ad secundum: circa istam propositionem sunt varię opiniones. Aureolus tenet, quod relationi, vt relatio ex sui communi ratione repugnat quod sit aliquid in rerũ natura. herueus tenet, quod relatio quantum ad eius propriam realitatem quam in sua ratione importat intrinsece seu in recto nõ distinguitur a fundamento, quantũ vero ad eam quam importat extrinsece destinguitur: quia includit terminum in sui ratione: hãc opinionem tuetur Iauellus 5. metaph. in suis quæst. Scotus 2. sent. dist. 1. q. 5. vult aliquas relationes distingui a fundamento, aliquas vero non: thomistæ varie sentiunt: quidam Antonellus Archiepiscopus doctissimus metaph. tenet quod non distinguitur quia non potest intelligi sine fundamento, quæ ratio est nulla, quia vnum correlatiuorum non potest intelligi sine alio: vt pater sine filio, & tamen pater distinguitur a filio. ideo Capreolus, Caie. fland. tenent de mente S. Thom. quod omnis relatio realis distinguitur a fundamento realiter, quia omnis causa realiter distinguitur a suo effectu præsentim causa efficiens: cum ergo fundamentum sit causa essendi relationis, sequitur ergo proposita propositio vera. vide D. Tho. 5. phys. comm. 10. & fland. 5. metaph. q. 16.

1. sent. dist. 30.

Diuersæ opiniones de relatione.

Vide dilucidationes nostras in 5. metaph.

Relatio mutua realis in illis tantum inuenitur in quibus ex vtraque parte est eadem ratio ordinis vnius ad alterum: hæc propositio habetur ex disputatis q. 7. art. 10. in qua propositione Aureolus voluit habere cõtrouersiam sumens ex dictis D. Tho. istam propositionem, quod inter illa quæ non sunt eiusdem ordinis non est mutua relatio realis, dicẽs quod sicut Deus est extra ordinem creaturæ propter sui illimitationem: ita creatura est extra ordinem Dei, propter sui limitationem: sed hoc nõ obstante creatura realiter refertur ad Deum: ergo nõ obstante illimitatione diuina poterit Deus referri realiter ad creaturas: & non est sic, quia creatura non est extra ordinem Dei, immo ex natura sua inclinatur, & ordinatur ad Deum sicut ad proprium perfectiuum non autem econtra, neque hoc modo intelligitur propositio, quod illa inter quæ est mutua relatio realis sint eiusdem generis; ita quod per ordinem intelligatur, genus: sed per idẽtitatem ordinis intelligit identitatem fundamenti relationũ, sicut est in relatione ęqualitatis, & similitudinis, vel identitatis rationis, & inclinationis eorum ad inuicem: vt sicut vnum inclinatur ad aliud propter bonum suum, ita aliud ad illud: vt patet in relatione actiuorum, & passiuorum naturalium: vel identitatem generis secundum illud in quo relatio fundatur, sicut patet in relatione mouentium quę nõ mouent nisi moueantur, illa enim communicant in genere moti cum illis, quæ mouentur ab eis: modo

Aureol.

Quę relatiua sũt eiusdẽ ordinis.

Deus

Deus & creatura, non ita se habent: quia creatura inclinatur ad Deum, Deus autem nullo modo inclinatur ad creaturam per aliquid: quod sit in sua natura: quẽadmodum sciẽtia habet naturalem ordinem ad scibile, a quo dependet in ratione mensurę, nõ autem econtra: non enim scibile ex sua actualitate habet ordinem naturalem ad cognitionem, & ideo relatio ex vna parte est realis, & ex alia est rationis. vide Capr. 1. sent. dist. 30. q. 1.

Reparari res corrupta per agens, idem numero est impossibile colligitur hæc propositio ex 4. quolib. q. 5. cui aduersatur Scotus probando: quod per agens naturale aliquid destructum possit, idem numero reparari, quia aut simpliciter est impossibile idem numero bis produci, & tunc sequitur quod Deus hoc non poterit, aut nõ simpliciter est impossibile, & tunc sequitur quod in causalitate eorum in quibus fuit prius istud possibile, & nunc erit, sed prius fuit in causalitate rerum naturalium: ergo & nunc erit: & nihil concludit ratio hæc quandoquidem, idem numero permanens bis produci nõ est simpliciter impossibile, sed simpliciter possibile respectu Dei, non autem respectu creaturæ, ideo illa illatio nõ valet qua dicitur hoc non est simpliciter impossibile: ergo est in causalitate eorum omnium in quibus fuit, sed est fallacia cõsequentis, propositio assumpta D. Thom. fundatur in hoc quod alietas motus, & mutationis infert alietatem eorum quæ per motum, aut mutationem producuntur, sed quod bis producitur per agens naturale duplici motu, vel mutatione producitur: ergo non est idem numero, sed idem specie: & sic patet veritas, & sensus propositionis. Vide Capr. 4. sent. dist. 43. q. 1 contra primam.

43. q. 3. Ioannes Duns.

Idẽ bis nõ potest produci.

Reparari potest per diuinam potentiam res permanens si fuerit corrupta vel annihilata eadem numero. sumitur hæc propositio ex loco supracitato cui aduersatur Dur. probans nullum permanẽs corruptum, vel annihilatum posse idem numero reparari etiam per potentiam diuinam, & principalis ratio sua est, quia si Deus crearet angelum, & postea annihilaret, & deinde repararet verũ esset dicere, quod Angelus bis fuit realiter, & non numeratione agentis puta Dei, qui vnus est, nec cuiuscunque extrinseci ab Angelo, quia si Deus nihil fecisset nisi Angelum quem annihilatum postea reparasset, adhuc esset verũ dicere, quod Angelus bis fuisset, quod nõ posset verificari nisi numeratione Angeli, vel durationis eius. & non aduertit Durandus quod in illo casu Angelus esset bis creatus non numero creati, vel creantis, sed numero creationis sicut intensum, & remissum esset bis motum etiam si in mundo nihil aliud esset numero motus, & bis passum numero passionis, & non alterius, & intelligitur de creatione passiua, non autem de creatione actiua quæ est ipsa diuina essẽtia, & volitio quia illa non numeratur in illo casu. hæc enim propositio ab omnibus acceptatur, quod omne non implicans cõtradictionem est Deo possibile, sed permanens corruptum, vel annihilatum, idem numero reparari sine motu, & mutatione nullam implicat contradictionem, igitur per diuinam potentiam res permanens si fuerit corrupta, vel annihilata potest eadem numero reparari. lege Capreolum vbi supra.

Distin. 43. Durand.

A Resurgent simul, & in eodem instanti omnes homines: sumitur hæc propositio ex 4. sen. dist. 43. ar. 3. q. 3. cui Dur. se opponit dicens quod non omnes resurgent in eodem instanti, sed prius resurgent illi qui fuerunt mortui quam illi qui in aduẽtu Christi inuenientur viui, & nihilominus morientur, vt resurgant, & hoc conatur ponere propter authoritatem Apostoli dicentis, quod mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera: ex his verbis clare colligitur propositionem assumptam esse falsam, sed non cõsiderauit quod illi, qui reperientur viui morientur in B raptu, quia raptim & parum in morte detenti, & prope illum raptum resurgent, & authoritas intelligitur: quod mortui qui in Christo sunt idest in fide Christi formata mortui sunt resurgẽt primi primitate dignitatis, quia in resurrectionem vitæ respectu malorum qui resurgent in resurrectionem iudicij præcedẽt, vnde dicit Apostolus mortui qui in Christo sunt resurgent primi deinde nos simul rapiemur: possumus etiam dicere, quod ista prioritas & posterioritas non potest referri ad actum resurgendi ita, quod aliqui resurgant prius alijs prioritate temporis, nam omnes resurgent in eodem instanti: vt alibi ait Apostolus, omnes quidem resur- C gemus &c. & subdit in momento, & in actu oculi, vel tertio dicitur: quod ista prioritas, & posterioritas sit referenda ad quietem in Christo per bonam mortem, sic iungẽdo literam, & mortui qui in Christo sunt, idest requiescunt in eius fide mortui primi respectu nostri, qui ad huc viuimus, resurgent cum posteris, deinde nos qui viuimus supple quiescemus in Christo in eius fide moriendo, & simul rapiemur cum illis, iam resuscitati cum ipsis obuiã Christo veniẽti ad iudicium in aera, siquidem omnium resurrectio erit in vltimo instanti sonitus tubæ angelicæ, & in vltimo instanti motus cæli, sed illud non erit nisi vnum, & non multa: ergo omnium D resurrectio erit in eodem instanti. lege D. Thom. in Epistolam primam ad Cor. cap. 15. & Capr. 4. sent. dist. 43. q. 2.

Durand.

1. thes. 4.

1. cor. 15.

Resurrectio, ita se habebit quod in ea si anima petri informaret corpus, vel materiã corporis pauli non esset idem Petrus qui prius: sumitur hæc propositio ex dictis D. Thom. quolib. 11. q. 6. cui se opponunt Dur. & Ioannes de Neapoli, & principale argumentum horum est, quia ait Ioannes Baptista Matth. 3. potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios abrahę ex quo videtur quod animę filiorũ abrahę qui iam mortui erant possent vniri materiæ lapidis, & essent nihilominus, ijdem filij abrahę, qui E fuerãt: & sic videtur, quod propositio assumpta sit contra scripturam, sed hi doctores non habuerunt verum sensum verborum Ioannis Baptistæ, quia suscitare ibi, non sumitur pro resuscitare eo modo loquendi quomodo loquimur de resurrectione mortuorum, sed pro creare vel generare: vt sit sensus quod Deus potest ex lapidibus creare nouum populum qui pertineat ad filios abrahę spirituales, vel etiam carnales: puta si lapides conuerteret in panes ex quibus comestis a iudeis generaretur semẽ quo iudęus gigneret filios tunc enim ad literam ex lapidibus generarentur noui filij abrahę, non autẽ loquitur de resuscitatione filiorũ abrahę pręmortuorum,

2. quolib. q. 6. Ioannes.

tuorum, ideo hęc ratio nihil cócludit, quod etiam patet per expositionem Hieronymi asserentis, qui ex nihilo cuncta fecit, posset de saxis durissimis populũ procreare: ad hoc enim, quod aliquid sit idẽ numero requiritur identitas principiorum essentialium, vnde quodcunque principiorum essentialium in ipso indiuiduo varietur necesse est identitatem numeralem ipsius indiuidui variari, cuiuslibet autem rei essentialia sunt materia, & forma, vnde si accidentia varientur, & mutarentur remanentibus principijs essentialibus indiuidui ipsum indiuiduũ remanet idem: cum ergo principia essentialia hominis sint anima, & corpus, & hęc remaneãt, sequitur ergo quòd resurget eadem anima, & idẽ corpus, & sic corpora hominum resurgent eadem numero. lege Diuum Thomam secundo contra gentes, cap. 81. & Capreolum quarto sentẽtiarum distin. 44. quæst. prima, contra quartam conclusionem.

Quid req. rit ad idem numero.

Religio nominat statum perfectionis. Propositio ista est Sancti Thomę secunda secundæ q. 186. art. 1. in corpore, & colligitur ex Beato Gregorio super Ezechielem dicente, sunt qui nihil sibi ipsis reseruant, sed sensum, linguam, vitam, atque substantiam, quam perceperunt, omnipotenti Deo immolant. contra quam propositionem multi hæretici inuehunt, inter quos quidem, vt asserit Epiphanius hæresi. 61. & August. hæresi. 40. nominabant se apostolicos, & dicebant non posse salutem cõsequi, qui ducunt vitam cęlibem, & pauperem more Apostolorum. Quidam alij hæretici, vt Iouinianus, & Vigilantius asserebant cęlibatum, neq; esse præceptum, nec commendatum, quia nõ est melius quàm coniugium, & hoc habetur ex Hieronymo lib. 1. cõtra ipsum vigilantium, & ex Augustino libro de hæresibus. c. 82. alij hæretici, vt Vuiclef ausi sunt dicere omnem religionem esse malam, & qui eam ingreditur eo ipso fit ineptus ab obseruando præcepta; sic etiam asserunt Lutherani, & Caluinistę, vt patet in lib. de vitis monasticis. sic etiã voluit Philippus Melanton in Apologia Augustanæ confessionis, sic etiam Brensius, & omnes eorum asseclæ, vnde ex istis redditur falsa propositio Sancti Thomæ; quia Religio claudit in se, & cęlibatum, & paupertatem, & obedientiam. sed isti toto aberrant cęlo, cum religio non sit nouiter inuẽta ab hominibus, sed antiquissima existens, etiam in lege naturæ, vt scribitur lib. Genesis. Vbi dicitur, quòd Enos cępit inuocare nomen Domini, quæ verba non intelliguntur sic cõmuniter, quia ante ipsum etiam ab Adam, & Abel inuocatum fuit nomen Domini, sed intelligi debent de quodam nouo cultu, qui non omnibus erat communis, & hic cultus fuit quædam adumbratio religionis. Tempore quoque legis Mosaycæ habemus Nazarenos se domino cõsecrasse, vt scribitur libro Numeri, ad exemplum quorum multi Christiani se Deo consecrant, vnde Origenes in Leuiticum asseris Eliam, & Eliseum, & filios Prophetarum, vt Monacos vixisse in paupertate, & sine vxoribus, & ædificabant sibi casulas, & Gregorius Nazianzenus oratione de obitu Sancti Basilij vocat Ioãnem Baptistam anacoretam, & Monacum, sic etiam, & Ioãnes Chrysostomus Homelia prima in Marcum. Habetur etiam de vita, & gestis Diui Antonij fuisse plurimos Monacos, qui monasteria colebant, & monastice viuebant, & Antonius Adolescens existens accessit ad quẽdam senẽ, & probatum Monacũ, Antonius autem floruit anno 300. post Christum. stultum ergo est, & sine ratione, authoritate, & coniectura dicere religionem esse, quid nouum, & quid ficticium mundum decipiẽs, cum ostensum sit ipsam fuisse antiquissimam, & verbis Saluatoris nostri confirmatam, vt habetur apud Matthæum, si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & sequere me: & de cõsecratione, distinctione quinta describitur, & approbatur vita monacorum, qui debent semper vacare orationibus, vel lectionibus, vel exercitio operis, & cano. decimoquarto, quæst. 2. capitulo peruenit, prohibetur eis baptizare, & compatres fieri, & causa decimaquinta, quæst. 2. capitulo placuit, exprimitur Etymologia nominis ipsius Monachi, qui à monos græce, quod latinæ dicitur vnus, & acos, quod latinæ dicitur tristis. patet igitur propositionem Sancti Thomæ esse verissimam, religionem nominare statum perfectionis non formaliter, sed accessiue, quia per ipsam homines Domino totaliter se deputant.

Cap. 4. Cap. 6. Hom. 11. Cap. 19.

Religio omnis sumpsit originem ab Apostolis hæc propositio habetur à Sancto Thoma 2. 2. q. 188. articu. 7. Cui aduersantur omnes hæretici nostri temporis præsertim Philippus Melanton, in confessione Augustana, artic. 27. & Brensius; & nõnulli alij scribentes religionem monachorum casu cępisse, vel propter errores, vel propter persecutiones, & decipiuntur valde; quia patet cęnobitas fuisse ante persequutiones tyrannorum. Hoc idem etiam habemus manifeste de hæremitis, quando quidem, & si Paulus primus hæremita occasione persequutionis hæremum colere cępisset, vt testatur Hieronymus in Epistola ad Paulinam: Attamen qui primus, & re vera fuit hæremita non persequutione aliqua, sed certo consilio, & studio purioris vitæ hæremum colere cępit, vt fuit Beatus Antonius, sic scribit Athanasius in eius vita, sic etiã Hieronymus docet non Paulum, sed Antonium ab omnibus Principem Hæremitarum teneri, sic Basilius, & Augustinus docent. Patet ergo maximam falsitatem bibisse suprascriptos hæreticos religionem casu cępisse docentes, quia vt ostensum est omnis religio ab Apostolis Christi Discipulis post resurrectionem sumpsit originem, & si etiam ante Apostolos, quia, & in lege naturæ, & in lege Moysi fuerit aliqua religio, non tamen ita ordinata, sicuti post resurrectionem Christi.

Religionis status est securior statu sęcularis vitæ: hæc propositio scribitur à Sancto Thoma secunda secundæ, quæst. 186. articu. 9. Cuius oppositum docet Caluinus libro quarto suarum institutionum asserens statum religiosi esse scismaticum, & inducere maximam diuisionem in populo Christiano, quemadmodum Corinthij ad quos scribebat Apostolus Paulus dicens, & primæ Corinth. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vere Cœphæ, ego autem Christi, diuisus est Christus: Nunquid Paulus crucifixus est pro nobis, &cæt. Hos enim maximè repræbendit Apostolus, quia inducebant scisma in populo Chri-

Cap. 13. Cap. 1.

Christiano, sic etiam, & status religiosorũ est reprę- A hendendus, quia inducit scisma, & diuisionem, quod non facit status sæcularis vitæ, status ergo vitę secularis est securior statu religionis, quod autem scisma, & diuisionem inducant religiosi patet manifeste, quia habent propria altaria diuersa ab alijs, propria officia, & cęrimonias, & dicunt ego sum Fr. ãciscanus, alij ego sum Augustianus, alij ego Dominicanus, & sic inducunt tot, & tantas diuersitates in populo Christiano. sed hic vir maximè allucinatur, & detinetur maximo errore ignorantię. cum scisma sit nomen deductum à scissura animorum respectu capitis, vnde proprie scismatici dicuntur, qui propria sponte, & intentione separant B se ab vnitate Ecclesiæ, cuius caput est Christus, & Summus Pontifex eius Vicarius, qui ergo renuunt subesse Summo Pontifici, & recusant communicare cum membris Ecclesię eis subiectis, hi propriè scismatici dici debent, hoc autem non conuenit religiosis, qui summam obedietiam præstant Christi Vicario; Nec sequitur ex hoc, quod habent diuersa officia, & cęrimonias & altaria, ipsos inducere scisma, aliter omnes parocos, esse scismaticos, sic etiam & Episcopos, quandoquidem nulla parochia, & diœcesis est, quæ non habeat propria altaria, & aliquas differentias, & cęrimonias diuersas, erronea igitur est Caluini positio, & verissima Sancti Thomę propositio. C

Religiosi laudabiliter vtuntur vestibus abiectis, & vilibus. Hanc propositionem ponit Sanctus Thomas secunda secundę, quæst. 187. art. 6. Quam propositionem isti nouiter loquentes repræhendunt
Cap. 6. centuria 4. & præsertim Caluinus 4. lib. institutio-
Cap. 19. num asserentes vilitatem vestium habere speciem
Cap. vlt. mali, à qua iussit Apostolus nos debere abstinere,
Cap. 7. vt patet prima ad Thessalon. & Saluator noster di-
Cap. 6. xit Discipulis suis apud Matthæum attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, & quædam glosa super Apoc. Exponens illa verba, ecce equus pallidus, dicens videns diabolus, D per apertas tribulationes, nec per apertas hæreses se posse proficere, præmittit falsos fratres, qui sub habitu religionis obtinent naturam nigri, & rufi equi peruertẽdo fidem, & Sanctus Augustinus lib. de Sermone Domini in monte dicit, in hoc maxime aduertendum est non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis etiam posse iactantiam, & eo periculosiorem, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. sic etiam reprębendunt tonsuram monacorum, & religiosorum, tanquàm quoddam ducens admirationem inter homines, sed decipiuntur isti sic loquentes, quia cum religiosi spreuerint mundum, E & contempserint diuitias merito non cultioribus vestimentis, sed vilioribus vti debent, quia sunt in statu pœnitentiæ, & humilitatis. propterea legimus in sacris litteris de Rege Niniuitarum, qui in prędicatione Ionæ indutus est sacco, & de Achab,
Cap. 3. qui operuit cilicio carnem suam, tertio Regum. vnde Dominus dixit ad Heliã nõ ne vidisti Achab
Cap. 3. humiliatum coram me, & de Ioanne Baptista, legitur apud Matthæum, quod vtebatur veste pilosa, ex pilis Camelorum, & Zona pellicea, & de omnibus
Cap. 11. fere sanctis scribit Apostolus ad Hebr. quod circuierunt in melotis, & pellibus caprilib. &c. Euseb. lib. 2. Historiæ Eccles. ait Iacobum Apost. Domini, nunquàm vsum fuisse lineis vestibus, sed cõtentum Cap. 24. simplici veste propter religionẽ, & Cassianus lib. 1. Cap. 4. collationũ dicit simplicitatem vestium religiosorũ significare innocentiam humiliationem, & pœnitentiam, & non auaritiam, & negligentiam, vt dicunt hæretici de expellendis saccis mendicitatis.

Tonsura quoque ostendit sanctitatem vitæ, & simplicitatem, & Regiam coronã, quia seruire Deo regnare est. Vnde Hieronymus libro de Sãcta Virginitate ait Moniales debere tonderi, ne amplius lauent se, aut vngant eorum caput, nec est verum, quòd vilitas vestium de se habeat speciem mali, sed potius boni, contemptus humanę gloriæ. Vnde Basilius in oratione quadam asserit, quod ex habitu cognoscitur professio cuiuscunque hominis, vnde alium habitum gerunt Senatores, & alium milites, & alium iuuenes, & mulieres, & religiosi, & sic de alijs, & licet aliquos vtentes sordidis vestibus Diabolus ducat in Hippocresim, vel ad aliquod aliud peccatum, hoc tamen non ex natura vestium vilium, sed ex peruersa intentione fit. licite ergo, & rationabiliter dicimus religiosos indui vilibus vestimentis, & grossis pannis significantibus pœnitentiam, & non cultioribus, annunciantibus sollennitatem, & gaudium.

Religiosi licite mendicare possunt. hãc propositionem docet S. Thom. 2. 2. q. 187. art. 5. Cuius oppositum docet hæretici præsertim Brensius in confessione Victebergen. cap. de notis monacorum, & est antiqua hæresis tenens omnes mendicantes esse extra statum salutis, vt colligitur ex ephinanio hæresi 80. & ex Augu. 2. lib. retractationum, quia mendicitas ex se est vitium: ergo non debet exerceri à Cap. 2. viris perfectis, & præsertim cum sit prohibita in lege diuina, & humana, vt patet Deutero. Vbi dicitur Cap. 15. indigens, & mendicus non erit inter vos, & hoc prę sertim, quia opes moderatæ necessariæ sunt, vel saltem vtiles ad perfectionem, & ad sapientiam, & ad vitam beatam, & qui se redigit ad extremam inopiam exponit se periculo mortis, & tentat Deum, & non potest dicere Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & qui petunt eleemosinas, & sunt validi, & sani peccant peccato iniustitiæ, quia ordo charitatis requirit, vt ante ponatur magis indigens minus egenti, sed semper magis eget pauper debilis, quàm non debilis: ergo eleemosyna danda est pauperi debili, propterea nõ religiosis, potentibus laborare, præsertim cũ dicat Apost. operamini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & ad Thessalonic. Cap. 4. Sed decipiuntur, & valde allucinãtur isti sic dicentes, quando quidem religiosos nouimus quatruplicitee posse viuere, vel labore manuum vendendo quæ ipsi faciunt, & hoc patet apud Aegyptum in multis religiosis, secundo ex bonis communibus, vt singuli bona sua in communi deferant, quemadmodum faciunt omnes fere sancti. tertio ex donis Principum, & cæteris alijs bonis, siue mobilibus, siue stabilibus sibi ipsis donatis à pijs hominibus, vt Religio Sancti benedicti. quarto ex eleemosynis, vt sunt omnes religiosi mendicantes, & omnes isti modi viuendi sunt rationi cõsentanei, vt patet fusius apud Thomam Vualdensem libro quarto do- Art. 1. ctrinæ fidei contra Vuiclef hæreticum.

Nec

Nec est verum, quod mendicitas est vitium, nisi quando procedit ex cupiditate habendi diuitias, vel quærendi victum otiose. lex etiam diuina non prohibet mendicare, sed iubet diuitibus, ne tam tenaces sint, vt propter hoc aliqui ægestate mendicare cogantur, lex etiam ciuilis, & humana imponit pœnam validis mendicantibus, qui non propter vtilitatem, & humilitatem, atque necessitatem mendicant, Neque enim religiosi exponunt se periculo mortis, quia Spiritus Sanctus dicit, Nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quærẽs panem, & hoc legimus in vita Beati Alexij, qui dimisit omnia propter Christum, & pauper peregre mendicauit, & de Beato Arsenio legimus in vitis patrum, quod gratias egit de hoc, quod necessitate cogente oportuit etiam eleemosinas petere, & hinc est, quòd pro grauibus culpis iniungitur aliquibus, vt peregrinentur mendicãtes. ex his omnibus concluditur sensus propositionis Sancti Thomæ, Religiosos licite, & discrete mendicare posse, quia hoc spectat ad humiliationem ipsorum, qui viuunt ad imitationem Christi, & Christum Dominum constat mendicasse, iuxta illud. Ego autem mendicus sum, & pauper, mendicus autem ille dicitur, qui ab alio petit, & pauper qui sibi non sufficit, & alibi dicitur ego egenus, & pauper sum. Egenus autem idẽ est, quod petens, pauper verò, qui copiam diuitiarum non habet. Hinc adest Consilium Beati Hieronymi in Epistola quadã, quod omnes Christiani sequi deberent. Caue inquit nec dum Domino tuo mendicante. s. Christo alienas diuitias congeras. Hoc enim Consilium sequutus est Beatus Benedictus tribus annis in specu permanens, de his, quæ à Romano monaco ministrabãtur refectus est, postquàm domũ & parentes reliquerat, ita scribit Beatus Gregorius in secundo Dialogorum. Hoc etiã Consilium sequutus est Beatus Franciscus, Beatus Dominicus, & plurimi alij Sancti, & perfecti viri.

4. sen. dis. 1. quæst. 2. Aureol.

Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam ex aliqua virtute eis inhærente, sicut faciunt sacramenta nouæ legis: colligitur hæc propositio ex 3. par. q. 52. art. 3. & 4. Cui aduersatur Aureolus probans nõ esse hanc differentiam inter sacramenta nouæ legis, & sacramenta legis antiquæ, quòd sacramenta nouæ legis causent gratiam per virtutem eis inhærentem, alia non, quia nobilitas instrumenti, & cuiuslibet ordinati in finem sumitur ex ratione vtilitatis, quoniam quanto instrumentum est vtilius tanto est nobilius, sed tantę vtilitatis est circuncisio, sicut est baptismus cum per vtrunque detur æqualis gratia, igitur non est attendenda differentia pęnes virtutem inhærentem, & non inhęrentem sed pęnes aliquid aliud. Sed licet aliquid concludat hęc ratio nihil tamen probat cõtra propositionem assumptam, quia non ait Diuus Thomas tantum illam esse differentiam inter sacramenta Euangelica, & antiqua, siquidem antiqua non conferebant gratiam ex opere operato, sed tantum ex opere operante, & ex deuotione suscipientis. secundo in sacramentis quoque veteris legis non conferebatur regulariter gratia nisi in circuncisione, ita q circũcisio erat causa sine qua non, & non causa per quam, vel aliqualiter effectiua collationis gratiæ. tertio copiosior quoq; gratia datur per sacramenta nouæ legis quàm per sacramenta veteris legis,

Differẽtiæ inter sacramẽta nouę legis, & veteris.

A quarto datur apertio regni cœlorum per sacramenta Euangelica, quæ tamen non habebatur per sacramenta antiquæ legis, cõfertur quoque character per aliqua horum nostrorum sacramentorum, non tamen cõferebatur per aliquod illorum: ex his omnibus apparet multiplex differẽtia inter sacramenta Euãgelica, & antiqua, vnde sess. 7. Sancta synodus Tridentina anathematizat dicẽtes sacramenta nouæ legis non differre à sacramentis antiquæ legis, quæ cũ essent protestationes messię futuri nõ potuerit eis aliqua virtus inhærere, nostris autem inest, quia à passione Christi, quæ est causa humanæ iustificationis deriuatur quam facilius videre B potes apud D. Thom. 4. sent. distin. 1. quæst. art. 5. & Caiet. 3. par. q. vbi supra, & Capr. dist. 1. 4. sent. q. 2.

Duran.

Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ita vt eius imaginem gerat & causa existat, hæc est diffinitio magistri, & est competens sacramentis nouæ legis: scribitur hæc propositio a D. Thom. in 4. senten. dist. 1. q. 1. art. 1. quæst. 3. cui aduersatur Dur. probans quod ad sacramentum nouæ legis non requirantur tres conditiones istæ positæ, vt apparet in matrimonio in quo sufficiunt sola verba exprimentia consensum in quibus illæ tres conditioner reperiri non possunt. quæ opinio Dur. est falsa: quia etiam in sacramento matrimonij sunt om- C nia illa tria, quæ reperiuntur in alijs sacramentis primo enim est sacramentum tantum, & sunt actus exterius apparentes, secundo est res & sacramentũ quæ est obligatio quæ innascitur viri ad mulierem ex talibus actibus: tertio est res vltima contenta, & est effectus huius sacramenti est etiam res significata, & non contenta vt est vnio Christi cum ecclesia; & ideo competunt sibi omnes illę tres conditiones sicuti & alijs, licet non ita clare appareant in hoc sicut in cæteris, & quamuis non conformetur passioni Christi quantum ad pęnam, conformatur tamẽ ei quãtum ad charitatem per quam pro ecclesia sibi coniungenda in sponsam passus est. hinc syno- D dus tridentina sess. 24. anathematizat dicentes matrimonium non esse vere, & proprie vnum ex septẽ legis euangelicæ sacramentis a Christo Domino institutum, & similiter eos: qui negant gratiam cõferre. vide D. Thom. in 4. sent. dist. 26. q. 2. ar. 1. & Capreolum vbi supra q. 1.

Tres cõditiones sacramenti.

Dur. 4. sent. distin. 1. Aureol.

Sacramenta nouæ legis consistunt in rebus, & verbis: elicitur, hæc propositio ex 4. sent. dist. 1. q. 1. art. 3. cuius oppositum sustinet Aureolus, & affert instantiam de matrimonio quod contrahitur sine verbis, sed tantum per literas vt inter absentes: vel per motus & signa vt inter mutos & verecundos, similiter sacramentum pęnitentiæ consistit solum- E modo in verbis sacerdotis absoluentis, & pęnitẽtis absoluti, & nullæ sunt res: igitur falsa est propositio: quod omnia sacramenta nouæ legis consistunt in rebus & verbis. & deceptus est Dur. quia quando contrahitur matrimonium inter absentes literæ habentur pro verbis, & nutus, & signa habentur pro verbis, inter mutos & verecundos, aliquando verba parentum computantur pro verbis contrahentium, & ideo in matrimonio, vel sunt verba vel est aliquid loco verborum, & hoc sufficit, vt propositio verificetur, & sic patet quomodo in matrimonio sunt verba, & res, verba enim sunt illa quę exprimunt consensum matrimonialem, res autem

In matrimonio sunt res, & verba.

dicuntur quicunque alij actus concurrentes cũ verbis, vt sunt sensationes, & perceptiones verborum, & signa mutuæ complacentiæ, & similiter in sacramento pęnitentiæ res sunt actus in pęnitente, vt ponit Concilium Tridentinum sess. 14. verba autem sunt absolutiõ sacerdotis, vnde cũ sacramẽta euangelica non solum significant opus Redemptionis, quæ per Christum facta est sicut alia sacramẽta, sed etiam ab ipsa passione Christi fluxerunt, & ideo sicut effectus proximi habent imaginem suæ causæ inquãtum possunt, vt. s. ex rebus, & verbis consistãt sicut Christus ex verbo, & carne, lege D. Tho. 3. par. q. 6. art. 4. & 5. & super Ioan. cap. 4. & Capr. vbi supra contra secundam conclusionem.

Durã. in 4. sent. dist. 1.

Sacramenta nouæ legis causant instrumẽtaliter in anima nostra dispositionem quãdam, & ornatũ præter gratiam sacramentalem: elicitur hæc propositio ex dictis D. Tho. dist. 1. q. 1. art. 4. q. 1. Cui Dur. aduersatur probando q̃ præter gratiam non debet poni dispositio, aut ornatus caussatus in anima per sacramenta, quia constat, quòd sine dispositione, vel ornatu isto gratia haberi potest, vt in illis, qui sanctificantur in vtero, vel in adultis, qui iustificantur ante susceptionem baptismi, & in illis qui verè conteruntur ante confessionem, & absolutionem, gratia etiam habita, sine illis sufficientissime ornat animam, quare ponere talem dispositionem, vel ornatum videtur esse pura adinuentio ad palliãdum, quòd sacramẽta aliquid causant in anima. Verum

Psalm. 84.

hæc ratio Dur. est expresse cõtra scripturam ponentem duplicem gratiam, alteram, quæ est ipsum habituale Dei donũ, alteram quæ est ipsum auxilium Dei moouentis animam ad bonum: primo mõ accipiendo gratiam præexigitur ad gratiam aliqua animæ præparatio, quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita, & sic nec in sanctificatis in vtero, nec iustificatis ante baptismi susceptionẽ, nec contritis ante sacramentalem absolutionem cõfertur gratia nisi prius natura sint dispositi ad gratiæ susceptionẽ aliqua dispositione actuali vel habituali, & hæc nõ est fictio, sed consona dictis sacræ scripturæ, & rationi, quia cum gratia secũdum communẽ legem nõ detur, nisi disposito, oportet, q̃ recepturus gratiam, vel disponat se per liberum arbitrium vel disponatur ab alio, sed paruulus nõ disponit se ergo oportet, q̃ disponatur sacramẽto, vide D. Th. de ver. q. 27. ar. 4. & Capr. in 4. vbi sup. & Dominicũ de Soto dist. 1. q. 3. art. 1. & Caiet. 3. par. q. 62. art. 1.

Nota hanc doctrinam & lege Caietanum 3. p. q. 62.

Sacramenta sunt causæ instrumentales gratiæ: elicitur hæc propositio ex 3. p. q. 62. art. 1. cui se opponit Scotus, quia nulla creatura concurrit ad creationem nec instrumentaliter sacramenta sunt creaturę: igitur non possunt nec instrumentaliter concurrere ad ipsam gratiam, & ideo ait Scot. sacramẽta facere gratiam sicut notitia dicitur efficere volitionem quia ad volitionem præsupponitur, nihil enim est volitum nisi sit præcognitũ, ita sacramenta dicũtur gratiam efficere, quia ex lege diuina ad illam præsupponuntur, aliqui volunt sacramenta esse causas morales gratiæ, quia in illis applicantur nobis merita Christi quæ sunt causa gratiæ, & hãc defendit magister Cano in plectione de sacramẽtis, Soto ait dis. 1. q. 3. art. 1. q̃ sacrã causant gratiam mediatè, & cõsequntiue. Sed istis nõ obstãtibus vera est propositio assumpta à D. Th. quia sacrã cum sint media inter Deum, & animas nostras deferunt actionem Dei ad animã recipientẽ gratiã sicut causa instrumentalis producit effectũ cũ suo artifice vnde Conciliũ Trid. Sess. 6. c. 7. nuncupat baptismũ esse instrumentalẽ causam nostræ iustificationis. & ratio Scoti est nulla, quia gratia non creatur sed cõcreatur, & sacramenta non attingunt gratiam sed animam gratia. lege Cai. vbi supra.

dist. 1. q. 4. Scotus.

Petrus de Aquila.

Sacramenta sunt causæ Physicæ gratiæ.

Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam alterius rationis quàm sit gratia donorum, & virtutũ: scribitur hæc propositio 3. p. q. 62. at. 2. cuius oppositum tenent aduersarij D. Th. quorum ratio principalis est, quia sicut se hẽt sanitas restituta per artẽ ad sanitatem per naturã, sic gratia sacramentalis ad virtutes, quia sacrã sunt quędã medicinę, sed illa est eadem vt ait Arist. 7. Metaph. ergo nõ distinguitur gratia sacramẽtalis à gratia virtutũ, & donorũ. Sed hæc ratio deficit plurimũ: arbitrantur isti q̃ gratia sacramentalis, & gratia virtutum nõ aliter differãt nisi sicut sanitas per naturam, & sanitas per artẽ restitut., hoc enim longè est à veritate, quia plus differunt vt puta sanitas per naturã, & aliquis nouus effectus alius à sanitate per medicinã collatus, quia sacramenta euangelica ordinantur ad quosdã effectus speciales necessarios in vita christiana, sicut baptismus ordinatur ad quandam spiritualem regenerationem qua homo moritur vitijs, & fit mẽbrum Christi, qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus potentiarum animæ, & eadem ratio est in alijs sacramentis: sicut ergo virtutes, & dona addunt super gratiam cõiter dictam quandam perfectionem determinate ordinatã ad proprios actus potentiarũ, ita gratia sacramentalis addit super gratiã cõiter dictam, & supra virtutes & dona quoddã diuinum auxilium ad consequendũ finẽ sacramenti: & per hunc modũ gratia sacramentalis addit super gratiã donorũ, & virtutum l. D. Tho. 4. sent. dist. 1. q. 1. artic. 4. & Capreolum ibidem q. 3. contra quartam conclus.

4. sent. dist. 1.

Petrus de Palude.

Tex. 32.

Duplex gratia sacramẽtalis, & virtutum.

Satisfecit cõdigne & sufficienter Christus saluator noster pro tota natura humana collapsa per suã actionem interiorem, & passionem exteriorem: colligitur hæc propositio ex tertio senten. dist. 20. q. 1. art. 2. cui aduersatur Dur. probans Christum secundum q̃ homo nõ potuisse cõdigne satisfacere pro tota natura humana accipiendo condignã satisfactionem secundũ æqualitatem quantitatis ad culpam commissam, & ratio principalis huius est quia Christus inquantum homo non potuit reddere ęquiualens beneficijs ab ipso receptis quo ad omnia dona naturæ & gratiæ vnionis & habitualis, & gloriæ fruitionis beatæ, quæ omnia ab instanti suæ conceptionis accepit ab eo, & sic sicut Christus inquantum homo non potuit pro seipso reddere æquiualens beneficijs à Deo receptis, ita nec pro tota natura humana collapsa. & allucinatus est Dur. in hac parte nõ cõsiderando quomodo nõ est simile de gratiarum pro beneficijs, & de satisfactione pro offensa vel peccatis cõmissis, & ratio huius est, qa obiectũ, & materia gratiarũ actionis creaturę respectu Dei sẽper crescit saltem in sui cõseruatione post quamcũque gratiarum actionem, & ideo nullo modo potest reddi à pura creatura sufficiens gratiarum actio secundum quantitatem æqualitatis Deo pro beneficijs suis, sed materia satisfactio-

5. sent. dist. 20.

Durandus.

nis non crescit ex satisfactione, immo minuitur, & potest totaliter tolli, & ideo potest Deo fieri sufficiens satisfactio secundum æqualitatem quantitatis, licet non gratiarum actio æqualis diuinis beneficijs, deinde etiam falsum est quod Christus vt homo per actus humanæ naturæ habentes efficaciam ex consortio diuinitatis non posit reddere equiualēs beneficijs creatis a Deo receptis: de qua re vide D.Tho. prima secundæ q.114 art.3. & Capreolum tertio sent. dist.18.q. vnica.

Satisfactio & gratiarū actio differunt.

Satisfacere Deo purus homo minimè potest nisi in virtute meriti Christi: colligitur hæc propositio ex tertia p.q.1.ar.2. cuius oppositum sustinet Scot. Dur. & Aureol. & nituntur probare Deum de potentia absoluta posse acceptare aliquem actum pęnitētis tanquam satisfactionem iustam pro peccato non coniuncto merito passionis Christi. & principalis ratio istorum est, quia non est impossibile filium Dei non fuisse incarnatum, & per consequēs nec passum, & tamē possibile est Deum produxisse prædestinatum ad beatitudinem & iuste, non tamen excludendo misericordiā: ergo possibile fuisset modo pęnitentem sibi satisfecisse quia non potest iuste sine satisfactione peccatorem beatificare quod etiam confirmant per Diuum Augustinum dicentem, fuit quidem, & alius modus nostræ redēptionis possibilis qnā scilicet per incarnationem, & passionem, sed nullus nostræ miserię sanandę cōuenientior, ergo lapsus noster potuit sanari alia via quam per incarnationem, & passionem Christi, & non considerauerunt isti Doctores quod supposito illo casu talis pęnitens prædestinatus non potuisset Deo satisfacere loquendo de satisfactione proprie dicta, quæ requirit æqualitatem rei ad rem: potuisset tamen satisfacere improprie imperfecte, & interpretatiue, quod requirit solum equalitatem emendę ad offensam secundum diuinam acceptationē hoc enim modo non esset impossibile Deo satisfacere, & sic quoque dictum Augustini eos non iuuat, quia licet lapsus hominis aliter potuisset sanari quam per passionem Christi. Sed tunc non fuisset sanatus per condignam satisfactionem sicut nunc est, ad perfectā enim satisfactionem pro peccato requiritur adæquatio satisfactionis ad offensam, sed talem, & tantam non potest purus homo exhibere nisi coniuncto merito passionis Christi. igitur pro positio assumpta est vera. lege D.Th. 3. sent. dist. 20. q.1. ar.2. & Capr. in 4. dis.15.q.1. & Caie. 3.p. vbi su.

Ioan. Dūs.

13. de Trin. cap.4.

Satisfactio duplex.

Satisfacere Deo nullus pōt de vno peccato non satisfaciendo de alio sed illud retinendo. propositio hæc habetur à D.Th. in 4. sen. dist. 15.q.1. art.3. in sol.1.q. oppositū tamē sustinēt Sco. & nōnulli alij arbitrantes perseuerantem in vno peccato posse satisfacere pro alio, motiuū istorū est quia ille qui acceptata pęnitentia postea incidit in mortale solū est debitor pęnę certę, & finite: sed illā exoluit: ergo nō pōt ab eo plus exigi & sic satisfecit. Sed hoc motiuum nihil concludit quia peccator postquam est Deo reconciliatus est debitor pęnę finitę non qualitercunque soluendæ sed in statu gratiæ in quo solū est Deo acceptus, alioquin est debitor tantę pœnę quantā meretur culpa & illa est infinita nam per se quidem peccato debet pœna infinita si erat mortale sed mutata fuit in téporalem, supposito quod perseueret in amicitia, nec est simile de recompēsatione pecuniæ vt fingunt, quæ nec plus nec minus valet tempore amicitię sicut nec tempore inimicitię & de satisfactione iniustitię & maxime Dei quæ nō hēt valorem nisi ex diuina acceptatione vñ si fiat tēpore gratiæ satisfacit, si aliās nunquam, quia nō ex æquiualentia simpliciter nec gratię habet efficaciā vel ęquiualentiam: & sic propositio assumpta patet ex se quandoquidē nullū opus insufficiens ad amicitiæ restitutionem, & cum illius impedimēto stās, est Deo satisfactorium, sed omne opus factū in peccato mortali vel cū retētione peccati mortalis per affectū est huiusmodi: igitur nullus potest satisfacere Deo de vno peccato nō satisfaciendo de alio, lege Capreolum in 4. sent. dist.15.q.1.

Dis.15. Petrus de Palude. q.1. dist.11.

Nullus inimicus Dei potest ei satisfacere.

Scietia subalternata non necessario requirit euidentiam, aut intellectum suorū principiorum: elicitur hæc propositio ex dictis D.Tho. super Boetiū de Trin. q.2. art.2. Cui aduersantur Aureo. & Greg. probantes ad rationem scientię etiam subalternatæ non sufficere notitiam creditiuam solum respectu principiorum, quia Arist. 6. Ethi. tractauit de intellectu, qui est habitus principiorum, & nunquā posuit quod in aliqua scientia subalternante, vel subalternata habitus iste sit fides, primo etiam Metaph. docet quomodo sumuntur communes animi conceptiones, quę sunt principia in arte, in fine quoq; secundi posteriorū docet quomodo principia fiūt cognita, tamen nūquā ponit quod vnus modus sumendi principia sit per habitum creditiuum: ergo vel est insufficiens Arist. aut nihil est dictū, quod scientia subalternata procedat ex principijs per talem habitum notis. Et tamen isti decepti sunt non attendentes quod Arist. in prædictis locis agit de modo sumendi principia prima scientiarum, non autem principia proxima, talia enim possunt teneri habitu creditiuo, quia cuiuslibet scientiæ principiū est intellectus semper quidem primum, sed non semper proximum, imò aliquando fides est proximum principium scientię, vt patet in scientijs subalternatis, quia earum cōclusiones, sicut ex proximo principio procedunt ex fide eorum, quæ supponuntur à superiori scientia, sed sicut à principio primo ab intellectu superioris scientis, qui de his creditis per intellectum habet certitudinem: & quia principiū tripliciter dicitur primo dignitas virtualiter tantū ingrediēs demonstrationē, secūdo principiū formaliter, tertio principiū substātialiter primo mō tota sacra scriptura dicitur principiū, secundo mō articuli diuinitatis, & humanitatis, tertio modo omnes articuli, & conclusiones præter vltimas, lege Capreolum primo sent. in prologo, q.1.

In prologo primi sent. Cap.7. Arimin.

Principiū scientiæ est triplex.

Scientiæ nostræ obiectum est, quid incomplexū ex parte rei, licet ex parte nostri sit aliquid complexum per modum enunciabilis: colligitur hæc propositio ex secunda secundæ, q.1. art.2. vbi similiter loquitur de fide. Quam propositionē Greg. Arim. impugnat probando rem extra non esse obiectum scientiæ, & ratio sua potissima est, quia si res extra esset totale obiectum scientiæ, eadē ratione res extra esset obiectū opinionis, & fidei, & erroris, & per cōsequēs cōtingeret, quod idē hō sciret, & opinaretur, & crederet quod etiam ignoraret ignorantia dispositionis prauæ, quæ nominatur error, quę oia sunt absurda, patet consequentia nam contingit eundē scire, quòd Deus est ęternus, & omnipotēs, & quod

Quæst. primi prologi sent. Arimin.

solus, & immediate moueat cælum, credere quòd sit Trinus in personis, putans, quòd sit in vigore infinitus. Quæ quidem ratio nihil concludit, quia licet eadem res sit obiectum vltimatum scientiæ, opinionis & fidei, & erroris, nō tamē proximum, propositionis enim subiectum se habet ad totam propositionem, sicut materia, vnde quamuis in talibus cum dicimus Deus est passus solūmodo nominet subiectum quid increatum, tamen tota propositio dicitur esse de re increata, sicut de materia, ex quo patet, quòd cum credens aliquid de Deo formet vnam propositionem, & sciens aliquid de Deo formet aliam, obiectum, & materia actus credulitats, & sciendi est idem. s. Deus importatus per subiectum talium propositionum, nec tamen sequitur, quòd idem homo idē sciat, & opinetur, nam quilibet talium habituum habet duo obiecta. s. rem signatam per subiectum propositionis, & ipsam propositionem, quam format de obiecto, ex quo sequitur, quòd licet scientia sit de re extra, non tamē dicimus, quòd assentiamus rei extra, vel dissentiamus, sed potius enunciationi formatæ de re extra: actus enim cognoscendi est respectu rei extra non tamen respectu eius est assensus, vide D. Thomam de ver. quæst. 14. art. 8. & Capr. q. 4. prologi senten.

Obiectum sciētię opinionis, fidei, & erroris idē esse potest.

Sciētia dicitur vniuersalis, vel particularis ratione medij cognoscendi: sumitur hæc propositio ex primo senten. dist. 35. q. 1. art. 5. Cui se opponit Aureolus probans scientiam non dici vniuersalem, vel particularem ratione medij cognoscendi, sed potius ratione obiecti cogniti, & ratio sua potissima est, quia si propositio assumpta esset vera sequeret, quòd nulla sciētia deberet dici vniuersalis, cum habitus, & species, quæ sunt media cognoscendi sint quædam res simplices, & singulares existentes in singularibus intellectionibus hominum, sed hoc est inconueniens apud omnes: igitur propositio falsa. Sed hic vir noluit intelligere propositionis veritatem, quæ non loquitur de medio cognoscendi eo modo quo species, vel habitus est mediū cognoscendi; sed eo modo quo causa est medium cognoscendi effectum, & principium cognoscēdi conclusionem, & secundum hoc aliquæ conclusiones, siue scientiæ dicuntur vniuersales, vel particulares, sed quod ex medijs vniuersalioribus procedunt idest ex causis vniuersalibus, vel principijs communioribus, & hinc est, quòd scientia Dei non est vniuersalis, nec particularis, quia scientia præcipue attenditur ratione medij, illud autem per quod cognoscit Deus quasi medio est diuina essentia, quæ non potest dici vniuersalis, quia vniuersale est in potentia, & imperfectū, nec dici potest particularis, q̄a principium particularitatis est materia, & quia essentia Dei est perfectissima, & est immaterialis, idcirco, nec vniuersalis, nec particularis dici p̄t, lege D. Th. p. p. q. 14. art. 8. & Capr. 1. sen. dist. 35. q. 2. art. 2.

Quol. 3. q. 6 Aureolus.

Sciētia Dei non est vniuersalis, nec particularis.

Scientia Dei est causa rerum secūdum quod habet voluntatem adiūctam: elicitur hæc propositio ex p. p. q. 14. art. 8. oppositum huius tenet Aureolus probans scientiam Dei esse causam rerum absque concomitantia voluntatis, quia dato, quòd non esset causa efficiens omniū, adhuc per scientiam suā esset exemplar rerum, & istam causalitatem habet absque coniunctione voluntatis, quia voluntas nihil facit ad rationem exemplaritatis, alioquin faceret ad hoc, quòd res esset vnita in Deo, nō ergo est verum, quod ratio causalitatis cōgruat Deo adiuncta volūtate. Nihilominus hæc ratio est nullius momenti, quia si Deus non esset effectiuus rerum, non haberet apud se rerum similitudines nisi à creaturis eas accepisset, vel à causa effectiua creaturæ, & sensus propositionis assumptæ non est, quòd voluntas det huiusmodi causalitatem diuinæ sciētię, nec aliam etiam causalitatem, puta effectiuam, sed potius, quòd scientia sit causa prior secundum rationem, quàm voluntas, sed sensus est, quòd nullus effectus procedit à diuina scientia, nisi mediante voluntate, quæ determinat scientiam ad opus, diuina enim scieutia ex eodem habet causalitatem exemplaris, & effectiue. s. ex plenitudine actus, ex illo. n. habet, quòd sit effectiuus rerum, & quia ille actus est intelligibiliter in eo, ideo habet, quòd sit exemplar, & ratio eorum, quæ in diuina essentia, sicut in causa præexistunt, quia sic se habet scientia Dei ad omnes res creatas, sicut scientia artificis se habet ad artificiata, sed sciētia artificis est causa artificiatorum adiuncta voluntate: ergo & scientia Dei, vnde sic consueuit nominari scientia approbationis, lege D. Tho. de ver. q. 2. art. 14. & Capr. vbi supra.

1. sē. dis. 35. Aureol.

Voluntas Dei determinat diuinā scientiā.

Scientia quam habet Deus de non fiendis non est practica: elicitur hæc propositio ex p. p. qō. 15. art. 3. Cuius oppositū docet Aureolus, & ratio sua est, quia si notitia fiendorum tantummodo sit practica, & non factibilium, dato quòd nō sunt fienda sequitur, quòd ars medicinalis in his qui non proponunt potiones dare erit speculatiua, & non practica, vnde quilibet poterit pro libito volūtatis suæ facere scientiam suam nunc practicam proponendo vti ea, nunc vero speculatiuam proponendo, q̄ nunquàm illa vtatur, hoc autem dicere est absonū: ergo Deus si proponat aliqua se facturum alia vero nō, nihil facit ad hoc, quòd illa notitia sit practica, ista vero speculatiua. Sed hæc ratio ex seipsa dissoluitur, quia ars medicinalis in eo, qui vti ea non intendit, est quidem practica habitualiter, nō autem actualiter vltimate, vnde actiuitas aptitudinalis facit scientiam practicam virtualiter non actualiter vltimate, & sic etiam Deus eorum, quę nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, non habet practicam cognitionem, nisi in virtute tantum, & licet operans aspiciat ad vniuersalia rei prædicata, non tamen sistit in illis, sed protendit intellectum suum ad particulare opus, nunquàm enim ex vniuersali cōsideratione, sed ex consideratione virtutis cogitatiuę quæ circa particularia versatur, fit opus practicum, D. Tho. de ver. q. 2. art. 7. & Capr. 1. sent. dis. 35. q. 2. art. 2.

Aureolus.

Medicina quomō erit practica, & quō speculatiua scientia.

Semen humanum sua virtute, licet nō causet animam rationalem essentialiter, causat tamen dispositiue: elicitur hæc propositio ex disputatis de potentia Dei, q. 3. art. 9. cui nonnulli aduersantur præcipue Auerroistæ probantes, quòd si virtus seminis non causat animam rationalē, nec etiam causat dispositiones ipsam consequentes, quia agens naturale non trāsmutat materiā generando nisi inquantum est in potentia ad esse substantiale, immo non transmutat secundum esse accidentale, nisi natum esset vlterius transmutare ad esse substantiale, sed semen humanū per te tanq̄ agēs naturale disponit materiam ad animam rationalem: ergo eam producit, nec ad eā disponit, & sic propositio erit falsa.

Auerroistæ.

Sed

Sed isti viri volentes nimium adhærere sensui reliquerunt intellectum, virtus enim seminis nõ solum corrumpit formam præcedentem, immo est causa vnionis animę ad corpus, & sic non solum est causa dispositionis accidentalis verum etiam formæ substantialis, nec oportet, quòd homo generando hominem tantam causalitatem habeat super formam sui geniti, sicut alia naturalia generantia, quia forma illa non habet esse à materia dependens, sicut aliæ formæ naturales, sufficit ergo generationem hominis habere terminũ formalem quo ad inesse ita quòd anima rationalis inhæreat corpori non quo ad esse, vide Caiet. in primam partem, q. 118. art. 1. & 2.

Singulare materiale intellectus directe, & primo cognoscere non potest: scribitur hæc propositio p.p.q. 86. art. 1. cuius oppositum sustinent Dur. Varro, & Greg. Arimin. quorum principale fundamentum est, quia vniuersale abstrahitur à singulari, vt à termino à quo: ergo singulare prius cognoscitur, abstractio enim non fit nisi à cognito. Sed non perceperunt isti naturam abstractionis, quæ nũquàm fit à cognito, siue fit abstractio intellectus possibilis, siue fit abstractio intellectus agentis, de prima enim est manifestum omnibus, de secunda quoque fit clarum ex sensu, visus.n. abstrahit colorem ab odore pomi ignoto sibi, tali enim pacto intellectus possibilis cõsiderat vniuersale, & non particulares conditiones, & quia secundum veritatẽ principium singularitatis in rebus materialibus est materia indiuidualis, intellectus autem noster intelligit abstrahendo speciem intelligibilem ab huiusmodi materia, & id quod abstrahitur à materia indiuiduali est vniuersale, & ideo intellectus noster directe non est cognoscitiuus, nisi vniuersaliũ indirecte autem, & per quandam reflexionem potest cognoscere singulare, & ideo Arist. 1. Physic. ait vniuersale secundum rationem est notum, singulare autem secundum sensum, lege D.Th. de ver. q. 5. & Caiet. p.p. vbi supra, & Cape. in 1. sent. dis. 35. q. 2.

1. sent. dist. 35. q. 1. Varro.

Species cõnaturales, & cõgenitę ponẽdę sunt in angelo ad hoc vt cognoscat alia à se: colligitur hæc propositio p.p.q. 55. art. 1. Cuius oppositum docet Henr. & Duradus quorũ ratio principalis est, quia si ponerentur species in angelo, tunc angelus naturali necessitate intelligeret simul omnia quorum habet species, si species sit sufficiens principium intelligendi. Et decepti sunt, quia ad hoc, quod intellectus intelligat requiritur non solum species, vel obiectum, sed intẽtio qua actu feratur in obiectũ, ideo quia non simul potest intentio ferri ad plura, vt plura, non potest simul intelligere plura quę habent eundem modum intelligẽdi, in his.n. ad quæ intellectus se habet omnino indifferenter oportet, quod fiat determinatio per aliquid alterum, sicut enim imaginatio in qua sunt multę species indifferenter se habet ad multas, vnde oportet ad hoc, quod actu feratur in aliquam illarũ quòd determinetur per appetitum, vel per sensum, vel per aliquid aliud ita intellectus determinatur per voluntatẽ, & quia omnis intellectus aliquid intelligens habet in se aliquam formam per quam est in actu primo, & per quam eligit actum secundum, vel operationem intellectualem, sed intellectus angelicus est huiusmodi: igitur talem formam habet, sed illa forma non

Quol. 5. quæst. 14. Herueus.

Intellectus quare non intelligit plura.

A potest poni essentia ipsius angeli respectu omnium intelligibilium: igitur oportet, quòd sit aliqua forma intelligibilis superaddita, talem autẽ dicimus speciem Intelligibilem, lege D.Tho. de ver. q. 6. at. 9. & Capreolum, 2. sent. dist. 3. q. 2.

Species sensibilis aliqua reponenda est in sensitiua potentia: colligitur hæc propositio ex disputatis de ver. q. 10. art. 9. Cui se opponit Dur. probans nullam talem spem esse ponendam in potentijs sensitiuis, & per consequens, nec in intellectu, potissima ratio sua est, quia tunc illa species esset primo cognita, sed non est primo cognita seu visa, vt species caloris à visu: igitur nulla talis species ponenda est in potentia, nec sensitiua, nec intellectiua. Et hæc ratio non cogit sed deceptus est Henric. Godofredus, Durãdus, Adam & quicunque conatur negare species, siue in intellectu, siue in sensu, cum expresse ponat ipsas Arist. 3. de anima, dicens non lapis, sed species lapidis est in anima, & Augustinus etiam, qui distinguit tria genera visionum. s. corporalem, spiritualem, & intellectualem, non cogit dixi ratio aducta, quia species ponitur vt actuat potentiam, ponendo ipsam in actu primo non autem vt terminet, quia hoc facit obiectum, quod directe & primo cognoscitur, species autem reflexe, & secundario cognoscitur, vide Diuum Thomam prima parte, quæst. 85. art. 2. & Caiet. ibidem Capreol. quoque vbi supra.

Durandus. 2. sen. dis. 3.

Tex. 30.

12. super Gen. c. 10.

Species intelligibilis realiter distinguitur ab actu intelligẽdi: colligitur hæc propositio ex 2. contra gent. cap. 39: Cuius oppositum probat Aur. dicens, quia tunc sequeretur quòd obiectum bis appareret intellectui, semel beneficio speciei, & semel beneficio intellectionis, quod est falsum, & contra experientiam, & sic superfluum est ponere speciem intelligibilem distinctam, ab actu Intelligendi. Sed lapsus est in errorem ipse Aureolus nõ considerando; quòd obiectum repræsentatur intellectui habitualiter tãtum per speciem intelligibilem, per actũ autem intelligendi apparet actualiter, vnde intellectus est in actu perfecto secundum species intelligibiles quando actu per eas considerat, quando vero non cõsiderat actu per illas medio modo se habet inter potentiam, & actum, & sic nihil concludit Aureolus, nisi quòd res intellecta bis apparet, scilicet semel habitualiter, & semel actualiter, & hoc nihil est inconueniens de qua re vide D.Tho. de ver. q. 8. artic. 4. & Capreolum primo senten. distin. 35. q. 1. articulo primo.

1. sẽ. dis. 35. Aureol.

Duplex actus.

Scire operabilia quo ad eorum diffinitiones, & prædicata vniuersalia est scire speculatiuum: sumitur hæc propositio ex p.p. quæst. 14. art. 16. Cui aduersatur Aureolus. cuius ratio principalis est, quia tũc sequeretur, quòd de omni re operabili possent esse duæ scientiæ. s. scientia practica, & speculatiua, quòd est falsum, quia nullus dicit, quòd sit duplex scientia moralis, vel fabrilis vna practica, & alia speculatiua. Quam consequentiam nullam esse arbitramur, quia non oportet, quòd de omni operabili sint duæ scientiæ, quarum vna sit practica, & alia speculatiua, sed solum sequitur, quòd de omni tali potest haberi scientia, quæ erit speculatiua, & practica diuersimode, speculatiua quidem, quo ad modum, practica vero quo ad obiectum, vel finem, & hic est sensus propositionis,

Distin. 35. Aureol.

Vna scientia põt esse practica, & speculatiua.

non.n.palliari potest, q̄ si ædificator consideret do A mum difiniendo vel diuidendo, & considerando vniuersalia prædicata ipsius, quin non habeat sciētiā de operabilibus modo speculatiuo, tunc.n.considerat practice quando applicat rem ad opus, lege D.Tho. de ver. q. 3. art. 3. & Capr. vbi supra. q. 2. ar. 2.

Spes est virtus distincta à fide, & à charitate: scribitur hæc propositio 3. sent. dist. 26. q. 2. art. 2. cuius Ioan. Duns oppositum tenet Scotus probās spem non esse aliū habitum distinctum à fide, & charitate, & ratio sua principalis est, quia non est alius habitus formaliter respectu vniuersalis, quàm respectu particularis vt apparet in omnibus habitibus intellectualibus, sed fides est respectu vniuersalis, quia fide teneo B omnem iustum finaliter saluandum: ergo non est alius habitus formaliter huius, & illius, & sic spes non distinguitur à fide, neque etiam à charitate. Habitus cognoscitiu⁹. Sed pace Scoti in hac parte dixerim eum nō intellexisse sensum propositionis qui est, quòd spes distinguitur à fide sicut habitus appetitiuus ab habitu cognoscitiuo, vel sicut habitus existens in voluntate ab habitu existēte in intellectu, non autem quòd spes distinguatur à fide sicut distinguntur duo habitus intellectuales, vel cognoscitiui, quorum vnus respicit obiectum vniuersale alius obiectum particulare: quem sensum suscepit Scotus. & male, quandoquidem illi habitus realiter distinguuntur, quæ C habent obiecta formalia distincta, sed sic est de spe & fide, & charitate: igitur istę tres virtutes theologicę realiter sunt distinctę, de quibus lege D. Tho. 2. 2. q. 18. art. 1. & q. 17. art. 3. & Capr. & in 3. senten. dist. 16. q. vnica.

Spei obiectum principale est ipse Deus: ponitur Dur. dist. 26 3. senten. hæc ꝓpositio 2. 2. q. 17. art. 5. Cui aduersatur Dur. probando, q̄ Deus non sit immediatum obiectum spei, sed potius beatitudo creata, & præcipua ratio sua est, quia spes pertinet ad amorem concupiscentiæ quo volumus nobis aliquod bonum, sed proximum, & immediatum obiectum amoris concupiscentiæ non est ipse Deus secūdū se, sic enim aman D dus est propter se amore amicitiæ: ergo est aliquid creatum, & non nisi beatitudo creata, vt patet ex ipsa descriptione spei. s. quòd est expectatio futuræ Dupliciter amat Deus beatitudinis. Et non veritus est Dur. hic assumere minorem falsam, quia Deus potest duplici amore amari. s. imperfecto qui dicitur amor concupiscentiæ, & perfecto, qui dicitur amor amicitiæ, & vterq; est bonus, & licitus, & meritorius si adsit charitas, & gratia: licet primus amor Dei. s. concupiscentiæ non sit meritorius nisi adsit secundus amor. s. amicitiæ, quo Deus diligitur propter se: & quòd nō sit inconueniens Deum diligere propter aliud patet, quia ex aliquibus alijs disponitur homo ad hoc, q̄ E in Dei delectionem proficiat puta per beneficia ab ipso suscepta, vel etiam per præmia sperata, vel per pœnas quas per ipsum vitare intendit, sicut quis diligit amicū suū propter beneficia suscepta, quāuis postquàm amare incepit non propter illa beneficia solum amet suum amicum, sed propter eius virtutem, si enim spes est vna ex virtutibus theologicis (vt redeamus ad propositionem assumptam) sequitur, quòd eius obiectum est ipse Deus, quia ratio virtutis theologicę in hoc cōsistit, quòd habeat Deum pro obiecto, vide D.Tho. 2. 2. q. 27. art. 3. & Capreolum vbi supra.

A Spiratio nullam personam diuinam constituit, colligitur hæc propositio ex primo senten. dist. 33. 1. sen. dist. 3. De doctrina christiana, cap. 1. Aureolus. q. 1. art. 3. Cui se opponit Aureolus probans spirationem actiuam pertinere intrinsece ad personalitatem patris & filij, & hoc præcipue propter authoritatem August. asserentis, quòd tantum Trinitate fruendum est, sed ipsa spiratione actiua fruendum est: ergo spectat, & includitur inter personalitates Patris, & Filij. Quæ ratio gratis conceditur cum nihil aliud concludat nisi quòd spiratio actiua nō sit quarta res distincta à tribus personis, non autem q̄ cōstituat personam filij, aut patris, nec quòd sit intra personalitatem filij, secūdum intelligentiæ mo- B dum, quandoquidem illud quod est multis communicabile non cōstituit aliquid in esse incommunicabili, sed spiratio est communicabilis multis, Spiratio est cōīcabilis. quia est cōmunis patri, & filio, persona autem dicit quid incommunicabile cum sit substantia indiuidua: ergo non constituit filium, nec patrem in esse personali, maior patet, quia repugnantia est, quod aliquid habeat incōmunicabilitatem per illud cui cōuenit communicabilitas, vt puta, quod aliquid sit nigrum formaliter per illud quod est album vel albedo, lege hanc rem, p. p. q. 32. art. 2. & de potētia Dei, q. 10. art. 5. & Capreolum 1. senten. dist. 11. q. 1.

Spiritus Sāctus procedit à patre, & à filio inquā- C tum sunt vnum & in quātum sunt plures. Sumitur hęc propositio ex 1. senten. dist. 11. q. 1. art. 2. con- Distin. 11. Aureolus. trariū huius, sustinet Aureolus quia solus pater est sufficiens spirator & similiter solus filius, unde accidit patri inquantum spirat, quòd sibi inspirando filius sit vnus, vel ab eo distinctus: ergo illa vnitas, vel pluralitas, vel mutuitas nihil facit ad spirationē. Et falsum assumit hic vir, q̄ accidat patri inquantū spirat, quòd sibi filius conspiret, immo de ratione spirantis amorem perfectum est, quòd habeat verbum conspirans, nihil enim amatur, nisi præconceptū, vnde spiratio de sui ratione habet, quòd procedat a duobus, & in creatis quoque omnis diligēs Diligēs cōcipit verbū D vel spirans amorem concipit verbum rei dilectæ, à quibus existentibus quodammodo vnum, & quodāmodo distinctis spiratur amor, & præsertim de ratione amicitiæ est mutuitas amoris, & sic falsum est, quòd mutuitas nihil faciat ad spirationem, conditio enim suppositorū spirantium est pluralitas, & cōcordia, & mutuitas inspirando ita, quòd si nō essent duo non saluaretur. ibi ratio spirationis, vnde ratione virtutis spiratiuę est vnitas, ratione suppositorum spirantium est pluralitas, vide D.Tho. p. p. q. 36. art. 4. & Capr. dist. 12. primi sent. q. prima.

Spiritus Sanctus non dicitur imago Patris, aut filij: hęc propositio colligitur ex p. p. q. 35. art. 2. Distin. 27. 1. sent. Aureolus. E cuius oppositū docet Aureolus, & præcipuum fundamentum eius est, quia de ratione imaginis est similitudo, & cum Spiritus Sanctus sit similis Patri, & Filio, sequitur quòd sit imago vtriusq;. Sed hæc ratio est græcorum tenentium Spiritum Sanctum esse imaginem Patris, & Filij, nihilominus nō cogit, quia licet Spiritus Sanctus dicatur similis Patri, & Spūs Sāct⁹ quare dicat similis Patri, & Filio. Filio ratione naturæ, quam habet ab eis, & in qua identice conuenit cum Patre, & Filio, tamen quia non procedit per modum similis, sed per modum appetitus, seu impulsionis, & impetus, & ideo per se, & formaliter loquendo non dicitur similis Patri, & Filio nisi per accidens, & extranee,

sicut

sicut sortes dicitur similis Platoni in natura, nō autem in per se differentijs quibus distinguuntur, Filius autem procedit, vt verbū de cuius ratione est similitudo specifica ad id à quo procedit, & hinc Augustinus, ait quòd solus Filius est imago Patris. lege D.Th. in epist. ad Hebræos, cap. 1. & Caiet. p.p. vbi supra, & Capreolum 1. sent. distin. 27. q. 2. contra sextam.

7. de Trin.

Spiritus Sanctus procedit naturaliter à Patre, & Filio non tamen procedit ab eis per modum naturæ, sed per modum voluntatis: colligitur hæc propositio ex 1. sent. dist. 6. q. 1. art. 2. cuius oppositum sustinet Scotus probās, ꝙ Spiritus Sāctus non producatur naturaliter à Patre, & à filio, quia voluntas diuina est principium producendi Spiritū Sanctū, sed voluntas diuina nō est principium naturaliter productiuum: igitur Spiritus Sanctus non producitur naturaliter. Et non intellexit Scotus, quòd voluntas aliquid producit, vt voluntas, & aliquid, vt natura, vti nostra voluntas, vt natura, seu per actū voluntatis, vt naturalis est, & ad vnum determinata vult beatitudinem, vt vero libera est vult media ad finem, sic voluntas Dei, vt natura est producit Spiritum Sanctum, vt voluntas hoc est libera producit creaturas, licet diuina essentia sit principium omnium diuinorum actuum, sed non sub nuda ratione essentiæ, quinimo essentia diuina, vt induit rationem intellectus, aut memoriæ est principium generationis verbi, vt verbum, licet Filij, vt est Filius principiū generationis sit essentia, vt induit rationem naturæ, vlterius essentia, vt induit rationē voluntatis naturalis est principium spirandi Spiritus Sancti, sed vt induit rationem voluntatis liberę indifferēter ad opposita sic est principium creaturarum. de qua re vide D.Tho. de potentia Dei, q. 10. art. 2. & p.p.q. 41. art. 2. & Capr. 1. senten. dist. 6. q. 1. Bachonus art, ꝙ Spiritus Sāctus producitur necessario, quia est omne bonū, nō sic est creatura, ideo non necessario.

Distin. 6. 1. senten. Ioan. Dūs.

Spiritus Sāctus producitur naturaliter, & necessario, quia est oē bonum.

Spiritus Sanctus licet naturaliter procedat à Patre, & Filio cum hoc tamen libere ab eis procedere dicitur: hæc propositio colligitur ex locis supracitatis, cui tñ Greg. Arim. aduersatur qa quod libere producitur cōtingenter producitur ab eo, & non necessario, sed Spiritus Sāctus nō cōtingenter producitur à Patre & Filio, immo necessario, ergo non procedit ab eis libere. Et noluit intelligere Gregorius quomodo volūtas dicitur producere aliquid libere, quia non violenter, & coacte producit, licet per modum naturæ determinatę, sicut etiam Deus sua volūtate libere amat seipsum, & tamē de necessitate amat seipsum, necessarium est, quòd tantum amet se quantum bonus est, sicut tantum diligit se quantum est, & sic libere Spiritus Sanctus procedit non tamen cōtingenter, sed ex necessitate, nec possibile fuit ipsum procedere minorem Patre, sed necessario fuit illum spirari æqualem, ratio ergo Gregorij nihil aliud probat nisi, quòd Spiritus Sāctus nō procedit libere, prout libertas distinguitur contra naturam præcise, sed non probat, quod nō procedit libere, vt libertas stat cum natura intranea voluntati, quæ est simul natura, & voluntas, lege Caietanum in p.p.q. 41. art. 2. & Capreolum vbi supra. & primo sent. dist. 6. q. 1. art. 2. vbi habes ꝙ Spiritus Sanctus non producitur libere libertate excludente necessitatē, licet producatur libere libertate excludente coactionem.

Dist. 10. q. 1. articu. 2. Arimin.

Spiritus Sāctus producitur libere qa nō coacte.

Spiritus Sanctus procedit processione amoris, & volūtatis: colligitur ista propositio ex p.p.q. 27. art. 2. & 3. Cui aduersatur Dur. probans quòd Spiritus Sanctus non procedit, vt amor, nec vt aliquid pertinens ad voluntatem, quia illud non pertinet ad amorem vel voluntatem quod competeret Deo exclusa volūtate, & amore, sed spiratio Spiritus Sancti inest Deo exclusis per intellectum, voluntate, & actibus suis, cū insit sibi radicaliter ex fœcunditate naturæ, quam fęcūditatem habet ex sua infinitate, & non ex hoc, quòd est volens: ergo Spiritus Sāctus non pertinet ad amorem. Et non verecūdatur Dur. vt fundaret suam opinionem assumere minorē falsam, si enim in Deo non esset intellectus, aut voluntas, ipse nō esset productiuus, alicuius ad intra, nec verbi, nec Spiritus Sācti, quia in diuinis nō est processio, nisi secundum actionem, quæ non intendit in aliquid extrinsecum, sed manet in ipso agēte, huiusmodi actio in natura intellectuali est actio intellectus, & actio voluntatis, processio autem verbi attenditur secundum actionem intelligibilem, secundum actionē voluntatis attenditur processio amoris secundum quam amatum est in amante, vide Caiet. in p.p.q. 27. in art. 5. & Capr. dist. 10. q. 1. contra Dur. & D.Tho. p.p.q. 37. art. 1.

Dist. 6. q. 5. & 10. dist. Durand.

In Deo est actio imanens.

Spiritus Sāctus est terminus actus diuinæ voluntatis, sumitur hæc propositio ex prima parte, q. 37. art. 1. Cui se opponit Scotus probās, quòd Spiritus Sanctus procedit, vt actus amoris, & actus diligendi, quia sicut se habet verbū ad intellectionem, ita Spiritus Sanctus ad amorem, sed verbum vere, & formaliter dicitur intellectio, vt procedens: ergo Spiritus Sanctus erit amor, vt procedens. Et allucinatus est Scotus in hac parte, quia verbum non dicit actualem intellectionem, sed aliquid productū per eam, vnde patet quòd minor est falsa, cum tam verbum, quàm Spiritus Sanctus, non sunt actus intellectus, & voluntatis, sed terminus ipsorum actuū hinc multi Theologi errauerūt, & Henricus, qui posuit, ꝙ Spiritus Sanctus emanat per modum cuiusdam zeli, & amoris intenti, & Dur. qui voluit Spiritum Sanctum procedere etiam seclusa voluntate opinio ergo vera est, quòd Spiritus Sanctus cum sit persona subsistens est terminus actus voluntatis, & est conformis Augustino Hieronymo Riccardo, & multis alijs, vt poteris videre apud D.Th. 1. sentent. distin. 10. q. 1. art. 1. & Capr. vbi supra.

Dist. 10. q. 1 Dūs, & Petrus de Aqla.

Quol. 6. q. 1

Spiritus Sanctus si non procederet à filio non distingueretur personaliter ab eo: scribitur hæc propositio p.p.q. 36. art. 2. cuius oppositum tenet Scotus probās multis rationibus, & sua præcipua ratio est, quia quo aliquid constituitur in esse eodem distinguitur ab omni eo quod non est ipsum, sed filius constituitur in esse personali per filiationem: igitur per eam distinguitur ab omni alio, quòd nō est ipse, & sic per filiationem distinguitur etiam à Spiritu Sancto. Quæ ratio Scoti nulla est, quia non concludit, nisi in rebus absolutis, & non in materia relatiuorum, vt est in præsentiarum, siquidem sola relatio multiplicat Trinitatem indiuinis, & relatio non distinguit realiter nisi à suo opposito, & sic filiatio cum cōstituat filium in esse personali distinguit ipsum Filium tantum à Patre, cui opponitur,

Dist. 11. q. 2. Ioan. Duns

nitur, & non ab alio, & cum oppositę rationes originis non accipiantur nisi secundum principium, & secundum, quòd est à principio, vnde necessario venit dicendum, vel Filiũ esse à Spiritu Sãcto quod est hæreticum, vel Spiritũ Sãctum esse à Filio quod est verissimum, & sic patet sensus propositionis, quia si Spiritus Sanctus nõ procederet à Filio ab eo non distingueretur, lege D.Tho. de potentia Dei, q.10. art.4. & in opusc.3. cap.49. & 4. contra gent. cap.49. & Caiet. in p.p. vbi supra, & Capr. dist.11. q.1.

Dist.44.q.5. Durand. Subtilitatis dos est quædam qualitas inhærens corporibus beatis: colligitur hæc propositio ex 4. sent. dist.44. q.2. art.3. oppositũ huius sustinet Dur. & fundamentum suum est, quia dos sponsæ ex qua istud nomen tractum est, consistit non solum in illis quæ sponsam ornant, & circũstant, quasi intrinsece, sed etiam in his quæ assistunt extrinsece, vt si ad tuitionem eius daretur ei certa custodia militũ, male ergo asseritur dotem esse qualitatem inhærentem corporibus beatis. Sed male sumpsit argumentum Dur. ex his quæ fiunt circa sponsam in humanis ad concludendam identitatem in corporibus beatis, quia dotes istæ per quandam redundantiã deriuantur ad corpus ex gloria animæ, quòd non est ita in dote spõsæ, vnde beatitudo corporis gloriosi, & eius dotes proportionantur beatitudini animæ gloriosæ, & eius dotibus, sed beatitudo animæ, & eius dotes sunt quædam formæ positiuæ inhærentes animę beatę: ergo simile est de beatitudine corporis glorificati, & eius dotibus, quod etiam apparet manifeste ex diffinitione dotis quã communiter tradunt doctores, quæ est hæc, dos est perpetuus ornatus animę, & corporis vitæ sufficiẽs in æterna beatitudine iungitur perseuerans, lege D.Tho. in 4. sent. dist.49. q.4. art.1. & Soto. ibidem & Capreolum dist.44. q.3.

Dos in humanis differt à dotibus corporis gloriosi.

Subtilitatis dos non est tantę efficaciæ, vt per ipsam corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore in eodem loco localiter: sumitur hæc propositio ex 4. sent. dist.44. q.2. art.2. Cui multi se opponunt dicentes, quod si subtilitas non esset ratio essendi cum alio corpore, tunc corpus post resurrectionem esset in onus animæ, anima enim quantũ est ex se potest esse cum quocunq; corpore, & si corpus non posset esse cum alio corpore, iam esset sibi in onus, quia non posset cum illo id quod posset sine ipso quod est contra Aug. Allucinantur tamen isti, quia licet anima beata reassumpto corpore glorioso poterit esse simul cum quocũq; alio corpore esse voluerit, non tamen propria virtute, sed diuino miraculo, & sic non sequitur, quòd corpus gloriosum sit in onus, & in pœnam ipsius animæ, siquidem corpori glorioso secundum naturam suam competit, vt resistat cuilibet alteri transeunti, ita quòd nõ possit simul esse cum eo in eodem loco, sed miraculose hoc potest diuina virtute contingere ad nutũ ipsius, quòd sit cum alio in eodem loco, & sic non resistet ei transeunti, sed corpus gloriosum ratione suæ proprietatis non habet, quòd possit esse simul cum corpore glorioso in eodem loco, sicut nec vt sit cum corpore non glorioso, possunt tamen diuina virtute hęc omnia fieri. lege vbi supra authores prænominatos.

Petrus de Aquila.

10. de Ciuit. Dei, cap.9.

Corp' gloriosum nõ potest esse simul cum alio opere propria virtute.

Superbia vt est speciale peccatũ est radix, & initium omnis peccati: scribitur hęc propositio pri-

A ma secundæ, quæst.84. art.1. Cui aduersatur Durandus probans non superbiam, vt speciale peccatum esse radicem aliorũ peccatorum, sed inordinatũ amorem sui, quia hoc dicit D. August. quòd amor male inflãmans est principium aliorum peccatorum, & non superbia, quia hic amor ad plura se extendit quàm superbia. Et non cõsiderauit Dur. quòd hic amor quoque male inflãmans causatur ex inordinato appetitu proprię excellentiæ, qui est superbia, & sic etiã intellexit D. Aug. quòd ratione superbiæ ille amor male inflãmãs est causa aliorum peccatorum, quia illud peccatum cuius obiectum per modum finis mouet ad cõsequutionem cuiuslibet boni commutabilis potest dici radix omnis peccati ex parte cõuersionis ad bonum commutabile, sed superbia est huiusmodi, quia in actibus voluntarijs in quibus sunt peccata duplex ordo inuenitur, s. intentionis, & exequutionis: in primo quidem ordine finis habet rationẽ principij, finis autem in omnibus temporalibus bonis acquirendis est, vt homo per illa quandam perfectionem, & excellẽtiam habeat, & ideo ex hac parte superbia, quæ est appetitus excellẽtiæ, ponitur initium omnis peccati, sed ex parte exequutionis est primum illud quod præbet opportunitatem adimplendi omnia desideria peccati quod hẽt rationẽ radicis, s. diuitię, & ideo C ex hac parte ponitur auaritia radix omnium malorum: igitur superbia est principium omnium peccatorum, vt dictum est, de quo vide D.Tho. 4. sent. dist.49. q.1. art.3. & Capreolum 2. senten. distin.43. q. vnica.

Dist.42. q.4. Durand.

Ordo è duplex.

Suppositum & natura in rebus materialibus differunt realiter: scribitur huiuscemodi propositio p.p. q.3. art.3. Cui aduersantur Scotus Aureolus, & Girardus de Carmelo, & nonnulli alij, & principale fundamẽtum istorum est, authoritas Arist. 7. Metaphy. dicentis singulum nõ est aliud à sui substantia, per quæ verba intendit probare, quòd in omnibus habentibus simpliciter quodquid est, est idem D cum eo cuius est. Et allucinantur quotquot oppositum supradictæ propositionis docent, cum hæc sit expressa sententia Arist. quòd in omnibus habentibus formam in materia qualia sunt naturalia, & mathematica, non est idẽ quodquid est, & id cuius est propter principia indiuiduantia, & accidentia, quæ non excluduntur à re, cuius est quod quid est, hinc solemus dicere, quòd in substantijs materialibus, suppositum, & natura differunt secundum rem intrinsece, & extrinsece, & etiam secundum rationem, quia si realiter: ergo & secundum rationẽ: in substantijs vero separatis suppositum, & natura differunt realiter, & secũdum rationem extrinsece, E in Deo autem differunt tantum secundum modũ intelligẽdi, ita vt hæc propositio sit catholica Deus generat Deum, ista vero hæretica deitas generat, & sic soluitur fundamẽtum aduersariorum, quod intelligitur quantum ad ea, quæ per se insunt, non autem quantum ad extranea, & per accidens, lege D.Th. super tertium de anima, vbi exponit illa verba aliud est magnitudo, & magnitudinis esse, & aliud est aqua, & esse aquæ, & in Quolib. 2. q.2. art.2. & in disputatis de verbo, q.3. art.1. & 3. par. q.2. art.1. & 3. sen. dis.6. q.1. art.1. & Capr. 1. sent. dist.4. q.2. & Caiet. de ente, & essentia, cap.5. & in p.p. vbi supr.

7. Metaph. quæst.4. 1 ex.20. Gerardus.

Suppositũ, & natura i rebus vniuersis quo se habeant, Tex.9.

Tempus nõ habet esse completum extra animã i colli-

colligitur hæc propositio 10. quolib. artic. 4. in qua voluit habere controuersiam Grego. Arim. dicens propositionem istam esse articulum condemnatũ parisijs, videlicet dicere, quòd æuum, & tempus nihil sunt in re sed tantum in apprehensione animæ error & est art. 199. vltra ꝙ D. August. super genesim ad literam tenet, ꝙ tempus est vera creatura Dei, & sic est res extra animam. Sed mirum est de isto homine quòd fuit perspicacissimi ingenij, & in re tam manifesta errauit ita turpiter, nam articulus condemnatus est contra illos qui dicũt æuum, & tempus nihil esse, quod tamen non asserit nostra propositio: dictum quoque Augustini non est contra ipsam quia stat, quòd tempus sit creatura Dei, B & habeat esse incompletum: Deus enim non solum creauit ea quæ sunt actu extra animam quantum ad suum totale esse completum, immo ea, quæ habent esse in rerum natura quantumcunque diminutum & potentiale rei vel rationis fundatæ in re quia nullum ens cui repugnat ex sua ratione habere partes suas simul quamuis contingat eas simul intelligi, habet completũ esse actu sine intellectione, vel alia cognitione quo ad suam totalitatẽ, sed tempus & motus sunt huiusmodi: igitur nec tẽpus nec motus habet completum esse, vel completam totalitatem actu præter opus intellectus. hinc est famosa propositio, ꝙ si anima non esset, tempus C non esset, lege D. Tho. super quartum Phy. & primo sent. dist. 19. q. 5. art. 1. & Capreolum secundo sent. dist. 2. q. 2. contra quartam.

2. sent. dis. 2 quæst. 1. Ariminen.

Omnia habentia quomodolibet eẽ sũt creata à Deo.

Lect. 23.

Tempus quo motus continui inferiorum corporum mensurantur est passio primi motus: colligitur ista propositio ex p. p. q. 10. art. 6. Cui nititur contradicere Aureolus probans tempus continuũ habere pro subiecto omnem motum, & non solum motum cœli, quia non existente motu primi cœli, adhuc potest anima appræhendere tempus in aliquo alio motu particulari puta in motu rotæ figuli, vt patet etiam tẽpore Iosue in quo agebatur bellum, & non erat motus primi Cœli. Sed huius hominis sententia est vana, & vt eius mẽdacium apertum fiat dicitur, quòd non existente motu primi mobilis qui quidem motus nunc est primus, remaneret alius motus qui diceretur vel esset primus, & numerus illius esset tunc proprie, & principaliter tempus, & numerus aliorũ motuum esset tempus secundarium, & minus principale, & sic etiam tempore Iosue quãdo sol stetit erat aliquis primus motus inter alios & aliqui alij secundarij, & ideo tunc erat tempus principale, & tẽpus secundarium, quia nulla forma accidẽtalis naturaliter multiplicatur per diuersa indiuidua cuius species nisi per multiplicationem numeralem sui subiecti primi, & per se, sed tempus est quædam forma accidentalis determinans sibi subiectum primum, & per se non multiplicabile secundum numerum. s. motum primum vel primi corporis mobilis: igitur ipsum tẽpus non est naturaliter multiplicabile, sed necessario est vnum, & non plura, ꝙ autem omnes motus continui mensurentur illo motu, vel tempore consequente illum motum, patet, quia omnia mensurabilia mensurantur primò, & simplicissimo sui generis, sed omnes motus continui sunt mensurabiles, & sunt quodammodo vnius generis, & inter illos simplicissimus est motus cœli: igitur omnes A motus mensurãtur per illum, & per mensuram eius ꝙ scilicet est tẽpus, lege D. Tho. 2. quolib. ar. 5. & in tractatu de instantibus, lege etiam Capreolum vbi supra contra primam conclusionem.

Aureol.

Tẽpore Iosue quãdo Sol stetit erat aliquis primus motus inter alios.

Motus cœli est simplicissimus.

Tempus discretum necessario est ponẽdum præter tempus continuum: scribitur hæc propositio 2. quolib. art. 5. quam propositionem Scotus acerrimè impugnat, quia stante veritate illius propositionis, tũc quilibet Angelus haberet suum tempus discretũ, quia vnus poterit cõtinuare cogitationẽ suã cũ die nostro, & alius Angelus poterit cõtinuare cogitationẽ suã cũ dimidio, & tertius cũ hora, & ita vnus Angelus habebit quatuor instantia, dum B alius Angelus habebit vnum solum instans, immo sequitur quòd in quolibet Angelo erunt duo tempora discreta, quia quilibet poterit continuare cogitationem suam non continuando volitionẽ suã Sed id quod Scotus arbitratur inconueniens nos dicimus esse rationabiliter dictum, quia necessarium est, vt quilibet Angelus habeat suum tempus discretum, & non sit vnum primum, & principale tempus discretum mensurans omnes cogitationes, & affectiones Angelicas, & ratio est, quia tempus habet rationem mensuræ, mensura autem debet esse notior mensurato. cum igitur cogitationes vnius Angeli, aut operationes immanentes nõ C sint naturaliter notę nisi Deo, & subiecto proprio non apparet quomodo per numerum cogitationũ aut operationum immanentium vnius Angeli possent mensurari cogitationes alterius: propterea nihil eorum, quæ infert Scotus est inconueniens, immo est verissimum, quòd etiam patet quia possibile fuit Deum Angelos creasse ante omne tempus continuum existens in motu primi mobilis, & ante omnem creaturam corporalem motam, aut quietam, & tamen constat, quòd posset esse numerus subiectionis actuum immanentium in Angelis: nõ ergo est inconueniens in eodem Angelo esse simul plura talia tempora discreta, plusquam esse in eodẽ D diuersas multitudines, vel diuersos numeros diuersarum rerum sibi succedentium, hanc veritatẽ tenet Henr. Godofredus Duran. Aegidius, immo D. August. super Gen. ad litteram, latius vide Diuũ Tho. quolib. 9. art. 9. & p. p. q. 53. art. 3. & Caiet. ibidem, & Capreolum vbi supra contra tertiam.

2. sent. dist. 2. q. 4. Ioan. Dũs.

In vno Angelo potest esse multiplex tẽpus discretum.

2. sen. dis. 2.

Theologia habita per reuelationem subalternatur, scientiæ Dei, & beatorum: scribitur hæc propositio p. p. q. 1. art. 2. cui non crediderunt Scotus Dur. & Aureo. & fundamentum incredulitatis est, quia scientia subalternans dicit propter quid de principijs sciẽtiæ subalternatę, modo Theologalia non habent propter quid quod possit dicere scien E tia Dei & Beatorum, & dato, quod haberẽt idem exprimitur ab vtraque theologia, vt propter quid Christus est incarnatus scilicet propter humanam salutem, non ergo poterit stare præfata propositio. Atqui horum opinio irrationabilis apparet, cũ subalternatio scientiarum consistat in hoc quod scientia subalternans habeat euidentiam de principijs scientiæ subalternatę, vt geometria euidenter loquitur de principijs ipsius perspectiuę, & Arithmetica de principijs musicæ, propterea perspectiua subalternatur Geometriæ, & Musica Arithmeticæ, & sic etiam se habet nostra Theologia reuelata Theologię Dei, & beatorum: propterea dicitur ei subal-

In prologo primi sent.

subalternari, licet idem propter quid nos & beati dicamus de theologalibus, sed non eodem modo quia illi euidenter nos autem absque euidētia, falsum quoque est theologalia nō habere propter q̄d lege. D. Tho. super Boetium de trinit. q. 2. art. 2. & Capreolum in prologo primi sent. q. 1. contra 2. & Caiet. in p. p. vbi supra.

Theologia nostra, & Beatorum idem propter quid dicit.

Prol. 1. sen.

Theologia nostra est practica, & speculatiua licet principalius sit speculatiua quam practica: colligitur ista propositio ex p. p. q. 1. art. 4. cuius oppositum substinet Aureolus & Greg. Arimi. probantes ipsam esse puram practicam, quia tota sacra scriptura dirigit nos ad charitatem, vt ait Apostolus, finis præcepti est charitas, & sic tota Theologia est practica. hinc ortę sunt variæ opiniones, dum aliqui docuerunt Theologiam esse duos habitus. s. speculatiuum, & practicum, aliqui vero esse pure contemplatiuam vt Gul. lib. 144. Aliqui verò posuerūt ipsam esse effectiuam vt Aegidius in prologo. q. 3. Sed rei veritas est q̄ Theologia necest pure practicā nec pure speculatiua sed altior compræhendens in se eminentius rationem practici & speculatiui, quoniam est impressio, & sigillum propriū diuinę scientiæ, verum quia principalius agit de rebus diuinis quam de actibus humanis, hinc sortitur magis nomen speculatiui quam practici, licet præcise non sit nec speculatiua, nec practica sed sit altior vtraq; sicut sensus cōmunis nō sit præcise nec visus nec auditus nec aliquis alius sensus exterior quia altior omnibus. lege D. Th. 1. senr. in prolo. q. 1. ar. 3. & Caiet. p. p. vbi supra: & Capreolum q. 2. prologi sent. conclusio. sexta.

1. ad Thi. 1.

Gof. quol. 13. q. 1.

Theologia est veluti sensus communis.

Theologia est scientia. scribitur huiusmodi propositio p. p. q. 1. art. 2. quam intendit subuertere tota cohors theologorum, & Scoti & Dur. & Grego. Arimi. Aur. & cæterorum aduersariorum D. Tho. multis argumentis, & præcipuum eorum est quia scientia est de necessarijs, sed Theologia non est de necessarijs sed contingentibus, puta de incarnatione, prædestinatione, glorificatione &c. igitur falsa propositio, sed horum omnium sententia est contra rationem, & authoritatem sacræ scripturæ, & sanctorum patrum: nullus. n. sani capitis negare potest Theologiam secundum se non esse scientiam, & etiam Theologiam nostram secundum se, Theologiam quoque nostram existentem in nobis viatoribus, debet dicere esse sciētiam licet imperfectam ratione status, simpliciter tamen subalternam scientiæ, & beatorū, vnde salomon loquens de hac Theologia dixit dedit illis sapiētiam sanctorum, & Osea loquens in persona Domini ait, quia tu scientiam repulisti repellam & teme sacerdotio fungaris, Augustinus quoque ait, huic sciētiæ attribuitur quod fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur, ea etiam de quibus tractat hæc diuina scientia, licet secundum se sint contingentia, vt incarnatio iustificatio &c. tamen vt subsunt huic scientiæ sunt necessaria, sicuti etiam scita à Deo sunt necessaria, præcipue cum prædita sint ratione præteriti. lege D. Tho. 1. sent. q. 1. prologi, artic. 2. & Capreolum q. 3. prologi, & Cai. p. p. vbi supra, & Dominicum bannes vbi supra.

Prolo. sen.

Petrus tatare⁹, & Bargius.

Theologia nostra est scientia imperfectos.

Sapien. 10.

14. de trini.

Prolo. sent.

Theologia est vna scientia. scribitur hæc propositio p. p. q. 1. ar. 3. & fundatur super hoc, quia quæcunque considerat sub vna ratione formali nem-

A pè reuelabilitatis contemplatur. Sed hoc euertere nititur Aureolus dicens possibile est aliquem scire geometricalia, & physica, & moralia inquantum diuinitus reuelata, vt licut Deus infunderet istas sciētias, sicut forsan fecit Salomoni, talis enim haberet plures scientias, & plures habitus, non obstante, q̄ omnia cognosceret quatenus sunt diuinitus reuelata, & sic pari ratione in theologia plures habitus esse possunt, non obstante quòd sint diuinitus reuelata. Sed conatus, & labor huius viri vanus est, quia lumen diuinæ reuelationis dupliciter comparari potest ad aliquam scientiam, primo vt infundens ad infusum seu causa efficiens ad effectum, & B hoc modo reuelatio non dat vnitatem scientiæ, immo hoc pacto poterit Deus varias, & diuersas scientias reuelare, vt fecit Adæ & Salomoni. hac methodo & via currit labor Aureoli: alio vero modo poterit concurrere lumen reuelationis vt ratio seu modus cognoscendi obiecti sub quo, seu qua attingitur res reuelata à cognoscente, & sic dat vnitatem scientiæ. & hæc duplex consideratio concurrir in hac Theologia, licet non sit necessarium semper simul concurrere, quia Deus poterit alicui reuelare metaphysicā, nō tamē reuelatio esset ratio sub qua obiecti Metaphysicæ, quoniam ille Metaphysicus sciret Metaphysicā illam sub ratione qua alij Me-C taphysici sciūt in Theologia vero concurrit vtroq; modo vt dictum est, propterea Theologia est vna vnitate specifica, quia scita considerata in ea communicant sub vna ratione formali obiecti, vt obiectum est, cum vnitas potētiæ, & habitus secundum rationem formalē obiecti attendēda sit. lege D. Th. in disputatis quæst. 2. de virtutibus, articu. 4. & Capreolum 1. senten. in prologo q. 4. & Caieta. p. p. vbi supra.

Aureolus.

Lumen diuinæ reuelationis dupliciter cōsideratur.

Theologiæ nostræ subiectum est Deus sub ratione deitatis reuelatæ. colligitur ista propositio ex p. p. q. 1. art. 7. in qua propositione est magna controuersia, dum ipsemet S. Thom. posuit in prologo pri D mi sent. ens habitum per communem inspirationē esse subiectum, & magister sent. voluit res & signa, Vgo de S. Victore asseruit opa restaurationis totū Xpm vt caput & mēbra, linconiēsis, Casiod. quoq; ponit esse Christū vt est specialiter incarnatus. Romanus Aegidius ait subiectum nostræ Theologiæ esse Christum sub ratione glorificationis, Scot. autem ait totius Theologiæ in se & Dei & Beatorum primum subiectum esse essentiam diuinā vt hanc: Franciscus tamen lichetus de Brixia de mēte etiam Scoti declarat Deum esse subiectum nostræ Theologiæ sub ratione infinitatis: verum omnes hi allucinantur non assignantes subiectum formale sed diuertunt ad materiale subiectum, aut ad eius partem, nam hæc omnia reducuntur ad subiectum formale assignatum in propositione, quia reducūtur ad Deum, vel compræhenduntur sub Deo, ex quo etiam patet error Greg. Arim. non cōsidrantis, sub diuersis Theologijs Deum diuersimode esse subiectum, quia in Theologia Dei erit subiectum sub ratione luminis per essentiam, Theologia Beatorum erit sub ratione deitatis reuelatę per euidentiam, in Theologia nostra, sub lumine obscuro puta fidei, ex quo sequitur etiam quomodo manifeste errarunt Dur. ponēs subiectum Theologiæ esse opus meritoriū, & Garro volēs Deum sub ratione boni, & veri

In prolo. 1. senten.

Variæ sententiæ de subiecto Theologiæ

Prolo. sen.

& veri amabilis, & Henr. asserens Deum sub ratione deitatis absolute, tam in viatore, quàm in comprehensore. lege Capreolum quæst. 4. prolog. & Caiet. p. p. vbi supra.

(3. sen. dist. 2.) Totum distinguitur realiter a suis partibus: scribitur ista propositio 4. senten. distin. 44. quæst. 1. (Substantia.) art. 1. cui multi aduersantur, & præcipue Dur. volens istam propositionem esse contra Diuum Dionysium secundo cap. cælestis hierarchiæ, vbi dicit, quòd mors in nobis non est substantiæ consumptio, sed vnitorum separatio, quod dictum nullo pacto esset verum si humana natura realiter differret à suis partibus, quia cõstat quòd desineret per mortem, & est quædam substantia. Quæ verba nõ bene intellexit Dur. quia vtique mors in nobis est consumptio substantiæ compositæ, quia per mortem talis substantia desinit, & consumitur, nõ tamen totaliter, quia remanent in suis partibus, tamen mors non est in nobis consumptio substantię (Mors non est cõsumptio substãtiæ partialis.) partialis. s. materiæ vel formæ, quia talium substãtiarum vnitarum est separatio, totum distinguitur a partibus nedum disiunctim, sed coniunctim, vt aliqui dicunt, non tamen distinctione loci, aut subiecti, sed ex natura rei proclamat tota philosophia, quia materia & forma sunt duæ causæ reales intrinsecæ ipsius compositi, vel igitur causant aliquid reale, vel nihil, si nihil pro nihilo habeatur, si aliquid, illud vel est aliquid absolutum, vel aliquid respectiuum, si absolutum vel substantia, vel accidens, non accidens, ergo substantia vel materia, vel forma, sed nullum istorum esse potest, igitur tertia substantia. lege solertissimum Zimaram in contradictionibus super primum physico. & Capreolum in 3. sent. dist. 2. & Sonci. circa finem septimi metaphys. & nostras dilucidationes ibidem.

Verbum intellectus nostri, est illa cõceptio, vel intentio, vel similitudo rei, quam intelligens per (3. sen. d. 27.) actum intellectus producit. colligitur hæc propositio ex disputatis de potentia Dei, quæstio. 28. artic. 1. quam propositionem destruere videntur Au-(Petrus de Palude.) reol. & Dur. & Petrus de Palude, & principale fundamentum istorum est, quia si propositio esset vera, tunc necessario debuisset poni aliqua forma in intellectu subiectiue, quæ diceretur verbũ ad quã intellectus primo aspiciat, sed hoc est falsum, quia aut intellectus vltimate quiescit in illa, aut per illã ad res extra procedit, sed nõ potest dari primum, quia tunc scientiæ non essent de rebus, sed de talibus idolis, quod omnino est fictitium, & absurdũ, nec dari potest secundum, quia est contra experientiam, non enim experimur nos aspicere formam rosæ, & per eam vlterius ferri in rosam. Sed quàm vana, & futilis sit hæc sententia patet; quia non oportet hoc experiri, sed sufficit, quòd teneatur forti & sufficienti ratione, quia per speciem rei ipse intellectus formatus intelligẽdo formari in se ipso quandam intentionem rei intellectæ, quę est ratio ipsius quam significat diffinitio, & hoc quidem necessa-(Intellectus quid intelligat.) rium eo quòd intellectus intelligit indifferenter rẽ absentem & præsentem, in quo cum imaginatione conuenit, sed intellectus hoc habet amplius, quòd etiam intelligit rem separatã à conditionibus materialibus sine quibus in rerum natura non existit, quòd non posset esse nisi intellectus prædictam intentionem sibi formaret, & hæc est necessitas ponendi tale verbum vt. s. obiectum intellectus in actu sit intellectus. lege D. Tho. primo contra Gent. cap. 53. & 4. cap. 13. & Capreolum 1. sent. distin. 27. q. 2. & Caiet. p. p. vbi supra.

Verbum est aliquid productum per actum intellectus, colligitur ista propositio ex p. p. q. 27. art. 1. (6. quolibet.) cui aduersatur Gerardus de Carmelo; quia omne (Gerardus) quod est in intellectu formaliter est species actu prænia, aut actus intelligendi, aut habitus, cum ergo verbum non sit habitus, nec species intelligibilis, restat quòd sit actus intelligendi, & non aliquid distinctum ab illo. Scot. docet verbum esse actum (dist. 27. q. 3.) intelligendi, Aureolus voluit, quòd verbum est res intellecta, vt habet esse apparens intellectui, Durã. autem astruit esse realiter intellectionẽ: sed quòd (Variæ opiniones de verbo.) sit aliud ab actu intelligendi, vt terminum ab eo cuius est terminus, docet D. Tho. p. p. quæst. 34. artic. 1. & 1. sent. dist. 29. 2. ar. 2. quòd verbum est species expressa per intellectum in actu, non autem species constituens intellectum in actu, quia illa dicitur impressa ab obiecto, vel ab intellectu agente & phantasmate, verbum autem dicitur quasi proles ipsius intellectus, species quoque intelligibilis impressa consideratur, vt principium actionis intellectus, cum omne agens agat secundum quòd est in actu, fit autem in actu per aliquam formam, quam oportet esse principium actionis. lege D. Thom. de potentia Dei q. 8. art. 1. & de ver. q. 4. vbi ponit triplex verbum. s. cordis vocis, & aliud quòd dicitur exemplar habens imaginem vocis. lege etiam Capreolum vbi supra & Caie. p. p. vbi supra. q. 27. ar. 1.

Verbum dicit respectum ad creaturas non ex sua proprietate personali, sed ratione essentiæ, quæ includitur in significato personæ, colligitur hæc (dist. 27. q. 2.) propositio ex p. p. quæst. 34. art. 3. cuius oppositum sustinet Aureol. probando, quòd verbum per suã (Aureolus.) proprietatem singulari modo cõnotet creaturam quam nec essentia connotat, nec aliqua persona, cui enim competit singulariter aliquid cõnotare in obliquo, quod alteri non competit, illud secundum propriam rationem connotat, quod dat intelligi in obliquo: sed manifestum est, quòd verbũ dat intelligi creaturam in obliquo, non enim spiritus sanctus, est spiritus essentiæ & creaturæ omnis, proprie enim dicitur, quòd creaturæ dicuntur verbo, & nullus dicit, quòd dicantur patre, vel Spiritu sancto, ergo secundum suam proprietatem verbũ connotat creaturas. Sed huius viri sententia est vana; quia filius ex parte suæ rationis in obliquo nõ plus connotat creaturas, quàm Spiritus sanctus, non enim dicitur plus filius creaturæ, quàm Spiritus sanctus. dicitur spiritus creaturę, sed quòd hoc nomen verbum dicat illum respectum ad creaturas hoc habet, quia dicit quoddam essentiale, scilicet scientiam, quæ secundum nomen suum dicit (verbum est sapiẽtia genita.) respectum ad scita, verbum enim est sapientia genita, & hinc est, quòd verbum ex illa parte qua exprimit aliquid absolutum dicit habitudinem causalitatis ad creaturam, sed ex parte realis originis quam importat efficitur personale, ex quo respectũ ad creaturam non habet. lege D. Tho. in disputatis (2. sen. dist.) de ver. q. 4. ar. 5. & Caiet. p. p. vbi supra disputantẽ contra Scotum, si verbum ex vi productionis suæ habeat quòd procedat ex scientia creaturarũ. lege etiam Capreolum 1. sent. dist. 27. q. 2. cõtra quintã.

verę

Verę dicuntur ipsę res ex conformitate ad diuinum intellectum, colligitur ista propositio ex p.p. q.17. art. 6. cui aduersatur Aureolus multis argu- Aureolus. mentis quorum præcipuum est; quia pænes illum intellectum non sumitur necessario ratio veritatis in rebus, quo non considerato adhuc potest circa res veritas appræhendi, sed manifestum est, quòd non considerato aliquo ordine ad intellectum diuinum adhuc iudicari potest, an res sint veræ, vel falsę, non enim argentarium, dum iudicat an argentum sit verum vel falsum recurrit ad diuinum intellectum: igitur veritas non consistit in hoc, quod res conformantur ad diuinum intellectum. Sed irrationabiliter loquitur hic Aureolus, quia nul- Iudiciũ de veritate rei quõ fiat. lus in hac vita vel in alia potest iudicare aliquid esse verum, vel falsum nisi ex conformitate rerum de quibus iudicatur ad rationes ęternas, & hoc vel aspiciendo illas rationes in seipsis, vt faciunt beati vel aspiciendo ad lumen naturale, quod est quædã participatio earum, sicut faciunt illi, qui non iudicant ex visione verbi, siue sint viatores, siue sint in termino; & sic argentarius iudicando argentum num sit uerum, vel falsum per lumen suum naturale iudicat illud in ordine ad diuinum intellectũ 12. confes. & hoc est, quod ait August. si ambo uidemus verũ esse, quod dico, vbi quæso hoc videmus, nec ego in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa incommunicabili veritate, lege D.Tho. 3.contra Gent.cap.47.& de ver.quæst. 1.ar.4.& Capreolum 1.sen. distin. 19. quæstio.3.

Veritas est cõformitas actus intellectus ad rem extra: colligitur ista propositio ex p. p. quęst. 16. art. 1. cui aduersatur Aureolus tenens oppositum; Aureolus. quia veritas est perfectio simpliciter, & quod attribuitur primo principio in summo, sed hoc non attribuitur sibi ratione alicuius conformitatis aut respectus ad rem extra, non quidem realis; quia in eo relatio realis non est, nec etiam rationis; quia tunc circumscripto actu intellectus veritas non esset in eo: ergo veritas non consistit formaliter in conformitate intellectus ad rem nisi forte illa veritas, quæ respicit intellectum, quoniam intelligere contingit ad illud, quod debetur secundum propriam naturam, per hoc rei conformatur, vnde possibile est, quòd ratio veritatis sit in intellectu propter conformitatem; sed quòd hoc sit ratio veritatis est impossibile. hinc tenet Aureolus, quòd ve- dis.19. ar.2. quolibet 2. q.2. ritas est ipsa natura rei cum exclusione cuiuscunq; extranei positiui, & priuatiui, non autem adæquatio vel relatio, Godfredus tenet veritatem esse in re causaliter, & in intellectu formaliter, sed in intellectu speculatiuo est adæquatio passiua, & in intellectu practico actiua. Petrus de Palude dicit, quòd dis. 27. q.2. veritas dicit absolutum cum respectu conformitatis rei ad ipsam propositionem, vel cognitionem, & si intellectio sit alicuius entis, est ens rationis, si quolibet.3. quæst. 1. verò alicuius realis, realis. Herueus docet, quod veritas dicitur de tribus, primo de entitate rerũ, & sic est veritas fundamentaliter, secundo de conceptu vel Diuersæ opiniones de veritate propositione, & sic dupliciter videlicet quantum ad esse, & sic est vera propositio sicut alia res, vel quantum ad repræsentare, & sic si verum significat est vera, tertio de obiecto intellectus enunciatiui, & sic est veritas formaliter, & est conformitas rei ad id quod de ea intelligitur consequẽs rem, vt est A in intellectu enunciatiuo, & sic est secunda intentio, & nullibi subiectiue, cui etiam concordat Dur. dis.19.q.vl. quæ opinio etiã non est aliena ab opinione D. Th. ratio Aure. soluitur; quia est quòd nulla perfectio simpliciter attribuitur Deo ratione respectus: sed ratione absoluti, veritas enim dicit perfectionem Veritas dicit perfectionẽ intellectus. intellectus, & est quid absolutum, quod tamen cõcomitatur respectus, ita & veritas, sicut enim bonitas non dicit purum respectum: sed quid absolutum, quod tamen concomitatur respectus, ita & veritas, ille autem respectus quem dicit veritas nõ est in Deo secũdum rem, sed secundum rationem sic, quòd dum intellectus intelligit rem, quæ est Deus B secundum, quòd illa res est veritas, idest sub ratione veri, oportet, quòd non solum intelligat absolutum in se: sed in ordine ad intellectum cui est conforme illud absolutum, non tamẽ quòd intelligat esse in Deo, sed intelligit absolutum relatiue, scilicet in quadam ratione quæ repræsentat Deum, & respectum eius ad intellectum. lege D.Tho. cũ Caietano, & Capr. vbi supra, & conflatum q.16.

Vestigij ratio cõsistit in hoc, quòd est repræsentatio causæ vel causalitatis quantum ad solam causalitatem absque repræsentatione formæ, colligitur hæc propositio ex p.p.q.45.art. 7. quam euer- dis.3. q.2. 1.sent: rere nititur Aureol. quia trinitas personarum in C ratione, qua Trinitas nullam habet causalitatem Aureolus. respectu creaturarum; quælibet namque persona causat totam creaturam quãtum ad substantiam, & iterum proprietates personales non sunt productiuæ, & tamen si non esset nisi vna persona in Deo, sicuti imaginabantur philosophi & pagani, adhuc reperirentur in creaturis omnia, quæ nũc reperiuntur, sed cõstat, quòd vestigium dicitur in repræsentãdo trinitatẽ personalem: ergo non consistit in repræsentatione solius causalitatis. Sed decipitur Trinitas in generali nõ dicit rõnẽ causalitatis hic Aureolus in hac sua opinione, quia licet trinitas in generali non dicat rationem causalitatis, tamen trinitas ista specialis, scilicet artificis, & sui D verbi, & amoris dicit rationem causalitatis, & sic processio filij, & processio Spiritus sancti, isto modo dicũt rationem causalitatis respectu processionis creaturarum, licet non dicant rationem efficientiæ ex parte efficientis: sed ex parte effectorũ, sicut etiam uerbum, & amor domificatoris sunt ratio productionis domus, ex parte effectus potius quàm ex parte domificantis, quia non dant efficaciam ei, sed tamen domus non posset procedere à domificatore, nisi prius ab eo procederet verbum domus & amor sui velle faciendi domum; etsi poneretur ille casus, ut esset vna persona in Deo, tunc creaturæ repræsentarent tria distincta secundum E rationem, sicut nunc tria distincta secundum rem scilicet artificem verbum eius, & amorem eius, & sic vestigium dicitur in repræsentando personas per appropriata plusquam in repræsentando propria & distincta, lege D.Th. de potentia Dei, q.10. art. 2.& p.p.q.93.art.6. & 2.sent.dist.26.q.1. arti.4. & Capreolum. 1.sent.dist.3.q.2.art.1.

Vestigij ratio non inuenitur proprie in accidentibus, sed tantum in substantiis: scribitur hæc propositio 1.sent.dist.3. quęst.2.art.2 quam etiam destruere conatur Aureolus, quia vestigium consistit in specie numero, & ordine: sed albedo habet suũ numerum, cum sit vna, & suam speciem, cum sit forma.

Dist. 3. q. 2. Aureol. 7. Metaph. tex. 2.

ma, & suum ordinem cum inclinetur ad propriam operationem quæ est disgregare: ergo in albedine inuenitur ratio vestigij, & sic in quolibet accidenti, sed contra omnem philosophiam loquitur hic doctor, cum dicat Arist. quod accidentia non proprie sunt entia, sed entis, & ideo albedo non proprie est vna, nec habet proprie operationem, quia operari nullo modo conuenit accidenti, nec proprie alicui parti, nec alicui formæ non subsistenti, & quod magis proprie dicitur quod homo intelligit per animam, quam quod anima intelligit, & sic sequitur quod accidens non habet inclinationem ad propriam operationem, cum non habeat propriam operationem, sed subiectum eius dicitur habere inclinationem ad operationem ratione illius, ex quo sequitur: quod albedo non habet in se proprie rationem vestigij, nec aliquod accidens formaliter, sed forte effectiue: quia secundum quodlibet accidens additur aliquid esse ipsi substantiæ, & secundum illud esse, est aliquo modo considerare vestigiũ: vnde quod priuat illud accidens priuat partes vestigij scilicet modum speciem, & ordinem quantum ad illud esse. lege D. Thom. p. p. q. 5. art. 5. & Capreolum, vbi supra art. 2.

Homo intelligit per animã est propria loquutio.

Viator non potest habere euidentem cognitionem de Deo, prout est trinus, & vnus colligitur ista propositio ex disputatis quæst. 18. art. 1. quam Scotus non potest sufferre, & nititur probare quod virtute diuina posit communicari puro viatori cognitio certa & euidẽs & expressa de articulis fidei puta: quod Deus sit trinus, & vnus, ac per hoc quod talis notitia communicata fuerit Adæ in primo statu, vel saltim potuit communicari, & hoc videmus in paulo, qui in raptu vidit diuinam essentiam, & post raptum habuit memoriam de visione & de re visa, quia ipse loquutus est de hoc 2. cor. 12. illa autem cognitio memoratiua nõ fuit intuitiua: sed abstractiua: ergo ista est possibilis homini sine illa. sed valde deceptus est Scotus in hac parte, quia memoria quam habuit paulus post raptum de visione quam habuerat in raptu, & de re visa nõ fuit expressa cognitio diuinæ essentiæ qualem ponit Scotus, nec expressa cognitio visionis beatæ, sed solum in quodam confuso recordabatur se Deum vidisse, sicut nabucdonosor recordabatur se vidisse in somno aliquod mirabile, sed non quid esset in speciali, nec est possibilis talis cognitio abstractiua quia omnis cognitio est alicuius cognoscentis, sed ista nullius esse potest, non Dei, nec beati, quum sit imperfecta, non viatoris angeli nec hominis, quia tunc in eis nõ esset fides quod est falsum ergo, &c. lege D. Thom. p. p. q. 94. per totam & Dur. 2. senten. distin. 23. q. 2. & Capreolum ibidem q. 1.

Dist. 23. q. 2.

Cap. 12.

Nabucdenosor vidit in somno quorũ postea recordatus est.

Virtutes morales simul infunduntur cum gratia & charitate immo sunt necessario cõnexæ, cum illa: elicitur hæc propositio ex 1. 2. q. 63. art. 3. cuius oppositum docet Dur. quandoquidem peccatores qui consueuerunt exercitari in operibus vitiosis, quando conteruntur, & consequuntur remissionẽ peccatorum per gratiam, eis non infunduntur virtutes morales quia si infunderentur possent statim per eas operari prõpte, & faciliter opera virtuosa sicut illi qui habẽt virtutes morales acquisitas, quod non est verum, immo tales de nouo contriti operantur opera virtuosa cum magna difficultate, & A renixu appetitus sensitiui, sed hoc nihil est, quia facilitas operandi opera virtutum potest esse ex duobus, scilicet ex consuetudine præcedente, & hanc facilitatem nõ tribuit virtus infusa statim in sui principio, & iterũ ex forti inhæsione ad obiectum virtutis, & hanc est inuenire in virtute infusa statim in sui principio, virtus enim infusa a principio nõ semper tollit ita sensum passionum sicut virtus acquisita, propter hoc a principio non ita delectabiliter operatur, non tamen hoc est contra rationem virtutis: quia quandoque sufficit ad virtutem sine tristitia operari, nec requiritur quod delectabiliter operetur propter molestias quæ sentiuntur. lege D. B Thom. de virtutibus q. 10. & quæst. 12. vide etiam in 4. sent. dist. 14. q. 4. ar. 2. & Capreolum 3. sen. dist. 33. quæst. vnica contra tertiam.

3. sent. dist. 33. q. 6. Durand.

Facilitas operãdi virtuosa vnde prouenit.

Virtutes cardinales & morales remanebunt in patria post resurrectionem, colligitur hæc propositio ex 1. 2. q. 67. art. 1. cuius oppositum tenet Dur. dicens: nulla potentia quantuncunque perfecta per habitum potest exire in actum nisi habeat præsens obiectum, sed obiecta virtutum moralium non erunt in patria, quia talia sunt concupiscibilia, & delectabilia ciborum, & venereorum quantum ad temperantiam, & terribilia, & tristitia periculorum quantum ad fortitudinem, res commutabiles, & di C stribuibiles quantum ad iustitiam, quæ veniunt in vsum præsentis vitæ, hæc autem non erunt in patria: igitur nec virtutes, sed hæc ratio concludit quod virtutes prædictæ non remanent quantum ad materiale, quia in futura vita non habebunt locum cõcupiscentiæ, & delectationes ciborum & venereorum, neque etiam timores & audaciæ circa pericula mortis, neque etiam distributiones, & communicationes rerum quæ veniunt in vsum præsentis vitæ, remanent tamen huiusmodi virtutes quantum ad suum formale, quod est ipse ordo rationis, immo perfectissime remanebunt in beatis in quantũ ratio vniuscuiusque rectissima erit circa ea quæ ad D ipsum pertinent secundum statum illum, & vis appetitiua omnino mouebitur secundum ordinem rationis in his quæ ad statum illum pertinent, hinc August. ait quod prudentia erit in patria sine vllo periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorum malorum, temperantia sine repugnantia libidinum, vt prudentiæ sit nullum bonum Deo præponere fortitudinis ei firmissime cohærere, temperantiæ nullo defectu noxio delectari, iustitiæ erit se Deo subijcere. lege D. Thom. in disp. in tractatu de quatuor virtutibus cardinalibus q. 4. & Capreolum vbi supra.

Durand.

Cõcupiscẽtia non erit in patria.

14. de ciuit. Dei.

Visio beatorum seu hominis felicitas est actus E æternitate mensuratus: scribitur hæc propositio, p. p. q. 10. art. 3. cuius oppositum sustinet Scotus existimans esse falsum, quod aliquod creatum mensuretur æternitate, vt distinguatur cõtra æuum, quia si æuum includat successionem siue potentialitatẽ, ad deficiendum, hoc videtur competere cuilibet creato, quod non est proprie temporale, æternum enim sicut est totum simul actu, ita caret potentia non essendi. & non animaduertit hic vir, quòd tota hæc sua ratio concludit de æterno per essentiam non autem de æterno per participationem de quo intelligitur propositio, quia ad hoc quòd aliquid posit dici æternum per participationem non re-

4. sent. dist. 49. q. 6. Scotus.

Aeternum duplex esse potest.

quiritur carentia omnimoda potentiæ non essendi, sed sufficit quædam immutabilitas, quia æternitas per essentiam non potest communicari alicui creaturę, ita quod sit eius mensura adæquata vel alicuius quod in ipso est, potest tamen communicari secundum quandam participationem, vt sicut homo fit particeps diuinæ operationis in videndo Deum, ita fit particeps æternitatis qua diuina operatio mensuratur, & ex hoc ista operatio dicitur vita æterna, & cum omnis operatio creata transcendēs motum, & terminum & omnem mutabilitatē, tam in actu quam in potentia mensuratur æternitate participatiue, sed visio beata ipsius creaturæ rationalis est huiusmodi: igitur participata æternitate mensuratur, de qua re lege D. Thom. 4. sent. dist. 49. q. 1. art. 2. & 3. contra gentes cap. 61. vbi probat hoc quatruplici ratione, quod per visionem Dei fit particeps vitæ æternæ. lege quoque Capreolum in 4. dist. 49. q. 1. & Caiet. p. p. vbi supra.

Visio beata mensuratur æternitate participata.

Vita in Deo sunt omnia quæ in ipso habent ideā vel rationem, aut similitudinem, scribitur hæc propositio p. p. q. 18. ar. 4. cui aduersatur Aureolus, dicens hanc propositionem debere intelligi, quòd omnia quæ sunt in Deo, vt intellecta sunt in eo vita, & tunc quęrit quid intelligit per esse intellectū, aut illud quod terminat diuinum intuitum, aut illud quod existens extra intuitum, dicitur denominatiue, & ęquiualenter cognosci, si primo modo tūc verum est quod intelligere, & intellectum sunt idem in Deo; non tamen per hoc poterit probari de eo quod factum est, & creatum quod sit in Deo vita, cum illud tale non terminet diuinum intuitū, si autem sumitur secundo modo intellectum, sic non est verum, quòd idem sit diuinum intelligere & suum intellectum æquipollenter, & denominatiue, quia creaturæ vt sūt in proprio genere hoc modo sunt intellectæ, & per consequens non probatur quòd creaturæ sint vita in Deo, sed manifestum est quod non pluribus modis potest accipi intellectū siue quod intelligitur: ergo ex ista propositione quod intellectus, & intelligere & intellectum sunt idem in Deo, nón plane probatur quòd creaturæ sunt in Deo vita. Sed hic vir noluit intelligere id quod de se est manifestum, quandoquidem id dicitur intellectum a Deo ad quod diuinus intuitus terminatur, siue primo, siue secundario vnde rosa est intellecta a Deo, & est obiectum secundarium, & secundum intellectum diuinæ cognitionis, ista enim rosa materialis: quæ diuinum intellectum secundario terminat est vita in Deo, non secundum esse materiale, nec secundum essentiam suam creatam, sed secundum suam increatam similitudinē, quæ est diuina vita, & secundum esse quod habet in Deo: quod est diuinum esse & viuere, cum enim habeatur apud Ioannem, quod factum est in ipso vita erat, sed omnia præter Deum sunt facta: ergo omnia in Deo sunt vita, & cum intellectus intellectum, & intelligere sint idem in ipso Deo, & omnia sunt a Deo intellecta per essentiam propriam quæ est sua vita, & sic omnia in eo sunt vita. lege D. Tho. 4. contra gent. capit. 13. & de ver. q. 4. artic. 8. & Capreol. 1. senten. distin. 36. q. 1. & Caietan. p. p. vbi supra.

Aureolus. Dist. 36. 2. sent.

Intellectū a Deo est duplex.

Cap. 1.

Vnctionis extremæ proprius, & præcipuus effectus est remissio peccatorum quo ad reliquias peccati, & consequenter etiam quo ad culpam, si eam inuenit, ponitur hæc propositio 4. sent. dist. 23. q. 1. art. 1. cui aduersatur Dur. probans quòd proprius effectus est dimissio peccati venialis quo ad culpam & pęnam, quia ita cantat eius forma, per istam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Dominus: quicquid deliquisti per visum, &c. & sic per hoc sacramentum fit remissio peccatorum quo ad culpam, vel pęnam non mortalem: ergo venialem. Sed deceptus est Dur. hic non considerans pęnitentiam esse institutam ad purgādum vniuersaliter omne peccatum actuale, scilicet tam mortale, quam veniale, & ideo non oportet instituì aliud sacramentum, quia etiam non existentibus venialibus adhuc necessitas huius sacramenti extremæ vnctionis esset ad consumandum in bonum secundum doctrinam Diony. deinde sic ipsi contradicit Dur. dum ex vna parte dicit hoc sacramentum non esse institutum contra veniale peccatum, ex alia parte asserit fuisse contra venialia institutum, & ideo dicendum, quòd ille est principalis effectus huius sacramenti qui directe, & principaliter significatur per ipsum, hic autem est medicatio infirmitatis derelicta ex peccato & cum conferat etiam gratiam non ponenti obicem tollit culpam, si eam inuenit, & hic effectus significatur per formam scilicet deletio reliquiarum peccati, & dispositio, & preparatio ad susceptionem gloriæ, vide latius Petrum de palude in 4. sent. dist. 23. & Capreolum eadem dist. q. prima.

Durand. Dist. 23. q. 1 art. 3.

Extrema vnctio confert gratiá.

Vnio diuini Verbi cū natura humana est quędā relatio inter naturam diuinam & humanam, quæ in Deo est secundum rationem in humana natura secundum rem, & ideo est quid creatum: elicitur ista propositio ex 3. par. q. 2. ar. 7. Cuius oppositum docet Aureolus de mente Augustini, libr. de perseuerantia circa finem, vbi ait, quòd fides credit assumptionem illam ineffabilem fecisse vnius personæ in Deo, & homine vnitatem; constat autem; quod non est vera vnitas, quæ fit per solam terminationē cuiusdā exterioris relationis, alioquin vniuersum esset vere vnum ratione ordinis, & Deus faceret vere vnum cum vniuerso, cuius relationem, & ordinē terminat per modum finis, & vniuersaliter omnis aceruus esset vere vnum cum ibi fit vnitas relatiua. Sed loquutus est Aureolus hic nesciens quid diceret cum unitas personæ in duabus naturis non fit facta per solam terminationem relationis, vt intellexit, sed bene vnio dicit talem relationem fundatam in vna natura, & terminatam ad aliam, vnitas enim personæ dicit indiuisionē personæ subsistentis in duabus naturis, & indiuisionem actualis existentiæ in vtraque, & sic quæ dicit de vnitate totius vniuersi non habēt aliquam apparētiam, quia non omnes partes vniuersi habēt prædictam indiuisionem, & ita etiam de aceruo, quia si ad mutationem realem ipsius creaturæ sequitur relatio quædā, sed ex hoc quòd natura humana est assumpta à Diuino Verbo facta est quædam mutatio in ipsa creatura rationali: igitur consequuta est relatio ista quæ dicitur vnio. lege Caiet. prima tertiæ vbi supra, & D. Th. 3. sent. dist. 5. q. qq. 1. art. 1. & Capreolum ibidem, & habebis verum sensum propositionis, quē noluit intelligere Aureolus.

Dist. 5. 3. sent. Aureol.

Vnitas personæ dicit indiuisionem.

Vnitas quæ est principiū numeri addit aliquid posi-

positiuum super rem: colligitur ista propositio ex prima parte, quæst. 11. art. 1. ad primum cui aduersatur Gregor. Ariminen. probans oppositum, quia vnum quod conuertitur cum ente non addit aliquid enti: igitur neque vnum quod est principium numeri, consequentia probatur, quia siue vnum numerale dicatur de quolibet de quo dicitur vnum conuertibile cum ente, siue non, de quocunque tamen dicatur sufficit illi quod sit vnum vnitate entis, ad hoc vt alteri possit connumerari, seu cum alio constituere numerum, & per consequens sufficit ad hoc, vt de ipso possit prædicari vnum numerale, vnde posito, quòd sortes sit vnus homo vnitate entis præcise, & similiter plato; sortes & plato sunt vere duo homines, & sic vterque secundum se est vnus vnitate numerali, ex qua ille numerus integratur. Verum in hac sua ratione Greg. facit consequētiā inualidam, nec sua probatio est alicuius valoris, cū illud quod est vnum solum vnitate entis non possit alteri connumerari numero de quo est mathematica, sed solum numero, qui est multitudo transcendens, nec isti termini duo tria dicti de talibus dicunt numerum de genere quantitatis, & vnitas quantitas non est nisi in rebus materialibus, & cum non possit esse, quòd aliquid contentum sub inferiori sit differentia superioris, sicut rationale non est differentia substantiæ, vnde nec multitudo, quæ est sub quantitate potest esse differentia entis simpliciter, hinc reprobauit Auerr. ipsum Auicennam volentem vnū quod conuertitur cū ente esse idem cum vno quod est principium numeri, vide latius Diuum Thomam de potentia Dei, quæst. 9. art. 7. & prima parte, quæst. 30. art. 3. & Quolib. 10. art. 1. primæ quæst. & Capreolum primo sententiarum, dist. 23. q. 1.

Dist. 24. q. 1. Ariminen.

Multudo trascēdēs cuius ē differentia.

4. Metaph. commen. 4.

Vnum quod est principiū numeri reperitur tantum in rebus materialibus: scribitur hæc propositio primo sent. dist. 24. q. 1. art. 3. cuius oppositum sustinet Greg. multis argumentis quorum præcipuum est, quia cum proprium quantitatis sit. s. discretæ secundum eum plus, vel minus, vel paucius dici, sed manifestum est, quòd in abstractis substantijs ista reperiuntur, quia dicimus decem angelos esse pauciores quàm centum, vnde Eliseus dicebat loquens de angelis plures sunt nobiscum quàm cū illis, falsa igitur est propositio assumpta. Et non animaduertit hic vir, quòd plus aut minus sunt passiones multitudinis, & nō numeri qui est species quantitatis discretæ, voluit enim in hoc loco sequi opiniones Platonis, & Auicen. licet Plato voluisset, q̄ vnitas addebat supra rem priuationem, Auicennas autem accidens, & voluit Greg. quòd magis etiam in materialibus reperitur, quia indiuisum est, q̄ nō habet partes, quarum vna non sit alia Aegydius dicit, quòd vnum transcēdens priuatiue dicitur, vnū vero numerale addit quantitatem. Duran. vero dicit, quòd specialem indiuisionem quantitatis. s. vltima quantitatem addit vnum numerale, & dicit aliquid positiuum. i. aliquid numeri, rationem vero mensuræ dicit extrinsece Henr. docet, quòd vnū numerale transcendenti addit indiuisionem, & positionem principij numeri, subiecto autem addit quantitatem, & quantitati addit rationem mensuræ, quare respondemus per ly quod inter has tamen diuersitates discerne veritatem apud Diuum Thomam locis supra citatis.

Dist. 24. ar. 1. Ariminen.

4. Reg. 6.

Passiones multitudinis, quę sūt

Distin. 24. primi sent.

2. Quolib. q. 8. art. 2.

Vniuersale est per actum intellectus: colligitur ista propositio ex prima parte, quæst. 85. art. 2. quā euertere nititur Scotus probans vniuersale obiectiue sumptum quantum ad rationem vniuersalis, & prout distinguitur à singulari non esse simpliciter per se per actum intellectus, quia non potest esse, quòd ens factum ab intellectu sit superius essentiale prædicatum in quid de rebus primæ intentionis. Et noluit ipse Scotus considerare quomodo vniuersale multis modis sumi potest primo materialiter, siue pro suo materiali, quod denominatur vniuersale actu, vel potentia, secundo modo formaliter siue pro suo formali à quo denominatur, tertio modo pro aggregato, vel composito ex vtrisque, quarto modo pro materiali, vt est sub formali, & illud vniuersale quod prædicatur in quid non est ens factum totaliter ab intellectu, sed solum quo ad suum formale, nec prædicatur pro formali, sed pro materiali, licet formale sit modus prædicati, & non prædicatum, & causa sine qua non prædicationis. & hoc intelligendo secundam intentionem, quia si formale vniuersalis dicatur prima intentio illa potest prædicari inquid de alia prima intentione, sicut vox de voce, sed quòd sic prædicatur non prædicatur per se sed pro re, quia proprie loquendo res non prædicatur, nisi vt concepta vel expressa per nomen, hæc omnia clarius habere potuerat Scotus apud Diuum Thomam in tractatu de natura generis, & in libello de ente, & essentia cap. 4. vbi etiam poteris videre eum soluentem omnia argumenta Scoti, & Capreolum primo sent. dist. 5. q. 3.

7. Metaph. quæst. 18. Ioan. Duns

Vniuersale dicitur quatuor modis

Cap. 5.

Vitam solitariam degentes multum vtiles sunt generi humano. hanc propositionem scribit Sanctus Thomas secunda secundæ, quęst. 88. art. 8. in responsione ad quartam. Quam tamen euertere nituntur authores centuriarum, vt est Philippus Melanton, & Caluinus centuria prima, libro sexto, & libro quarto institutionum, capitulo decimotertio, asserens, quod isti homines, qui solitariae vitam ducunt sunt in statu damnationis, quia peccant continue peccato omissionis, officia charitatis omittendo erga proximos contra sacram scripturam dicentem: Vnicuique Deus mandauit de proximo suo, & ad Hebræos 11. scribitur adiuuantes inuicem vos; Peccant etiam quia exponunt se periculis, & tentationibus diaboli sine mandato Domini contra id quod habetur Matth. Non tentabis Dominum Deum tuum. Peccant etiam quia frustra laborant in quibusdam rebus ridiculis, & plane fatuis religionem ponentes; vt legitur de Simeone stilite, qui in columnam quasi auis morabatur. Reddunt etiam se ineptos conuersationi humanæ, quam fugiunt, quod est contra ius naturæ, quia homo est animal sociabile. Hinc Philosophus primo Politicorum dixit, quòd ille qui alijs non communicat est bestia, aut Deus. i. diuinus vir. ex quibus omnibus redditur falsa propositio Sancti Thomæ. sed isti sic dicentes euertunt totam scriptura sacram, & patres, quia vt habetur quarto Regum Tribuitur maxima laus Eliæ, qui solitariam vitam ducebat, sic etiam Lucę Saluator noster exaltat Ioannem Baptistam propter solitudinem, sanctitatem, & seueritatem vitæ, & idem

Cap. 24.

Cap. 1.

Cap. 1.

idem Euangelista Lucas scribit factum est Ver- A
Cap.3. bum Domini super Ioãnem Zaccariæ filium in de-
serto. Aug. quoque maxime laudat viros istos soli-
tarie vitam ducentes, vt patet libro de moribus Ec
Cap.3. clesiæ ita ait, Pane solo, qui eis per certa interualla
temporum affertur, & aqua contenti desertissimas
terras incolunt perfruentes colloquio Dei cui pu-
ris mentibus inhæserunt. Item eodem libro docet
vitam heremiticam esse fastigiũ perfectionis, quia
perfectos homines requirit. Idem etiam Basilius
ostẽdit homelia prima de Ieiunio, & Athan. lib. de
virginitate, & Tertulianus lib. de resurrectione car
nis vocat sacrificium Deo gratissimum seras & ari
das escas. i. ieiunium, & omnem corporis afflictio- B
nem: Hieronymus quoque Epistola prima ad Elio-
dorum quæ tota est hortatoria ad solitudinẽ sum-
mo opere laudat hos viros, Nec sequitur hos viros
detentos esse omissionis peccato, quia cum insi-
stant diuinæ contemplationi per dilectionem Dei,
nihil omittunt ergo pro nimium, cum scriptum
Cap.4. sit Ioannis primæ, qui manet in charitate in Deo
manet. Nec etiam sequitur ipsos tentationi dæ-
monum se exponere, sed bene angelicis loquutio-
Cap.2. nibus, vt scribitur Oseæ, Ducam eum in solitudinẽ,
& loquar ad cor eius, & de Christo legitur Lucæ
Exijt in montem solus orare, & erat pernoctans in
Cap.6. oratione Dei, & de Ioãne Baptista, qui cum adhuc C
esset puer repletus Spiritu Sancto secessit in deser
tum locum. Nec denique puerile aliquod, aut ine
ptum, sed heroicum, & diuinum, & supra hominem
operãtur, licet oppositum mundo appareat, vt scri-
Cap.1. bit Apostolus primo Corinth. Quod stultum est
Dei sapiẽtius est hominibus, & quòd infirmum est
Dei fortius est hominibus.

Vniuersum in infinitum melius à Deo fieri pos-
Dist.43. primi sent. Aureo. set; scribitur hæc propositio à D. Tho. primo sentẽ.
dist. 43. q. 1. art. 2. cuius oppositum docet Aureolus
dicens, quòd si melius à Deo fieri posset, tunc res
facta, & factibilis non reduceretur ad vnum ordinẽ
& ad quandam vnitatem totalitatis, sed hoc stare D
non potest: igitur propositio falsa. Et allucinatus
est hic, quia licet verum sit, quòd non possint esse
simul duo vniuersa, tamen verissimum est, quòd
Deus potest duo vniuersa successiue facere, vel tria
ita quòd vnum esset totaliter diuersum ab alio, vel
etiam se habere ad aliud sicut pars ad totum, duo
tamen mundi etiã esse possunt, quorum tamen nul
lus esset vniuersum, sed aggregatum ex illis, & vnus
eorum haberet ordinem ad alium, & ambo ad vnũ
finem. s. Deum, nec sequitur ipsa non esse ordinata
vel connexa adinuicem, & sic multis modis posset
Vniuersum poterit multis modis meliorari nẽpe septẽ modis. vniuersum ipsum melius effici primo per additio-
nem aliarum partium, & graduũ bonitatis ad gra- E
dus creatos. secundo per meliorationem partium
iam constituentium vniuersum quantum ad boni-
tatem accidentalem. tertio per creationem aliarũ
specierum non quòd adderentur iam creatis si fie-
ret aliud vniuersum melius constans ex alijs specie-
bus, & essentialibus gradibus bonitatis. quarto per
meliorationem intensiuam ordinis partium ad in-
uicem, qui sequitur bonitatem accidentalem. quin
to per meliorationem intensiuam eiusdem, qui se-
quitur bonitatem factis alijs speciebus. sexto per
meliorationem extensiuam eiusdem additis alijs
partibus. septimo per meliorationem ordinis par-
tium adinuicem. lege Diuum Thomam prima par-
te, quæst. 25. art. 6. & de potentia, quæst. 3. art. 10. &
tertio senten. dist. 13. & Capreolum in primo dist.
43. quæst. 1.

Vniuoce nihil dicitur de Deo, & creatura: scribi- 1. sen. dist. 3. quæst. 1. Scotus.
tur ista propositio p. p. q. 13. art. 5. cuius oppositum
docet Scotus, & hoc multis argumẽtis, & inter alia
hoc est potissimum, quia omnis comparatio est in
aliqualiter vniuoco, sed constat Deum, & creaturã
cõparari in ente: dicimus enim quòd Deus est per-
fectius ens ipsa creatura: falsa ergo est propositio
assumpta. Quæ opinio Scoti est expresse contra Ari 12. Meta. tex. 28.
stotilem, & Auerr. & rationem. Arist. enim docet, q
principia prædicamentorum non sunt aliquo mo- 4. Metaph. tex. 3.
do eadem nisi secundum proportionem, & Auerr.
ait, quòd ens non est vnum, sed ad vnum, ratio est
efficacissima, quia nullum vniuocatum in ratione
sui vniuoci habet aliquid plus quàm reliquum vni
uocatum, sed Deus, & creatura sunt vniuocata per
Scotum in ente: ergo creatura non habet aliquid
plus in ratione sui vniuoci. s. entis, quàm Deus, sed
conclusio est falsa: ergo altera præmissarum, nõ ma
ior, quia illa habetur ex ante prædicamentis: ergo
minor quæ est opinio Scoti, ratio quoque sua est
nullius momẽti, quia comparatio potest etiam fie-
ri in analogo quod est medium inter vniuocum, Analogum ẽ medium inter vniuocum, & æquiuocũ.
& æquiuocum, ideo ruit, siquidem pure vniuocata
sunt quorum nomen est commune, & ratio secun-
dum illud nomen est eadem simpliciter, pure æqui-
uocata sunt quorum nomen ẽst commune, & ratio
secundum illud nomen est diuersa, simpliciter ana-
logata sunt quorum nomen est commune, & ratio
secundum illud nomen est aliquo modo eadem, &
aliquo modo diuersa. lege D. Tho. p. p. vbi supra, &
de potentia, q. 7. art. 7. & 1. contra gent. cap. 23. &
Caiet. de ente, & essentia, cap. 2.

Velle diuinum semper est quasi in egrediendo
à diuina voluntate: colligitur ista propositio ex se- Dist. 39. primi sent. Aureolus.
cundo contra gentiles, capit. 10. cuius oppositum
probat Aureolus, quia diuinitas est quoddam vel-
le subsistens purum absque potentia volitiua, sicut
& intelligere purum: siquidem ratio potentiæ voli-
tiuæ est ratio dicens imperfectionem: ergo non est
in eo potentia volitiua. & non intellexit sensum
propositionis Aureolus, quæ non debet intelligi
quòd egredietur secundum rem à potentia voliti-
ua, vel intellectiua, quia cũ sit quælibet res, & prin-
cipium alterius, & nõ suijpsius, diuina autem actio
non est aliud quàm sua potentia, & ideo patet,
quòd potentia non dicitur in Deo, sicut princi-
pium actionis, sed sicut principium facti, actiones, Potẽtia in Deo nõ est principium actionis, sed rei factæ.
ergo illę quæ sunt in Deo, & non sunt transeun-
tes, sed manent in eo respectu ipsarum non dice-
tur in Deo potentia, nisi secundum modum intel-
ligendi non secundum rei veritatem, huiusmodi
autem actiones sunt intelligere, & velle, & sic po-
tentia Dei proprie loquendo non respicit huius-
modi actiones sed solos effectus, vnde intellectus
& voluntas in Deo non sunt vt potentia, sed solum
vt actiones, & ob hoc ille egressus volitionis à vo-
luntate in Deo non intelligitur esse secũdum rem,
sed secundum rationem. lege Diuum Thomam pri
mo sententiarum, distinctione 39. quæst. 1. artic. 1.
& Capreolum eodem libro distinctio. 40. quæst. 1.
articulo tertio.

Velle diuinum non elicitur à diuina voluntate secundum rem, sed secundum modum significãdi aut intelligendi, suscipitur ista propositio ex primo contra gẽtes, cap. 74. cui aduersatur Aureolus probans diuinum velle non esse elicitum etiam secundum rationem, nec debere concipi per modum eliciti, quia quandocunque aliqua sunt idem re, & ratione impossibile est, quòd vnum sit secundum rationem elicitum, vel productum quin reliquum sit etiam productum, sed velle diuinum non est aliud realiter, aut secundum rationem intrinsece, nisi ipsamet diuinitas, & ratio diuinitatis, & iam patet, quod ratio diuinitatis nullo modo est producta, nec elicita ab aliqua potentia: ergo nec velle diuinũ concipi debet, vt elicitum ab aliqua potentia, sed vt se habens absque principio elicitiuo. Sed falsò impugnat propositionem Aureolus, cum diuina voluntas nõ sit eã, nec principiũ elicitiuũ realiter diuinæ volitionis, sed solũ secũdũ modũ intelligẽdi inquãtũ voluntas significatur per modũ potẽtiæ, & velle per modũ actus, aut operationis, quod semper in creaturis elicitur à potẽtia, & ideo quia diuina significamus p nomina creaturarũ, sicut & intelligimus per conceptiones earum, oportet quòd sicut in creaturis operatio significatur per modum eliciti, ita & in diuinis, & ideo minor assumpta in argumẽto est falsa, quia velle diuinum, & voluntas distinguuntur ratione dum intelliguntur, quia non intelliguntur nisi eo cõceptu quo intelligimus voluntatem creatam, & velle creatũ, quæ constat, quòd diuersis conceptionibus intelliguntur à nobis. lege D. Tho. in disputatis de ver. q. 23. art. 1. & Capreolum 1. sent. dist. 45. q. 1.

Voluntas diuina licet eadem volitione velit diuinam essentiã, & alia volita, non tamen necessario vult alia, sicut necessario vult diuinam essentiam, elicitur ista propositio ex primo contra gent. cap. 77. quam etiam noluit sentire Aureolus, sed asserit diuinum velle non solùm esse in se necessarium, sed etiam quòd habitudo eius ad quòdcunque obiectum sit necessaria, quia illa habitudo cum non sit relatio realis, nec rationis, sequitur quod sit ipsummet velle diuinũ, & hoc est necessarium: igitur habitudo quam Deus habet ad creaturas est necessaria. Sed falsum assumit Aureolus quòd habitudo quam habet diuinum velle ad creaturas volitas nõ sit relatio rationis, & dato per possibile quòd nullus intellectus humanus aut angelicus esset, adhuc ille respectus esset, qui cõsequitur actum diuini intellectus, qui nõ potest non considerare, & non intelligere talem respectum circa suum velle, supposito quòd aliquid velit, vnde sicut est impossibile, quod quòd Deus aliquid velit, & non velit illud idem ita est impossibile, quòd Deus aliquid velit, & quòd talis respectus non sit intellectus ab eo, nisi faceret, quòd velle non sit actio, quia respectus consequitur actionem naturaliter, vt scribitur ab Aristotile, & cum etiam diuina voluntas sit aliorum à diuina essentia, vt ordinatorum ad finem suæ bonitatis: voluntas autem non necessario fertur in ea, quæ sunt ad finem, si finis sine his esse possit, non enim habet necesse medicus nisi ex suppositione voluntatis quam haber de sanando infirmos medicamina adhibendo sine quibus nihilominus potest infirmum sanare, cum igitur diuina

A bonitas sine alijs esse possit, quinimo nec per alia ei aliquid accrescit, nulla inest ei necessitas, vt alia velit ex hoc quòd vult suam bonitatem. lege Diuũ Thomam p. p. q. 19. art. 4. & de ver. q. 23. art. 4. & Caietanũ prima parte vbi supra, & Capreolum primo senten. dist. 45. q. 1.

Voluntas mouetur à bono cognito, colligitur ista propositio ex prima secundæ, quæst. 9. art. 4. cui aduersatur Hent. quia stante veritate huius propositionis, tunc periret liberum arbitrium, meritum & demeritum, & suasio, quod probat, quia si voluntas moueretur à bono cognito, sicut intellectus à vero, tunc sicut intellectus necessario mouetur à vero,

B sic voluntas à bono. Sed noluit Henr. intelligere sensum propositionis D. Tho. quandoquidem intellectus non omni vero necessario inhæret, sed tantum primis principijs, propositionibus tamen deductis ex illis, quæ non habent necessariam connexionem non inhæret necessario, sic etiam voluntas necessario mouetur à bono cognito, se habente vt finis, non tamen necessario mouetur ab ijs quæ sũt media ad finem, ad quem etiam connexionem necessariã nõ habent, & sic patet, quòd nõ quodlibet verum necessario mouet intellectum, dato etiam, quod tam intellectus, quàm voluntas ab aliquibus obiectis necessario moueantur quantum ad speci-

C ficationem actus, à nullo tamen mouentur necessario quantum ad exercitium, vt scilicet voluntas moueatur à bono cognito, tanquam obiecto extrinseco, non tamen necessario vult, sed libere libertate arbitrij. lege D. Tho. p. p. q. 19. art. 2. & q. 82. art. 2. & Caiet. ibidem, & Capreolum secundo sententiarũ, dist. 25. q. 1.

Vsus sumitur ab applicatione rei ad operationẽ: elicitur ista propositio ex prima secundæ, q. 16. art. 3. cuius oppositum nititur probare Aureolus, quia stãte veritate huius propositionis sequeretur, quòd homo illis rebus vti non posset quas non valeret applicare ad operationem, sed certũ est, quòd

D hominis voluntas non potest applicare cœlum aut angelos ad suam operationem, & tamen potest vti cęlo, & angelis, & omni creato secundum Augustinum dum fertur super illa in quodam transitu ad Deum: igitur vsus non sumitur ab applicatione rei ad operationem, sed magis ex transitoria latione super eo, quod est ad finem non quiescendo. Deceptus tamen est hic Aureolus nõ considerans, quòd homo inquantum vult cœlum propter aliquam operationem quam facit cœlum vel mouet, intantum applicat cœlum ad operationem per voluntatem & intellectum, non enim vtitur cœlo, & angelis, tanquam ab ipso operatis, sed sicut ducen-

E tibus in Dei cognitionem, & sic omnibus rebus mundi vti potest homo prout ipsæ res conferunt ad cognitionem Dei ostendendo eius magnitudinem, vel secundum, quòd præbent subsidium vitæ nostræ ordinatæ in Deum, & sic omnia quæ facta sunt à Deo põt homo applicare ad operationẽ per voluntatem suam, aut intellectum, aut potentiam exequutiuam, vnde ipse intellectus conferens rem in finem vtitur, & applicat eam ad operationem. lege Diuũ Aug. lib. 83. quæst. & Capreolum primo senten. dist. 1. q. 2.

Vxores plures habere simul, licet sit aliquo modo cõtra legem naturæ, tamen talis pluralitas quan

[Left margin notes:] Dist. 46. q. 1. articu. 2. propos. 2. Aureo. — Velle est actus seu operatio. — Dist. 47. 1. senten. Aureo. — 5. Metaph. tex. 20. — Necessitas ex suppositione.

[Right margin notes:] 9. Quol. q. 5 Henricus. — 1. dist. 1. Aureolus. — 1. de doctri na Christia na, cap. 5. — Hõ quõ vtitur cęlo, angelis.

doq; fuit licita ex dispensatione Dei, scribitur hæc propositio 33. dist. quarti sent. q. 1. art. 1. cui aduersatur Aureolus probando quòd habere plures vxores sit contra primarium ius naturæ, & quòd nullo modo possit ibi cadere dispensatio, quia Saluator noster cũ ab eo quæreretur de libello repudij, quo dimissa vna, alia ducebatur, dicit quòd nunquàm fuit licitum, sed propter duritiam cordis fuit concessum populo israelitico, sed non fuisset semper illicitum nisi fuisset contra ius naturę: propositio ergo assumpta falsa est. Et nnluit penetrare Aureolus quomodo ratio dispẽsationis in pręceptis legis naturæ quandoque est in causis inferiotibus, & sic dispensatio potest cadere supra secunda præcepta legis naturæ, non autem supra prima, quia illa sunt quasi existentia semper, aliquando autem est tantũ in superioribus, & tamen potest esse dispensatio diuinitus etiam contra prima præcepta legis naturę, ratione alicuius diuini mysterij significandi, vel ostendendi, sicut pątet de dispensatione præcepti Abrahæ facti de occisione filij innocentis, tales autem dispensationes non fiunt communiter ad omnes, sed ad aliquas singulares personas, sicut etiam de miraculis accidit. concludit, ergo Aureo. quòd nullus homo potest dispensare super pluralitate simultanea vxorum, non autem cõcludit quin Deus super hoc non possit dispensare, nec quin eius anthoritate pluralitas vxorum aliquando fuerit, aut infututum possit esse licita, vt patet de Abraham habente sarai, & agar in lege naturæ, & de helchana in lege scripta, lege Petrũ de Palude 4. sent. dist. 33. q. 1. & Capreolum ibidem.

Aureo. Matth. 19.

Pręcepta legis naturæ sunt in duplici differentia.

Propositiones deprompta ex doctrina D. Th. quas vniuersitas Parisina videtur condemnasse: præsente domino Gulielmo Episcopo Parisiensi.

Sanctus Thomas prima parte q. 50. art. 4. quòd impossibile est duos Angelos esse vnius speciei sicuti etiam impossibile est dicere, quòd essent plures albedines separatæ à subiectis. quæ videtur esse contra articulum de omnipotentia Dei, & contra veritates creditas circa sacramentum altaris, propterea siquis dixerit Deum non posse multiplicare formam sine materia error, vel formam nõ recipere diuisionem sine materia, vel quia intelligentiæ non habent materiã, Deus non posset eiusdem speciei facere plures. ad idem etiam tẽdit alia propositio quam tenet D. Thom. p. p. q. 47. art. vltimo in respons. ad tertium arg. quòd non est possibile esse aliam terram, quàm istam, quia omnis terra naturaliter fertur ad hoc mediũ, Verum sensus propositionis D. Tho. non fuit intellectus, cum ly impossibile non sumpsit pro impossibili, secundum actiuam potentiam Dei, neque pro impossibili logico, sed pro impossibili sumpto ex potentia indita rebus creatis secundum quam dicitur, quòd impossibile est mortuum resurgere, vide Caiet. in peculiari tractatu de hac materia, quia omnes articuli Parisienses facti contra doctrinam S. Tho. fuerunt reuocati, &c.

Tenet etiam D. Tho. p. p. q. 76. art. 4. & in disputatis, & in tota sua doctrina, vnicã esse formã substantialem in homine, quæ propositio videtur erronea in philosophia, & in fide, quia tũc corpora Sanctorum non essent venerãda, neque corpus Christi in sepulcro fuisset idẽ quod in cęna, quod est contra fidem. sed hæc propositio non fuit intellecta à respuentibus eum, videmus. n. quòd si præter animam intellectiuã præexisteret alia forma, tunc anima non daret esse simpliciter, nec esset forma substantialis, nec per aduẽtum animæ esset generatio simpliciter, quæ omnia sunt absurda, & impossibilia, est ergo propositio D. Thomæ secũdum rectam philosophiam, corpus Christi in triduo fuit simpliciter idem numero, s. suppositaliter, & materialiter, & quo ad esse actualiter existentiæ, non tamen fuit idem formaliter. corpora quoque sanctorum venerantur à nobis non ratione qua sint eadem numero formaliter, sed quia suis animabus ad bonũ sũt cooperata, & fuerunt quædam instrumenta, & habitacula, siue templum Spiritus Sancti, hæc ratione sunt recondita in precioso loco, & D. Aug. testatur se honorasse reliquias Beati Stephani. taceant ergo qui dicunt istam propositionem esse erroneam, de numero quorum est Ioseph Angles Valentinus in floribus theologicarum quæst. vide Herueum in speciali tractatu de vnitate formæ, vbi centum argumentis firmat istam propositionem.

Corp⁹ Xpi in triduo quomodo fuit idẽ numero.

Lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 8.

Est alia propositio D. Th. p. p. q. 9. art. 2. quòd Angeli & corpora cęlestia sunt entia necessaria, hanc quoque volunt esse condemnatam, quia repugnat fidei ponere aliquid esse necessarium præter Deũ, & noluerunt intelligere quòd D. Tho. ponit hæc esse necessaria physice, & per potentiam in se, siue ab intrinseco, quia logice, & per potentiam in alio, & ab extrinseco sunt possibilia, vt patet secundo contra gentes, cap. 30. & 55. & in quæst. de potẽtia Dei, q. 5. art. 3. & hoc pacto neq; fidei, neq; philosophiæ repugnat, sed propter ignorãtiam distinctionis de possibili, & necessario hæc dixerunt.

Ignorantia aduersariorum S. Tho.

Ponitur quoque alia propositio à D. Thom. p. p. quæst. 52. art. 2. quòd Angelus est in loco per operationem: hanc ait Greg. Ariminensis esse articulũ condemnatum Parisijs, & est articulus 203. excommunicatus, qui dicit quòd substantiæ separatæ sint in loco per operationem, & quòd possint moueri ab extremo ad extremum, nec in mediũ, quia possunt velle operari in extremo, aut in extremis, nec in medio error, si intelligatur substantiam sine operatione non esse in loco, nec transire de loco ad locum: ecce quòd dicit errorem esse dicere substãtiã separatam non esse in loco sine operatione. Sed hic articulus non est bene consideratus, quia mens articuli est, quòd opinio ponens substantiam separatam non esse in loco nisi per operationem, quæ est exterior motio localis, vel alteratio realis est error, & quòd illa sit mens articuli, patet, quia articu. 77. sic dicit quasi declarando istum, dicere quòd si esset aliqua substantia separata, quæ non moueret aliquod corpus in hoc mũdo, illa non clauderetur in vniuerso error: ecce ꝙ sicut in articulo, quẽ tangit Greg. dicit errorẽ esse Angelum solum esse in loco per operationem ita in isto dicit errorem esse dicere, ꝙ substãtia separata non clauditur in hoc vniuerso nisi per motum corporis, vnde videtur idem intelligere per operationẽ in articulo 204. quod per motum in articulo 77. non autẽ intendit condemnare ponẽtes Angelum esse in loco per operationẽ sumẽdo large operationem pro omni motu vel influxu,

Sensus articulorũ Parisiensium.

fluxu vel relatione significata per modum operationis transeuntis in corpus, & exeũtis ab Angelo, vel econtra, quod confirmatur, quia articulus 218. dicit quòd si intelligatur, quòd substantia Angeli non est ei ratio essendi in loco, verum est dicere, quod nusquàm est secundũ substantiam, cum igitur substantia Angeli non sit ei ratio essendi in loco, vt dicit articulus, constat, quòd nec virtus Angeli erit, aut aliquod accidens spirituale quod sit in Angelo per modum actus primi vel secundi: restat igitur quòd ratio essendi cum in loco erit aliquid se habens per modum actus secundi in corpus transeuntis quicquid sit illud, nec valet dicere, quòd limitatio essentiæ Angeli est causa, quòd sit in loco, hoc siquidem non valet, quia limitatio substantiæ per quantitatem dimensiuam est causa essendi in loco, non autem limitatio essentiæ per differentiam ad speciem, vel genus, quia illa inquantum huiusmodi abstrahit à loco, illa enim limitatio determinat rẽ ad certum genus, non autem ad locum, quòd patet euidentissimè si Angelus esset creatus ante corporalem creaturam: Adde etiam id quod dicit Godofredus Quolib. 8. quæst. 5. quòd illi articuli indigẽt magna correctione, quia nonnulli sunt falsi, nonnulli sibi adinuicem contradicunt, nonnulli derogant vere doctrinæ potissime. S. Th. qui secundum eũdem Godofredum est sal terræ, nota etiam quomodo idem articulus cõmendat totam doctrinã.

Ratio essendi in loco in Angelo, quæ est.

Adde quoque quòd Henric. fatetur se non intelligere illos articulos, & Aegydius, & multi alij asserunt, quòd illi articuli fuerunt facti non conuocatis omnibus doctoribus Parisiẽsibus, sed ad requisitionem quorundam capitosorum: Adde ad huc, quòd sententia excommunicationis lata contra tenentes damnata in illis articulis, reuocata fuit per dominum Stephanum Episcopum Parisiensem inquantum dicti articuli tangunt doctrinam S. Tho. & hoc anno Domini 1324. Postremò Ecclesia Romana fecit examinari doctrinam D. Thomæ ante eius canonizationem, & quia repertum fuit, quòd illa nihil continebat contra fidem, aut bonos mores, fuit solenniter approbata per multos Summos Pontifices puta Ioannem Vigesimumsecundum, Vrbanum Quintum, & multos alios, & ideo de illis articulis non est multum timẽdum. & temporibus nostris ex eius doctrina est instituta publica academia Romana à Gregorio 13. qui eius academicis plenariam indulgẽtiam singulis primis dominicis mẽsium est elargitus. idcirco videant ipsi qui contra hanc D. Tho. doctrinam aliquid dicere vidẽtur.

Indulgẽtia data academicis S. Th.

Sanctus Thomas tenet aliam propositionem tertio contra gentiles, cap. 81. quòd cessante motu cœli nullus esset motus in his inferioribus: hæc propositio est alius articulus cõdemnatus, sub hac forma videlicet si quis dixerit, quòd cessante motu cœli ignis nõ posset comburere stuppam, error. sed nec iste articulus est cõtra Diuum Thomam, quia sensus articuli est, quòd est error. s. maximus, quòd cessante motu cęli ignis nõ possit comburere stuppam per diuinam potentiam, sic enim negant hoc quidam philosophi dicentes, quòd Deus non posset nouos effectus naturales inferius producere sine motu cœli, & per consequens nec facere, quòd ignis cõbureret stuppam, quòd falsum est, sed propositio D. Thom. hoc non ponit, sed tantum, quòd motus inferiorum corporũ naturaliter causantur à corporibus cęlestibus, quia omnis multitudo ab ab vnitate procedit: ergo omnis motus ab immobili, & sic quanto aliquid est magis immobile, tanto est magis causa magis mobilis, ob hoc corpora cœlestia sunt causæ inferiorum mobilium. lege Diuum Thomam p. p. q. 115. art. 3. lege etiam Alphonsum de Castro, lib. 1. contra hæreses, cap. 8. vbi asserit articulos Parisienses non transire montes, & sic spernit ipsos.

Responsio Alphõsi de Castro.

Sãctus Thomas prima parte, q. 75. art. 6. & secundo contra gentes, cap. 30. videtur tenere aliam propositionem, quòd omnia quæ habent contrarium, vel sunt ex contrarijs dicuntur esse corruptibilia, quæ autem huiusmodi non sunt sempiterna sunt nisi pars corrumpatur, sicut formæ, quæ non subsistunt, sed esse earum est per hoc, quod insunt materiæ: ista propositio est erronea, quia ex hoc sequitur, quòd gratia in anima, vel in Angelo cũ non habeat contrarium, nec ex contrarijs existat, nec sit forma, quæ insit materiæ, esset sempiterna, & idem videtur sequi de luce, vel lumine si esset sine materia, sicut accidentia sacramenti altaris sunt sine subiecto: & ideo est articulus condemnatus ista propositio. Veruntamen condemnatio articulorum non est timenda vt dictum est supra, & rationes adductæ in oppositum de gratia, & lumine soluuntur perspecta ratione generationis, & corruptionis accidentis: quatrupliciter. n. ipsum accidens generari potest, primo ab agente sibi simili per transmutationem, sicut aqua calefit ab igne calido, secundo ad præsentiam agentis in fieri, & esse, ut lumen in aere fit à sole pręsente, tertio ad generationem subiecti, vt risibile generatur homine genito, quarto ad generationem termini, vt forte solo albo existẽte statim ad alterius albi generationem consurgit in forte similitudo: & quia quot modis dicitur vnum oppositorum tot modis dicitur, & reliquũ, idcirco accidens quadrupliciter corrumpitur, primo per alterationem oppositam à suo contrario, vt frigus à calido, secundo ad absentiam consetuatiui agentis, vt lumen in aere desinit sole recedẽte, tertio ad corruptionem subiecti, vt risibilitas corrumpitur homine mortuo, quartò ad corruptionẽ termini, vt similitudo desinit perempto suo consimili, & sic patet quomodo gratia in anima, & in angelo corrumpitur, & etiam lumen in aere, quia secundo modo, male ergo fuit condemnata propositio, & impugnata, lege Diuum Thomam eodem secundo contra gentes, cap. 55.

Accidens quatrupliciter generari potest,

Secundo libro cõtra gentes, cap. 25. declarando D. Tho. qualiter Deus est omnipotens, dicit quod quædam sunt, quæ non potest facere, inter quæ est, quòd vnum, & idem sit, & non sit, hoc enim esset facere contradictoria simul, & postea subdit quòd contradictio in contrarijs, & priuatiue oppositis includitur, sequitur enim quod si est album & nigrum quod sit album, & non album, & si est videns, & cæcum quod sit videns, & non videns, vnde eiusdem rationis est, quòd Deus non possit facere opposita simul inesse eidem secundum idem: ex quo patet quod ponit, quòd Deus non magis potest facere duo contraria simul inesse eidem secundum idem, quàm duo contradictoria, hoc autem est erroneum, quia de facto corpori Christi, secundum se

totum in sacramento altaris in diuersis altaribus insunt motus cõtrarij sursum.s.& deorsum, & pari ratione posset facere Deus idem corpus secũdum se totum esse album, & nigrum, & ideo non est mirum si ista etiam propositio est damnata. Sed quod niale fuerit hæc doctrina S. Thomæ damnata, & impugnata patet inspicienti eius progressum, in illo cap. ait enim quòd obiectum potẽtię actiuę est ens factum: sequitur ergo quòd nulla potentia potest illud, quod est contra rationem entis inquantum est ens, aut contra rationẽ facti inquantum est factum, nulla enim potentia potest vbi deficit ratio sui obiecti propter defectũ entis, & ideo Deus non potest facere vt idem simul sit, & nõ sit & quòd opposita simul sint in eodem secũdum idem, & quòd rei desit aliquid suorum principiorum essentialiũ, vt quòd homo non habeat animam, & quod genus non sit prædicabile de specie, & quòd lineæ ductæ à centro, & ad circumferentiam non sint ęquales, & angulus rectilineus non habeat tres angulos æquales duobus rectis, & quòd præteritum non sit præteritum, & similia, quæ rationi entis repugnãt, propter defectum vero entis facti non potest facere Deum, aut aliquid sibi æquale, aut quod aliquid sine ipso conseruetur: omnia hęc sunt contra rationem facti, hæc omnia intelligi debent composite implicando.s. dispositionem diuinæ voluntatis de opposito, non autem diuisim, vt s. respiciunt potentiam, & volũtatem diuinam absolute, & quia Deus agit quoque per scientiam nõ potest facere quæ se facturum non præsciuit aut dimittere, quæ præsciuit se facturum, intelligendo tamen non absolute, sed sub conditione, & suppositione, quæ autem dicuntur de corpore Christi non bene perspexerunt, quia Christus non mouetur per se in sacramento secundum locum licet moueatur per accidens ad motum specierum, & ideo potest eleuari in vno altari, & in alio deprimi, quia continetur in illis altaribus sub diuersis speciebus, & est simile de anima, quæ mouetur per accidens contrarijs motibus dũ quis erigit vnum brachium, & dimittit alterum, lege D. Th. in quæst. disputatis de anima quæst. vnica, art. 10.

Corpori Christi insunt motus contrarij.

Mellus est dicere q̃ talia non possunt fieri, q̃ Deus ea non potest facere.

Eodem libro secundo contra gentes, cap. 30. sustinet D. Tho. quòd in rebus creatis sunt quædam, quæ simpliciter, & absolute sunt necesse esse, & sunt illa in quibus non est potestas ad nõ esse. Ista propositio est erronea, quia repugnat libertati diuinæ voluntatis quod arguitur sic, quia ista consequentia est bona Deus vult creaturam esse: ergo creatura est, & econtra, & per consequens si antecedens libere, & voluntarie verificatur de aliqua creatura consequens consequenter verificatur de eadem, quia si Deus libere, & contingenter vult quamlibet creaturam esse, sequitur quòd quælibet creatura est cõtingenter, & nulla est de necessitate: vnde etiã ex opposito sumitur oppositum, & hinc optime, & rationabiliter fuit condemnata. Sed quod propositio D. Tho. non fuerit intellecta ab istis contradictoribus de facili videri potest ex his quæ dicemus nam aliquã rem simpliciter & absolute esse necesse esse, potest primo intelligi per comparationem ad causam productiuã, & tunc dicitur res necesse esse quãdo à sua causa necessario producitur, & sic per comparationem ad Deum nullam rem necesse est

A esse, quia non ex necessitate naturæ produxit res, sed voluntarie, & libere, licet per comparationem ad causam creatam aliqua res sit necessaria simpliciter, vt est conclusio demostrationis respectu præmissarum. alio modo aliqua res dicitur simpliciter & absolute necessaria, quia in natura sua non est potentia ad non esse, & hoc prouenit, quia illa res non habet materiam, quę possit suscipere aliam formã, vt sunt intelligentiæ, vel si habet materiam non tamen est in potẽtia ad aliam formam capessendam vt est cęlum. & sic est intelligẽda propositio D. Th. & siquis diceret ea, quæ sunt ex nihilo quantum est de se in nihilum tendunt, sed omnia creata sunt ex B nihilo: igitur quantum est de se in nihilum reducuntur, quapropter nulla necessitas in rebus creatis est, verum hæc ratio nõ sequitur, quia res dicuntur creatæ à Deo per cuius potentiam dicuntur esse ex nihilo, sed non, quòd in eis sit potentia ad nõ esse, sed creatori inest potẽtia, vt eis det esse, vel eis desinat esse influere cum non ex necessitate naturæ agat ad rerum productionem, sed ex voluntate & ita ratio adducta in contrarium non concludit, quia non ponit D. Tho. res esse necessarias simpliciter in ordine ad primam causam, quæ est Deus, sed in ordine ad causam creatam, vt dictum est de cõclusione demostrationis, vel in natura propria, C vt dictum est de Angelis, & de cęlis, vnde Deus proprie loquendo, nec est causa simpliciter necessaria, vt nobis imponunt contradictores, neque contingens, vt ipsi docent, sed superior vtraque, nec habemus magis propriũ vocabulum, quàm vt dicatur quòd est causa libera, necessitas.n. simpliciter repugnat libertati, contingentia vero imperfectionem in libertate importat, quia ponit mutabilitatem, & ideo ineptis vocabulis, & non proprijs, vt D. Th. vtuntur isti quando dicunt, quòd Deus causat contingenter. lege D. Tho. primo senten. dist. 38. & p. p. q. 19. art. 3. & de veritate q. 23. art. 4. & de potentia, quæst. 3. art. 15.

Nulla res ẽ necessaria in ordine ad primã causam.

Deus non agit de necessitate naturæ, sed libere.

D Postremo dicunt aduersarij, quòd D. Thomas in pluribus locis doctrinæ suæ errauit per hoc q̃ principia philosophiæ, seu potius quædam philosophorum verba ad cõclusiones theologiæ nimis applicauit, non enim loqui taliter debent theologi qualiter loquuntur philosophi, vt docet Aug. dicẽs liberis verbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligẽdum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt, nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus, quæ his significantur impiam gignat opinionem. Sed pace horum dixerim quàm vana sit horum sententia, & à ratione prorsus aliE ena facile est videre, siquidem reperitur aliquis homo cuius intellectus est eleuatior, quippe qui multa intelligit, quæ alius omnino capere nõ põt, sicut patet in rustico, qui nullo modo Philosophiæ subtiles considerationes capere potest, quas optimus philosophus erudite docet. idiota cum non possit illas intelligere putat esse impossibiles, nunquam enim sibi persuadere potest stellam esse maiorem terra, de qua tamen Astrologus nihil dubitat, ita se habent isti ad Diuum Thomam vt idiota ad optimum philosophum, immo vt rusticus ad intellectum angelicum, & ideo non est mirandum de eorum ignorantia: non enim viderunt

10. lib. de ciuitate Dei, cap. 23.

Multa intelligit philosophus q̃ impossibilia iudicat rusticus.

quod

quod D.Tho. fecit cum Philosophis, sicut egerunt A hebræi cum Aegyprijs quos spoliauerunt auro, per quod designatur sapientia, quæ est noritia de diuinis, & argento quod significat sciētiam, quæ est notitia de creatutis, & ideo quæcunque sunt in libris Gētilium accomodauit fidei nostræ, siue moribus ad eorum declarationem cuiusmodi sunt scientiæ reales, siue ad defensionem eorum cuiusmodi sunt scientię sermocinales, quæ docent modum loqnendi, arguendi, & respondendi, & ab eis tanquam iniustis possessoribus suscepit, sicut & D. Aug. docet libro de doctrina Christiana, si quæ vera dixerunt Philosophi non solú formidanda non sunt, sed ab eis, tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrū B vendicanda. non ergo reprehendendus est Diuus Thom. si philosophicis rationibus vsus est ad declarandam sacram Theologiam, sed potius laudandus, lege ipsum primo cōtra gentes, cap. 2. & 3. & 4. vnde in quibusdam dictis acerrimè impugnat ipsum Aristotelē, & primo quia posuit ipse Aristotiles 8. Phys. motum, & quoddā mobile non incepisse, & cœlum fuisse ingenitū, sic quæ tempus, & Mundum, & generationem, & corruptionem esse æternam, imò quòd sol ab æterno plantas, & animalia generauit, & in æternum generabit, & sic non fuit dare primum hominem, & primam pluuiam, quæ omnia probat pluribus rationibus naturalibus, C sed D.Thomas hæc omnia euadit, dicendo quod procedunt contra eos, qui ponebant mobilia æterna, sed non motum æternum, vt patet ex opinionibus Anax. & Empe. & fides catholica ponit mobilia simul cępisse cum tempore, & motu, & licet probet materiam esse ingenitam per hoc, quod non habet subiectum, ex quo fit, & probat etiam cęlum ingenitum, qnia non habet contrarium ex quo generetur: hęc tamen sunt vera, quod non sunt producta in esse per generationem sunt tamen producta per creationem, iuxta illud, In principio creauit Deus cęlum, & terram, vide D.Tho. 2. sent. distin. 1. q. 1. art. 5. & secundo contra gent. cap. 34. & in disp. D de potentia Dei, q. 3. art. 17. & Quolib. 3. q. 14. & primo cęli, lect. 6. & 8. Phys. ad principium, & p.p.q. 46. quasi per totam.

Exod. 11.

Text.

1. Coeli. Sustinet etiam Aristotiles in doctrina sua, quod Deus nō possit alium Mundum creare, imò quod nihil noui potest immediate ab eo procedere, sed decepti fuerunt qui ponunt istam propositionem, vel ex hoc, quod existimauerunt Deum agere quasi necessitate naturæ, vel Dei potentiam esse finitam, & limitatam cū vtrumq; sit falsum, quoniam Deus libere agit ad extra, & eius potētia est infinita, tum intensiue, tum extensiue, propterea non est limitata ad creationem vnius mundi, quin possit, & plu- E res alios pducere, loquēdo de possibili, quicquid sit de facto, quia cum iste Mundus constat ex tota sua materia physice loquendo, & non est possibile secundum potentiam inditam rebus esse aliam terram, quam istam, quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc medium vbicunque esset, cum hoc tamē stat, quod Deus per suam omnipotētiā posset creare aliam terram extra istum mundū, & eam ibi cōseruare in æternum, & sic vtraque propositio Arist. est falsa. vide Diuum Thomam prima parte, quęst. 25. quasi per totam & secundo contra gentiles, cap. 23. vsque 30. & de potentia Dei. q. 2. art. 5. & Caiet. in proprio quæsito si poterit esse alia terra, quam ista.

Docet Aristotēles resurrectionem mortuorum esse impossibilem, quia mortuum non potest redire in vitam, nec etiam per multa media, & si redit, non redit idem numero. D.Thomas acceptat istā propositionem loquēdo de possibili sumpto ex potentia indita rebus creatis, iuxta quam verè dicitur, quod impossibile est mortuum resurgere, sed non de impossibili secundum potentiam actiuam Dei, neque pro possibili logico, quia naturale desiderium hominis ad fęlicitatem tendit, sed hanc non potest cōsequi, nisi anima iterato corpori coniungatur, igitur possibile est, dari resurrectionem mortuorum, minor patet, quia fęlicitas est vltima perfectio felicis, ergo cui aliquid ad perfectionem deest, nondum habet perfectam fœlicitatem, quia nondum eius desiderium totaliter quietatur, sed anima à corpore separata, est aliquo modo imperfecta, sicut omnis pars extra suum totum, ergo fœlicitatem consequi non potest, nisi sit vnita corpori, sed homo non potest in hac vita ad vltimam fęlicitatem peruenire, ergo oportet, vt postquam fuerit anima à corpore separata iterū corpori reuniatur, quæ reunitio est naturalis secūdum esse, licet secundū fieri sit supranaturalis, quia anima separata habet aptitudinem, & inclinationem naturalem ad vnionem quo ad esse, & nō quo ad fieri, vide Diuū Thomā 4. contra gent. cap. 81. & Caiet. in p.p.q. 76. art. 2. voluit quoque Aristotiles, quod tot sunt Angeli, & non plures, quod sunt orbes quos dixit esse 12. Metaph. vel 45. vel 48. aut ad plus quīquaginta. S.Tho. ait, quod ratio adducta ab Aristotile necessario concluderet, si Angeli essent propter substantias corporales, quia sic frustra essent Angeli nisi ex eis aliquis motus in rebus corporalibus appareret, sed absurdum est dicere, Angelos esse propter corporalia, quia finis est nobilior his, quę sunt ad finē, propterea ipsemet Philosophus ait, quod hæc ratio non est necessaria, sed probabilis, coactus fuit vti ista ratione, quia ad intelligibilia nō possumus, nisi per sensibilia peruenire, rei tamen veritas est, quod Angeli sunt in maximo numero, quādoquidem illa, quæ sunt perfectiora in entibus in maiori excessu producta sunt, sicut corpora incorruptibilia cum sint nobiliora ipsis corruptibilibus incomparabiliter excedunt ea, sed Angeli sunt perfectissimi, igitur in maximo numero sunt producti, quod patet ex Daniele asserente milia milium ministrabunt ei, & decies centena milia assistebant, &c. vide D.Tho. p.p.q. 10. art. 3. & 2. sent. dist. 3. q. 2. art. 3. & secundo contra gentiles, cap. 91. & 92. & in dispntatis de potentia Dei, quæst. 6. art. 6. & in opusc. cap. 2.

8. Metaph.

Cap. 7.

Quinto scripsit Arist. somnia nullo pacto mitti à Deo, rationem præbens de hoc, quia si mitterentur somnia à Deo non tantum optimis, & prudentissimis, sed quibuslibet hominibus etiam insipiētibus mitti deberent, & nedum dormientibus, sed etiam vigilantibus, sed deceptus est in hoc, quia causa extrinseca somniorum duplex esse potest, scilicet corporalis, & spiritualis, corporalis quidem inquantum imaginatio dormientis immutatur, vel ab aere continente, vel ex impressione cœlestis corporis, vt sic dormienti aliquæ

lib. de diuinitate per somnium, cap. 1. & 2.

phantasiæ appareant conformes cęlestibus dispositionibus, spiritualis autem causa est, quandoque quidem à Deo, qui ministerio Angelorum aliqua
Num.c.12. hominibus reuelat in somnijs iuxta illud, si quis fuerit inter vos Propheta Domini in visioue apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum: nec valet ratio Arist. quia cum Deus non agat ad extra ex necessitate naturæ, sed libere, hinc non oportet, vt quibusdam hominibus somnia immitãtur à Deo, sed tantum quibus placet, & deinde, quia subtiles impressiones superiorum quiescentes melius percipiuntur, ideo non vigilantibus, sed dormientibus somnia immituntur, vide Aug. 12. super Genesim ad litteram, & D.Tho. 2.2.q.95.art.6. & tertio contra gent. cap. 54. & opusc. 24. cap. 4.

6. lib. de bona fortuna, cap. 2. Aristotiles posuit Deum non habere curam de rebus inferioribus, ratio est, quia res secundæ prauis obueniunt, hinc est, quod videmus imprudentissimos esse fortunatissimos, homines autem sapientes infortunatos. Verũ in hoc nedum Arist.
Ier.c.12. sed multi alij dubitauerunt, vt habetur Ierem. quare via impiorũ prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt, plãtasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum. sed videtur nobis, quòd omnia æqualiter bonis, & malis accidant ex hoc, quod nescimus qua de causa diuina prouidentia singula dispenset, & non est tamen dubium, quin in omnibus bonis, & malis, quæ eueniunt siue bonis, siue malis sit recta ratio, secũdum quam diuina prouidentia omnia ordinat, & quia eam ignoramus, videtur nobis, quòd inordinate, & irrationabiliter eueniant, sicut si aliquis intraret officinam fabri videretur ei, quod instrumenta fabrilia essent inutiliter multiplicata, si nesciret rationem vtendi vnoquoque, quorum tamen multiplicatio ex causa rationali apparet ei, qui virtutem artis intuetur, quia cum minima in humanis actibus sint ordinata à diuina prouidentia iuxta illud,
Matth. 10. cap. omnes capilli capitis vestri numerati sunt, quantò magis maiora, sicuti est distribntio diuitiarum? & ideo ex hoc nõ debet quis irrationabiliter asserere Deum nõ curare ista, cum scriptum sit, tu pater gu-
Cap. 14. bernas omnia prouidentia tua, vide D.Thom. p.p. q. 22. per totam, & q. 104. per totam, & in disputatis de potentia Dei, q. 5. art. 5. vide Caiet. 2.2. q. 36. art. 2. vbi excusat Arist. qui tantum præsentia in humano genere nouit, & ideo vr̃ negasse prouidẽtiã.

Secũdo cęli, tex. 13. Septimo tenet Arist. cœlum esse animatum, anima intellectiua dante esse. Quam propositionem reddit falsam, D.Thom. quia vnio corporis cęlestis cum anima illa intellectiua est tantum propter mouere: ergo cęlum est animatum tantum anima mouente, & assistente, & non informante: antecedens probatur, quia materia est propter formam, & forma propter operationem, & sic ab operatione cognoscitur, sed operatio formæ cœli non est vegetare, neque sentire, quia tunc cœlum esset corruptibile, nec intelligere, quia ad hoc nõ exigitur corpus, relinquitur ergo, quod illa anima vniatur cœlo tantum propter mouere, nec sibi contradicit D.Tho. p.p. & lib. 2. contra gent. quia in p.p. loquitur secundum propriam sententiam, & secundum Augusti-
3. libro de Trinit. num, & Dam. 2. lib. sent. expresse ponẽtes cœlos esse animatos, & insensibiles, secundo contra gentes loquutus est de mente Arist. qui voluit 8. Phys. & se-

A cundo cœli, & 12. Metaphy. cęlum esse animatum, quod etiam Caiet. sibi imponit in p.p.q. 3. art. 1. & hoc est contra Auerr. negantem animam nostram intellectiuam vniti corpori, vt formam substantialem, quòd minus est, quam quod intelligentia sit forma substautialis corporis cœlestis. lege D.Tho. in disputatis, q. 6. art. 6. & quolib. 12. art. 9. & secundo cœli, lect. 3. & Auerr. libro de substantia orbis, cap. 1. & 8. Metaph. com. 12. & 12. Metaph. com. 36. & 2. cęli com. 61. Octauo sentit Arist. Deũ magna tantum intelligere, parua verò neque intelligere neque meditari, quod in libello de mundo dixit faciens Deum similem magno Persarum Regi Xersi, Cap. 8.
B vel Cambysi, vel Dario, qui ipse per se maxima, & pulcherrima Regni obeat munera, Minora, & sordida mandet alijs, & libro decimo Ethic. inquit, quod si Dij curam habent aliquarum humanarum rerum, quemadmodum existimatur, & creditur rationabile esse eos amantibus mentem honorãtibusque fauere tãquam rerum sibi carissimarum curatoribus, ac bene agentibus. Quam opinionem tanquam impiam, & summo mendacio plenam reprobat D.Thom. quia cum essentia Dei contineat 1. par. q. 14 art. 5. & 6.
quicquid perfectionis est in cunctis, & amplius, vnde cognoscendo se, agnoscit etiam omnia minima, quia si illa non agnosceret, tunc non intellige-
C ret quocũq; modo est participabilis sua perfectio, nec cognosceret omnes modos essendi. errauit ergo Arist. quia licet Deus non videat vilia, & omnia alia à se in se ipsis, intuetur tamen in se ipso, prout in sua essentia habet similitudinem omnium, se ipsum autẽ in se ipso, & per se ipsum videt: adde etiã, quod ipse Deus in sua essentia omnia continet indistincte, & eleuate, vt causa eminens continet suos effectus, & sic perfecte, ac si distincte haberet, hinc ait Apostolus quod pertingit vsque ad diuisionem Hebr. 4. ca.
spiritus, & animæ, &c. & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, vide D.Thom. 1. sen. dist. 35. q. 1. art. 2. & de ver. q. 2. art. 4. & primo contra gent.
D cap. 48. & p.p. q. 14.

Nono Aristotiles præmia, & supplicia, quæ probos, & improbos in futura vita manent fabulas esse significauit gratia vulgi continendi in officio confictas, vnde inquit fabulose iam sunt allata ad per- 7. Metaph. tex. 50.
suasionem vulgi, atque ad vsum legum, vitæque humanæ vtilitatem, quanquam D.Tho. exponat hæc verba in loco proprio, quod fabulose dictum est, esse quosdam Deos conformes hominibus, & quibusdam aliorum animalibus, & ponere quosdam homines deificatos, & quædam animalia, quibus exhibendus erat cultus, tamen negare aliam vitam est impium, & prophanum, & inexacrabile, quia
E cum duplex sit retributio pro his, quę homo operatur, vna secũdũ animam, quam aliquis percipit statim cum anima fuerit à corpore separata, alia verò retributio erit in resurrectione corporum secundum quod quidam impassibilia, & gloriosa corpora, quidam verò passibilia resument, & ignobilia. prima quidem retributio sigillatim fit singulis secundum quod diuisim singuli moriuntur, secunda autem retributio simul omnibus fiet, secundum, ꝙ omnes simul resurgent, & quia omnis retributio, qua diuersa redduntur secundum diuersitatem meritorum iudicium requirit, hinc necesse est, vt sit futura vita, in qua p̃mia, & supplicia pro-

bis,

bis,& improbis reddantur, quia si in hac tantum vita num sperantes essemus, ignobiliores existere mus omnibus animalibus mundi, vide D. Tho. 4. contra gent. Cap. 46. & 4. sent. dist. 47. q. 1. art. 2.

Aristoteles in doctrina sua posuit contradictoria, quia 3. phys. probauit non dari infinitū in actu, neque secundum multitudinem, neque secundum magnitudinem in rebus materialibus, & immaterialibus, vt patet in metaph. & 8. phys. docuit mundum esse æternum, ita quod non datur primus homo, & tertio de anima posuit animam esse im mortalē, quia hoc solum est immortale, & perpetuum, modo ista tria non possunt simul stare, non datur multitudo infinita, anima est immortalis, & multiplicata secundum homines, & non datur prima anima, licet detur vltima versus nos, tamen ascendēdo non poterit quis peruenire ad primam. hæc sunt cōtra D. Thom. tenentem omnem multitudinem esse finitam, quia ipsa, siue sit per se, siue per accidens, sit menda est secundum speciem numeri, quippe qui est multitudo facta, & mensurata per vnum: deinde omne creatum, siue vt finis, siue vt medium cōprehendit ur sub certa intentione creantis, & sic est finitum, vnde cum multitudo animarum sit quoddā creatū necessariò sequitur, quod sit finita, ita quod est danda vltima versus nos, & prima ascendendo superius, vnde cum infinitum implicet contradictionem, quia si ponitur infinitum, ponitur statim aliqua multitudo in actu sub specie numeri creati, quia omnia in numero, & pondere & mensura sūt cōstituta, & sic idem est infinitum, & finitum, ideo a Deo hoc fieri non potest, vide D. Thom. quolib. 9 & 1. sent. dist. 43. q. 1. art. 1. & 2. contra gent. cap. 81. & Caiet. in p. p. q. 7. artic. 4. & ferrar. 2. contra gent. vbi supra.

Aristoteles iuxta doctrinam Scoti doctoris ingenio acutissimi posuit duo contradictoria in doctrina sua, quia 2. phys. docuit aliquam causam contingenter causare, & 12. metaph. posuit primum mouens necessario mouere illam causam contingentem puta voluntatem nostram, modo sequitur, quod si primū mouens necessariò mouet, siue mediate, siue immediate causam sub ipso positā, quod illa etiam causa causabit necessario, & sic non erit aliquod contingens, quod tamen ipsæ affirmat reperiri, quia voluntas nostra causat contingenter. verum in hoc defendi potest Aristot. quia illa propositio assumpta à Scoto non est vera simpliciter, causa mouens in quantū mota, si necessariò mouetur, necessario etiam mouet, quia causa prima mouet secundam iuxta naturam eius, propterea virtus primæ causæ temperatur, & modificatur in secunda, idcirco hæc duo possunt stare simul, quod causa prima moueat necessario, & quod secunda causet contingenter, vide Caietanum in p. p. art. 13. quæst. 14. & in quæst. 19. in expositione noni articuli vbi defendit D. Thom. contra Scotum.

Aristoteles aliā propositionē posuit 7. Metaph. quod omnis quiddiras non habens materiam est formaliter necessaria, in qua Scotus 2. sentent. dist. 3. 7. discordat dicens ipsam non esse veram, & dicit quod in ea errauit Arist. sed dico quod in hoc etiā potest defendi, quia stat quod aliquid sit necessarium ab intrinseco, & possibile ab extrinseco, vt Angelus est, ista propositio est necessaria ab intrinseco, & per potentiam in se, est tamen possibilis ab extrinseco, & per potentiam in alio, & pro vt possibile dicit possibilitatem logicam, non autem physicam, de qua vide Caiet. in p. p. q. 9. a secundo, & D. Thom. secundo, contra gentes cap. 30. & de potentia Dei quæst. 5. a 3. possem, & plura alia loca ad notare, in quibus videtur Arist. deuiasse à veritate, vt est locus ille 7. Polit. cap. 16. vbi existimat esse faciendum aborsum ante animationem, & nihil orbatum in natura esse educandum, ex hoc. n. sequitur animam eius esse per coitum contra D. Thom. p. p. q. 118. arti. 2. & 12. metaph. quod Deus est animal quoddam, & quod est affixum extremo cœlo, & per se mouet se ipsum: & Deum non liberè, sed necessario agere extra se, nec esse infinitum intensiue, sed quia de facili defendi possunt, propterea consulto dimitto. lege Melchiorē Chanum lib. 10. de locis Theologicis cap. 5.

(Tex. 21.) (P. p. q. 118. 22.)

Controuersia inter Auerr. & D. Thom.

OCtauo Phys. sustinet Auerr. contra saracenos indæos, & Christianos, quod à volnntate antiqua nō potest noua actio proueniπre, & sic acerrime eos reprehendit, quia ponunt creationem rerum, sed sua reprehensio est absque ratione, quia in hoc differt agens per naturam ab agente per intellectum, & voluntatem, quia agens per naturā agit, quia est tale, & sic vno modo operatur atque effectum determinatum, & quādo est. Agens verò per intellectum agit, quia vult, & quia Deus est Agens per intellectum, ideo cum voluntate æterna potest noua producere, præcipue cum effectus præexistent in eo secundum modum intelligibilem, & volnntarium, hinc talis, & in tali tempore erit effectus, & qualem effectum, & in quali tempore voluerit, effectus enim nunquam ponitur in esse nisi secundum exigentiam formæ, quæ est principium actionis. hinc etiam decipiuntur Auerroistæ volentes Deum nonum aliquid modo operari non posse, mori hac ratione, cuius actio est æterna, & effectus æternus, sed actio Dei est eius substātia, quæ est æterna, ergo totus effectus Dei erit æternus, & nullus nouus, quia actio Dei est æterna quātum ad id, quod ponit in ipso Deo, siue materialiter, siue formaliter, sed non quantum ad id, quod ex se infert passionem seu effectum, nisi secundum potentiam actiuam liberam, & sic stat quod voluntas sit æterna, & quod producat aliquid de nono, vide D. Thom. p. p. q. 46. per totam, & 2. sent. distin. 1. q. 1. ar. 5. & 2. contra gent. cap. 34. & de potētia Dei q. 3. a. 17. & quolib. 3. q. 14.

(Com. 15.) (p. p. q. 46. p totam.)

Posuit etiam impiam illam propositionem 3. de Anima. Vnicum esse intellectum omnium hominū quia substantia immaterialis non potest multiplicari secundum numerum, & non animaduertit se loqui contra seipsum, & magistrum suum Arist. 2. Phys. volentes ita se habere causas vniuersales ad vniuersalia, sicuti causas particulares ad particularia, sed impossibile est, vnicam animam secundum speciem esse diuersorum animalium secūdum speciem, igitur impossibile quoque erit, quod anima intellectiua vna numero sit diuersorum secundum numerum, & sic falsa est sua opinio, quod vnicus est intellectus omnium hominum, nec ratio sua iuuat

(Tex. 36.) (Tex. 59.)

iuuat cum concludat tantum de illa substantia immateriali quæ est completa in specie, vt est intelligẽtia seu Angelus, & nõ de anima nostra intellectiua, quæ est pars speciei, idcirco potest multiplicari propter materiam in qua recipitur, non autem propter materiam ex qua fiat, vide D. Thom. p.p.q.76. art. 1. & 2. sent. distin. 17. q. 2. a. 1. & de spir. creat. ar. 9. & opus 17. per totum, & secundo contra gent. capit. 73.

Eodem loco quo supra docet aliam propositionem irrationabilem Auerr. videlicet quod homo constituitur in esse per animam cogitatiuam, sed hæc propositio facit omnes homines animalia bruta, quod non animaduertit Auerr. nec mirum, quia posito vno incõuenienti multa sequuntur, & quia superior propositio assumpta est inconuenientissima, propterea sequitur ex illa ne dum ista, sed multæ aliæ absurdissimæ, nam si per rationale differt homo a brutis, vt docuit Porfirius in prædicabilibus, (Cap. de differentia.) & rationale non sumitur a forma substantiali hominis, sed ab anima quæ tantum assistit secundum eã, & non informat, sequitur manifestè quod homo substantialiter non differt a brutis, & quod intelligere non sit propria operatio hominis, & sic non trascendere bruta, quia per hoc intelligere posuit Arist. quod homo transcendit bruta animalia, (10. Ethic. Cap. 9.) nec posset fęlicitari, quia fęlicitas consistit in propria operatione hominis quę est intelligere. D. Th. in disputatis in quæst. de anima, artic. 19. & in opuscul. 3. cap. 80. & quolib. 12. art. 10. & 2. contra gent. capit. 56.

(Com. 39.) Duodec. Metaph. repræhendit christianos ponẽtes quod Deus sit trinus, & vnus, quia sequeretur quod esset numeratus, & sic aggregatus, & cõpositus, & cum omne compositum sit nouum sequitur Deum non esse æternum, sed deceptus est Auerr. in hoc, cum nos non ponamus Deum esse trinum in essentia, sed tantum in personis, quæ cum sint relationes subsistentes non faciunt compositionem in Deo, hinc sua ratio est friuola: & illa maxima multipliciter intelligi potest, primo omne compositum est nouum, vel quo ad substantiam, vel quoad accidentia, vnde compositum generabile est nouum vtroque modo, compositum æternum est nouum quo ad accidentia, & non quo ad substantiam. vel intelligitur secundo, quo ad dependentiam, omne compositum est nouum, idest dependens, quia dependet à principijs componentibus, vel tertio omne compositum est nouum, idest possibile, quia in compositione semper concurrit potentia, quomodocũque ergo sumatur, & intelligatur nihil habet contra istam veritatem, licet aliqui velint defendere Auerr. dicentes, quod Auerr. non loquitur cõtra legem nostram, (Zimar. theor. 41.) sed contra illos qui ponebat Trinitatem numeratam in substantia, & contra Mauros ponentes Trinitatem per dispositiones super additas essentiæ, sed hæc defensio nulla est cum absolute neget Trinitatem in Deo, adde quod adducitur inter errores annotatos in directorio inquisitorũ, vide D. Tho. p.p.q. 31. a. 1. & 1. sent. dist. 24. q. 2. a. 2. & opus 3. cap. 30.

Eodem libro loquens de Deo Auerr. ait quod diuinus intellectus scit omnia secũdum quod scit se tantum scientia in esse, quod est causa eorum esse verbi gratia, qui scit calorem ignis tantum, non dicitur nescire naturam caloris existentis in reliquis calidis, sed iste est ille qui scit naturam caloris, secundum quod est calor. similiter Deus scit naturam rerum in eo, quod est ens simpliciter, quod est ipse, sed neque hic rectè sentit de cognitione Dei, quia si Deus agnosceret alia a se pro ut entia tantum sunt, sequitur eum tantum in communi percipere ea, & sic in confuso, & in potentia imperfectè, vnde intelligere Dei non esset omnibus modis perfectum, immo & ipsum esse quod est impossibile, cum intelligere Dei sit eius esse, cognoscit ergo Deus alia à se ne dum pro ut communicant in ratione entis, sed pro ut vna res distinguitur ab alia, quia in essentia sua intuetur omnia prædicata communia propria, vniuersalia, & particularia ipsarum rerum, ita quod omnia sunt nuda, & aperta oculis eius, & nihil est inuisibile in conspectu eius, exemplum adductum non est ad propositum, quia calor non causat omnia existentia in rebus calidis, sicut Deus causat omnia quæ reperiuntur in rebus. lege D. Thom. p.p.q. 14. a. 6. & 1. contra gent. cap. 50 & de verit. q. 2. a. 4. & 1. sentent. distinct. 36. q. prima art. 1.

Item libro eodem vult Deum non habere prouidentiam, (Com. 40.) & solicitudinem de indiuiduis quo ad omnes actiones proprias ipsorum, sed tantum quãtum ad illas in quibus communicant cum alijs indiuiduis suæ speciei, puta habet sollicitudinem de hoc equo, & de hoc homine pro ut generant sibi simile, quoniam per hanc actionem conseruãtur species rerum inferiorum, vnde in fine commentarij inquit Deum sollicitari circa indiuidua, ita quod nullus habeat communicationem cum eo, hoc nõ est sus bonitati diuinæ, & est sacrilegum dictum, quia cum prouidentia sit ratio ordinis rerum in finem, & ad tantum se extendat ordinatio effectuũ in finem, inquantum se extendit causalitas primi agentis, cum omne agens agat propter finem, quia ex hoc contingit in operibus alicuius agentis aliquid prouenire non ad finem ordinatum, quia effectus ille consequitur ex aliqua alia causa præter intentionem agentis, sed causalitas Dei qui est primum agens se extendit ad omnia entia non solum quantum ad principia speciei, sed etiam quantum ad inuidaulia principia corruptibilium, & incorruptibilium, vnde necesse est omnia quæ habent quocunque modo esse ordinata esse à Deo in finem, vt ait Apostolus quæ a Deo sunt ordinata sunt, (Rom. 13.) propterea omnia inquantum participant esse in tantũ subduntur diuinæ prouidentiæ, & ideo Deus tenet curam, & sollicitudinem de omnibus indiuiduis quoad omnes actiones in quibus communicant, & in quibus distinguuntur. vide D. Thom. p.p.q. 22. ar. 1. & 3. contra gent. cap. 64. & de ver. q. 5. ar. 2. & opus 3. cap. 124.

Voluit etiam Auerr. 3. de anima (Com. 36.) & 2. Metaph. (Com. 4.) quod homo per suum intellectum potest intelligere substantias separatas quidditatiue, quia si non, tũc natura otiose egisset eas, quod est falsum, quia nihil est otiosum, & frustra in natura, consequentia probatur, quia fecit illud quod est ex se naturaliter intelligibile, puta substantias separatas non intelligi ab homine. sed hæc opinio cum sua ratione est deridẽda, quia cognitio quidditatiua alicuius est a prima potentia vsque ad vltimum actum, modo est

do est impossibilis talis cognicio de abstractis ipsi homini, quia non potest vltimas differentias illarū cognoscere, propterea non poterit eas quidditatiue intueri, licet aliqua prædicata quidditatiua agnoscat de eis, non tamen quidditatiuam cognitionem de eis habebit, nec sequitur, quod si non intelliguntur ab homine, quod sint frustra, quia intelligi possunt à seipsis, & a se inuicem, & quia finis substantiarum separatarum non est vt intelligātur ab homine, propterea non erunt frustra, quia illud frustra dicitur, quod non sequitur suum finem ad quem est ordinatum, scio tamen nō deficere Auerroistas, qui conantur defendere istam imaginationem, sed latius veritatem huius rei percipere poteris apud D. Thom. p.p.q.88.art.1.& 2. contra gent. capit. 50. & lib. de ente & essentia, capit. 5. apud Caietanum.

Com. 50. & 51. Adhuc 12. Metaph. sustinet quod in omnibus intelligentijs est idem intellectus, intellectio & intellectum, quia si distinguerētur realiter faceret compositionem, vnde vult quod in nobis tātum distinguuntur, in separatis tamen sunt idem omnibus modis, rei tamen veritas est, in solo Deo hoc verificari cum sit actus purus, in omni autem creatura actio distinguitur à sua substantia, nec est inconueniens aliquid in substantijs separatis alijs à prima reperiri illam compositionem quæ fit ex intellectu, intellectione, & re intellecta, & si quis contra hanc veritatem
Tex 15. adduceret verba Arist. 3. de anima, quod inseparatis à materia idem est intelligens, & quod intelligitur, sed omnes intelligentiæ sunt separatæ a materia igitur, &c. Dicitur quod Themistius philoponus, & Simplicius exponūt illa verba sic Deus intelligens, & Deus intellectus sunt idem, & similiter quælibet intelligentiā intelligens, & ipsamet intellecta, secundum substātiam sunt idem, sed ex illis verbis non habetur, quod actio intelligentiarum sit idem cum eis, propterea absolute fatendū est actionem cuiuscunque creaturæ distingui ab ea. lege D. Thom. p.p.q.14.art.2.& q.54.art.1.& quolib. 2. art. 3.& 4.& 2. sentent. dist. 2. q. 1, ar. 1.

Com. 51. Tenet eisdem locis quibus supra Auerr. quod vna intelligentia cognoscit aliam per suam substantiam puta inferior cognoscit superiorem per essentiā superioris quæ sibi copulatur, & superior agnoscit inferiorem per essentiam superioris, quia superior cum sit perfectior potest repræsentare inferiorem tamquam quid imperfectius, & hoc etiam habetur de mente Arist. sed tam Auerr. quam Arist. in hoc allucinati sunt, quia nulla forma complete perficit aliquam potentiam nisi contineat omnia ad quæ se extendit illa potentia, sed essentia intelligentiæ se habet vt forma, respectu suæ potentiæ intellectiuę, & non continet omnia quæ potest intelligentia cognoscere, ergo non est forma adęquata, & consequenter non omnia per illam agnoscit intelligentia, & sic oportet ponere species superadditas quas Deus impressit intelligentijs in suarum conditione, & per illas species intelligunt alia à se, seipsas tantum agnoscunt per proprias essentias. lege D. Thom. p.p.q.56.ar.2.& 2. contra gent. cap. 96 & de ver. q. 8. ar. 7.

8 Phys. co. 79. 2 coeli. Com. 63. Sustinet quoque de primo Motore ipse Auerr. quod sit infinitus tantum extensiue, & non intensiue, quia nihil ponendum est in philosophia, quod A ex sensatis conuinci non potest, sed Deum esse infiniti vigoris intensiue non potest cōuinci ex substātia sua, quia illa non cadit sub sensu, nec ex aliquo suo effectu sensibili, quia si aliquis esset tantum ille esset aut tempus, aut motus, hæc autē esse non possunt, quia hæc sunt limitata secūdum velocitatem, & sic absque ratione ponitur primus motor vigoris infiniti intensiue, sed nō vidit Auerr. quòd motus infinitus duratione est effectus sensatus, & hic potest ducere nos, vt de facto ducit ad infinitatem primi motoris intēsiue, quia nulla virtus finita potest esse, & propria virtute perpetuare motum nisi in virtute primi conseruantis, & influentis, quādo-B quidem sicut intelligentia solus habet esse à primo motore, ita & virtutem motiuam, & mouet, quia primus motor cooperatur ei ad motum, licet ergo vigor infinitus non conuincatur ex determinata velocitate quam videmus in motu diuino, conuincitur tamen ex duratione perpetua secundū Arist. & secundum veritatem, ex hoc quod omnia producit ex nihilo. vide D. Thom. 8. Phys. in expos. tex. 79. & Caiet. in Aurea quæst. de infinitate primi motoris, & Capreol. 1. sent. dist. 43. q. 1. ar. 1. contra secundam conclusionem.

Tenet quoque 12. Metaph. Auerr. omnes intel- Com. 30.
ligentias esse actus puros, quia omne æternum est C actio pura, & quod est actio pura non habet potentiam, vnde iuxta doctrinam Auerr. & Arist. ne dum primum principium est actus purus, sed quælibet intelligentia, quia si haberet aliquam potentiā passiuam contingeret non mouere, sed decepti sunt, quia esse actum purum est proprietas primi principij, idcirco non potest alijs intelligentijs competere, & licet in eis non sit potentia quæ est altera pars compositi, est tamen in eis aliqua potentia, quæ potest dici subiectū perfectibile, quia cum actio ipsarum non sit sua substantia, sed accidens, sequitur, quod earum substantia comparatur ad actionem, vt subiectum perfectibile ad perfectionem suam, D cum etiam sint in genere: & effectiue productæ a Deo, non potest effugi quin in eis non sit aliqua potentia, & rationes Auerr. concludunt de prima intelligentia, quæ à nullo dependet. vide D. Thom. p.p q.50. artic. 2.& 2. contra gent. cap. 49. & de spir. creat. ar. 1.& quolib. 9. ar. 6.

Negat Auerr. omnem creationem, & cum nouitate essendi, & sine nouitate essendi, de prima non oportet dubitare, quia cum neget animam intellectiuam esse formam informantem materiam, oportet etiam ipsum negare aliquid creari de nouo. De secunda etiam, adsunt testes quorum primus est D. Thom. 8. Phys. Lect. 2. vbi ex professo recitat opi-E nionem Comment. asserentis esse impossibile aliquid fieri ex nullo præsupposito, quoniam omnis mutatio supponit subiectum, & deridens vulgum credentem creationem: secundus testis est Greg. Arimi. 2. sent. dist. 1. tertius est Iandunus 2. metaph. q. 4. sed errauit valde in hoc, quia cum Arist. ponat Deum esse causam productiuam cęli, & totius naturæ, quia ita loquutus est ipse de Deo, quòd est ille à quo cęlum, & natura pendet, igitur intelligentiæ sunt ab ipso productæ, & cum intelligentiæ nullam habeant materiā, sequitur quod sint productæ ex nihilo, & sic datur creatio sine nouitate essendi apud Arist. datur etiam, & cum nouitate essendi

ponendo

ponendo ad mentem Arist. animam nostram esse immortalem, & formam corporis, quia cum indies generentur homines, indies etiam, & de nouo creãtur eorum animæ. vide D. Thom. p.p.q. 45. per totam, & q. 75. artic. 6. & q. 76. artic. 1. & quolib. 12. artic. 10.

Cõ. 8. & 9.

Tenet etiam Auerr. 9. Metaph. quod omne possibile esse aliquando erit, & possibile non esse, numquã erit, quia in hoc distinguitur possibile ab impossibili, & à necessario, quia necessarium semper est, & impossibile semper non est, possibile autem non semper non est, ergo aliquo tempore est, & aliquo non est, igitur si ponitur aliquid possibile nunquam esse, destruitur ratio possibilis. sed hæc opinio videtur destruere liberum arbitrium, quia si nihil est possibile quin erit, non dabitur potentia rationalis, & libera quæ possit agere, & non agere cõtrarie, vel cõtradictorie, & si nihil est possibile quin erit, omne agens de necessitate operabitur, & sic perit liberum arbitrium: ratio quam adducit nulla est, quia illa deffinitio de possibili qua dicitur, possibile est, quod non semper non est, est vera de possibili in se, & secundum se considerato, nam ex quo aliquid est possibile, non inconuenit quantum sit ex se quod aliquo tempore sit, & aliquo non, quod autem nunquam ponatur actu, hoc non est ex natura possibilis, sed aliunde, puta ex impedimẽto causæ agentis, vel ex concursu causarum contrariarũ, quarum vna impedit aliam, vel ex indispositione materiæ, vel ex libertate agentis quod potest in opposita, nec subijcitur actioni, aut impressioni alicuius operis, & ideo dicitur futurus quis incedere non incedit. vide D. Tho. p.p.q. 25. ar. 3. & q. 41. artic. 4. & 2. de gener. in exposit. tex. 64. & 9. metaph. in tex. 8.

2. de generatione tex. 64.

Tenuit quoque lib. de substantia orbis in materia prima dari quasdam dimensiones interminatas ante formam substantialem, quia cum non sit assignanda distinctio in materia nisi per quantitatem, si ergo duæ formæ substantiales distinctæ numero suscipiuntur in distinctis partibus materiæ oportet quod illa distinctio sit per quantitatem præcedentem illas formas. Verum hæc sua opinio destruit philosophiam ponentem ens per se antecedere ipsum ens per accidens, & secundum quid, sed materia, & quantitas faciunt ens per accidens, forma autẽ substantialis cum sit substantia est ens per se, & simpliciter, non ergo quantitas poterit esse prior illa forma substantiali in materia, & si duæ formæ distinctæ specie exigunt distinctas partes materiæ, illa tamen distinctio non oportet, vt fiat per quãtitates interminatas, sed sufficit distinctio per quantitates præcedentium compositorum, & sic non dabitur aliquod instans in quo materia nõ sit quanta, quia in eodem instanti materia est quanta per quantitatem, quæ habet primum sui non esse, quæ abijcitur, & per quantitatem quæ habet primum sui esse quæ introducitur. vide D. Thom. p.p. q. 76. art. 6. & 4. sent. dist. 13. q. 1. ar. 2. & Caiet. de ente, & essentia. cap. 5. & Capreol. 2. sen. dist. 18. q. 1. cõtra sextam conclusionem.

7. Metaph. tex. 4. substantia est prior Accidẽn simpliciter.

Com. 22.

Tenet 7. Metaph. Animalia genita ex putrefactione, vt mures, & ranæ non generari à casu, sed per se, motus hac ratione nulla species fit à casu, sed animalia genita ex putrefactione sunt species, vt mu-

A sca, rana & mus, igitur non à casu, sed per se generantur. Sed D. Thom. non habet pro inconuenienti quod idem dicatur esse à casu, & per se per comparationem ad diuersa agentia, sicuti sanitas causata per cõfricationem dicitur esse à casu respectu confricantis, quia non intendit inducere sanitatẽ, sed expellere pruritũ, sed respectu virtutis regitiuę animalis, sanitas est per se intenta, sic etiam est de animalibus genitis ex putri materia, quę respectu caloris putredinalis fiunt à casu, quoniã calor ille extrahit humidum, & nõ intẽdit generare animal, sed respectu virtutis cælestis regitiuæ totius vniuersi, quæ intendit producere omnes formas quæ sũt

B in potentia materiæ fiunt per se. vide D. Thom. p.p. q. 22. ar. 2. in respon. ad primum, vbi non habet pro inconuenienti quod eadem res sit per se, & à casu, vt concursus duorum seruorum est à casu respectu eorum, & est per se respectu domini eos mittentis, & 1. perіher. cap. vlt.

Eodem lib. 7. Metaph. sustinet Auerr. quod materia non est pars quidditatis, sed sola forma est quidditas substantiæ compositæ, & materia potius se habet, vt vehiculum & sustentans ipsam quidditatem, quia si materia esset pars quidditatis, tunc quidditas esset substantia composita ex materia, & forma, & cum omnis talis substantia habeat quid-

C ditatem, sequitur dari processum in infinitum in quidditatibus contra Arist. sed hæc opinio est vana & inutilis, quia quidditas cum sit significatum diffinitionis, & materia sit pars diffinitionis, oportet quod sit etiam pars quidditatis, nec dici potest materiam non pertinere ad quidditatem, sed bene ad diffinitionem, quia tunc aliter esset significans, & aliter significatum, si ergo diffinitio significat quidditatem, & diffinitio habet materiam, & formam tanquam partes suas, igitur & quidditas habebit materiam & formam, vt suas etiam partes. ratio non concludit, quia sicuti diffinitio non habet aliam diffinitionem, ita nec quidditas habet aliam

D quidditatem. & quãdo dicitur quod omnis substãtia composita habet quidditatem intelligitur de substantia composita diffinibili, quia quidditas & id cuius est, licet sint idem re, non tamen sunt idem ratione, propterea non sequitur, quod quidquid competit vni competat, & reliquo. vide D. Thom. p. p. q. 75. artic. 4. & Caietan. de ente, & essentia capit. 2.

Com. 21.

2. Metaph. tex. 8.

Libro quinto Metaph. docuit Auerr. materiam primam esse vere, & proprie elementum, quatuor corpora simplicia esse elementa secundum famositatem. fundamentum quo motus est, fuit quia de ratione elementi est, vt sit id ex quo res compona-

E tur, & quod remaneat in composito, & quod diuidatur in priorem speciem, quæ omnia nulli alteri competunt nisi primæ materiæ propterea tantum ipsa est proprie elementũ. Defecit tamẽ hic Auerr. quia non penetrauit quomodo de ratione elementi est, vt habeat speciem, ita ut sit corpus, sed materia prima precise sumpta non habet aliquam speciem nec est corpus. Et hoc dixit Arist. quod elementum dicitur ex quo componitur primo inexistenti indiuisibili specie in aliam speciem, vt vocis elementa ex quibus componitur vox: supponit ergo philosophus elementum habere speciem, quod nullo pacto materiæ primæ cõuenit, propterea improprie

Com. 4.

5. Metaph. tex. 4.

proprie ipſa elementum,& ſimilitudinarie dici debet,proprie autem quatuor corpora. Vide D.Tho. 5.Metaph.com.4.& primo cęli lect. 18.&c.

Commé.4. Tertio libro de anima loquens de intellectu poſſibili voluit ipſam eſſe ſeparatum, & extra corpus omnino immixtum materiæ ſicut ſi eſſet aliqua intelligentia,expreſſe contra Ariſt.ſecundo de anima ponentem intellectum eſſe potentiam animæ,vt cũ anima ſit forma corporis, vt aliàs probauimus ſequitur poſsibilem intellectum eſſe in corpore hoc modo,quia eſt in anima,quę actuat corpus,verum quia anima ſubſiſtit in ſuo eſſe,:& habet eſſe ſubſtãtiale non dependens à materia,& ex hoc habet iſtã vim,vt poſsit producere intellectum poſsibilẽ, qui B non actuat corpus, propterea dicitur ſeparatus à corpore,non autem dicitur, ſeparatus veluti quædam intelligẽtia:dicitur etiam immixtus, quia nõ eſt compoſitus intrinſece cõpoſitione reali ex naturis corporeis ſenſibilibus, nec ipſe eſt aliqua talium naturarum, eo quod eſt cognoſcitiuus omnium earum,& ſi eſſet aliqua talis natura,vel cõpoſitus ex eis impediretur eius cognitio, ſicuti ſi in oculo eſſet aliquis connaturalis color impediret viſionem aliorum colorum, quoniam cognoſcitiuum aliquorum oportet,vt nihil eorum habeat in ſũi natura,vide D.Tho.p.p.q.79.ar.1.& 2.& 2.contra gent.c.59.& de verit.q.16.art.1.

Commé.7. In ſecundo libro de anima docet commentator diffinitionem traditam de anima ab Ariſtote.dici ęquiuoce de anima intellectiua & de alijs,quia corruptibili, & perpetuo nihil eſt commune vniuocũ, ſed anima intellectiua eſt perpetua,& aliæ ſunt corruptibiles, non ergo poſſunt habere vnam diffinitionem vniuocam. Sed noluit conſiderare Auerr. propoſitionem Ariſto. verificari de vniuocatione Phyſica,diffinitio vero de anima tradita, quod eſt primus actus corporis Phyſici potentiam vitæ habentis,conuenit animabus non Phyſice cum anima intellectiua ſit alterius naturæ à ſenſitiua, & vegetatiua,ſed logicè.& hoc tenet D.Thom.vt videre poteris p.p.q.76.art.3.& 4.

(margin: 12. Metap. Text.16.)

Comm.46. Octauo Phyſicorum docet quoque animalia genita ex putri,& genita ex propagatione nõ eſſe eiuſdem ſpeciei, quia materiæ diſtinctæ ſpecie requirunt formas ſpecie diſtinctas,ſed ſemen,& materia putrefacta ſunt diſtinctæ ſpecie, & ſic formæ receptæ in eis ſunt etiam ſpecie diſtinctæ, vnde animal genitum ex ſemine erit ſpecie diſtinctum ab animali genito ex materia putredinis. Sed vide quomodo hæc opinio negat ſenſum, qui videt tam genita ex ſemine, quam genita ex putri habere eundẽ motum,& conſimiles operationes, & conſimiles proprietates, vt patet de mure genito ex putri, qui eſt eiuſdem figuræ,& format eandem vocem,& mouetur localiter,& producit alium marem, ſicut mus genitus ex ſemine,patet etiam de rana, & omnibus alijs: & quia vnitatem,& diſtinctionem ſpecificam venamur nos ex proprijs accidentibus, & proprijs operationibus,& ex proprijs effectibus, idcirco cõcludẽdum eſt animalia genita ex putri, & propagatione eſſe eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſsimę, falſum quoque eſt quod materia putrefacta, & ſeminalis ſint diuerſæ ſpeciei,quia calor putredinalis adiutus virtute cœli, ita diſponit materiam putrefactam ad formam muris, ſicut calor ſeminis diſponit menA ſtruum ad eandem formam, & ſic efficiuntur eiuſdem rationis. vide D.Tho.7.Meta.com.23.

Commé.1. In eodem libro tenet Auerr. quod Ariſt. in illis verbis vtrum motus ſit aliquando factus cum non eſſet prius,intendat de motu cęli, hac ratione forſan, quia dicit motum illum eſſe veluti vitam his, quæ natura ſubſiſtunt, hic autem eſt motus Cœli, quoniam per ipſum ſaluatur generatio in mundo inferiori. Et tamen expreſſe loquitur contra Ariſt. cuius laudes canendo alibi dicit quod res naturales ac diuinas dialecticamq; mirum in modum excoluit, animaliumq; vitam, mores,ac ſtructurã incredibili ſagacitate perſequutus eſt, qui cum in ſinB gulis diſciplinis ſcripſerit quod probaretur,error tamen cõſpicuus in tot ſeculis in illius ſcriptis deprehendi nõ potuit.modo autem erraret, ſi de motu cęli intenderet,& aliud probaret, cum rationes adductæ concludant de motu in communi, & ſic aliud intenderet, & aliud probaret,nec ſolum motus cœli poteſt dici vita,ſed & alij motus, eo quod motus in animalibus eſt ſignum vitæ. loquitur ergo Ariſt.de motu in communi,& non de motu cœli, eo quod loquitur contra antiquos qui de hoc & ipſi fabulabantur. Vide D.Thom. in expoſitione huius loci.

Comm.71. Libro quarto Phyſicorum vult quod ſi aliquid C moueretur in vacuo illius motus eſſet in inſtanti, aliter ęque velociter moueretur magis graue,& minus graue,quod nullus affirmat, patet conſequentia quia remota reſiſtentia medij pleni remanet ſola incompoſsibilitas terminorum, quæ reſpectu vtriusq; mobilis.ſ.magis grauis,& minus grauis eſt ęqualis, dummodo imaginamur vtrumq; moueri in ſpacio vacuo æque extenſo. Verum hæc ratio nulla eſt quoniam maior,vel minor,aut æqualis velocitas non ſolum cauſatur ex diuerſa reſiſtentia medij,ſed etiam ex inæqualitate mouentium,vt patet in motibus cęleſtibus, nec valet dicere, quod non eſt eadem ratio de motu cœli,& de motu graD uium,quia in motu cœli mouens, & mobile diſtinguuntur actu,quoniam mouẽtur à ſuis formis aſsiſtentibus, grauia autem mouentur à generante, & non à ſuis formis,& ſic etiam actu diſtinguũtur, & quia ad ſucceſsionem motus ſufficit quantitas ſpatij in quo imaginarie ſunt extrema, & medium, & ex ſola quantitate ſpacij cauſatur reſiſtentia, non quidem propter qualitates oppoſitas, ſed propter vbi oppoſita,quoniam ſi mobile eſſet in vno extremo vacui eſſet ſub vbi oppoſito ad alterum vbi acquirendum per motum, & cum vbi oppoſita non poſsint in eſſe eidem pro eodem inſtanti, ſequitur quod ſi motus eſſet in vacuo quod fieret in tempoE re vide D.Tho.4.ſent.diſt.44.q.2. artic.3. quæſt.3. & quarto Phyſi.in expoſi.tex.71.& Scotum 2.ſent. diſt.2.q.9.

Comm.43. Eodem libro quarto Phyſi.docet vltimam ſphęram locari per accidens ideſt per centrum, quod eſt in loco eſſentialiter, omne enim,quod inuenitur in aliquo per accidens, ait inuenitur in eo propter aliquod habens illud per ſe,cum igitur vltima ſphęra habeat fixionem à centro,& centrum ſit in loco per ſe,quia continetur à circumdante extrinſeco,vt patet in ſitu elementorum, & cœleſtiũ ſphęrarum,ſequitur igitur vltimam ſphęram eſſe per accidens in loco per centrũ.Sed hæc ſua opinio ſtare

non

non potest, quia tunc dicitur aliquid moueri in loco per accidens, quia mouetur illud quod est in loco per se, sic etiā illud est in loco per accidēs, quod continetur in eo quod est in loco per se, dicere modo aliquid esse in loco per accidens, quia aliquod omnino extrinsecum ab ipso est in loco per se, repugnat rationi, sed vltima sphęra non est in centro, immo est omnino extrinsecum ab eo, ridiculum ergo est dicere vltimam sphęram esse in loco per centrum, quia centrum est in loco per se, centrū enim cum sit contentum ab vltima sphęra potius est locatum, quam locus eius, est ergo in loco per partes & non per centrum, sicuti totus mundus est in loco per partes, pro vt pars superior continet inferiorem. Vide D. Thom. & Thomist. quarto Physico. text. 43. &c.

Comm. 79. In primo Physicorum tenet, quod materia distinguitur realiter à sua potentia, quia si esset idem sequeretur quod adueniente forma corrumperetur materia, quia potentia ad talem formam desinit esse adueniente forma. Et non animaduertit potentiam materiæ duo dicere, alterum quod est respectus ipse, qui est in predicamento relationis, & hic realiter distinguitur à materia, hic enim respectus multiplicatur sicuti multiplicantur formę, quæ recipiuntur in materia, & corrumpuntur per receptionem formarum, alterum quod dicit materiæ potentia est gradus entis, quem aliqui vocant absolutum, & hoc absolutum est illa potentia quæ identificatur, & est idem essentialiter cum ipsa materia, vnde adueniente forma corrumpitur illa potentia, quæ dicit illum respectum ad formam, sed non corrumpitur potentia illa, quæ dicit gradum entis, hæc enim potentia est ipsamet materia, quæ est ingenerabilis, & incorruptibilis. Vide D. Tho. 1. Physic. in exposit. context. 79. vbi ponit potentiam materiæ subiecto esse vnam respectu multarū formarum, ratione verò esse multas secundum habitudinem ad diuersas formas, &c.

Comm. 17. Ex primo libro etiam Physi. voluit Auerr. totum non distingui à suis partibus coniunctis, licet distinguatur diuisim, motus hac ratione, quia hæc pars est aliud à toto, et hæc, et hæc, et hęc, & sic de singulis, ergo oēs sunt aliud à toto, valet consequētia, à singularibus sufficiēter numeratis ad vniuersale concludendum, quod est absurdum dicere, quia si omnes sunt aliud à toto, ergo totum est aliud à seipso, quoniam totum est congregatio partium. Verum hic errauit manifeste, quia causarum realiter distinguitur à causis coniunctim, & diuisim, quomodocunque sumatur totum est causatum, partes sunt causæ, igitur &c. & hæc ratio est in causa, vt multi etiam sectantes viam Auerr. teneant hanc veritatem, & ratio adducta peccat per fallaciam compositionis, & diuisionis, & si enim omnes partes simul sumptæ sunt idem cum toto, non tamen diuisim, vnde fit transitus à distributiua ad collectiuam, totum ergo ex natura propria sua distinguitur à suis partibus, cum totum ipsum sit per se terminus generationis, & corruptionis substantialis. lege D. Tho. 7. Metaph. com. 60. &c.

Zimar. 1. Physi. cō tro octaua.

Cap. 23. Libro de diuinatione asserit Prophetiā esse naturalem, & venire his qui patiuntur dispositionem Epilepsiæ. Quæ opinio est plena mendacio, quia in prophetia mens hominis mouetur à Spiritu Sā-A cto, sicut instrumentum deficiens respectu principalis agentis, vt habetur secundo Regum Spiritus domini loquutus est per me, & mouetur mens pro phetæ non solum ad aliquid apprehendendū, sed etiam ad aliquid loquendum, vel aliquid faciendū vnde non mente turbatus non quasi actus ab alio, ita vt alius loquatur per ipsum prophetam, vt contingit in Dęmoniacis, sed ex proprio sensu, mente quieta, sciēs quid loquitur, dicit ea, quæ sibi suggerit Spiritus Sanctus: & sic tam alienatus loquens in ipsa alienatione, & postmodum nesciens quid viderit, sed refert se ad ea, quæ vidit in alienatione posi-B tus, quàm alienatus denuntians velit nolit, quæ vidit non dicitur propheta, sed Spiritus mendacij, vt fuit Mahumetus, qui dicitur epilepticus fuisse, & ad operiendam miseriam suam dicebat oportere se cadere Angelo loquentæ sibi. propterea Auerr. qui fuit Mahumetanus, dixit ex disputationibus Physicis disputatione prima, quod prophetia fit mediante aliquo ente spirituali quod non est corpus, sed intellectus agens, & appellatur in lege Angelus, & his qui patiuntur Epilepsiam. lege D. Tho. 2. 2. q. 153. per totam, & de ver. q. 12. art. 9. &c. In solutio ad secundi dubij.

Controuersia Inter Joannem Bacchonem, & D. Thomam.

C IN Prologo Primi sent. quæst. 1. Adducit Bacchonus opinionem D. Thom. asserentis, quod ad habendum aliquam cognitionem supernaturalem de Deo requiritur aliquod lumen superadditum nostro intellectui: ait ipse quod ista opinio non est vera loquendo de potētia absoluta, est tamen vera loquendo de potentia ordinata. Sed quod de vtraque potentia intelligenda sit opinio D. Thom. patet ex ratione adducta, quia impossibile est quod aliqua potentia eleuetur ad actū improportionatum sibi, nisi prius per aliquid eleuetur ipsum confortans, sed cognitio Dei supernaturalis est nobis improportionata cum sit vltra naturam nostram, ergo ad habendā ipsam indigemus aliquo lumine supernaturali, quod se habebit vt D forma confortans nostrū intellectū, vnde sicuti fieri non potest quod papirus sit albus sine albedine, & quod homo videat coloratum absque specie colorati, ita fieri non potest, quod noster intellectus cognoscat Deum supernaturaliter absque lumine supranaturali, quod tenet locum formæ, & confirmatur ista opinio per decretalem in 7. libr. de Hęr. ad nostrum. quam latius videre poteris apud Caie. in p. p. q. 12. in expositione 5. ar. de lumine glorię, & tertio libro contra gen. c. 52. vbi ponūtur rationes quas adducit Bacchonus, &c. p. p. q. 1. ar. 1.

E Ibidem quæst. 2. adducit opinionem D. Thom. de speciebus intelligibilibus, quibus mediantibus intellectus possibilis intelligit, quam opinionem ipse reprobat diffusè secundo lib. sent. & hic, quia illud idem quod est intelligibile in potentia debet fieri actu intelligibile, sed solum imaginatum est intelligibile in potentia, ergo ipsum fit actu intelligibile, & vniuersale, sed quando aliquid est actu tale, tunc sibi conuenit sua propria operatio respectu, proprij passiui, ergo quando obiectum factum est actu vniuersale, tunc potest acquirere impossibilē, & ita sequitur quod vniuersale prius est antequam impri- Distinct. 6.

imprimat speciem, vel aliquid in intellectũ: frustra ergo ponuntur species. Et manifeste loquitur contra Arist. asserentem intellectum esse susceptiuum specierum sine materia, & nõ lapis, sed eius species est in aĩa. male ergo dicunt Themistius Theophorius Bacchonus, & Henricus negantes species, & ratio adducta est nulla, quia vniuersale fit virtute intellectus agentis illustrantis phãtasmata in quibus apparent quidditates vniuersales non apparendo conditiones particulares, vnde non oportet vt vniuersale fiat prius, & deinde imprimat speciem, sed simul hæc omnia fiunt, & si concedenda sit aliqua prioritas, illa non est temporis sed naturæ, vide D. Thom. p. p. q. 85. per totam & Caiet. ibidem &c.

Tertio de anima. Text. 30.

Primo sen. In prologo etiam q. 3. Tractatus de subiecto ponit opinionem D. Thom. super primo scripto vbi asserit quod Deus est subiectũ Theologiæ sub vna communi ratione Dei & creaturæ scilicet ens diuinum quod est cõmune Deo per essentiam, & alijs per participationem, sicut ens inquantum ens est subiectum in Metaph. quòd est commune enti perfecto, & diminuto, & ea impugnat rationibus Scoti, & ratione propria. Sed quia dictum illud primi sent. non asserendo, sed opinando dixit D. Thom. non ex dicto illo sumenda sua opinio de subiecto Theologiæ, sed ex p. p. vbi ex professo, & assertiue determinat Deũ sub ratione Deitatis reuelatæ esse verum formale subiectum Theologiæ, quam opinionem videtur amplecti ipse Bacchonus declarando suam opinionem, & dicendo quod Deus est subiectum Theologiæ viatoris, secũdum quod est nobis viatoribus cognoscibilis in sacra scriptura, addẽ etiã quod possumus dicere quod in primo sen. D. Thom. loquutus est de subiecto adequato, & in p. p. de subiecto principali. Vide Caiet. vbi supra, & Capr. in prologo primi sent. &c.

q. 1. arti. 7.

In quæst. 4. Tractans num Theologia nostra possit esse tertia species inter habitus intellectuales ita quod specifice distinguatur à practica, & speculatiua, asserit quod D. Tho. tenet quod Theologia est simpliciter speculatiua secundario practica, quia speculatio simpliciter est per se à primo obiecto, quod est Deus, secũdarium verò obiectũ est opus: deinde impugnat opinionem D. Tho. sic ab eo adductam. Verum quia non bene adducit opinionẽ D. Thom. de hac re, propterea rationes quas adducit de mente Henrici nihil concludunt, tenet enim D. Thom. quod Theologia non est pure practica, nec pure speculatiua, sed altior cõprehẽdẽs in se eminentius rationẽ practici, & speculatiui, quę opinio est contra ipsum Bacchon. tenentem, quod est principaliter practica quam speculatiua, tam respectu finis intrinseci, quam extrinseci, & contra Roman. Aegidium volentem esse affectiuam, seu amatiuam, & contra illos qui volunt esse præcisè contemplatiuam, & eos quoque qui ponunt esse directiuam, opinio ergo D. Thom. discordat ab omnibus istis, & est verior. cum nostra Theologia nihil aliud sit quam impressio, & sigillum proprium diuinæ scientiæ, quæ non est præcisè practica, neque speculatiua, sed altior continens eminenter rationem vtriusque, ita & nostra. vide Caie. p. p. q. 1. ar. 4.

Dist. 3. narrat opinionem D. Thom. in 4. art. q. 3. de imaginatione Trinitatis quæ reperitur in actibus principaliter, in potentijs vero & habitibus se-

A cundario, & hanc veritatem ponit D. Thom. p. p. q. 93. art. 7. Bacchonus impugnat istam veritatem dicens imaginem diuinitatis esse in nobis perpetuã, sed actus potentiarum in nobis non sunt perpetui ergo imago non attenditur principaliter secundũ actus, sed potius secundum essentiam ipsius animę. Et mirum est de hoc homine cum D. Thom. soluerit hoc argumẽtum quod ipse adducit per se, & est quartum argumentum illius articuli quod ita formatur à D. Thom. imago Trinitatis semper manet in anima, sed actus non semper manent, ergo imago Dei non attenditur in anima secundum actus, & respondet D. Thom. quod actus semper manent

B in suis principijs scilicet potentijs & habitibus, licet non semper maneant in seipsis, & sic sunt perpetui, & hoc sufficit, quia cum imago sit repræsentatiua speciei, vnde primo attendi debet secundum id quod maximè appropinquat ad speciem Trinitatis, sed verbum & amor actualiter maxime appropinquant ad personas diuinas, quæ sunt dicens verbum, & amor, ergo imago Trinitatis in anima principalius attenditur secundum actus verbi, & amoris, & consequenter secundum potentias, & habitus. Vide D. Thom. vbi supra & de ver. q. 10. art. 3. & primo sent. dist. 5. q. 4. art. 1.

Dist. septima quærit si efficaci ratione, & demon-

C stratiua possit demonstrari, quod nec pater, nec filius in diuinis possint alium filium generare & recitando opinionem D. Tho. qui quatuor rationibus hoc probat, primo quia forma non multiplicatur nisi per materiam: secũdo quia Deus intelligit omnia vno simplici actu, tertio quia personæ procedunt per modũ naturæ, quarto quia ex hoc est perfectus filius, quia tota filiatio in eo continetur, & impugnãdo opinionẽ D. Th. inter alia ait, quod prima ratio continet tres articulos excommunicatos, quorum primus est, quod quia intelligentiæ non habent materiam, Deus nõ posset plures eiusdem speciei facere error. secundus est, quod Deus

D non posset multiplicare indiuidua sub vna specie sine materia, tertius est quod formæ non suscipiũt diuisionem nisi secundum materiam: ex his tribus articulis falsificatur prima ratio ex cõsequenti omnes aliæ, quæ probant idem. Verum quia aliàs dictum est, quod isti articuli parisiẽses fuerunt reuocati vt tangunt doctrinam D. Tho. & est impugnatio qua semper vtitur Scotus, cæteras rationes defendit Cai. p. p. q. 41. ar. 6. & Capr. 7. dist. 1. vt latius videre poteris. &c.

Eadem distin. art. 4. disputat de veritate huius propositionis Deus generat, & narrando opinionem D. Thom. asserentis quod affirmatiua est vera 7. quolib. q. secunda.

E propter notionale adiunctum scilicet generat, hoc enim notionale trahit hunc terminum Deum ad supponendum pro persona patris, & sic est hęc propositio vera Deus generat, negatiua tamen est falsa dicendo Deus non generat, quia datur intelligi, quod generatio repugnat naturæ diuinæ, arguit Bacchon. quia Deus ex se supponit pro essentia, & non pro supposito nisi addatur notionale, ergo dicendo Deus non determinatur ad standũ pro supposito, ergo supponit pro essentia communi, & sic est vera de virtute sermonis Deus non generat, sicut & ista essentia vel deitas non generat. Sed deceptus est Bacchonus in hac materia quia ad veritatẽ

loquu-

loquutionem non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi, licet autem secundum rem sit idem Deus quod Deitas, non tamen est idem modus significandi vtrobiq; nam hoc nomen Deus, quia significat diuinam essentiam vt in habente ex modo suæ significationis naturaliter habet quod possit supponere pro persona, vnde si quis diceret, Deus non generat, daret intelligi quod generatio repugnaret diuinæ naturæ ex modo significandi, sed hoc nomen essentia, & natura in abstracto nō habet ex modo suę significationis quod supponat pro persona, quia significat essentiam vt formā abstractam, & ideo hæc est vera vt essentia non generat, hæc autem falsa Deus non generat. vide Caie. p.p.q. 39. art. 4. &c.

Distin. 6. vbi agit de ordine originis diuinarum personarum concedit in diuinis esse prius & posterius, sed non vt dicunt mensuram, sed vt dicunt extrema ordinis originis, vt sit sensus, quod omnis ordo exigat extrema ordinata secundum prius, & posterius, & cum in diuinis sit ordo originis oportet concedere, quod pater sit prior filio, quia pater est à quo originatur filius. Verum quia semper in rebus loquendum est vt plures, & secūdum cętum omnium doctorum prius, & posterius dicunt mensuram, vt sit sensus pater est prior filio idest aliqua mēsura est in qua pater est antequā filius sit, quod est erroneum dicere, cum in diuinis nihil aliud sit nisi relatio, & essentia, & cum in essentia nulla sit prioritas cum sit vna, relationes autem sunt simul natura, & intellectu, ideo secundum rem, nulla est ibi prioritas, potest tamen concedi secundum intellectum, ita vt hypostasis patris præcedit secūdū intellectum generationē, & filium. Vide Caiet. p.p. q. 42. art. 3. &c.

Dist. octaua ponit Deum esse in prędicamento relationis, qualitatis, actionis, & passionis, necnon & substantiæ, ita tamen vt rationes horum generū depurentur ab eorum imperfectionibus, & sic Deo attribui debent. Verum quia hæc est pura fictio cū impossibile sit depurare aliquid ab intrinseca, & formali sua ratione, vt homo à rationalitate, & coruus à crocitabilitate, & cum formalis ratio prædicamentorum sit ordinatio plurium secundum subiectionem, & prædicationem in natura finita, & limitata, quæ Deo competere nō potest, cum etiam prędicamentum sit prius saltem secundum intellectum eo quod continetur in prædicamēto, & quia nihil est prius Deo, nec secundum rem, nec secundum intellectū, igitur Deus nullo pacto erit in prędicamento vt contentus, bene autem vt continens perfectionē eius, immo hoc pacto est in omnibus prædicamentis, quia est principium continens perfectiones eorum omnium appropriate tamen erit in prædicamento substantiæ. vide Ca. p.p.q. 3. ar. 5.

p.p.q.41.ar. 2.ad tertiū. Dist. nona. art. 1. tractans processionem Spiritus Sancti impugnat opinionē D. Thom. asserentis, Spiritum Sanctum procedere naturaliter, sed per modum voluntatis, inter alia Bacchon ait nihil procedere libere, vt sic procedit naturaliter, sed processio Spiritus Sancti secundum omnes ex intrinseca ratione processionis suæ est libera, ergo non naturaliter, deinde implicat, hoc est naturaliter, & per modum voluntatis. Sed non vidit Bacchonus liberum dupliciter dici, alterum libertate coactio-

A nis solum, & sic Deus libere producit Spiritum Sanctum, & hoc libere producere vocatur necessariū, & naturale, quia est à voluntate vt est natura quædam determinata necessariò ad vnum, alterum dicitur liberum libertate contradictionis, quia scilicet voluntas potest producere, & non producere, & hoc proprie dicitur voluntarium, quod ab alijs vocatur contingens, quomodo non producitur Spiritus Sanctus, sed creatura, sicut ergo voluntas hominis naturaliter tēdit ad beatitudinē, sic Deus naturaliter vult & amat seipsum, & quia Spiritus Sāctus procedit, vt amor, inquantum Deus amat seipsum, ideo naturaliter procedit, illud enim producitur naturaliter, quod naturalem habitudinem habet ad suum principium, vt intellectus naturaliter intelligit principia, sic voluntas naturaliter amat suum obiectum apprehensum, in quo non inuenitur ratio, quare voluntas nata sit desistere ab actu volendi, & spirādi, ideo spirat naturaliter, & necessario, dicitur per modum voluntatis, quia præsupponit aliam scilicet intellectus & est vltima in natura intellectuali, tum quia ex vi suæ processionis nō est per modum similitudinis, sed tendentiæ, & impulsus, tum etiam quia procedit à duobus, à patre, & filio, et hic est modus voluntatis proprius, productio creaturarum dicitur libera ex parte voluntatis, quæ nihil ad extra vult necessario, ex parte quoque obiecti quia creatura cognita non cognoscitur, vt omne bonum volendum, patet ergo veritas huius negotij de quo vide D. Thom. primo sen. dist. 6. quæst. prima articu. 3. & de potent. q. 2. art. 3. & p.p.q. 41. art. 2. vide ibi quoque Caiet. &c.

Dist. 13. primo inquirit Bacchonus an supposita opinione gręcorum quod Spiritus Sanctus nō procedat à filio, num distinguatur ab eo, & positis opinionibus communib. Theologorū subdit opinionem suam cōtra omnes quod vtiq; distingueretur tanquam secundus filius, & frater primi, sed nō tā quam persona quæ modo vocatur Spiritus Sāctus, D quia nunc dicitur persona distincta à filio, quia est à duobus, sed posito quod non esset à duobus, ergo non distingueretur à filio tanquam Spiritus Sāctus, sed quasi frater eius. Sed hæc est pura imaginatio, quia cum in diuinis nihil aliud sit nisi essentia, & relatio Spiritus Sanctus non distinguitur à filio vt frater in essentia, neque in relatione, quia nō procederet ab eo, igitur nullo pacto distingueretur, & ratio sua concludit in his, quæ procedūt materialiter ab vno sine ordine, sed in rebus immaterialibus nō possunt ab aliquo procedere plura absque ordine, si ergo ab vna persona patris procedūt duę personæ scilicet filius, & Spiritus Sanctus, oportet E esse aliquem ordinē eorum adinuicem, nec potest aliquis alius ordo assignari, nisi ordo naturę, à quo alius est ex alio, nō igitur est possibile dicere quod filius, & Spūs Sanctus sic procedant à patre, quod neuter eorum procedat ab alio, nisi quis poneret distinctionem materialem. Adde quod hic frater non esset amor patris, quia amor procedit à verbo nihil enim amamus, nisi cognitum, hic frater non procędit à verbo, ergo non est amor. lege D. Tho. p.p.q. 36. ar. 2. & de pot. q. 10. ar. 4. & 1. sen. dist. 11 9. art. 1. & 4. contra gent. c. 24. & opus. 3. c. 49.

Dist. 17. Tenet quod Deus de potentia absoluta potest constituere aliquē in statu merendi in essen- Articu. 5.

do

do per solā acceptationem diuinam, quia sicut dr̄ aliquis honoratus per honoratione, quæ est in honorante, & lapis intellectus per intellectionem existentem in intelligente, ita aliquis acceptatus per acceptationem in volūtate, quæ opinio est contra D.Tho. tenentem implicari controdictionem aliquem denominari talem denominatione intrinseca sine forma, sed quę implicant contradictionem, nec de potentia absoluta fieri possunt, igitur falsa est opinio Bacchoni, & nullus potest dici Deo charus nisi per charitatem, nec iustus nisi per iustitiā, non qua ipse iustus est, vt ait Concilium Tridentinum, sed qua nos iustos facit formaliter. exempla adducta à Bacchon. verificantur in denominatione extrinseca, & in nobis qui incitamur ad diligendum ex bono praexistenti in hominibus. Deus autem si diligit aliquē causat, & producit aliquid bonum creatū in illo, modo acceptatus à Deo est dilectus ab eo, & iustus coram ipso eo praecipue, quia est in statu merendi, igitur per aliquod ei inhærens formaliter, hinc anathematizantur dicentes homines iustificari per solam imputationem, aut fauorem Dei, & non per gratiam, & charitatem, quæ eis inhærent. vide D.Tho. 2. 2. q. 23. art. 2.

2.2 q. 23. 1.2 & primo sent. dist. 17. q. 1. art. primo.

Concilium Tridentinū Sess. 6. Canon. 9.

Dist. 23. Tenet Bacchon. quod relatio diuina iuxta philosophos quantum ad rationem sui generis dicit perfectionē simpliciter, iuxta Theologos dicit perfectionem huic, quia si poneretur in alio, non melioraret ipsum, sed destrueret, vt paternitas si poneretur in filio destrueret filium, propterea dicit perfectionem patri, & non filio. Sed hæc positio est cōtra philosophos, & theologos, si quidem philosophi, vt patet 12. Metaph. existimarunt relationem esse ex secundis intellectis, Theologi quoque dicunt, quod si relatio diceret perfectionem, tunc aliqua perfectio esset in vna persona, quæ non esset in alia, & in Deo essent distinctæ perfectiones. s. essentiales, & notionales, immo pater, & filius non esset in æquali gradu perfectionis, quia paternitas, & filiatio differunt specie, & per consequens non sunt in ęquali gradu perfectionis, & nulla alia inconueniētia sequerētur, vt latius videre poteris apud Caietanū, & Scotū tenentes relationes ipsas, nec perfectionē, nec imperfectionē dicere. lib. de ente, & essentia, c. 2. & tenent. Scoti. dis. 8. q. 1. quia si dicerent perfectionē, cum illa perfectio sit infinita, tunc plura infinita essent in Deo; imperfectionē dicere non potest cum nulla sit imperfectio in Deo, &c.

Tex. 19.

p.p. q. 28. art. 3.

Dist. 26. art. 2. Sustinet Bacchon. contra D.Tho. quod personæ diuinæ cōstituuntur per relationes non vt relationes sunt, sed vt proprietates vti cōstitutiuū patris est paternitas, vt generatiua, quia sic habet rōnē primi. Verum quia hæc opinio vr̄ qd̄ sit alia ab opin. Bonauen. quam D.Tho. reprobat, vel ab opi. Scoti ponētis generare, cōstituere primū suppositū, quia est rō actualissima, & incōicabilis, quæ opiniones stare nō possunt, quia quæro illud quod cōstituit personas sit quodcunq;, aut est formaliter ad se, aut est formaliter ad aliud, si primū illud erit absolutum, quod non est dicendū, si secundū illud est relatio, & sic opin. D.Tho. est vera quæ dicit quod personæ diuinæ cōsideratæ secundū se distinguūtur se ipsis, vt dixit Præpositiuus, vt aūt sunt notæ, & significatæ nobis in modo significādi cōstituuntur, & distinguūtur relationibus ipsis, quæ sunt q̄ manifestāt nobis distinctionē psonarū. vide D.Th. 1. sen. dis. 26. q. 2. art. 1. & Caie. p.p. q. 40. ar. 2.

p.p. q. 40. art. 4.

Dis. 29. tenet qd̄ inter Deū, & creaturā & relatio realis, qa ad relationem realem, sufficit qd̄ extrema sint realia diuersam habentia cōuenietiā, sed Deus & creaturæ sunt huiusmodi, qa sunt entia realia, & habent cōuenientiā in agēdo, & patiendo, igit̄ dat̄ relatio realis inter ea. D.Th. tenet oppositū, quia inter illa tm̄ est relatio realis quę sunt eiusdē ordinis vt sunt relatiua primi, & secūdi modi, in quibus est eadē causa referabilitatis, quo ad vtrūq; extremū, ita qd̄ esse eiusdē ordinis hoc importat, & quia in Deo nulla est causa vt referatur ad creaturā, sed in creatura est causa referēdi ipsum ad Deū, qa Deus dr̄ realiter dn̄s à realitate seruitutis, quia esse enim dominum nihil ponit nisi realē terminū seruientis qui est ipsa creatura, propterea cum non sint eiusdē ordinis non poterit esse relatio realis inter Deū & creaturā ex parte Dei licet sit ex parte creaturæ, vnde dr̄ realis ſm esse alienū. s. oppositi, & rōnis ex parte Dei, qa nō sunt duæ relationes, sed vna tm̄. vide D.Th. 2. contra gent. c. 13. & 1. sen. dist. 14. vbi soluit argumenta Bacc. qa ad relationē realē nō sufficit, quod extrema sint realiā tm̄, sed plus requiritur scilicet vt sint eiusdem ordinis, vt dictum est, &c.

Ar. secūdo.

p.p. q. 13. ar. 7.

Dis. 34. ar. 3. tribuit D.Th. qd̄ tenuerit relationē, & essentiā differre ex natura rei, qa 1. sen. di. 33. q. 1. ad primū ait, qd̄ relatio differt ab essentia, qa essentia est ad se, relatio ad aliud, & sic differt rōne, non rōne, q̄ est in rōcinabilitate, sed q̄ est diffinitio, sed certū est, qd̄ duo quæ differūt rōne, q̄ est diffinitio & nō quæ est rōnabilitas differūt ex natura rei, qa diffinitio indicat qd̄ quid est rei, igit̄ D.Th. tenuit relationē, & essentiā differre ex natura rei. Verū qa snīa D.Tho. sumēda est ex vlt. suo testō qd̄ est summa totius Theolo. & ex lib. cōt. gen. ex qbus operibus habemus, qd̄ relatio cōparata ad essentiā non differt re, sed rōne tm̄. siue ſm rōnē intelligentię, vt patet p.p. q. 39. ar. 1. nq̄ dist. non est ex natura rei contra Abb. & Iac. qa talis est actualis ante oē opus intellectus, & facit duas res, q̄ distinctionē non possumus ponere in Deo, vt patet de summ. Trin. & fide Cath. qd̄ pr̄ & filius, & Spūs Sāctus sunt vna summa res, & incōprehēsibilis, & Io. 17. ego & pr̄ vnū sumus ppea relatio, & essentia, dicuntur distingui secūdū rationem intelligētię ex parte intellectus finiti, ita tamen vt ista distinctio habeat fundamētum in re, qd̄ fundamentū est vnitas eminētissima ipsius, Dei q est vnus re, & multiplex rōne nō subiectiue, sed obiectiue. Vide Ca. p.p. q. 13. ar. 4. & q. 32. super ar. 3.

p.p. q. 28. art. secūdo.

Dis. 35. ar. 4. ponit qd̄ rōnes quas adducit D.Th. cōt. gen. c. 50. cōtra Auerr. negātē Deū cognoscere Eea, q sunt hic, & per illas rōnes D.Th. pbat oppositū, ait ipse Bacc. qd̄ nō demōstrāt, sed vide tu Fran. Ferr. defendentē oēs illas rōes, q̄ sunt nouē, & videbis qūo optimè demōstrāt ex intētione Ari. quāq̄ Auerr. nō sibi ipsi sit cōstās, qa 12. Met. cō. 61. & 52. & 2. Ph. cō. 75. & 2. de aīa cō. 34. vbi vult primā cām habere solicitudinē de his inferiorib', qd̄ manifestius ēt hr̄ 10. Eth. c. 10. vbi inqt qd̄ Deus visitāt sapientem sicut amicus visitat amicū, & secundo cęli cum esset dubius de quodam passu, ait, quod Deus illustrauit eius mentē, igitur ipsum agnouit.

Dist. 36. ar. 1. asserit quod D.Th. docet pluralitatē Idearū cōtra mētē D. Augu. vnde verba sua sunt

hæc, an in diuinis possit probari pluralitas Idearũ, vbi dicũt quidã Th. de ver. q. 2. ar. 1. quod sic ẽt posito quod Aug. nũquã posuisset pluralitatẽ Idearũ adhuc necessaria rõne ponẽdæ essent, deinde art. 3. soluit rationes, quibus D. Th. probat dari pluralitatẽ Idearũ, sed pace huius viri dictũ sit, quia D. Tho. q. 3. de veri. vbi disputat de Ideis ponit de mẽte D. Aug. illã cõclusionẽ lib. 83. q. vbi ait restat vt oĩa ratione sint cõdita, nec eade rõne homo qua equus, hoc. n. est absurdum existimari: singula igitur proprijs sunt creata rationib. ergo sunt plures Ideæ, & in Epistola ad Hebridiũ dicit idẽ Aug. quod sicut incõueniẽs est dicere, quod eadẽ sit ratio Anguli, & quadrati, ita inconueniẽs est dicere, quod eadẽ sit ratio in Deo hominis, & huius hois, ergo plures rationes ideales sunt in Deo. qua ergo ratione poterit Bacch. imponere D. Th. quod posuerit cõclusionem de pluralitate Idearũ cõtra D. Aug. Adde ẽt quod p. p. q. 15. ar. 2. adducit eundem Aug. li. 83. q. ad probandam eãdem cõclusionẽ, quia Aug. ait, Ideæ sunt principales quędã formæ, vel rationes rerũ stabiles atq; incõmutabiles, quia ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, ac semper eodẽ modo se habentes, quæ diuina intelligentia continentur, est ergo concl. D. Th. expressissima mens D. Augu. sicut & in tota sua doctrina ipse D. Th. tenet cõformiter ad ipsum D. Aug. rationes quibus probatur conclusio Vide apud Caie. p. p. q. 15. arti. 2. & apud Ferrar. 1. contra gen. c. 54. & apud ipsummet D. Th. primo sent. dist. 36. q. 2. artic. & de verita. vbi supra.

Dist. 41. Narrat Bacchọ. opinionẽ D. Th. de prædestinationis causa, quod ex parte prędestinati potest assignari causa in generali, s. ordo, & pulcritudo vniuersi, quæ consistit in quadã distinctione partium, tamen causa quare hunc prædestinauit, & non illum non potest assignari nisi voluntas Dei. Sed impugnat deinde hanc veritatẽ ipse Baccho. & videtur amplecti opinionem Henrici, asserentis, quod Deus prædestinauit aliquem, quia præuidit ipsũ bene vsurũ libero arbitrio, & reprobauit aliũ, quia præuidit eum malè vsurũ suo libero arbitrio. Verum hæc opinio quã sequitur iste vir est expresse contra Apost. Rom. 8. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorẽ, aliud autẽ in contumeliam &c. & Augu. super Ioann. quare hunc trahat, & illũ nõ trahat noli iudicare si non vis errare, adde quod bonus vsus liberi arbitrij est sub prædestinatione, tanquam eius effectus, & quid tẽporaneum, vt est videre apud Caiet. in p. p. vbi supra, propterea nõ potest esse causa prædestinationis, vt ait Henr. & Bacch. opinio Scot. cõcordat cum opinione D. Tho. differt solũ in hoc, qđ causam reprobationis ponit in ipso reprobato, vnde in primo instanti naturæ, oblatus est diuino conspectui secundum nostrum modum intelligẽdi petrus & Iudas qui sunt ęquales in natura, in 2. instanti prædestinatus est petrus ad gloriam, in 3. instanti confirmatus est in gratia, per quam consequitur beatitudinem, in quarto ipsum præmiat, de Iuda verò dicendum est, quod in secundo instanti Deus non voluit ei nec beatitudinem, nec miseriã, tertio vidit eum malè vsurũ libero arbitrio, in 4. instanti reprobauit, & ideo causa reprobationis est in reprobato. Hæc est opinio Sco. quam sequutus est etiam Caiet. sed si quis bene considerat literam D. Tho. in hoc differt à Scoto, & Caietano.

Dist. 46. Ponit Bacchon. opinionem D. Tho. de Augmento charitatis, quod potest augeri in infinitum, & hoc ex parte ipsius charitatis, ex parte Dei, & ex parte subiecti, & impugnat istã veritatẽ Bacc. argumentis proprijs, & argumentis aliorũ principaliter Godoffre. cuius argũm præcipuũ est, quia tũc daretur aliqua creatura infinita, charitas enim est creatura quædã. Verumtamen nullius valoris est hoc argũm, & c. omnia, quæ ibi adducit, & soluit Caie. 2. 2. q. 24. art. 7. Tum quia charitas nõ est proprie creatura cum nõ subsistat, deinde non est inconueniens, quod aliqua creatura sit infinita secũdum rationem speciei, esset autem inconueniens si esset infinita secundũ rationem entis, vnde si daretur linea infinita nõ propterea esset ens infinitũ. vi de D. Th. 3. sen. dist. 17. & de ver. q. 1. art. 11.

Ex secundo libro senten.

IN prima dist. q. 1. ar. 2. expresse contra D. Th. & veritatem ipsam concludit de mẽte Philosophi & cõmentatoris, Cęlum & intelligentias nõ esse à Deo efficienter arguendo etiam specialiter contra vetos Theologo asserentes, cęlos mentesq; illas diuinas non esse à Deo efficienter per motum, & trãsmutationem, esse tamen per simplicem emanationem, vult ergo ipse Baccho. ea omnia dependere a Deo solũ sicut à fine, quia Deus ex hoc quod intelligit diuersimode se esse finem oĩum æternorũ, omnia æterna resultant in eo per depẽdentiam ad ipsum sicut ad finem, & loquitur expresse cõtra suũ Arist. asserentem quod ille qui est maxime tale inquocunque genere est causa omnibus alijs, & loquitur de causalitate efficiente, vbi ponit exemplũ de Igne, q est calidissimus, & causat calorẽ in alijs, contra etiam suum Cõmen. Auer. scribentẽ contra Auic. quod in intelligentijs nõ est ponenda, nec cõsequutio, neq; actio, ita qđ dicamus, qđ vna actio sequat vnũ agẽtẽ, tñ. n. est illic cã, & cãtum secũdũ qđ dicimus qđ intellectũ est cã intelligẽtis, de veritate huius rei, vide apud D. Tho. p. p. q. 44. per totũ & in 2. contra gen. c. 6. & in opus. 3. cap. 68. & apud Caiet. de ente, & essentia cap. 5. Secundo Meta. 4. 12. Meta. Com. 44

In dist. 2. q. 2. ar. 2. recitat opin. S. Th. de ęuo, affirmatq; ipsum tenuisse in eo esse successionẽ, deinde argũis Henr. ipsam opinionẽ impugnat, & in ar. 3. pbat in ipso ęuo nullã esse successionẽ, & in fine articuli cõcludit in ęuiternis nõ esse pri°, & posteri°, qa nõ est dare principium essendi, vel primum esse respectu cuius in natura rei posset accipi posterius Attamen falsò imponit S. Thom. hanc opinionem, vel quia ipse noluit videre ppropium locum, in quo explanatur veritas huius facti in p. p. Theologiæ q. 10. viuis verbis ostendit ęuum esse medium inter æternitatem, & tempus, quia est immutabile mutationi tamen annexum saltim in potentia, quia ęternitas est mensura esse totaliter permanentis, propterea non est mutabilis, nec mutabilitati adiũcta, ideo in ipsa non datur successio, ęuum autem cum non consistat in transmutatione necesse subiectum transmutationis, quia est esse substantiale in transmutabile mensurãs esse cęlorum, & animarum nostrarum, nec non & Angelorum; Verum quia huic esse substantiali talium entium adiungitur transmutatio actu, vel potentia, vt patet de corporibus cœlestibus, quæ mouentur, & de animabus nostris, & An-

& Angelis, ad quorum naturá pertinet diuersitas electionis, & affectionis, & locorum suo modo, propterea in quo dicitur esse successio, nó respectu esse substantialis, sed respectu esse accidentalis adiúcti, & hac veritate inspecta apparet solutio ad argumenta Hérici quolib. 5. q. 13. & huius Doctoris Ioannis Bacchonis, de qua relege locum vbi supra, vbi facile apparebit ex commentarijs pręsertim Caietani, vbi declaratur quomodo tépus habeat successionem, & quomodo ęuum, & quomodo æternitas sit immunis omni ex parte á successione ipsa.

Dist. 3. q. 2. art. 3. In quo disputat de possibilitate loci ex parte Angeli, recitat quatuor opiniones de ratione per quam Angelus existit in loco: vna opinio est, quæ dicit Angelum locari per substantiá limitatam; Alia opinio dicit, quod Angelus est in loco per suum existere limitatum. Tertia opinio ponit, quod causa prima, quod Angelus sit in loco est contactus, seu applicatio eius ad locum. Quarta opinio vult, quod operatio ipsius Angeli sit ratio existédi in loco, & cótra omnes arguit hic Doctor. Verum quia tertia, & quarta opinio non videntur differre adinuicem nisi sicut approximatio, & dispositio, quæ præcedunt actionem, seu operationé ipsam, & ideo S. Tho. p. p. q. 52. & in quolib. 1. art. 4. latius declarauit istam veritaté, quod Angelus est in loco corporeo per applicationem suæ virtutis qualitercúque vt subtulissimè declarat Caietanus quod ad locationem Angeli requiritur ipse Angelus tamquam res, quæ sit existens in loco, & hæc dicitur esse præsentia ordinis ex parte substantiæ: requiritur etiam ex parte intellectus cognitio practica talis operis quod exercetur in loco, requiritur adhuc ex parte potentiæ exequutiuę experitio quędam, ita quod potentia sua non detineatur ab aliqua superiori virtute, neque sit occupata ad aliud opus, propterea Angelus aliquádo locatur per præsentiá operationis mediate vel immediate, aliquádo per præsentiam ordinis, vt clare videri potest apud ipsum Caietanum, ex qua veritate declarata nihil habet Bacchonus contra S. Thomam.

Dist. 5. q. 2. ar. 1. recitat opinioné Cómentatoris desumptá ex Cómentarijs. 12. Meta. có. 39. vbi ponit quálibet intelligentiá esse suá operationé, & actú purú, & defendédo ex principijs Philosophiæ ipsum Cómératoré distinguit Bacc. de actu puro, quod dupliciter accipi pót, vno modo quia agés semper est in actu agédi, & nunquá sub priuatione actus, & ita oés intelligétiæ dicútur esse puri actus alio modo dicitur actus purus aliquod agés, quia est penitus liberatú á potétia in substátia sua, & sic solum prima intelligentia est purus actus. Sed in hac defensione videtur Bacch. sibimet cótradicere in eodé articulo, vbi recitando opinioné S. Th. cótra Auerr. asserit rationé, quá adducit S. Th. cóuincere Cómentatoré, quæ ratio est ista, vt habet ipsemet Baccho. Nulla intelligentia præter primá potest esse purus actus, sed cóposita ex actu, & potentia, & est ens in potétia per operationé suá realiter differenté ab ea, & receptibilé in ea, & hoc bene tenet in actione immanente, & vincit Cómé. si vincit ergo nó pót stare sua distinctio, & hæc doctrina habetur. p. p. q. 54. art. 1. vbi ponit ipse S. Thom. quod plus differt actio rei á substantia eius, quam ipsum esse eius, sed nullius creati suum esse est sua substá-

A tia, quia hoc est propriú solius Dei, ergo neque intelligentiæ, neq; alterius creaturæ sua actio est eius substantia, & sic remanet falsa opinio Commen. & distinctio data á Ioan. Bacchonitano, quod qnælibet intelligentia est purus actus, quia est composita ex actu, & potentia excepta prima.

Dist. 6. q. vnica recitat varias opiniones de modo cognoscendi Angelorum alia ab ipsis, & primo ponit opinioné Henrici qui voluit quolib. 5. q. 14. quod in Angelo est vnus habitus cócreatus qui repræsentat ei omnia intelligibilia. Deinde ponit opinionem Scoti, asserentis Angelos distincte cognoscere res alias ab ipsis per distinctas species causa-

B tas á rebus: de opinione cómétatoris docet, quod Angelus intelligit inferiora se nó sicut per se intellecta, sed quasi cósequutiue, quemadmodú siquis cóprehenderet prima principia, & ex perfecta cognitione ipsorú, quasi cósequutiue cognoscit omnes conclusiones ab illis dependentes, sic Angelus pfecte cognoscédo se, cósequutiue cognoscit alia, & tandé determinádo ipse veritaté vult sine pręiudicio, quod essentia Angeli potest esse speculum repræsentatiuum omniú creaturarú cognoscibilium naturaliú ab eo, & impugnat opinioné tenentium Angelos cognoscere alia á se per species impressas licet de possibili hoc Deus facere possit de factota-

C men, & regulariter non sunt species impressę. Sed in hoc vr̃ impugnare opinioné, quá habet S. Thom. p. p. q. 55. art. 1. vbi docet quod solus Deus cognoscit oia per suá essétiá, Angelus aút licet cognoscat seipsum per essentiá suá, alia tñ ab ipso per species superadditas agnoscit, qa nulla forma cóplete efficit aliquá potentiá nisi cótineat oia ad quæ se exté dit illa potétia; sed essentia Angeli se hét veluti forma respectu suæ potétiæ intellectiuæ, & nó cótinet oia quæ pót Angelus intelligere, qnia est determinata ad genus & ad specié, igitur ad hoc vt intelligat illa, debét superaddi species nó acceptę á rebus sed eis cónaturales, vt ipsemet Dion. Areopagita c.

D 2. de diuinis nominibus, qđ Angeli illuminátur rationibus rerú & non congregant eorú cognitioné á rebus sensibilibus, quia p species impressas & cónaturaliter eis dicútur alia cognoscere, ex hac veritate sequitur falsas esse opiniones aliorú, & præsertim illius, q. dicit essentiá Angeli esse speculú repræsentatiuú oium creaturarú cognoscibilium.

Dist. 9. ar. 3. recitat opinioné S. Th. de cognitione matutina Angelorú, qua cognoscút creaturas in verbo, asserit S. Th. tenere ibi nullú esse discursum, vt patet de veritate. q. 8. ar. 17. tñ impugnat hác veritaté Bacch. quia ibi est discursus, vbi intelligitur vnú ex alio, sed Angeli cognoscút creaturas in ver-

E bo tanquá vnú ex alio, ergo ibi interuenit discursus. Et tñ hic deceptus est Baccho. quia vt docet ipse S. Th. p. p. q. 58. art. 3. In cognitione Angelorú nó interuenit discursus causalitatis, pót tñ interuenire discursus successionis, nec est verú quod intelligút vnú ex alio, nó intelligút cóponédo, & diuidédo, aut ratiocinádo, sed appræhédédo simpliciter quodquid erat esse oium naturaliter intelligibiliú ab ipsis, & sic cognoscút cópositioné, & diuinorú enútiationé, & rocinationé sillogismorú, & cóposita simpliciter sine aliqua cópositione, aut diuisione, vel discursu, sicuti appræhédút mobilia immobiliter, & materialia immaterialiter, quandoquidé

intelligendo quidditatẽ alicuius rei, simul intelligunt etiam quidquid ei attribui poteſt, vel ab ea remoueri, propterea non vnum ex alio, ſed vnum in alio agnoſcunt.

Diſt. 11.q. vnica. art. 2. Diſputat num ſub eadem ſpecie poſsint eſſe plures Angeli, & recitando opinionem S.Thom. licet tacito nomine dicit, quod quidam dicunt, quod in Angelis non eſt multitudo, quia quæcunque ſunt diuerſa numero, & eadẽ ſpecie habent materiam, ergo non differunt tantũ numero, ſed ſpecie, maior poteſt probari. 12. Meta. Tex.49. vbi Philoſuphus probat, quod non ſunt plures cęli, quia tunc eſſent plura principia prima, & haberent materiam, & dat cauſam, quare, quia quæ differunt ſolo numero habent materiam, ergo &c.

Cõtrarium huius audacter fatetur ſe tenere hic, vir pluribus rationibus, inter alias dicit, qđ Deus creat diſtinctas animas ita quod actus creãdi poſſet ſiſtere actum ſuum ad Animam, quia anima eſt actus, qui potuit ſiſtere actionẽ Dei, ſed qua ratione hoc poſſet fieri de vna aĩa poſſet fieri de mille, & ita eſſent diuerſæ animæ numero ſine materia, & eadem ratio eſt de duobus Angelis. Verũ errat maxime hic vir, quia S.Tho.p.p.q.50.arti.4. vbi diſputat hanc materiam adducendo illam rationem quam recitat hic, loquitur de ſubſtantijs completis, quales ſunt Angeli, & de materia quæ fert ſecũ quantitatem, quam quidem quantitatem omnes negant ab Angelis cũ ſint incorporei, vt docet beatus Diony.4.c. de diui. nomin. quod primæ creaturæ ſicut incorporales, ita & immateriales intelligũtur, propterea cum careant quantitate, & materia ſequitur ipſas nullo pacto poſſe differre numero, ſed ſi differunt tantummodo ſpecie differre debẽt animæ autem cum non ſint ſubſtantiæ completæ, quales ſunt Angeli, licet non habeant materiam ex qua componantur, habent tamẽ materiam, in qua recipiuntur, quia ſunt formæ corporum, & propterea nihil concludit hic vir contra doctrinam S.Th. quam latius habet in 2. ſent. diſt. 3.q. 1. & 2. contra gent. c.91. & de ſpiritualibus creaturis. artic. 9. & in opuſculo tertio &c.

Diſt. 19. narrat opinionem S.Tho. qui voluit animam intellectiuam eſſe formam ſubſtantialem corporis noſtri de intentione Philoſophi, qui in 2. de anima dixit neceſſe eſt animam ſubſtantiam eſſe ſicut ſpeciem corporis Phyſici potentia vitam habẽtis, ſed hoc intelligit de oĩ aĩa, ſiue ſenſitiua, ſiue intellectiua, &c. Attamen hic vir loquendo opinionem Commentatoris ſui impugnat S.Tho. aſſerẽs quod anima cum deforis veniat non informat corpus, vnde dat viam ſecundum principia Ariſtot. & Cõmen. reſpondendi ad omnes authoritates Ari. quia anima ſenſitiua, & vegetatiua ſunt formæ ſubſtantiales corporis, anima autem intellectiua cũ ſit nobiliſsima, & vocetur diuinus intellectus in nobis propter ſuum exceſſum ſuperat omnes ſenſitiuas, & nullum commertiũ debet habere cũ corpore, verũ ne videatur diſcrepare à fide in fine concludit cũ Theologis, quod anima intellectiua eſt forma ſubſtantialis corporis, quam veritatẽ docuit S. Tho. pluribus in locis ſuæ doctrinæ præſertim pp. contra Platonẽ, & Auerroem. q. 76. art. 1. quia illud quo primo homo itelligit eſt forma eius, ſicut quo primo corpus ſanatur eſt forma corporis ſani, & A quo 1. aer eſt lucidus, eſt forma corporis lucidi, ſed anima eſt, quo 1. homo intelligit, igitur erit eius ſubſtantialis forma. hoc idẽ habet 2. lib. contra gẽ. c.56. & in quolib. 12. ar. 10. & de ſpiritualibus creaturis. art. 2. & in q. de anima ar. 19. & in opuſculo 3. c. 80 & hoc eſt etiam ſecundum Ariſto. nedum ſecundum fidem vt ait Bacchonus, &c.

Diſt. 21. q. vnica tractat de vnitate intellectus, an ſit vnus in omnibus hominibus, vel plurificari poſſit, & an hoc ſit demonſtrabile, & narrans opinionem Heruei, qui arbitratus eſt ſe demonſtraſſe intellectum eſſe vnum in omnibus hominibus fore impoſsibile format etiam tres rationes, quibus vti B tur S.Tho.p.p.q.76. art. 2. contra Auerroem, & ſoluit ipſas arguendo contra S. Tho. & eius rationes aſſerens non eſſe demonſtrationes. Verum decipitur Bacchonus, quia clarum eſt non poſſe formari aliquas demõſtratiuas rationes ſimpliciter ad probãdam pluralitatem intellectuum, ſed bene demõſtrationes à poſteriori poſſumus formare contra Auerroem oppoſitum tenentem & demonſtrationes deducentes ad impoſsibile, & hoc pacto cõcludunt rationes S.Tho. vt patet de ſpiritualibus creaturis art. 9. & 2. contra gent. arti. 73. vbi plures alias rationes S.Thom. adducit, & inter aliàs hæ ſunt efficaciores ſupponendo vt alias probauit S. Thom. C quod anima vnitur corpori humano vt forma, ſed impoſsibile eſt vnam formam eſſe niſi vnius materiæ, quia proprius actus in propria potẽtia fit, ſunt enim adinuicem proportionata: ſi ergo vnica anima non poteſt eſſe forma omnium hominum, igitur nec vnicus Intellectus poterit eſſe omnium hominum. Deinde vnicuiq; motori debẽtur propria inſtrumenta, alia enim ſunt inſtrumenta Tibicinis & Architectoris, ſed intellectus comparatur ad corpus, vt motor ipſius, prout poſuit Ariſt. 3. de anima tex. 48. ſicut igitur eſt impoſsibile quod Architector vtatur inſtrumentis Tibicinis, ita impoſsibile eſt quod intellectus vnius hominis ſit intellectus al D terius hoĩs, has rationes forſitan non vidit Bacch.

Diſt. 26. quęrit an charitas differat realiter à gratia gratum faciente, & tenet oppoſitum aſſerens, quod quælibet res ab eadem forma habet eſſe, qui eſt actus primus, & operari qui eſt actus ſecundus. igitur ſimiliter in gratuitis ab eadem forma habet aliquis eſſe gratuitum, & quoddam eſſe conforme ad operationem, ſed per gratiam habet quis eſſe gratuitum, ergo operationem gratuitam, ſed propter operationem gratuitam ponitur charitas, ergo charitas & gratia ſunt idem, & ſic impugnat S. Thom. qui tenet ſecundum rei veritatem & doctrinam patrũ gratiam differre à charitate. Et quod E hoc ſit verum patet primo quia gratia ſemper eſt in ſuo actu, quia ſemper facit hominem gratum Deo, ſed charitas non ſemper eſt in ſuo actu, non enim ſemper habens charitatem actu diligit, igitur charitas per eſſentiam differt à gratia. Deinde nihil præuenit ſeipſum, ſed gratia præuenit charitatem vt docet Augu. in ſecundo libro de prædeſtinatione ſanctorum, non igitur gratia erit idem Cap.2. quod charitas, nec ratio Bacchoni aliquid valet, quia licet res ab eadem forma habeat actum primum, & actum ſecundum, nõ tamen ęqua ratione, quia prima res ponitur in eſſe à forma ſua ſubſtantiali, à qua forma ſubſtantiali fluunt potentiæ,

quibus potentijs res ipsa & fit in actum secundum, qui est operario, & fit etiam in rebus gratuitis vt docet Beatus Dionisius 2.c. de cœlesti Hierarchia asserens quod non potest aliquis habere spiritualē operationem, nisi prius accipiat esse spirituale, de qua re vide S.Tho. 1.2.q. 110.art.3.& 2.sent.dis. 26. ar.4.primæ quęstionis.& in 4.sent.dist. 1.q. 1.art.4.

Dist.30.artic.2.disputat, an peccatum originale transeat in omnes excepto Christo, vbi narrat opinionem Aureoli dicentis Beatam Virginem non traxisse culpam originalem de facto, tamen habuit necessitatem contrahendi, & tandem in arti. 3. ponit opinionem suā asserens, quod de potentia Dei absoluta, fuit possibile Beatam Virginem non contraxisse peccatum originale. Verum in hac parte stādum est determinationi Ecclesiæ, quæ adhuc non determinauit, quæ pars sit de fide, vt patet in extrauaganti graue nimis Sixti IIII. tamen ante oculos debemus tenere, quod cum multæ fuissent opiniones Theologorum de pręseruationis modo Beatæ Virginis à peccato originali, dum quidam dixerunt ipsam fuisse præseruatam nedum à macula peccati, sed à reatibus, & fomite sine debito habendi hæc in propria persona. Aliqui verò dixerūt Beatam Virginem præseruatam solum à macula peccati originalis, & ijs, quæ à macula sunt inseparabilia, vt est reatus pœnæ damni, habuisse tamen debitum contrahendi hæc omnia nisi Deus præseruasset ipsam per gratiam suam. Alij dixerūt de possibili, & non de facto, vt hic Bacchonus. Alij imaginati sunt in Adam fuisse quandam portiunculam carnis, quæ non fuisset infecta peccato Adæ, & ex hac fuit producta, Beata Virgo, quia cum multis modis possit fieri persona sine peccato originali, multæ ortæ sunt opiniones de hac re. Nam aliquis potest esse sine peccato originali, vt si non generaretur per propagationem, sed concrearetur sibi iustitia originalis in vnione animæ ad corpus: secundo si aliquis homo miraculosè esset factus sine propagatione ex nihilo. Tertio si formaretur aliquis homo miraculosè ex carne humana, sicut fuit de Christo. Quarto si Eua peccante Adam nō peccasset. Quinto si nec Adam, nec Eua peccassent, sed aliquis de eorum filijs: istis tamen nō obstantibus S. Tho. tractans de hac re tertia p.q.27. determinauit quod cum caro Beatæ virginis fuerit concepta ex communicatione maris, & fęminæ, necessario contraxit peccatum originale iuxta decreta Beati Augustini lib. de Nuptijs, & cōcupiscentia, vbi asserit omnem, qui de concubitu nascitur subiectum esse peccatis, Beata virgo fuit sanctificata post aīationem, quia sanctificatio est emundatio à peccato originali per gratiam in sola creatura rationali: ergo non potuit Beata Virgo sanctificari ante infusionē animæ rationalis, sed post animationē, de qua re, multi scripserunt, tu autem inhæreas ijs, quæ scilicet mater Ecclesia docet, & celebrat.

Distin.31. tractat de peccato originali, & ponit hęresim Pelagij, qui dixit peccatum originale non trāsfundi in posteros, narrat etiā opinionem Durandi, qui tenet peccatum originale in hominibus habere non rationem culpæ, sed pœnæ tantummodo. Ponit adhuc opinionem Egidij, qui exemplo militis declarat homines fuisse priuatos hæreditate data ipsi Adæ, & quia priuatio hæreditatis est Aiu eis culpabilis, non secundum quod sunt singulates personæ, sed prout sunt vnus homo in illo primo parente, sicuti miles Capitaneus agēdo contra principem, priuauit omnes suos subditos gratia principis. Ponit adhuc opinionem Scoti, qui asserit peccatum originale non esse priuationem, sed carentiam iustitiæ cum debito habendi eam, recitat etiam opinionem S.Thom. sub hoc sensu quod peccatum originale transit in posteros ex corruptione seminis, sicut leprosus generat leprosum, & stultus stultum, & podagricus podagricum, & impugnans has opiniones omnes declarando opinionem suam dicit, quod peccatum originale transit B in posteros per actum culpabilem præteritum scilicet ipsius Adæ. Nihilominus attendendo ad ueram sententiam S. Thomæ, quam ponit t.2. q.81. art.1. apparet manifeste, quod non fideliter recitauit ipsam. Consistit enim opinio S. Thom. in hoc, quod omnes homines erant tāquam mēbra vnius corporis in ipso primo parente, & ideo peccando ipse, peccarunt etiam, & omnia membra corporis, quia ipse Adam peccando per voluntatem suam illud peccatum imputatur sibi per actum elicitum, imputatur autem nobis per actum imperatum, & exemplificat S. Thomas de aliquo homine cōmittente homicidium manibus suis, illud homicidiū C quod manus committunt non imputatur eis ad culpam, si considerentur manus secundum se, & diuisæ à corpore illius hominis, sed imputatur eis prout sunt aliquid ipsius hominis, & motæ à voluntate eius, sic etiam actu elicito Adam peccauit, actu vero imperato peccauimus nos, & ideo peccatum originale vocatur peccatum naturæ iuxta dictum Apostoli ad Ephesios 2.c.5. eramus natura filij iræ; quia recipiendo naturam à primo parente recepimus, & peccatum cum tota natura illa sit infecta, & hæc est vera sententia, quam pluribus in locis suę doctrinæ ponit Sanctus Thom. præsertim loco superius allegato & in disputatis q.4. de peccato ori D ginali vbi validissimis argumentis reijcit opinionē illam, quæ adhuc perseuerat apud Armenos, qui dicunt peccatum originale transire in posteros ex traduce, quia sicut ignis eijcitur ex silice, & ferro, ita anima producitur ex corpore mariti, & vxoris, & quia corpora sunt infecta, ideo etiam anima producitur infecta. Hæc non opinio sed hæresis vocanda est, propterea standum est in sincera doctrina, quam docet S.Tho. locis superius citatis & 4. contra gen.c.50.& in opusculo 3.c.201.& in expositione ad Romanos c.50.

Dist.37. quærit de immediato subiecto peccati, & quia vult difficultatē istā pēdere ex decisione il E lius dubij, an potētiæ animæ sint ipsa essentia, & recitat opinionē S.Th. tenētis potētias realiter distingui à sua essentia, quia in omni creatura etiam Angelica hoc videtur esse manifestū, cū tātūmodo in Deo substantia sit immediatū principiū operationis, hāc opinionem nititur Bacchon. impugnare, & tenere partem contrariam, volens animam ipsam substātialiter, esse immediatū principiū suarū operationū, & potētias esse idem realiter cum ipsa anima, quæ varijs nominibus nūcupatur dicitur enim anima dum vegetat, Spiritus dum contemplatur, sensus dum sentit, animus dum sapit, mens dum intelligit, memoria dum recordatur, voluntas

dum consentit, ratio dum discernit, & sic concludit in artic. quarto quod omnis forma substantialis generaliter, & etiam anima sensitiua ratione simplicitatis non differt realiter à potẽtijs operatiuis. Sed deceptus est in hac materia non ponderans rationes S. Tho. p. p. quæst. 77. ar. 1. quibus fortissimè probat animam tum vegetatiuam, tum sensitiuam, tum intellectiuam realiter distingui à suis potentijs, non realitate existentiæ, sed realitate essentiæ, quia cum animæ sint substantiæ, & in prædicamento substantiæ collocatæ, potentiæ verò in prædicamento qualitatis in secunda specie quæ est naturalis potentia, vel impotentia, sed prædicamentũ substantiæ, & qualitatis realiter realitate essentiæ, distinguuntur; ergo anima, & suæ potentiæ etiam ita distingui debent. quod est expressè etiam sententia Beati Dionysij secundo cap. de cœlesti Hierarchia loquens de cœlestibus spiritibus, quos ait diuidi in essentiam, virtutem, & operationem, multo igitur magis est in anima nostra; in qua aliud erit essentia, & aliud virtus, siue potentia, & aliud operatio, hanc rem latius docet Sanctus Thomas de spiritualibus creaturis art. 11. & primo sentent. dist. 3. q. 4. art. 2. & in quolib. 10. art. 5. & in quæstionibus de anima. art. 2.

Dist. 39. art. 4. disputat de distinctione peccatorum an debeant distingui ipsa peccata penes conuersionẽ ad creaturas, an penes auersionem ab ipso Deo, & ponit opinionem S. Tho. asserentis peccata ipsa specie debere distingui ex parte actuum positiuorum, qui sunt actus voluntatis, quibus cõuertit se ad creaturam, & impugnat ipsum argumẽtis Henrici volentis distinctionem peccatorum debere sumi penes auersionem ab vltimo fine, qui est Deus, nam etsi omnia peccata conueniunt in ipsa auersione tamen distinguntur specialibus auersionibus à proprijs finibus distinctis in diuersis materijs, inquantum istæ auersiones diuersas negant rectitudines. Vnde peccatum luxuriæ potest distingui à peccato auaritiæ inquantum peccato luxuriæ priuamur bono temperantiæ, & eius rectitudine, & peccato auaritiæ priuamur bono liberalitatis. Sed pace huius viri dixerim non bene intellexit opinionem S. Thom. qui prima secunda q. 72. art. 1. declarat hanc veritatem per hoc, quod ad rationem peccati duo cõcurrunt videlicet actus voluntaris, & inordinatio, quæ est per recessum à lege Dei, sed primum comparatur per se ad peccatum, qui intendit exercere talem actum voluntarium in tali materia, inordinatio autem per accidens se habet ad intentionem peccantis, quia nullus intendens ad malum operatur: & quia vnumquodque consequitur speciem secundum illud quod est per se, & non secundum illud quod est per accidens, quia ea quæ sunt per accidens, dicuntur esse extra rationem speciei, & ideo peccata distinguũtur specie, ex parte actuum voluntaris, non autem ex parte inordinationis existentis in peccato, sed actus voluntarij distinguntur specie secundum obiecta; ergo peccata sic etiam distingui debent. & ex his patet falsitas opinionis Henrici, quam falsitatem sequutus est Scotus in hoc secundo libro distinct. 45. quæst. secunda qui vult peccata distingui ex parte auersionis à Deo. Falsa etiam est opinio, dicentium peccata debere distingui penes præcepta, quibus aduersantur, itaque furtum, & homicidium distinguũtur specie, quoniam diuersis præceptis aduersantur. Argumenta etiam horum de facili soluuntur dicendo quod illa inordinatio, & auersio non per se, sed per accidens cõcurrit in peccato de qua relege S. Thomã loco superius citato, & secundo sent. dist. 42. q. 2. & in disputatis de malo. quęst. secunda art. sexto &c.

Dist. 43. disputat num habitus augeatur quolibet actu, & narrando opinionem S. Thom. tenentis quod habitus acquisiti nõ augentur quolibet actu impugnat eam amplectendo, opinionem oppositam, quæ tenet, quod quilibet actus natus est aliquam dispositionem imprimere in potentia ex cõsequenti ad auget essentiam habitus, & hoc siue sit remissus, siue intensus, siue æqualis, proportionaliter semper debet augere ipsum habitum. Attamen hic vir non benè explicauit sententiam Sanct. Tho. quia cum triplex sit opinio Theologorũ circa hoc negocium, quarum prima est Scoti primo sentent. dist. 17. volentis, quod quilibet actus ad auget suũ habitum. Secunda est Durandi eadem dist. volentis hoc esse verum in habitibus infusis, non autem in habitibus acquisitis: sentẽtia autẽ Sãcti Thomę fuit vniuersalis, quod aliqui actus procedentes ab habitu corrumpunt ipsum habitum, quando negligenter fiunt, & est sententia Aristo. 2. Ethicorum. c. 2. & tertio, & experientia comprobatur; nam Artifices quando diligenter se exercent in operibus artis fiunt meliores, quãdo vero negligenter, & ignauiter deteriores efficiuntur; similiter quando amicitia strenue exercetur crescit, quando negligenter dissipatur, & quia doctrina Arist. fuit etiam septimo Physico. augumentum habituum esse ad similitudinem augumenti animalis, sed non quodlibet alimẽtum assumptum auget animal, sicut nec quælibet gutta cauat lapidem, sic etiam est conclusio vniuersalis, quod non quolibet actu augetur habitus, de quo negotio poteris videre Sancti Tho. in proprio articulo loci superius allegati, & quarto sentẽ. dist. 12. q. 2. &c.

Dist. 44. Quærit hic Doctor an peccatum omissionis consistat semper in aliquo actu, & more suo ponit opinionem S. Thom. in arti. primo quam dicit consistere in hoc, peccatum omissionis distingui à peccato commissionis per hoc, quod alterũ consistit in actu, alterum verò in negatione actus, quia cum præcepta posita à Deo, quædam sint affirmatiua, quædam negatiua, & transgreditur negatiua, puta non furaberis, non occides actu positiuo, transgredimur verò affirmatiua, puta habeas in honore parẽtes actu negatiuo scilicet nõ honorando, improbat tamen hanc opinionem asserens peccatum omissionis semper fundari in actu positiuo saltim interpretato, an hic actus positiuus sit elicitus, vel imperatus sit exterior, vel interior, non est præsentis disputationis, sufficit modo scire controuersiam istam, quam hic Doctor voluit habere cum Sancto Thoma. Nihilominus non penetrauit hanc Angelicam doctrinam declaratam prima secundæ quæst. 76. articu. sexto quæ consistit in hoc quod de essentia peccati omissionis non est aliquis actus, quia iudicium de rebus datur secundũ illud quod est per se, & non secundum illud quod est per accidens: per se autem peccatum omissionis

nis absque actu præcedente, vel concomitanter, sed hoc non est per se, sed per accidens, & hac veritate inspecta conciliantur tres illæ celebres opiniones, quæ sunt circa hanc materiam; Prima est Durandi, & Marsilij, volentium dari omissionem sine actu, Secunda est Scoti, & huius Doctoris Bacchoni asserentium nunquam dari peccatum omissionis sine actu. Tertia est Sancti Thomæ quæ consistit in his tribus propositionibus. Peccatum omissionis cōsideratum secūdum occasiones, & causas antecedentes, vel consequentes non est sine actu, vt si aliquis prætermittit ire ad ecclesiam, vel dicere officium, hoc non potest esse sine actu interiori, vel exteriori. Secunda propositio, peccatum omissionis consideratum secūdum se potest esse sine actu positiuo. Tertia propositio ad omissionem voluntariam culpabilem requiritur quod aliquis possit facere illud quod omittit puta persoluere diuinū officium, & quod teneatur persoluere, & quod actu non persoluat. In his tribus consistit omissio culpabilis voluntaria: hæc doctrina latius habetur prima secundæ q.71.art.3.& 2.2.q.54.art.2.& 2.sententen.dist.35.art.3. & in quæstionib.disput.de malo. q.8.articu.primo.

Ex tertio libro senten.

DIST. prima disputat de vnione personali humanæ naturę ad diuinū verbū, & ponit primo opinionem Scoti asserentis vnionem dicere relationem non causæ, & causati, sed substentificantis, & substentificati quæ est relatio inæquiperantiæ, quia natura humana non æquiperatur personæ diuini verbi, sed multis argumentis istam opinionem reprobat. Deinde narrat opinionem Sancti Thomæ volentis naturam humanam fuisse vnitam diuino verbo, sicut organum, & instrumētum quoddam, quo Deus ipse operatur, sed nō sicut instrumentum separatum, sed veluti instrumentum coniunctum, sicut manus est instrumentum hominis, & non sicut dolabra, reprobat etiam, & istam opinionem. Verum irrationabiliter impugnat hanc doctrinam de hoc exemplo, quia non potest in hoc diuino mysterio, imò impossibile est inuenire exemplū simile in omnibus sicuti & in mysterio sanctissimæ Trinitatis, propterea diuersi Doctores diuersis vsi sunt exemplis, dum Aliqui declararunt hoc misterium exemplo accidentia, quod substantificatur per substantiam, vt fuit Scotus. Aliqui exemplo indumenti sumendo occasionem ex verbis Apostoli, & habitu inuentus vt homo, sicut Dur. qui assimilat naturam humanam in Christo ipsi vestimento non quantum ad Accidentalē vnionem, sed quantum ad hoc quod verbum diuinum videtur per humanam naturam sicut homo per vestimentum. Aliqui assimilarunt naturam humanā, ramo insito cum ramo naturali arbōris, accipiendo etiam occasionem ex verbis sacræ scripturæ. Vicit Leo de Tribu Iuda radix Dauid. Aliqui assimilant verbum diuinum humanatum, ferro ignito, vel lilio ex toto spiranti odorem, vt est Beatus Basilius in quodam sermone natiuitatis domini. Aliqui assimilant diuinum verbum ipsi animæ rationali, quę dat subsistere ipsi corpori, & plura alia exēpla solent adduci, & cum nullum illorum possit ex toto hoc misterium explicare, irrationabiliter hic vir damnauit S. Thomam de exemplo. Quantum etiam ad illud, quod dicit contra Scotum, si Scot. intellexisset, quod vnio significat relationem, quæ est inter diuinam naturam, & humanam, hæc cum sit ens creatum bene dixit & sic male etiam hic vir impugnauit Scotum, quia hæc vnio est in genere relationis. si autem Scotus per vnionem voluisset intelligere vnitatem, quæ est inter naturam humanā & personam filij Dei, male dixit quod est in genere relationis, quia talis vnitas est substantia, seu esse subsistentiæ personæ filij Dei, & non est creatum, sed creator, & est ab æterno, sed quantum ad hoc, quod natura humana sortita sit illud subsistere, quod est substantiale, & absolutum incepit esse ex tempore, vnio verò consequens vnitatem personalem increatam existentem in duabus naturis est, quid relatiuum creatum de qua re vide S. Thom. 3.p.q.2.art.7.& 3.sent. dist.2.q.2. & quarto contra gent.cap.39.&c.

Ad Philip. secundo. — Apocalip. quinto.

Dist.3. tenet hic Doctor non esse inconueniens suppositum creatum substētare diuersas naturas, ita quod Angelus de mente huius Doctoris poterit assumere naturam humanā, quam opinionem reputo sine præiudicio falsam, quia solus Deus potest diuersas, & infinitas supposit are, quia nihil potest dare esse suppositale alicui naturę nisi illud suppositum contineat vel formaliter, vel virtute, vel origine, vel causalitate illud; sed cum Angelus non contineat, nec formaliter, nec causaliter, suppositū humanæ naturæ, non igitur poterit dare humanæ naturę esse psonale, seu suppositale: vnde videmus quod substātia si substātificat accidentia, hoc ideo est quia continet ipsa in triplici genere causæ puta efficientis, materialis, & finalis, vt docet Auer. quarto Metaphysico.

Dist. decima. Disputat Doctor hic Ioannes Bacchonus, Anglicus Carmelita, Vtrum esse subsistentiæ sic differat à natura quod esse subsistentiæ addat rem super essentiam, & in art.4. recitat opinionem Sancti Tho. desumptam ex 2. cōtra gen. quod esse addit rem super essentiam, & in art.6. reprobat istam opinionem ponens quadruplicem differentiam, quarum primā vocat differentiam rerum, sicut differt materia à forma: secūdam dicit esse realem non rerum, sicut differt actus totius, & potentia totius: tertiā vocat differentiā à natura rei, sicut differūt intentiones subiectiuæ, & modi reales formaliter diuersi consequentes naturā rei, sine opere intellectus, sicut est de vno, & bono respectu entis: quartam dicit esse differantiā merè cōstitutam ex opere intellectus, sicut in colūna dextrum, & sinistrum, tunc determinat esse subsistere differre ab essentia secundum diuersos gradus essendi, nō secundū diuersas essentias, nec secundū diuersos modos, nec secundum intentiones. Quę determinatio est falsa, & falsò etiam impugnauit S. Tho. quia in omni creatura quiditas, & eius actualis existentia distinguuntur realiter ad hunc sensum, sicut distinguitur actus & potentia, ex quibus tanquā ex duabus rebus distinctis realiter s. existentia, & essentia creatura quælibet componitur. vt latius est videre apud Cai. in libello de ente, & essentia c.5.q.10. Cap.9.

Dist.11.q.2. Disputat de principio quo indiuiduū constituitur, & quo distinguitur, recitat opinionē

S.Tho.

Sancti Thomæ, de qua dicit quod ipse D.Tho. voluerit quantitatem esse principium multitudinis, cuius oppositum ipse sustinet, volens primam diuisionẽ fieri per formas substantiales, & nõ per quantitates, & sic audacter docet formam esse principiũ distinctionis, & multitudinis indiuiduorum, & nõ intellexit neruum doctrinæ Sancti Tho. qui in diuersis locis eius posuit materiam signatam, & sub certis dimensionibus esse principium indiuiduationis, & multitudinis, & non quantitatem solam, vt clarè est videre in libello de ente, & essentia c. 2. apud Caiet. qui longa disputatione disputat cõtra Scotum de hac materia, & in 5. Metaph. in dilucidationibus nostris. Dilucid.6.

Distin. 13. Disputat Num anima Christi cognoscat omnia actualiter, vel habitualiter in Verbo, & recitat opinionem D.Th. asserentis animam Christi posse cognoscere in Verbo omnia scientia visionis, nõ autem quæ cognoscit Verbum scientia simplicis notitiæ, & impugnat tam D.Tho. quam Scotum, qui ponit animam Christi cognoscere in Verbo omnia habitualiter, & affirmat ipse quod Christus videt omnia, quæ Verbum videt sine aliqua distinctione, & male impugnat tam D.Tho. quã Scotum, quia si simpliciter, & absolute anima Christi cognoscit omnia quæ verbum videt, tunc comprehẽderet ipsum Verbum, quod non est dicendum, C quia hoc est comprehendere Verbum. s. cognoscere omnia quæ Deus facere potest, & sic etiam comprehenderet diuinam virtutem, & diuinam essentiam, nõ ergo anima Christi cognoscit omnia quæ sunt in diuina potentia, sed solum quæ sunt in potentia creaturæ, vt latius videre est apud Diuũ Thomam, & Caietanũ, & Bartholomæum de Medina 3. par. q. 10.

Distin. 19. Disputat hic Doctor. Num corporeitas, quæ fuit in Christo ante mortem fuerit forma realiter differens ab anima intellectiua, & in secundo articulo, narrãs opinionem D.Tho. & suorum sequacium dicit animam ipsam intellectiuam non D vniri corpori de mente istorum mediante corporeitate, & impugnat opinionem D.Thom. sequens ipse Anglicos Doctores ponentes plures formas substantiales in eodem homine, & valde errat hic Doctor cũ suis Anglicis cum dicat expresse contra D.Augustinum in libro de Ecclesiasticis dogmatibus asserentem, neque duas animas esse dicimus in homine vno sicut Iacobus, & alij Syrorum scribunt, vnam animalem qua animatur corpus, & immista sit sanguini, & alteram spiritualem, quæ rationi ministrat, sed dicimus vnam, & eandem esse animam in homine, quæ, & corpus sua societate viuificat, & semetipsam sua ratione disponit, malè er E go Bacchonus sentit cum Anglicis ponentibus plures formas substantiales in homine. vide hoc negotiũ p.p. q. 76. per totam. & in dilucidationibus nostris super 7. Metaph. Dilucid.6.

Distin. 21 Ponit hic Doctor quod fides, & lumẽ gloriæ, & actus credendi simul remanere possunt in patria cum visione, hoc autem repugnat doctrinæ Sãcti Thom. 2. 2. q. 1. art. 4. Vbi asserit fidei non posse subesse aliquod visum, ita quod nec fides, nec opinio potest esse de ipsis visis, aut secundum sensum, aut secundum intellectum, si ergo Beatus per lumen gloriæ videt diuinam essentiam, & per A fidem credit quæ non videt, vt scribit Apostolus ad Hebræos. Fides est argumentum non apparentium: quomodo fides, & lumen glorię, & actus credendi simul remanere possint in patria cum visione, vt hic doctor asserere videtur? quidquid sit de potẽtia absoluta Dei, de qua modo nõ loquimur. Cap. 11.

Distin. 25. Disputat, vtrum sanguis qui fuit effusus in passione Christi redierit ad corpus in sua resurrectione, & in art. 3. affirmat, Christum nõ resumpsisse totum sanguinem effusum in passione, sed reliquisse aliquam portionem in terra, quem dimisit deuotioni fidelium, & miraculorum operationi. Quæ doctrina est expressa contra Diuum B Thomam 3. par. q. 54. art. 3. Vbi ex professo probat sanguinem Christi totum in passione eius effusum resurrexisse cum eo, ille autem qui habetur in quibusdam Ecclesijs fluxit ex quadam imagine cuiusdam Crucifixi, & hoc est cõsentaneum verbis Christi dicentis ante passionem. si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum. Malè ergo Bacchonus scripsit oppositum huius veritatis: de qua re lege Caiet. in expositione huius loci, & Siluestrum de Prierio in quæstion. Prosæ aureæ.

Ex Quarto libro Sententiarum.

C Distinctione prima quæst. 6. art. 2. disputat hic Doctor, Num Christus voluerit saluare hominem per iustitiam, & si nos operibus meritorijs, & ex iustitia promereamur vitam æternã; & recitat opinionem Sancti Thomæ, quam docet secundo sent. quod nos meremur vitam æternam ex condigno, eamq́ue varijs rationibus videtur impugnare, & perperam quidem, quandoquidem, & si D.Tho. 2. sent. dist. 27. q. 1. art. 3. narret duas opiniones de hac materia, alterã quæ dicebat nos mereri vitam æternam de congruo, alterã verò de condigno, nihilominus prima secundæ, q. 114. art. 3. determinat hãc veritatem, asserens quod opus meD ritorium hominis dupliciter considerari potest, vno modo secundum quod procedit ex libero arbitrio, alio modo secũdum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti: si consideretur secundum substantiam operis, & secundum quod procedit ex libero arbitrio, sic non potest ibi esse condignitas propter maximam inæqualitatem, sed est ibi congruitas propter quandam æqualitatem proportionis, videtur enim congruum, vt homini operanti secundum suam virtutem Deus recompẽset secundum excellentiam suæ virtutis, si autem loquamur de opere meritorio secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti, sic est meritorium vitæ æterE næ ex condigno, sic enim valor meriti attenditur secundum virtutem Spiritus Sancti mouentis nos in vitam æternam iuxta illud fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Attenditur. n. precium operis secundum dignitatem gratiæ per quam homo consors factus diuinæ naturæ adoptatur in filiũ Dei, cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptionis, iuxta illud si filij, & hæredes. si. n. hanc doctrinã vidisset hic doctor, forsitan D.Thomam non impugnasset. De qua te lege Caiet. & Bartholomæũ Medinam si latius eam desideras. Ioan. 4. Rom. 8.

Distin. 8. q. 5. art. 4. Disputat hic doctor de forma consecrationis vini, Num hæc sola verba sint,

hic eſt calix ſanguinis mei, & adducit opinionem Sancti Thomæ ex 3.par. quæſt.8.art.3. eamque impugnat, & male quidem, quia Sanctus Thomas narrat ibi duas opiniones de hac re, quarum prima dicebat, quod de ſubſtantia formæ huius conſecrationis eſt hoc ſolum quod dicitur, Hic eſt calix ſanguinis mei. Secunda opinio dicit, quod nedū illa verba, ſed omnia ſequentia ſunt de ſubſtantia formæ vſq; ad hoc quod poſtea ſequitur, hoc quotieſcunque feceritis, &c. Et hanc opinionem ſequitur Sanctus Thomas, cui conſentit Riccbardus diſtin. 8. art. 3. q. 2. licet Scotus eadem diſtin. fuerit dubius de hac re, inimo conſuluit vt nemo definiat, quæ nam ſit forma neceſſaria cui conſentit Marſilius in quarto, quæſt. 6. art. 1. Alexander Alenſis in quarta parte, q. 33. & D. Bonauentura in 4. diſt. 8. art. 1. q. 2. videtur ſequi primam opinionem recitatam à Diuo Thoma, Paludanus diſt. 8. q. 3. & Capreolus, & Caiet. diſsidēt inter ipſos, nihilominus opinio Sancti Thomæ eſt clara ex verbis eius, quod forma conſecrationis ſanguinis, quo ad eſſentiam ſunt hæc verba, Hic eſt calix ſanguinis mei, ſeu hic eſt ſanguis meus. reliqua verò verba ſpectant ad integritatem, & propterea male hic Doctor impugnauit Sanctus Thomas De qua re ſi latius ſcire vis, lege Dominicum de Soto in quarto diſt. 11. q. 1. art. 3.

Diſtin. 20. quæſt. 2. art. 3. diſputat doctor ſi legata nō ſunt demandata exequutioni, an proſint his, qui ea legauerūt, & recitat hic doctor opinionem Sancti Thomæ, qui tenet in quarto diſtin. 45. q. 2. art. 3. quod legata nō exequuta proſunt his, qui ea legauerunt ex opere operantis. ſ. ex bona charitate, quam habuit in legando, & non ex opere operato, reprehendit hanc opinionem hic doctor aſſerens eſſe duram, quia opus operans non ſupplet opus operatum, & decipitur valde, quia ſi hæres non exequutus eſt legatum patris ſui, adeſt bona voluntas patris, quę eſt operans, & ideo opinio S. Thomæ eſt lenis, & verita ti conſentanea nō autem dura, vt hic doctor ei imponit, quam videre poteris apud Dominicum de Soto.

Eadem diſt. q. 3. art. 2. diſputat hic doctor, de ſuffragijs quomodo valeant exiſtentibus in purgatorio, & narrat opinionē S. Thomæ qui in eodem quarto libro diſt. 45. q. 2. art. 3. dicit quod in purgatorio ſuffragia cauſant delectationem, & congratulationem, & ſatisfactionē pro pœna debita. reprehendit hanc doctrinam hic doctor dicens, hoc nō teneri, quia ſolum valent ad relaxationem pœnæ, & non ad delectationem, & congratulationē, ſed dico quod hic valde errat, quandoquidem ſi exiſtentes in purgatorio ſubleuātur à pœna debita, igitur congratulantur, & delectantur, propterea ſequēda eſt opinio Sancti Thomæ, & videndus eſt Capreolus in eadem diſt. & Dominicus de Soto.

Diſtin. 23. q. 2. art. 1. Diſputat hic doctor de vſura, Num ſit peccatum ex natura rei, & adducit opinionem Sancti Thomæ ſecūda ſecundæ, quæſt. 78. art. 4. qui dicit quod poteſt quis accipere pecuniā ad vſuram ſine peccato, eam tamen impugnat hic doctor aſſerens nō poſſe recipi ad vſuram ſine peccato per cap. ſuper eo de vſuris, & non intellexit doctrinam Sācti Thomæ, qui dicit quod nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum ſub vſuris, licet tamen ſuſcipere pecuniam ab eo, qui paratus eſt hoc facere, & vſuras exercet, & hoc propter aliquod bonum, quod eſt ſubuentio ſuę neceſsitatis, vel alterius. ſicut etiam licet ei, qui incidit in latrones manifeſtare bona quæ habet. (qui latrones peccant diripiendo) ad hoc quod nō occidatur, exemplo decem virorum, qui dixerunt ad Iſmael, noli occidere nos, quia theſauros habemus in agro, vt ſcribitur apud Hieremiam. vnde ille qui accipit pecuniam ad vſuram à parato facere ipſas nō conſentit in peccatum vſurarij, ſed vtitur eo, nec placet ei acceptio vſurarum, ſed mutuatio quæ eſt bona, patet ergo quomodo deceptus eſt hic vir reprehendendo D. Tho. de hoc negotio, ſed lege tu Caiet. ſuper hunc locum. Cap. 41.

Diſtin. 25. diſputat hic doctor de epiſcopatu, Num ſit ordo, & adducit opinionem Sancti Tho in diſt. 24. q. 2. art. 2. Qui tenet epiſcopatum nō eſſe ordinem, nec imprimere characterem, impugnat tamen hanc opinionem hic doctor aſſerens Epiſcopatum eſſe ordinem, & imprimere characterem. i. poteſtatem indelebilem, & tamen male impugnat, quandoquidem Sanctus Thomas diſtinguit de ordine quod dupliciter accipi poteſt, vno modo vt eſt ſacramentum, & ſic omnis ordo ordinatur ad ſacramētum Euchariſtiæ, quo pacto Epiſcopatus non eſt ordo, diſtinctus à ſacerdotio, alio modo pro vt ordo dicit officium quodam reſpectu quarundam actionum ſacrarum, & ſic cum Epiſcopus habeat poteſtatē in actionibus hierarchicis reſpectu corporis miſtici ſupra ſacerdotē, & hac ratione Epiſcopatus ordo dici poteſt, & hæc eſt rei veritas, quam noluit intelligere hic doctor, ſed lege tu clarius eam apud Sotum diſt. qua ſupra.

Diſtin. 44. art. 3. Diſputat hic doctor de anima Chriſti, Num remanſerit in limbo vſque ad reſurrectionem, & narrat ibi opinionem Sancti Thomæ ex tertia parte, q. 52. art. 4. qui dicit quod anima Chriſti māſit in limbo vſque ad reſurrectionem, ſed impugnat ipſam dicens, quod fundatur ſuper fallaciā conſequentis, ſed male, non intelligendo hanc doctrinam repræhēdit, quia ſicut Chriſtus, vt noſtras pœnas in ſe ſuſciperet voluit corpus ſuum in ſepulchro poni, ita etiam voluit animam ſuam ad infernum deſcendere, corpus autem eius manſit in ſepulchro per diem integrum, & duas noctes ad comprobandam veritatem mortis ſuæ. Vnde etiam tantūdem credēdum eſt animā eius in inferno fuiſſe, vt ſimul anima eius educeretur de inferno, & corpus de ſepulchro, propterea non ſtatim ad infernū deſcēdens, ſanctos ibi exiſtentes liberauit non quidem educēdo eos de loco inferni, ſed in ipſo inferno eos luce gloriæ illuſtrādo, & cum eo etiam fuit anima ipſius latronis. & hęc eſt vera doctrina Theologorum, quam Bacchonus noluit intelligere, de qua lege Caietanum & Bartholomæum de Medina hic.

F I N I S.

CATALOGVS EORVM, QVI VEL IN aliquos, vel in omnes libros sententiarum scripserunt, aut in suis summis eorundem sequuti sunt processum ex Abbatis Spanhemensis libro de Scriptoribus Ecclesiasticis potissimum collectus, tempore quo quisque floruit adiecto.

PETRVS Lombardus Magister sententiarū claruit Anno Millesimo centesimo quadragesimo.

Albertus Magnus Episcopus Ratisponensis 1280
Alexander de Ales 1240
Alexander de Alexandria 1310
Alpharus Franciscanus 1320
Alphonsus Episcopus Hispalensis 1340
Antonius Episcopus Florentinus 1459
Augustinus de Ancona 1330
Augustinus de Roma 1410

Baptista de Salis 1494
Blasius Andernarius.
Bonauentura Cardinalis 1283

Dionysius Carthusiensis 1471
Dionysius Cisterniensis.
Durandus de Sancto Portiano.

Aegydius de Roma 1280
Euardus Teutonicus.

Franciscus de Baccone.
Franciscus Mayronus obseruans

Gabriel Biel.
Galterus Episcopus Pictauiensi 1250
Georgius Molitoris 1487
Gerardus de Bononia 1317
Gerardus Odonis 1330
Gerardus de Senis 1340
Gerardus Episcopus Sauonensis 1340
Gerardus de Elten 1475
Godescalcus de Melsede 1470
Gregorius Ariminensis 1350
Guido Perpinianus 1330
Gulielmus Episcopus Altisiodorensis 1200
Gulielmus Parisiensis 1230
Gulielmus Lugdunensis 1270
Gulielmus Ga[illegible]ronus 1270
Gulielmus Lamarensis 1280
Gulielmus de Samuco 1280
Gulielmus Peralt 1290
Gulielmus de Monte Laudinis 1320
Gulielmus Ocham.
Gulielmus de Oppenbach 1470
Gulielmus Forleon 1270

Haymo natione Anglicus 1270
Hannibal siue Hanuibaldus Romanus 1293
Henricus de Gandauo
Hereneus de Boio 1340
Henricus de Vrinaria 1340
Hermanus de schildis 1370
Henricus de Dolentrorp 1400
Henricus de Langensteni. 1390
Henricus Euta, siue oyta.
Henricus de Andernacho 1428
Henricus de Hassia iunior 1435
Henricus de Guada 1438
Henricus de campo 1490
Henricus de Vuerlis 1318
Hermeus Brito Dominicanus.
Henricus Sorchum.
Hugo Patriarca Constantinopolitanus 1290
Hugo de Slecstadt.

Iacobus de Viterbio 1310
Iacobus de Altauilla 1360
Ioannes de Rupella 1250
Ioannes de Valeis 1270
Ioannes Parisiensis 1280
Ioannes de Parma 1360
Ioannes Duns, alias Scotus 1380
Ioannes Canonicus Minorita 1320
Ioannes de Alerio 1321
Ioannes de Regno
Ioannes Eluidij 1347
Ioannes Andreas 1348
Ioannes de Rupe scissa 1340
Ioannes de Bacchone 1350
Ioannes Vualfgram
Ioannes Bramniare 1358
Ioannes Caccsphale 1360
Ioannes de Imenhusem 1374
Ioannes Balistarij.
Ioannes Colcein.
Ioannes Abbas Monasterij Sancti Bacconis.
Ioannes Capreolus
Ioannes Episcopus Lombariensis 1420
Ioannes Zaccharias
Ioannes Noblet 1440
Ioannes Gauuer 1440
Ioannes Ernesti 1460
Ioannes de Mechlinia 1471
Ioannes Soret 1474
Ioannes de Lutria.
Ioannes Baeconus Carmelita 1370

Leonardus de Chisano 1484
Ludouicus Donatus 1230

Matthæus de Aqua sparta 1394
Marsilius de Ingen 1520
Michael de Massa 1416
Michael Angrianus
Michael de Bononia Carmelita.

Nicolaus Papa Quartus 1291
Nicolaus de Lira 1320
Nicolaus Dohia
Nicolaus de Gorra
Nicolaus DinKelspulc 1420
Nicolaus de Susato 1417
Nicolaus LacKman 1440
Nicolaus Dorbellus 1455
Nicolaus de Vuachenheym 1481
Nicolaus de Cruczenn.ch. 1491
Nicasius de Voenda 1492

Obertus Carmelita.

Paulus scriptoris obseruans.

Paulus

Paulus de Per sio 1344
Petrus de Tarantasia postea Innoc. 3. dictus. 1275
Petrus de Verberia 1317
Petrus de Pirpiniano.
Petrus de casa 1330
Petrus Raymundi 1343
Petrus Thoma Carmelita 1350
Petrus de Candia 1410
Petrus Episcopus nouæ ciuitatis 1410
Petrus de Aliaco
Philippus cancellarius Parisiensis.

Rupertus Episcopus Linconiensis 1140
Rupertus de Trusia 1270
Rupertus ordinis Prædicatorum 1330
Rupertus natione Gallus Carmelita.
Rupertus Holhot 1359
Rudulphus de Bruxella 1430

Sibertus de BelKa 1320
Simon de Spira
Ilmannus Aquensis

Thomas de Aquino 1274
Thomas de Argentina 1350
Thomas Lombæ
Thomas de Mascelbach 1410
Thomas Vualden

Vdalricus de Argentina 1280

Hi omnes quisque pro virili sua ingenium, mirificè ostenderunt, & tamen qui vnum hunc Capi colum habet, quasi omnes istos habere videri potest.

Doctores ex ordine Prædicatorum.

SAnctus Thomas de Aquino
Albertus Magnus.
Durandus de Sancto Portiano.
Petrus de Tarantasia.
Petrus de Palude.
Ioannes Capreolus.
Thomas Caietanus.
Siluester de Prierio.
Franciscus de Victoria Hispanus.
Melchion Cano Episcopus Canariensis.
Dominicus Soto.
Petrus Soto.
Bartholomæus Spina.
Bartholomæus de Medina.
Dominicus Bannes.
Ambrosius Catherinus Senensis Episcopus Consę.
Georgius Vercellensis.
Vgo de Sancto Theodorico Cardinalis.
Conradus.
Nicolaus Goram Gallus.

Robertus Olgoht Anglicus.
Dominicus Tholosanus.
Oliuerius Brito.
Petrus Bergomensis.
Herueuus Brito.
Franciscus Ferrariensis.
Paulus Soncinas
Durannellus.
Armannus Beluisius.
Riccardus claploel.

Doctores ex ordine Minorum.

SAnctus Bonauentura.
Alexander de Ales.
Ioannes Scotus, Duns
Vgo de Castro Nouo.
Stephanus Brulefer
Riccardus Brulefer
Riccardus de Media villa.
Petrus de Aquila.
Gulielmus Vorilon.
Nicolaus de Orbelli
Landulphus.
Adam Codani.
Gulielmus Varronis.
Franciscus Lichetus.
Petrus Tartaretus.
Iacobus Malafossius Bargius.
Petrus Aureolus.
Antonius de Valentia.
Petrus de Candia.
Franciscus de Maronis.
Antonius de Valentia.
Ioannes Rondinchon.
Gulielmus Ocham.

Ex ordine Heremitarum.

EGydius Romanus.
Gerardus de Senis.
Thomas de Argentina.
Alphonsus Toletanus.
Gregorius de Arimino.

Ex ordine Carmelitarum.

IOannes Bacchonus.
Hugo.
Gerardus de Carmelo.

Doctores non regulares.

GVlielmus Gorris.
Petrus de Aliaco.
Henricus de Gannauo.
Gabriel Biel.
Michel de Palatio.

F I N I S.

ERRATA SIC CORRIGITO,

quæ huc plurima de corruptissimo exemplari manuscripto irrepserunt.

Errata additionum in primo libro.

qui sine, quia fine.	pag.17.col.2.C
quo ad, libro ad.	19.col.1.D
principibus, principijs.	20.col.1.B
quo, quæ.	col.1.A
rusibus, viribus. &	
possunt, potest.	21.col.1.C
seu doctrinæ, suæ doctrinæ.	ibidem D.
interius, intellectus.	col.1.A
respicit, adde, eam.	ibidem
substantia, substantialiter:	22.col.1.C
secundus actus, secundum actus.	col.2.B
supposita, suppositis.	23.c.1.B
castitas, adde, aliud castum.	ibidem
castum quis, castus quis.	col 2.B
incócretam siue, in cócreto fine.	ibidem.B
æquiualenti, æquiualentem.	ibidem. D
Pater non generat, Filius generat; filius non generat, Pater generat.	ibidem B
quoquomodo, quomodo.	24.c.1.B
Sanctus Tho. Sancti Tho.	ibidem.C
istam concomitantem, ista concomitante.	26.c.1.A
quamquam aliam, quamque aliam.	27.c 2.D
curatur, conatur.	ibidem.B
& in causam, vt in causam.	28.c.1.D
id quod ens, id quo ens.	29.c.1.B
capitur primo, capitur primo modo.	c.2.A
si multiplicarentur esse subsistentia: adde, multiplicarentur utique ipsa supposita seu personæ, quia per se subsistere.	30.c.1.B
& impossibile, & impassibile.	c.2.A
proprie quid est, proprie quidem.	31.c.1.D
autem mobile, autem mutabile.	32.c.2.D
possibilis ex se, possibile ex se.	32.c.2.C
Scotos, Sanctos.	34.c.1.B
negatio, nugatio:	c.2.B
perueniet, proueniat.	35.c.1.A
Horologij, motus horologij.	36.c.2.C
& essentia, ex essentia.	49.c.2.B
processione amoris, processio amoris.	40.c.2.C
Gin, hinc.	ibidem.B
veram, vtranque.	41.c.2.C
acceptam, acceptat.	44.c.1.A
eum, num.	D
si supponit, si supernaturalis supponit.	45.c.1.A
reponuntur, quæ reponuntur.	ibidem
formali, formatum.	c.2.D
admissione, amissione.	46.c.1.D
adæquatur, non adæquatur.	48.c.1.D
qui & si, quia & si.	B
eiusdem ad, idem ad.	c.2.A
sicut quia, dele, sicut.	49.c.1.B
imperfectionibus, in perfectionibus.	51.c.1.D
adinuentione, adinuentione.	52.c.1.B
qualitatis, quantitatis.	53.c.1.B
quis est, quæ est.	54.c.2.C
quod sit, est quod sit.	55.c.1.B
terminus, terminum.	c.1.B
persona non, dele, non.	56.c.1.A
nunc sic, tunc sic.	c.2.B
esse ipsum, & seipsum.	59.c.2.A
tunc dicit, tunc dicitur.	ibid.C
dolentis, docentis.	60.c.1.B
esse ingenitum, esse ingenitum.	c.2.B
quibus Deus, dele, quibus.	61.c.1.A
dicendo, diuidendo.	71.c.2.C
perspicacitati, perspicaci.	ibidem.D
probationis approbationis.	72.c.2.A
de his quæ, de his ad quæ.	ibidem.C
extendit ad, dele ad.	ibid.
& non facit, adde, est de his quæ.	73.c.1.D
essentiam diuinam, essentiæ diuinæ.	74.c.1.A
subsistata, sublentata.	77.c.2.D
nunc sic, tunc sic.	78.c.2.C
quo gentium, cogentium.	80.c.2.C
prædestinatum, prædestinati.	83.c.1.A
diuina pot. &c. diuinæ pot.	86.c.1.B
obedientia, obedientiali.	ibidem.B
sit infinitas, adde, mala.	87.c.1.A
infinitu, infinito.	88.c.1.A
Deo, Deus.	89.c.2.A.
subiectum malum, mali.	93.c.2.C

In secundo libro.

placidis lege placitis.	2.c.1.C
quod deus, quo deus.	ibidem.B
sapientur, sapientiam.	4.2.D
Indiuisibus, diuisibilis.	6.1.C
Cumpeti, Competere.	8.1.A
sem. semper.	12.2.B
deum, deo.	ibidem.D
quia scribitur. Qui ascribatur.	21.1.A
immediate, Mediate.	23.1.A
præponit, proponit.	ibid.B
comparatiui sing. ad singulas	28.1.A
possibilitatis, passibilitatis.	29.1.B
pœnes, penas.	29.2.D
secundum, tantum.	30.2.B
quam, quæ.	33.1.A
pro aliquem per aliquem.	35.1.A
itaue licet, scilicet.	41.1.C
& aquam, & aqua.	42.2.B
definit esse vinum, definit esse aqua.	ibidem.
quia Illud. Ille.	45.1.B
aliquos actus, aliquis aptus.	50.2.C
semper quod inde, dele, quod.	53.2.B
concurribis, concurrit sed.	45.1.C
& potentiæ, & potentias.	56.2.B
quod deus, quo deus.	56.2.D
dicitur, Igitur.	ibidem.B
ad gratiam a gratia.	57.1.B
apposuit, qui posuit.	ibid.2.B
ad electionem, ad delectionem.	58.1.B
mereri non potest, mereri potest.	ibidem.D
de demonibus, de moribus.	59.2.A
potest, possit.	60.2.B
& diligendo, ad diligendum.	63 1.C
decimaquarta. Quarta.	83 1.A
secunda, septima.	ibidem.

In tertio libro.

mereret, inhæreret.	3.1.B
lumen patrum, lumbos patrum.	4.1.A
humanam exist. humanam naturam.	8.1.C
filiatio quod, filiationis.	10.1.De
aliam tuam, alia tria.	13.1.D
genuimus, genuimus.	2.D
quod est Deus ni, quod est deus nel.	16.1.C
respicit, respicit peccare non potest.	19.1.B
sed diuinitatem, secundum diuinitatem.	2.2.A
secundum hoc, sed hoc.	
est infinita, est finita.	22.2.B
iustificabant per pecc. dele, per.	26.1.D
potest per libito transferendi. posset pro libito trásferre.	26.2.D
diuinum verbum ni, ut diuinum verbum.	29.2.C
scolastici suo, scolastici sententiam.	31.2.B
quo obediens, quod obediens.	31.1.A
eiu institia, Cui ex iustitia.	32.2.B
omnes homines, omnes hos actus.	ibid.
quum, quia.	34.2.B
ostendit adde, voluisse.	36 1.B
Christum ex, Quod Christus ex.	2.B
esse existente, esse existentiæ.	38.1.C
simpliciterque, simpliciter quæ.	ibidem.
per consequens fruitione fruitione ipse non fuisset, per consequens beata fruitione ipse non minus fuisset.	ibid.2.B
ex auditu, adde, concipientes.	45.2.A
ut scilicet si secundum comparationem diligentis ad tam, dele tam: dele.	52.2.B
quo peccator, quo peccator est.	58.2.B
concessis, connexa.	62.1.B
perficiunt secundo, perficiunt &.	1.D

Auguflinus numero, Auguflinus nimirum. 65.1.E
connexa fed, connexa fecundum. 66.1 D
Et ideo uel in minus, & ideo uel maius uel minus. 69.1.C
E circumflantia arguat, agrauat 2.E

In quarto Libro.

collatam perfectam & completam.lege,collata perfecta & completa, 4.1.A
Nomina, Synonyma. 11.1.C
confirmatio fiat, confirmatio non fiat. 12.1.D
hoc accipit, homo accipit. 22.2.B
uerificantes, uerificatores. 23.2.D
præfeuerat, præferuat. 13.1.E
eft opinio, hæc opinio. 14.2.B
neque ut aliqua, neque aliqua. 15.2.B
coutemptum, contentum. 16.2.C
in hoc ens, hoc ens. 17.1.B
dimifimus, diximus. ibid.C
qui adeam, quia ad eam. 19.1.A
hanc panis panis, hanc. ibidem,
Deus fubftantiandum, Deus ad fubftentaudum. 21.2.A
uere nutui, uere nutriunt. 21.2.E
celebrant, concelebrant. 22.1.B
non tantum, non tamen. 22.1.E
fufficit, fofficere. 22.2.C
fi autem peccator eft occultus & publice petet non debet ei dari, dele. 23.1.B
ficut fpes, fient fpecies. 24.2.A
ad pœnam &c. adde ad pœnam, aliquando remittit culpam manente aliqua obligatione ad pœnam &c. 25.1.A
cum emendandi, cum propofito emendandi. 27.2.C
& eis, & cum eis. 30 1.A
Medicum, Mediens. 32.1.A
Ablatis, Abbatibus. 34.1.E
ut priori, priores: 35.2.A
item nunc, item tunc. 38.1.A
fe illuo, fe illud. 38.2.D
quia in his, quæ in his. 39.2.B
reliqui, reliquos 41.1.D
fiue facramenta, fiue facramentalem. 41 1.B
ad pauperiores, ad ulteriores. 42.2.A
obligat, obligabat. 44.1.C
ultima, ultra. 45.2.B
pertinaciam, pertinaces. 49.1.D
quem dixit pafcafio, quem dele. 49.2.B
quia fecretū Alex.tertius,cōtra decretū Alexādri tertij. 54.1.D
quem honorem, quæ honorem. 55.2.D
quia propter, quod propter. 56.1.A
communatiuam, commutatiuam. 56.2.B
talis potentia, talis impotentia. 58.1.B
& hanc, & hæc. 58.2.B
contrahit attentet, contrahit, & fi attentet. 59.1.D
qui exigendo, qui uenit exigendo. 64.1.C
fententiarij, quæ fententiarijque. 71.2.B
Deo poffibile, Deo impoffibile. 72.1.A
quod refurrectio, quod refurrexit. 83.1.B
perfectā effe beatitudinem eft,perfectā beatitudinē effe. 83.2.B
poteft poteft, potentia poteft. 83.2.B

In libro controuerfiarum.

fubaliter lege, fubftantialiter. 2.2.E
quæ plura, atque plura. 3.1.B
quomodo eft, quoniam eft. 52.A
nomine creaturæ, nomen creaturæ. 51.C
fide peccatum, adde eft. 52.C
dicitur mortale, dicitur immortale. 6.1.B
terræ: quam terræ altera quam. 71.A
aliquid agat, aliquid amat. 72.B
ente creato, ente creato. 9.1.C
in creare, in creatore. ibidem.
fi aliquid, fi enim aliquid. 9.2.B
cum materia, cum natura. ibid.C
8 politicorum, 8 Phyficorum. ibid.E
in eis effe poteft, in eis effe non poteft. 10.1.B
nec actum moueri, nec aptum moueri. ibid.C
& de fpecialibus, & de fpiritualibus. ibid.E
concentorum, contentorum. 11.1.E
infinitate, infinitæ. ibidem.
fpecialibus, fpiritualibus. 11.2.B

& non fed effe, & non fecundum effe. ibid.2.C
perdit, procedit. 12.1.E
eft poffibile, eft impoffibile. 13 2.A
in nona eft, in qua eft. 14.1.A
ad quantum, ad quartum. ibid.2.E
deitatem fed ficut, deitatem ficut. ibidem.
ex difputatio, ex difputatis. 15.1.B
poffunt eam aliqui, poffunt aliqui. ibid.C
uniuerforum, unum eft uniuerforum. 15.2.A
& in corporalium, & corporalium ibid.
nomine diftare, noftræ diftare. 17.1.A
manentem catholicam, manantem catholica. ibid.B
nome exiftens, Romæ exiftens. ibid.B
commiffiune fe, commiftione fe. ibid.
creauit quæ ita, creauit itaque. ibid.
& non miraculo, & non miraculofo. 19.2.C
quæ alterius, quæ alteritas. 21.1.B
ut minifter, ut minifter baptizat. 22.2.C
effe minifterium, effe miniftrum. ibidem.
prima linea eft tota delenda. 23.1.A
Benefica, Beatifica. ibidem.
fiue effe naturalem, effentialem. ibid.D
curris adducta, curris ratio adducta. 25.1.A
etiam effe, etiam quid effe. 25.2.A
etiam iuuat, etiam iuffit. 25.2.E
beatificatur, beatificatiuus. 27.2.E
ratio beatificatis, ratio beatificans. 28.1.A
rum in modum, mirum in modum. ibid.
autem Bartolo. apud 29.1.E
alia ratio, alia relatio. 30.1.C
quia fi ens, quia fi accidens. ibid.
quæftionis qualitas, miffionis qualitas. 32.1.A
Deo quod, adeo quod. 33.2.C
igitur aduenit, igitur non aduenit. 34.2.B
& ex quali, & ex tali. 39.2.D
& uita ipfius, & mora ipfius, 41.2.D
quia dare, quia clare. 47.2.A
infinitum fcilicet, infinitum fecundum. 51.2.E
genus penes, genus non penes. 54.2.B
generis fubilis, generis fcibilis. ibid.
relaxos, relapfus. 55.2.A
popularia,dele. ibid.B
commouere, comburere. 56.1.A
generalibus, gentilibus. ibid.B
relaxi, relapfi. ibid.C
relaxi, relapfi ibid.E
fed fpei, fed fpeciei. 57.2.D
fic amplius, fic Apoftolus. 59.2.D
Deum ficut, Deum fcilicet. 61.2.T
quorum quidditas, quorum quidditates. 62 2.E
ficut poteft, ficut patet. 66.2.E
ut Deus, non ut Deus tantum. 67.2.A
& fic faciunt, & fic non faciunt. 69.1.C
conftitutiua, conftitutiua. 72.1.B
ex his eum & fic eum. 79.2.B
audiuimus ad non, audiuimus a Domino. 82.1.B
ipfum & & ipfum 89.2.D
crediteis quia, dixit creditis quia. 90.1.D
Chrifti, dele. 91.1.C
fit abfolutos, & abfolutas. 92.2.C
fui perfonam, feu perfonam. ibid.D
intelligere pro, indigere pro. 95.2.B
quatenus, genus. 100.1.D
prædeftinatus, prædeftinatorum. 103.2.D
diftincte, diftinctione. 107.1.B
& quid, effe quid. 107.1.B
adhibendi, habendi. 108.1.C
cuius fpeciei, unius fpeciei. 123.1.D
fit intellectus, fit intus. 25.2.A
quia eft, quia uerum eft. 126.1.A
fic ipfi, fibi ipfi. 128.7.B
fua opinio, eft fua opinio. 143.1.B
de imaginatione, de imagine. ibid.E
& nulla alia, & multa alia. 145.1.D
& relatio, eft relatio. 145.2.A
Abb. & Iac. Abb. Ioac. ibid.D
& diuinorum, & diuifionem. 147.2.E
ipfa & fit, ipfa exit. 149.1.A
profæ aureæ, Rofæ aureæ. 152.1.B